SPICILEGIUM BONAVENTURIANUM

cura

PP. Collegii S. Bonaventurae

Ad Claras Aquas

IV

Magistri Petri Lombardi

Parisiensis Episcopi

SENTENTIAE

IN IV LIBRIS DISTINCTAE

Grottaferrata 1971

MAGISTRI PETRI LOMBARDI
Parisiensis Episcopi

SENTENTIAE
IN IV LIBRIS DISTINCTAE

Editio Tertia
Ad Fidem Codicum Antiquiorum
Restituta

Tom. I, Pars I
PROLEGOMENA

Editiones
Collegii S. Bonaventurae Ad Claras Aquas
Grottaferrata (Romae)
1971

PROPRIETAS LITTERARIA

PROLEGOMENA

Ecce iam tertia vice ex Typographia nostra prodit editio Sententiarum Magistri Petri Lombardi ! Prima nempe editio quasi critica invenitur apud *Commentarios* divi Bonaventurae *in Libros Sententiarum* quos antecessores nostri in lucem dederunt in primordiis Collegii ad Claras Aquas (1882-1889). Cum autem saepius votum fieret ut textus Magistri novo examini et emendationi subiectus publicaretur proprio volumine, Patres Editores secundae generationis (ut ita dicam) alteram seu secundam editionem, « ad fidem antiquiorum codicum manuscriptorum iterum recognitam», anno 1916 praeparaverunt. Quam iamdudum exhaustam et undique repetitam, ut denuo edendam statuerunt superiores nostri ; sed conscii magnitudinis et difficultatis talis laboris, non sine haesitatione et trepidatione, ex obedientia sola et virtute eius, manum nostram misimus ad tertiam editionem praeparandam.

CAPITULUM PRIMUM

De Hac Editione

A. De Editione Prima et Secunda.

Licet novam editionem criticam Petri Lombardi, ut scripserunt praedecessores nostri antiquiores, non spectaverit ad intentum et programma ab eis publicatum, vix inceptis illorum laboribus de edendo Commentario Doctoris Seraphici manifeste apparuit necessitas textum Magistri corrigendi et emendandi necnon et fontes et auctoritates eiusdem investigandi. Ut textum castigarent primo adhibuerunt quinque codices manuscriptos ex Bibliotheca National! Florentiae et novem editiones Sententiarum antiquas ; postea substituerunt codicem quendam antiquitate

et correctione meliorem ex bibliotheca Florentina Laurentiana unacum editione quae habebatur in editione Parmensi sancti Thomae. Insuper, ad elenchum capitulorum uniuscuiusque libri praeparandum recurrerunt ad alios quindecim codices[1].

Ipsi Patres Editores primi fuissent qui laborem suum non ex omni parte completum perfectumque confiterentur. Attamen editio ab eis tanta cura adornata erat, ut tum ob emendatiorem textum (quamvis non omnino critice stabilitum) tum ob copiosas fontium indagationes non immerito ut bona, immo ut optima, a viris peritis celebraretur[2]. Nobis valde mirum est quam apte opus suum perfecerint sine illa lata et profunda cognitione saeculi duodecimi quam possident viri eruditi nostrae aetatis. Gigantes erant, dum nos sumus quasi nanni incidentes humeris eorum. Si possimus plura eis et remotiora videre, non est nostri meriti aut visus acumine, sed quia in altum eorum magnitudine subvehimur et extollimur![3]

Postea, etiam sub belli periculis alii ex Patribus Collegii nostri, quorum nomina iam scripta sunt in libro vitae aeternae, super textum Lombardi adlaboraverunt, ad alteram editionem parandam. Inter desideria eorum, textum iterum emendari ad fidem antiquiorum codicum, praesertim saeculi XII, primarium fuit. Insimul fontes pressius perscrutati sunt, maxime sub influxu cuiusdam libri dom. Baltzer, pastoris acatholici in Weissig[4]. Melius forte quam iste auctor et prudentius hanc quaestionem examinaverunt ; exempli gratia, quod ad Canones spectat recte statuerunt inter fontes Lombardi opera seu collectiones canonum Ivonis Carnotensis, quas Baltzer non examinaverat. Minus recte, ut nobis videtur, partem nimiam Petro Abaelardo assignaverunt. Proh dolor vero tam Baltzer quam antecessores nostri, négligentes seu nescientes chronologiam operum Magistri, inter fontes propiores non enumeraverunt ipsius Glossas in psalmos et in epistolas beati Pauli. Haud immerito tamen apud

1 Cf. *Doctoris Seraphici S. Bonaventurae Commentaria in IV Libros Sententiarum,* I, Ad Claras Aquas 1882, LXXXII-III ; II (1885), VII et XII. Director istius editionis, ut videtur, fuit P. Ignatius Jeiler.

2 Verbis quasi usi sumus alterius editionis ; cf. *Petri Lombardi Libri IV Sententiarum* studio et cura Pp. Collegii S. Bonaventurae in lucem editi, Ad Claras Aquas 1916, LXVIII. Praefectus tempore huius secundae editionis erat P. Albanus Heysse.

3 Cf. Ioan. Saresberiensis, *Metalog.* III, 4 (PL 199, 900 C), ubi haec analogia Bernardo Carnotensi attribuitur.

4 Otto Baltzer, *Die Sentenzen des Petrus Lombardus. Hire Quellen und ihre dogmengeschichtliche Bedeutung,* Leipzig 1902 (nova impressio 1970).

viros eruditos ista editio laudabatur, tam in suis Prolegomenis quam in notis textui ipsimet securo et quasi fixo annexis [1].

Quae vero tunc vel postea aliqui obicerunt contra hanc editionem laeti suscepimus, ut pedetentim ad textum semper melioratum perveniatur.

B. De Hac Tertia Editione.

Lustris quasi novem iam peractis post hanc secundam editionem mandatum inopinatum commissioni nostrae theologicae impositum est sub anno 1959 ut procederetur ad opus Magistri Petri typis denuo edendum. Cum autem hisce annis viri eruditi tantam novam materiam sive circa ipsos Libros Sententiarum et eorum auctorem sive circa rem scholasticam saeculi XII detegissent, nulli dubium erat quin ad maturam editionem procurandam opus esset magno labore et multo sudore! Nihilominus, quasi statim opus inceptum est; quidam [2] se dederunt ad fontes propius investigandas ac auctoritates accuratius determinandas, dum ipse praefectus, P. Victorinus Doucet, completa editione Quaestionum Magistri Alexandri de Hales « antequam esset frater », textui stabiliendo incubuit quasi usque ad suum ultimum diem. Quando mortuus est in festo S. Joseph, die 19 martii 1961, post se reliquit textum ex quinque vel sex codicibus iam praeparatum et notis abundanter ornatum. Scripto autem quasi nihil mandaverat ad quaestiones litterarias sive historicas solvendas vel ad prolegomena praeparanda. Unde quando post lapsum temporis opus resumptum fuit sub novo praefecto, tota res quasi ex integro examini subicienda erat. Dein, quando textus primi libri erat quasi promptus ad impressionem, Collegium ac laborem nostrum invaserunt aquae inundationis die quarta novembris 1966. Unde omnia quae iam metallo excusa erant necnon et machinae nostrae typographicae ita confractae sunt ut opus de novo et ab initio coacti simus aggredi. Quod Lectori enarramus non ad eius compassionem excitandam sed ad patien-

1 Inprimis cf. recensio Franc. Pelster in *Gregariarum* 2 (1921), 443-446 ; los. de Ghellinck, art. *Piem Lombard,* in *Diet. Théol Cath.* XII, coi. 1973; Ferd. Cavallera, in *Bull, de litt. eccl.,* ser. 5, torn. 8 (1918) 151-154; R.-M. Martin, in *Rev. Hist. Eccl.* 19 (1923)73-74; J. Rivière, in *Rev. du clergé franç.* 95 (1918) 130-132 ; L. Ramsak, in *Theol. Revue* (Münster) 17 (1918)455-456; A. Ivars, in *Archivo Ibero-americano* 17 (1922)259-262.

2 Quoad librum primum P. Gedeon Gàl tali operi se dedit ; I. Brady pro libro II ; Aquil. Emmen, pro l. III ; Caelestinus Piana, pro ultimo. Postea commissioni nostrae adiuncti sunt P. Petrus de Ale. Martinez y Senderos, qui codicibus legendis sese addixit, et P. ludas Thomas Jarosz, qui ad notas complendas et rectificandas magnopere laboravit.

tiam eius evincendam, cum iam piuribus annis hanc novam editionem mundo annuntiaverimus.

Quod inde ex studiis nostris evenit, per longum et latum exponitur in his Prolegomenis ; et primo illa quae ad vitam et actuositatem attinent Magistri Petri ; deinde agetur de eius operibus ; ac postea propius de Libris Sententiarum et normis editionis nostrae.

CAPITULUM SECUNDUM

De Auctore Librorum Quatuor Sententiarum

Notissimum est primum testimonium historicum quod exstat dejnostro Lombardo, epistola scilicet quam circa annum 1134 vel 1136 [1] sanctus Bernardus Claravallensis Gilduino abbati et canonicis S. Victoris Parisiensis direxit, qua rogantur ut officia hospitalitatis et caritatis Christianae ostendant per breve tempus viro venerabili Petro Lombardo. En ipse textus :

> Reverendis patribus et dominis, et amicis carissimis, G. Dei gratia venerabili abbati Sancti Victoris Parisiensis, et universo conventui sancto, frater Bernardus Clarae Vallis vocatus abbas, salutem et nostras qualescumque orationes. - Necesse habemus multa requirere, quia multa requiruntur a nobis : nec amicis possumus parcere, quia ab aliis amicis non parcitur. Dominus Lucensis episcopus, pater et amicus noster, commendavit mihi virum venerabilem P. Lombardum, rogans ut ei parvo tempore, quo moraretur in Francia causa studii, per amicos nostros victui necessaria providerem ; quod effeci, quandiu Remis moratus est. Nunc commorantem Parisius vestrae dilectioni commendo, quia de vobis amplius praesumo, rogans ut placeat vobis providere ei in cibo per breve tempus, quod facturus est hic usque ad Nativitatem beatae Virginis Mariae. Vale [2]

1 Quod annus 1134 tempus fuerit compositionis huius epistolae determinavit P. Dam. Van den Eynde, *Essai chronologique sur l'oeuvre littéraire de Pierre Lombard,* in *Miscellanea Lombardiana,* Novara 1957, 52-53 ; eius conclusionem accepit P. Zerbi, *I rapporti di S. Bernardo di Chiaravalle con i vescovi e le diocesi d'Italia,* in *Vescovi e diocesi in Italia nel Medioevo (see. IX-XIIΓ),* Padova 1964, 305-306. Auctores alii anno 1139 eam assignaverant. Nobis adhuc restat dubium an potius primis mensibus 1136 eam exaraverit s. Doctor, nam argumentum allatum a Van den Eynde (quia scilicet *Summa Sententiarum* non enumeratur inter fontes Glossae Lombardi in psalmos) parvum habet valorem secundum nostram opinionem (nam haec Glossa non erat opus scholasticum sed personale, ad aedificationem compilatoris, etsi eam postea in scholis legeret).

2 Epist. 410 (PL 182, 619 A).

Secundum ergo opinionem communem, apparet quod Doctor mellifluus iter suum primum aggrediens in Italiam, primis mensibus anni 1133, Pisam venit, ubi Innocentio II occurrit et forsitan etiam Hu(m)berto, domino Lucensi episcopo (1128-1137). Comitatui Papae proinde se adiungens, Romam attigit, ubi usque ad finem aprilis remansit. Deinde in Franciam rediens, Lucae forsitan moram fecit ; qua occasione, si non prius, ei commendavit episcopus quendam virum venerabilem (proinde maturum et saltem iam tonsuratum) nomine Petrum, qui brevi tempore Franciam petere in desideriis habebat ad studia sua perficienda (quae iam, ut videtur, in Italia prosecutus erat). Ex alia parte, quatenus post duos annos Bernardus in Italiam denuo se contulit ubi Concilio Pisano interfuit, mense iunii 1135, non excluditur quod hac occasione Humbertus Petrum Bernardo commendaverit.

Supponere ergo lubet, quamvis ex ista epistola nihil definitive statui possit, Petrum Bernardo Franciam iterum petenti sese adiunxisse, vel saltem parum post Galliam petiisse, ubi aliquot menses Remis moram traxit. Deinde post hiemem 1133-1134 (vel 1135-1136) Parisius se contulit, ut per breve tempus, usque ad festum Nativitatis Virginis illius anni, studiis incumberet. Sed revera aliter res se habuit, nam praeter quoddam iter quo Romam postea visitavit Lombardus Parisius remansit usque ad mortem tam ut studens quam ut docens, et in fine ut episcopus illius civitatis.

A. De Eius Origine et Studiis.

Quomodo ergo currit vita ipsius sive ante suum adventum in Galliam sive post nobis incumbit indagare, quamvis in unum colligere quae sparsa sunt in mille fontibus non modicum laborem requirat L

l Praeter commentarium pretiosum D. Van den Eynde iam notatum, et. los. de Ghellinck, *La carrière de Pierre Lombard. Quelques précisions chronologiques,* in *Rev. Hist. Eccl.* 27 (1931) 792-830; id., *La carrière de Pierre Lombard. Nouvelle précision chronologique,* ibid. 30 (1934) 95-100 ; id., art. *Pierre Lombard,* in *Did. Théol. Cath.* XII (1935) 1941-2019 ; A. Massara, *Pier Lombardo, il maestro dette Sentenze. Appunti per la Storia della cultura e della filosofla medioevale,* Intra 1913 ; Ludw. Ott, *Petrus Lombardus, Persbnlichkeit und Werk, in Munch. Theol. Zeitschr.* 5 (1954)99-113, vel in versione italiana : *Pietro Lombardo: Personalità e opera,* in *Miscell. Lomb.,* 11-23; *Lex. fiir Theol. u. Kirchel* VIII, 367-369; *New Cath. Encycl.* IX, 221-222.

1. In Italia.

a) Locus natalis.

« Fuit autem Magister Petrus », nobis advertit quidam codex Florentinus [1], « de Vico Lemononii, de Districtu. Floruit autem anno domini m.c.liij, et Gratianus magister Decretorum similiter. Fuit etiam episcopus Parisiensis, compilavit Sententias, glossavit psalterium et epistolas Pauli ». Quae verba, certo certius ex quibusdam chronicis sumpta adhuc nobis ignotis, contradicere videntur titulo saec. XII codicis Monachii (Clm) 18109 [= M] : *Incipit liber primus sentenciarum petri novariensis* (f. 14b).

Sed re pressius examinata, vicus Lemononii seu Nomenonii (ante an. 931) seu Nemenonii (an. 935), hodie Lumellogno, revera invenitur *de districtu* [2] Novariensis seu de territorio feudi quod iam intra annos 908-931 Dagibertus Pius episcopus concesserat canonicis S. Mariae Novariae, cui ecclesiam S. Hippolyti ibi sitam postea (an. 985) adiunxit Aupoldus episcopus. Quae iura et alia recognovit ac confirmavit Innocentius papa II die 25 iunii 1132 (1133?)[3]. In quo vico, quatuor millibus passuum (6 km.) a Novaria remoto, adhuc viget traditio saecularis, quam libenter accipimus, quod heic (in quadam turre antiquissima) natus sit Petrus, magister Sententiarum, lumen theologiae Christianae, circa initium saeculi XII. Quod oppidulum quidam scriptores post historias Pauli Iovii (1550) sine ratione confundunt cum Laumello (hodie Lomello) [4]. Proinde Nomenonii natus est Magister noster circa, ut supponimus, 1095-1100.

b) « Nacionis Longobardorum».

Secundum traditionem eiusdem vici necnon et testimonium (circa 1328) Iacobi Aquensis, O.Pr., quod proh dolor parvi valoris est[5], Petri

1 Codex Bibi. Laurentianae, S. *Crucis,* Plut. XXV, dext. 1 ; saec. XIII est, olim Conventus S. Crucis n. 274. Nota marginalis (f. Ia) manus est posterioris quae plures etiam alias notas adiunxit ; cuius notitiam fraterne nobis communicavit P. Gedeon Gàl.

2 Cf. C. F. du Cange, *Glossarium mediae et infimae latinitatis,* Parisius 1842, sub v. Distringere, Districtus (tom. II, 889 b-c).

3 Cf. F. Gabotto, G. Basso, A. Leone, etc., *Le carte dello archivio capitolare di Santa Maria di Novara,* I, Pinerolo 1913, n. 28, pp. 40-41 ; n. 92, pp. 154-155 ; diploma Innocentii II, ibid., II, Pinerolo 1915, n. 319, 209-211, et PL 179, 141 D-143 C, ut datum Placentiae 1132. Vide etiam A. Massara, *Pier Lombardo,* 13-16.

4 Cf. A. Massara, *La leggenda di Pier Lombardo,* in *Miscellanea Storica Novarese,* Novara 1906, 117-120; id., *Pier Lombardo,* 3-7; et editio nostra 1916, VI-VII.

5 In suo *Chronicon imaginis mundi* : « Dicitur in ystoriis quod Magister Petrus Novariensis fuit filius pauperrimi viri et mulieris, qui vadens ad scholam serviebat scolaribus, et

parentes pauperrimi fuerunt. Plus autem nobis interest quod Longobardi erant. Hoc omnino certum est, eo quod fere omnes incolae Nomenonii qui nominantur in chartis et documentis Capituli S. Mariae (eo quod erant de districtu eiusdem) sese iurant vivere secundum legem Longobardorum L Unde deducimus quod *Lombardus* seu rectius *Longobardus* suo nomini Petrus coniunxit non quia cognomen erat vel quia in Lombardia oriundus erat, sed quia et ipse ac familia sua gentis seu « nacionis » (ut apparet in quamplurimis documentis eiusdem Chartularii) erant Longobardorum [1].

c) Studia in Italia.

Quia Nomenonium cum incolis suis erat «in iure et potestate canonicorum ecclesiae s. Mariae »[3], quae usque ad hanc diem cathedralis Novariae est, ad prima studia Petri nostri quod attinet, valde probabile videtur eum scholas minores apud eandem celebrasse. Sed absolutis hisce studiis, ubi se contulerit omnino non apparet.

Secundum quandam traditionem, quam iam recordatur Iacobus Aquensis, in scholis primariis « in tantum profecit, quod ivit Bononiam, et de Bononia Parisius ; et ibi audiens artes fit clericus ». Certo certius quaedam studia ante suum adventum in Franciam iam compleverat Lombardus ; sed omnino non constat eum scholas Bononiae frequentasse,

mater eius lavabat scalaribus camisias, et ipsi pascebant et docebant filium suum » (ed. G. Avogadro, in *Historiae patriae monumenta, Scriptores,* III, Taurini 1848, c. 1620. Inter fabulas omnino reicienda sunt plura testimonia posteriora chronistarum, etc., secundum quae vel Petrus illegitimus fuerit vel frater germanus exstiterit Magistri Gratiani Bononiae vel, quod magis mirabile esset, tergeminus fuerit, eo quod eadem paupercula tres filios ex furtivo concubitu conceptos uno partu ediderit : Lombardum, Gratianum et Petrum Manducatorem! (Cf. A. Massara, *La leggenda,* 121-136; et editio nostra 1916, VIII).

1 Cf. F. Gabotto, etc., *Le carte dello archivio capitolare,* II, pp. 42, 91, 93, 177ss, 181, 336, 337, 340, etc.

2 Suspicamur quod forma *Lombardus* (vel etiam *Lumbardus)* imponebatur a Francigenis, dum *Longobardus* usui Petro erat. Ita erui potest tam ex diversis manuscriptis Sententiarum, chronicis, etc., quam ex quodam documento (sub anno 1154) Theobaldi episcopi Parisiensis et Balduini episcopi Noviomensis: «...Huic siquidem nostrae exsecutioni interfuerunt Odo abbas s. Dionysii, magister Bernardus archidiaconus Parisiensis, Magister Petrus Longobardus, magister Gualterus canonicus...» (ed. J. Ramackers, *Papsturkunden in Frankreich : neue Folge,* 2. Bd. *Normandie* [Abh. der Gesellschaft der Wissenschaften zu Gottingen, Dritte Folge, n. 21, 1937], n» 79, p. 164).

3 Ut dicitur in donatione facta a Dagiberto episcopo ante annum 931 (cf. F. Gabotto, etc., *Le carte dello archivio capitolare,* I, n. 28, pp. 40-41).

quidquid autument quidam auctores modernix. Nihilominus possibilitatem non excludimus, eo amplius quod postea se monstravit, ut notat G. Le Bras, facile principem in iure canonico 1. Suspicamur autem quod in Franciam se contulerit quia, audita fama scholarum et traditionum Anselmi Laudunensis necnon et scholae S. Victoris et aliarum Parisius, sese deficientem esse in sacra pagina et in rebus proprie theologicis aestimaverit. Reapse Studium Bononiense, quod « longissimis temporibus in seipso sicut praefulgida stella emicuit et diffusa claritate longe lateque fulsit in iure canonico et civili et liberalibus artibus»3, scientiis sacris ante saec. XIII, advenientibus fratribus Mendicantibus, non emicuerat.

Sed audiantur et alia loca! Omnino enim possibile aestimamus, licet forte sit minus probabile, studium theologiae incepisse Lombardum in scholis ipsius Novariae, apud aedes canonicorum, ubi certo exsistebat schola clericorum (et etiam apud canonicos S. Gaudentii), et parva bibliotheca theologica 4. Hic forsitan studia sua incipiebat etiam Magister Leutardus seu Lutolphus Novariensis, de quo postea. Nec excludere possumus a priori scholas quae civitatem Parmae ornaverunt, licet prope nihil cognoscatur de eis5. Quod dicendum est etiam de scholis quae Lucae certissime floruerunt, dato praegrandi numero ecclesiarum et domorum canonicorum in illa illustri civitate 6. Insuper, ex epistola s. Bernardi manifeste deducitur Petrum Longobardum favore fruisse domini Humberti, forsitan ex diuturna cognitione. Quare autem Lucam se contulerit, et utrum illic obviam ierit Hugoni de Sancto Victore, qui forsitan c. 1133

1 Cf. M. Sarti - M. Fattorino (c. 1770), *De claris Archigymnasii Bononiensis Professoribus,* ed. 2, Bononiae 1888-1896, I, 621-623.

2 *Pierre Lombard, prince du droit canon,* in *Miscell. Lombardiana,* 245-252.

3 En verba Innocentii papae VI, in Bulla «Quasi lignum vitae» (30 iunii 1362), qua fundatur facultas theologica (in *Bullarium Romanum* IV, Taurini 1859, 517-519 ; ed. critica ap. F. Ehrle, *I piti antichi Statuti della Facoltà teol. dell'Università di Bologna,* Bologna 1932, 1-5).

4 Cf. P. Liebart, *Inventaire inédit de la Bibliothèque capitulaire de Novare dressé en 1175,* in *Revue des bibliothèques* 21 (1911) 105-113. Sed revera elenchus librorum, qui plures Glossas ordinarias in S. Scripturam amplectitur sed paucissimos Patres, insinuat hanc collectionem esse potius posteriorem. Vide etiam L. Cassani, *La scuola di Novara ai tempi di Pier Lombardo,* in *Miscell. Lombard.,* 359-372. Saec. XII capitulum S. Mariae circa quadraginta-canonicos enumerabat, et ipsa civitas circa centum sacerdotes (ibid., 368). De statu eorum eruditionis saec. XI, cf. D. A. Bullough, *Le scuole cattedrali e la cultura dell'Italia settentrionale prima dei Comuni,* in *Vescovi et diocesi in Italia net medioevo (saec. IX-XIII),* 135ss.

5 Cf. D. A. Bullough, art. cit., 140.

6 Cf. M. Giusti, *Notizie suile canoniche lucchesi,* in *La vita comune dei clero nei secoli XI e XII,* tom. I, Milano 1962, 434-454 ; et D. A. Bullough, art. cit. 142.

brevissime apud canonicos regulares illius civitatis hospitium fraternum invenit, omnino nescitur x.

2. De Studiis in Francia.

Iam sub patricinio suo et directione Petrum assumpsisse Lombardum claris verbis demonstrat Bernardus in suis litteris ad Gilduinum abbatem. Primo enim eum Remis providerat, et nunc Parisius apud canonicos regulares victui necessaria studet ei procurare. Quod etiam sub influxu eiusdem abbatis, quamvis non sine propria inclinatione, se Remos contulerit Longobardus ac postea ad scholas S. Victoris, aequo modo apparet. Nam tam hic quam illic adhuc florebant traditiones ac methodi Anselmi Laudunensis et Guillelmi de Campellis quas saniores et meliores semper habuit Bernardus.

a) In scholis Remensibus.

Iam saeculo XI scholae cathédrales Remis florebant[1]; sed post mortem Anselmi (f 1117) novam et ampliorem famam acquisierunt sub magistris Alberico Remensi et Lutolpho Novariensi, quos egregios viros et nominatos magistros postea vocavit Otto episcopus Frisingensis[3]. Ipsi enim antea erant, teste Petro Abaelardo[4,5] in scholis Anselmi senis, et « ceteris praeeminere videbantur », sed « defunctis magistris eorum et nostris, Guillelmo scilicet et Anselmo », Remis scholas regebant quasi, ut dicit idem, appetentes illis magistris heredes succedere. Albericus scholas direxit usque ad suam electionem in episcopum Bituricensem (1136)[6];

1 Opinio seu coniectura cl. Fr. Bliemetzrieder, quod scilicet iam in Italia scholas rexisset Lombardus, fundatur solum in verbis Bernardi *virum venerabilem.* Sed si iam magister fuisset, Bernardus utique eum tali titulo decorasset. Ex alia parte, quod iam clericus esset ac maiora sua studia iam complevisset, nobis omnino probabile videtur. Cf. Franc. Bliemetzrieder, *Robert von Melun und die Schute Anselms von Laon,* in *Zeitschr. /. Kirchengeschichte* 53 (1934) 126s.

2 Cf. J. R. Williams, *The Cathedral School of Reims in the eleventh Century,* in *Speculum* 29 (1954) 661-677.

3 In *Gesta Friderici I,* n. 49 (ed. G. Waitz, Mon. Germ. Hist., Scriptores in usum schol., Hannoverae-Lipsiae 1912, 69). Cf. J. R. Williams, *The Cathedral School of Reims in the Time of Master Alberic 1118-1136,* in *Traditio* 20(1964)93-114.

4 Cf. *Historia calamitatum,* c. 4 et 9 (PL 178, 125 C-D, 144 A-145 A).

5 Vide A. Noyen, art. *Albéric de Reims,* in DHGE I, 1410s ; L. Ott, art. *Albericus v. Reims,* in LThK2 I, 276.

Lutolphus Remis docebat forsitan usque circa annum 1126 vel 1132, licet parum cognoscatur eius vita et doctrina [1].

Sicut ergo alii ante eum [2], Petrus Lombardus Remos attrahitur fama scholarum et magistrorum, necnon probabiliter etiam nomine Gualteri de Mauritania qui scholas regebat in civitate vicina Laudunensi[3]. In illis scholis, ut videtur, Magister Albericus (forsitan, si adhuc supererat, etiam Magister Lutolphus) theologiam docebat mediante expositione sacrae paginae ; quandoque tamen se dedicabat quaestionibus iuris canonici et theologiae speculativae : nam opinionem propriam de consensu matrimoniali defendit, quam postea Lombardus accepit contra iuristas Bononienses[4]. Aequo modo postea, iam in prima redactione suae Glossae in epistolas b. Pauli, ut infra videbitur, dependet Lombardus a tractatu Magistri Gualteri de matrimonio (scripto ante 1139)[5]. Unde supponimus Petrum nostrum Laudunum se contulisse ad Gualterum cognoscendum, forsitan et ad audiendum ; nam erat « ille (Gualterus) summus quidam inter Franciae magistros », secundum indicium cuiusdam chronistae Lobbiensis [6].

Insuper non dubitamus quin Remis (ac Lauduni) glossam viderit in psalmos Magistri Anselmi unacum *Glossatura magistri Gilberti Porretani super psalterium quam ipse recitavit coram magistro Anselmo* (ut explicit in pluribus manuscriptis)[7] ; ac inde inspirationem traxerit ad

1 Cf. D. Van den Eynde, *Du nouveau sur deux maîtres lombards contemporains du Maître des Sentences,* in *Pier Lombardo,* I, η. 2 (giugno 1953), 7-8. Vocatur Lutolphus Lombardus (ab Abaelardo), Leuthaldus Novariensis (ab Ottone Frising.), et ‹ Luitofus inter magistros Franciae » (a Gerhoho Reichersbergensi, qui ad quoddam certamen christologicum cum eo venerat in curia Romae an. 1126 ; cf. eiusdem *Epist. 21,* PL 193, 576 C-577 A). — Anno 1084 Novariae inveniebatur quidam Litolfus, qui vivebat secundum legem salicam ; forsitan pater fuit nostri Li(u)tolfi (cf. F. Gabotto, etc., *Le carte dello archivio capitolare,* II, 118s). Sed nisi sit idem ac Lotulphus archidiaconus Laudunensis 1126-1132, post suum iter romanum non amplius apparet (cf. J. R. Williams, *The Cathedral School... 1118-1136,* in *Traditio* 20 [1964] 108).

2 Cf. J. R. Williams, *The Cathedral School... 1118-1136,* in *Traditio* 20 (1964) 97-100.

3 Vide L. Ott, art. *Walter von Mortagne,* in LThK[2] 10, 948-949.

4 Cf. G. Le Bras, art. *Mariage,* in *Diet. Théol. Cath.,* IX, 2151-2155 ; L. Ott, *Untersuchungen zur theologischen Briefliteratur der Friihscholastik* (Beiträge zur Geschichte der Philosophie und Théologie des Mittelalters, Bd. XXXIV), Miinster 1937, 266-291 ; id., *Walter* v. *Mortagne und Petrus Lombardus in ihrem Verhdltnis zueinander,* in *Melanges J. de Ghellinck* II, Gembloux 1951, 647-697.

5 Cf. Glossa in I Cor. 7, 1 (PL 191, 1585 D-1587 B).

6 Cf. *Gesta abbatum Lobbiensium,* in MGH, SS XXI, 331 ; apud L. Ott, *Untersuchungen...,* 131, n. 16.

7 Cf. Fr. Bliemetzrieder, *Robert v. Melun und die Schute Anselms von Loan,* in *Zeitschr.*

opus eiusdem sed amplioris generis conscribendum. Quod autem suam Glossam in psalmos, quam, ut infra videbitur, ad usum privatum primum compilavit, Remis inceperit, nobis omnino incertum est.

b) Ad scholas S. Victoris Parisiensis.

De Longobardi adventu Parisius et de eius primis annis in illa civitate amoena nihil directe scimus. Nihilominus ad lacunas implendas nec oportet nec decet ad fabulas converti, quia ex quibusdam fontibus fide dignis satis superque habetur ad vitam eius illustrandum, si illos caute interpretamur.

Inprimis ex litteris s. Bernardi ad abbatem et canonicos S. Victoris apparet quod Petrus iam illuc pervenerat ac hospitium conduxerat : « Nunc *commorantem* Parisius vestrae dilectioni commendo ». Unde solum restabat ei victui necessaria providere ; et eo quod idem Remis effecerat Bernardus, nunc rogat amicos apud abbatiam «ut placeat providere ei in cibo per breve tempus quod facturus est hic »[1]. Quae petitio nil insolitum praeseferebat ; cognoverat enim Bernardus quod mensam studentibus pauperibus suppeditabat canonicorum caritas[2]. Inde non sequitur quod tunc moraretur apud S. Victorem, ut alii ante nos documentum interpretati sunt[3][4] Ac multo minus sequitur, quod quidam affirmant nullo adducto argumento, quod scilicet Lombardus factus sit canonicus apud Sanctum Victorem L Hoc autem omnino reiciendum est non solum quia (ut notant antecessores nostri) in necrologio abbatiae laudatur Magister Petrus Parisiensis episcopus ut benefactor, non autem ut canonicus[5] ; sed etiam et magis quia, ut infra videbitur, mox canoniam seu praebendam obtinuit in capitulo S. Mariae (ecclesiae scilicet cathedralis).

/. *Kirchengesch.* 53 (1934) 167, n. 105 ; et V. M. Fontana, *II commento ai Salmi di Gilberto de la Porrée,* in *Logos* 13 (1930)283-301.

1 *Hic,* forsitan Parisius ; vel, si litterae non illic datae sunt, certo in Francia. Attendant qui itinera Bernardi determinare velint.

2 Cf. *Antiquae Consuetudines Can. Reg. S. Victoris Parisiensis,* c. 16 ; in E. Martène, *De antiquis Ecclesiae ritibus* 111, Antverpiae 1764, 258b.

3 Ex. gr., editio nostra secunda (Quaracchi 1916), XIII; vel P. Feret : «...hospitalisé à Saint-Victor... hébergé à Saint-Victor... », in *La faculté de théologie de Paris et ses docteurs les plus célébrés. Moyen Age* 1, Paris 1894, XII et not. 4; A. Massara, *Pier Lombardo,* 37-38. Qui omnes quodammodo dependent ab auctoribus antiquioribus ; cf. C. E. Bulaeus (du Boulay, f 1678), *Historia Universitatis Parisiensis* II, Parisiis 1665, 766.

4 Cf. C. E. Bulaeus, *Historia...* II, 766.

5 A. Molinier, *Obituaires de la province de Sens* 1-1, Paris 1902, 571. Quod postea non semel praedicaverit in ecclesia abbatiae, infra videbitur quando agitur de sermonibus Lombardi.

Licet ex eisdem litteris non appareat, Bernardus voluit, ut nobis videtur, Lombardum experiri spiritum et doctrinam scholae S. Victoris ac praesertim Magistri Hugonis. Illic reapse, in domo et scholis a Guillelmo de Campellis fundatis, forsitan verius quam Remis inveniebantur haeredes Anselmi Laudunensis ; regnabat enim sapientia, « prima omnium expetendorum »[1], et spiritus contemplationis, unacum scientia aperta novis speculationibus. Qui enim scripsit: «Omnia disce: videbis postea nihil esse superfluum. Coartata scientia iucunda non est »[2], de thesauris suis proferebat tam nova quam vetera[3].

Proinde non est mirum quod, brevi tempore elapso «quod facturus erat hic », Petrus propositum reliquit redeundi in Italiam ac, forsitan consulente Hugone, Parisius statuit se tenere. Quod lectiones Magistri Hugonis frequentaverit, quasi certum videtur ; eius enim scripta, praesertim opus praeclarum *De sacramentis Christianae fidei,* et alia ab Hugone dependentia, ut *Summa sententiarum,* inter fontes primarios habentur Petri Sententiarum.

Utrum autem et Petrum Abaelardum adhuc in scholis docentem potuerit audire, quaeri potest cum praedecessoribus nostris[4]. Potuit quidem, quia annis 1136-1139, iterum Parisius Palatinus docebat et scri-

1 Hugo de S. Victore, *Diilascalicon* I, c. 1 (2) (PL 176, 741 C; ed C. H. Buttimer, Washington 1939, 4).

2 Ibid., VI, 3 (PL 176, 800 D-801 A ; ed. Buttimer, 115).

3 Cf. D. E. Luscombe, *The School of Peter Abelard,* c. VII : Hugh of St. Victor, Cambridge 1969, 183-197. — Non autem vellemus penitus respuere propositum Fr. Bliemetzrieder, quod revera quodammodo obscurum est, scilicet quod Lombardus Remis Parisius venit (forsitan inspirante Magistro Alberico) ad Gilbertum Porretanum consulendum circa Glossam (futuram?) in psalmos melius expoliendam. Unde deducit quod Gilberto adhaerebat : « In Paris schloss sich dann Petrus Lombardus an Gilbert de la Porrée an, der auch aus der Schule Anselms hervorgegangen war ; spater wandte er sich freilich von ihm ab, entweder aus eigener Überzeugung oder aus Augendienerei » *(Robert von Melun...,* in *Zeitschr. j. Kirchengesch.* 53 [1934] 168). Quod nobis improbabile videtur (« cette affirmation de Bliemetzrieder, dicit los. de Ghellinck, devrait être plus solidement établie », in *Le mouvement théologique du XIIe siècle,* ed. 2, Bruxelles-Paris 1948, 215), quamvis ex alia parte Lombardus Gilbertum certo certius directe cognovit : concanonici enim erant (unacum Theodorico Carnotensi) ecclesiae S. Mariae ante 1142. Nomina *Gilleberti sacerdotis* et *Theodorici sacerdotis* inveniuntur saltem in duobus documentis ann. 1133 et 1134; cf. PL 173, 1423-1424, ac J. Depoin, *Receuil de chartes et documents de Saini-Martin-des-Champs* II (Archives de la France monastique, 16), Paris 1913, n. 200, p. 11 ; deinde PL 173, 1424-1427, et M. Guérard, *Cartulaire de l'église Notre-Dame de Paris* I, Paris 1850, 335-337, ac R. de Lasteyrie, *Cartulaire général de Paris* I, Paris 1887, n. 253, pp. 251-253. Alia documenta ab anno 1134 usque ad an. 1142 vel deficiunt vel adhuc latent in Archivis.

4 Cf. editio secunda (1916), XII.

bebat[1]. Sed, quamvis unum ex operibus eius, *Theologia* scilicet *'Scholarium'*, inter fontes Sententiarum Lombardi enumerari debeat, ut satis apparebit tam infra, ubi citatur testimonium loannis Cornubiensis[2], quam in notis ad textum et in indicibus nostris, non credimus Petrum nostrum scholas sive Abaelardi sive Montis S. Genovefae frequentasse[3].

Proinde, quod ad primos annos parisienses Petri attinet Lombardi, pro certo habemus quod victum quotidianum habuit tam corporis quam animae apud abbatiam S. Victoris ; quod Glossam in psalmos incepit ad usum suum personalem ; et quod mox canoniam obtinuit in ecclesia Sanctae Mariae, ut infra videbitur.

B. « Magister Petrus subdiaconus, Parisiensis canonicus ».

Obscuritas, quae usque huc vitam parisiensem Lombardi obvolvit, quodammodo dissipatur testimoniis quae post annum 1144 magis abundant. Illo enim anno, ut apparet ex prosa quae in uno codice *Metamorphosis Goliae episcopi* intitulatur, inter doctores Parisius noster nominatur uti iam famosus :

> Celebrem theologum vidimus Lumbardum,
> Cum Yvone, Helyam Petrum, et Ernaldum,
> Quorum opobalsamum spirat os et nardum,
> Et professi plurimi sunt Abaielardum[4].

1 Vide E. M. Buytaert, *Petri Abaelardi Opera theologica* I (Corpus Christianorum : Continuatio Mediaevalis XI), Turnholti 1969, X-XI.

2 Vide infra, p. 120, n. 1.

3 Multo minus fabulam accipimus secundum quam Lombardus opus Abaelardi *Sic et non* Breviarium suum appellasset (cf. editio secunda, 1916, XIII, not. 1). Mala interpretatio esse videtur verborum loannis Cornubiensis, de quibus infra quando agetur de fontibus Sententiarum. Quod postea dicunt antecessores nostri (p. XLVI), quod ratione fontium eius, operum scilicet Abaelardi, Hugonis et Gratiani, « non immerito Lombardus appellaretur 'Abaelardus catholicus' spiritu Hugonis repletus», nobis nimis excessivum videtur. Cf. etiam D. E. Luscombe, *The School of P. Abelard,* 279s.

4 Versus 197-200. Textum secundum cod. saec. XIII Musaei Britannici Harley 978 (ubi titulus invenitur), ff. 121c-122c (postea 100c-102c) edidit T. Wright, *The Latin Poems commonly attributed to Walter Mapes,* London 1841, 21-30; secundum eundem cod. atque cod. saec. XIV Sancti Audomari 710, ff. 122d-124b, R. B. C. Huygens, *Mitteilungen aus Handschriften,* in *Studi medievali,* III S., 3 (1962) 764-772. Ad versum 198, loco *Ernaldum* legitur *Bernardum* in cod. Harleio. Opus certo compositum est post 1142, quia Gilbertus iam « praesul praesulum stat Pictaviensis » (v. 191) ; et ante finem 1144, quando Robertus Pullus Romam convocatus fuit. Immo post mortem P. Abaelardi esse videtur, « cuius totus exstitit

Aequi ponderis aestimari debet, ut nobis videtur, quoddam documentum anni 1150, ubi inter illos qui testes sunt cuiusdam actus Theobaldi Parisiensis episcopi enumerantur : Guermundus sacerdos, Parisiensis archidiaconus ; Magister Hugo de Campo Florido diaconus, Parisiensis canonicus ; *Magister Petrus subdiaconus, Parisiensis canonicus* ; etc.[3].

Quomodo hoc culmen attigerit Lombardus, illustrari potest aliis documentis in permultis fontibus dispersis. Quae inter illa ad suum magisterium directe pertinent, infra perpenduntur ; hic illa offerentur quae suam vitam quotidianam quodammodo tangunt.

1. Coniecturae aliorum.

Olim dicebatur quod noster Petrus canonicus fuit S. Mariae Carnotensis ante suam electionem in episcopum Parisiensem[2]. Sed ille *Magister Petrus Lombardus,* ut notatur in Obituario eiusdem ecclesiae, fuit *phisicus domini regis et canonicus subdiaconus huius ecclesiae*[3].

Recentius alii voluerunt Lombardum illum esse Magistrum Petrum pro quo, postulantibus domno Claravallensi et pluribus aliis, die 19 ianuarii 1152 Eugenius papa III exoravit Henricum Bellovacensem episcopum, ut eidem Magistro praebendam in sua ecclesia concederet, «quoniam tam longo tempore scholasticis studiis utiliter et honeste per Dei gratiam insudavit, nec tamen adhuc ecclesiastico meruit beneficio suble-

spiritus divinus » (*v.* 214) ; scii, post 21 aprilis 1144, secundum cl. editorem E. M. Buytaert, *toc. cit.,* XII. Certe componi potuit postea, c. 1150, ut aliqui dicunt ; sed complexionem scholarum parisiensium certissime depingit ut inveniebatur anno 1144.

1 Ed. R. de Lasteyrie, *Cartulaire général* I, n. 359, pp. 322-323.

2 Quis primus fuerit qui hanc opinionem proposuit, nescimus. I. A. Fabricius (1668-1736) eam recitat ut rem iam notam *(Bibliotheca mediae et infimae latinitatis* V, Patavii 1754, 262); quam repetunt editores Maurini *Galliae Christianae* VII, 68, et postea quamplurimi.

3 Post C. F. du Cange, s.v. *Archiater,* in *Glossarium* I, Parisiis 1840, 367, qui eum obiisse an. 1138 posuerat, quasi omnes eum dicunt esse medicum Ludovici VII (cf. I. de Oheilinck, *La carrière de Pierre Lombard. Quelques précisions chronologiques,* in *Rev. Hist. Eccl.* 27 [1931] 793). Sed secundum Aug. Molinier, qui idem Obituarium edidit, commemoratio huius P. Lombardi (qui unicus exstat in eodem Obituario) additio est saec. XIII *(Obituaires de la province de Sens* II, Paris 1906, 35). Unde probabile videtur quod physicus fuerit domini regis Ludovici IX (de quo vide I. de Ghellinck, *loc.* aï.) ; et quod alius P. Lombardus, saeculi scii. XII, nunquam exstiterit. Verumtamen, iam anno 1750 editores *Histoire titt. de France* quendam rumorem de eo audierant : « On nous donne aussi pour premier medicin du Roi Louis le Jeune un Pierre Lombard, Chanoine de l'église de Chartres, où il est, dit-on, enterré, et ainsi fort différent de l'Évêque de Paris de même nom» (IX, 194).

vari »1. Quam interpretationem acriter reiecit Fr. Pelster (qui primum eam receperat), arguendo quod quasi impossibile esset quod Lombardo Parisius iam a decennio docenti defuisset quodcumque beneficium ad eum sustentandum ; insuper quod idem documentum pontificium quendam Magistrum Petrum respicit qui ex praebenda concessa fidelior debeat esse episcopo Bellovacensi et eidem ecclesiae fidelius deservire 2. Quod ad Magistrum Petrum Lombardum attinet, verisimile putavit idem Pelster eum canonicatum in capitulo Nostrae Dominae Parisius obtinuisse; sed unum solum argumentum obtulit, quod scilicet testamento suo quandam domum Parisius capitulo cathedralis legavit, unacum suis libris. Quam donationem, non solum quia vitam Lombardi illustrat sed et argumentum nostrum, hic omnino convenit examinare.

2. Domus Lombardi.

Argumentum Fr. Pelster fortius evasisset, si cl. auctor Obituarium consuluisset ecclesiae S. Mariae3. Nam istud loquitur de domo quae *sita est iuxta Sanctum Christophorum,* id est quasi iuxta Paradisum seu paravisum ante ecclesiam Nostrae Dominae. Ecce textus integer quo legatum Lombardi describitur :

> V. Nonas Maii. De domo sancte Marie, obiit Symon diaconus. Eodem die, obiit magister Petrus episcopus ; pro cuius anima habuimus triginta libras Parisiensium monete, ad stationem anniversarii die persolvendam. Statio autem illa persolvitur de

1 Eugenii III *Epist. 480* (PL 180, 1498-1499; Jaffé, ŋ. 9534). los. de Ghellinck primus esse videtur qui hanc interpretationem proposuit, in editione prima sui *Le mouvement théologique du XIIe siècle,* Paris 1914, 128 ; quam renovavit in *La carrière... Quelques précisions...,* in *Rev. Hist. Eccl.* 27 (1931) 803, 806, 817 ; hanc primum accepit etiam Fr. Pelster in *Warm hat Petrus Lombardus die Libri IV Sententiarum vollendet ?,* in *Gregorianum* 2 (1921) 388-390, uti etiam antecessores nostri in editione secunda, XIII et XIX.

2 Fr. Pelster, *Der Brief Eugens III an Bischof Heinrich von Beauvais und die Datierung der Libri IV Sententiarum,* in *Gregorianum* 15 (1943) 262-266. Hac refutatione non obstante opinionem suam retinuit I. de Ghellinck in ed. secunda eiusdem libri (1948), 216, et 288.

3 Incerti sumus utrum documentum seu charta ad quam Pelster lectorem refert *(Der Brief...,* 265, not. 8), anni scilicet 1251 (apud M. Guérard, *Cartulaire de l'église Notre-Dame de Paris* III, Paris 1850, ŋ. 68, pp. 395-396), domum aliquam respiciat nostri Lombardi an aliam prope abbatiam S. Genovefae et potius ad Magistrum Petrum Lombardum physicum et canonicum Carnotensem pertinentem. — Aliam chartam invenimus de domo *Magistri Hugonis de Novaria* (qui canonicus fuit S. Mariae) ad ann. 1166-1167, ubi commemorantur quaedam Gila et Petrus Lumbardus eius maritus (R. de Lasteyrie, *Cartulaire général* I, n. 462, pp. 391-392).

domo Henrici, fratris Arnulfi Ruffi de Orliaco, que in morte illius Henrici venit in manu capituli ; Henricus enim erat de familia beate Marie. Domus illa sita est iuxta sanctum Christophorum. Habuimus etiam capellam integram, in qua scilicet erat calix aureus, infula dalmatica et tunica, bacini duo argentei cum duobus vasculis argenteis, ad ministrandum aquam et vinum, breviarium in duobus voluminibus, et pallium unum ante altare. Insuper habuimus omnes libros eius glosatos, scilicet : Novum Testamentum totum ; in Vetero Testamento : Psalterium, quinque libros Moysi, quatuor maiores Prophetas, duodecim minores, Cantica, Iob, Hester, Thobiam, Iudith, librum Sapientie, Ecclesiasticum, Sententias eiusdem et Decreta Gratiani x.

Nobis multum interest determinare ubi exstabat ecclesia S. Christophori ante annum 1747 (quando demolita est), iuxta quam sita fuit domus Magistri Petri; et proprius, quam relationem habuit utraque ad ecclesiam cathedralem. Sed primum, non obliviscamur quod hic agitur de ecclesia antiqua S. Mariae, non de basilica monumentali quam aedificari fecit successor Lombardi in episcopatu, Magister scilicet Mauritius de Sulliaco. Nam antea duae exstabant ecclesiae maiores unacum tertia quae baptisterium forsitan amplectebatur : ecclesia scilicet cathedralis S. Mariae, sita quasi circa centrum chori ecclesiae actualis ; ecclesia iterum S. Stephani aedificata circa triginta metra ad occidentem alterius, ante et probabiliter sub portis seu valvis ecclesiae Mauritii (quae ecclesia antiqua quasi funditus eversa fuit et derelicta circa annum 1110); necnon et ecclesiola S. Iohannis Rotunda (demolita anno 1748), quae probabiliter baptisterium erat, ad sinistram seu aquilonem portarum ecclesiae actualis 1. Extra hunc complexum episcopalem, proxima autem (inter aquilonem et occasum) ecclesiae S. Stephani, inveniebatur altera S. Christophoro dedicata domibus et aedificiis quasi circumdata, inter quas praeter domum Lombardi recordatur alia etiam « iuxta S. Cristoforum cum plateis eidem domui contiguis quam Obizo medicus» testamento abbatiae

1 Cf. M. Guérard, *Cartulaire* IV, 60 ; A. Molinier, *Obituaires de la province de Sens* 1-1, 126. Secundum intellectum nostrum huius documenti, quod morti Lombardi longe posterius videtur, domum suam canonico Henrico de Orliaco locavit Magister Petrus iam episcopus. Quae postea in morte Henrici proprietas capituli evasit, ita ut redditus eius stipendium anniversarii Lombardi suppeditaret. Quod deducitur ex alio documento, ad annum 1217, quo capitulum quandam (eandem, scilicet) domum sitam iuxta S. Christophorum canonico Ebrardo concedit, quandiu vixerit, eo tenore ut dictus Ebrardus solvat... stationem unam, mense iulio, die anniversarii Petri Lombardi, Parisiensis episcopi (M. Guérard, *Cartulaire* III, p. 358).

2 Cf. J. Hubert, *Les origines de Notre-Dame de Paris,* in *Revue d'histoire de l'Église de France* 50 (1964) 5-24 ; vide etiam imagines ibi impressas.

S. Victoris reliquerat circa an. 1138 [1]; necnon et altera quae olim Collegium XVIII Scholarium hospitabat [2].

Proh dolor autem praeter designationem obscuram *iuxta S. Christophorum* nihil aliud invenitur quo determinari possit collocatio domus Petri[3]. Maioris reapse momenti nobis est quod haec ecclesia et domus Lombardi duos passus distabant a Paravisu : *La rue du Parvis bien près / Et la rue du Cloistre après / Et la grant rue S. Christofle...*[4] ; ac proinde in vicu scholarum circa ecclesiam Nostrae Dominae [5].

Inde sequitur quod in hac domo Magister Lombardus non solum opera sua conscripsit sed etiam, ut aestimamus, scholas suas tenebat. Idem faciebant, ut videtur, saltem quidam alii magistri. Quare enim domum iuxta illam ecclesiam obtinuit nisi relationem intimam iam coepisset inter se et ecclesiam ac scholas eius? Unde ad coniecturam Fr. Pelster revertamur, quod scilicet Lombardus canonicus fuerit S. Mariae, ut eam convertamus in certitudinem.

3. Canonicus Sanctae Mariae.

Hoc differunt poeta et historicus, ait Aristoteles[6]; quod hic res gestas, ille ut geri potuerunt exponit. Sed quanti vitam Lombardi suppositionibus illustrando se potius poetas esse demonstrant quam historicos! Antiquioribus siquidem sufficiebat quod nescio quis Petrus Lombardus canonicus esset Carnotensis ; unde alias possibilitates non examinaverunt[7].

1 Verba sunt Innocentii Pp. II in epist. ed. apud J. von Pflugk-Harttung, *Acta Pontificum Romanorum inedita* I, Stuttgart 1881 et Graz 1958, 161-162; vide alia documenta in R. de Lasteyric, *Cartulaire* I, nn. 277, 291, 526, pp. 270, 280-281, 441-442; ex ultimo concluditur quod domum suam non emerat Lombardus a canonicis S. Victoris, quia domum adhuc possederunt circa 1175-1192.

2 Cf. H. Géraud, *Paris sous Philippe-le-Bel,* Paris 1837, 405; E. Coyecque, *L'Hôtel-Dieu de Paris au moyen âge. Histoire et documents* II, Paris 1889, n. 669, p. 103; n. 2048, p. 373.

3 Descriptiones et imagines platearum viarumque inveniuntur apud E. Raunié, *Épitaphier du Vieux Paris* III, Paris 1901 ; advertatur autem quod illae vicum S. Christophori (pp. 107-115) demonstrant post apertionem Viae Novae Nostrae Dominae.

4 Cf. Abbé Lebeuf, *Histoire de la ville et de tout le diocèse de Paris* 1-1, Paris 1754, 574; H. Géraud, *Paris sous Philippe-le-Bel,* 571-572 ; et Jacq. Hillairet, *Dictionnaire historique des rues de Paris* II, Paris 1963, 232-237.

5 Cf. A. L. Gabriel, *Les écoles de la cathédrale de Notre-Dame et le commencement de {'Université de Paris,* in *Revue d'histoire de l'Église de France* 50 (1964) 73-98.

6 *De poetica,* c. 9 (vel 7) (ed. Bekker 1451b 1-5).

7 Audiantur verba F. Protois : « Dom [G.A.] Lobineau, dans son *Histoire de la ville de Paris* [Paris 1725], nie que Pierre Lombard ait professé la théologie dans l'école episcopale de

Post opus C. F. du Cange alii aut supponebant Lombardum docuisse ad S. Victorem aut ad S. Genovefam, ac alii recentiores eum videbant praebendarium Bellovacensis. Nemo, ut videtur, alia documenta exquisivit. Forsitan quidam indagines peregerunt, sed non invenientes nomen et titulum Lombardi plenis litteris in chartulariis, etc., in vanum se laborasse aestimaverunt [1].

Ex parte nostra, praeter argumentum ex domo Lombardi, aliud etiam aequi meriti nos induxit ad inspiciendum documenta, ipsa scilicet electio Petri in episcopum. Quae electio canonicis S. Mariae reservata erat ; et valde improbabile videtur quod illi prorsus alienum eligerent. Hoc si fecerunt anno 1143, quando episcopum creaverunt Theobaldum priorem S. Martini de Campis, qui sic fuit praedecessor immediatus nostri Lombardi, conditionibus politicis, ut videtur, coacti sunt ac forsitan quodam conflictu in ipso capitulo. Sed omnes alii episcopi ab anno 1116 usque ad annum 1197 iam canonici fuerant S. Mariae et quasi omnes archidiaconi ante eorum electionem [2]. Unde etiam a priori omnino probabile videtur quod ipse Lombardus ante suam electionem tam canonicus S. Mariae quam etiam archidiaconus diocesis Parisiensis inveniretur.

Unde ad chartularia nos detulimus, ut documenta si quae essent inter annos 1133-1161 scrutaremur ex quibus argumentum certum erui posset. Non defecerunt autem quaedam difficultates: chartae omnino desunt, ut iam notavimus[3], pro annis 1135-1141/42, ac iterum pro annis 1153 et 1155-1156; quae forsitan adhuc latent in Archivis. Praeterea, nonnullae chartae seu verius transcriptiones earum in registris capituli non omnia nomina testium praeseferunt ; immo, ut videtur, non omnes

Notre-Dame. ' La raison en est, dit-il, que s'il y avait enseigné, il devait eu sans doute quelque bénéfice dans cette église ; or, quand il en fut fait évêque, il était simplement chanoine de Chartres '. L'argument n'est pas concluant. Le silence des historiens ne prouve nullement que Pierre, avant d'être évêque, n'ait pas été revêtu d'un bénéfice dans l'église métropolitaine » (*Pierre Lombard, Évêque de Paris dit le Maître des Sentences. Son époque, sa vie, ses écrits, son influence,* Paris 1881, 34, not. 1).

1 Nescierunt vel male interpretati sunt verba Fr. Iacobi Aquensis, quae aliqualiter veritatem attingunt : « In tantum profecit, quod ivit Bononiam, et de Bononia Parisius. Et ibi audiens artes fit clericus, deinde canonicus, ultimo fit Parisiensis episcopus » (in *Chroniam imaginis mundi,* ed. cit., 1620).

2 Cf. I. Brady, *Peter Lombard : Canon of Notre Dame,* in *Rech. de Théol. anc.l et méd.* 32 (1965) 280-281.

3 Supra, p. 16*, n. 3, de canoniis Gilbert! Porretani et Theodorici Carnotensis. Quasdam reapse chartas invenimus hisce annis assignatas, sed paucissima solum nomina offerunt ; cf. I. Brady, art. cit., 283, not. 24.

canonici omni congressui capituli se praesentabant. Ex alia parte, documenta patienter et perseveranter scrutanti secreta sua revelabunt ; quomodo exempli gratia quidam magni gradatim ascenderunt ab imo (ex pueris, qui clerici erant minores [1]) usque ad diversos Ordines ac dignitates decani, praecentoris, archidiaconi, cancellarii, etc. ; vel iterum quod quamplures inter pueros et subdiaconos probabiliter studentes erant, quia post aliquos annos non amplius inter canonicos enumerantur.

Ad Petrum Lombardum quod attinet, charta Theobaldi episcopi sub anno 1150, quae supra notatur, nobis pignus est quod non erravimus in aliis indaginibus nostris. Ad eandem certitudinem magni interest aliud documentum quarti diei septembris anni 1154, quatenus inter alios testes *Magister Petrus Longobardus* interfuit cuidam conventioni inter Theobaldum et Balduinum Noviomensem episcopum confectae ; etsi enim non vocatur canonicus, et adhuc non est archidiaconus, inter archidiaconum Bernardum nominatur et Magistrum Gualterum canonicum [2].

Unde nihil haesitantes, Lombardum affirmamus *Petrum puerum* esse qui in tribus documentis occurrit annorum 1145-1147, ubi semper sequitur Philippum puerum fratrem regis :

1. Sine anno (c. 1145). Iuxta titulum editoris: *Donation aux Tempiers, par le doyen Barthélemy et le chapitre de Notre-Dame de Paris, de soixante sous à prendre sur le Change.* In nomine sancte et individue Trinitatis... subscriptis testium nominibus corroboravimus. Signum Barthoiomei decani... S. Urbani subdiaconi. S. Philippi pueri. S. *Petri pueri.* S. Stephani pueri. Ex parte domini regis...[3].

2. Anno 1145 (id est a Paschate 1145 [15 apr.] ad Pascha 1146 [30 mart.]). *Règlement, par le doyen B. et le chapitre de Paris, des revenus et des functions du vicaire chargé de desservir une prébende possédée à Notre-Dame par l'abbaye de Saint-Victor.* Ego Bartholomeus... sigilli nostri impressione et nominum nostrorum subscriptione firmavimus. Signum Barthoiomei decani... S. Durandi subdiaconi. S. Philippi pueri fratris regis. S. *Petri pueri.* S. Hilduini pueri... [4].

3. An. 1146 (mart.-nov.). *Ordinatio Barth, decani totiusque capituli Paris., qua statuuntur iura et officii vicarii sacerdotis, deputati a monachis S. Martini ad gerendam praebendam.*

Ego Bartholomeus... Quod ne valeat oblivione deleri... firmavimus. Signum B. decani... S. Durandi subdiaconi. S. Philippi pueri fratris regis. S. *Petri pueri.* S. Hilduini pueri...[5].

1 Cf. C. F. du Cange, *Glossarium* V, 506.

2 Cf. supra, p. 11*, not. 2.

3 Ed. R. de Lasteyrie, *Cartulaire* I, η. 321, ρρ. 297-298.

4 Ibid., η. 319, ρρ. 295-296.

5 Cf. M. Guérard, *Cartulaire* II, p. 427 (solum titulum et tempus indicat) ; tota charta invenitur ap. J. Depoin, *Receuil de chartes...* Π, η. 289, ρρ. 159-161, et R. de Lasteyrie, *Cartulaire* I, n. 323, p. 298.

Unde concludi potest quod saltern circa Pascha anni 1145 canonicatum obtinuit Longobardus in ecclesia S. Mariae. Alius revera Petrus invenitur in primo documento et in aliis ; sed iste hic diaconus signatur, ac iam subdiaconus annis 1133-1134; qui certe est Petrus de Monciaco (f c. 1152/53) A Sed utrum ante 1145 noster Petrus iam canoniam possederit, determinari nequit tam quia documenta deficiunt pro annis 1133-1145 quam quia parum scitur cum certitudine de primis annis Philippi sexti filii Ludovici VI et fratris regis Ludovici VII. Natus fuit c. 1125-1126; in matrimonium duxit filiam quandam Theobaldi Magni, comitis Campaniae, quod mox propter consanguinitatem dissolutum est, immo anno 1140, secundum M. Guérard[2]; tunc Ecclesiae se dedicavit. Certe adhuc iuvenis erat quando capitulum S. Mariae intravit. De eo multa sunt dicenda infra.

Utrum hanc praebendam consecutus sit Lombardus officiis Bernardi Claraevallensis, non apparet[3]. Probabilius videtur quod eam obtinuerit quia sese proxime praeparabat ad magisterium. Magis nobis hic interest ascensum Petri ad ordines et dignitates investigare. Quod subdiaconus fuerit non solum ad annum 1150, sed etiam ante, sub anno 1147, sequenti documento demonstratur :

> Anno 1147 (oct.-nov.). *Ne propositurae Laiaci aut Spedone alicui personae specialiter concedantur.* Ego Theobaudus Dei gracia Parisiensis episcopus notum fieri volumus tam futuris quam presentibus, quoniam universi fratres Parisiensis ecclesie in capitulo suo convenerunt, ut de rebus et negociis ecclesie utiliter disponerent... Actum Parisius, anno MCXLVII incarnati Verbi, episcopatus vero nostri anno IIII0. Signum Alberti precentoris. S. Guermundi archidiaconi. S. Bernardi archidiaconi. S. Ivonis archidiaconi. S. Robert! succentoris. S. Gauteri sacerdotis. S. Odonis sacerdotis. S. Guidonis diaconi. Signum Herluini diaconi. S. *Petri subdiaconi.* Signum Mauritii subdiaconi. S. Guillelmi pueri. S. Hugonis pueri[4].

1 Cf. I. Brady, art. cit., 288.

2 *Cartulaire* I, p. 389.

3 Protectorem enim Longobardi ac patronum Bernardum proclamat Fr. Bliemetzrieder: «Petrus Lombardus scheint in der Tat in Paris schnelle Karriere gemacht zu haben... Wem der Lombarde sein Glück zu verdanken hatte, ist mir vorderhand nicht klar ; ich vermute, dem mâchtigen Ansehen seines Gonners, des Abtes Bernhard v. Clairvaux, der ihn in Paris eingeführt hatte wie den Robertus Pullus » *(Robert von Melun und die Schute Anselms von Laon,* in *Zeitschr. f. Kirchengesch.* 53 [1934] 129, not. 56).

4 Cf. M. Guérard, *Cartulaire* II, 360, ubi omittuntur ultima octo nomina, quae supplemus ex Paris. Archiv. Nat. LL 76, n° 15, p. 489a. Quod alia documenta in libris S. Mariae nomina portant quae non includuntur in editione M. Guérard, omnino agnoscendum est. Quodammodo ergo deficit investigatio nostra.

Adhuc erat subdiaconus anno 1152 [1] ; ac ordo eius non notatur in charta anni 1154, de qua supra [2]. Aliud documentum non invenimus ante annum 1156 (scilicet post Pascha illius anni usque ad Pascha 1157), ubi Petrus signatur ut *archidiaconus* :

> *Confirmation par le chapitre de Paris du don d'une terre fait par les chanoines de S.-Merry à l'abbaye de Saint-Magloire.* Ego Clemens, Parisiensis decanus, totusque eiusdem ecclesie conventus... Signum Clementis decani. S. Alberti precentoris. S. Welmundi archidiaconi. S. *Petri archidiaconi.* S. Ivonis archidiaconi. S. Roberti sacerdotis. S. Walterii sacerdotis. S. Odonis sacerdotis... Actum publice Parisius in capitulo B.M. anno Incarnati Verbi M0C°L°VI°. Data per manum Algrini cancellarii[3].

Hoc documento monstratur, ut aestimamus, Petrum iam saltem diaconum fuisse et probabilius sacerdotem ante hunc annum, eo magis quia Concilium Remense (1148) cui interfuerat decretum promulgaverat (can. 9) : « Illud etiam duximus annectendum, ut nullus in archidiaconum nisi diaconus vel presbyter ordinetur »[4]. Et quid ei supererat, nisi solum regnum? Mortuo enim Theobaldo 8 ian. 1158 (scii. 1159, secundum stylum nostrum), ei suffectus est Magister Petrus et sacratus circa festum Petri et Pauli. Sed de hoc fusius infra.

C. « Celebrem theologum vidimus Lumbardum ».

Etiamsi documentis allatis quodammodo illustretur vita ecclesiastica nostri Magistri, adhuc remanent quamplures obscuritates[5], praesertim

1 M. Guérard, *Cartulaire* I, 388-389 ; *Petrus diaconus* hic signatus ille erat de Monciaco, ut aestimamus.

2 Cf. supra, p. 11*, n. 2.

3 Cf. R. de Lasteyrie, *Cartulaire* I, n. 394, pp. 347-348. Rectius *Guermundl* legendum est ; Ivo iam mortuus erat ante annum 1159 ; Robertus succentor fuit eodem anno ; ac Odo, id est Magister Odo Suessionensis (vel Ursicampi) cancellarius factus est an. 1160. Notetur absentia Philippi fratris regis, quia postea quaestio erit de officiis eius. — Quamvis usque adhuc nullibi invenerimus quem archidiaconatum occupaverit Lombardus, supponimus illum *Josaium* (Josas) esse, cui postea, ut videtur, successit Mauritius.

4 Cf. *Concilia,* ed. regia XXVII, Parisiis 1644, 191 ; qui canon sumitur de secundo Concilio Laterano, c. 10 (ibid., 126), unde incorporatur in *Decretum* Gratiani, Dist. 60, c. 3 *(Corpus luris Canonici* I, ed. Ae. Friedberg, Lipsiae 1879, 226s). De officio archidiaconi, cf. G. Le Bras, *Institutions ecclésiastiques de la Chrétienté médiévale* I (Fliche-Martin, Histoire de l'Église, 12), Paris 1964, 391-394.

5 Quas queritur los. de Ghellinck : « Hormis l'élévation au siège épiscopal de Paris, la biographie de Pierre Lombard n'abonde pas en événements sensationnels... Ce que l'on en sait tient en quelques lignes et, comme celle d'Abélard, elle laisse beaucoup de détails chronolo-

de eius vita scholastica. Quas modulo nostro aliqualiter sublevare speramus, etsi chronologiam iam acceptam mutare debeamus, in auxilium advocantes quae testimonia fidedigna invenimus et, in quantum fieri potest, nimias hypotheses evitantes.

1. In scholis Nostrae Dominae.

In quanam schola Lombardus docuerit Parisius, variae olim erant scriptorum sententiae. Quidam opinabantur Petrum docuisse primo apud abbatiam Sancti Victoris, quia eum ibi morari credebant, et postea in scholis Sanctae Genovefae [1]. Unde saltem in parte opinionem Bulaei sequuntur, qui ad annum 1148 scribit: «quo tempore M. Petrus Lombardus Theologorum princeps in Scholis San-Genovefianis sacras paginas docebat»[2], eo inductus quia credidit, ut videtur, Lombardum «Canonicorum habitum sumpsisse unumque ex iis fuisse qui ad S. Genovefam translati sunt et traducti»[3], anno scilicet 1147 quando canonici regulares iussu Eugenii papae III saecularibus successerunt.

Quam vanae sint huiusmodi assertiones, H. Denifle iam recte demonstravit[4]; cuius iudicium omnino confirmatur dignitatibus quas Petrus accumulavit in capitulo S. Mariae. Unde constat eum cathedram solum in scholis Nostrae Dominae habuisse, et quidem ante annum 1144,

Quatenus hanc cathedram, teste Herberto de Boseham[5][6] tenuit Lombardus usque ad suam electionem in episcopum, ridiculum esset repetere coniecturam Bulaei (proprius autem fabulam), quam reapse recitat editio nostra secunda [6], secundum quam quidam Magister Petrus Melden-

giques dans une impénétrable pénombre, doublement gênante pour ['historien des idées» *(Le mouvement idéologique,* ed. 2, 214).

1 Ita Dom. Ant. Rivet, in *Hist. litt. de France* IX, Paris 1750, 64 et 72 (postea Dom. Clément quaestionem silentio praeterit in tomo XII); P. Feret: «vraisemblable à Saint-Victor, probable à Saint-Geneviève» *(La faculté de théologie* I, 15 et p. XII); A. Massara, *Pier Lombardo* (pp. 40-46) eum voluit primo ad S. Victorem, dein ad S. Genovefam, ac post editas Sententias ad scholam ecclesiae cathedralis.

2 *Historia Univ. Paris.* II, 249.

3 Ibid., 766.

4 *Die Entstehung der Universitdten des Mittelalters bis 1400* I, Berlin 1885, 657, n. 16; 679, n. 83; id., *Chartularium Universitatis Parisiensis* I, Parisiis 1889, XVII.

6 Cf. *Prefatio... super novo quod condidit opere super psalmos,* ed. H. H. Glunz, *History of the Vulgate in England from Alcuin to Loger Bacon,* Cambridge 1933, 343; de quo etiam infra agetur.

6 Cf. C. E. Bulaeus, *Historia Univ. Paris.* II, 251-252; et editio secunda Sent. (Quaracchi 1916), XV-XVIII.

sis Magister esset noster. Ille Meldensis cum duobus de sociis suis iniuriam et violentiam intulisse accusatur in lozelinum Meldensem canonicum. In qua causa, circa an. 1149 uterque ad audientiam Eugenii III appellavit. Unde oritur series epistolarum quae Sugerio abbati S. Dionysii diriguntur, cuius discretioni causa committitur. Sed tam cl. Bulaeo quam Pp. Editoribus praeterit alia epistola eiusdem Pontificis ad eundem Sugerium directa post appellationem sociorum Magistri Petri :

> Filii nostri A. et Her. clerici Meldensis Ecclesiae, nuper ad nostram praesentiam venientes, quoniam super eo quod eis a Goslino imponebatur... Praeterea episcopo et canonicis Meldensis Ecclesiae firmiter ex nostra parte praecipias, ut de caetero cum eodem Goslino pacem et fraternam concordiam habeant... Datum Tusculani VII Id. Nov. [id est, 7 nov. 1149]L

Unde casus respicit quendam Petrum magistrum liberalium artium et tres alios, qui omnes sunt diocesis Meldensis, non Parisiensis 1.

2. Consulitur ab Eugenio Papa III.

Quanta fama scientiae et auctoritate gaudebat Lombardus ex eo erui potest quod ab ipso Summo Pontifice Eugenio III consuli meruit in quaestione de correctione fraterna. Ad hoc testimonium habemus omni fide dignum, cuiusdam scilicet discipuli Magistri nostri, qui revera Petrus exstat Manducator, ut aestimamus. Ex cuius textu deducitur quod Pontifex Magistrum interrogavit facie ad faciem, non litteris (ut postea dicit Magister Robertus de Cursone, qui etiam consultationem Alexandro III attribuit). Quae inde consultatio probabilius anno 1147 occurrit, quando Parisius morabatur Eugenius a die 20 aprilis usque ad mensem iunii. Audiatur ergo testimonium discipuli :

> Quaestio: An sua repetere licet? [Luc. 6,30]... Sed in eo alia quaestio difficilior latet, cuius *gratia* paululum procedamus. Praeceptum praelato quod corrigat illum inter se et illum solum [Matth. 18, 15-17]. Quod si perseveraverit, adhibeat duos testes. Et sic si non voluerit, ostendat Ecclesiae. Si autem nec sic, tunc habeat tanquam publicanum et ethnicum. Cum ergo vocaverit 'primo illum solum, aut negabit, aut confitebitur. Si negaverit, quid agendum? vocabitne testes? sed cuius rei testes erunt? Negationis. Quaeritur ergo ubi standum est.

1 PL 180, 1401 D-1402 B.

2 Cf. Fr. Pelster, *Wann hat Petrus Lombardus die Libri IV Sententiarum vollendet?,* in *Greg.* 2 (1921) 388-390.

Super hoc interrogatus Magister noster a Papa Eugenio et consultus (dubitabat enim inde Eugenius), respondit quod si negaverit, cum a solo praelato inquiritur, ibi standum est sacerdoti, etsi sciat pro certo illum esse reum. Inquit enim quod si tunc vocaret alios, et ostenderet eis, proditor esset sceleris fratris sui, non corrector. Si autem confitetur illi soli, et vocatis aliquibus negat, iterum ibi standum est [1].

Postea, ad initium saeculi XIII (c. 1204/8) eandem consultationem narrat Robertus de Cursone in sua *Summa theologiae,* parte XX : Quaestio de fraterna correptione, capitulo quarto :

Sequitur ut discutiamus quomodo sit praedictum capitulum de correctione intelligendum. Alexander tercius haesitans de ipsius expositione consultationem misit Parisius magistro P. Lombardo quaerendo ea dubia quae de eo [id est, de Petro Lombardo] sunt inquirenda, scilicet utrum illud capitulum [Matth. 18, 15-17] sit intelligendum de occulto crimine tantum vel de manifesto tantum aut de utroque simul, et qualiter sit procedendum in accusatione tali, scilicet utrum in scribendo vel benigne ammonendo, et utrum sufficiat inductio unius testis, et utrum sufficiat tandem ostendere crimen fratris episcopo loci loco Ecclesiae. Magister P. Lombardus fertur respondisse quod capitulum illud intelligendum est tantum de occulto crimine. Verbi gratia : Ego solus scio quod fornicatus es et non vis desistere. Venio ad te dicens : Frater, dimitte hoc. Et non vult dimittere. Postea induco duos qui nesciunt hoc. Et coram illis confitetur illud, sed tamen non vult desistere. Et ideo *dico* illud Ecclesiae vel episcopo. Ille autem ibi negat totum et dicit se dixisse quoddam falsum illis testibus et mentitum se fuisse illis per omnia. Certe si sic fiat, non procedit ulterius accusatio. Potest tamen episcopus cogere talem ad purgationem. Sed obicitur...[2].

3. Contra Gilbertum Porretanum.

Eodem anno 1147, post Pascha, Lombardus affuisse videtur consistorio Parisius convocato ab eodem Eugenio III ad doctrinam Gilberti Porretani examinandam. Praeclarus enim ille Magister, iam ab anno

1 Editur ut Q. 314 inter *Quaestiones Magistri Odonis Suessionensis,* ed. J. B. Card. Pitra, in *Analecta novissima Spicilegii Solesmensis* II, Tusculanum 1888, 142. Invenitur in codd. Paris., Bibi. Nat. lat. 3230, ff. 138b-139b ; Cameraci, Bibi. Munie. 561, ff. 76c-77a; Londini, Mus. Britann., Harley 1762, ff. 135d-136b. Sed non omnes Quaestiones hic editae Odoni tribuendae sunt ; in specie, Qq. 288-334 alterius magistri sunt qui discipulus fuit Lombardi (cuius aemulus, non discipulus, fuit Magister Odo). Quod iste Petrus Manducator fuerit, hic magis supponimus quam probamus; cf. I. Brady, *Peter Manducator and the oral Teachings of Peter Lombard,* in *Antonianum* 41 (1966) 465-466.

2 Textum collatum iuxta codd. Paris., Bibi. Nat. lat. 3203, f. 125 ; et lat. 14524, f. 70c-d ; Trecis, Bibi. Civit. 1175, ff. 82d-83a ; Brugis, Bibi. Civit. 247, f. 69a; Cantabrigiae, Bibi. Collegii 'Caius et Gonville' 331, f. 32d ; Londini, Mus. Britann. Royal 9 E XIV, f. 16b, nobis fraterne praebuit Nicholaus M. Haring (Toronto), quem grati hic transcribimus.

1142 Pictaviensis episcopus, anno praecedenti in quodam synodo seu conventu de sua diocesi clericorum quaedam de fide sanctae Trinitatis interseruerat quae duobus archidiaconis suis, Arnoldo et Kaloni, tanquam contra catholicae fidei normam Ecclesiae videbantur. Unde appellatione facta ad Romanam Ecclesiam, eis Eugenius respondit se Gallias introire et utramque partem praecepit in solemnitate paschali Parisius sibi praesentari [1].

Nullo quidem patenti testimonio constat Magistrum nostrum huic consistorio affuisse. Attamen valde probabile apparet, eo magis quia Otto Frisingensis dicit praeter Cardinales et episcopos etiam alios viros venerabiles et eruditos consistorio adstitisse, inter quos praecipuas partes egerunt duo magistri, Adam de Parvo Ponte, vir subtilis, et (alius) Parisiensis ecclesiae canonicus recenter factus, scilicet Hugo de Campo Florido, cancellarius regis[2]. Qui duo, ut videtur, olim discipuli fuerant Magistri Gilberti ; asseruerunt enim, teste eodem Ottone, aliqua de capitulis quae Gilberto obiciebantur se de proprio eius ore audisse. Eo autem quod anno sequenti Lombardus alio consistorio Remis interfuit, supponi potest eum etiam huic adstitisse Parisius unacum aliis magistris et canonicis ecclesiae Parisiensis.

Sensit autem Papa, utpote vir cautus et religiosus (verbis iterum utimur Ottonis), difficultatem causae, ac proinde rem protelandam usque ad Concilium adiudicavit quod Remis indixit anno sequenti. Itaque post illud Concilium, quod ob alias rationes et non propter causam Gilberti convocatum est[3], aliis patribus dimissis, «prudentiores et viciniores ad causam Episcopi Giliberti terminandam reservantur »[4] ad consistorium quod in palatio episcopali (quod Tau vocatur) celebratur. Inter quos peritos seu propius inter magistros scolarum, non semel notatur Petrus Lombardus[5].

1 Verba conteximus Oodefridi Altissiodorensis *(Epist. ad Card. Albinum,* c. 2 ; PL 185, 587 C-D) et Ottonis ep. Frisingensis *(Gesta Friderici Imperatoris I,* n. 48; ed. G. Waitz, 67-68). Cf. N. M. Haring, *Bischoff Gilbert II von Poitiers (1142-1154) und seine Erzdiakone,* in *Deutsches Archiv fiir Erforschung des Mittelalters* 21 (1965) 150-172.

2 *Gesta Frid. Imp. I,* n. 53 (ed. cit., 75). *Signum magistri Hugonis de Campoflorido dyaconi* primum apparet in quodam documento capituli Nostrae Dominae inter 31 diem martii 1146 et Pascha 1147 (cf. R. de Lasteyrie, *Cartulaire* I, n. 327, p. 302). Non obstante affirmatione aliorum, nec Adam de Parvo Ponte nec alius quispiam Adam enumeratur inter canonicos illius aetatis.

3 Cf. N. M. Hâring, *Notes on the Council and Consistory of Rheims (1148),* in *Mediaeval Studies* 28 (1966) 39-59.

4 Ita currunt verba Ottonis, in *Gesta Frid. Imp. I,* n. 58 (ed. cit., 82).

5 Cf. Fr. Pelster, *Petrus Lombardus und die Verhandlungen Uber die Streitfrage des Gil-*

Omittimus historiam huius consistorii enarrare, ne nimis lectorem taedeat. Sufficit notare quod ita parti S. Bernardi contra Gilbertum adhaesit Petrus noster ut eiusdem abbatis conventiculo adstiterit[1], et coram Papa ita cum aliis in Gilbertum invexit ut admirationem excitaverit Ioannis Saresberiensis, qui in sua *Historia Pontificali* rem ita depingit:

> Sed cum obloquerentur multi, in eum [Gilbertum] tamen acrius insurgebant Sigerxus, abbas Sancti Dionysii, vir litteratus et eloquens, et Pictaviensis ecclesiae canonici Calo, qui postmodum eiusdem ecclesiae episcopus factus est, et magister Everaldus, cui cognomen est Non-ridentis ; magistri quoque scolares Petrus Lombardus, postea Parisiensis episcopus, et Robertas de Meliduno, postmodum Herefordensis praesul, suas et aliorum linguas in eum acuebant. Incertum habeo an zelo fidei, an aemulatione nominis clarioris et meriti, an ut sic promererentur abbatem, cuius tunc summa erat auctoritas, cuius consilio tam sacerdotium quam regnum prae ceteris agebatur[2].

Quamnam partem habuerit Magister noster, non omnino apparet. Sed ad eius historiam quod attinet, duo erunt infra explicitius notanda quando agetur de eius Glossa in epistolas beati Apostoli necnon et de tertio libro Sententiarum : primo, quod doctrinam Gilberti de incarnatione seu eius defensionem in hoc Consistorio prolatam[3] directe oppugnat Magister in tertio libro Sententiarum, cap. 14 (nunc dist. 5, c. 1, nn. 3-12); et secundo, quod fons istius capituli invenitur in quadam lectione primitiva huc usque ignota illius Glossae in primum capitulum epistolae ad Romanos. Proinde, haec Glossa, saltem in prima forma quae exstat in paucissimis codicibus (non autem in forma textus recepti), non ante sed post Consistorium Remense composita est.

4. Quid et Quando Docebat Magister.

Unde deducimur ad quaestionem quae maxime nobis interest, quid scilicet docuerit Magister ab anno saltem 1144 usque ad electionem in episcopum Parisiensem et quando opera sua composuerit. Non paucis reapse difficultatibus scatet haec quaestio, quas superare infra conabimur historiam examinando singulorum operum. Ad vitam autem Nostri illu-

bertus Porreta in Paris (7147) und Reims (1148), in *Miscell. Lombardiana* 65-73 ; et J. Leclercq, *Textes sur Saint Bernard et Gilbert de la Pome,* in *Mediaeval Studies* 14 (1952) 109.

1 Cf. N. M. Hâring, *Dos sogennante Glaubensbekenntnis des Reimser Konsistoriums von 1148,* in *Scholastic* 40 (1965)65, nota 63.

2 Ed. R. L. Poole, Oxford 1927, 17.

3 Secundum testimonium Ottonis Frising, n. 58 (ed. cit., 84).

strandam hic oportet huiusmodi indagines aliqualiter anticipare, modo simpliciore rem proponendo absque magna discussione.

Scias ergo ante annum 1148 nihil determinari posse de eius actuositate litteraria, quo anno scilicet (vel forte anno 1149) Magister citat et oppugnat argumenta de incarnatione quae Gilbertus se defendendo consistorio Remensi obtulerat. Quid ergo de Glossa Magistri in psalmos, quae composita dicitur ante annum 1141, eo quod inter fontes eius non connumeratur *Summa sententiarum ?* Quod argumentum [1] haud spernendum iudicamus. Sed nec praetereundum est testimonium Magistri Herberti de Boseham, qui circa annum 1150 inter discipulos invenitur Lombardi, quod scilicet hanc Glossam potius ad usum et devotionem propriam compegit Magister : « Cum haec opera scriberet, nequaquam, sicut ipsomet referente didici, ipsi venit in mentem quod in scolis publicis legerentur, solum ob id facta ut antiquioris glosatoris, Magistri videlicet Anselmi Laudunensis, brevitatem elucidarent obscuram ». Solum postea, ut refert idem Herbertus, « ad multorum instantiam a Magistro praeter spem » haec opera publice legebantur, haud multum, ut ex eiusdem verbis apparet, antequam « in Parisiorum antistitem promotus est »[2]. Parum ergo importat, ut aestimamus, utrum *Summa sententiarum* defloretur necnon, quia Glossa opus privatum erat, et potius exegeticum quam theologicum.

Sed quid iterum dicendum de Glossa in Apostolum, an scilicet eam ante 1142 iam in manu habuerit vel saltem aliquam eius notitiam attigerit Gerhohus Reichersbergensis? [3] Hoc revera nobis apparet omnino improbabile, immo impossibile, ut fusius infra demonstrabitur. Immo, utrum Magister hanc etiam Glossam ad usum privatum primum compilasset, an forsitan sub quadam forma adhuc ignota in scholis ante 1148 legisset, nescimus. Hoc enim solum firmum tectumque habemus, quod huius Glossae nullum exemplar invenitur ante Consistorium Remense. Sed de hoc plenius infra.

Proinde non est impossibile quod illis primis annis sui magisterii discipulis tradiderit Lombardus quandam formam Glossae in epistolas beati Pauli, ad instar aliorum magistrorum. Praeterea, data consultatione Eugenii papae de qua supra, nec excluditur quod quasdam quaestiones disputaverit quales exstant in codice Trecensi, Bibi, civitatis 964,

1 Cf. D. Van den Eynde, *Essai chronologique,* in *Miscell. Lombardiana* 49-53.

2 In *Prejatio... super novo quod condidit opere super psalmos ;* ed. H. H. Glunz, op, cit., 343.

3 Cf. D. Van den Eynde, *Essai chronologique,* in *Miscell. Lombardiana* 53-54, cum notis ibi positis.

ff. 126v-I35v, et in cod. Monacensi Clm 2624, ff. 3v-21r, quae quandam affinitatem habent ad libros Sententiarum x. Sed coniecturam non excedit haec hypothesis nostra, quae in hoc solum fundatur quod iam vir venerabilis erat Lombardus et quaedam studia alibi prosecutus est ante adventum suum in Franciam. Aequo modo cogitari potest eum quendam tractatum seu questiones de praeceptis et de sacramentis disputasse nisum operibus Ivonis Carnotensis, quas postea ope *Decreti* Gratiani perfecisset et Sententiis incorporasset. Quae tamen hypotheses nihil aliud sunt quam confessio nostrae ignorantiae!

Ad compositionem Sententiarum quod attinet, per longum et latum disputaverunt antecessores nostri, uti infra declarabitur. Ex parte nostra, certi sumus quod Magister non ante libros composuit quam Glossam primitivam in Apostolum confecerat; immo quod non ante annum 1154 illos compegit, quia solum post mortem Eugenii III (die 8 iulii 1153) lucem vidit versio Burgundionis operis loannis Damasceni *De fide orthodoxa* 1. Quod opus, ut omnibus notum est, in notitiam Petri venit *dum Nomae esset*3 ; scilicet occasione itineris cuiusdam italici, quod occurrit, ut alibi determinatur, ad finem anni 1154 4. Unde pro certo tenemus quod compositio Sententiarum annis 1155-1158 assignanda sit. Cui subsecuta est lectio publica Glossae in psalmos et revisio Glossae in Apostolum, praesertim in epistolam ad Romanos, ultimo anno sui magisterii (scilicet 1158-1159). Haec conclusio nostra, quamvis antecessoribus nostris aliqualiter contradicat, nobis solida apparet ex argumentis quae infra adducentur ; ad quae lectorem remittimus, ad alia properantes.

D. « Petrus, Dei gratia Parisiensis episcopus ».

Vitam terrestrem Magistri Petri coronavit electio eius in episcopum Parisiensem. Quo tamen officio, teste eodem Herberto de Boseham, brevi tantum tempore functus est : « In Parisiorum antistitem promotus est

1 Cf. L. Hodl, *Die Geschichte der scholastischen Literatur und der Théologie der Schliisselgewalt* (Beiträge zur Geschichte der Phil. u. Theol. des Mittelalters XXXVIII, Heft4), Miin-Ster 1960, 119-134.

2 Vide infra, Liber I Sent., d. 19, c. 9, n. 3 (p. 167).

3 Ibid., in nota ad num. 3.

4 Cf. I. Brady, *Peter Lombard: Canon of Notre Dame,* in *Rech. de théol. anc. et méd.* 32 (1965) 291-293 ; in hoc aliqualiter corrigendus est, quatenus Lombardus probabiliter archidiaconus non fuit ante suum iter, ut apparet ex charta iam citata (supra, p. 23*, n. 2).

et post in brevi humanis rebus exemptus »[1]. Sed ne hic quidem desunt quaestiones et difficultates ad sacerdotium eius illustrandum.

1. Electio eius.

Secundum quandam additionem ad Chronicam Roberti de Torigni (seu de Monte S. Michaelis), mortuus est Theobaldus episcopus «circa octavas Epiphaniae»[2], ac post aliquot menses electus est Lombardus et sacratus circa festum apostolorum Petri et Pauli[3]. Ex alia parte, textus originalis eiusdem Chronicae modo minus simplici electionem eius commemorat : « Magister etiam Petrus Lombardus Parisiensem episcopatum adeptus est, convivente Philippo eiusdem ecclesiae decano, fratre regis Francorum ; qui, ut dicunt, electionem suam concessit eidem Petro »[4].

Cui inde credendum est? an nudae historiae additionis, aut illi cui prudenter chronista *ut dicunt* adiunxerit?

Ad rem iudicandam, sciendum est quod Parisiensis ecclesiae decanus quidam Clemens erat ab anno 1148 usque ad 1167[5]. Ex parte autem Philippi, inter quamplures praebendas quibus successit post recessum fratris sui Henrici ad monasterium Claravallense (anno 1146), annumeravit archidiaconatum Aurelianensem necnon et decanatum Turonensem, non autem Parisiensem[6]. Proinde tempore electionis Magistri Petri Philippus nec decanus fuit Parisiensis ecclesiae nec etiam, ut videtur, Parisius inveniebatur.

1 Cf. *Prefatio... saper psalmos;* ed. H. H. Glunz, op. cit., 343, 73-74.

2 Anno scii. 1159 (see. stylum novum), non 1157 (= 1158), ut M. Guérard et alii posuerunt (cf. Obituarium Eccl. Paris., ad diem 8 ianuarii, in *Cartulaire* IV, 7). Cf. J. Depoin, *Recueil de chartes et documents de Saint Martin-des-Champs* II, 268, qui rem clare illustrat.

3 Ad annum 1159 : «...Circa octavas epiphaniae Theobaldus episcopus Parisiensis, olim prior Sancti Martini de Campis, iura mortis pius pater exsolvit, et cessavit episcopatus aliquantulum » (MGH, SS VI, 508, 47-48) ; dein parum infra : « Magister Petrus Longobardus, vir magnae scientiae et super Parisiensium doctores admirabilis, electus est Parisiensis episcopus, et sacratus circa festum apostolorum Petri et Pauli » (ibid., 509, 35-36).

4 Ibid., 510, 34-36.

5 Quoad eius electionem, etc., cf. Epist. Sugerii abbatis S. Dionysii ad Eugenium papam HI (PL 186, 1380-1382; et Bulaeus, *Historia Univ. Paris.* II, 248s). Nominatur adhuc in quodam documento anni 1167 (apud J. Depoin, *Receuil...* II, n. 391, p. 296); sed anno sequenti decanus est Barbedaurus (M. Guérard, *Cartulaire* III, 438s). Probabiliter Clemens mortuus est die 18 nov. 1167, non 1165, ut dicit idem Guérard (op. cit., IV, 188).

6 Quoad illam ecclesiae Aurelianensis, vide epistolam Hadriani papae IV (3 maii 1155) ad Manassen I episcopum eiusdem ecclesiae (ed. A. Luchaire, *Études sur quelques manuscrits de Rome et de Paris,* Paris 1899, 100-101) ; ac aliam eiusdem Pontificis eodem tempore ad

Attamen, hoc etiam praeteriri non potest, quod quidam moderniores legere volunt non decanum sed archidiaconum (vel forte ita decanum volunt intelligere)[2], ad hoc forsitan deducti quia revera archidiaconus Parisiensis fuit Philippus ante mortem suam (die 4 sept. 1161)[3]. Exstat autem unum solum documentum Ecclesiae Parisiensis ubi archidiaconus designatur, et hoc quidem ut apparet ex praesentia *Gualteri capellam atque sacerdotis* sub Mauritio^episcopo cuius capellanus Gualterus erat[3]. Magister enim Mauritius, licet nullum documentum inveniatur ad hoc confirmandum, archidiaconus fuisse videtur ultimis mensibus episcopatus Lombardi, ac post propriam successionem Philippum creasse archidiaconum.

His omnibus perpensis, prudentius nobis videtur inter fabulas ac legendas connumerandum quod reportat Robertas de Monte, sicut inter calumnias viliores reiciendum est assertum Gualteri a Sancto Victore, qui Lombardum per simoniam episcopatum obtinuisse affirmare non erubuit.

Omnibus enim notum est, praesertim post unicam editionem completam nuper redactam ac studia cl. Editoris eiusdem[4], opus *Contra quatuor labyrinthos Franciae,* quod magis veneno quam atramento anno 1178 vel parum ante Gualterus conscripsit, potius testimonium exstare acerbitatis auctoris quam valorem habere historicum seu scientificum. Unde si accipere volumus accusationem eius : « Rogo : tu es magister in Israel, et episcopus, licet simoniace intrusus in ecclesia... »[5], pari modo editionem nostram reicere deberemus ut omnium peripsema usque adhuc, quia opus esset « haeretici qui diabolicis argumentis et commentis novam

Ludovicum VII (PL 188, 1417 D-1418 A). Decanus S. Martini Turonensis vocatur in *Gallia Christiana* XIV, 176 (ubi editor, B. Hauréau, eum etiam confundit cum fratre eius Henrico). De quibusdam aliis officiis ac de actibus minus decoris, cf. PL 186, 1422 B-1427 A.

1 Cf. editio secunda (1916), XX; et I. de Ghellinck, art. *Pierre Lombard,* in *Diet. Théol. Cath.* XII, 1948.

8 Ut apparet in Obituario Ecclesiae Parisiensis: «II Non. Sept... Eodem die obiit Philippus frater regis, concanonicus noster et archidiaconus» (M. Guérard, *Cartulaire* IV, 142; A. Molinier, *Obituaires de la province de Sens* 1-1, 174).

3 Ed. R. de Lasteyrie, *Cartulaire* I, n. 413, p. 361 ; poni debet ante diem 15 aprilis 1161, et certe post consecrationem Mauritii, ac proinde post (circa) 30 nov. 1160, non post 27 martii (seu Pascha 1160), ut dicit cl. editor.

4 Cf. Pal. Glorieux, *Le Contra Quatuor Labyrinthos Franciae de Gauthier de Saint-Victor. Edition critique,* in *Archives d'histoire doctr. et Utt. du moyen âge* 19 (1952) 187-335; ac id., *Mauvaise action et mauvais travail. Le «Contra quatuor labyrinthos Franciae»,* in *Rech. de Théol. anc. et méd.* 21 (1954) 179-193.

5 Lib. II, c. IV (ed. cit., 231, 14-15).

ex veteri haeresem inducit in Trinitate » [1] qui « praecipue nititur introducere doctrinam illorum quos catholicos tractatores dicit, loannem Damascenum, Abeialardum, Porretam et similes, impie interpretans sensus et intelligentiam Patrum qui sibi sunt contrarii », etc.[2].

2. Actus Petri Episcopi.

Pauca documenta seu chartae episcopatus Petri hodie inveniuntur, etiam in Archivo National! Parisius, unde unum hic edimus unacum duobus aliis iam in lucem prolatis. Quibus adiungi oportet, ut aestimamus, plures eius sermones, sive ratione festi vel materiae sive ex eorum dependentia ab aliis eius operibus. Item duo saltem exstant epistolae Summi Pontificis ei directae ; ac altera quae per errorem editorum nomen eius portat in detrimentum.

a) Chartae Petri Dei gratia Parisiensis episcopi.

1. Anno 1159. *Charta seu instrumentum quo tertiam partem decimae apud Athias conceditur canonicis Sancti Victoris* [3]. - In Nomine Sancte et Individue Trinitatis. Arnen. Magister Petrus, Dei gracia Parisiensis ecclesie humilis minister, cunctis Dei fidelibus in perpetuum. Iustum est ut conventiones que in presentia episcopali fiunt ob maiorem

1 Ibid., 231, 5 et 28-29 ; Cf. Lib. III, c. XIII, 265, 1-3 ; et passim : « phantasticus Christianus (244) ...impugnat ecclesiam (252) ...cavendus (259) ...theatralis (270) ...circa fidem naufragus » (274).

2 *Additamenta posteriora,* ibid., 317, 24-29. — Non negamus valorem quorundam particularium ad vitam Lombardi illustrandam quae hic illic adnotat ; ex. gr. quod Adam Walensis (Guallensis) olim praepositus fuit scholarum Lombardi (p. 201, 35-36); quod Petrus Manducator, qui non nominatim citatur, discipulus erat Magistri (p. 320, 29-31); ac quod Petrus Pictaviensis praepositus Manducatoris exstabat (p. 274, 37); etc. Cf. I. Brady, *Peter Manducator and the Orat Teachings of Peter Lombard,* in *Antonianum* 41 (1966) 480, 482.

3 Editores *Galliae Christianae* (VII, 68) inadvertenter duo asserunt exstare documenta circa has decimas, unum in Annalibus Victorinis respiciens decimas apud Rezias, aliud quo Petrus moniales de Hedera investivit de tertia parte decimarum apud Athias. Quos sequuntur praedecessores nostri (ed. secunda, XXI). Reapse agitur de eodem documento conservato in duobus codicibus quos vidimus (cf. notam sequentem), quamvis probabiliter olim exstiterit alia charta antiquior qua prius Petrus easdem moniales investivit quam calumniabant canonici, ut ex ipso textu apparet. Olim etiam probabiliter exstabat alia charta Lombardi qua monialibus molendinum concessit ex dono Matthaei Ternel; v. Epist. Alexandri papae III ad Clementiam abbatissam, data Parisius die 5 aprilis 1163 (ed. J. von Pflugk-Harttung, *Acta Pontificum Roman, inedita* I, Stuttgart 1881 ; Graz 1958, ɳ. 251, pp. 232-234). De hoc monasterio S. Mariae de Hières seu rectius Yerres, vide s.v. Yerres in L. H. Cottineau, *Répertoire topo-bibl. des abbayes et prieurés* II, Macon 1937, col. 3473 ; chartularium ibi citatum non vidimus.

inposterum firmitatem episcopali eciam Auctoritate firmentur. Noverint itaque universi quod iohannes filius ivonis multonis terciam partem decime quam apud Athias habebat in manu nostra dereliquit, de qua suo sueque matris assensu sanctimoniales de Hedera investivimus. Canonici vero beati victoris, qui in predicta villa parrochialem ecclesiam habent, decimam illam ad visum suum magis pertinere dicebant, et hoc quibusdam racionabilibus causis astruebant. Quod sanctimoniales agnoscentes canonicis calumpniantibus cesserunt eisque decimam prefatam libere concesserunt. Earum itaque assensu, sed et guidone buticulario et uxore eius margarita et matheo bello de quorum feodo decima ipsa erat assentientibus, canonicos beati victoris eadem decima investivimus. Quod ne valeat oblivione deleri vel a posteris infirmari, scripto comendari et sigilli nostri impressione corroborari precepimus. Actum puplice apud sanctum victorem Anno verbi incarnati m°c°lix°, episcopatus vero nostri primo, astantibus quorum nomina subscripta sunt et signa. Signum Clementis decani. S. Alberti precentoris. S. Guermundi archidiaconi. S. Girardi archidiaconi. S. Roberti succentoris. S. Magistri mauricii. S. Osmundi, diaconorum. S. Hervei. S. Symonis, subdiaconorum. [Sigillum appensum inscriptionem portat: SIGILL. MAGISTRI PETRI PARISIENSIS EPISCOPI][1].

2. Sine anno (1159-1160). *Littera quod capiceria ecclesie sancti Germani autissiodorensis Parisiensis pertinet ad collationem decani.* - In Nomine Sancte et Individue Trinitatis. Sciant présentes et posteri quod ego Petrus, Dei gracia Parisiensis episcopus, movi querelam adversus Remigium, decanum ecclesie [sancti] Germani autissiodorensis, pro capiceria eiusdem ecclesie. Dubitavi enim, quorumdam suggestione, utrum dictam capiceriam donatione predecessoris nostri Theobaldi optineret. Demum vero diligenter inquisita rei veritate et audita et cognita, scilicet quod predictus R. ipsam capiceriam cum decania, donacione et tradicione predecessoris nostri Th., et iuste et canonice possidebat, et quod eciam iamdicte ecclesie decani ipsam, capiceriam cum decania optinuerant ; interventu quoque et consilio Sansonis Remensis archiepiscopi, Henrici Belvacensis episcopi, et Roberti Carnotensis episcopi, Petri quoque Trecensis abbatis, et Willermi prioris Sancti Martini de Campis, et maxime pro recognitione veritatis, querelam inceptam ex toto et imperpetuum dimisi. Et, ne mota querela aliquod periculum rei traheret in posterum, dictum R. de ipsa capiceria simul cum decania investivi, approbans et affirmans ut ipse omnibus diebus vite sue dictam capiceriam et omnia ad ipsam pertinentia cum ipsa decania et omnibus pertinentibus ad ipsam integre, libere, quiete possideat et habeat. Et, ut ratum et inconcussum permaneat, litterarum presencium et sigilli presentis auctoritate corroboravimus, ita quod, si quis hoc violaverit, auctoritate Dei anathema sit[2].

3. 1160. *De censu Salinatorum.* - Ego Petrus, Dei gracia Parisiensis episcopus. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod Robertas filius mathei de sancto Mederico, nobis presentibus et audientibus, domui sancti Lazari Parisiensis, in quam uxorem eius recipiebant, Avelinam nomine, de maritagio dicte domine quendam censum de regratariis qui sal vendunt Parisius, et tres solidos census, et tres sextarios

1 Cod. Paris., Archiv. Nation. L 896, n° 37 ; exemplatum in Annalibus S. Victoris, in cod. Paris., Bibi. Nat. lat. 14368, pp. 828-830.

2 Ed. R. de Lasteyrie, *Cartulaire* I, n. 410, pp. 357-358.

avene, atque decimam de sex arpennis terre, quam tenent fratres Templi de maritagio Aveline, cognovit se in elemosinam donasse ; et, si de hoc dono surgeret aliquando calumpnia quia de feodo est, donec donum istud garantasset et ratum fecisset, in contraplegium dedit alium quendam censum suum, quem in Poteria habet de Sancta Genovefa. Actum publice Parisius, in domo nostra, anno ab Incarnatione Domini m»c°sexagesimo : astantibus illis quorum nomina subtitulata sunt : Guermondo archidiacono, Girardo archidiacono, magistro Manerio, Hugone de Sarcleio, Theobaldi de Senlid ; Vitali decano Mosiaci ; Crispino decano Antoniaci ; Roberto decano Donni Medardi; Roberto de Baaloi ; magistro Anselmo

b) Sermones.

Certum est quosdam ex sermonibus Petri nostri, de quibus infra agetur, pertinere ad annos ultimos suae vitae, quando scilicet aut officium archidiaconi exercuit aut episcopatu functus est. Sed praeter paucos qui evidentissime Petri episcopi sunt, quasi impossibile est determinare cum certitudine tempus eorum compositionis. Quidam dependent, ut apparet ex materia, a libris Sententiarum; qui proinde post annum 1155 redacti sunt, vel forsitan etiam postea. Unde quaestionem nostram non tangit huiusmodi dependentia. Cum quadam autem probabilitate supponi potest quod sequentes sermones prolati sint a Petro episcopo : n. 4 : De natali Domini; n. 12: De prima dominica Quadragesimae (vel n. 13: In die cineris)[1] ; n. 17 : In Ramis palmarum ; n. 19 : In annuntiatione B. Mariae ; n. 20 : In receptione poenitentium ; n. 28 : sine rubrica, sed sermo est ad clerum ; n. 30 : In die Penthecostes (forsitan ultimus sermo ante mortem) ; n. 32 : sine rubrica, sed clero dirigitur, forsitan in synodo.

c) Litterae Alexandri papae III ad Petrum episcopum.

Post suam electionem in Summum Pontificem Alexander III litteras «Aeterna et incommutabilis» misit ad omnes praelatos mortem Hadriani papae IV ac suam electionem necnon adversos casus annuntiantes[3]. Quarum exemplum « P. episcopo et canonicis ecclesiae maioris et universo

1 Ed. R. de Lasteyrie, *Cartnlaire* I, n. 415, p. 362. Hunc esse ultimum actum episcopatus Petri merito iudicat de Ghellinck *(Diet. Théol. Catii.* XII, 1949); confirmatum est a rege Ludovico VII post initium Augusti (ed. R. de Lasteyrie, n. 416, p. 363).

2 Supponi potest quod idem valet de saec. XII quod A. Friedmann scribit de saeculo sequenti : « C'était aussi à Notre-Dame qu'au début du carême l'évêque convoquait les fidèles astreints à une penitence publique. Ils devaient s'y retrouver le jeudi-saint pour y être réconciliés par lui» *(Notre-Dame et les paroisses de Paris ail XIIIe siècle, in Rev. d'histoire de l'Église de France* 50 [1964] 30).

3 Cf. *Epist. 1* (PL 200, 69 A-72 D).

clero Parisiensi » directum Terracinae datum fuit die 5 octobris 1159 i. Anno sequenti, sub die 1 februarii, litteris confirmavit idem Pontifex incrementum praebendarum in ecclesia S. Opportunae Parisius, ad numerum canonicorum augendum [1].

Hic lubet alias litteras notare eiusdem Pontificis infra annos 1180-1181 Papiensi episcopo (Lanfranco) missas quibus indulget ut ei liceat donationes quas beatae memoriae P(etrus) praedecessor eius in rebus episcopatus fecit in detrimentum ecclesiae, suis canonicis inconsultis, tam a clericis quam a laicis legitime revocare [3]. Nescio quo infortunio haec epistola postea introducta est in Decretales Gregorii IX sub titulo : *Parisiensi episcopo* [4], ita ut talis imprudentia nostro Petro attribuatur ab auctoribus *Galliae Christianae* [5].

3. Legenda de adventu matris eius.

Iam nobis famosa est mater Magistri nostri, illa scilicet paupercula quae iuxta quosdam tres gemellos parturivit, vel quae iuxta Chronicon fr. Iacobi Aquensis O.Pr. lavabat scolaribus camisias, ut supra vidimus. In fine, iuxta eundem, audiens quod filius factus erat episcopus Parisiensis et composuerat multos libros, «mater vadit ad eum Parisius eques et bene induta ; quam ipse recipere non vult nisi in habitu paupertatis sicuti illam dimisit quando erat Novariae »[6]. Sed quod Praedicator scripsit iuxta an. 1328 vel antea, iam notum erat in alia versione Ricabaldo Ferrariensi, qui ita hanc legendam narrat in sua *Historia imperatorum* (c. 1312):

> Hic cum esset episcopus Parisinus, quidam optimates illius pagi quo fuerat genitus, causa salutandi cum matre illius, quam cum eis ducebant, Parisius sunt profecti ; et quod mater paupercula erat, eam, ut decere opinabantur, vestibus ornaverunt; quibus illa ait : Ego novi filium meum, qui non gaudebit hoc cultu. Profecti ergo ad episcopum Petrum, matrem offerunt, quam ille intuitus, ait : Haec mater mea non est ; nam ego fui pauperculae filius ; et oculos avertit ab ea. Mater tandem comitibus viae dixit : Vobis

1 Ed. J. von Pflugk-Harttung, *Acta Pontificum Romanorum inedita* II, Stuttgart 1884, 364-366.

2 Ed. R. de Lasteyrie, *Cartulaire* I, η. 412, ρ. 360. Deest in PL 200.

3 Cf. P. Kehr, *Italia Pontificia* VI-1, Berolini 1913, 183; PL 200, 1358 D.

4 *Decretales* III, tit. 24, De donationibus, can. 2: *Fraternitatem tuam* (ed. Ae. Friedberg, *Corpus luris Canonici* II, Lipsiae 1881, 533). De hoc vide los. de Ghellinck, *La carrière... Quelques précisions chronol.,* in *Rev. Hist. Eccl.* 27 (1931) 825.

5 Tom. VII, 70.

6 *Chronicon imaginis mundi,* ed. cit., 1620.

dixi, novi *filium* meum et mores eius ; date mihi, ut vestiar vestes solitas ; tunc me noscet. Resumto ergo solito cultu ad filium reducitur. At Petrus, ubi eam sic aspexit, ait : Haec mater mea est ; haec est paupercula mater, quae me genuit, lactavit, fovit, et educavit. Et surgens, eam sinu suo suscepit, et se iuxta fecit sedere [1].

Sed quamvis haec historia humilitatem ac humanitatem Magistri nostri pulchre illustret, inter legendas et fabulas, ut aestimamus, reponenda est. Testes enim quos citavimus saeculi sunt decimi quarti ; et eos iam anticipaverant alii quinque saeculi praecedentis, quorum quatuor idem narrant de matre Magistri Mauritii de Sulliaco, qui Lombardi successor fuit in episcopatu Parisiensi, quintus vero idem recitat de patre Magistri Petri de Corbellis seu de Corbelio, qui archiepiscopus Senonensis exstabat annis 1200-1222.

Primo, iuxta fr. Stephanum de Borbone, O. Pr., Magister Iacobus de Vitriaco, forsitan ante 1216, dicit quod cum episcopus Mauritius Parisiensis factus esset novus episcopus, mater sua paupercula hoc audiens venit Parisius[2]. Quam narrationem suam fecit Stephanus (circa 1256/61). Unde duo testes, seu rectius unus ac eius reportator. Dein, omnibus notum est quod quasi idem, quibusdam mutatis, recitat Bonaventura anno 1267 in suis *Collationibus de decem praeceptis.* Volens enim bonum exemplum proponere sub quarto praecepto de uno qui matrem honoravit, quaedam narrat de quodam magistro magno et famoso Parisius et multis noto et dilecto, qui postea factus est episcopus Parisiensis[3]. Quamvis nomen magistri non indicet Bonaventura, quidam codex, ut Editores

1 Ed. I. Mansi, *Rerum Italicarum Scriptores* IX, Mediolani 1726, col. 124D.

2 Audiatur textus : « Dicit magister Iacobus quod, cum episcopus Mauricius Parisiensis factus esset novus episcopus, mater sua paupercula, hoc audiens, venit Parisius, et hospitata est in domo cuiusdam divitis burgensis, cui revelavit quod esset mater episcopi. Qui eam preciosis vestibus exornans nobiliter, duxit eam ad episcopum dictum, intimans ei quod esset mater sua. Cui ille : Istam matrem meam non recognosco, quia apparet nobilis, dives et iuvenis ; satis ego autem scio quod fui filius cuiusdam paupercule femine, rusticane et inculte, que nunquam habuit ornamentorum culturam. Illam, si talem viderem, bene agnoscerem. Illa autem confusa, deposito ornatu illo et resumpta veste propria, veniens ad filium, honorifice ab eo est recognita, suscepta et tractata » (ed. A. Lecoy de la Marche, *Anecdotes historiques, Légendes et Apologues tirés du recueil inédit d'Etienne de Bourbon, dominicain du XIII» siècle,* Paris 1877, n. 278, p. 231). Fontem non invenimus inter exempla Iacobi de Vitriaco ; cf. F. F. Crane, *The Exempla o/ Jacques de Vitry,* London 1904 (quod non vidimus) ; vel G. Franken, *Die Exempla des Jacob von Vitry,* München 1914 ; nihil invenitur in I. B. Card. Pitra, *Iacobus de Vitriaco Tuscul. Episcopus, Sermones vulgares,* in *Anal, novissima Spicii. Solesmensis altera* II, Paris-Frascati 1888, 344-442, et 460.

3 *De decem praeceptis,* coll. V, n. 20 *(Opera omnia* V, Ad Cl. Aquas 1891, 525).

advertunt, notat ad calcem : *Iste fuit episcopus Mauricius...* Denique, *exemplum de quodam episcopo Parisiensi, scilicet Mauricio,* invenitur in caterva anonyma exemplorum, quod non dependet, ut videtur, ab aliis tribus versionibus L Postea, verba Bonaventurae recitat Bulaeus, ac sine haesitatione Mauritio attribuit[2].

Demum, in *Libro exemplorum* Fratrum Minorum Parisius, quidam anonymus adhuc aliam variationem narrat « de Magistro Petro de Corbellis, qui pauperculus scholaris pauperis rustici filius tantum profecit, ut magister, deinde archiepiscopus Senonensis fieret ». Ad quem iam archiepiscopum « pater pretiosis indutus vestimentis accessit » etc. s.

Si quid valoris historici habet haec narratio pia, probabilius ad matrem Magistri Mauritii referri debet, ut nobis videtur[4].

4. De Morte Petri Lombardi.

Teste Herberto de Boseham, ut iam vidimus, parum duravit episcopatus Magistri eius : « in brevi humanis rebus exemptus » fuit. Die enim 20 iulii, seu XIII Kalendas Augusti, secundum eius epitaphium, anno 1160, conditioni humanae concessit. Sed tam de die mortis eius quam de anno non desunt quaedam difficultates.

a) De die eius mortis.

Quaedam reapse difficultas invenitur in ipso Obituario ecclesiae Parisiensis seu S. Mariae. Nam hic, ut iam vidimus quando quaestio agebatur de domo Magistri Petri, eius obitus V Nonas maii (seu die 3 illius

1 In cod. Paris., Bibi. Nat. lat. 14883, f. 228r; apud B. Hauréau, *Notices et extraits de quelques manuscrits de la Bibl. Nat.* III, Paris 1891, 241s.

2 *Historia Univ. Paris.* II, 755.

3 Ex cod. Vatic. Ottob. lat. 522, f. 233r ; in *Analecta Franciscana* I, Quaracchi 1885, 417s. De quo codice et de libro exemplorum cf. L. Oliger, *Liber exemplorum Fratrum Minorum saeculi XIII,* in *Antonianum* 2 (1927) 203-205 ; ubi (p. 205, η. 1) corregit *Analecta Franc.,* ubi pro *Petro* minus recte *loanne* legitur.

4 Quod pietatem filialem erga parentes suos ostenderit Lombardus, forsitan apparet ex Obituario S. Victoris, ubi ad Kal. iunii notatur « Commemoratio patris et matris magistri Petri Lumbardi » (A. Molinier, *Obituaires* 1-1, 562). Sed quatenus hic non additur *Parisiensis episcopi,* ac item quia codex huius Obituarii (Paris., Bibi. Nat. lat. 14673) mox post an. 1252 confectus est (f. 257r commemoratur Blancha mater Ludovici IX ; f. 274a documentum an. 1252 invenitur), suspicamur quod potius agatur de parentibus Petri Lombardi canonici Carnotensis, qui etiam commemoratur in Obituario saec. XIII Ord. Ss. Trinit. Parisius (A. Molinier, op. cit., 685).

mensis) commemoratur; de quo nihil dicitur ad XIII Kal. augusti. Sed ex alio documento posteriori, ab anno scilicet 1217, ut illic etiam notavimus, manifeste apparet quod dies anniversarii Lombardi mense iulio commemorabatur. Alia difficultas oritur ex discrepantia inter Obituarium S. Martini de Campis, ubi Petri obitus commemoratur XII Kalendas augusti i, et illud abbatiae S. Victoris ubi ad XI Kal. augusti (22 iulii) legitur : « Anniversarium sollemne magistri Petri Lumbardi Parisiensis episcopi, de cuius beneficio habuimus XLV libras, et de capella eius dalmaticam et tunicam »2.

Sed difficultas quae oritur ex Obituario ecclesiae cathedralis eo forsitan solvi potest, ut videtur, quia canonicis illius aetatis facultas dabatur eligendi diem eorum anniversarii, etiamsi de facto alia die decesserint 3. Quam facultatem forsitan petiit etiam noster Lombardus. Quod canonici S. Victoris anniversarium sollemne Lombardi (quod non necessario idem esset ac dies mortis) celebrabant die 22 iulii, facile explicatur : die enim 21 iulii festum erat Sancti Victoris de Massilia, qui patronus abbatiae colebatur 4. Supponi inde potest quod commemoratio apud ecclesiam S. Martini aequo modo formam habebat anniversarii.

Unde accipimus testimonium epitaphii, de quo infra agetur, quod scilicet Lombardi «dies obitus est XIII Kal. augusti», etiamsi iuxta observationes cl. Dom. Lebeuf (1754) tam tumulus cum figura Magistri quam eius inscriptio saeculi XIII videantur5.

1 Die scii. 21 iulii (cf. A. Molinier, op. cit., 447).

2 A. Molinier, op. cit., 571.

3 Sic deducitur ex concessione cuidam Alberto facta qui praecentor erat sub episcopis Theobaldo, Lombardo et Mauritio : « Capitulum beate Marie concessit eidem Alberto precentori anniversarium ipsius fieri in festivitate b. Marie Magalene, quacumque die ipse decesserit » (M. Guérard, *Cartulaire* IV, 119). Unde post mortem eius, anno 1177 (non c. 1180, ut dicit Guérard), anniversarium celebrabatur X Uçal. Aug. (23 iul.) — Ex alia parte parte possible est quod de facto Lombardus die 3 maii decesserit et quod anniversarium eius assignatum fuerit mensi iulio ; unde creverit opinio quae saec. XIII incorporata est epitaphio quod mortuus sit mense iulio. Sed etiamsi hoc probabilius credimus, deficientibus documentis, standum esse nobis videtur epitaphio ac aliis obituariis.

4 Vide art. M.-O. Garrigues, *Vittore da Marsiglia, sanlo,* in *Bibliotheca Sanctorum* XII, Roma 1969, 1261-1273, cum documentis illic allatis (ex. gr. ex PL 202, 1313 A-B).

5 « Cette figure et l'inscription, quoiqu' anciennes, ne sont pas du temps de sa mort, mais de plus de cent ans après, comme on en juge par la hauteur de sa mitre » *(Histoire de la ville et de tout le diocèse de Paris* 1-1, 197).

b) De anno mortis Lombardi.

Quod Lombardus anno 1160 obierit omnino certum est ex documentis saeculi XII ; sed post *Annales ecclesiasticos* Caesaris Cardinalis Baronii (ante 1607) orta est persuasio quod eius mors anno 1164 assignari deberet, et etiam quod anno 1160 Lombardus episcopatu se abdicaverit. Quae, licet gratis asserantur, merito examinari debent.

Omnes concedunt quod actus Mauritii episcopi, successoris Lombardi, eum anno 1160 electum esse demonstrant ; qui scilicet die 12 oct. electus, ante 30 novembris consecrationem episcopalem accepit[1]. Sed nullus actuum eius, quorum quamplurimos inspeximus[2], ac nullus coaetaneus eius, ne Gualterus quidem de S. Victore, unquam mentionem facit sive dimissionis sive depositionis Magistri nostri. Quod omnino mirabile esset si propter accusationem simoniae officium deposuisset[3] vel propter malam administrationem bonorum ecclesiae.

Praeterea, Alexander papa III in litteris sub annis 1161-1163 nihil novit de Lombardo tanquam adhuc inter vivos. Circa finem enim anni 1161 (29 nov.) Ludovico VII communicat quod Henrico Belvacensi (fratri regis) et Mauritio Parisiensi episcopis causam ecclesiae seu abbatiae Flaviniacensis commisit ; ac eisdem praelatis tres saltem epistolas de eadem re transmittit[4]. Parum post aliam rem iudicandam eisdem committit[5]. Postea expressis verbis Petrum iam mortuum agnoscit in litteris Clementiae abbatissae monasterii S. Mariae de Hedera directis, de quibus supra agitur[6], ubi loquitur Summus Pontifex de quadam concessione Theobaldi, quondam Parisiensis episcopi, et de concessione Petri, quondam Parisiensis episcopi.

Unde apparet quod nullus coaevus Lombardi sive amicus sive inimicus testimonio contradicit sui discipuli, Magistri Herberti de Boseham, de brevitate episcopatus eius. Quare ergo cl. Baronius (1538-1607) mortem eius anno assignat 1164? Audiantur sua ipsissima verba ad illum annum :

1 Cf. V. Mortet, *Une élection épiscopale au XIIe siècle. Maurice de Sully,* Paris 1885 ; id., *Note sur la date des actes de Maurice de Sully,* in *Bull, de la Société de l'histoire de Paris et de l'Ile de France,* jan.-fev. 1887 ; id., *Maurice de Sully, Évêque de Paris,* Paris 1890.

2 Sive in PL 205, 897ss, sive in R. de Lasteyrie, *Cartulaire,* vel in Chartulario S. Mariae (ed. M. Guérard), sive inter inedita Archivi Nationalis Parisius.

3 Sicut adhuc nostris diebus cl. Max. Manitius voluit, post Protois ; cf. *Geschichte der latein. Literatur des Mittelalters* III, München 1931, 151.

4 PL 200, 127B-129A; vide col. 128 A de tertia littera quae illic non invenitur.

5 Ibid., 129C-130A.

6 Cf. p. 35*. n. 3.

Hoc eodem anno Petrus Lombardus Episcopus Parisiensis scientia clarus, cuius sunt libri quatuor Sententiarum, ex hac vita decessit... Extat eiusdem Petri sepulchri epitaphium ; quod legitur Parisiis in ecclesia S. Marcelli, ubi et eius scripta recensentur. Sic se habet: *Hic iacet Magister Petrus LombardusParisiensis Episcopus, qui composuit librum Sententiarum, glossas Psalmorum, et Epistolarum, cuius obitus est dies decimustertius Kai. August.* Subjungitur annus Redemptoris modo notatus a Massone in Annalibus Francorum 1.

Usque adhuc opus loannis (seu Papire) Masson (1544-1611) non invenimus2 ; unde fontes eius nescimus. Suspicamur autem quod probabiliter annotationem suam ex quodam chronico hauserit medii aevi, quatenus exempli gratia apud *Chronicum universale anonymi Laudunensis* (c. 1220) legitur: «A. D. 1163... In Francia claruit Petrus Lombardus », etc.3 ; ac parum post (c. 1241) Albericus monachus Trium Fontium attestât ad annum 1156 : «Circa hoc tempus Magister Petrus Lombardus fuit Parisiensis episcopus fere per triennium et apud Sanctum Marcellum est sepultus »45

Quem influxum exercuerint verba illustrissimi Cardinalis et quam confusionem creaverint, mox audiemus. Sed primo de sepultura Magistri Petri Episcopi apud S. Marcellum.

5. De Sepulchro eius.

Lombardus sepultus fuit in choro ecclesiae collegiatae suburbii S. Marcelli, ut quamplures testantur. Super tumulum figura Magistri portantis mitram exsculpta erat, et sequens epitaphium adiunctum, litteris partim romanis partira gothicis expressum, ut tunc ferebat usus6 :

HIC IACET MAGISTER PETRUS LOMBARDUS PARISIENSIS EPISCOPUS, QUI COMPOSUIT LIBRUM SENTENTIARUM, GLOSSAS PSALMORUM ET EPISTOLARUM CUIUS OBITUS DIES EST XIII KAL. AUGUSTI.

Quod sepulchrum proh dolor violatum fuit anno 1793 ; ac postea, anno 1806, ipsa ecclesia demolita. Si quid ergo restat de corpore vel tumulo Magistri Petri, hodie invenitur sub stratis viae S. Marcellie.

1 *Annales Ecclesiastici* XII, ed. 2, Aug. Vindelic. 1740, coi. 604.

2 Scii. *Annalium libri quatuor, quibus Res gestae Francorum explicantur;* de auctore, cf. L. Moreri, *Le grand dictionnaire historique* VI, ed. 19, Paris 1747, 143a.

3 Ed. A. Cartellieri, bearbeitet von Wolf Stecherle, Leipzig-Paris 1909, 7.

4 Mon. Germ. Hist., SS XXIII, 843, 39-40.

5 Secundum C. E. Bulaeum, *Hist. Univ. Paris.* II, 324.

6 Cf. Abbé Lebeuf, *Histoire de la ville...,* ré-édition par H. Cocheris, Paris 1864,21 (quod

Sed revertamur ad epitaphium et eius historiam, quia, ut Gerardus Dubois expresse notat : « male adiectus est nostra aetate annus MCLXIV sl; id est, quidam exsculpi fecit hunc annum post *Augusti.* Merito ergo quaeritur, cum los. de Ghellinck [1], quis hoc fecerit, et quare! Solutionem reapse invenimus, quasi per accidens, in *Annalibus Sancti Victoris,* auctore Priore loanne de Thoulouse : additio opus est domini Morel, canonici S. Marcelli, qui anno 1622 annum adiecit post observationes Cardinalis Baronii :

> Jacet autem eius corpus in medio chori ecclesiae Sancti Marcelli Parisius, ut monstrat hoc epitaphium: Hic jacet... Augusti. Anno autem 1622 Dominus Morel eius ecclesiae canonicus, vir sane doctissimus, ex observatione Illustrissimi Cardinalis Baronii annum obitus exculpi curavit 1164, quod cum nos animadvertissemus, ipsum fuisse erorem [sic] calculi inductum monuimus, cum Mauricius eius successor in cartulario sancti Martini e Campis Paris, subscriptus legatur episcopus Paris, anno 1160 et cuncta a nobis inferius referenda diplomata annum pontificatus illius primum ipsum eundem connotent [3].

Quod exsculptum est scriptum mansit, non obstante monitu Domni loannis. Sed quomodo historia inde crescebat! Anno 1665, C. E. Bulaeus mortem ponit Magistri Petri ad annum 1164 [4], sed insimul quaestionem examini subicit, sine judicio definitivo : « Haec Criticis inquirenda et distienda *[lege:* distinenda] relinquimus ». Ignorat autem dominum Morel fuisse auctorem additionis. Iterum, ante annum 1699, ipse corrector Baronii, Anthonius Pagi, O.M.Conv., confirmationem Baronii invenire vi-

non vidimus); et praesertim J. Hillairet, *Dictionnaire historique des rues de Paris* I, 369: Collegiale, rue de la; II, 460-462a: Saint-Marcel (boulevard), ubi repetuntur quaedam legendae de Lombardo.

1 *Historia Ecclesiae Parisiensis* II, Parisiis 1710, 122.

2 «La date de 1164 est donnée par une addition postérieure à l'épitaphe. Sur quoi s'appuie-t-elle? l'on ne sait; c'est la seule raison qui fasse hésiter à faire finir la carrière de Pierre Lombard en même temps que son épiscopat *t (Le mouvement,* ed. 2, 220, n. 1).

3 *Annales Abbatialis Ecclesiae S. Victoris Parisiensis,* in cod. Paris., Bibl. Nat. lat. 14368, p. 853. — Grati sumus Domicellae Mariae-Theresae d'Alverny, quae iectionera nostram rectificavit et integravit. — Suspicamur quod erat idem Prior loannes qui an. *1160* adiunxit in margine Obituarii eiusdem ecclesiae (cod. Paris., Bibi. Nat. lat. 14673, f. 217a) ; et *1140,* item in margine (f. 219r), ad notitiam obitus Stephani Parisiensis episcopi.

4 *Hist. Univ. Paris.* II, 324-326; cui notitiae adiungit epistolam Hugonis Senonensis archiepiscopi (PL 173, 1427 D-1430A) ad B. decanum et capitulum ecclesiae Parisiensis qua deflet mortem eorundem episcopi. Sed haec epistola Bartholomaeo de Seniis decano dirigitur (qui postea episcopus Catalaunensis, hodie Chalons-sur-Marne, electus est), non Barbedauro (qui decanus factus est post mortem Clementis, anno 1167). Proinde haec epistola non respicit Lombardum, sed Stephanum (f 1141).

detur in illo epitaphio : « Petrus Lombardus Parisiensis episcopus hoc anno [1164] mortuus est iuxta Epitaphium... Ex variis tamen instrumentis... infertur Mauricium... anno 1161 iam fuisse episcopum Parisiensis... Ex quibus sequitur Petrum Lombardum aliquot ante mortem annis Episcopatum abdicasse»[1]. Quae omnia anno 1710 negat Gerardus Dubois, historiographus Ecclesiae Parisiensis, ut iam notavimus ; quem sequitur dom. Lebeuf, anno 1754[2]. Interim, Henricus Sauvai advocatus totum epitaphium domino Morel attribuerat[3].

Sed ne quid nimis! Error Cardinalis Baronii ac domini Morel perduravit etiam post destructionem tumuli et epitaphii eius[4], et adhuc hodie quandoque repetitur. Sed ne nostro Magistro epitaphium desit, novum ac verum inveniamus in propriis eius verbis :

> *Si cuius opus manserit quod superaedificavit, mercedem accipiet.* Cum enim nihil in eo sordis inventum fuerit pravae doctrinae, sicut ignis non consumit aurum, argentum, lapides pretiosos, ita et bonus magister incorruptibilis permanebit, et erit ei merces vita aeterna[5].

1 *Critica liistorico-chronologica in Annales Card. Baronii,* quae appendix exstat ad *Annales* XII, ed. cit., coi. 1456.

2 In sua descriptione eccl. S. Marcelli : « Dans le Choeur, entre l'aigle et le Sanctuaire, est une représentation du tombeau du célèbre Pierre Lombard Évêque de Paris, décédé en 1160, après un très-cour Episcopat» *(Histoire de la ville... de Paris* 1-1, 196-197).

3 H. Sauvai, avocat au Parlement : « Il mourut en 1164. Mr Morel Chanoine de St Marceau, Précepteur du Chevalier de Vendosme, fit faire cette Epitaphe en l'honneur de cet homme illustre et datta le jour de sa mort au jour même de Baronius » *(Histoire et recherches des antiquités de la ville de Paris* I, Paris 1724, 432).

4 Cf. Abbé F. Protois, *Pierre Lombard,* 52-53. Non possumus non citare versionem quandam phantasticam nostrae historiae, illam scilicet quam proposuit G. Moroni s.v. *Veroli... Casamari basilica e monastero :* « Nello stesso 1160 in Bisignano nella Calabria, a spese de' conti Goffrido e Berta, fu fondato il monastero di Sambucina e vi andarono alcuni monaci di Casamari con Sigismondo per primo abbate ; divenne celebre, e vi si ritirô ii famoso Pietro Lombardo, detto il Maestro delle Sentenze, dopo la sua rinunzia al vescovato di Parigi, ed avendovi 4 anni dimorato, ivi mori a' 20 agosto 1164, e perita la chiesa nec secolo XVI, le sue ossa furono trasferite nella chiesa di s. Marcello a Parigi » *(Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica* 94, Venezia 1859, 99). Cf. H. Grundmann, *Kleine Beitrâge über Joachim von Fiore,* in *Zeitschr. f. Kirchengesch.* 48 (1929) 155.

5 Glossa in I Cor. 3,14 (PL 191, 1561 A).

CAPITULUM TERTIUM

De Glossa in Psalmos

Sicut olim in pace et tranquillitate Cantuariae archipraesul Thomas, martyr futurus, « sacrae lectioni deditus, suum in divina pagina habebat eruditorem »[1] (qui forsitan Magister erat Herbertus de Boseham, quondam amicus et discipulus Petri Lombardi), ita exsulans Pontiniaci (1164-1166), « apostolicis institutionibus[2], sed theologiae praesertim summum opus » dedit[3]. Duce enim eodem Herberto, ut videtur, « post Horas regulares quotidie sacri codices per totam diem vix de manu eius » discedebant, « praesertim sacri illi duo libri, Psalterii videlicet et Epistolarum ». Sed hic, tacito revera nomine, subindicantur, ut concludere possumus ex vita et operibus Magistri Herberti, Glossae Petri nostri in eosdem sacros libros, et forsitan olim Cantuariae etiam Libri IV Sententiarum[4].

Haec tria enim, ut traditio saecularis sive epitaphii Magistri sive codicum sive scriptorum quamplurium affirmat, opera sunt genuina Longobardi : scilicet Glossa in Psalmos, Glossa seu Glossatura magna in epistolas beati Pauli, et Libri Sententiarum ; quibus adiungitur series quorundam Sermonum. Alia quoque scripta Magistro attribuuntur, sed perperam, ut nobis videtur ; quae vel valde dubia vel certe spuria censenda sunt.

In hoc ergo capitulo quaedam proponuntur ad Glossam in psalmos illustrandam : primo de textu ipsius prout invenitur in codicibus manuscriptis ac in editionibus ; deinde de historia textus seu de modo et tempore eius compositionis in quantum colligi potest ex ipso textu et a testibus auctori coaevis.

1 Ita Magister Guillelmus Fitz-Stephen (Filius Stephani), *Vita et passio sancti Thomae* (PL 190, 124 C) ; of. B. Smalley, *A Commentary of the Hebraica by Herbert of Bosham,* in *Récit, de Théol. anc. et më d.* 18 (1951)33.

2 Ad causam suam firmandam contra regem Henricum II, Thomas Pontiniaci libros utriusque iuris collexit ac perlustravit, necnon et documenta privilegia Ecclesiae Cantuariensis illustrantia perquisivit ex archiviis S. Sedis. Contra quae studia tamen eum exprobravit amicus suus et mentor loannes Saresberiensis.

3 Ut refert idem Herbertus in sua *Vita S. Thomae* IV, n. 14 (PL 190, 1198 C-D); parum superius seipsum auxil o praelato fuisse in sacris lectionibus satis indicat (1196 C-D).

4 Olim exstabat inter libros S. Thomae, ut videtur, codex *Sententiarum Longobardi.* Cf. M. R. James, *The Ancient Libraries of Canterbury and Dover,* Cambridge 1903, 85 ; et N. R. Ker, *Medieval Libraries of Great Britain,* ed. 2, London 1964, 30-39.

A. De Ipso Textu.

Inter « tria opuscula egregia » quae Lombardus conscripsit, teste Alberico de Tribus Fontibus, exstat « opus satis grande super psalterium. Et haec est in scholis illa quae dicitur Magna Qlossatura »[1]. Cuius incipit Prologus : « Cum omnes prophetas Spiritus Sancti revelatione constet esse locutos, David prophetarum eximius quodam digniori atque excellentiori modo, velut tuba Spiritus sancti, quam alii prophetavit »[2]. Ipsa autem Glossa incipit : « *Beatus vir.* Cassiodorus (rubrica marg.) : Beatus dicitur cui omnia optata succedunt »[3] ; et desinit : « Vitae aeternae vox est : *Omnis spiritus laudet Dominum* ».

1. Codices Manuscript!.

Nobis hisce annis diversos codices istius Glossae perscrutantibus non omnia optata forsitan successerunt. Antiquiores enim quaesivimus, ut meliores inveniremus[4] ; necnon et manuscriptos parisienses super quos editionem suam fundaverat Frater Richardus Cenomanus, O.M.Obs., sub anno 1541, ex quibus unus praesertim rubricis abundavit (id est, nominibus Patrum in marginibus positis, cum notulis initio auctoritatum superscriptis, etc.)[5]. Sed quasi vana fuit exspectatio nostra, ita ut cum Magistro Herberto de Boseham lamentari debuerimus de librariorum imperitia seu negligentia[6], qua rubricae ipsius Magistri incuriose observantur vel in oblivionem traduntur.

1 *Chronica,* in MOH SS XXIII, 843, 43-44.

2 Textu utimur prout exstat in PL 191, 55A-1296B.

3 Ibid., 61 B. Notare iuvat quod « quaedam specialia... de primo psalmo » considerantur sub Prologo (60 A-62 A) : « quare ei titulus non proponitur sicut et aliis ; quae sit eius materia ; quae intentio ; quis modus tractandi » (60 A) ; quae omnia in aliis psalmis sub ipso titulo et ante primum versum tractantur. Forsitan hae quaestiones unacutn eodem Prologo post ipsam Glossam integram adiectae erant in scholis. Sed de hoc fusius infra.

4 Elenchum optimum codicum providit cl. Fred. Stegmüller, in suo *Repertorio biblico,* n. 6637 (IV, 322-325). Deleatur autem cod. Paris. Bibi. Nat. lat. 14403, qui potius continet Glossam ordinariam et interlinearem.

5 *Petri Lombardi Parisiensis quondam episcopi Sententiarum Magistri in totum Psalterium Commentarii,* Parisiis apud Poncetum le Preux sub lupo in via ad D. lacobum MDXLI. Cum privilegio Regis et Senatus. Quae editio reproducitur in Patrologia latina, tom. 191 ; de codicibus adhibitis, circa quos nihil determinare potuimus, cf. PL 191, 51 C-52A.

6 Cf. Praefatio Herbert! ad Guillelmum Senonensem archiepiscopum, apud H. G. Glunz, *History of the Vulgate,* 346, 14-15.

Lubet autem indicare codices saec. XII (et quosdam saec. XIII) quos examinavimus, ut meliores notentur :

1. Parisiis, Bibi. Nation., cod. lat. 408 1 : non magni pretii : mutilus enim invenitur, quatenus folia desunt post f. 38 et post f. 40 ; rubricae adiunguntur solis foliis 47-57, 135-167b, 195-215.

2. Parisiis, Bibl. Nation., cod. lat. 11565, olim S. Germani a Pratis 142, et antiquius n. 66. Membr., ff. 172, mm. 450 x 310, binis coi. (textus sacer in tertia coi.) ; Glossa Lombardi (anon.) invenitur ff. 1-17 Ir. Exemplar magni valoris, eo quod librarii diligenter et curiose rubricas marginibus et initiis auctoritatum inscripserunt. Quaedam glossae inveniuntur in marginibus ; sed manus posterioris esse videntur.

3. Parisiis, Bibl. Nation., cod. lat. 11566-11567, olim S. Germani nn. 141-140 (67-68), antiquius (?) S. Petri Corboliensis. Membr., ff. 172 (ff. la-171b, Psalm. 1-67); et ff. 278 (ff. la-276b, Psalm. 68-150). Quod non raro invenitur, in his codicibus nomina Patrum ita in ipsum textum introducuntur ut ad initium auctoritatis nomen Augustini, etc. superscribatur. Quandoque quaedam rubricae adhuc retinentur in margine ; et commenta ipsius Lombardi verbo *Magister* notantur. In summo folio ponuntur nomina fontium principalium : Augustinus, Cassiodorus, Ieronimus, Remigius (sed cui bono?)2. Proinde margines liberi sunt ad portandum glossas in Glossam, quae reapse hic illicque adiunguntur.

4. Parisiis, Bibl. Nation., cod. lat. 12007, olim etiam S. Germani n. 672 (821) ; ff. 136, mm. 440 x 260 (Psalm. 1-144, 2) ; nullius valoris, ut nobis videtur.

5. Parisiis, Bibl. Nation., cod. lat. 14241, olim S. Victoris; ff. 11 + 324, mm. 390 x 250; ff. la-324a, Ps. 1-150. Rubricae desunt; proinde non est de codicibus quibus utebatur Fr. Richardus.

6. Parisiis, Bibl. Nation., cod. lat. 14242, olim S. Victoris; ff. 1 + 330, mm. 390x250 ; sine rubricis.

7. Parisiis, Bibl. Nation., cod. lat. 14422, olim S. Victoris n. 76 ; ff. 112, mm. 303 x 250 ; ff. 1-112, Ps. 1-73. Signa peciarum ; sine rubricis.

8. Parisiis, Bibl. Nation., cod. 17211, olim Collegii Augustin.; ff. 188 + I, mm. 330x210 ; mutilus in fine : desinit f. 188d : « id est consideranda iuxta usum humanorum actuum » (= PL 191, 1292 A) ; proinde

1 Vide *Bibliothèque Nationale: Catalogue général des manuscrits latins* I, Paris 1939, 141-144, ubi describitur unacum nn. 409-424 ; cf. etiam nn. 445, 448, 451, 452.

2 Cf. commenta Fr. Richardi Cenom. (PL 191, 51 D).

deest f. 189. Rubricae optimae ; textus diligenter exaratus est et correctus; sed scriptura minuscula et difficilis.

9. Parisiis, Bibl. Nation., cod. lat. 17272, ex biblioth. capituli Nostrae Dominae (A 26). Saec. XIII. Ff. 221 ; non obstantibus glossis marginalibus quae abundant, adhuc videri possunt rubricae originales[1].

10. Civit. Vatie., Vat. lat. 90-91, saec. XII-XIII[2]. Uterque codex diligenter exaratus est ab eodem amanuensi et correctus, necnon et rubricis optimis ornatus.

11. Civit. Vatic., cod. Regin. lat. 94, saec. XII-XIII[3]. Aliqualiter mutilus ; sed valde nobis utilis exstitit ad rubricas determinandas contra editionem Fratris Richardi, de qua mox agetur[4].

2. Editiones Glossae.

Secundum quandam decisionem Capituli ecclesiae Nostrae Dominae Parisius, die 30 octobris 1538, statutum erat quod quatuor professores theologiae, domini Mazurier, Ricard, Louchigny et Hodoard, editionem praepararent Glossae Lombardi super psalmos, pro qua adhiberetur quidam codex bibliothecae ipsius ecclesiae[5][6] Inter quos *Ricard* certo certius erat Frater Richardus Cenomanus (du Mans), O.M.Obs., qui

1 De quibus glossis cf. F. Stegmüller, RB n. 10663 (VII, 184-186).

2 Cf. *Codices Vaticani Latini* I, Romae 1902, 91. Alii codices, nn. 92-97, aetate et valore inferiores sunt.

3 Cf. A. Wilmart, *Codices Reginenses Latini* I, Civit. Vatie. 1927, 207-208.

4 Inter alios codices meliores saec. XII (quos non examinavimus) videntur esse: Württemberg, Landesbibl. Cod. theol. Fol. 341 (cf. W. Hoffmann, *Der Psalmenkommentar des Petrus Lombardus in einer Bilderhandschrift der Württembergischen Landesbibliothek,* in *Neue Heidelberger Jahrbiicher* NF 1939 67-83, ubi illustratur) ; Admont (Steiermark), Stiftsbibl. 36 (de quo cf. W, Hoffmann, ibid., 74 ; et P. Buberl, *Die illuminierten Ilandschriiten in Steiermark* I, Leipzig 1911, 34 ; videtur esse donum Eberhardt II Salisburgensis, non autem Eberhardt I) ; Mancunii, J. Rylands Library 6 (cf M. R. James, *A Descriptive Catalogue of the Latin Manuscripts in the John Rylands Library at Manchester* I, Manchester 1921, 12-14; et Ambr. Schneider, *Skriptorium und Bibliothek der Cisterciensерabtei Himmerod im Rheinland : zur Geschichte klosterlichen Bibliothekswesens im Mittelalter,* in *Bulletin of the John Rylands Library* 35 n. 1 [Sept. 1952] 155-205, praesertim 155 [tabula] et 177). De quibusdam aliis, cf. *Scriptorium* 3 (1949) 120.

5 « Curent domini Mazurier, Ricard, Louchigny et Hodoard, sacrae theologiae professores, imprimendum librum domini Petri Lombardi super psalterium existentem in Bibliotheca Ecclesiae » (apud A. Franklin, *Recherches sur la Bibliothecae publique de t'Église Notre-Dame de Paris,* Paris 1863, 140s). Sine dubio decretum inspiratum est successu editionum parisiensium Glossae IVtagistri tn epistolas beati Pauli, de quibus infra agetur.

maximam vel potius totam partem habuit in editione Parisiis anno 1541 excusa i.

Sed absque ratione editores autumant quod eo ipso «"nunc primum in lucem prodeunt » commentarii Magistri in totum psalterium. lamenim bis Norimbergae impressi fuerant ante annum 1500, circa nempe 1475 et iterum anno 1478 1. Ex alia parte, omnino erroneam esse aestimamus notitiam Dom. Ioan.-Franc. Clément, secundum quam tres exstant editiones Parisiis impressae, nempe anno 1533 unacum Commentario [pseudo-] Haymonis 3, dein an. 1537 apud Chevalon sub directione Richardi Cenomani Franciscani, et iterum an. 1541 apud Poncetum Lepreux, typis Ioan. Lodovici Tiletani4. Haec ultima sola, quam de facto praeparavit Fr. Richardus, accipienda est56 De cuius valore quaedam dicenda sunt.

Datis circumstantiis et controversiis suae aetatis, Richardus noster quodam fine apologetico inducebatur ad Glossae editionem praeparandam, eo quod in opere Magistri fontem invenit purae doctrinae non tam secundum sensum eius compilatoris quam secundum Ecclesiae Patrum medullam : « Omnia plena sunt veteris et primae illius doctrinae qua floruit Ecclesia, cum veteribus doctoribus tanquam gemmis ac margaritis perlucebat »e. Unde ad totum opus prologum prolixum praemisit, et

1 De quo cf. *Obituaire des Frères Mineurs de Chartres,* ed. A. Molinier, *Obituaires de la province de Sens* II, Paris 1906, 322 ; A. Béguet, *La nécrologie des Frères Mineurs d'Auxerre,* in *Arch. Franc. Hist.* 3 (1910) 318s ; et R. Varesco, *I Frati Minori al Concilio di Trento,* in *Arch. Franc. Hist.* 41 (1948) 149-152. — Opus super psalmos, quod anno 1540 Ministro Generali Vicentio Lunel (1535-1541) dedicavit (PL 191, 31-34), iam a triennio praeparabat ex codicibus potius coenobii S. Victoris quam Ecclesiae Sanctae Mariae.

2 Cf. L. Hain, *Repertorium bibliographicum* II-1, Stuttgartiae 1831, nn. *10202-10203, p. 282b-283a. Secundum cl. F. Stegmillller, apparuit etiam Basileae an. 1486 (RB n. 6637 ; IV, 322), sed agitur potius de quadam editione Sententiarum (Hain, n. 10190), ut nobis videtur.

3 Id est *Haymo : Pia brevis ac dilucida in omnes Psalmos explanatio* (ed. D. Erasmus), Antverpiae-Parisiis 1533, ff. 400 ; Friburgi Brisgoviae 1533, pp. 345 ; aeditio secunda, Coloniae 1533, pp. 798. Cf. PL 116, 184 B ; et *Catalogue* o/ *Books printed on the Continent of Europe 1501-1600 in Cambridge Libraries* I, 525. Certo certius textus Lombardi non includitur in hisce editionibus.

1 Ita Scribit in suo art. *Pierre Lombard,* in *Hist. litt. de France* XII, ed. 2a, Paris 1830, 609; cf. etiam PL 191, 28 A.

5 Desunt omnino notitiae editionum Glossae in psalmos anni 1533 vel 1537 (sub quo anno Glossa in epistolas ter in lucem editur, quatenus alia exemplaria portant nomen Ioan. Mace, alia Ambr. Girault, et alia Claudii Chevallon, sed omnia, ut testes oculares affirmare possumus, sunt eiusdem impressionis) ; desunt, scilicet in quantum non inveniuntur in bibliothecis : ex. gr. Musaei Britannici, Univ. Cantabrigiae, etc., nec a bibliophilis nominantur.

6 Quae verba non sunt Richardi sed editoris seu typographi Ad Lectorem (PL 191, 53-54).

cuique psalmo collationem adiunxit in qua disseritur de versibus qui quodammodo « ab Hebraici fontis veritate variari » videntur [1].

Rubricas codicum retinet, sed non omnes [2]; quas revera non credit esse Magistri [3]. Alias quidem suo marte adiungit, Alcuini nomine Glossam ordinariam, et aequo modo Glossam interlinearem [Gl. int.] designans. Editione novissima insuper fascinatus Glossae [pseudo-] Haymonis in Psalmos (quae Glossa reapse dependet a Lombardo!), ubicumque loca parallela invenit novam rubricam *ex Haymone* fabricavit et intersevit; ac postquam nomen Hilarii detexit in quadam rubrica unica ad Ps. 118, 2 (ut constat ex pluribus codicibus examinatis), idem nomen saepius deinceps introducit, licet ipse Lombardus potius Cassiodorum fontem nominaverit (qui utique dependet ab ipso Hilario). Non semel etiam Richardum detegimus quandam notulam textui Magistri inserentem [4]; eodem modo titulum litteris maiusculis expressum cuilibet psalmo praemittit, ac textum cuiusque versus ante commentum Magistri interserit. Fideliter tamen, ut nobis videtur, textum Magistri transcribit; sed ultimum huius indicium illi relinquimus qui fortitudinem et patientiam inveniet ad textum critice edendum (et utinam inveniatur!).

B. Historia istius Glossae.

In exsilio post mortem S. Thomae Becket, qui pridie quam pateretur eum a Cantuaria in Galliam transmisit ad regem Ludovicum VII et archiepiscopum Senonensem [5], Magister Herbertus de Boseham novum opus condidit super psalmos (et alterum super epistolas) quod circa annos

1 Cf. Prologus (PL 191, 35A-51 B), necnon et Epistola Nuncupatoria (ibid., 31-34).

2 Vide verba eius in Prologo : « Et ubi Cassiodorus et posteriores consentiunt cum Augustino, opus erat duntaxat Augustinum designare» (PL 191, 52 B). In editione 1541, auctoritates in marginibus ponuntur cum quibusdam signis designativis initii auctoritatum ; sed in editione Patrologiae ut in pluribus intra uncos quadratos in ipso textu incuriose inseruntur.

3 Cf. Prologus (PL 191, 53 C).

4 Ex. gr., ad Ps. 27, 1 : «Mirum est... interpositum non sit» (PL 191, 277D-278C); bis ad titulum Ps. 40 : « Ista sententiola... in glosa ordinaria » (407 D), et « Legitur id in tomo IV... psalm. LXXXIV » (409 A). Ita etiam ad Ps. 67,9: «Psalmodia Rom. legit... distillaverunt? » (605 C). Quasdam insuper notas hic illicque adiunxit (207, 208, 211,551,579, 595, etc.) ; ac passim, quando citantur auctores sacri, ad commodum lectoris librum et capitulum infra parenthesim adnotat.

5 Ita Quili. Fitz-Stephen, *Vita et passio sancti Thomae* (PL 190, 178 D) ; et p enius ipse Herbertus, *Vita sancti Thomae* V, n. 10 (PL 190, 1263).

1171-1176 Guillelmo Senonensi archipraesuli dedicavit[1]. Intentio sua fuit, ut ipse testatur, quodammodo corrigere, complere et perficere opus Magistri Petri super psalmos, praesertim in auctoritatibus planius annotandis et a verbulis glossatoris clarius distinguendis[2].

Quod vertere nequit, ait, «in illustris doctoris illius praeiudicium, qui horum fuit glosator, et meus in hac doctrina institutor praecipuus». Nam qui historiam eius glossae in psalmos cognoscit, eum laudabit, non inculpabit :

> Qui tamen, si quid forte non ita ad unguem resecatum in suis operibus reliquerit, non arguendus ob id, sed excusandus omnino. Nam cum hec opera scriberet, nequaquam, sicut ipsomet referente didici, ipsi venit in mentem, quod in scolis publicis legerentur ; solum ob id facta, ut antiquioris glosatoris, magistri scilicet Anselmi Laudunensis, brevitatem elucidarent obscuram. Unde et in expositorum deflorationibus et eorundem interpretationibus quas ipse aliquotiens facit, satis quidem ut tunc, sed pro eventu minus diligens fuit, et plerumque glosatoris illius prefati potius quam expositoris verba interpretatur. Istius quod dicimus fac in legendo periculum. Cum vero postea ad multorum instandam a Magistro prefer spem iam dicta opera publice legerentur, necdum plene correctionis sarculo putatis omnibus, in Parisiorum antistitem promotus est et post in brevi humanis rebus exemptus[3].

Hisce verbis pretiosis instructi, deducere possumus quod 1) Glossam suam in psalmos Lombardus in Gallia compilaverit, eo quod sibi proposuerat brevitatem Anselmi elucidare[4] ; et 2) quidem paulo post eius adventum in Galliam, sed utrum iam Remis an potius Parisius ex verbis

1 Et quidem post canonizationem S. Thomae (21 febr. 1173), ut apparet ex Prologo (ed. H. H. Glunz, *History of the Vulgate,* 344, 84). Opus super psalmos in duobus tomis continetur, quorum primum conservatur in bibliotheca Collegii Ss. Trinitatis, Cantabrigiae (cod. B.5.4) ; alterum Oxoniae invenitur, in bibliotheca Bodleiana (cod. Auct. E infra 6) ; de quo cf. H. H. Glunz, op. cit., 219-227.

2 En verba eius : « Preterea glosatoris verbula que frequenter autenticis doctorum dictis interserit [Lombardus], exponendo ea vel addendo, et presertim que exponendo interserit, notavi attente et a serie seposita et vel inter lineas seu extra signavi in margine, ne lector, ut sepe fit, errore expositorum alicui glosatoris verba ascribat. Unde etiam et linea mineo colore ducta, quantum potui diligentius solita verba expositorum inter se et etiam a verbis glosatoris distinxi, ne cassiodorum pro augustino sive ieronimo, vel glosatorem inducas pro expositore ; in quo interdum non simplices, sed eruditiores etiam risimus lectores errasse» (ed. H. G. Glunz, op. cit., 343, 44-53).

3 Ed. H. H. Glunz, op. cit., 343, lin. 58-59 ; deinde lin. 61-74.

4 Ita scribit D. Van den Eynde : « En effet, cet ouvrage se présente comme une élaboration d'un écrit éminemment français, la Glose sur les psaumes d'Anselme de Laon, et les *excursus* doctrinaux qu'il contient s'inspirent tous de la terminologie et des idées qui à cette époque sont caractéristiques des écoles françaises» *(Essai chronologique...,* in *Miscell. Lomb.,* 51-52).

Herberti non apparet ; 3) quam Glossam usui proprio destinaverit, scilicet ad sapientius psallendum, spiritu ac mente, et non ad legendum in scholis; unde quod iam clericus erat supponi potest ; 4) nondum tamen ita patres Ecclesiae frequentaret ut diligentius distingueret in fontibus inter verba glossatoris (Anselmi scilicet) et illa expositorum antiquiorum, unde et auctoritates rubricando in marginibus aliquando in errorem incidit ; 5) ultimo, quod postea, parum scilicet ante electionem in Parisiensem episcopum (an. 1159) hanc Glossam publice, in scholis, legere inceperit et cuidam correctioni eam subicere ; quod opus emendationis nunquam in finem perduxit.

Quae fere omnia ipso textu Glossae et aliis etiam fontibus vel confirmantur vel amplificantur.

1. De fontibus Glossae.

Quidam testes posteriores, exempli gratia Robertus Altissiodorensis († 1212) et Vincentius Bellovacensis (qui dependet a Roberto), nomini Anselmi illud Gilberti Porretani adiungunt, innuentes Glossam istius alteram fontem esse Lombardix. Quod conferenti textus trium magistrorum inter se continuo apparebit.

Perdifficile autem, immo quasi impossibile esset, sine nimia investigatione exponere quid et quantum sumeret Magister ex diversis fontibus ad suam Glossam compilandam. Certum est quod fontes principaliores recte adiudicantur Anselmus[1] et Gilbertus[3]. Quod autem ad manum

1 Nam secundum *Chroniam* Roberti : « Hic [Lombardus] etiam glosaturam super psalterium et epistolas Pauli ab Anselmo per glosulas interlineares marginalesque distinctam, post a Gisleberto continuative productam latius apertiusque explicuit» (ad ann. 1153; in MGH SS XXVI 237). Explicitius forsitan Vincentius († 1264) ad annum 1153: «Sub... Ludovico floruit magister Petrus Lombardus Parisiensis episcopus. Hic librum Sententiarum, qui nunc in scholis Theologiae publice legitur, laboriosum certe opus, ex multorum sanctorum Patrum dictis viriliter [= utiliter] compilavit, sed et maiores glossas psalterii et epistolarum Pauli similiter ex multorum dictis collegit et ordinavit. Nam cum esset inter Franciae magistros opinatissimus, glossaturam epistolarum et psalterii ab Anselmo per glossulas interlineares marginalesque distinctam et post a Gilberto continuative productam latius et apertius explicuit multaque de dictis sanctorum addidit » *(Speculum historiale* XXIX, c. 1, in *Bibliotheca mundi* IV, Duaci 1624, 1185a).

2 Codicem adhibemus saec. XII Florentinum, Bibl. Laurent. Plut. XVII 4. Advertat autem lector quod textus Glossae ordinariae et interlinearis editus unacum textu Nicolai Lyrensis non semper idem est ac textus quem invenimus in codicibus, eo quod editores, ut videtur, lacunas Anselmi suppleverunt ex Glossa Lombardi.

3 Usui habemus cod. Florentinum, Bibl. Laurent. Plut. VII d. 9 (saec. XIII in.). Quam-

habuerit Lombardus Enarrationes Augustini in psalmos, non est omnino clarum ; econtra, probabilius videtur quod auctoritates, quae quasi semper breves sunt, hauserit ex Glossa ordinaria. Idem dicendum est, ut videtur, de auctoritatibus Cassiodori, pseudo-Hieronymi et Remigii [1].

Ad rem propius illustrandam, satis erit forsitan proponere brevem analysim unius vel alterius Psalmi.

a) Psalmus VI (PL 191, 103-110). Quasi omnia in expositione tituli (103 B-104 C) sumuntur, non semper ad litteram, de Glossatura Gilberti[2], aliqua ex fonte nobis ignoto, qui non videtur esse Augustinus. Ad primum versum (104 D) permulta etiam ex Gilberto (f. 7v) ; ac iterum ad v. 5 : *in inferno quis confitebitur tibi* (106 C-D ; f. 8r) ; et ad sextum versum (107 C). Alia saltem in parte fundantur supra Glossam ordinariam et interlinearem (f. 5r-v), quae sunt continuative productae, ut dicit Robertas Altissiodorensis ; id est, ita contexuntur ut lectionem planam et ■continuam producant.

b) Psalmus XVIII, 10: *Timor Domini sanctus* (PL 191, 211 B-C). Hic convenientius est textum Magistri inducere, ut fontes planius indicentur :

> *Timor Domini* est *sanctus.* Aug. (rubrica): «Gratis scilicet amans, non puniri sed separari timens »[3], id est non timore punitionis sed amissionis summi boni serviens. Hic est timor castus et filialis. Quatuor enim sunt timores, praeter naturalem, scilicet mundanus, quo timemus perdere bona mundi; servilis, quo timore poenae a malo opere cohibemur ; initialis, quo partim ex timore poenae, partim ex amore iustitiae servitur ; filialis sive castus, quo sponsum offendere timemus et separari. Et de hoc timore hic agitur[4]. - Aug. (rubr.) : « Non enim ille poenalis, pro terrenis, quorum amore fornicatur anima, sanctus est ; sed castus, quo quanto diligit Ecclesia, tanto diligentius ca-

plures passus Glossaturae Gilberti inveniuntur in notis textui adiectis Gerhohi Reichersbergensis *Expositionis in psalmos* (ed. D. ac A. Van den Eynde et A. Rijmersdael, in *Gerhohi opera inedita* II, tom. I-II, Romae 1956); alii, in D. Van den Eynde, *L'oeuvre littéraire de Géroch de Reichersberg,* Romae 1957, 358-396.

1 De commentario Remigii, cf. A. Vaccari, *Il genuino commento di Salmi di Remigio di Auxerre,* in *Biblica* 26 (1945) 52-99 ; etiamsi Richardus Cenomanus nomen Remigii [seu potius pseudo-Remigii] pluries textui perperam inseruerit, clarum est quod saltem indirecte Lombardus opus genuinum Remigii cognoverit (ibid., 94-95).

2 Cf. cod. Flor. Laurent. VII d. 9, ff. 7r-8r; et D. Van den Eynde, *L'oeuvre litt.,* 359s.

3 Glossa interi, in hunc locum (cod. Laurent. XVII 4, f. 21v; apud Lyranum, scii, in *Biblia cum Glossis,* Venetiis 1588, 111, Illa).

4 Unde directe Magister hauserit divisionem timorum, nos latet; vide aliam formam eiusdem in eius Glossa in Ps. 127, 1 (PL 191, 1161 D). Divisio quadruplex reapse floruit in schola Anselmi Laudunensis, sed deest in Glossa eius in h. 1. Cf. A. M. Landgraf, *Die Lehre*

vet offendere sponsum. Et ideo non foras mittitur hic timor a caritate perfecta ; servilem autem et mundanum caritas etiam imperfecta evacuat » - Cassiodorus (rubr.) : « Timor ergo saeculi non est sanctus, quia non est proficuus, sed cum temporalibus mutatur», id est mutari facit homines de temporalibus habitis vel amissis. «Timor autem Domini sine omni perturbatione est, quia est mixta cum pavore diiectio, quia si timet iudicem, scit misericordem » [1].

c) Psalmus XXXV (PL 191, 361 A-366 D). Titulus (361 a) exponitur primo secundum Gilbertum, qui hic dependet a Glossa ordinaria ; dein Cassiodorus citatur ex Glossa ordinaria ; ac iterum, iuxta Gilbertum (ex Cassiodoro), « notandum est quod sunt duo genera peccatorum »[3]. Parum infra, ad v. 2 (nunc v. 3) Glossa Lombardi fundatur primo super verba Gilberti ; dein *aliter* exponitur, potius secundum fontem ignotum quam secundum Glossam ordinariam, ut aestimamus ; ac denique ad v. 3 (4) commentum excerpitur ex illo Gilberti, partim ex Glossa ordinaria [4].

d) Psalmus LIX (PL 191, 551 A-558A). Quod supra dicitur ad duos alios Psalmos hic repetitur, scilicet quod glossa Magistri super titulum fundatur supra illam Gilberti in hunc locum, sicut etiam glossa ad versus 7-9 ; *Meus est Galaad,* etc., quasi tota dependet a Gilberto [5]. Cetera, saltem in pluribus, sumuntur de Glossa ordinaria (ff. 74v-75v).

Proinde, ut nobis nunc videtur (licet quaestionem profundius investigare oporteat), notitias historicas, etc., ad titulum psalmorum illuminandum, « intentionem » psalmistae, « modum » seu divisionem textus,

der Frilhscholastik von der knechtischen Furcht, in *Dogmengeschichte* IV-1, Regensburg 1955, 285-287 ; et D. Van den Eynde, *Autour des « Enarrationes in Evangelium S. Matthaei » attribués à Geoffroi Babion,* in *Rech. de Théol. anc. et méd.* 26 (1959) 71-73.

1 Glossa interi, in h.l. (ibid.). Cui adiungi oportet Glossa Gilberti, quae quodammodo huic intexitur: « *Timor Domini.* Unus timor est penalis qui perhorrescit subtrahi sibi temporalia, quorum amore anima fornicatur. Alius est initium sapientie, qui timet offendere Deum iustum. Ille penitus non est in caritate ; iste foras mittitur a perfecto. Est alius castus vel sanctus quo Ecclesia bonum sponsum quanto ardentius diligit tanto diligentius cavet offendere. Amat gratis, non timens puniri sed ab eo separari. Hunc non mittit foras consumata dilectio sed ita sanctus et firmus quod est permanens in seculum, id est in eternum » (cod. Laurent. VII d. 9, f. 23v).

2 Glossa ordinaria (ibid.) ; rubrica omittitur in codice Laurentiano.

3 Cf. Glossa ord. in h. 1. (cod. Laurent., ff. 43v-44v ; apud Lyr. III, f. 135); textus Gilberti in cod. cit., f. 42r-v, et apud *Gerhohi opera inedita 11-2,* 413-414.

4 Textus Gilberti in cod. Laurent, cit., f. 42r, et apud *Gerhohi opera inedita* II-2, 418-419; Glossa ordinaria in cod. cit., f. 43v, et apud Lyr. III, 135a et 135c.

5 Vide cod. cit., ff. 68v-69v, et D. Van den Eynde, *L'oeuvre litt.,* 381-383.

unacum expositione quorundam versuum, sumere solet Magister de opere Gilberti ; reliqua autem fundantur super verba vel doctrinam Anselmi tam in Glossa ordinaria quam in interlineari.

2. Glossa potius Parisius compilata.

Quod redactionem definitivam Glossae Parisius compleverit Magister, habemus ex testimonio Herbert! de Boseham circa lectionem publicam in scholis. Ex ipso autem textu recte concludi potest, ut videtur, quod etiam primam formam Glossae Parisius compilaverit, eo quod quandam consuetudinem Ecclesiae Parisiens! peculiarem refert glossando Psalmum 36, 35-36 [1] :

> *Vidimus impium superexaltatum, et elevatum sicut cedros Libani... Quaesivi eum, et non est inventus locus eius...* Et hoc est, *vidi impium,* id est diabolum, super alios exaltatum : hoc maxime ante Christi adventum tempore, ante legem et sub lege, cum homines velut gregem post se trahebat. Sed tertio tempore, scilicet gratiae, et tertio die, scilicet resurrectionis Christi, humiliatus est superbus, et retro conversus per fortiorem vasa eius diripientem [Matth. 12, 29]. Inde est quod in rogationibus draco duobus primis diebus antecedit crucem plena cauda. In tertio sequitur eadem evacuata.

Quod haec esset consuetudo Parisius, postea (c. 1160-1164) declarat Ioannes Beleth, clericus Parisiensis et discipulus Gilberti Porretani, in sua *Summa de ecclesiasticis officiis :*

> Ut autem Deus omnia haec [mala] avertat a nobis, litanias facimus ; ultimam sancte ascensioni continuamus ut per ieiunium et oracionem Christum sequi et celos ascendere mereamur. Draco ille qui per triduum deportatur cum longa cauda et inflata duobus diebus primis ante crucem et vexilla, et ultima die post et retro vadit, significat diabolum, qui per tria tempora, ante legem et sub lege et tempore gracie, que per hos tres dies significantur, homines fefellit aut fallere captat[2].

1 PL 191, 376 D ; cf. D. Van den Eynde, *Essai chronologique...,* in *Miscell. Lomb.,* 52. Non autem excluditur possibilitas quod passus de dracone postea adiuncta sit, scilicet quando Glossa publice legebatur.

2 Cod. Vatie. Regin. lat. 256 (saec. XII), f. 51r ; cf. editio sub nomine *Rationale,* c. 132 (PL 202, 130 A) ; sed caveat lector, quia hic textus medii aevi vertitur in latinum humanismi ab editore Cornelio Lauriman (Antverpiae 1553). De loanne Beleth, cf. P. Calendini, *Beleth (Jean),* in DHGE VII, 517-518; LThK[2] 5, 1009. Vide etiam dicta circa usum unius vel duorum cereorum ad evangelium (In Ps. 131, 17 ; PL 191, 1181 A) ; de quo silet in cod. cit. Ioan. Beleth, sed habetur in editione, c. 39 (PL 202, 47 C-D).

3. Ad usum privatum compilata.

Quod Magister Petrus hoc opus compilaverit potius ad usum privatum quam ad lectionem scholasticam, cuilibet textum perscrutanti apparebit. Licet enim autumet Magister « quia in hoc libro consummatio est totius theologiae paginae » [1] praeter quasdam quaestiones de quibus infra agetur, modesta omnino et exigua, immo ieiuna, est doctrina proposita, et quasi semper in ipsis fontibus radicata [2]. Insuper, psalmos interpretari vult quasi semper secundum sensum moralem et christologicum [3], necnon (ut ita dicam) et sensum liturgicum [4].

Unde, quamvis Glossa fons sit ad quem postea Magister recurrat ad libros Sententiarum componendos, nec fuerit sine influxu [5], non possumus negare quod in se opus sit hominis qui adhuc rudis exstat in rebus theologicis [6]. Postea revera eius assiduitatem in Patrum lectione et doctorum laudat Magister Herbertus, « cum ille tanta ac tam studiose legerit », ut « modernis temporibus in ecclesiasticis dogmatibus parem non » habuerit [7]. Sed illa assiduitas legendi necnon et profunditas doctrinae quam postea ad oculos demonstrat Magister in Glossa in Apostolum et praesertim in libris Sententiarum, non manifestatur in Glossa in psalmos. Alios enim fontes, secundum iudicium nostrum iam expressum, non defloravit praeter glossam Anselmi ac aliam Magistri Gilberti.

Quod nec influxui subiciatur anonymae *Summae Sententiarum* nec alicuius operis Hugonis de S. Victore, minoris momenti est ad tempus

1 In Prologo (PL 191, 57 B) ; quem prologum Magister probabiliter addidit ante (vel post) lectionem publicam Glossae, ut infra videbitur.

2 Sic paucissima inveniuntur de divina essentia vel de Trinitate, et haec quidem ex Augustino (PL 191, 209C-210A; 627B-628A); de peccato originali (317 D-318A); de Incarnatione et Passione (1172 C-1173 A), etc.

3 Magistro erat acceptissima analogia inter decachordum seu psalterium et decachordum decem praeceptorum (PL 191, 55 B). Sic etiam cum Gilberto et multis aliis ante eum Christum integrum, caput et membra, statuit materiam huius libri (59 C).

4 Vide eius verba de Missis in Nativitate Domini (PL 191, 402 B-C; 1218 D), de Alleluia in Septuagesima et Sabbato sancto (582 B-D) ; etc.

5 Cf. D. Van den Eynde, *Literary Noie on the earliest Scholastic Commentarii in Psalmos,* in *Franc. Studies* 14 (1954) 121-151 ; et *Complementary Note on the early Scholastic Commentarii in Psalmos,* in *Franc. Studies* 17 (1957) 149-172.

6 Immaturum se demonstrat Magister, secundum D. Van den Eynde, in doctrina de peccato originali, de quatuor timoribus, (forsitan) de mendacio, de tristitia in Christo, de oratione et voluntate Christi (cf. *Essai chronologique...,* in *Miscell. Lomb.* 46-52).

7 In Epist. ad Henricum comitem Triccnsem (PL 190, 1418 D-1419 A).

compositionis huius Glossae determinandum Dato enim fine sibi originaliter proposito, scribendi scilicet opusculum ad propriam aedificationem, non autem ad alios lectores vel auditores instruendos, parum importabat utrum quaestiones theologicas tractaret annon.

4. Lectio publica Glossae.

Merito igitur quaeritur quomodo interpretanda sint alia verba Herbert!, ubi dicit quod Magister postea, et quidem, ut videtur, parum ante eius episcopatum, Glossam in psalmos publice legit ac simul (vel antea) eam correctioni subiec-it. Desunt reapse alia testimonia ad istud Herberti illustrandum vel confirmandum 1. Desunt etiam codices qui textum a recepto seu edito diversum, id est qui quandam formam primitivam Glossae praeseferant3. Unde videtur quod unam redactionem solum librariis seu stationariis Lombardus consignaverit, probabiliter post annum 1155 et propius post Sententias bis traditas, seu circa finem anni scholastici 1158-1159.

Nihilominus in ipso textu huius Glossae prout exstat non desunt indicia quae, ut aestimamus, additiones innuant seu interpolationes factas occasione eius usus in scholis; verbi gratia, quando in fine cuiusdam quae-

1 Proinde non accipimus argumentum D. Van den Eynde, in *Miscell. Lomb.* 46-53.

2 Contra opinionem confratris nostri fel. mem. D. Van den Eynde, excludere inducimur influxum Glossae nostri Lombardi in illam (PL 142, 49-539) olim Brunoni Herbipolis attributam (cf. D. Van den Eynde, *Literary Note...,* in *Franc. Studies* 14[1954] 148); ac proinde nec in aliam (PL 131, 149-844) pseudo-Remigii, quae dicitur indirecte, sub influxu pseudo-Brunonis, ab opere Lombardi dependere *(id., Complementary Note...,* in *Franc. Studies* 17 [1957] 169); commentarius Pseudo-Brunonis c. 1150 esse creditur (desunt etiam argumenta interna). Ex alia parte, ex commentariis eiusdem P. Damiani in vita et operibus Gerhohi Reichersbergensis apparet quod, non obstante eius *Expositione psalmorum* (ex annis 1144-1165), ille famosus praepositus Glossam Lombardi in psalmos non cognovit ante annum 1163, quando in opusculo *De gloria et honore Filii hominis,* c. 7 (PL 194, 1097 A-B), lectorem refert tam ad Glossam quam ad libros Sententiarum. Vide etiam eiusdem Epist. XVII, ad Alexandrum papam III, sub mense ian.-febr. 1164 (PL 193, 565 A-B) ; et Epist. XV (febr.-mar. 1164), ad Eberhardum episcopum Banbergensem (ibid., 547 D) ; necnon et acerrimam responsionem eiusdem praelati ubi Lombardum defendit de quaestione latriae et duliae (ibid., 561 D-562 B) ; cf. D. Van den Eynde, *L'oeuvre littéraire de Géroch,* 143s, 265, 274-280.

3 Quamplures consuluimus, sed ignari huiusmodi problematum codices non examinavimus sub hoc aspectu. Nihilominus in paucissimis notulas extra vagantes seu additiones in marginibus positas annotavimus; econtra tales abundant in manuscriptis Glossae in apostolum necnon et Sententiarum, eo quidem quod Magister, ut videtur, eas exemplari suo adiunxisset cum Sententias secunda vice tradidit.

stionis de timore Christi (de qua infra) Magister adiungit : « Sed animadvertendum diligenter», ac infra: «Distinguat ergo lector...», merito concluditur quod agatur de quadam additione ad formam originalem seu privatam istius Glossae.

Inspecta igitur Glossa apposite ad hunc ipsum finem, ut detegantur si quae sint huiusmodi interpolationes seu additiones, sequentia loca proponimus quae adiungi videntur textui originali :

a) Prologus (PL 191, 55 A-62 A). Haec Praefatio (ut intitulatur a Fratre Richardo) compilatio est Prothematum in Glossam ordinariam Anselmi[1] et Prologi Gilberti ; proinde quasi nihil novi continet. Sine dubio, ut mos erat auctorum, post ipsam Glossam composita est ; quod eo innui videtur, quia materia introductoria ad primum psalmum adicitur sub Prologo et non ad initium *Beatus vir.* Sed utrum coniuncta sit Glossae nuper completae an composita ante lectionem publicam, non apparet ex ipso textu, etiamsi quaedam de Adam dicta, etc. (60 C-61 A) aliquam affinitatem habeant ad secundum librum Sententiarum.

b) Ad Psalmum V, 6 (7) : *Perdes omnes qui loquuntur mendacium* (PL 191, 98 A-D). Glossa ordinaria in hunc locum multam certo materiam Magistro suppeditavit[2]. Sed distinctio inter mentiri et mendacium et eorum definitio : « Et sciendum quia non omnino idem est mentiri et mendacium loqui. Mentiri enim est contra loqui quam quod animo sentit quis. Et sane aliquando verum dicens, mentitur, quia contra conscientiam loquitur ; aliquando falsum dicens, verax est, quia non contra conscientiam loquitur. Mendacium vero est falsa significatio vocis, cum intentione fallendi. Ut ergo mendacium sit, necesse est ut falsitas subsit, et contra conscientiam dicatur. Hoc autem quod hic ait [Augustinus scilicet], non generaliter de omni mendacio accipiendum est, sicut nec illud : *Os quod mentitur occidit animam* »[3], haec distinctio licet Augustini sit, dependet, ut nobis videtur, directe a tertio libro Sententiarum[4]. Quod sequitur, de triplici genere mendacii, sumitur de Glossa ordinaria.

1 Elenchum codicum Glossae ordinariae qui Prothemata includunt praebet A. Vaccari in suo studio, *II genuino commento ai Salmi di Remigio di Auxerre,* in *Biblica* 26 (1945) 94.

2 Cf. cod. Laurent. Plut. XVII 4, f. 4v ; quasi idem textus apud Lyr. III, 93b. Nihil novum addit Glossa Gilberti in h. l. (cod. Laurent. Plut. VII d. 9, fol. 6v).

3 PL 191, 98 A.

4 Dist. 38, c. 3, et c. 4, n. 1 ; ac inde c. 5, n. 5 (advertat lector quod in editione secunda Sententiarum haec enumerantur ut cc. 3-4).

c) Ad Psalmum XXI, 2 : *Deus meus, clamabo per diem, et non exaudies,* etc. (PL 191, 227 B-228 A). Circa haec verba, quae Christi sunt «in persona veteris hominis » \ quaeritur : « Quomodo hoc dicit *qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore eius* » (I Petr. 2, 22), ac inde tractatur de timore in Christo. Quae tamen quaestio (227 B-C) nec invenitur in Glossa ordinaria in hunc psalmum (f. 24r) nec in Glossatura Gilberti (f. 26r). Legitur autem in tertio libro Sententiarum, et quidem quasi ad litteram, ubi citatur ut quaestio Augustini in hunc psalmum 1. Cui tunc sequitur in Glossa dissertatio de opinione Augustini : « Sed animadvertendum diligenter quod Augustinus hic videtur dicere Christum non veram tristitiam vel timorem habuisse, cum ipse idem alibi dicat Christum sic veram tristitiam vel timorem assumpsisse, ut veram carnem ; et Evangelium quoque dicit : *Coepit lesus pavere et taedere.* Distinguat ergo lector quomodo utrumque dictum sit, et utrumque verum esse intelligat », etc. (227 C-D).

Sed appellando sic ad iudicium lectoris, Glossa uti iacet superat naturam operis destinati ad usum mere privatum. Unde, ut aestimamus, concludere oportet quod totum argumentum nihil aliud sit quam summarium quaestionis in tertio libro Sententiarum 3,4 quod Glossae appositum est quando haec publice legebatur.

d) Ad Psalmum XXI, 6 (7) ; verius autem ad novam interpretationem v. 3 : *Et non exaudies* (PL 191, 229 C-230 B) ; post enim glossam in v. 6 (nunc 7) legitur : « Vel in persona Christi omnia superiora [id est vv. 2-7] possunt accipi, qui veram humanitatis naturam exprimens ait : *Deus, Deus meus...* ». Quod sequitur depromitur, saltem in parte, ex Glossa ordinaria (f. 24a). Deinde quaedam difficultas evocatur de oratione Christi : «Attende diligenter quod dicit hic Christum non fuisse exauditum... » (229 D) ; cuius solutio fundatur, secundum nostrum iudicium, super eandem quaestionem in tertio Sententiarum : « Utrum Christus aliquid voluerit vel oraverit, quod factum non sit », ac eius solutionem i. Quod autem solutio Glossae potius rivulus sit quam fons Sententiarum,

1 Ut dicit Glossa ord. (cod. cit., fol. 24b; apud Lyr. III, 114a), et Gilbertus (cod. cit., f. 26r).

2 Dist. 15, c. 1, n. 13 ; revera compegitur ex *Enarr. II in Ps. 21,* n. 4 (PL 36, 172s ; CCL 38, 123) et *Enarr. in Ps. 93,* 15, n. 19 (PL 37, 1207s ; CCL 39, 1319ss).

3 Scilicet, non solum in Dist. 15, c. 1, n. 13 ; sed etiam in c. 2, nn. 1 et 3, et in Dist. 16, c. 1.

4 Dist. 17, cc. 1-2.

induci potest ex verbis quae synopsim introducunt doctrinae : « Sciendum igitur... Nec tamen dicendum... Hoc ergo attendentes, dicimus... » L

e) In Psalmum XCVIII, 5 : *Adorate scabellum pedum eius* (PL 191, 895 A-C). Non semel in Glossa agitur de distinctione inter latriam et duliam [1] ; sed solum hic distinguuntur duae species duliae, sicut et in tertio Sententiarum [3]. Circa medium enim glossae in hunc versum, quae fere tota fundatur in Glossa ordinaria [4], Lombardus commentum inserit quod resumptio esse videtur doctrinae Sententiarum : « Non illa dico adoratione quae latria est, quae soli Creatori debetur ; sed illa quae in dulia dignior est. Dulia enim adoratio est, quae etiam creaturae exhibetur, quae duas species habet : unam quae indifferenter omnibus, alteram quae soli humanitati Christi exhibetur » (895 B-C)[56].

Praeter haec loca alia non deteximus quae additamenta posteriora esse videantur. Forsitan Magister lectionem publicam totius suae Glossae absolvere non potuerit, eo quod electus erat in episcopum ante finem anni scholastici 1158-1159.

1 Quibus respective correspondent nn. 1, 2, et 8-9, cap. 2 eiusdem Dist. 17.

2 Cf. Glossa in Ps. 7, 1 (2) : « *Domine* omnium per potentiam, cui debetur dulia, qui es omnium per recreationem Deus cui debetur latria» (PL 191, 111 D-112A; nihil invenitur ad rem in Glossa ord. in h.l.) ; iterum in Ps. 23, 9 (10) : « Ante Christi adventum permittebant se angeli boni adorari illa adoratione quae dulia est, non latria » (250 C) ; ac in Ps. 67, 27 : «*Benedicite Deo,* cui debetur latria; *Domino,* cui exhibenda est dulia» (615 B).

3 Dist. 9, cap. unie., n. 2, et n. 6.

4 Cf. cod. Laurent. Plut. XVII 4, f. 133a-b (et apud Lyr. III, f. 233c) ; parum invenitur in Glossatura Gilbert! (f. 119r).

6 Notare lubet etiam quod parum supra (895 B) verbis Augustini *spiritualiter* addit Magister ex IV Sent., d. 9, c. 1 : «quia nemo *spiritualiter* carnem eius manducat, nisi prius adoret » ; quod verbum deest in Glossa ordinaria (cod. cit., f. 133b ; apud Lyr. III, f. 233c). — Contra hanc nostram conclusionem opponi possunt verba Gerhohi Reicherbergensis in suo opusculo (an. 1163) *De gloria et honore Filii hominis,* c. 7, ubi tractans de interpretatione huius versus Ps. 98, dicit : « Quod sub nomine Augustini Petrus, modernus glossator, intexuit suis glossis, ubi assignavit homini duliam, Verbo latriam, cum beatus Augustinus hoc minime senserit. Qui tractans de praedicto scabello adorando [cf. Enarr. in Ps. 98, n. 9 ; PL 37, 1264 ; CCL 39, 1385], nullam penitus facit mentionem duliae. Quod praedictus Petrus *creditur p* θ-εiε a deprehendisse, quia in Sententiarum suarum libro tertio, ubi opiniones quorundam ponit existimantium Deo latriam, et homini duliam exhibendam in Christo, nullam facit mentionem Augustini» (PL 194, 1097 A-B). Sed revera falsa est haec accusatio, ut lectori assiduo apparebit, quia nullibi in Glossa in hunc psalmum Augustino attribuitur distinctio inter duliam et latriam. Nec supponi potest quod Gerhohus historiam compositionis Glossae reapse cognoverit.

CAPITULUM QUARTUM

De Glossa in Epistolas b. Pauli

Paucis annis (c. 1175) post mortem Petri Langobardi (sic!), quidam anonymus abbatiae probabiliter Aquicinensis (Anchin) diocesis Atrebatensis[1] eum aestimavit Scripturarum expositoribus illius temporis maxime praeferendum « eo quod ingenio sagaci et usu assiduo tanta in exponendis Scripturis luce claruerit ut pene magisterio doctoris non egeat qui glosarum ipsius lectioni animum intendere voluerit »[2].

A. De Ipso Textu.

Quae verba maxime obtinent, ut videtur, quoad Glossam Lombardi in epistolas beati Pauli[3][4] Cuius Prologus incipit verbis utens Ambrosiastri : « Principia rerum requirenda sunt prius, ut earum notitia plenior haberi possit. Tunc enim demum facilius poterit causae ratio declarari, si eius origo discatur »[5]. Ipsa autem Glossa incipit : « *Paulus servus Iesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in evangelium Dei,* etc. usque ibi : *omnibus qui sunt Romae.* Hucusque enim pendet littera ut perficiatur sententia, et subintelligitur *mandat* vel *scribit.* In hac autem salutatione prius [Ed. : primum] personam suam commendat quatuor modis »[5] ; et desinit ad finem Glossae in Hebr. : « *Gratia,* id est purgatio peccatorum, et alia Dei munera sint *cum omnibus vobis. Arnen* »[6].

1 Cf. N. Haring, *Two Catalogues of Mediaeval Authors,* in *Franc. Studies* 26 (1966) 196 ; et id., *Der Literaturkatalog von Affligera,* in *Rev. Bénédictine* 80 (1970) 70 et 73.

2 *Catalogus Scriptorum ecclesiasticorum* (qui frequenter editur ut Auctarium seu Appendix ad opus simile pseudo-Henrici Qandavensis), ed N. Haring, *Two Catalogues...,* 211.

3 Olossa in epist. ad Romanos (et quidem in editione secunda, ut ita dicam) necnon et in primam ad Corinth, invenitur in PL 191, 1297 A-1696 C ; in alias epistolas, in PL 192, 9 A-520 A. Quibusdam codicibus, ut infra notatur, usi sumus ad textum aptius stabiliendum necnon et ad versionem primitivam detegendam.

4 PL 191, 1297 A. In codicibus haec verba rubrica marginali *Ambrosius* locupletantur. Reapse commentarius Ambrosiastri in Rom. in recensione γ(seu versione ultima) sic incipit : « Principia rerum requirenda sunt [prius *add. recensio* β], ut notitia earum possit haberi ; tunc demum enim facilius poterit causae ratio declarari, si liber iste [eius origo, in *a* β *et in lectione varianti* γ] discatur » ; cf. *Ambrosiastri qui dicitur Commentarius in epistulas Paulinas.* Pars I: In Ep. ad Romanos, recensuit H. I. Vogels (CSEL 81-1), Vindobonae 1966, 5, 3-5.

5 PL 191, 1301 C-D; quem textum corrigimus secundum cod. Vat. lat. 695 [= z[, f. 2b.

6 PL 192, 520 A.

1. Duae Editiones Glossae.

Quando ad opus aggressi sumus codices examinandi Glossae Magistri Petri in epistolas Apostoli, plenam conscientiam habuimus difficultatum et problematum, sed minime suspicati sumus quam fore solutionem. Nobis dicebatur quod impossibile esset novam editionem Sententiarum praeparare quin simul vel prius in lucem daretur ipsa Glossa in Apostolum secundum artem criticae redacta, vel saltem quin prius solverentur quaestiones onerosae circa relationes chronologicas inter libros Sententiarum et eandem Glossam. Studiosi enim praesentia vexati erant loannis Damasceni in illa Glossa, praesertim (et solum, ut mox apparebit) in primo capitulo epistolae ad Romanos 1. Sed quod Burgundio civis Pisanus librum loannis presbyteri Damasceni *De fide orthodoxa* in latinum reddiderit mandato Eugenii papae III et post eius mortem («beatae memoriae») mundo Christiano obtulerit circa an. 1153-1154, omnibus notum erat tam ex titulo libro praefixo quam ex testimonio nostri Lombardi 2. Insuper, quod Magister illum librum in manibus non habuerit antequam Romam visitaret circa finem anni 1154, iam praetactum est3. An prius autem quaedam capitula (capp. nempe 45-52), et quidem sub nomine s. Basilii, forsitan cognoverit Lombardus, quae quidam (Cerbanus?) in Hungaria in latinum reddiderat, nobis omnino incertum fuit.

Quomodo ergo, si nomen *loannes Damascenus* in marginibus codicum Glossae in epistolas rubricatur et eius verba in textu inveniuntur, quomodo, quaerimus, haec Glossa potest se interserere, ut autumatur, inter Glossam in Psalmos et libros Sententiarum, ita ut ante annum 1154 exsisteret ?4 Sed certo certius haec Glossa inter fontes maiores Sententiarum annumerari debet, ut probari potest exemplis innumerabilibus. Ad talem autem inductionem firmandam necnon et ad difficultates enodandas, recurrere oportet ad codices manuscriptos, sine quibus in vanum res discuteretur 5.

1 Cf. los. de Ghellinck, art. *Pierre Lombard,* in *Did. Théol. Cath.* XII, 1955, qui possibilitatem redactions primitivae proponit.

2 Cf. *St. John Damascene De Fide Orthodoxa. Versions of Burgundio and Cerbanus,* ed. E. M. Buytaert, St. Bonaventure N.Y. 1955, 11 ; et disquisitio editoris de anno versionis Burgundionis, IX-XV; testimonium Lombardi habes infra, Lib. I, d. 19, c. 9, n. 3 (167).

3 Vide supra, p. 32* ; et infra in textu, 167, notam ad cap. 9, n. 3.

4 Cf. D. Van den Eynde, *Essai chronologique...,* in *Miscell. Lombardiana* 53-55.

5 Vide E. Bertoia, *I Commentari paolini di Pietro Lombardo e la loro duplice redazione,* in *Piero Lombardo* 3 (1959) 75-90, qui quandam hypothesim construit, innitens soli editioni

Ne autem mari magno citationum immergamur, dicamus statim quod editionibus Glossae non obstantibus, agitur de unica et sola auctoritate loannis Damasceni, non de quinque vel amplius[1]. Ex codicibus enim luce clarius est quod ad Rom. 2,2 (PL 191, 1337 C) legendum est *loannes diaconus*[2], sicut et ad Rom. 5, 3 (1379 C), necnon et ad Rom. 5, 14[3]. Dein ad Glossam in I Cor. 15,42 (PL 191, 1686 C), loco *loannes Damascenus* ponatur *loannes Chrysostomus*[4]. Proinde piscatio nostra certis limitibus circumscribitur, ad illa verba nempe quae recte citantur sub nomine Damasceni in Glossa ad verba Apostoli : *de Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem* (Rom. 1,3):

> *loannes Damascenus* (rubr. marg.) : Inconverse enim et inalterabiliter unitae sunt ad invicem naturae, neque divina distante a propria simplicitate, neque humana aut conversa in deitatis naturam aut in non exsistentiam divisa ; neque ex duabus una facta est composita natura[5].

Duximus proinde in altum, non sine haesitatione, et retia laxavimus. Et ecce, praeter omnem spem et exspectationem captum magnum prendidimus! Ad initium nostri laboris, omnes codices Glossae nostrae quos examinavimus tam Parisius quam Romae textum receptum (seu typis impressum) praeseferabant, ita ut quasi desperaverimus usque ad diem in quo codicem *Vaticanum latinum 695* versantes rubrica capti sumus : *Basilius super illum locum : Missus est angelus ad mariam,* margini adiecta

1543 (quae non est eadem ac reproductio in Patrologia latina 191-192), sine recursu ad opus Damasceni.

1 Cf. E. Bertoia, *I Commentari...,* 79, 81-83.

2 Scii. *Comment, in Roman,* (inter opera Hieronymi, PL 30 [1846], 653 C). Sequitur idem in Rom. 5, 3 (666 B).

3 Nempe ad verba : « Vel forma Christi dicitur... processit » (PL 191, 1392 C), ex eodem in h.l. (PL 30, 669 B).

4 Quasi iisdem verbis citatur Chrysostomus in Sent., IV, d. 49, c. 1, n. 2.

5 PL 191, 1307D-1308A; per errorem seu ignorantiam rubrica posita est supra, in medio cuiusdam auctoritatis Augustini. Textum correximus ex manuscriptis codicibus. Citatur autem secundum versionem antiquiorem quae Cerbano ascribitur; cf. E. Buytaert, ed. cit. 392. Quaedam difficultas oritur ex *inalterabiliter,* quod magis consentit version! Burgundionis (ibid., 173), cum in versione Cerbani prout exstat legatur *incommutabiliter.* — Quod autem nomen et auctoritas loannis Damasceni inveniantur in textu impresso Glossae ordinariae in Rom. 1, 3 (cf. *Biblia sacra cum glossa,* Venetiis 1588, VI, f. 3d), neminem inquietet! Ex ipsis codicibus eiusdem quampluries convincuntur editores Glossae summae temeritatis ; quando enim deerat commentum seu quaedam auctoritas ad verba Apostoli illustranda (in Glossa ordinaria) mutuum ab ipso Magistro sine scrupulo sumebant. Caveat ergo lector illius Glossae ne in eosdem errores cadat e quibus etiam nos vix incolumes evasimus!

ad Rom. 1,3 (fol. 3d) [1] Alia die codicem diligentiori examini subicientes prae gaudio exsultavimus, quia non solum hanc rubricam complexus est sed et aliam et antiquiorem versionem Glossae in Rom. 1,3 (reapse quasi tractatum completum de Verbo incarnato, qui fons tertii libri Sententiarum potuit et debuit esse)[1] ; dein quandam additionem (ex *Summa sententiarum* et quodam opusculo Hugonis de Sancto Victore extractam) ad Rom. 1, 20 [2], de tribus personis divinis et de peccato in Spiritum Sanctum ; necnon et tractatum de processione Filii et Spiritus Sancti, ad Rom. 11, 36 [3]* Insuper, quasdam additiones minoris momenti et paucas omissiones quibus textus differat a versione posteriori (ut in PL 191-192) invenimus in Glossa ad I Cor., praesertim in cap. 7 et 11. Quod attinet ad alias partes Glossae parum vel nihil invenitur quod discrepat a textu recepto ; diversitates si quae sint quam necesse sit editionem novam eiusdem Glossae praeparare potius demonstrant.

Spe deinde redivivi, tres alios codices invenimus, unum Romae, duos Parisius, qui omnes textum primitivum praeseferunt, etiamsi cum quibusdam signis correctionis et deletionis, ut infra patebit. Alii autem codices quos scrutati sumus omnes (praeter unum qui versionem quasi mediam continet) textum receptum seu in lucem editum praebent. Nec hoc est praetermittendum, quod tam illi quam isti ut in pluribus novas auctoritates seu glossas volatiles, ut dicebant, in marginibus et quandoque in tertia columna lectoribus praesentant, quae certo certius historiam huius Glossae illustrabunt, necnon et eius relationes ad libros Sententiarum.

2. Codices Editionis Primitivae.

Quatuor igitur codicibus stabilitur sine quacumque formidine errandi quod Magister Petrus ante epistolas Apostoli glossavit quam libros Sententiarum componeret ; et quod postea, sua summa theologiae exarata saltem in quadam forma tentativa, Glossam illam revisioni subiecit maxime in quibusdam capitulis epistolae ad Romanos.

Sed nunc nobis incumbit codices describere ; et illos primo redactionis originalis, ac illo quidem ordine quo eos deteximus.

1 Unde tractatus iste in prolegomenis ad tomum II in lucem dabitur.

2 Scilicet post *inquirere* (PL 191, 1329 A) ; textus editur infra, p. 252 et p. 577, in notis ad textum Sententiarum.

3 Post *praelucet Trinitatis* (PL 191, 1495 C) ; vide infra, pp. 126, 130s, 132s, 134s, 138, 145, ubi citatur in parte. Textus integer typis datur in appendice ad praesens capitulum.

1. Civit. Vatic., Bibliotheca Apostolica Vaticana, Vat. lat. 695; quem z designavimus infra in notis ad libr. I et II Sent. Saec. XIII secundum catalogum[1], sed probabilius saec. XII ; ff. 154, mm. 298x205, binis columinis; Glossa Lombardi (anon.): ff. la-154b. Auctoritates (tam nomina quam tituli librorum) in marginibus appositae minio scribuntur. Aliquotiens *Verba magistri* additur secunda manu ; et semel ad *mihi videtur* in margine Petjrus] adnotatur (cf. infra, p. 145, in notis), atque iterum Pe[trus] ad f. 36c (= PL 171, 1497 B-C). Forsitan ex origine O. S. Cisterc., quatenus f. 154c manu posteriori additur: «Canonicas scripturas simpliciter et seriatim, libentius et saepius legebat Ber[nardusJ... testabatur» (ex *Vita prima s. Bernardi,* c. 4, n. 24; PL 185,241 A).

Notabilia: 1) Versio antiquior Glossae in Rom. 1,3 (ff. 3a-4c); hoc est, respectu editionis, post *verus homo, unus Filius* (PL 191, 1306 C) usque ad initium auctoritatis *Augustinus in libro primo De Trinitate,* scilicet : « In principio erat Verbum... » (1308 C), loco textus recepti seu impressi invenitur series quaestionum de incarnatione Verbi quae magis accedit ad plura capitula tertii libri Sententiarum quam ad textum receptum eiusdem Glossae. — 2) Auctoritas Damasceni, ut iam notatur, rubricatur : *Basilius super illum locum: Missus est angelus ad Mariam* (f. 3d). — 3) Additio ad Rom. 1, 20 (ff. 7d-8a), quae satis indicatur supra. — 4) Alia et longior additio ad Rom. 11,36 (ff. 35d-36a), de processione, de qua supra. — 5) Ad Rom. 16,1, ante initium textus recepti praemittitur : « *Commendo autem :* Amodo multos proponit apostolus iustos quibus credere debeant Romani. Quasi : Ita facite ut dixi ; hos autem imitamini » (f. 41d ; cf. PL 191, 1527 D). — 6) In Glossa ad I Cor. 7, 6, post *nisi peccato conceditur?* (PL 191, 1589 A) additur : «Alibi tamen habetur quod indulgentia est, nec est ibi peccatum nec venia ut in minoribus bonis. In novo enim testamento minora bona quibus non meremur ut coniugium etiam (?) minora mala permissa sunt; in vetere vero econtra mala maiora, ut odio habebis inimicum tuum. Plane...». — 7) Item ad I Cor. 11, 8, post *imaginis Dei excluditur* (PL 191, 1633 A), quaedam verba Augustini (sine rubrica) textui incorporantur[2] quae alibi (ut in cod. Paris., Bibi. Nation, lat. 673) ut glossa volatilis seu marginalis habentur. Quod quodammodo aetatem huius codicis illustrat. Multa alia adiungi oporteret ad textum editum corrigendum, sed haec pauca sufficiant.

2. Civit. Vatie., Vat. lat. 144 (quem x signamus infra in notis ad textum Lombardi). Saec. XII exeuntis dicitur[3]; quod accipi potest, quamvis posterior nobis videatur codici praecedenti. Ff. 263, mm. 260x 174, binis columnis; Glossa Lombardi (anon.): ff. la-263d. Quamplures glossae

1 Cf. A. Pelzer, *Bibliothecae Apost. Vaticanae... Codices Vaticani latini* II-1, Vatie. 1931, 15-16.

2 Scii, ex *Retract. I,* c. 26 (25) : « Non inscite... ad imaginem » (PL 32, 626 ; CSEL 36, 122). Non rubricantur ; desunt in editione.

3 Cf. M. Vattasso - P. Franchi de' Cavalieri, *Codices Vaticani latini* I, Romae 1902, 120.

seu additiones quae in marginibus adduntur in Vat. lat. 695, hic ipsi textui incorporantur in tertia columna, secundum consuetudinem quae viget etiam in codicibus Sententiarum XII saec. exeuntis. Amanuenses, qui plures sunt, nimis incuriosi sunt, quia quamplures rubricas marginales neglexerunt.

Notabilia : 1) Versio antiquior Glossae in Rom. 1, 3 (ff. 4b-6d), ubi inveniuntur quaedam rubricae marginales quae desunt in Vat. lat. 695. — 2) Quod attinet ad auctoritatem loannis Damasceni, duplex rubrica annotari oportet. Ad *Inconverse* legitur: *Joh's damascenus super illum locum : Missus est angelus ad Mariam* ; deinde infra, ad verba quae hanc auctoritatem sequuntur : *Similiter expone illud : Aliud de Patre* (desunt in editione), alia rubrica legitur : *Basilius super... Mariam.* Unde patet quod in suo exemplari amanuensis correctionem invenit quam non intelligebat, et proinde tam rubricam originalem quam eius correctionem textui adiunxit. Quasi idem error seu duplicatio rubricarum invenitur in codice sequenti (Paris., Bibl. Nation, lat. 649). — 3) Additio ad Rom. 1,20 (f. 13b-c). — 4) Alia, ad Rom. 11,36 (ff. 58d-59c).

3. Parisiis, Bibl. Nation, lat. 649 (olim Colbert 561)[1]. Dicitur esse saeculi XIII, sed potius videtur saec. XII ; quandoque una columna cum textu Apostoli ad dexteram; quandoque duo columnae. Glossa Lombardi: ff. la-196c. Fol. Ir (manu posteriori): *Petri lombardi magistri Sententiarum. In epistolas b. Pauli.* Auctoritates in marginibus positae minio et viridi scribuntur ; quaedam aliae rubricae, divisiones textus, etc., in atramento nigro. Desunt glossae volatiles seu additiones marginales.

Notanda : 1) Versio antiquior in Rom. 1,3 (ff. 2v-3b) ; partim cum signo *va-cat* (ff. 2v-3b). — 2) Ad auctoritatem Damasceni regnat quaedam confusio. In ipso textu in colore nigro nomen Basilii invenitur sic : *idem homo est. Basilius. Inconverse et inalterabiliter...;* sed in margine, iterum in nigro sed potius manu posteriori, ponitur: *Joh's Damascenus super illum locum: Missus est angelus ad Mariam;* et iterum, ad finem auctoritatis, ubi textus prosequitur : *Similiter expone illud,* manus primi rubricatoris in minio posuit in margine : *Basilius super id: Missus... Mariam.* Quasi idem error repetitur in codice sequenti. — 3) Additio ad Rom. 1, 20 (ff. 8v-9r) cancellatur, quatenus *va-* ponitur ad *quod quare flat* (PL 191, 1329 A) — unde differt a codicibus qui *quod... inquirere* retinent — et *-cat* ad *potuerunt* (vide textum, infra, p. 577). — 4) Eodem modo *va-* signatur ad additionem ad Rom. 11, 36 (f. 45v) et *-cat usque hic* ad eius conclusionem (f. 46r). Alias variationes negleximus notare.

4. Parisiis, Bibl. Nation, lat. 17246 (olim Bibliothèque de L'Eglise de Paris C. 43, deinde A 30, ut in summo fol. Ir notatur ; id est bibliothecae capituli cathedralis). Membr., ff. 150 + I, sed quampluria folia

1 Cf. Ph. Lauer, ed., *Bibl. Nationale: Catalogue général des manuscrits latins* I, Paris 1939, 230.

desunt: fol. 2 originale, et peciae VI1I-XV, ita ut textus in I et II Corinth. omnino deficiat; mm. 314x222, una col. quando textus Apostoli includitur; binis coi. quando sola Glossa invenitur. Fol. Ir (seu 161r), manu posteriori : *Epistolae D. Pauli cum commentariis Petri Lombardi ex Patribus ingeniose aptatis.* Saec. XII exeuntis videtur; certo posterior est codici praecedenti.

Notabilia : 1) Versio antiquior in Rom. 1, 3 (ff. 2a-3d). — 2) Ad auctoritatem Damasceni textus et rubricae perperam construuntur. Ut in codice praecedenti, ad ipsam auctoritatem in margine legitur : *Joh's damascenus super... Mariam* (quae proinde est rubrica originalis) ; dein amanuensis ipsi textui incorporavit (ff. 2d-3a) quasdam auctoritates Hilarii quas alii codices ut glossas volatiles portant in marginibus ; tertio loco sequitur : *Similiter expone,* cum rubrica marginali (quae *va-* signatur) : *Basilius super... Mariam.* Unde apparet quod in exemplari suo utramque rubricam scriba invenit. — 3) Additio ad Rom. 1, 20 (f. 8r-8v), sine signo deletionis. — 4) Alia ad Rom. 11, 36 (ff. 48c-49a) *va-cat* signatur. — His aliisque testimoniis certo concluditur hunc codicem non esse autographum Magistri.

Alia redactio quae quasi media exstat infra describitur in codicibus Parisiensibus lat. 673 et 681.

3. Codices Textus Recepti.

Praeter codices nominatos qui versionem seu textum primordialem praeseferunt Glossae Magistri in epistolas, alii forsitan eiusdem generis inveniri possunt, si curiosi sint qui manuscriptos versant ac describunt. Quos alios codices examini subicimus omnes textum receptum seu impressum continent ; unde sufficit eos breviter indicare.

1. Parisiis, Bibl. Nation., lat. 648; saec. XII exeuntis[1]. Ff. I-II : elenchus epistolarum in missis de dominica per annum. Ff. lr-222v : Glossa Lombardi (anon.). Rubricae optimae, puncta superscripta, plures additiones marginales ; unde inter meliores exstat. Litterae initiales variis coloribus et figuris ornantur.

2. Ibid., Bibl. Nation., lat. 650; saec. XIII-XIV. Desunt omnes rubricae ; plures additiones in tertia columna ; parvi momenti.

3. Ibid., Bibl. Nation., lat. 655; saec. XIII ineuntis[2]. Rubricae marginales, puncta superscripta, nomina Patrum in summo folio, quaedam additiones marginales ; numerantur capitula manu rubricatoris. Textus

1 Cf. Ph. Lauer, *Bibi. Nationale: Catalogue général* I, 230, ubi et codex sequens.

2 Cf. *Catalogue* I, 232.

Apostoli inseritur inter glossas, non in propria columna iuxta glossam. Additio ad Rom. 1,20 manu posteriori ponitur in margine (f. 6c).

4. Ibid., Bibl. Nation., lat. 673 et 681 ; saec. XII ex. vel XIII ineuntis [1]. Licet non notetur in Catalogo, gemini sunt hi duo codices. Prior (ff. 1-175) Glossam in Rom. et I-II Cor. continet; alter (ff. l-157a) in alias epistolas. Rubricae optime dispositae, cum punctis superscriptis necnon et lineis in margine ductis ; enumerantur capitula manu rubricatoris. Codex prior insuper versionem praebet seu redactionem quasi mediam inter primitivam et receptam : 1) ad Rom. I, 3 legitur (f. 4b) textus receptus, sed deest rubrica ad verba *Inconverse,* etc. — 2) Ad Rom. 1, 20 (f. 12b), quamvis omittatur additio ex *Sumina sententiarum* et opusculo Hugonis, conclusio retinetur : « Potentiam itaque et sapientiam et bonitatem Dei per ea quae facta sunt intellexerunt aut intelligere potuerunt » (cf. infra, 577, ad num. 11). — 3) Ad Rom. 11,36 (ff. 75b-76b) invenitur tractatus de processione. Quamplures etiam additiones marginales adiunguntur, ex quibus multae eaedem sunt ac in cod. Paris, lat. 648, de quo supra.

5. Ibid., Bibl. Nation., lat. 678, saec. XII ex.[2]; mutilus. Glossa in Rom. (sed deest fol. 1), I Cor., et in II Cor. usque ad 3, 8 (f. 170d) ; deest fol. inter ff. 155-156 ; adsunt rubricae ; additiones quaedam in tertia columna.

6. Ibid., Bibl. Nation., lat. 14266 *et* 14267 (olim S. Victoris, probabiliter n. 50)[3] ; saec. XII. Prior codex textui Magistri praeponit quaedam prothemata : Praef. pseudo-Hieronymii (Pelagii) in omnes epistolas, sed sine rubrica: «Primum queritur quare post evangelia... » (PLS 1, 11 IO-I 112) ; et quaedam alia quae non accurate notavimus (ff. lc-3d) ; deinde ff. 4a-189d : Glossa in Rom., I-II Cor., et principium ad Galatas. Alter codex (ff. l-157b) repetit initium ad Galat., et Glossam in omnes alias epistolas continet. Rubricae multotiens omittuntur ; argumenta inseruntur ad initia I Cor., etc. (de quibus postea). Notare licet quod inter Prologum Magistri et primum cap. ad Romanos inseritur quaedam quaestio (f. 10a): *Queri a quibusdam solet an secundum quod homo Christus sit Deus,* quae licet anonyma quodammodo versionem primitivam redolet.

7. Ibid., Bibi. Nation., lat. 15239 (olim Sorbonnae n. 184) ; anno

1 Ibid., 236, 238.

2 Ibid., 237.

3 Cf. A. Franklin, *Histoire de la bibliothèque de l'Abbaye de Saint-Victor à Paris,* Paris 1865, 72.

1239 : *kal. april. anno domini m°cc°xxxix* (f. 301 d). Ff. 301 + I. Nomina Patrum intra ipsum textum ponuntur, ut liberi sint margines ad glossas ulteriores ; additiones in tertia columna ; adsunt argumenta.

8. Ibid., Bibl. Nation., lat. 15241 (olim Sorbonnae n. 186) ; saec. XIII. Ff. 1-303: Glossa usque ad Hebr. 11, 13. Rubricae in ipso textu inseruntur ; additiones ponuntur in tertia columna ; argumenta ; plures glossae marginales manuum posteriorum.

9. Ibid., Bibl. Nation., lat. 17288 (olim bibliothecae capituli Nostrae Dominae B. 23, deinde C. 16) ; saec. XII ex. vel XIII. Ff. 3a-275 : Glossa Lombardi. Rubricae consuetae ; capitula a rubricatore numerantur ; quamplures notae marginales.

10. Civit. Vatie., Vat. lat. 145 ; saec. XIV 1. Additiones ponuntur in tertia columna.

11. Ibid., Vat. lat. 146, saec. XIV. Ff. I-II, ex quodam codice s. Thomae *De veritate*. Desunt rubricae ; additiones seponuntur in tertia columna.

12. Ibid., Vat. lat. 151 ; anno Domini 1295 (f. 206v). Rubricae aliquotiens adduntur, sed ut in pluribus omittuntur ; additiones quaedam in tertia columna.

13. Ibid., Ottobon. lat. 86 ; saec. XII exeuntis. Rubricae marginales, cum punctis superscriptis ; additiones in tertia columna ; scatent glossae marginales.

14. Ibid., Urbinat. lat. 18 ; saec. XIV 2. Rubricae cum punctis superscriptis, licet plures omittantur ; additiones in tertia columna.

15. Cantabrigiae, Collegii Ss. Trinitatis B.5.6. et B.4.7. Qui duo codices hic per modum appendicis annotandi *opus novum* sunt *quod condidit super epistolas* Magister Herbertus de Boseham, cui praemittitur epistola introductoria alibi in lucem edita 3. Glossam in Rom. ope pelliculorum examinavimus ; unde apparet quod redactionem secundam Lombardi suis lectoribus offert Magister Herbertus, post martyrium s. Thomae, circa annum 1175. Contra spem nostram nihil refert de historia textus

1 Cf. M. Vattasso, *Codices Vaticani latini* 1,120-123, ubi ample describitur una cum duobus codd. sequentibus.

2 Cf. C. Stornajolo, *Codices Urbinates Latini* I, Romae 1902, 25.

3 Apud H. H. Glunz, *History of the Vulgate in England,* 346-350; cf. etiam 218-221, 226s ; videsis etiam descriptionem codicum apud M. R. James, *The Western Manuscripts of Trinity College, Cambridge* I, Cambridge 1900, nn. 152-153, pp. 195-201.

Lombardi, cui incorporat additiones quae in aliis codicibus in marginibus vel in tertia columna inveniuntur; cui etiam quamplurimam adiungit materiam novam (semper in marginibus sepositam), sicut lectori exponit in prologo suo.

4. Editiones Impressae.

Quamplures exstant editiones Parisius excusae saeculo XVI ; sed notitia editorum non obstante quod « opus... nunc primum in lucem editum » erat, saeculo priore iam Eslingae prostiterat sub anno 1473 apud Conradum Fyner. Advertat lector insuper quod contra omnes codices bibliopolae parisienses nomen *Glossae* in *Collectanea* mutaverunt ; qui titulus utpote spurius omnino reiciendus est.

1. Eslingae A.D. 1473 (Hain n. 10204): *Glossa in epistolas Pauli* (ff. 206) ; exemplar in Bibliotheca Apostolica Vaticana : *Incun. Rossi* 9131,

2. Parisius anno 1535 : *Petri Longobardi Magistri Sententiarum, Parisiensis quondam episcopi, in omnes D. Pauli Apostoli Epistolas Collectanea, ex DD. Augustino, Ambrosio, Hieronymo, aliisque nonnullis S. Scripturae primariis Interpretibus, summa arte diligentiaque contexta. Opus eximium et anno MCXL conscriptum, nunc primum in lucent editum.* Pro Haeredibus Iod. Badii Ascensii MDXXXV mense Decembri. Mm. 335x215. Index sent, et vocum, fol. non numerat, [i-xii] ; prefatio [xiii-xiv] ; Glossa, ff. I-CCLXVII. Exemplar in Bibliotheca National! Florentiae. Editio reproducitur in Patrologia Latina I. P. Migne.

3. Parisius anno 1537 ; titulus ut in editione praecedenti. Excusa de novo (quia textus diversimode disponitur) in officina Roberti Stephani, prostabat apud diversos bibliopolas eiusdem civitatis sub nomine uniuscuiusque : apud loannem Mace, in monte divi Hilarii sub scuto Britanniae MDXXXVII (exemplar in Bibl. Nation. Florentiae); apud Ambrosium Girault, in via Iacobea sub intersignio Pellicani (exemplar in eadem bibliotheca) ; apud Claudium Chevallon, in Via Iacobea (exemplar Florentiae in Bibi. Marucelliana) [1] ; et minus probabiliter, ut nobis videtur, apud loannem Petit, qui etiam exemplaria vendidisse dicitur sub anno 1538 excusa [2].

1 Hoc ultimum exemplar ad titulum annum M.D.XXXVII praefert; sed ad colophon, ubi alia exemplaria legunt *Mense Septembris MDXXXVII,* hic legitur: *Mense Septembris MDXXXVI.*

2 Nec exemplaria nec notitias de hisce duabus editionibus invenimus, praeter notam in *Hist. lift, de France* XII, 609 (cf. PL 191, 28 B) et aliam in Fr. Stegmüller, *Repert. Bibl.* nn.

4. Parisius anno 1543 : titulus ut in num. 2 ; sed excuditur in forma diversa (mm. 172x115): apud Nicolaum du chemin, iuxta collegium Camaracense (exemplar Romae in Athenaeo Antoniano). Reapse est parvi valoris ; numerotatio foliorum mendosissima invenitur ; f. 208v legitur : *Quid ergo sumit materia* [= mus] !

5. Parisius an. 1555, secundum quosdam [1]; de qua editione nihil certum stabilire potuimus.

6. Parisius annis 1854-1855 ; id est editio *Patrologiae latinae,* torn. 191-192, qua de novo editio an. 1535 in lucem editur, et modo quidem pessimo. Rubricae marginales, quae ipsi textui incorporantur vel ad imam paginam seponuntur, quandoque erroribus scatent aut extra proprium locum scribuntur aut aliquotiens omittuntur ; abbreviationes editionis originalis falso leguntur, ita ut *Grillius* bis ponatur pro *Cyrillus* (PL 191, 1560); *Joannes Damascenus* pro *Joannes Diaconus,* ut iam notavimus ; *patriam* pro *patientiam* (1660 D) ; *vox nec* pro *vox naturae* (PL 192, 37 C) ; etc. etc. Valde laudabile esset editionem anni 1537 anastatice reproducere !

B. Historia Textus.

Si curiosus sis, lector benevole, iam animadverteris bibliopolas saeculi XVI Glossam in epistolas Magistri nostri *opus eximium anno MCXL conscriptum* nominasse. Res mirabilis dictu, quam libenter acciperemus si veritati reapse concordaret ! Sed soli clarius est, quatenus duae versiones exstant eiusdem Glossae, quae relationes diversas habent ad libros Sententiarum, quod eius historia difficultatibus abundat quamplurimis. Ad has difficultates solvendas manum nostram nunc vertamus ; et ante omnia ad quaestionem de argumentis agitatam.

1. De Argumentis.

Argumenta de quibus hic quaeritur, summaria sunt quae ad caput uniuscuiusque Epistolae (illa ad Romanos quasi semper excepta) ponuntur, ut illud ante epistolam primam ad Corinthios: «Corinthii sunt

6S54-6668 (IV, p. 336). Vide ex. gr. *Catalogue of the Books printed on the Continent of Europe 1501-1600 in Cambridge Libraries* II, 70.

[1] Ita I. A. Fabricius, *Bibliotheca mediae et infimae latinitatis* IV, 264a ; *Hist. Utt. de France* XII, 609 (PL 191, 28 B) ; et Fr. Stegmüller, RB nn. 6654-6668 (IV, 336).

Achaici, et hi similiter... » L Usus eorum antiquus est, forsitan sub influxu pseudo-Hieronymii seu Pelagii, qui praeter *Argumentum omnium epistularum* quasi unicuique (illa ad Romanos excepta) argumentum proprium praefixit[1] ; ac etiam Cassiodori, qui in capite praefationis suae *Expositionis S. Pauli epistulae ad Romanos* dicit quod «primo intelligere oportet quibus vel quare scribat Apostolus »[3], quod reapse est finis argumentorum.

Quomodo autem haec argumenta in Biblias medii aevi incipientis transierint, studiosis discutere relinquimus. Exempli gratia, mos erat illa in codicibus Glossae ordinariae textui praeponere[4]. Sed ad rem nostram quod attinet, concludere debemus quod talia argumenta omnino neglexit Magister Lombardus : in ipso enim textu non expresse exponuntur, in codicibus primae redactionis desunt, et etiam in illis secundae editionis praeter quosdam codices saeculi XIII ac sequentium; forsitan introductae sunt a Stephano Langton, qui suam glossam in Apostolum super Glossam Lombardi fundavit. Ex alia parte notari lubet quod Herbertus de Bosham, qui exempla magnifica paravit tam Glossae Magistri in psalmos quam Glossae eius in epistolas, ubi proprio marte multam materiam addidit ante ipsum opus Lombardi, argumenta omnino omittit, utpote quia in textu Lombardi ea non invenit, seu rectius quia « libri et singuli singularum epistolarum introitus [Lombardi scilicet] totam dictorum argumentorum eruditionem breviter et summatim praelibant »[5].

1 PL 191, 1533 B.

2 Cf. *Expositiones XIII Epistularum Pauli* (PLS 1, 1110-1374); arg. in ep. ad Hebr. (PL 192, 399 A) anonymi Hibernici est (cf. PLS 4, 1627). Argumentum Pelagii ad I Cor. postea locus communis evadit.

3 PL 68, 413 D ; cf. E. Dekkers, *Clavis Patrum latinorum* 2, n. 902. Argumenta Cassiodori, quandoque in forma breviori, aliis epistolis praefigunt posteriores.

4 Cf. *Biblia sacra cum glossis* VI, Venetiis 1588, ff. 3r-131r ; sed glossa argumentorum non pertinet, ut videtur, ad formam originalem Glossae ordinariae ; necnon et codices eiusdem Glossae, Vatie, lat. 139, 140 (ubi omittuntur), 141, 142 *(Codices Vaticani latini* I, 116-119). In duobus codicibus Florentinis quibus usi sumus (Bibl. Laurent. Pl. V. d. 11, et Pl. XXIII 5) omittuntur. Quoad usum argumentorum in aliis commentariis saec. XII, cf. A. M. Landgraf, *Untersuchungen zu den Paulinenkommentaren des 12. Jahrhunderts,* in *Rech. de Théol. anc. et méd.* 8 (1936)253-281, 345-368.

5 Cf. eius *Prefatio... super novo quod condidit opere super epistolas,* ed. apud H. H. Glunz, *History of the Vulgate,* 350, 106-112. Quam iustum sit hoc dictum Herberti manifeste apparet legenti glossam Magistri in primum versum epist. ad Hebr., ubi ipsi textui incorporatur «tota eruditio» argumenti (PL 192, 400 B-C).

2. De Unico Prologo.

Versione originali seu primitiva Glossae in epistolas detecta, eo ipso multiplicantur quaestiones et problemata, de tempore praesertim compositionis talium versionum necnon et librorum Sententiarum. Itidem autem aliae difficultates necnon et quaedam hypotheses solvuntur, qualis illa qua Lombardo attribuitur quidam prologus aliter ignotus L Qui prologus, praeter primam partem (quae potius ad doctrinam Hugonis de S. Victore quam ad illam Lombardi referri debet), reapse a textu Magistri immediate dependet, non a Glossa ordinaria nec a Glossa media seu Gilbert! Porretani. Sed in hoc nihil differt a pluribus aliis glossis quae dependent a Magistro ; unde quod hic textus Lombardo attribuendus sit nequaquam accipere compellimur, eo magis quia utrique versioni suae Glossae idem praefigitur prologus.

3. De Fontibus.

Ille Prologus unicus et genuinus quodammodo fontes Glossae, immo et methodum Magistri illustrat : tacitis enim quibusdam fontibus utpote recentioribus (vel etiam forte incognitis), alii rubricis marginalibus satis indicantur : Ambrosius, Augustinus, Origenes, Haymo, Hieronymus. Sed caveat lector, quia non licet hinc statim deducere quod tales auctoritates omnes prae manibus habuerit Lombardus. Quod enim Glossa nostra compilatio erat, quod dependebat a glossatura Anselmi et ab illa Gilberti, quod quaedam erat distillatio traditionis longissimae, iam animadvertebant Magistri coaevi. Quod exempli gratia vestigiis Anselmi Laudunensis et Gilberti adhaeret, verbis forte insinuatur Gerhohi Reichersbergensis[1], et limpidius exprimitur ante annum 1203 in Chronicon Roberti Altissiodorensis : « Petrus... etiam glosaturam super psalterium et epistolas Pauli ab Anselmo per glosulas interlineales marginalesque distinctam, post a Gisleberto continuative productam, latius apertiusque explicuit »[3]. Sed sicut iam super Psalmos etiam hic super Epistolas testis pretiosior habetur Magister Herbertus de Boseham, qui in sua editione Glossae sui

1 Vide J. Leclercq, *Les deux rédactions du prologue de Pierre Lombard sur les épîtres de s. Paul,* in *Miscell. Lombardiana* 109-112. Qui prologus exstat incompletus in unico codice saec. XIII abbatiae Engelbergensis.

2 Cuius verba citantur et discutiuntur infra, in quaestione de tempore compositionis versionis primitivae Lombardi.

' MGH, SS XXVI, 237.

Magistri omnem diligentiam exercet ad verbula glosatoris distinguenda ab interpretationibus doctorum quibus abundat ille Magister L

Qui unde et quales sint fontes quibus ad Glossam suam conscribendam usus sit, ipse Lombardus quodam modo rubricis marginalibus insinuat, non autem proh dolor cum omni claritate desiderata. Unde sine indagine ulteriori et profundiori, quae revera viribus nostris excedit et officio, quasi impossibile evadit rem pressius illustrare. Proinde catalogus auctorum qui sequitur omnino incompletus et imperfectus considerari debet.

1. *Glossa ordinaria et interlinearis* [1]. Sicut Glossa Anselmi in Psalmos inter fontes primarios Glossae Lombardi in eosdem, et Glossa Gilberti Universalis (?) in Genesim inter fontes enumeratur libri II Sententiarum (ut infra patebit in textu eiusdem), sic et Glossa Anselmi in Apostolum, eius brevitate non obstante, quasi incorporatur in Glossatura Magistri et inde transit etiam in libros Sententiarum. Duo exempla ad manum inveniuntur (licet codices non indicentur[3]), infra, p. 443 (nota 1), et p. 485 (nota ad cap. 7). Quod alia diligenti usu codicum detegi possint, non dubitamus[4].

2. *Glossa* Gilberti Porretani[5]. Iam a Prologo suae Glossae Magister Lombardus dependet ab illa Gilberti, qui tamen nunquam nominatur[6].

1 Cf. eius *Praefatio,* apud H. H. Glunz, op. cit., 349, 56-62.

2 Codices saec. XII quos consulimus: Bibi. Vatie., Vat. lat. 142; Florentiae, Bibi. Laurent. PL V.d. 11 ; et ibid., Pl. XXIII 5, ubi manu posteriore atramento diverso adduntur excerptiones Glossae Lombardi (cf. A. Bandinlus, *Catalogus* IV, 361s; et I, 715ss). Sicut multi alii studiosi, omnem fiduciam in textu typis impresso perdidimus. Ex. gr., infra in forma originali notarum (pp. 444, 455, 500) lectorem ad Glossam ordinariam retuleramus antequam codices consulebamus, ubi deesse invenimus auctoritates in editione expressas. Adhuc remanet quaedam nota delenda (p. 68, n. 8), quatenus verba allata non continentur in codicibus Glossae ordinariae.

3 Ad pag. 443, lubet adiungere codices: Laurent. PI. V.d.11, f. 163b ; PL XXIII 5, f. 148b ; ad pag. 485, codd. cit., f. 68c, et f. 66b.

4 Unum nobis offert O. Lottin fel. mem. in Rom. 5, 14 (cf. *Psychologie et morale* V, n. 3, pp. 19-20; et Lombardus in h.L, PL 191, 1392 C-1393 B). In vanum autem versamus series sententiarum Anselmi scholaeque eius ibi publici iuris factas ad loca analoga invenienda (n. 132, pp. 103s, potius dependet ab eodem loco Ambrosiastri quem citat Lombardus, PL 191, 1593 C).

5 Hanc Glossam examinavimus in codicibus saec. XII: Bibi. Vatic., Archiv. S. Petri B 61 (ubi ordo foliorum mendosissimus est) ; ac frequentius Florentiae, Bibi. Laurenz., PL XVI 33.

5 Cf. Prologus Lombardi ad « Haec ergo Epistola... imperabant » (PL 191, 1299 D) ;

Quandoque verba Gilberti Magister suis intexit, quandoque ad ipsam quasi litteram ea sibi appropriât. Ad rem illustrandum specimina proponamus :

a) In Rom. 1,1:

Giibertus

More scribentium epistolas premittit salutationem ; in qua commendans personam suam et negotium suum et auctorem negotii, contra superbiam humilitatis et contra merita gratie prestruit rationem. Personam commendat nomine, conditione, dignitate. Qui enim prius dicebatur Saulus, hic dicitur Paulus. luxta historialem quidem sensum a proconsule Paulo, quem apud Cyprum convertit. luxta moralem vero, sicut a Saule Saulus quasi inquietus, et recte quia persecutor et blasphemus ; ita Paulus quasi quietus vel modicus, sicut ipse de se ait : Ego sum minimus Apostolorum [1].

Lombardus

Praemittit autem salutationem, dicens: Paulus... Hucusque enim pendet littera ut perficiatur sententia, ut subintelligitur mandat vel scribit. In hac autem salutatione prius personam suam commendat quatuor modis, scilicet a nomine, a conditione, a dignitate, ab officio. A nomine, dicens Paulus ; a conditione, servus; a dignitate, apostolus ; ab officio, segregatus in evangelium. Ex nomine autem laudem sortitur, si vis ipsius nominis et ratio attendatur impositionis. Paulus[2] enim hebraice, quietus graece, modicus latine sonat ; id est hoc nomen Paulus, quod est hebraicum origine et inventione, impositum est Apostolo proprie in notam geminae virtutis, scilicet modicitatis et quietis [3].

b) In I Cor. 10, 17 :

Giibertus

Huius unitatis sacramentum in pane, qui de multis granis fit unus, et in vino, quod de multis recemis fit unum similiter, Dominus consecravit.

Et adhuc de mensa dominica sumunt illud quidam ad vitam, quidam ad mortem. Qui enim accipit mysterium unitatis et non tenet vinculum pacis, non mysterium pro se, sed

Lombardus

Quoniam unus panis. Exponit quomodo calix benedictionis et panis fiant accipienti caro et sanguis Christi. Quasi : per hoc sumus unum cum Christo, quoniam omnes qui participamus, spiritualiter et digne, de uno pane, scilicet corpore Christi, et de uno calice, scilicet sanguinis Christi, licet multi simus, tamen sumus unus panis, unione fidei»

et Prologus Gilberts, sive in *Bibliotheca Casinensis* 4 (1880) 276, sive apud M. Simon, *La glose de l'énitre aux Romains de Gilbert de la Porrée,* in *Rev. d'Hist. eccl.* 52 (1957) 55-56.

1 Cod. Florent., Bibl. Laurent., Pl. XVI 33, f. 1b ; cf. etiam *Coll. Franc.* 6 (1936)364; et M. Simon, *La glose...,* 64, n. 1.

2 Verba haec sumuntur ex Glossa ordin. Anselmi in h. l. : « Paulus hebraice, quietus grece, modicus latine» (cod. Florent., Laurent., V.d.ll, f. 1b; cod. XXIII 5, f. 1b).

3 PL 191,1301 D-1302 D ; textus corrigitur iuxta cod. Vat. lat. 695, f. 2r.

testimonium accipit contra se. Qui vero sic accipit mysterium, ut pacis teneat vinculum, manet in corpore Christi, semper vivens de corpore Christi.

Res enim huius sacramenti omnibus est ad vitam, etiam illis qui de hoc seculo post baptismum abscedunt antequam rei huius sacramentum possint accipere. Non enim sacramenti illius beneficio ac spirituali corporis et sanguinis Christi participatione privatur, quicumque hoc quod illud sacramentum significat invenitur

spei et caritatis... *Augustinus, De sacramentis fidelium* 1 (rubr. marg.) : Typice autem « unus panis et unum corpus Ecclesia dicitur, pro eo quod, sicut unus panis ex multis granis et unum corpus ex multis membris componitur, sic Ecclesia ex multis fidelibus caritate copulante connectitur ». « Hoc mysterium pacis et unitatis nostrae Christus in sua mensa consecravit. Qui accipit hoc mysterium unitatis et non tenet vinculum pacis, non mysterium accipit pro se, sed contra se ».

Nullique ambigendum est tunc quemque corporis sanguinisque dominici participem fieri, quando membrum Christi corporis efficitur, nec alienari ab illius panis calicisque consortio, etiam si antequam illum panem edat calicemque bibat, de hoc saeculo in unitate corporis Christi constitutus abscedat, quia illius sacramenti beneficio non privatur, quando ille hoc quod illud sacramentum significat invenitur. In illo enim sacramento corpus et sanguinem suum commendavit nobis, qui etiam fecit et nos ipsos 3.

c) In I Cor. 11, 29 :

Giibertus

Queritur an cotidie sit sumenda eucharistia aut eligendi sint dies quibus homo purius vivens ad tantum sacramentum dignus ac-

Lombardus

Quaeritur an cotidie sumenda sit eucharistia an eligendi sint dies quibus homo purius continentiusque vivens ad tantum

1 Cod. Florent. Laurent. Pl. XVI 33, f. 67d ; cf. etiam A. M. Landgraf, *Commentarius Porretanus in primam epistolam ad Corinthios,* in *Studi e testi* 117, Città del Vaticano 1945, . 182, n. 176.

2 Sub hac rubrica conjungit Lombardus quandam auctoritatem ex Glossa ordinaria in I Cor. 10,17: «Unus panis... connectitur» (cod. Laurent. PL V.d.ll, f. 57b), et aliam quam sumpsit ex opere Flori Lugdunensis (de quo mox agetur) : « Hoc mysterium... contra se », quae tamen apud Florum rubricatur : *ex sermone ad infantes ad altare de sacramento,* id est Augustini sermo 272 (PL 38, 1248). Cf. Florus Lugd., *Expositio epistolarum beati Pauli,* inter *Ven. Bedae Opera* VI, Coloniae Agrippinae 1688, 364s; ubi sequuntur duo excerpta *Sermonis de sacramentis fidelium* (365s), id est sermo 229 (PL 38, 1103), qui fragmentum videtur sermonis Denis 6 (PL 46, 834-836). De quo tamen cf. PLS 2, 406-407 ; et infra, Lib. IV, d. 8, . 6, n. 3, ubi uterque textus repetitur sub eadem rubrica.

3 PL 191, 1624 A-D.

cedat. Et dicimus, ut salva pace faciat unusquisque quod pie credit esse faciendum. Nam et Zacheus et centurio salvatorem honorificant, cum illum in domum suam alter gaudens recepit, alter vero dicit : Non sum dignus ut intres sub tectum meum ; et manna unicuique pio de israelitico populo iuxta voluntatem sapiebat. Similiter et hoc sacramentum. Solum enim contemptum non vult cibus iste sicut nec manna fastidium x.

sacramentum dignus accedat. Huic quaestioni recte respondet qui monet ut praecipue in Christi pace permaneat, et ut quisque faciat quod secundum fidem pie credit esse faciendum. Nam et Zacheus et centurio, cum alter Christum in domum suam gaudens receperit, alter vero dixerit: Non sum dignus ut intres sub tectum meum, Salvatorem honorificaverunt, licet diverso et quasi contrario modo. Ad hanc etiam similitudinem valet quod in antiquo populo unicuique piorum manna secundum propriam voluntatem in ore sapiebat. Sic in ore cuiusque Christiani Christi corpus vel quotidie vel certis diebus sumptum. Nam aliquis honorando non audet cotidie sumere, et alius honorando non audet ullo die praetermittere. Contemptum solum non vult iste cibus, sicut nec manna fastidium 13

d) In Eph. 3, 15 :

Gilbertus

Ex quo, id est ex cuius dono *omnis paternitas,* non dico nata est vel creata, sed *nominatur.* Quomodo enim Deus, qui solus vere est et solus vere bonus est, essentie atque bonitatis sue nomen ceteris impertit, ut ipsa quoque esse et bona dicantur, non quod secundum naturam vel sint vel bona sint, sed ut esse et bona dicantur, Dei bonitate donatum est, ita et ipse, qui solus est pater omnium creatione et universorum causa substantie, sue paternitatis nomen ceteris prestat, ut ab eo patres dicantur 8.

Lombardus

Ex quo Deo Patre *omnis paternitas in caelis et in terra nominatur,* id est ex cuius dispositione sunt nobis patres et in caelis angeli nobis providentes, et in terra praelati. Et nota quod non ait : est paternitas, sed nominatur, quia nec homo nec angelus vere est pater, ut Deus qui est Pater omnium creatione et fidelium recreatione, quos adoptavit in filios. Sicut enim Deus qui solus vere est, et solus vere bonus est, essentiae et bonitatis suae nomen ceteris impertit, ut ipsa quoque esse et bona dicantur, ita et

1 Cod. Florent, cit., f. 71c ; et A. M. Landgraf, op. cit., p. 202, n. 186.

2 PL 191, 1647A; cf. infra, Lib. IV, d. 12, c. 6, n. 2.

3 Cod. Florent, cit., f. 118d-119a; et A. M. Landgraf, op. cit., p. 52, n. 41. Qui alia exempla desiderat quibus dependentia Lombardi demonstretur, comparare potest utriusque Glossam in Rom. 1,17, apud H. Denifle, *Die abendldndischen Schrijtauslegen bis Luther Uber Justitia Dei (Rom.* 7, 77) *und Justificatio,* Mainz 1905, 31-32; et PL 191, 1322D-1323D, et 1324 D-1325 A ; in Rom. 3, 21 (ibid., 32-33 ; PL 191, 1359 C-1361 D) ; in Rom. 10, 3 (ibid., 33-34; 1473A-C, ubi Magister potius ab Augustino dependet); in Rom. 11,36, apud M. Simon, *La glose de l'épître...,* in *Revue d'Hist. eccl.* 52 (1957) 74-75; et PL 191, 1492 D-1493 A, 1494 D, 1495 ; in I Cor. 1, 24, infra in textu, p. 235 ; etc.

> ipse qui solus Pater est omnium creatione et fidelium regeneratione, paternitatis nomen ceteris dedit \

Sed nonnumquam, ut nobis apparet, Magister Petrus se quodammodo opponit expositioni seu doctrinae Magistri Gilberti, saltem in hoc quod Glossaturam eius quandoque silentio praeterit seu omnino seponit[1]. Indagines autem circa hanc quaestionem aliis libenter relinquimus.

3. *Florus Lugdunensis.* Quod « latius apertiusque explicuit » Alagister opera praedecessorum suorum, ex ipso textu manifeste apparet, quatenus eorum scripta omnino superat in abundantia auctoritatum. Ubique enim invenitur nomen Augustini unacum titulis eius operum (qui desunt in Glossa Gilberti), necnon et nomina aliorum Patrum : Ambrosius, Chrysostomus, Haymo, etc. ; ad quas divitias coacervandas opus esset magno labore, immo et bibliotheca maxima, nisi Magister alias glossas et praesertim quaedam florilegia ad manum habuisset.

Exempli gratia, ad opera Augustini quod attinet, quaedam originalia forsitan apud se habuit Magister ; sed ut in pluribus dependet ab *Expositione epistolarum beati Pauli* quam ex operibus Augustini collegerat Florus diaconus Lugdunensis saeculo IX[3]. Quam Expositionem Lombardus in omnibus sequitur, erroribus non exceptis ; eisdem utitur titulis operum Augustini, ut infra apparebit etiam in textu Sententiarum : cum Floro enim *De peccatorum meritis* semper vocatur *De baptismo parvulorum* (infra, pp. 495, 497, 501, 502, 522) ; sermones et epistolae citantur cum

1 PL 192, 191 D.

2 Exempli gratia, in sua Olossa in Eph. 4, 10 (PL 192, 199 D-200 B) Lombardus totaliter negligit doctrinam Gilberti in h. l. Textus Gilberti invenitur in V. Miano, *II Commento alie lettere di s. Paolo di Gilberto Porretano,* in *Scholastica ratione historico-critica instauranda,* Romae 1951, 191-192. — Ita etiam in glossa ad Phil. 2, 6-8 (PL 192, 233 C-236 B), ubi quatuor lineas tantum excerpsit ex opere Gilberti (cf. V. Miano, art. cit. 192-194), recursum faciens potius ad verba Augustini. Quoad glossas amborum una cum illa Ambrosiastri in sequenti textu de exaltatione Christi (Phil. 2, 9-11), cf. H. Denifle, op. cit., 351-353, cum commento eiusdem, 353-356. — Item, ex multis quae Gilbertus scripsit in Hebr. l, 3 (apud V. Miano, 186-188) paucissima apparent in opere Magistri (PL 192,402 D-406 C), qui ad ipsum fontem Gilberti accedit, Augustinum scilicet, in *Sermone 117,* nn. lOss (PL 38, 666ss).

3 PL 119, 279-420 (quae potius est editio summaria quatenus indicantur solum nomen opusculi ac initium et finis auctoritatis) ; editio plena, qua utimur, ut iam notatur supra, invenitur inter *Ven. Bedae Opera* VI, Coloniae Agrippinae 1688, 31-823. Cf. Cel. Charlier, *La compilation augustinienne de Florus sur l'Apôtre,* in *Revue Bénéd.* 57 (1947) 132-186; et id., *Florus de Lyon,* in *Diet, de Spiritualité* 5, 514-526.

inscriptione a Floro designata : verbi gratia, *in libro de ovibus*[1] ; etc. Cum Floro falso citatur quaedam epistola *Ad Bonifacium papam* et *De spiritu et littera* sub nomine *De baptismo parvulorum*[2]. Quampluries tandem auctoritates Magistri enodare potuimus auxilio eiusdem Flori (infra, p. 500, 507, 558, 572s).

Eodem argumento necnon et comparatione instituta inter Expositionem Flori et florilegium augustinianum Venerabilis Bedae[3] concludere oportet quod hoc opus (adhuc ineditum) Magister non cognoverit. Omnes enim vel quasi omnes excerptiones Bedae et quamplures aliae inveniuntur apud Florum ita ut collectio Bedae a fontibus Lombardi excludatur[4][5]

4. *Alii fontes exegetici.* Hucusque iter securum fecimus, sed adhuc restat transcurrere silvam magnam aliorum glossatorum (et theologorum) a quibus quodammodo dependet Magister, et proni sunt ad lapsum gressus nostri (infra, p. 452). Sed ut res nobis constant, credimus eum ante oculos habuisse originale Ambrosiasti necnon et Haymonis Altissiodorensis ; non autem opera Cassiodori[6] et Rabani Mauri nec Commentaria Petri Abaelardi in Epistolam ad Romanos.

Quod ad epistolam attinet ad Hebraeos, praeter Haymonem, Remigium ac Lanfrancum[6], ubique citantur Ambrosius et loannes Chrysostomus[7]. Sed pseudo-Ambrosius (vel potius pseudo-Ambrosiaster) in Hebraeos alius non est quam Alcuinus, qui duas tertias partes suae Glossae ex opere Chrysostomi exsculpsit[8].

1 PL 192, 98 et 100 = *Sermo* 47 (PL 38, 295-316).

2 Vide intra, 47Is, 475.

3 Cf. Ir. Fransen, *La Collection de Bède le Vénérable sur l'Apôtre,* in *Revue Bénéd.* 71 (1961) 22-70.

4 Ad hoc demonstrandum sufficit comparare indices seu elenchos excerptionum ad calcem artic. Cel. Charlier et Ir. Fransen.

5 Verba eius citantur in Prologo Magistri ad epistolas : « Nos de lege Abrahae... sint nati» (PL 191, 1300D-1301 B; cf. PL 68, 415A-B), sed sine rubrica. Alibi autem, in corpore Glossae, usque adhuc nec invenimus eius nomen nec verba.

6 Quoad ultimum, omnia loca citata recte indicantur in PL 150, 105 B-106 D; in editione autem Glossae Magistri in Hebr. 8, 4 (PL 192, 458 B-459 A) quaedam rubricae *(Lato francus* scilicet) omittuntur quae inveniuntur in cod. Vat. lat. 695, ff. 144d-145a.

7 Scilicet ex eius Homiliis in Epist. ad Hebr., in interpretatione Mutiani facta sub impulsu Cassiodori (PG 63, 237-456).

8 PL 100, 1031 D-1084 B. Cf. E. Riggenbach, *Historlsclie Studien zum Hebraerbrief,* Heft I, Leipzig 1907, 24 ; Ioan. Mercati, recensio eiusdem in *Theologische Revue* 7 (1908) 265-270, 296-300; et Fr. Stegmüller, RB, n. 1099 (II, 61). Suspicamur autem quod textus Patrologiae mendosus sit et incompletus: attingit tantum ad cap. 10, 36; quidam autem codices glossam continent in totam epistolam, ac noster Lombardus *Chrysostomus* in marginibus apposuit

5. *Fontes theologici.* Multis iam ab annis, ut infra in notis historicis ad textum Sententiarum apparebit, studiosis in deliciis fuit fontes theologicos invenire quibus utitur Lombardus ad opus suum conficiendum. Quatenus reapse idem valet ad Glossam in epistolas, vestigiis eorum inhaerentes opera theologorum versamus saec. XII ut saltem quosdam fontes invenerimus eiusdem Glossae.

a) *Hugo de Sancto Victore.* Versionem primitivam Glossae nostrae illustrantes, iam notavimus quandam additionem quae immediate dependet ab opusculo Hugonis *De amore sponsi ad sponsam* L Cui hic adiungere lubet eius *Collationem I de Verbo incarnato,* unde ad litteram excerpsit Magister, ordine quidem mutato, permulta de triplici silentio in glossa ad Gal. 3, 23 [1].

b) *Summa sententiarum.* Hoc opus anonymum, probabilius (ut aestimatur) de manu Odonis episcopi Lucensis, in eiusdem Glossae versione anteriore in Rom, 1,20, apparet[3]. Insuper, ut alii ante nos iam advertunt, influxum habet in doctrinam de peccato originali[4], de circumcisione [5], de voluntate Dei [6] ; necnon et in tractatum de corpore Christi seu de Eucharistia [7].

usque ad finem textus. Quatenus autem in capp. 11-13 *Haymo* frequentius citatur, nunquam autem *Ambrosius,* textum Haymonis de novo inspeximus (PL 68, 685-794; et 117, 821-938 ; utrobique editores rubricas marginales neglexerunt); et ecce! quandoque apparet Chrysostomus, sed non omnes eius auctoritates quas introduxit Magister. Quod problema adeptioribus relinquimus. — Inter fontes Lombardi non enumeratur commentum pseudo-Pelagii seu anonymi Hibernici in epist. ad Hebraeos (PLS 4, 1627-1653).

1 Cf. supra, p. 65* ; et infra, in textu, 577.

2 Cf. Glossa in h. l. : « Primum silentium... tertium beatum silentium » (PL 192, 128 C-129 A); omnia, praeter quandam interlectionem («Samaritanus... Filius», 128 D), ex Collatione Hugonis (PL 177, 315 D-317 A, tunc 318 B, et 317 A-B). Nullum omnino influxum detegimus operis maximi Magistri Hugonis *De sacramentis :* quod quidem mirabile nobis videtur.

3 Cf. supra, p. 65* ; et infra, p. 252. Exstat in versione duplici : una, sed manca, invenitur inter opera Hildeberti, PL 171, 1067-1150; alia, et integra, inter opera Hugonis de Sancto Victore, PL 176, 41-174 ; utraque citatur in notis infra ad textum appositis, secundum divisionem textus in PL 176.

4 Cf. Lombardus in Rom. 4, 7-8, ubi textus male ordinatur in editione (PL 191, 1368 D-1369 D); et *Summa sententiarum* III, 11-12 (PL 171, 1134D-1136D; 176, 107B-108C); ac D. Van den Eynde, *Essai chronologique...,* in *Miscell. Lombardiana* 49 et 54.

5 Cf. Lombardus in Rom. 4, 12 (PL 191, 1372 A-B), ex *Summa sent.* IV, 1 (PL 171, 1147 D-1148C; 176, 119B-120A); necnon et D. Van den Eynde, *Précisions chronologiques sur quelques ouvrages théologiques du XII« siècle,* in *Antonianum* 26 (1951)224-225.

6 Sic Lombardus in Rom. 12,2: « Et nota... vel prohibitio » (PL 191, 1497 B-C) dependet a *Summa sent.* 1, 13 (PL 171, 1090 D-1091 D ; 176, 64 D-65 C).

7 Cf. Lombardus in I Cor. 11, 23 (PL 191, 1641 C-1645 D) ; et *Summa sent.* VI, cc. 2-9

c) *Gualterus de Mauretania.* Ut omnibus notum est, liber seu pars VII *Summae sententiarum,* ubi de coniugio agitur, revera est tractatus Gualteri x. Tractatulus autem de coniugio quem Lombardus in Glossa in I Cor. 7, 7, interserit summarium est Gualteri opusculi quod ante Concilium Lateranense II (1139) composuerat[1].

* * *

Haec sufficiant. Totas enim bibliothecas exspoliavimus ad fontes Magistri detegendos, sed parum vel nihil invenimus praeter eos quos supra nominavimus. Aliis proinde libenter ius concedimus nos corrigendi.

4. De Tempore Compositionis Versionis Primitivae.

Quantum atramentum effundunt auctores moderni, quanta folia implent, ad tempus determinandum Glossae Lombardi in Apostolum! Sed et versione duplici inventa, nobis quoque incumbit idem tentamen denuo aggredi, etsi caute ac modo potius hypothetico ad praesens procedendum sit donec eadem quaestio agitatur de compositione Sententiarum.

1) *Testimonium Gerhohi Reichersbergensis.* Usque adhuc quasi omnes qui de quaestione nostra tractaverunt (inscii versionis primitivae), terminum ante quem invenerunt in opusculo seu *Libello de ordine donorum Spiritus Sancti* Gerhohi praepositi Reichersbergensis, sub anno 1142 conscripto 3. Ibi enim castigat quosdam « magnos magistros qui in suis

(PL 176, 140 A-145 C; desunt in PL 171) ; ac D. Van den Eynde, *Précisions chronologiques...,* in *Antonianum* 26 (1951) 225-226 ; et id., *Nouvelles précisions chronologiques sur quelques oeuvres théologiques du XIIe siècle,* in *Franc. Studies* 13 (1953)83-86. Quaedam autem (PL 191, 1641 C-D, 1645 C) ex alio fonte ignoto sumuntur qui doctrinae Hugonis approximat in *De sacramentis* II, 8, 5 (PL 176, 465 A, 467 B).

1 Cf. L. Ott, *Walter von Mortagne uni Petrus Lombardus in ihrein Verhültnis zueinander,* in *Mélanges Joseph de Ghellinck, S. J.* II, Gembloux 1951, 647-697 ; hic praesertim 653ss.

2 Cf. Lombardus in I Cor. 7, 7 (PL 191, 1585 D-1587 B), et *Summa sent.* VII, 1-4, et 6 (PL 176, 155 A-158 C) ; definitio autem coniugii (1586 A) et pericope de personis legitimis (1586 C) ex alio fonte sumuntur quem non invenimus. —Non videmus influxum *Summae* VII, c. 10, in Glossam in I Tim. 5, 11-12 (PL 192, 353 C-D), ut autumat cl. Ott (art. cit. 674); textus satis meliusque explicatur per verba Augustini apud Florum in h. l. *(Veri. BedaeOpera* VI, 726), et per Glossam ordin. et interi, in h.l. (praeter citationem Hieronymi).

3 Cf. los. de Ghellinck, *La carrière de Pierre Lombard,* in *Rev. d'Hist. eccl.* 27 (1931) 807-810 ; id., art. *Pierre Lombard,* in *Diet. Théol. Cath.* XII 1954-1955 ; D. Van den Eynde, *Essai chronologique...,* in *Miscell. Lornb.* 53-54; id., *L'oeuvre littéraire de Géroch de Reichersberg,* 76-77;. etc.

glossis in Apostolum falsitatem » quandam « inseruerunt » de nomine quod est super omne nomen (Phil. 2, 9), sub influxu Ambrosii cognomento Autberti, « quorum praecipui sunt magistri Anshelmus et magister Gillibertus et novissime Petrus Longabardus »[1].

Sed non sine momento est quaestio utrum ultima verba pertineant ad formam originalem huius opusculi an sint additio posterior! Libellus enim invenitur in unico codice, *Reicitersbergensi VIII,* ff. 116r-141v, qui anno 1168 in scriptorio illius ecclesiae, ut notant cl. eius Editores, «exaratus est, ipso auctore non solum superstate sed coopérante »[2]; qua occasione Gerhohus notulam novam operi praefixit et, secundum Editores, quasdam correctiones et additiones adiunxit, inter quas verba citata : « et novissime Petrus Longabardus » non annumerant[3].

Sed alia ex parte, in ceteris suis opusculis Petrum Lombardum ne quidem nominavit ante annum 1163, et tunc solum ad Glossam in psalmos et ad Sententias (et reapse ut eidem Glossae posteriores) sese refert. Exempli gratia, circa finem anni 1156 vel post initium anni sequentis ad Ottonem Frisingensem scribit contra doctrinam Gilberti et eius discipuli Petri Vindobonae de eodem nomine Iesu et errorem eiusdem Ambrosii Autberti, inscium inde se monstrans vel doctrinae vel operis Lombardi in epistolam ad Philippenses[4]. — Iterum, in *Libro de laude fidei* (an. 1158) eandem opinionem Gilberti oppugnat, ut apparet ex verbis Porretani quae citat : « Quod [nomen] quidam negant homini assumpto datum, *nisi forte,* ut aiunt, *per adoptionem*... »[5]. Sed si antea, scilicet anno 1142, Lombardum reprobasset unacum Gilberto, quare non et hic? — Postea vero ante mensem novembris 1163, in opusculo *De gloria et honore Filii hominis,* sese de novo oppugnans Glossae Gilberti in Phil. 2, 9 6, per longum et latum se invehit in Magistrum Petrum, « modernum glossa-

1 Cf. *Gerhohi praep. Reichersbergensis opera inedita* I, Romae 1955, 70-71. Ambrosius Autbertus reapse est Ambrosiaster ; cf. notae editorum necnon et H. Denifle, *Die abendldndischen Schriftauslegen...,* 346-358, qui textus Ambrosiastri, Gilberti et Lombardi inter se ipsos comparat.

2 Cf. *Gerhohi... opera inedita* I, p. X ; et D. Van den Eynde, *L'oeuvre littéraire,* 66-77, praesertim 69-71.

3 Nihilominus tam viva voce quam litteris D. Van den Eynde fel. mem. fraterne nos advertit de hac difficultate, sine indicio definitivo.

4 *Epist. 23* (PL 193, 587 A, 590 D) ; cf. D. Van den Eynde, *[.'oeuvre Utt.,* n° 71, pp. 236-239.

5 Cf. *Gerhohi opera inedita* I, 253s ; et verba Gilberti, ibid., 71, nota 2.

6 In cap. 1 (PL 194, 1080 B). De hoc opere, cf. D. Van den Eynde, *L'oeuvre Utt.,* 139-157.

toreni », et eius doctrinam in Ps. 98, 5 : *Adorate scabellum pedum eius* [1], quam «postea... in Sententiarum libro tertio » aliqualiter transformavit[2]. Deinde per plura capita opiniones Lombardi de incarnatione et de scientia et potentia animae Christi deridet Gerhohus [3]. Sed quod « ille magister Petrus, egregius multarum et diversarum ecclesiasticarum et scholasticarum tam antiquarum quam et novarum sententiarum collector »[4] Glossam etiam in Apostolum conscripserat, ex hac diatriba non apparet. Sed idem Lombardus bis saltem in hac secunda Glossa de adoratione humanitatis Christi tractat necnon et de scabello pedum eius[5]. — Eadem autem ignorantia anno sequenti (ian.-febr. 1164) de novo manifestatur in epistola ad Alexandrum papam III, ubi iniuste Lombardum accusat «in glossis psalterii et in Sententiis »[6] ; necnon et in alia epistola ad Eberhardum episcopum Bambergensem, qui rescribendo Magistrum Petrum vehementer defendit et silentium praeposito imponit[7].

Hae rationes exteriores nobis sufficiunt ad concludendum quod solum inter annos 1164-1168 Glossa Lombardi in Apostolum pervenit ad notitiam Gerhohi. Proinde ex opusculo eius *De ordine donorum* terminus ante quem non potest assignari anno 1142. Aliae et certissimae rationes infra inducentur ex ipso textu ad eandem conclusionem inconcusse stabiliendam.

2) *Testimonium fontium.* Quid inde de termino post quem dicendum est? quid nempe deduci potest ex fontibus proximioribus quibus usus est Magister? Tres certe maioris sunt momenti : opusculum scilicet Hugonis de Sancto Victore, *Summa sententiarum,* et Gualteri tractatus de coniugio. Versio autem Cerbano attributa operis (seu potius quorundam capitulorum) loannis Damasceni nihil confert ad quaestionem ; econtra discussio nostra auxilio esse potest ad solvendam eius chronologiam [8].

Proinde, si res adiudicatur ex usu operis Hugonis, Glossa conscripta erat post annum 1139-1140; paraphrasis enim Cantic. 4,6-8, quae intitulatur *De amore sponsi ad sponsam,* posterior est Hugonis *De sacramentis Christianae fidei,* parum autem anterior opusculo *De arrha animae* (quod

1 PL 191, 895 B.

2 *De gloria,* c. 7 (PL 194,1097 A-B). Quoad Lombardum, cf. Lib. III Sent., d. 9, cap. unie.

3 Cf. *De gloria,* capp. 6, 7, 18 (PL 194, 1092s, 1095s, 1141 B).

4 Ibid., c. 19, n. 2 (PL 194, 1143 D).

5 Scii, in glossa ad Gai. 4, 18, et in Hebr. 1, 13 (PL 192, 140 A-B ; 413 C-D).

6 *Epist. 17* (PL 193, 565 A-D) ; cf. D. Van den Eynde, *L'oeuvre Utt.,* n° 111, p. 265.

7 *Epist. 15-16* (PL 193, 547 D ; 561 D-562 B) ; ac inde *Epist. 9,* eiusdem praelati (PL 193, 514-521); cf. D. Van den Eynde, op. cit., 279s, 280s.

8 Cf. E. M. Buytaert, in Introductione ad editionem *De fide orthodoxa,* LI-LIV.

annis 1139-1140 assignatur), ac proinde circa 1137-1140 lucem vidit[1]. — Quasi eadem conclusio obtinetur ex usu *Summae sententiarum,* quatenus ante diem secundam maii 1141 citatur a Viviano Praemonstratensi ; immo antecedere videtur synodo Senonensi (2 iunii 1140)[2]. — Ex alia parte, opusculum Gualteri, ut iam notavimus, ante Concilium Lateranense II (1139) compositum esse videtur[3].

Indubitanter proinde tales fontes demonstrant quod versionem primam suae Glossae post annum annum 1140 composuit Magister Lombardus.

3) *Testimonium ipsius textus.* Sed quid dicit ipse textus de tempore compositionis suae? nihil aliud, mirabile dictu, quam quod versio primitiva uti iacet in quatuor codicibus iam notatis post consistorium Remense (ante dominicam in Palmis anno 1148) confecta erat! Mirabile dictu dicimus, quia hoc omnes hypotheses destruit quas antecessores nostri construxerant de actuositate Magistri nostri. Sed si Lombardus Gilberto plane, quamvis non nominatim, sese opponit ac eius argumenta in illo consistorio prolata citat et refellit, quis veritatem rei negare potest? Sed audiamus utramque partem, et primo ex parte Magistri Gilberti.

Quamvis acta Consistorii nunquam redacta fuerint[4], ex fontibus omni fide dignis apparet quod inter alia « capitula » Gilberto obiectum erat quia tenuit quod divina natura non sit incarnata nec naturam humanam susceperit, sed tantum persona Filii. Ad quod capitulum defendendum, quod revera erat suae distinctionis inter naturam et personam[5], obtulit,

1 Cf. D. Van den Eynde, *Essai sur la succession et la date des écrits de Hugues de Saint-Victor,* Romae 1960, 103-108, 207, 217. Nihil stabilitur de tempore Collationis I de Verbo incarnato (p. 19).

2 In sua *Harmonia* (PL 166, 1321-1366) ; cf. L. Ott. *Untersuchungen zur theol. Briefliteratur der Friihscholastik,* 484-493 ; et id., *Vivianus von Prémontré der jriihesie Zeuge jiir die Beniitzung der Summa sententiarum,* in *Scholastik* 14 (1939) 81-90 ; necnon et D. Van den Eynde, *Essai sur la succession...,* 103.

3 Cf. L. Ott, *Walter von Mortagne und Petrus Lombardus,* in *Mélanges J. de Ghellinck* II, 674. Alicuius momenti ad quaestionem nostram esse videtur capitulum Lombardi de personis legitimis (PL 191, 1586 C ; cod. x, f. 84d ; cod. z, f. 51c-d ; repetitur in Libro IV Sent., d. 34, c. 1). Nullam autem relationem habet ad opusculum Gualteri uti iacet in editione Migne, sed quandam forsitan habet ad scholam Anselmi (cf. Fr. Bliemetzrieder, *Sententiae Anselmi,* in BGPTMA XVIII, Heft 1-2, 141 ; et fragmentum in *Rech. de Théol. ane. et méd.* 3 [1931] 279-280, lin. 113-120, 129-137).

4 Cf. N. M. Hâring, *Notes on the Council and the Consistory of Rheims {1148),* in *Mediaeval Studies* 28 (1966) 52-57.

5 Cf. DS 745 ; et N. Haring, *Das sogennante Olaubensbekenntnis des Reimser Konsistorium von 1148,* in *Scholastik* 40 (1965) 61-64.

secundum Ottonem Frisingensem, auctoritatem Toletani Concilii : « Solum Verbum caro factum est et habitavit in nobis. Et cum tota cooperata sit Trinitas formationem suscepti hominis, quoniam inseparabilia sunt opera Trinitatis : solus tamen Filius accepit hominem in singularitate personae, non in unitate divinae naturae, id est, id quod est proprium Filii, non quod commune Trinitati »[1]. In alio fonte citatur haec auctoritas ut *De Concilio Toletano VII:* cui alia adiungitur : «Item de concilio toletano XI : 'Unius substantiae credimus... Filius hominis sit Christus' [2]».

Revertamur nunc ad versionem primam Glossae Lombardi in Rom. 1,3, quae postea fons erit eiusdem quaestionis in tertio libro Sententiarum, dist. 5, c. 1. Circa finem illius pericopis quaestio sic proponitur[3]:

> Postremo quaeritur utrum concedendum sit personam assumpsisse personam, vel naturam naturam, an personam naturam, an naturam personam ; an etiam ita debeat dici divina natura incarnata, sicut Deus incarnatus et Verbum incarnatum.
>
> **Responsio** (rubrica). Ad quod respondemus : hanc quaestionem ex auctoritatibus sanctorum ex parte ad plenum esse expeditam, ex parte vero implicitam atque obscuram. Quod enim non natura personam sed potius persona naturam, non personam, assumpsit, ex subditis clarescit.
>
> **Augustinus, De tide ad Petrum** : « Deus Unigenitus, dum conciperetur, veritatem carnis accepit ex virgine ; et cum nasceretur, integritatem virginitatis servavit in matre. Istaque causa est qua Deus factus est Filius Mariae, et Maria virgo mater facta est Unigeniti Dei, ut quem Pater genuit ex aeternitate, ipsum virgo conceptum proferret in tempore ».
>
> **Idem in eodem.** Item : « Hic Deus humanam naturam in unitatem personae suscepit,

1 Otto Frising., *Gesta Friderici I Imperatoris,* n. 58 : « Item quod non natura sed filii persona carnem suscepisse credenda sit, hac auctoritate Toletani concilii ostendit: Solus...» (ed. G. Waitz, 84). De qua auctoritate Concilii Toletani VI, c. 1 (PL 84,395 B ; et 130, 487 C), cf. DS 491, et I. Madoz, *EI simbolo del VI concilio de Toledo,* in *Gregorianum* 19 (1938) 165-166.

2 Cf. PL 84,456A-B; et 130, 539 B-C ; ac DS 536; necnon et I. Madoz, *Le symbole du XIs concile de Tolède,* in *Spicilegium sacrum Lovaniense* 19, Louvain 1938, 17. De usu in Consistorio, vide M. L. Colker, *The Trial of Gilbert* o/ *Poitiers, 1148: a previously unknown Record,* in *Mediaeval Studies* 27 (1965) 173s, ubi in lucem datur documentum huc usque ignotum quod non solum capitula amplectitur contra Gilbertum obiecta sed et longam seriem auctoritatum Patrum ad doctrinam Gilberti roborandam ; inter quas inveniuntur quaedam ab ipso Gilberto citatae in Consistorio. Videas etiam appendicem, ibidem, 181s, ex codice CIm *15824 :* « Quartum capitulum. Quod divina natura non sit incarnata. Hoc manifeste vult illa auctoritas Toletani concilii que dicit non quod commune Trinitati sed quod proprium est Filii incarnatum est. Ista Gisilbertus ». Quod utrique Concilio aequo iure attribui potest, ut notat ipse Colker (173, n. 25).

3 Textus editur iuxta quatuor codices iam notatos, licet sine apparatu critico. Qui librum III Sententiarum consulit, quasdam variationes inveniet minoris momenti, una cum documentatione quasi omnium auctoritatum.

qui se humilians per misericordiam, incorruptae virginis uterum ex ea nasciturus implevit. Formam ergo servi, id est naturam servi, in suam accepit Deus ille personam ».

Idem in eodem. Item : « Deus enim Verbum non accepit personam hominis, sed naturam ».

Item in eodem. Item : « Dei Filius Unigenitus, ut carnem hominis animamque mundaret, susceptione carnis animaeque rationalis incarnatus est ».

Intende ! (rubr.) Ecce ex his liquet quod ante diximus, scilicet non naturam personam, sed personam accepisse naturam, non personam.

De quarto vero quaestionis articulo, utrum scilicet natura naturam assumpserit, plurimum dissentire videntur auctores sacrae paginae ; nec tantum alii ab aliis, verum etiam iidem a seipsis, sicut subiecta capitula docent.

De concilio toletano octavo : « Solum Verbum caro factum est et habitavit in nobis ; et cum tota operata sit Trinitas formationem suscepti hominis, quoniam inseparabilia sunt opera Trinitatis, solus tamen Filius accepit hominem in singularitate personae, non in unitate divinae naturae, id est, id quod est proprium Filii, non quod commune est Trinitati », quoniam constat naturam Trinitatis esse unam, non tamen personam.

Item de concilio toletano undecimo. Item : « Unius substantiae credimus Deum Patrem et Filium et Spiritum sanctum; non tamen dicimus, ut huius Trinitatis unitatem Maria virgo genuerit, sed tantummodo Filium, qui solus naturam nostram in unitatem personae suae assumpsit. Incarnationem quoque huius Filii Dei tota Trinitas operata esse credenda est, quia inseparabilia sunt eius opera ; solus tamen Filius formam servi accepit in singularitate personae ».

Ecce ex his videtur ostendi quod persona naturam tantum, non natura naturam assumpserit.

Cui contrarium videtur quod alibi legitur. **Augustinus, De fide ad Petrum** : « Nec divinitas Christi aliéna est a natura Patris, secundum id quod in principio erat Verbum; nec humanitas eius aliena est a natura matris, secundum illud quod Verbum caro factum est. Illa enim natura quae semper genita manet ex Patre, naturam nostram sine peccato suscepit, ut nasceretur ex virgine. Neque enim natura aeterna atque divina temporaliter concipi et nasci ex homine ullatenus posset, nisi secundum susceptionem veritatis humanae veram conceptionem atque nativitatem ineffabilis in se divinitas temporaliter accepisset ».

Ex hac auctoritate videtur quod divina natura humanam assumpserit. Sed vehementer nos movet, quod eam genitam ex Patre aeternaliter et ex homine natam temporaliter dicit, nisi forte naturam pro persona hic accipiat. — **Idem in eodem.** Quod ostenditur ex eo quod subdit : « Christus est Deus aeternus ac verus veraciter secundum tempus et conceptus et natus ex virgine, illo scilicet Deo facto naturaliter hominis filio, qui unus est naturaliter Filius Unigenitus Dei Patris, qui omnium naturarum creator et dominus creavit virginem creandus ex virgine ».

Ecce ex his apparet supra naturam pro persona accepisse. Alioquin, si dixerimus naturam quae communis est trium personarum genitam esse, proculdubio natura genita Pater non est, immo a natura Patris quae non est genita alia est. Nulla enim res se ipsam generare potest, ut idem Augustinus ait in primo libro *De Trinitate* : « Nulla enim res est quae se ipsam gignat ». Similiter et illud ad personam mihi videtur referendum quod idem Augustinus subsequenter ait (**Augustinus, De fide ad Petrum**) : « Sic Christum Dei Filium, id est unam ex Trinitate personam, Deum verum crede, ut divinitatem

eius de natura Patris natam esse non dubites *n* ; divinitatis nomen ad personam retulisse videtur.

Idem alibi dicit id quo videtur natura naturam assumpsisse. **Augustinus in libro primo De Trinitate:** «Etiam se ipso Christus minor factus est, formam servi accipiens. Neque enim sic accepit formam servi ut amitteret formam Dei in qua erat aequalis Patris, ut et in forma Dei et in forma servi idem ipse sit Unigenitus Filius Patris. Est ergo Dei Filius Deo Patri natura aequalis, habitu minor. In forma enim servi quam accepit, minor est Patre; in forma Dei in qua erat antequam hanc accepisset aequalis est Patri. Informa Dei, Verbum ; in forma servi, factus ex muliere. In forma Dei, fecit hominem ; in forma servi, factus est homo. Ergo quia forma Dei accepit formam servi, utrumque Deus, utrumque homo ».

Ecce ex his apparet naturam assumpsisse [accepisse, Vat. lat. 144 ; Paris. BN lat. 17246] naturam.

Unde haec forma antiquior Glossae composita est post Concilium et Consistorium Remense, scilicet post Pascha anni 1148 L Utrum revera antea exstaret, scilicet sine hac ultima quaestione vel cum alia forma glossae in Rom. 1,3, nescimus. Quod possibilis sit talis hypothesis, non negamus, praesertim quia adverbium *Postremo* additionem posteriorem innuere possit[1].

5. De Compositione Textus Recepti.

Ut apparet ex codicibus versionis primitivae, haec forma originalis Glossae usu crescebat, eo quod Magister in scholis notulas seu glossas volatiles, ut vocabantur, adiunxit in marginibus. Quod enim Glossam primitivam bis saltem discipulis tradebat, quasi certum habemus ex huiusmodi notulis. Quatenus autem in collectaneis Flori Lugdunensis quaedam notulae seu auctoritates Augustini non inveniuntur, hae certe non pertinent ad formam originalem istius Glossae. Aliae autem notae, quae non sunt seorsum positae, saltem duodecim loca S. Hilarii *De Trinitate*

1 Hic notare iuvat quod *Quaestiones in epistolas b. Pauli* (inter opera Hugonis de S. Victore, PL 175, 431-634) dependent ab ista versione et non ab illa posteriori (quae typis mandatur in PL 191-192). Quod autem auctor illarum sit Herbertus de Boseham, inverisimilius videtur ; cf. P. Glorieux, *Essai sur les Quaestiones in Epistolas Pauli du Pseudo-Hugues de Saint-Victor,* in *Peek, de Théol. anc. el tried.* 19 (1952)48-59.

2 Ex alia parte, ut amplius ostendetur in prolegomenis tomi II (ad libros III et IV), in forma antiquiori quaestionis : « Si autem adhuc quaeris : Ipsa incarnatio quomodo facta sit» (PL 191, 1307C), Magister sese opponere videtur Glossae magistri Roberti de Meliduno, cuius hucusque exstat quoddam extractum, *Quaestiones* scilicet *de epistulis Pauli* (an. 1145-1155) ; cf. R. M. Martin, *Oeuvres de Robert de Melun* II : *Quaestiones theologice de epistolis Pauli* in *Spicii, sacrum Lovan.* 18, Louvain 1938, p. 11.

continent1. Sed quod usque ad consistorium Remense liber Hilarii scholasticis illius temporis quasi ignotus esset, omnibus notum est. Quae etiam quasi omnes postmodum transferuntur in librum primum et tertium Sententiarum, paucissimis retentis in versione secunda eiusdem Glossae 2.

Sed si quaeritur de tempore quo compingebatur secunda versio, ille scilicet textus qui in quampluribus codicibus invenitur, nihil certum stabiliri potest. Quod autem post Sententias compactas, ad quas multam materiam transtulit ex Glossa originali, Magister operam coepit dare ad eandem Glossam recensendam, omnino credibile est : pro tractatu de incarnatione substituit textum uti nunc iacet in Rom. 1,3 (id est PL 191, 1306-1308) ; rubricam *Basilius* in *Iohannes Damascenus* commutavit; additionem delevit ad Rom. 1,20, ac tractatum de processione omisit3. Sed codicibus consultis primae versionis manifestum est, ut iam advertimus, quod paucissima alia limavit. Immo quaedam verba ad Gal. 4, 4, delere neglexit quibus adhuc lectorem refert ad tractatum iam remotum de processione : « Quaerendum ergo est diligenter quomodo intelligatur ista missio sive Filii sive Spiritus Sancti. Quod quia in Epistola ad Romanos pertractatum est iuxta humanae capacitatis valetudinem, hic perstringimus ad alia festinantes » 4.

In fine, licet quidam codices secundae versionis quasdam glossas volatiles continent quae communes sunt etiam versioni antiquiori, ceterae notulae marginales potius nova series sunt quae, ut aestimamus, extrahuntur ex Sententiis iam compositis. Unde videtur probabile (sed ut incerti loquimur) quod ante suam electionem in episcopatum Magister iterum de epistolis beati Pauli tractaverit.

1 Hic sequimur duos codices Bibi. Vatie, x et z; in cod. Paris., Bibi. Nation, lat. 649, desunt additiones marginales, uti iam notatur in eiusdem descriptione ; in Bibi. Nation, lat. 17246, quaedam glossae Hilarii ipsi textui inseruntur.

2 Exempli gratia, quaedam auctoritas Hieronymi: «De Filio... Filium Dei» (nunc in Libro III Sent., d. 10, c. 2, n. 5), adhuc invenitur in Glossa in Rom. 1, 4 (PL 191, 1131 A); cui sequuntur tres auctoritates Hilarii : « Contendunt... in Filio?», [idem in tertio :] « Dominus dicens... creatione », « Idem: Natura... habet » (PL 191, 1311 A-B) ; deinde duae Augustini : [in sermone 28 (= tract. 82) super Ioh. :] «Nos sumus... Ita sane»; [super Ioh. in sermone 20 (= tract. 74) :] «Quod unigenitus... non naturae» (1131 B-C). Quam fidelis sit editio ante oculos habes!

3 Cf. supra de codice Parisiensi, Bibl. Nation, lat. 673 (p. 69*), qui quasi transitum signat ad redactionem posteriorem: ad Rom. 1,3, textum secundae praesentat, sed additionem primae exhibet ad Rom. 1, 20, ac postea tractatum continet de processione. Additio ad Rom. 1, 20, manu posteriori in margine ponitur in Bibl. Nation, lat. 655, de quo etiam supra.

4 PL 192, 136 B-C.

C. Appendix.

Tractatus de Processione Filii et Spiritus Sancti.

Codd. Manuscript! :

n = Parisiis, Bibl. Nation., lat. 649, ff. 45v-46r.
p = Parisiis, Bibl. Nation., lat. 17246, ff. 48c-49a.
x = Civit. Vatie., Vat. lat. 144, ff. 58d-59c.
z = Civit. Vatie., Vat. lat. 695, ff. 35d-36a.

[I]

Per[1] hoc enim quod creaturas ortas esse conspicimus, Deum Patrem, a quo habent omnia principium, minime esse dubitamus. Item, quia si esset sine ratione quasi res fatua videretur, eum rationem quae procedit a seipso, non ipse a ratione, proculdubio scimus habere, id est Filium per quem cuncta tam rationabiliter disposita cernimus a Patre processisse fideliter credimus ; et quia Deum Patrem eo quod talem habet rationem, et rationem eo quod a tali processit Patre gaudere cognoscimus : ideo gaudium illud et bonitatem esse Spiritum
p 45d Sanctum ex utroque procedentem, in quo Spiritu ‖ omnia consistunt, minime ambigimus ; quod gaudium et benignitatem etiam usque ad creaturas pervenire nequaquam dubitamus, et ideo dicitur Spiritus procedere, id est dari.

[II]

Processio enim Spiritus Sancti dupliciter intelligitur : aeterna videlicet, quae ineffabilis est, et temporalis, secundum quam dicitur procedere ut datus.

Augustinus in libro V De Trinitate[1] : « Procedit enim non quomodo natus, sed quomodo datus ; et quod datus dicitur, et ad eum qui dedit refertur et ad eos quibus dedit ». — **Beda.** De hac processione temporali **Beda dicit**[3] : « Cum Spiritus gratia datur hominibus, profecto mittitur a Patre et a Filio, procedit a Patre et a Filio, quia et eius missio est ipsa pro-

3 ipse *trp. p.* ratione n. 5 et rationem *interi,* n. 9-11 id est... procedere *om.* (ftom.) n. 12 Rubrica om. p. 13 et[3] *om.* n. 14 Spiritus] sanctus *add.* p. 15 mittitur a Patre *trp. z.* ‖ procedit] et *add.* x.

1 Cf. infra, Lib. 1, d. 3, c. 1, n. 8 (pp. 70-71). Eo autem quod Spiritus Sanctus infra gaudium vocatur, bonitas et benignitas, videtur quod inspiratio huius numeri quodammodo invenienda est in operibus P. Abaelardi vel Hugonis a Sancto Victore. Cf. D. Van den Eynde, *Essai sur la succession et la date des écrits de Hugues de Saint-Victor,* 68-69.

2 Cap. 14, n. 15 (PL 42, 921 ; CCL 50, 222); vide infra, in ipso textu, pp. 122, 20-21 ; et 157, 13-14 ; fons auctoritatum Augustini et Bedae exstat *Summa sent.* I, 6 (PL 171,1078 A; 176, 52 A). Proinde, *Theologia* Abaelardi non est fons; nec obstet quidquid infra dicatur in textu, p. 126, ad cap. 1.

3 Cf. infra, in textu, p. 126, n. 2.

cessio, qua ex Patre et Filio procedit». Atque, ut mihi videtur[1], dicitur Spiritus Sanctus mitti, id est dari alicui, cum incipit esse in eo per gratiam iustificantem, provehentem, consummantem, ubi tamen ante erat per essentiam, potentiam, praesentiam. Cum enim Spiritus Sanctus non incipiat esse, incipit tamen esse in aliquo eo modo quo ante non erat in eo.

[III]

Quaestio. Quaeritur[2] autem utrum possit dici Spiritus Sanctus procedere vel mitti a se, sicut dicitur procedere et mitti a Patre et Filio, et Filius a se mitti vel procedere vel a Spiritu Sancto dici possit.

Quod videtur, cum ipsa processio vel missio temporalis operatio Dei esse videatur, et
59a omnis Dei operatio ‖ communis sit trium personarum.

Solutio. Ad quod quidam dicunt Spiritum Sanctum minime a se mitti vel procedere, sed a Patre et Filio ; similiter et Filium non a se, sed a Patre. Cum enim dicitur procedere vel mitti a Patre vel Filio, intelligitur, ut aiunt, a Patre esse et Filio, et nobis dari. Cum igitur a seipso non sit, nequaquam a seipso procedit vel mittitur.

Quibus auctoritates obviant. — **Augustinus in libro VI De Trinitate.** Ait enim Augustinus[3] : « Ita Spiritus Sanctus datur sicut Dei donum, ut etiam seipsum det sicut Deus ». — **In De Trinitate, libro II[4].** Item : « **Pater** solus nusquam legitur missus », sed Filius et Spiritus Sanctus. « De Filio quidem ita scribit Apostolus : *Misit Deus Filium suum factum ex muliere,* ubi satis ostendit eo ipso missum Filium quo factus est ex muliere. Proinde mitti a Patre sine Spiritu Sancto non potuit, quia **Pater** dicitur misisse eum, id est fecisse ex femina ; quod non
35 utique sine Spiritu Sancto fecit ». Secundum quod « forte[5] aliquis cogat ut dicamus etiam a
36a seipso missum Filium, quia Mariae conceptus et ‖ partus operatio Trinitatis est. Sed inquit aliquis: Quomodo Pater eum misit, si ipse se misit? Cui respondeo, quaerens ut dicat quomodo Pater eum sanctificavit, si ipse se sanctificavit. Utrumque enim ait[6] : *Quem Pater,* inquit, *sanctificavit et misit in hunc mundum.* Et alibi : *Ego pro eis sanctifico me ipsum.* Item quaero
40 quomodo Pater eum tradidit, si ipse se tradidit? Utrumque enim legitur[7]. Credo respondebit, si sane sapit, quia una voluntas est Patris et Filii, et inseparabilis operatio. Sic igitur intelligat illam incarnationem et nativitatem in qua Filius intelligitur missus, una eademque operatione Patris et Filii esse factam, non inde separato Spiritu Sancto. Ergo a Patre et Filio missus est idem Dei Filius quia a Patre et Verbo eius factum est ut mitteretur, id est incarnatus homini-

16 qua] que x. 18 ante erat *trp.* n. 25 Solutio *om. x.* 27 vel] et z. ‖ esse *trp. p.* Filio z. 29 Rubrica *trp. ad lin.* 31 nx; in libro de Trin. XV add. *marg.* η2. 31 Rubrica *om.* nx. 37 Cui] Responsio *rubr. marg. add.* x. 38-39 Utrumque... sanctificavit *om. (hom.)* x. 40 legitur] dicitur p. 44 Dei *om.* x ‖ quia] Augustinus de trinitate libro ii° *rubr. marg. add.* x.

1 Hic Petfrus] additur in marg. z (f. 35d).
2 Cf. infra, Lib. I, d. 15, c. 1 (130s).
3 Rectius Lib. XV, c. 19, n. 36 (PL 42, 1086 ; CCL 50A, 513); cf. infra, p. 131, 14-15.
4 Vide infra, Dist. 15, c. 2 (132, 15-20).
5 Cf. Dist. 15, c. 4, n. 2 (133, 23-134, 18).
6 Ioan. 10,36; deinde 17,19.
7 Cf. infra, in textu, p. 134, n. 1.

bus appareret ». Non enim missus est mutando locum, quia *in mando eratr.* « Quapropter Pater
p 49a invisibilis una cum Filio secum invisibili eundem Filium visibilem faciendo ‖ misisse eum dictus est ; qui si ita visibilis fieret, ut cum Patre invisibilis esse desisteret, ita missus a Patre intelligeretur ut tantum missus, non etiam cum Patre mittens inveniretur. Cum vero sic accepta est forma servi ut maneret incommutabilis forma Dei, manifestum est quod ab invi-
x 595 sibili Patre et invisibili ‖ Filio factum sit, ut ipse Filius visibilis mitteretur. Cur ergo ait [1]*: *A me ipso non veni* ? Iam hoc secundum formam servi dictum est ». Non enim a seipso homine venit. « Congruenter » tamen in Sacra Scriptura « missus ille dicitur qui in carne apparuit, misisse autem ille qui in ea non apparuit ».

Ecce ex his auctoritatibus concedi oportere videtur quod Filius a Patre et a seipso et a Spiritu Sancto mittatur, et quod Spiritus Sanctus non solum a Patre et Filio sed etiam a seipso detur.

[IV]

Eodem [8] modo dicendum est de processione Filii temporali et processione temporali Spiritus Sancti. Temporalis enim processio Filii missio est, et temporalis processio Spiritus Sancti donatio est. Aeterna autem processio Filii est ineffabilis genitura qua ex solo Patre
go est unigenitus. Aeterna vero processio Spiritus Sancti est qua ineffabiliter a Patre et Filio procedit ut donum. Uterque ergo procedit, sed Filius quomodo genitus aeternaliter, qui tamen et temporaliter datus est nobis. Spiritus Sanctus vero non quomodo genitus, sed quomodo donum vel donatum : quomodo donum, aeternaliter processit ; quomodo datum vel donatum, temporaliter procedit.

Augustinus, De Trinitate[4]: « Si enim non procedit nisi cum datur, nec procederet priusquam esset cui daretur. Nam donum potest esse antequam detur ; donatum autem nisi datum fuerit, nullo modo dici potest ». « Donum [5] enim est Patris et Filii Spiritus Sanctus quia procedit » ab utroque. « Donum ergo Donatoris et Donator Doni cum dicimus, relative utrumque ad invicem dicimus », quae « relatio non ita apparet in hoc nomine » Spiritus Sancti.

Augustinus in eodem[6]: «Non ergo moveat quod Spiritus Sanctus, cum sit coaeternus Patri et Filio, dicitur tamen ex tempore aliquid, ut hoc ipsum quod donatum diximus. Nam sempiterne Spiritus est donum, temporaliter autem donatum, sicut et dominus non dicitur nisi cum habere incipit servum. Ista enim appellatio relativa ex tempore est Deo, ne cogamur etiam creaturam sempiternam dicere, quia ille sempiterne non dominaretur, nisi etiam ista sempiterne famularetur. Et quamvis temporaliter incipiat dici quod non ante dicebatur,

50 Cur] Cum n, Augustinus *rubr. marg. add.* z. 55 quod] Quod spiritus sanctus a patre et filio et se ipso mittitur *rubr. marg.* x2. 65 Rubrica *om.* p. 70 Augustinus *om.* npx. 74 dominaretur] donaretur nz.

1 Resp. Ioan. 1, 10.

2 Ioan. 7, 28 ; cf. Dist. 15, c. 5 (134s), et notae ibidem.

8 Loca parallela infra : Lib. I, d. 14, c. 1, n. 1 (126); et dist. 16, c. 1 (138).

4 Lib. V, c. 15, n. 16 (PL 42, 921 ; CCL 50, 224); cf. infra, p. 155, 25-29; et 154, 23-25.

5 Ibid., c. 11, n. 12 (PL 42, 919 ; CCL 50, 219); et infra, 154, 2-3 (ubi indirecte citatur); dein 154, 9-10.

6 Lib. V, c. 16, n. 17, multis omissis (PL 42, 922s ; CCL 50,224s) ; infra, Dist. 30, c. 1, nn. 2 et 4 (220, 10-19 ; 222, 2-4),

non tamen substantiae Dei accidisse aliquid intelligendum est, sed illi creaturae ad quam dicitur ». « Quod 1 ergo incipit temporaliter dici ‖ quod ante non dicebatur, manifestum est relative dici, non secundum accidens quod ei acciderit, ‖ sed secundum accidens eius ad quod dicitur »2.

Glossa Volatilis 3

Augustinus in libro IV De Trinitate 4: «Non eo ipso quo de Patre natus est, missus dicitur Filius, sed vel eo quod apparuit huic mundo. Verbum caro factum est ; unde ait : *A Paire exivi et veni in mundum* 5 ; vel eo quod ex tempore cuiusquam mente percipitur, ut dictum est6 : *Mitte illam ut mecum sit et mecum laboret.* Et tunc unicuique mittitur, cum a quoquam cognoscitur atque percipitur, quantum cognosci et percipi potest pro captu vel proficientis in Deum, vel perfectae in Deo animae rationalis. Nunc ' autem non ideo minorem Filium quia missus est a Patre ; nec ideo minorem Spiritum Sanctum, quia et eum Pater misit et Filius, arbitrandum est. Sive enim propter visibilem creaturam, sive potius propter principii commendationem, non propter inaequalitatem vel imparilitatem vel dissimilitudinem substantiae in Scripturis haec posita intelliguntur : quia8 si voluisset Deus Pater etiam per subiectam creaturam visibiliter apparere, absurdissime tamen aut a Filio quem genuit, aut a Spiritu Sancto qui de illo procedit, missus diceretur ».

CAPITULUM QUINTUM

De Sermonibus Magistri Petri

Influxus et fama Magistri Lombardi super eius opera maiora fundantur, nempe in Glossam in Psalmos et in Epistolas ac imprimis in libros Sententiarum. Nihilominus, ut ex magno numero codicum apparet, sermones eius non spreverunt homines illius aetatis. Nec eos nos negligere

76 non] Nota : substantie Dei non accidisse sed creature *nota marg.* x.

1 Ibid. (PL 42, 923s ; CCL 50, 226) ; infra, 222, 15-18.

2 In Glossa sequitur: «Augustinus, De civitate Dei: 'Nam non propter...'» (PL 191, 1495 C).

2 Haec glossa continetur in cod. z, f. 36r, in imo folio ; ubi etiam aliae glossae volatiles inveniuntur, quae potius doctrinam unitatis in Trinitate respiciunt quam illam processionum.

4 Cap. 20, nn. 28 et 27 (PL 42, 907 ; CCL 50, 198, 197, 199) ; v. infra, Dist. 15, c. 7 (135, 19-136, 5).

5 Ioan. 16, 28.

6 Sap. 9, 10.

' Cap. 21, η. 32 (PL 42, 910s ; CCL 50, 205) ; infra, Dist. 15, c. 10 (137, 21-26).

8 Ibid., parum infra ; vide Dist. 15, c. 9 (137, 10-13).

possumus ; quamvis enim pretii medii forsitan sint, quampluries fructus sunt aliorum eius operum, nec semel doctrinam tractant quam alibi Magister ex professo non tangit[1].

Hos tamen sermones moderni omnino neglexerunt usque ad annum 1879, quando dom. L. Bourgain quendam codicem Parisiensem examinavit et quodammodo descripsit[2]; ac postea, sub anno 1881, dom. F. Protois longius eandem materiam illustravit[3]. Sed meritum est cl. Barth. Hauréau, quod primus omnium Lombardo quamplures sermones vindicavit qui iam lucem viderant inter opera Hildeberti de Lavardino [4], ac codicibus examinatis alios sermones typis mandavit, ut infra notatur. Cuius studiis confidentes antecessores nostri elenchum sermonum astruerunt iuxta codicem manuscriptum Paris., Bibl. Nation, lat. 3537 [5]. Eorum laborem postea corroboravit et ampliavit los. de Ghellinck, S.1.[6] ; locupletius autem rem nuper examinavit f.m. Damianus Van den Eynde, O.F.M. [7].

Vestigiis gigantes sequentes, novo examini materiam subiecimus. Codices quamplures inspeximus, tam ad sermones iam notos confirmandos (vel etiam reiciendos) quam ad novos detegendos. Unde primo codices breviter notamus, tum illos qui omnes vel quasi omnes sermones praeseferunt, tum alios qui unum vel alterum continent ; deinde singuli ser-

1 Exempli gratia, in sermone 18, *De annuntiatione,* fusius agit non solum de conceptione Christi sed etiam de virginali partu Mariae ac eius virginitate perpetua, de quibus parum vel nihil dicitur in Sententiis. Eodem modo alii sermones doctrinam Magistri de Ecclesia, de vita morali, etc., illustrant.

2 Cf. *La chaire française au NID siècle,* Paris 1879, 46-47, ubi cod. Bibl. Nation, lat. 3537 perlustratur.

3 Cf *Pierre Lombard évêque de Paris dit le Maître des Sentences,* Paris 1881, 123-148; ubi etiam cod. Paris., Bibl. Nation, lat. 18170 annotatur.

4 In sua *Notice sur les Sermones attribués à Hildebert de Lavardin,* in *Notices et extraits des manuscrits de la Bibliothèque Nationale et autres bibliothèques,* XXXII, partie 2, Paris 1888, 107-166. Cf. etiam libros proprios eiusdem Hauréau, *Notices et extraits de quelques manuscrits latins de la Bibliothèque nationale* (6 voll. 1890-1893) 1,216-223, ubi cod. Bibl. Nation, lat. 3537 examini subicit. Minus recte Pp. Editores anni 1916 dicunt quod secundum Hauréau aliqui sermones Lombardi eduntur sub nomine Petri Comestoris, Godefridi Babionis, Mauritii Sulliacensis et aliorum (p. XXIX). Omnes sermones Lombardi nostri qui inveniuntur in Patrologia eduntur sub nomine Hildeberti, in tomo 171.

5 Cf. editio secunda (1916), XXX-XXXIII. Eo quod nesciebant eundem Hauréau postea sese correxisse et quendam sermonem praetermissum annotasse (in suis *Notices et extraits,* II, 80), illum sermonem, tertium scilicet De adventu (ff. 28v-30r; infra, n. 3), omiserunt.

6 In suo art. *Pierre Lombard,* in *Diet. Théol. Cath.* XII, 1959-1962.

7 In suo *Essai chronologique...,* in *Miscell. Lombardiana* 58-60.

mones describuntur ac ad trutinam revocantur. Codices qui asterisco signantur inspeximus sive directe sive in plagulis photographicis. Certo certius nihil prohibet quin adhuc alibi alii codices habeantur qui eosdem aut etiam alios sermones contineant.

A. Codices Manuscript!.

1. Qui plures sermones continent.

Inter codices qui omnes pluresve sermones Magistri Lombardi complectuntur sequentes notantur :

A. Altissiodori, Bibl. Civit. 10 ; saec. XII exeuntis. Membr. ; ff. 188. Fol. 1-78r : Sermones Lombardi (anon.)x. Sed quanti sint, adhuc incerti sumus.

B. Oxoniae, Bibl. Bodleian., Laud. Miscell. 357 (olim 1345). Ff. 71-118 (?) : Sermones de diebus festis et dominicis, imperf. ; inc. : *In Adventu Domini : Aspiciebam* 1. Sed adhuc hunc codicem inspicere volumus ut de numero sermonum certiores simus.

* C. Parisiis, Bibl. Mazarin., lat. 1708 (1318), ff. 155a-231b : *Sermones Lumbardi,* ut notatur f. 155a ; 27 sermones hic continentur34

* D. Parisiis, Bibl. Nation., cod. lat. 3537 ; ff. 5r-80r : 28 sermones *M. P. Lombardi* (f. 5r, secunda manu) L

* E. Parisiis, Bibl. Nation., cod. lat. 12415 (S. Germani a Pratis 381) ; ff. 46c-93a : 26 sermones (anon.), et quidem sine titulis et rubricis marginalibus5 ; unus spurius, et ultimus incompletus.

1 Cf. *Catalogue général,* Departments VI, Paris 1887, 9. Post sermones sequuntur Glose in Naum (ff. 78v-91r) Radulfi (Laudunensis?), et Godefridi Babionis, Glossa in Matth. ; de quibus vide Fr. Stegmüller, RB, nn. 7121, 1 (t. V, 47); et 2604 (II, 360s). Vide etiam infra, cod. O (Vindob. Bibl. Status 1296).

2 Cf. H. O. Coxe, *Cataiogi codicum mss. Bibl. Bodleianae,* Pars II, fasc. 1, Oxoniae 1858, 270.

3 Cf. A. Molinier, *Catalogue des manuscrits de la Bibl. Mazarine* II, Paris 1886, 175-177.

4 Vide Bibl. Nationale, *Catalogue générale des mss latins* VI (mox futurum) ; et editio nostra (1916) XXX-XXXIII, ubi unus sermo omittitur (ut supra notatur) et ordo nn. 20-27 non concordat cum illo ipsius codicis.

5 Cf. B. Hauréau, *Notices et extraits* II, Paris 1891, 79-82; hoc codice usus est Dom. Antonius Beaugendre ad multos sermones Lombardi edendos quos Hildeberto attribuit, eis titulos proprio marte praefigens (cf. PL 171, 54 A, 339-340).

* F. Parisiis, Bibl. Nation., lat. 13374 (S. Germani 242) ; if. lr-49v: 27 sermones cum rubricis marginalibus (anon, et nonnulli inediti)L

* G. Parisiis, Bibl. Nation., lat. 16506 (olim Sorbonnae 928) ; ff. 88a-110a : 17 sermones: nn. 4-8, 11-19, 23-26.

* H. Parisiis, Bibl. Nation., cod. lat. 18170 ; ff. 1-151v, mutilus in fine : 20 sermones, cum dimidio alterius, qui omnes magistro Petro Lombardo assignantur (f. Ir) ; aliqui rubricantur 1.

* I. Parisiis, Bibl. Nation., lat. 18192 ; ff. 77 (cum 38 bis et 61 bis). Ff. 1-70v : 19 sermones rubricati (anon.), quorum ultimus mutilus in fine 3.

* K. Pragae, Bibl. Univ. XXIII E 63 (cod. Lobkowitz 444) ; ff. non numerati (= 177), mutilus in fine. F. 7a : *Incipiunt sermones Petri Baiolardi ;* rectius 31 sermones Lombardi, quorum ultimus mutilus; tres adhuc inediti, qui certo authentici sunt 45

* L. Romae, Civit. Vatie., Vat. lat. 1275 ; ff. II + 131. Ff. 1a-131d : 24 sermones Lombardi (anon.) una cum pluribus Petri Manducatoris vel anonymis.

M. Valentianae, Bibi. Civit. 224 (215) (S. Amandi M. 227) ; saec. XII exeuntis vel XIII incip. Membr., ff. 99, mm. 220x137. F. Ir : *Incipiunt sermones magistri Petri Lombardi Parisiacensis episcopi :* Aspiciebam. 22 sermones, quorum ultimus concluditur : *Hec est enim...* (= finis n. 25)s.

N. Vindobonae, Bibi. Status 1292 (Salisburg. 212). Ff. 1a-77b (exce-

1 Cf. B. Hauréau, *Notices et extraits* II, 151 ; qui tamen *sermo in die sancto Penthacostes* (infra, n. 30) Lombardo non attribuit ; alios autem, scii. *Sermo de apostolo* (49v), et *Item de apostolo secundum Augustinum* (49v-50v) recte reicit. Non est etiam praetermittendum quod ff. 1-50 originaliter unum codicem efformabant, cui sequitur alter (ff. 51-57), ac inde tertius (ff. 58-65) qui olim pecia erat alterius codicis sermonum Lombardi; dein quartus codex (ff. 66-123v); *Ordo iudiciarius per mag. Egidium doctorem decretorum secundum consuetudinem bononiae in foro ecclesiastico ;* ultimo (ff. 124-229) alter codex continet *Sermones Iacobi de Lusanna de sanctis* (f. 229). Qui Aegidius Fuscararius erat, Magister Bononiae, qui c. 1262-1266 *Ordo iudiciarius* composuit (cf. LThK2 I, 192).

2 Cf. F. Protois, *Pierre Lombard évêque de Paris...,* 123ss.

3 Vide B. Hauréau, *Notices et extraits* VI, 65.

4 Cf. D. Van den Eynde, *Le recueil des sermons de Pierre Abélard,* in *Antonianum* 37 (1962) 18 ; et D. E. Luscombe, *The School of Peter Abelard,* Cambridge 1969, 83, n. 3. Pelliculas huius codicis fraterne nobis concessit P. Van den Eynde f.m.

5 Cf. *Catalogue général,* Departments XXV, 285.

ptis ff. 67a-68v) : 31 sermones, quorum primus et ultimus in catalogo indicantur[1].

O. Vindobonae, Bibi. Status 1296 (Salisburg. 220), ff. lb-43a: *Petrus Lombardus, Sermones ;* ff, 44a-98b : *Glossa in Maith. :* « Dominus ac redemptor noster »[2], de qua agitur etiam supra in cod. Altissiodor. Codicem adhuc inspicere velimus.

2. Qui aliquos sermones continent.

Inter codices qui sermones diversos Magistri continent usque huc sequentes invenimus :

a. Aurelianis, Bibi, civit. 198 (175); pp. 441-444: sermo 10 infra; pp. 444-446 : *Egredimini* (infra, ubi dubius adiudicatur)[3].

* b. Parisiis, Bibl. Mazarin, lat. 1000 (olim 962) ; f. 103b : sermo 11 ; f. 105b : sermo 12.

* c. Parisiis, Bibl. Mazarin, lat. 1005 ; ff. 74a-75b : sermo 10.

* d. Parisiis, Bibl. Nation., cod. lat. 13578 (S. Germani a Pratis 1329); ff. 119r-121r : sermo 33; ff. 121r-121v: primus sermo, sed mutilus [4].

e. Parisiis, Bibl. Nation, lat. 14589 (S. Victoris 91) ; ff. 82c-83d : *Sermo communis magistri Petri* (sermo 31)[5].

1 Vide *Tabulae codicum manu scriptorum praeter graecos et orientales in Bibi. Palatina Vindobonensi asservatorum* I, Vindobonae 1864, 215. Sermo 31 (secundum verba ultima eius) idem est ac n. 30 in cod. K (cf. infra, sermo 32). Secundum eundem catalogum (I, 165), codex 974 [Univ. 276] continet 25 sermones Lombardi (ff. 82a-150b) ; sed sine testimonio oculari hoc dictum non accipimus eo quod amplior descriptio M. Denis, *Codices manu scripti theologici Bibi. Palatinae Vindobonensis* II-1, Vindobonae 1799, coi. 781-787, minime nostro elencho quadrari potest.

2 Cf. *Tabulae codicum,* loc. cit.

3 Cf. *Catalogue général,* Departments XII, 104. Schedas etiam consulimus apud *Institut de recherche et d'histoire des textes* (Parisiis), erga cuius curatores gratias exprimere volumus ex imo corde. Sed usque adhuc incerti sumus utrum sermo: *Convertimini filii... Pia et sancta est ista exhortatio* (pp. 101-108) referri possit ad sermonem 25 aut ad num. 27 Petri Lombardi.

4 Cf. B. Hauréau, *Notices et extraits* II, 274; de quibusdam aliis rebus in hoc codice contentis, vide H. M. Rochais, *Une collection des textes divers de s. Bernard dans le manuscrit Tours 343,* in *Pech. de Théol. anc. et méd.* 29 (1962)99, 103, 106, 111, et infra ad serm. 33.

6 Cf. B. Hauréau, *Notices et extraits* III, 44-49 ; et praesertim J. Chatillon, *Sermonset prédicateurs victorins de la seconde moitié du XIIe siècle,* in *Archives d'histoire doctrinale et*

f. Parisiis, Bibl. Nation, lat. 14590 (S. Victoris 482) ; ff. 80d-82a : sermo communis (n. 31) k

g. Ibid., lat. 14597 ; ff. 195b-198c : *Ad claustrales : Agredere* (sic) : sermo 14 2.

h. Ibid., lat. 16461 (olim Sorbonnae 2591) ; ff. 105v-107v : idem sermo communis8.

* i. Ibid., lat. 16505 (Sorbonnae 1664); ff. 18c-22a: sermo 184.

* k. Romae, Civit. Vatic., Vat. lat. 700; ff. 123a-125b : *In annuntiatione dominica* (η. 18) ; anonymus.

* l. Romae, Civit. Vatic., Vat. lat. 5055 (anon.) ; ff. 82d-86d : *Item de Pasca : Egredimini* (n. 24); ff. 86d-91d : *De paschali tempore : Statue tibi* (n. 25) ; ff. 91 d : *De Trinitate vel Pascha : Convertimini* (η. 27).

* m. Romae, Civit. Vatie., Urbin. lat. 108; ff. 125b-126d : *(Incipit) sermo communis magistri hugonis de sancto victore : Quis dabit mihi pennas* (rectius n. 31)5.

n. Rothomagi, Bibi, civit. 565 ; ff. 30b-33b : sermo *Spiritu sancto edoctus* (n. 35, quem recte inter dubios assignaverunt antecessores nostri) ; ff. 43v-45v : *Egredimini* (n. 34, quem dubium iudicamus)e.

litt. du moyen age 32 (1965) 12-14, et sermo η. 37, p. 32, ubi et alios codices eiusdem sermonis indicat quos hic praetermittimus.

1 Cf. B. Hauréau, *Notius et extraits* III, 18-67 (quoad hunc sermonem, p. 44) ; et J. Chatillon, art. cit., 10-12, 32.

2 Vide J. Chatillon, ibid.

3 Cf. J. Chatillon, art. cit., 17-18, 32.

4 Cf. B. Hauréau, *Notices et extraits* V, 155 ; qui tamen non advertit lectorem quod post verba *corpori claritatis suae,* id est prope finem (PL 171, 610 D) quidam nonnulla adiunxit : « Ipsam misericordiae reginam incessanter... In qua cum Filio regnat quem genuit, quem peperit, quem virgo lactavit. Qui cum Patre *et* Spiritu Sancto vivit et regnat » (ff. 22a-22c).

5 Cf. C. Stornajolo, *Codices Urbinates Latini* I, Romae 1902, 129-136; ex cuius descriptione apparet quod quandam relationem habet ad cod. Paris., Bibl. Nation, lat. 14590, ut iam notat J. Chatillon, art. cit. 18-19.

° Cf. *Catalogue général,* Départments I, 140 ; ope pelliculorum codicem Parisius examinavimus. Qui licet intituletur: *In hoc volumine continentur sermones magistri Petri Lungobardi et magistri Petri Manducatoris de diversis festivitatibus,* reapse quasi omnes *P.M.* signantur (et sunt), praeter sermonem xxxvii : *In Pentecoste, Hugo de s. Victore* (f. 98v). Nihil dicere possumus de quodam sermone *De vitio linguae* qui Lombardo attribuitur in cod. Oxoniae, Ballio! College 296, f. 249r-v.

B. Sermones Petri Lombardi.

Novus elenchus Sermonum Magistri Petri quem confecimus triginta tribus constat quos authenticos indicamus ; cui adiungitur unus quem, forsitan nimia scrupulositate constricti, dubium adiudicamus ; necnon et alter qui spurius est[1].

1. De (In) Adventu (Domini). *Aspiciebam ego in visione noctis... quod non corrumpetur* [Dan. 7, 13-14]. *Caelestibus Daniel flagrans desideriis...*

Codices: A (f. 1a-) ; B (71a); C (155a-157a); D (5r-7r); E (46c-47d); F (1r-2v) ; H (1r-5v) ; I (1a-4d) ; K (7a-10a); L (1a-3d); M (1r-); N (1a-); **o** (1b-) ; d (121r-121v, mutilus).

Editio : PL 171, 370 C-376 B ; ex codice E.

Notanda : Affinitatem habet ad serm. n. 14 (via trium dierum), et ad n. 24 (triplex visio); ad Glossam in Ps. 117,22, de lapide angulari (PL 191, 1039A). Sed quasi nihil commune huic et libris Sententiarum invenitur, praeter pauca circa finem (375 D) quae respiciunt Sent. III, d. 3, c. 1. — Extractum (anon.) in cod. Paris., Bibl. Nation. lat. 14804, f. 34a-b ; influxus: Petrus Blesensis, sermo II (PL 207,564-568).

2. Item (Sermo secundus) de Adventu. [Sine textu s. Scripturae in codd.] *Iacob benedictiones daturus filiis, praesciens in spiritu...*

Codices: C (ff. 157a-159b) ; D (7r-9r) ; E (47d-49b) ; F (3r-4r) ; H (5v-10r) ; I (4d-8c) ; K (10a-12c) ; L (3d-6c).

Editio : PL 171, 376 B-381 C ; ex cod. E.

Notandum : Quaedam inveniuntur loca parallela ad duas Glossas Magistri ; sed de Samaritano tractans (378 B-D, et 380 B) Lombardus non recurrit ad Sent. II, d. 25, c. 7 (infra, 465), nec ad Lib. IV, d. 1, c. 1.

3. De Adventu. *Vidi angelum Dei fortem descendentem... in manu eius* [Apoc. 12, 1-2], *Filius tonitrui, in extasi raptus positus et...*

Codices: C (ff. 179d-181d) ; D (28b-30r) ; E (63c-64c) ; K (108b-110c) ; unde est n. 11 in CDE, n. 27 in K.

Editio : D. Van den Eynde, *Deux sermons inédits de Pierre Lombard,* in *Miscell. Lombardiana* 75-79 ; ex codd. CDE.

[1] Ubi differt a computatione nostra, numerus quem cuilibet sermoni assignaverant Pp. Editores (1916) et los. de Ghellinck (in *Diet. Théol. Catti.* XII 1961-1962) intra uncos quadratos ponimus ad commodum lectoris. Rubricae ad initium sermonum sumuntur ex codicibus melioribus.

Notanda : Affinis est sermonibus η. 1, 2, 4, 9 et 23 ; hic primo, ut nobis videtur, invenitur thema *regionis dissimililudinis*[1].

4 [3], De (In) Natali (Domini). *Domini est assumptio nostra et sancti Israel regis nostri* [Ps. 88, 19]. *Dominus dominantium et rex regum, cui nomen est Omnipotens...*

Codices: C (ff. 159b-161d) ; D (9r-11v); E (49b-50d) ; F (4v-5v) ; G (88a-89a) ; H (10r-15v) ; I (8c-12b) ; K (12c-16a) ; L (13a-16c).

Editio : PL 171, 381 D-388 B ; ex cod. E.

Notanda est dependentia huius sermonis a Glossa in epistolas ac praesertim a secundo et tertio libro Sententiarum [1] ; unde forsitan opus est Petri iam episcopati. Relationem etiam habet ad serm. 18, ut infra notabitur.

5 [4], De Sancto Stephano. *Auditum audivimus a Domino... Edom in proelium.* Abdias *(marg.)* [1, 1]. *Sicut non satiatur oculus visu nec auris auditu, ita nec nos satiari possumus...*

Codices: C (ff. 162a-164a) ; D (11v-13v); E (50d-52b) ; F (5v-6v) ; G (89a-90a) ; H : *Sermo in natali prothomartyris Stephani* (15v-20v) ; K (16a-19b) ; L (6c-9b) ; Parisiis, Bibi. Nation, lat. 6674 (105c-106c).

Editio: PL 171, 715B-720 D, ex cod. E; ad finem (720 D) contra eundem codicem lege : *expugnata Edom,* non *expugnata, cum Deo.*

Notari possunt plura communia cum utraque Glossa Magistri. Forsitan opus est Lombardi diaconi (c. 1151).

6 [5], De sancto loanne evangelista (apostolo). *Secundum dies ligni erunt dies populi mei... ego exaudiam* [Isai. 65, 22-24]. *His verbis Spiritus Sanctus per Isaiam humilium erigit corda...*

Codices : C (ff. 164a-165d) ; D (13v-15r) ; E (53d-54d) ; F (7r-7v) ; G (90a-90c) ; H (20v-24v) ; I (15c-18b) ; K (19b-21d) ; L (9b-11d).

Editio: PL 171, 723 A-727 D ; ex cod. E.

Notanda : quasi nulla invenitur affinitas cum aliis operibus Magistri (cf. 725 A ad Glossam in Ps. 1, PL 191, 63). Dependet potius a quibusdam glossis in Habacuc, Osee, Isaiam (ex. gr. ad 726 B, in Isai. 65, 23, unde scilicet sumitur textus sacer istius sermonis, vide Glossam Hervaei Burgidolensis seu de Bourg-Dieu, in h. 1., PL 181, 576 D).

1 Cf. Margot Schmidt, *Regio Dissimilitudinis. Ein Grundbegriff mittelliochdeutscher Prosa im Lichte seiner lateinischen Bedeutungsgeschichte,* in *Freib. Zeitschr. f. Phil. u. Tehol.* 15 (1968) 63-109 ; ubi adiunguntur aliae notitiae bibliographicae.

2 Sed contra hoc dictum obici potest quod hic Rhabano ascribitur interpretatio caeli empyrei ; in libro secundo (infra, 340, lin. 1) in rubrica et in textu nominatur potius Strabus.

7 [6], In (De) Circumcisione Domini. *In monte Sion erit salvatio... et domus loseph -flamma* [Abdias 1, 17], *Suavis et dulcis* (Ed. : *mitis) promissionis buccina cordibus fidelium insonuit...*

Codices : C (ff. 165d-169a) ; D (15r-18r) ; E (55a-56d) ; F (8r-9v) ; G (90c-92a) ; H (24v-31r) ; I (18b-23b) ; K (21d-26b) ; L (16c-20b).

Editio : PL 171, 394 A-401 D ; ex cod. E. Ad coi. 398 B, lege : *Hoc ita in vita praesenti agit homo,* cum B. Hauréau, in *Notices et extraits* XXXI1-2, 115.

Notabilia : Regio dissimilitudinis (397 A) ; dependet a Glossa in"Psalmos, ut ipsi editores Patrologiae annotant, et in Epistolas, scii, a Glossa in Gal. 2,23 (PL 192, 128 C-129 A), necnon et ab Hugone de S. Victore, *Collatio I de Verbo incarnato* seu *De triplici silentio* (PL 177, 315 ss), uti iam notabatur quando de fontibus Glossae in Apostolum agebatur. Extractum de eodem silentio in cod. Paris., Bibi. Nation, lat. 14804 (f. 34c), de quo cf. B. Hauréau, *Notices et extraits* III, 144 ; influxus: Petrus Blesensis, sermo I (PL 207, 559 Dss).

8 [7], In Epiphania. *Congregabuntur filii luda... quia magnus dies lesrahel.* Osee *(marg.)* [1, 11], *Huius diei solemnitas a prophetis in spiritu praevisa...*

Codices: C (ff. 169a-172a) ; D (18r-21r) ; E (56d-58d) ; F (9v-llr); G (92a-93b) ; H (31r-38a) ; I (23b-28a) ; K (26b-30c) ; L (20b-24b).

Editio: PL 171, 401 D-409 C ; ex eodem codice E; ad coi. 403 C, lege cum eodem Hauréau : *Haec stella... per quam deificamur et divinae substantiae participamus.*

Notanda : Regio dissimilitudinis (404 D) ; sermo dependet ab utraque Glossa auctoris, et a Glossa ordinaria in Isaiam (sed non ab illa Hervaei) ; non est omnino clarum utrum verba ultima, de baptismo loannis (409 B-C), quandam relationem habeant ad libr, IV Sent., d. 4, cc. 2-4, et dist. 3, c. 5, n. 3 (minus probabile videtur).

9 [8]. De (In) Purificatione (B. Mariae). *Dominus de Sina* [E : *Sinai] venit... ignea lex.* In Deuteronomio [33, 2], *Amantissimus Dei famulus Moyses, qui cum Domino facie ad faciem loquitur...*

Codices: C (ff. 172a-174d) ; D (21r-23v) ; E (58d-60c) ; F (llr-12v) ; H (38r-44r) ; I (28a-32c) ; K (30c-34c) ; L (31b-35a).

Editio : PL 171, 615 C-623 B ; ex eodem cod. E ; ad 616C, lege *convictum iuvare,* non *sanare.*

Notabilia: Dependet a Glossa in Psalmos, parum vel nihil a Glossa in Apostolum; utitur Glossa ordin. in Isaiam et forsitan (ad 621 B) *Miscellaneis* Hugonis, II, 79 (PL 177, 632 C-D). Extractum invenitur in cod. Paris., Bibl. Nation. lat. 14804, 34d-35a.

10. De Purificatione (II). *Adduxit me Dominus in montem excelsum... in manu eius* [Ezech. 40, 2-3], *Sicut non satiatur oculus visu nec auris auditu, sic animus noster...*

Codices: C (ff. 178b-179d) ; D (27r-30r) ; E (60c-61c) ; K (112b-114b) ; a (pp. 441-444); c (74a-75b).

Editio : PL 171, 623 C-627 B ; ex cod. E.

Notabilia : In codd. CDE, invenitur post sermonem sequentem. Titulus (uti supra), ex cod. C (cf. coi. 625 C : *pro nobis hodie in templum oblatus est)* ; titulus *De prima XLe* cancellatur in D ; sine titulo in K, post sermonem 28, et quidem cum errore seu repetitione ad initium. Dependet a Glossa in psalmos, forsitan (ad 624 D) et a Glossa in Eph. 3, 19 (PL 192, 194 A), et certe a Glossa ordin. in Ezech. 40. Affinitatem habet ad sermonem 25. Licet paucis codicibus contineatur, sermo authenticus est.

11 [9], In (De) Septuagesima. *In Aegyptum descendit populus meus in principio, ubi* [vel : *ut] colonus esset ibi... Ablatus est... dicit Dominus* [Isai. 52,4-5]. *Dolendum primi hominis casum totiusque in eo posteritatis ruinam...*

Codices : C (ff. 174d-178b) ; D (23v-27r) ; E (61c-63c) ; F (12v-14r) ; G (93b-94c) ; H (44r-51v) ; I (32c-37c) ; K (34c-38d) ; L (27b-31b) ; b (103b-105c ; anon., inter sermones Petri Manducatoris).

Editio : PL 171, 845 D-853 B ; ex praefato cod. E ; cui titulum proprio marte fabricavit Dom. Beaugendre, et *est* addidit post *Dolendum* ad initium.

Notabilia : Regio dissimilitudinis (850 D) ; in multis dependet a Glossa in Apostolum, necnon et a secundo libro Sententiarum, quamvis doctrinae eiusdem (dist. 17, c. 7, n. 1 ; infra, p. 415, 12-14) aliquatenus contradicat (ad 849 D). Extractum, de triplici hominis descensu, in cod. Paris., Bibl. Nation, lat. 14804, secundum B. Hauréau, *Notices et extraits* III, 145.

12. (In) Prima dominica Quadragesimae. *Convertere, Israel, ad Dominum... labiorum nostrorum.* Osee [14, 2-3], *Hoc est caeleste et salubre consilium...*

Codices : C (ff. 182d-186c) ; D (30v-33v) ; E (65a-67b); F (14v-16r) ; G (94a-95d) ; H : in *capite ieiunii* (51v-58v) ; I (37c-41d); K (38d-42c) ; L: *in principio quadragesime* (38a-41d); b (105c-107c).

Editio: PL 171, 443 B-451 A, ex eodem codice E; sed ad coi. 444 B, lege : *Talem ergo... zelavit, id est invidit... et gressus operis ab aequitate* (cum B. Hauréau, *Notices et extraits* XXXI1-2, 124). Titulus editoris est.

Notabilia : Valde affinis est aliis sermonibus : circa quatuor aversiones (443 C), quibus itur in regionem dissimilitudinis (445 C), et quatuor modos redeundi (445 C), cf. nn. 25, 31, 33 ; de duabus alis (449 C), cf. n. 26. In quibusdam similis est quarto Sententiarum (de perfecta poenitentia [447 A], vide Lib. IV, d. 16, c. 1 ; de digna poenitentia [450 C], dist. 14, c. 2), in aliis autem dissimilis. Vide animadversiones los. de Ohellinck, in *Diet. Théol. Cath.* XII, 1960.

13. In die cineris. *Usquequo, piger, dormis... quasi vir armatus.* Salomon *(rubr. marg.)* [Prov. 6,9-11]. *Sicut vigilantibus promittitur regnum, ita dormientibus...*

Codices : C (ff. 186c-189a) ; D (33v-35v) ; E (67b-68d) ; F (16r-17r) ; G (95d-96d) ; H (58v-63v) ; I (41b-44d); K (43a-45d) ; L (35b-38a).

Editio: PL 171, 451 B-456 C; ex cod. E.

Notabilia : Dependet a duabus Glossis Magistri ; tractans de vera poenitentia (456) affinis est sermoni n. 12 ac n. 25. Secuti sumus ordinem codicum, quamvis locum aptius habeat ante n. 12.

14. In medio XLae : in Laetare Jerusalem. *Egredere de terra tua, et de cognatione tua... et eris benedictus.* In Genesi [12, 1-2], *Magnum quidem est ac difficile ad quod Dominus nos hortatur...*

Codices : C (ff. 189a-194d) ; D (35v-39v) ; E (68d-72a) ; F, sine titulo (17v-19v); G (96d-98b) ; H (63v-73v) ; I (44d-51c) ; K (46a-51b) ; L (41d-47a) ; f (180b-186a) ; g (196b-198c).

Editio: PL 171, 853 C-864 A ; ex codice E, cui titulum fictitium praefixit Dom. Beaugendre.

Notanda : Sermo est ad claustrales (sec. codicem g), scilicet coram capitulo S. Victoris, ut iam notaverunt B. Hauréau et I. Chatillon 1. Unde formam et characterem habet magis theologicum, ut decet, fundatum super ambas Glossas ac etiam super Sententias. Sic contexuit autem Magister themata sibi peculiaria ut sermo ex eodem panno consutus appareat ac plures alii : ex. gr. tribus modis, in via trium dierum (cf. n. 1), a Deo receditur in regionem dissimilitudinis (856 B ; 857 B) ; unde per alia tria redire oportet in regionem nostram (856 D ; cf. sermo 33) ac venire in terram quam Deus nobis monstrabit (cf. n. 11 ; et quodammodo n. 12), ubi inducet nos Dominus in hortum, in cellarium, in cubiculum (ita etiam n. 33)2.

1 Cf. B. Hauréau, *Notices et extraits* III, 65; J. Chatillon, *Sermons et prédicateurs...,* in *Arch, d'hist. doctr. et litt.* 32 (1965)35 (sermo 58).

2 Ultima verba exemplum sunt influxus s. Bernardi ; cf. eius *Sermones de diversis,* serm. 92 (PL 183, 711 A-715 D).

15. (In) Dominica ante palmas. *Seminate vobis in veritate iustitiam... requirendi Dominum.* Osee [10, 12], *Quoniam isti sunt dies quos observare summa diligentia debemus...*

Codices : C (ff. 194c-I97d) ; D (39v-42r) ; E (72a-73d) ; F : *de passione Domini ante palmas* (20r-20v) ; G (98b-99a) ; H (73v-80r) ; I (51c-55d) ; K (51b-55a) ; L (47a-50d).

Editio : PL 171, 456 C-463 C ; ex eodem cod. E.

Notanda est dependentia a duabus Glossis Magistri. Multum disseritur de dilectione Dei et proximi, sine influxu, ut videtur, doctrinae tertii libri Sententiarum.

16. In ramis *(vel:* dominica) palmarum. *In Sion levate signum... plangite et ululate.* leremias [4, 6-8, quibusdam omissis]. *Verba ista quibus congregari ac levare signum adversus leonem...*

Codices : C (ff. 197d-203a) ; D (42r-46v) ; E (73d-76d) ; F (21r-23v) ; G (99c-101b) ; H (80r-91r) ; I (55d-61d) ; K (55a-60d) ; L (50d-56c).

Editio : PL 171, 491 B-502 C; ex cod. E. Ad coi. 492 D, lege: *eversus sum de equo virtutum* (v. Glossa in Ps. 117, 13; PL 191, 1036 C) ; ad finem (502 C) : *consumabitur, id est perficietur.*

Notabilia : Plura sunt loca parallela ad Glossas Lombardi et, circa finem (501 B-502 A), ad tertium librum Sententiarum. Affinis est sermoni 3 (de insidiis diaboli) ; *et* sermoni 10 (de Christo liberatore). Cuiusdam momenti est ratione doctrinae eius de Ecclesia (495 C-499 A).

17. In ramis palmarum vel (sive in) alio paschali die (paschalium dierum). *Inspice et fac secundum exemplar quod tibi monstratum est in monte.* Zacharias [= K ; reapse Exod. 25, 40]. *Salutaris (atque caelestis* add. K) *est ista exhortatio, brevis in verbo, magna in mysterio...*

Codices: F (ff. 46v-48r) ; K, mutilus in medio (115d-116d ; postea deest folium unum ; deinde 117a-c). Adhuc ineditus.

Notanda : De eius authenticitate nullatenus dubitandum est. in utroque codice rubricatus est, ut omnes sermones Lombardi in codicibus melioribus. Doctrina affinis pluribus aliis sermonibus ; ex. gr. de tribus viis descensus et tribus viis reditus ; sed maturior- apparet sub influxu tertii libri Sententiarum. Quod in utroque codice sermo iste penultimus exstet, cui sequitur sermo *In Pentecoste* (n. 30), forsitan indicat novitates a Petro iam episcopo adiectas L

1 Sermo 17 exemplar fuit cuiusdam sermonis ad monachos (ut ex textu apparet: «...Tales enim plerique monachi...»), qui exstat in cod. Paris., Bibl. Nation, lat. 6674, ff. 15v-17r: *Inspice et fac...in monte. Quatuor hic notantur...*

18 [17]. In (De) Annuntiatione B. (S.) Mariae (dominica). *Audita feci tibi nova, et signata sunt quae nescis.* Isaias [48, 6). *Verba sunt ista Spiritus Sancti in visione sancto Isaiae loquenti* [loquentis ; eloquenti]...

Codices : C (ff. 203a-205c) ; D (46v-48r) ; E (77a-78b) ; F (23v-24v) ; G (101b-I02a) ; H (91r-96r) ; I (61d-64a) ; K (60d-63c) ; L (56c-59b) ; k (nsa-nsb)1.

Editio : PL 171, 605 B-610 D ; ex cod. E et alio ex Abbatia S. Victoris (qui adhuc nobis exstat ignotus).

Notabilis : Indubitanter sequitur compositionem Sententiarum, eo quod bis citantur verba loannis Damasceni (606 B ; 607 A) ex libro III, d. 8, c. 2, et d. 3, c. 1 (quae non inveniuntur in forma primitiva Glossae in Rom.), ac bis etiam verba Fulgentii in *De fide ad Petrum* (605 C ; 606 B), sub nomine Augustini, ex libro III, d. 1, c. 1, et d. 8, c. 2. Item dist. 4, c. 2, fons est textus coi. 607 B-C; ac dist. 20, c. 1, coi. 610 A, de quo vide etiam serm. 4 (384 C). De regione dissimilitudinis et Verbo incarnato, v. 610 C. Gloriosa dicta sunt de Virgine ut typus est Ecclesiae et animae fidelis (609 A-B),

19 [18], In Coena Domini. *Pone mensam, contemplare... accipite clypeum.* Isaias [21,5], *Huius diei sacramentum ingenti cordis devotione ac corporis moderatione esse celebrandum...*

Codices : C (ff. 205-212b) ; D (48r-53v) ; E (78b-82a) ; F (24v-28r) ; G (102a-104c) ; H (96r-109v) ; I, mutilus (65a-70d) ; K (63c-70d) ; L (59b-67a) ; Paris., Bibi. Nation, lat. 5373 : *in die eucharistie : sermo Petri Lombardi episcopi* (99c-114d).

Editio: PL 171, 510A-524C; ex quodam codice ignoto S. Albini Andegavensis2. Vide correctiones allatas a B. Hauréau, *Notices et extraits* XXXI1-2, 128.

Notanda : Magna in parte fundatur in Glossas Magistri ; ex. gr. de triplici mensa (510 C), cf. Glossa in Ps. 22(PL'il91, 244 C); de altari etc. (511A-512A), Glossa in Hebr. 13, 10 (PL 192, 513-516) jjle receptione indigna (514 B), Glossa in I Cor. 11, 29 (PL 191, 1646 C-1647 A) ; *etc.* Nullam affinitatem invenimus inter hunc sermonem et tractatum de Eucharistia in libro IV Sent. Extractum de mensa exstat in Paris., Bibi. Nation, lat. 14804, f. 35a.

20 [19], In receptione poenitentium. *Convertimini et agite poenitentiam... Revertimini et vivite.* Ezechiel [18, 30-32], *Attendite, fratres, quam dulci voce, quam paterno affectu...*

1 Advertat lector quod in omnibus codicibus ubi uterque invenitur hic sermo sequitur n. 16: *In ramis palmarum.*

2 Secundum notas Dom. Beaugendre, sermones nn. 19-22, 26, 27, sumuntur de quodam codice abbatiae S. Albini ; qui tamen codex non invenitur, ut videtur, in Catalogo.

Codices: C (ff. 212b-215a) ; *O:in receptione penitentie* (53v-55v); E (82a-83c) ; F (28r-29v) ; G (104c-105c) ; H (109v-116r) ; K (70d-74a) ; L : *ad* pen[itentes] *in cena dont.* (67a-70c).

Editio: PL 171, 524D-530 D; ex cod. ignoto Andagavensi ; cui plures correctiones adducit B. Hauréau, *Notices et extraits* XXXI1-2, 129.

Notabilia : Sermo est Petri episcopi poenitentes reconciliantis '. Pauca sumuntur ex tractatu de poenitentia in libro IV Sent. ; quaedam forsitan ex opere Hugonis *De sacramentis.*

21 [23], In Parasceve. *Spiritus oris nostri, Christus Dominus, captus est in peccatis nostris, cui diximus : In umbra tua vivemus.* leremias [Lament. 4, 20]. *Haec sunt verba leremiae in Threnis, immo Spiritus Sancti...*

Codices: C (ff. 215a-219b) ; D (55v-59r) ; E (83c-85c) ; F (29v-31v; et fragm. 58a) ; H (116r-124v) ; K (74a-78b) ; L (70c-75b).

Editio : PL 171, 796 C-806 C ; ex eodem cod. Andagavensi, cui editor titulum aptum sed fictitium praefixit.

Notanda : Quod nullo modo dependeat a Sententiis clare apparet ; in multis dependet a Glossa in Ps. 23 (cf. 798 D-799 A) ; in Ps. 21 (799 B, et 805 B) ; in Ps. 48 (802 B) ; et quoad Eucharistiam (804-805), a Glossa in I Cor. 11, 26-29 (PL 191, 1646-1647) 1. Homo a Deo abiens in regionem dissimilitudinis (798 B), quasi colonus est in terra (802 C), ut iam longius describitur in sermone 11 (PL 171, 848 B-850 B).

22 [24]. (Item de) Eodem die. *Si (Cum) exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum.* loannes [12, 32], *Humilis et mansuetus David, manu fortis et aspectu desiderabilis...*

Codices: C (ff. 219b-222b) ; D (59r-62v) ; E (85c-88a) ; F (31v-34r; et in fragmento alterius codicis, 58a-60c) ; H (124v-135r) ; K (78b-83a) ; L: *In Parasceve* (75b-81a).

Editio : PL 171, 685 D-695 D, ex codice Andegavensi ; textum corrigit B. Hauréau, *Notices et extraits* XXXII-2, 141.

Notabilia : Nullam relationem deteximus inter hunc sermonem, ubi aptissime agitur de morte Christi et nostra redemptione, et librum III Sententiarum. Loca quae similia videntur proximiora sunt Glossis Magistri et etiam *Summae sententiarum.* Praesentiam Glossae ordin. in Lev. 16, 10, iam advertit D. Van den Eynde (ad coi. 689 B : « et in solitudinem... consumens est »)3.

1 Vide quae dicta sunt supra, p. 37, n. 2.

2 Vide animadversiones D. Van den Eynde, *Essai chronologique...,* in *Miscell. Lombardiana* 60 (ubi loquitur de sermone 23, uti olim hic enumerabatur).

3 In *Essai chronologique...,* 59, et nota 134.

23 [25], In die Paschae. *Filius accrescens Joseph... super murum.* In Genesi [49, 22]. *Israel -filiis congregatis benedicens ac novissimis temporibus futura praedicens...*

Codices : C (ff. 222b-224d) ; D : *In die resurrectionis dominice* (62v-65v) ; E (88a-90a) ; F : *Sermo de resurr. domini* [34r] (34r-36r ; et 60c-62c) ; G (105c-106d) ; H (135r-143v) ; K : *In pascha,* et citat Gen. 49, 22-23, ad initium (83a-87b) ; L (81a-85d).

Editio: PL 171, 556 A-564A; ex cod. E; cf. correctiones B. Hauréau, art. cit., 131.

Notanda : Eo quod Resurrectionem vix tangit Magister in tertio libro Sent., quendam valorem theologicum obtinet sermo noster. Quaedam dicta fundantur super Glossas.

24 [20], De eodem die (DK). *Egredimini, filiae Sion, et videte Regem Salomonem in diademate quo coronavit eum mater sua.* Salomon in Canticis [3, 11]. *Sicut nemo novit, testante Apostolo, quae sunt hominis...*

Codices : C (ff. 224d-227a) ; D (65v-69r) ; E (90a-92c) ; F : *Item in die resurr.* (36r-39r) ; G (106d-108b) ; H, mutilus (143v-151v) ; K (87c-92a) ; L : *Item in Pascha* (85d-9Ia) ; [1] (82d-86d) ; Bruxellis, Bibl. Reg. II. 953 (93d-96c) L

Editio: PL 171, 352 C-363 D ; ex cod. S. Germani de Pratis 383; ponitur inter sermones in Adventu, cum titulo fictitio.

Notabilia : Quosdam fontes huius sermonis invenimus. Alii autem nos omnino effugiunt ; ex. gr., in prima parte (353 D-356 B), ubi opponuntur acies diaboli, ipsius quatuor duces et septem satellites aciei Christi regis cum quatuor virtutibus et septem donis. Doctrina autem de triplici libertate (356 C-D) affinitatem habet ad librum II Sent. d. 25, c. 8, (infra, 466s), sed potius trahitur ex opusculo S. Bernardi *De gratia et libero arbitrio,* cc. 2-3 (ut infra, ibidem, indicatur in notis ad textum). De angelis admirantibus Christum ascendentem ad gloriam (360 A-B) breviter disseritur in secundo Sententiarum, d. 11, c. 2 (infra, 382) ; sed fons propius est Glossa interlinearis (360 A) ac deinde (360 B) ordinaria. Ultima pars (361 A-363 D), de Salomone seu Christo diademate coronato, excerptio est usque *ad* litteram, quibusdam additis versus finem, cap. 49 tertii libri *Miscellaneorum* (pseudo-)Hugonis (PL 177, 668) [2]. - Sermo *Egredimini* qui sequitur in editione Beaugendre-Migne (PL 171, 364-368), qui revera est Petri Manducatoris in Annuntiatione (PL 198, 1772-1775), dependet vel ab hoc sermone

1 De ultimo codice, cf. P. B. Roberts, *Stephanas de Lingua-tonante. Studies in the Sermons of Stephen Langton,* Toronto 1968, 141.

2 Hoc capitulum pseudo-Hugonis quandam relationem certe habet ad s. Bernardi *Serm. de diversis* 50 (PL 183, 672 B-673 D), quem D. Van den Eynde credebat esse fontem Lombardi *(Essai chronologique...,* 59, et nota 135).

Lombardi vel ab ipso pseudo-Hugone. Deinde sequitur alter seu tertius *Egredimini* (PL 171, 368-370), de quo infra agetur ubi de sermone dubio (n. 34) quaestio erit.

25 [21], De paschali tempore sive ante Pascha sive post. *Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in viam rectam.* Ieremias [31, 21]. *Pia et salutaris est ista exhortatio qua nos monet Spiritus Dei...*

Codices : C (ff. 227a-228d) ; D (69r-72r) ; E, mancus (92c-93a) ; F (39r-40v ; fragm. 65a-d) ; Q (108b-109c) ; K (92a-95d) ; L : *Quolibet tempore* (97c-101a) ; M (?-99) ; [1] (86d-91d) ; Brugis, Bibi, civit. 28 (10c) ; Bruxellis, Bibl. Reg. 11.953 (96c-98d)[1] ; Paris., Bibi. Nation, lat. 2897 : *Incipit tercia de specula spirituali* (48-54) [2].

Editio: PL 171, 871 C-873 C ; textus imperfectus ex cod. E; quae desunt supplet B. Hauréau, *Notices et extraits* XXXI 1-2, 152-158.

Notanda : Dom. Beaugendre titulum *De vigilantia Christiana* huic sermoni assignat, et bene ; nam sub figura speculae contemplationis et discretionis Magister loquitur de custodia et munitione vitae nostrae. Affinitatem habet iste sermo ad nn. 11 et 31 ; ac praesertim ad n. 17 : uterque enim tractat de quatuor crucibus.

26 [22], In Letaniis. *Bonus est Dominus sperantibus in eum, animae quaerenti illum. Bonum est praestolari cum silentio salutare Dei.* Ieremias [Lament. 3, 5-6]. *Cum faciem Dei nostri semper quaerere debeamus...*

Codices: C (ff. 228d-229d) ; D (72r-73v) ; F (41r-42r) ; G (109c-110b) ; K (95d-98a) ; L: *In rogationibus* (101a-103b).

Editio: PL 171, 567 D-572 A ; ex cod. Andegavensi.

Notanda : Conferri potest doctrina de confessione (568 A-B) ad illam libri IV Sent., d. 17, cc. 1-4 ; et alia de duabus alis orationis, ieiunii scilicet et eleemosynae (569 D), ad sermonem 12 (449 C).

27 [26], De Trinitate et de pascha partim. *Convertimini, filii revertentes, ...vos in Sion.* Ieremias [3, 14], *Non est hoc hominis, sed Spiritus Sancti consilium...*

Codices: C (ff. 229d-231b) ; D (73v-77v) ; F (42r-44v) ; K (98a-102d) ; L : *De contritione et penitentia* (109b-[1]Ib, mutilus in fine, ad col. 436 C) ; [1] (9Id-).

Editio : PL 171, 432 C-439 D ; textus incompletus, ex codice ignoto

1 Cf. P. B. Roberts, *Stephanas de Lingua-tonante...,* 139, 141.

2 Cf. *Bibi. Nationale: Catalogue général des manuscrits latins* III, Paris 1958, 225.

Andegavensi. Quae desunt supplet B. Hauréau, *Notices et extraits* XXXI1-2, 121-124.

Notabilia : Suspicamur ex ipso sermone quod titulus rectius legatur : *De Trinitate et poenitentia.* Quod in doctrina de Ss. Trinitate (435 B-C, et 436 D) dependeat a primo libro Sententiarum (respective scilicet a dist. 2, c. 4, n. 3 ; d. 1, c. 2, n. 4 ; et d. 31, c. 4, n. 3; infra, pp. 64, 56, 231), iam demonstravit D. Van den Eynde Exstat quoddam extractum in cod. Paris., Bibi. Nation, lat. 14804 (cf. B. Hauréau, *Notices* III, 145).

28. Sine rubrica. *Convertimini, filii revertentes,... in Sion.* leremias [3, 14], *Spiritus nos per prophetam leremiam hortatur ut ad eum revertentes convertamur...*

Codex unicus adhuc inventus: K (lIOc-112b) ; ineditus.

Notabilia : Eiusdem auctoris est ac sermo 23 (559C, de amygdalo) et sermo 24 (354 B, de septem spiritibus malis) ; necnon et n. 27 (437 Dss, de quercu Thabor, etc., in I Sam. 10, 3). Loquitur de tribus generibus sacrificiorum, de triplici intelligentia S. Scripturae, de laicis (qui non attingunt intelligentiam spiritualem), et de praedicatoribus : « Praedicemus igitur et commodemus mysticum, moralem et historialem intellectum» (f. 112a). Proinde sine dubio est sermo ad clerum Magistri Petri sive archidiaconi sive episcopi.

29 [27], In Ascensione. *Non est vir in domo sua... reversurus domum suam.* In Parabolis [Prov. 7, 19-20]. *Optatus nobis, dilectissimi, dominicae ascensionis dies...*

Codices : D (77v-80r) ; F (44v-46v) ; K (102d-106b).

Editio : cura D. Van den Eynde, *Deux sermons inédits...,* in *Miscell. Lombardiana* 80-87, ex codd. DF.

Notabilia : Quiddam confert ad doctrinam christologicam auctoris, et pulchre illustrat quomodo « curemus exemplo Christi salubriter ascendere et descendere ».

30. In die (sancto *add.* F) Penthecostes. *Effundam super domum David et super habitatores Jerusalem... precum.* Et : *Ponam duces luda sicut caminum* ignis... *in loco suo.* Zacharias [12, 10, et 5], *Omnibus quae divina sunt cum ingenti reverentia et vehementi cura animi...*

Codices : F (48r-49v) ; K (117c-d, mutilus quia alia folia iam avulsa sunt) ; adhuc ineditus.

Notabilia : Ad initium loquitur de tribus generibus peccandi, ut in secundo libro Sententiarum, d. 43, n. 11 (infra, 577), ac in primo, d. 34, c. 4 (infra, 252, cum nota de

In *Essai chronologique...,* 59-60, et notae 141-143 (ubi sunt quidam errores typographici).

glossa antiquiori in Rom. 1, 20). Deinde de processione aeterna Spiritus Sancti et eius habitatione in hominibus. Ex consequenti apparet quod sermo dirigitur tam ad sacerdotes et praelatos quam ad fideles. Utrum autem hic habeatur ultimus sermo Petri episcopi, in die Pentecoste (15 maii) 1160, non est omnino certum, ut apparet ex discussione de die mortis eius.

31 [29], Sermo communis magistri Petri Lombardi. *Quis dabit mihi pennas sicut columbae, et volabo et requiescam?* [Ps. 54, 7], *Videntur haec verba esse peccatoris...*

Codices : e : *Magistri P.L.* (f. 82c) ; f : *M.P.L.* (80d-82b) ; m : *Inc. sermo communis mag. Hugonis de S. Victore* (125b-126d) ; Paris., Bibi. Nation, lat. 6674: anon. (13c-14c) ; ibid., 14925: anon. (117a-118a) ; ibid., 14948 : *M.P.L.* (74c-76a) ; ibid., 14957 : anon. (137c-139b, mutilus in fine) ; ibid., 16461 : *M.P.L.* (105v-108r) ; Paris., S. Genov, lat. 1423 : *M. Petri Manducatoris* (89d) \

Editio: B. Hauréau, *Notices et extraits* III, 44-49.

Notabilia : In pluribus codicibus, ut apparet ex studiis dom. J. Chatillon, invenitur inter sermones apud Victorinos prolatos. Agit de peccatore in regione dissimilitudinis et de eius reversione unde advolavit. Affinitatem habet ad sermones 12 et 33, necnon et ad diversos locos in libris Sententiarum (cf. infra, pp. 553, 555, in tertia serie apparatus).

32. Sine rubrica. *Facite plaustrum novum et supponite arcam et adiungite duas vaccas... ad sinistram* [I Sam. 6, 7-8, 12], *Philistiim, qui apud se arcam Domini detinebant indigne...* Explicit : *summa quies est. Ad quam nos perducat qui vivit et regnat.*

Codices: K (ff. 114b-115d) ; N (-77b); ineditus.

Notabilia : Quatenus duae vaccae comparantur praelatis et presbyteris, qui arcam Dei trahere debent in sanctitate vitae, non est dubitandum quin hic sermo clero dirigatur sive in synodo sive minus probabile in collatione Ordinum.

33. Sine rubrica. *Assumpsit me spiritus et audivi post me vocem commotionis magnae : Benedicta gloria Domini de loco suo* [Ezech. 3,12], *Vir iste propheticus, Ezechiel scilicet, Spiritu Dei roboratus...*

Codices: K (ff. 106b-108b) ; d (119r-121r> ; Paris., Bibl. Mazarin, lat. 941 (84-) ; Turonis, Bibi, civit, lat. 343 (53v-56r).

1 Cf. J. Chatillon, *Sermones et prédicateurs...,* 32, n°38; quoad cod. Paris., Bibi. Nation, lat. 14925, v. B. Hauréau, *Notices et extraits* III, 310-340, et p. 314 quoad hunc sermonem.

Editio, sine nomine Lombardi : H. M. Rochais, *Une collection de textes divers de s. Bernard dans le manuscript Tours* 343, in *Rech. de Théol. anc. et méd.* 29 (1962) 106-111. Ad p. 109, 78, lege *iuvat.*

Notanda : Iterum agitur de vita Christiana, sub influxu Spiritus Sancti. Plura incorporat aliis communia sermonibus ; ex. gr. quatuor species aversionis et quatuor modos conversionis (cf. n. 12; PL 171, 443 C, 445 C; ac n. 31); necnon et exhortationem ad exeundum de terra et cognatione ut anima introducatur in hortum, in cellarium, in cubiculum (ut in n. 14).

34 [11], Sermo dubius. *Egredimini, filiae Sion, et videte... cordis eius* [Cant. 3,11], *Qui verba tantum sectatur, Salomone teste, nihil inveniet; custos autem prudentiae inveniet bona* [Prov. 19, 7, 8], *In verbis istis, fratres carissimi, ludaeus qui tantum carnalia cogitat...*

Codices : C (ff. 181 d-192d) ; D (30r-30v) ; E (64c-65c) ; a (pp. 444-446) ; c : *Venite egredimini* (81c-82c) ; m (43v-45v).

Editio: PL 171, 368 A-370 C ; ex cod. E.

Notanda : Licet sermo inveniatur in tribus codicibus qui quasi omnes alios sermones continent Magistri (ex quibus C et D nomen Lombardi ad primum folium portant), dubitamus utrum authenticus sit necne : deest in aliis codicibus eiusdem generis (F, G, H, I, K, L), ac in duobus codicibus (a et m) invenitur inter sermones Petri Manducatoris (cui salutatio *fratres carissimi* familiaris erat) L - Ex alia parte, relationem habet tam ad sermonem 24 Magistri Lombardi quam ad alium sermonem super eundem textum s. Scripturae (PL 171, 636-639), qui iuxta B. Hauréau Mauritii est Sulliaci[1]. Sed quae sit relatio inter hos sermones, nescimus. Aut enim iste (n. 34) Petri Lombardi est, qui postea textum expansit in n. 24, dum Mauritius potius n. 34 est imitatus; aut versio originalis in n. 24 invenitur, quam postea Manducator condensavit in n. 34, cuius quandam paraphrasim fecit Magister Mauritius. Haeremus proinde ancipites ; sed forsitan, omni scrupulo deposito, melius esset sequi iudicium B. Hauréau et praedecessorum nostrorum, qui nullam habuerunt difficultatem. Haec tamen solutio nimis facilis nobis videtur.

35 [28]. Sermo spurius. *Spiritu Sancto Isaias edoctus, in anno, inquit, quo mortuus est rex Ozias... replebant templum* [Isai. 6, 1], *Oziam regem luda, quoniam...*

Codices : E (ff. 52b-53b) ; m (30b-33c) ; Paris., Bibi. Nation, lat.

1 Notare iuvat quod Manducator eundem versum s. Script, adhibet in sermone *De annuntiatione* (PL 171, 364 A-368 A ; 198, 1772-1775), in quo repetuntur plures conceptus huius sermonis (id est, n. 34).

2 Cf. *Notices et extraits* II, 168; III, 321.

14867 (122v-127v) ; ibid., 16331 : *Sermo cuius* [= cuiusdam? eiusdem?] *de excellentia sacerdotum* (148d-?) ; etc.1.

Editio: PL 171, 786 A-792 A ; e cod. E, cod. Ebroicensi Peroniano 19 [hucusque non invento], et S. Victoris 272 [= Paris., Bibi. National, lat. 14867], ut notat Dom. Beaugendre.

Notanda : Circa hunc sermonem, qui revera est Hildeberti Cenomanensis, olim regnabat maxima confusio. Secundum enim eundem Beaugendre (PL 171, 339-340), codex E hunc Hildeberto attribuit, quod omnino falsum est ; aequo modo antecessores nostri, qui codicem non viderant et notitias cl. B. Hauréau male intellexerant, eundem Lombardo attribui autumant, quod sustineri nequit. Invenitur quidem inter sermones authenticos nostri Lombardi (E, ff. 46c-93a) ; sed ipse codex originalis omnino anonymus exstabat. Quod Hildeberto restituendus sit, conclusio est Dom. A. Wilmart, cui libenter accedimus 1.

* * *

Studia et commentaria nostra super sermones Magistri Petri indubitanter imperfecta et incompleta se monstrant. Alii nobis comiter alios codices praetermissos indicabunt, et forsitan alios sermones huc usque ignotos, etiam in illis codicibus iam notatis quos examinare nequivimus. Forsitan iterum, quod valde sperandum est, aliquis aliquando eorum editionem completam et arti criticae adeptam conficiet.

Chronologiam sermonum stabilire nobis omnino impossibile videtur. Libenter concedimus quod omnes pertineant ad ultimum decennium vitae Magistri, scilicet ab eius ordinatione ad diaconatum (parum post 1150) usque ad eius mortem, et quod plures forsitan sint Magistri Petri archidiaconi (1156-1159) et alii Petri episcopi (1159-1160). Quod autem pluries inter fontes eorum libri Sententiarum non inveniantur, nihil probat, quatenus thematibus moralibus et spiritualibus non facile se praebent. Tandem, quod ipse Magister eos scriptis commiserit, liquet: fontes enim (ex. gr. in n. 24) adamussim citantur ; quod et rubricae marginales etiam demonstrant.

1 De his et aliis codicibus, cf. A. Wilmart, *Les sermons d'Hildebert,* in *Revue Bénéd. il* (1935) 33 (nota 2), 49, 50; ubicumque scilicet loquitur de codicibus sermonis XCV1I Hildeberti.

2 Cf. A. Wilmart, art. cit., 22, 29, 33, 49s.

CAPITULUM SEXTUM

De Scriptis Spuriis

Praeter libros Sententiarum, Glossas in psalmos et in Apostolum, ac sermones, opera scilicet quae commemorantur in quamplurimis catalogis De viris illustribus[1] ac chronicis medii aevi[2], immo et in epitaphio eius tumuli (de quo supra), omnia alia nostro Magistro Petro attributa, ut aestimamus, ut spuria vel saltem valde dubia merito haberi debent[3]. Nihilominus ad quaestionem proponendam et solvendam operam damus prout oportet.

1. *Apologia,* quam Lombardus in sui defensionem adversus Ioannis Cornubiensis *Eulogiam ad Alexandrum Papam tertium* scripsisse fertur. De qua Ioannes Leland : « *Eulogium* a Ioanne scriptum causa inimicitiae magna fuit inter eum et Petrum Longobardum Theologum insignem ; cuius et adhuc penes me exstat *Apologia,* quae *Eulogia* Coriniani accurate, severe et acute respondet, et veluti cum hoste de triumpho ambitiose miles veteranus contendit »[4]. Sed certum est quod *Eulogium* exaratum est « brevi nimis et celeri stilo », ut dicit ipse auctor, quando « imminebat Concilium» Lateranum III (1179), ac postea aliqualiter retractatum ab eodem[5]*; unde quasi viginti annis post mortem Lombardi. Ex alia parte, si *Apologia* quam Lelandus in manibus habuit eadem est ac quidam tractatus auctoris ignoti : *Obiectiones contra eos qui dicunt quod Christus*

1 Cf. N. Having, Two *Catalogues of Mediaeval Authors,* in *Franc. Studies* 26 (1966) 195-211, praesertim 202 et 211 ; id., *Der Literaturkatalog van Affligent,* in *Revue Bénéd.* 80 (1970) 64-96, et hic p. 86 ; etc.

2 Cf. supra, p. 47*, n. 1, ubi profertur testimonium Alberici de Tribus Fontibus ; p. 53*, n. 1, ubi commemorantur verba Roberti Altissiodorensis (qui haec praemittit: «Petrus volumen edidit Sententiarum quatuor distinctum libris, diversis veterum doctorum auctoritatibus communitum », ante testimonium de glossis Magistri) et Vincentii Bellovacensis. Vide etiam Ios. de Ghellinck, *Les opera dubia vel spuria attribuées à Pierre Lombard,* in *Revue d'Hist, eccl.* 28 (1932)829-833, ubi loquitur de aliis testibus.

3 Cf. Ios. de Ghellinck, art. cit., 833-845 ; et id., art. *Pierre Lombard,* in *Diet. Théol. Cath.* XII, 1974-1978.

4 *Commentarii de scriptoribus britannicis,* cap. 200, Oxoniae 1709, I, 227 ; et HLF XII, 603.

5 Cf. editio nova in N. M. Haring, *The Eulogium ad Alexandrum Papam tertium of John of Cornwall,* in *Mediaeval Studies* 13 (1951) 253-300 ; vide *Retractatio,* ibid. 256, et textum, 257-300. Habes textum mendosissimum in PL 199, 1043 A-1086 B.

non est aliquid secundum quod est homo, a saeculis intitulatus *Apologia de Verbo incarnato,* etiam corruit narratio Lelandi. Nam tractatus iste, scriptus ante 1170, potius dirigitur contra Lombardum quam in eius favorem ; insuper inter fontes erat loannis Cornubiensis L

2. Tres *Epistolae.* luxta loannem Alb. Fabricium, « in bibliotheca Paulina Lipsiensi » inveniebantur tres epistolae : una *Epistola Arnoldi Metensis Ecclesiae Praepositi ad Petrum Lombardum,* et duae *Lombardi Epistolae ad Philippum Archiepiscopum Remensem*[1]. At tempore quo dictae epistolae scribi debuissent, nullus Arnoldus invenitur inter dignitates ecclesiae Metensis, nullus Philippus inter praesules Remenses[2].

3. *Practicae theologiae methodus,* opus ignotum quod secundum Anton. Sanders asservatum erat anno 1644 in bibliotheca abbatiae Afflighemensis in Belgio L Forsitan sufficit ipse titulus ad opus reiciendum.

4. *In concordiam evangelicam,* quidam commentarius, ut videtur, qui primo Lombardo attribuitur a Martino Lipenio sub anno 1685 s. Probabilius confundit nostrum Petrum cum Petro Cantore, qui glossam adhuc ineditam *Super Unum ex quatuor* composuit, scilicet super concordiam evangeliorum Ammonii (PL 68, 255-358) ; vel minus probabiliter Longobardum cum Zacharia Chrysopolitano, qui etiam sed ante Cantorem (scilicet c. 1140-1145) glossam homonymam compilavit (PL 186, 11-620).

5. *Glossa ordinaria.* Quod Magister Petrus Bibliam glossatam possidebat, paucis libris exceptis, ex ipsius obituario apparet[3]. Ex aliis fon-

1 Cf. N. M. Haring, *The so-called Apologia de Verbo incarnato,* in *Franc. Studies* 16 (1956) 102-143; textus editur, 110-143; quaedam correctiones offeruntur in *Franc. Studies 17* (1957) 85. Editio antiquior exstat in PL 177, 295-316.

2 In *Bibliotheca latina mediae et infimae aetatis* IV, ed. loan. D. Mansi, Patavii 1754, 264a. Cf. etiam R. C. Oudinus, *Commentarii de scriptoribus eccl.* II, Lipsiae 1722, 1220.

3 Cf. L. Ott, *Untersuchungen zur theol. Briefliteratur der Friihscholastik,* BGPTMA 34, Münster 1937, 81-82. Dom. J.-F. Clément, auctor notitiae in HLF XII, 603, n. 1, legere voluisset *ad Philippum archidiaconum Parsiensem ;* sed in vanum, quatenus (ut iam notavimus, supra, p. 34*) Philippus creatus est archidiaconus solum anno 1160, post mortem Petri episcopi ; cf. *Kech. de Théol. anc. et méd.* 32 (1965) 286s ; et *Antonianum* 41 (1966) 486s.

4 In sua *Bibliotheca Belgica manuscripta* II, Lille 1644, 147.

5 M. Lipenius, *Bibliotheca realis theologica* I, Francofurtiae 1685, 639. Duae editiones indicat eiusdem, scii. Parisiis 1483 et 1561 ; quae secundum peritos omnino suppositiciae evadunt. De ipso Lipenio (1630-1692), cf. L. Moreri, *Le grand dictionnaire historique* V, Paris 1746, 523.

8 Cf. *Obituarium Ecclesiae Parisiensis,* supra, p. 19*s.

tibus, praesertim ex dictis Magistri Stephani Langton, ut infra videbitur, suspicamur quod tales libri textum sacrum iam correctum praebebant. Quod autem Lombardus sit ipse auctor Glossae ordinariae non inde sequitur. Nihilominus decursu temporum occurrit quod tota Glossa ei aliquando attribuitur in ipsis codicibus vel in catalogis bibliothecarum L Fatum habent libri. Sed mirabile est in oculis nostris quod quidam in diebus istis quaestionem in serium ita vertat ut Glossam ordinariam Lombardo vindicare velit[1]. Quae tamen causa iam satis dissolvitur [3].

6. *Alia opera scripturistica.* Aequo modo et iure reicienda sunt ut non authentica quamplura opuscula exegetica quae, licet anonyma in quibusdam exstent codicibus, in aliis manu ignota Lombardo concreduntur[4]. Quae opuscula, ut in pluribus, accessus sunt, ut dicunt, ad singulos libros sacrae paginae. Quaedam certo relationem habent ad opera Petri Manducatoris ; alia autem ad opera Petri Pictaviensis, discipuli et praepositi scholarum Petri Manducatoris : in alto enim medio aevo magna regnavit confusio inter hos tres homonymos. Manducatorem, ut nobis apparet, quodammodo illa opuscula tangunt in quibus sensus invenitur historicus[5] ; alia autem fundari videntur super *Allegorias super taberna-*

1 Exempli gratia, diversi codices conventus Fratrum Minorum S. Crucis, Florentiae, nomen portant Lombardi, quod forsitan inscriptum erat occasione catalogi c. 1450 compilati; de quo cf. C. Mazzi, *L'inventario quattrocentistico della biblioteca di s. Croce in Firenze,* in *Rivista delle Biblioter.be e degli Archivi* 8 (1897), 16-31, 99-113, 129-147; in specie, 24-25: *Genesis glosatus secundum Magistrum Sententiarum,* etc. Codices postea ad Bibliothecam Mediceo-Laurentianam translati sunt, sed eadem notitiae transierunt in catalogum Ang. M. Bandini (IV, 334-346, ac 349-350). Sed quaedam ex eisdem Glossis alibi anonymae exstant; de quibus et aliis, cf. B. Smalley - G. Lacombe, *The Lombard's Commentary on Isaias and other Fragments,* in *The New Scholasticism* 5 (1931) 151-155.

2 Ita fecit H. H. Glunz, *History of the Vulgate...,* 213-245.

3 Vide B. Smalley, *Gilbertus Universalis, Bishop of London (1128-34) and the Problem of the « Glossa ordinaria »,* in *Rech, de Théol. anc. et méd.* 8 (1936) 24-44; et notas nostras quoad Glossam ordin. in Genesim (infra, 329, 367, 390, etc.). Quis iterum esset *expositor* in Gen. 24, 57 (infra, 474, n. 9) si eundem librum exposuisset ipse Lombardus?

4 Cf. Fr. Stegmiiller, *Repert. Bibl.* nn. 6625-6636 ; 6637, 1-5; 6638-6653 (t. IV, 317ss). Quod exempli gratia quidam Carthusiaiius de Rnechtsteden prope Coloniam saeculo XIV, id est duobus saeculis post mortem Magistri, huic assignare possit quandam seriem prologorum seu accessuum ad diversos libros Veteris et Novi Testamenti (ut in cod. Bruxellis, Bibi. Reg. 214 [1485-1501], ff. 66r-69v, et 110r-113v), quae in Clm 2627, Salisburg. S. Petr. A V 44, etc., traditur sine nomine auctoris, nostram excedit credulitatem. De codice Bruxellensi cf. B. Smalley, *The Lombard's Commentary on Isaias...,* in *The New Scholasticism* 5 (1931) 134-137.

5 Cf. in specie, Fr. Stegmiiller, RB, nn. 6628, 6629, 6632, 6648 (cf. n. 6575), 6649 (= 6576, 1), 6650.

culum Moysis Pictaviensis[1] ; duo directe dependent a Glossa Lombardi in Apostolum, utpote excerptiones verborum eius[2].

Ille autem accessus seu prologus ad Ezechiel : *Dum medium silentium* [3], quatenus haec tria ponit silentia : « primum sub lege naturae, secundum sub lege litterae, tertium sub prophetis », manifeste contradicit interpretationi Lombardi : « Tria sunt silentia : primum fuit ante legem, secundum sub lege, tertium in gloria erit »[4]. — Idem dicendum est de quadam *glossa super illum locum in lohele* [1, 14] : *Sanctificate ieiunium* [5], nam militat contra doctrinam Magistri in libro quarto Sententiarum (dist. 16, c. 1) et in sermone 12 : *In prima dominica quadragesimae.*

Quaestio maioris momenti agitatur circa glossam in Isaiam, utrum scilicet Lombardus, qui inter omnes prophetas Isaiam praedilectum semper habebat, praesertim in sermonibus suis, propriam glossam conscripserit in illum. In primis, Magister Stephanus Langton, qui *Glossas super glossas Ysaie* composuit[6], semel versionem seu textum prophetae citat quasi correctum a Magistro Petro : scilicet ad Isai. 8, 9 : *Congregamini, populi, et vincimini, et audite :* « Nota quod Lombardus non habet hic hoc verbum *vincimini,* sed Ieronymus habet. Lombardus enim sic dicit : *Congregamini, populi, et audite* »[7]. Iterum differentias notat inter Glossam ordinariam et Lombardum ad Isai. 7, 13 ; 7, 14 ; 8, 14 ; et 9, 18. Cum autem ad Isai. 7, 14, comparationem faciat inter suum exemplar et illud Lombardi : « Ubi nos habemus in interlineari *affectibus,* Lombardus habet *aspectibus* »[9], concludi licet recursum habuisse Magistrum Stephanum ad

1 Iterum, ibid., nn. 6625 (= 6777), 6626, 6634 (?), 6640 (= 6784, 4).

2 Ibid., n. 6652: «Sicut in veteri testamento post legis mosaicae eruditionem... finem tenet epistola. Praemittit autem salutationem, dicens : Paulus servus, etc. », conferatur ad Prologum Magistri :« Sciendum igitur quod sicut in Veteri Testamento... epistola. Praemittit... » (PL 191, 1297 A-1302 C) ; unde aut excerptio est aut abbreviatio. — Ita et n. 6653 : «Paulus, doctor egregius, gentium apostolus... primo igitur comparans eum prophetis, ait : Multifariam etc. », nihil aliud est quam verba introductoria in Hebr. (PL 192, 399 C-401 A).

3 Cf. RB, n. 6642 (IV, 326).

4 Cf. Sermo 7: *In Circumcisione Domini* (PL 171, 397 D) ; et Glossa in Gal. 2,23, ut supra notavimus tractando de fontibus istius Glossae.

5 Cf. RB, n. 6645 (IV, 327); textus editur a B. Smalley, art. cit., in *The New Scholasticism* 5 (1931) 159-160.

6 Cf. O. Lacombe, B Smalley, A. L. Gregory, *Studies on the Commentaries of Stephen Langton,* in *Arch. d'Hist, doctr. et Utt. du moyen âge* 5 (1931) 35.

7 Cf. B. Smalley, art. cit., in *The New Schol.* 5 (1931) 132; RB n. 6640, 1 (IV, 326).

8 Cf. B. Smalley, ibid.

9 In B. Smalley, *La Glossa ordinaria. Quelques prédécesseurs d'Anselme de Laon,* in *Tech. de Théol. anc. et méd.* 9 (1937)400.

Bibliam glossatam Lombardi in bibliotheca S. Mariae. Unde apparet quod Magister Petrus propriam glossam in prophetam non confecerit[1].

Quid inde dicendum est de opusculo quodam : *Prologus magistri petri longobardi in Ysaiam prophetam ?* Quod opus ita incipit : « *Facies vectes de lignis sethim quinque... quos operies laminis aureis* [Exod. 26, 26-27 et 29]. Quinque vectes qui tabulas in uno latere tabernaculi continent, sunt quinque libri legales... »[2]. Quatenus, ut videtur, alligatur toti seriei allegoriarum de tabernaculo, nonne Petro Pictaviensi vel eius scholae rectius adiudicandum? Opus autem haud spernendum est ; influxum enim habet, ut aestimamus, in prologum Magistri Hugonis de S. Caro, O. Pr., in Isaiam [3].

* * *

Proinde quod reapse Magister Lombardus nobis reliquerit tantum suas glossas in psalmos et in epistolas beati Pauli, quosdam sermones, ac libros quatuor Sententiarum, fructus erit huius brevis dissertationis. Nunc ergo tempus est ut ad libros Sententiarum studia nostra dirigantur.

CAPITULUM SEPTIMUM

De Libris Sententiarum

Sicut Gratianus inter canonistas Magister dicitur antonomastice, sic Petrus Lombardus inter theologos iam a primis suis discipulis Magister semper salutatur, et postea frequentius etiam Magister Sententiarum, lustam enim famam sibi statim accumulavit opus eius theologicum, ut apparet ex multiplicitate codicum saeculi XII ; et ampliorem etiam post annos 1223-1227, quando Alexander Halensis qua magister regens Parisius primum illud accepit in textum ordinarium lectionum suarum,

1 Coaetaneis suis famosissimus erat Steph. Langton ut corrector textus sacri, sicut apte demonstrat eadem illustris B. Smalley, in *The Study o/ the Bible in the Middle Ages,* Oxford 1952, 219-221.

2 Titulus sumitur ex cod. Bernae, Stadtbibl. A 94 (saec. XIII), f. 7r ; exstat etiam in cod. Bruxell. iam notato (ff. 67-68) ; ed. B. Smalley, in *The New Schol.* 5 (1931) 156-158 ; cf. RB n. 6640.

3 Cf. *Opera omnia* IV, Venetiis 1754, f. 2a-b.

quod mox, c. 1240-1245, in usum venit facultatis theologiae L Et merito, quatenus inter omnes summas et sententias eminebat illius temporis ; alias enim superabat in expositione doctrinae, problematum et opinionum [1], licet reapse quasdam quaestiones seu locos theologicos praeterierit, de natura puta et constitutione Ecclesiae, de significatione Christi resurrectionis in historia salutis, necnon et quasdam alias doctrinas soteriologicas.

A. Historia Textus.

Nobis ergo hic incumbit, antequam principia stabiliuntur in capitulo proximo huius novae editionis, quodammodo illustrare historiam textus et eius compositionem, sive ex fontibus unde doctrinam hauserit Magister sive ex circumstantiis externis seu ex paucissimis testimoniis quibus discipuli Magistri vel alii velum historiae detegunt et ita obscuritatem quaestionis quodammodo illuminant.

1. De Fontibus.

Quod libri quatuor Sententiarum, praesertim in quibusdam capitulis secundi et tertii libri necnon et in quasi toto libro quarto, vix compilationem sagacem excederint, omnibus iam notum est. Unde oportet quaestionem fontium quodammodo indagare.

1. *Glossae ipsius Magistri.* Libri Sententiarum, uti iam apparuit ex investigationibus nostris, saltem in parte fructus sunt aliorum operum Magistri, scilicet Glossae eius in psalmos et praesertim in Apostolum. Non solum enim ei auctoritates quamplures suppeditant, sed etiam quandoque quaestiones theologicas quibus abundant. Unde in tertia serie notarum textui appositarum quaesivimus locos parallelos seu fontes indicare in illis Glossis ; quos non semel etiam interpretari et corrigere potuimus

[1] Ante annum 1255 exemplar Sententiarum usque ad extremum terrae cognitae pervenit! Nam quando iter arripuit Fr. Guillelmus de Rubruc, O. Min., ab Accon ad Tartaros anno 1252, inter impedimenta sua, ut ipse retulit, secum portavit Bibliatn quam ei dedit sanctus Ludovicus IX, Psalterium notatum, donum dominae Reginae, et Sententias et alios libros quos diligebat. Cf. *Itinerarium Willelmi de Rubruc,* ed A. van den Wyngaert, in *Sinica Franciscana* I, Quaracchi 1929, 202, 204.

[2] Hic lubet recordari iudicium Lud. Ott: «In keinem anderen Sentenzenbuch spiegeln sich die Lehrmeinungen der hauptsachlichsten theologischen Schulen dieser Zeit so gut wider als in den Sentenzen des Petrus Lombardus » ; in *Untersuchungen zur theol. Briefliteratur...,* 208.

mediante Floro Lugdunensi, qui fons principalis erat auctoritatum beati Augustini.

2. *Quaedam opera Augustini.* Nihilominus ipse textus Sententiarum revelat, ut aestimamus, quod post illas Glossas iam compositas Magister quosdam libros Augustini in seipsis cognoverit, inter quos enumerari possunt *Enchiridion, Retractationes, Liber 83 (84) Quaestionum, De doctrina Christiana,* forsitan et quoddam florilegium operis *De Trinitate* x. Quibus addi licet pseudo-Augustini seu Fulgentii *De fide ad Petrum* 1. Ex alia parte sole clarius est quod tantum mediante Glossa ordinaria in Genesim opus Augustini cognoverit *De Genesi ad litteram.*

3. *Glossa ordinaria.* Quae Glossa ordinaria, non tantum in Genesim sed et in alios libros, praesertim in prophetas et in evangelia, fons perennis Magistro fuit, unde et plures auctoritates extraxit. Sed, nisi alia loca nos evaserunt, bis tantum citatur ut expositor, pluries ut auctoritas 3. Unde apte manifestatur nexus quo Magister ligatur scholae et traditionibus Anselmi Laudunensis. Quem etiam illustrare quaesivimus, lectorem referendo ad sententias et doctrinam scholae eiusdem, quamvis fons immediatus esse non semper appareant.

4. *Summa sententiarum et opera Hugonis de S. Victore.* Eandem autem traditionem sequuntur duo opera quae inter fontes primarios Magistri inveniuntur, *Summa sententiarum* quam iam nominavimus, ac Hugonis de S. Victore *De sacramentis Christianae fidei.* Passim ergo citantur in notis quae compositionem textus illustrant.

5. *Petrus Abaelardus.* Ex alia parte, immo quasi ex alia traditione, nomen Magistri Petri Abaelardi praeterire non possumus, praesertim si recordamur testimonium loannis Cornubiensis, qui auditor fuit Lombardi paulo ante electionem eius in episcopum Parisiensem. Exponens enim tres opi-

1 Circa hoc ancipites haeremus ; patet enim quod opus seu collectanea Flori Lugdunensis non sufficerent, nec alia quae a cl. curatore editionis novissimae indicantur (in CCL 50A, 589ss) ; sed ex alia parte difficile esset demonstrare quod totum opus Augustini prae manibus habuerit Magister.

2 Cf. tamen infra, pp. 82, et 102, ubi sub titulo *De fide ad Petrum* bis citatur *De fide et symbolo ;* unde probabiliter sumuntur hae auctoritates de quodam fonte secundario (non autem de Floro). Nihilominus hoc opus Fulgentii iam nominavit Magister in Glossa primitiva in Rom. 1, 3 (cf. infra, p. 76, ad cap. 4).

3 Vide quaedam exempla infra : « expositor » citatur, p. 474, nota 9 ; et p. 481 ; « auctoritas » autem, p. 146, n. 4 ; p. 539, nota 1 ; p. 561, nota 2 ; ac postea in tertio libro, d. 15, c. 1, n. 4; et d. 16, c. 1, n. 2; et in quarto, d. 4, c. 4, n. 7.

niones de incarnatione quas Magister recitaverat in libro III, d. 6, et d. 7, c. 1, tertiam Lombardo propriam esse designat et fontem probabilem indicat: «Quod vero a magistro Petro Abailardo hanc opinionem suam Magister Petrus Lumbardus accepit, eo magis suspicatus sum quia librum illum [scilicet *Theologiam 'Scholarium'*] frequenter prae manibus habebat, et forte minus diligenter singula perscrutans ut qui ex usu magis quam ex arte disputandi peritiam haberet falli poterat»[1]. Indubitanter non solum *Theologia 'Scholarium'* inter fontes invenitur[2][3] sed etiam quandoque vehementer oppugnatur[4]. Hucusque autem nullam rationem invenimus ad alios Abaelardi libros (praeter forte *Sic et non)* inter fontes Sententiarum adnumerandos, eius scilicet commentaria in Epistolam ad Romanos vel *Theologiam Christianam*[5].

6. *Ivo Carnotensis et Gratianus.* Inter fontes Sententiarum enumerari debent duo principes iuris canonici, scilicet Ivo Carnotensis episcopus († 1116), auctor *Decreti* ac *Panormiae,* et Ioannes Gratianus magister Bononiae, cuius *Concordia discordantium canonum* (c. 1140) usu posteriori *Decretum Gratiani* nominatur. Non obstantibus quibusdam notis textui infra adiunctis (pp. 62, 275, 375), influxus Gratiani reapse primo apparet in Libro III, d. 31, c. 1 ; dein in dist. 38-39 ; ac postremo quasi per totum quartum librum. Eodem quasi passu ingreditur etiam Magister Ivo, quatenus, ut videtur, opera utriusque prae manibus habuit Lombardus in eisdem quaestionibus. Nos autem oculos attentos habere debemus, ut influxus alterius distinguatur. Licet enim primatum Gratiano concedat Magister, eo quod dicta eius aequi ponderis sunt ac *Summa sententiarum* et opera Hugonis de S. Victore, quandoque Lombardus videtur textum suum ex utroque fonte composuisse. Unde uterque in notis plerumque citatur.

1 Cf. *Eulogiam ad Alexandrum Papam tertium,* c. 3 ; ed. N. M. Haring, in *Mediaeval Studies* 13 (1951)265; ibidem etiam loquitur de seipso qua auditore Lombardi.

2 Vide infra, pp. 63-67, 98, 100s, 115-117, 330s, 461s ; et optimam dissertationem D. E. Luscombe, in suo *The School of Peter Abelard,* 263-280.

3 Ex. gr., infra, 105, 211, 268, 298-306. Alia loca inveniuntur in libro tertio et quarto.

4 Textus libri I et II iam typis impressus exstabat (a mense febr. 1970) quando nova apparuit editio P. Abaelardi cura et studio E. M. Buytaert, O.F.M. (Corpus Christianorum, Continuatio Mediaevalis XI-XII); adhuc desideratur, dum haec verba scribimus, editio nova (tom. XIII) *Theologiae 'Scholarium',* necnon et *Sic et Non* (tom. XIV-XV).

5 Cf. O. Le Bras, *Pierre Lombard, prince du droit canon,* in *Miscell, Lombardiana,* 245-252 ; de ipso Gratiano, cf. J. Rambaud, in G. Le Bras, Ch. Lefebvre, J. Rambaud, *L'Age classique 1140-1378. Sources et théorie du droit,* Paris 1965, 49-129. Quod opera Ivonis fons erant Gratiani, monstratur ibid. 51-64.

7. *loannes Damascenus.* Usque adhuc proh dolor impossibile esse videtur determinare quomodo et quando *Decretum* Gratiani Parisius perventum sit. Restat autem semper possibile quod occasione sui itineris italici circa finem anni 1154 ipse Lombardus Bononiam pertransierit et ibi exemplar libri obtinuerit, ita ut primus fuerit qui *Decretum* Parisius perduxerit.

Quamvis autem hoc hypothesim non excedat, certum est quod eadem occasione textum quod antea Basilio Magno attribuerat nunc partem esse recognovit libri de Trinitate, ut ipse dicit (infra, p. 167), loannis Damasceni quem Papa Eugenius III transferri fecit in latinum. Qui liber exinde inter fontes Sententiarum intravit, primi scilicet libri[1] ac tractatus de incarnatione in libro tertio. Sed rei non desunt quaedam difficultates. Quare puta, inter alia, illis solis capitulis versionis Burgundionis utitur Lombardus quae alteri versioni (Cerbani?) respondent, capitulis scilicet 46-52 (seu libr. III, cc. 2-8), multa alia materia de fide, de sacramentis, de creatione, etc., praetermissa? Item, in primo libro quare citatur Damascenus iuxta versionem Burgundionis, dum in tertio libro quandoque ambae versiones intertexuntur? Cur denuo in primo libro verba Damasceni ita textui incorporantur ut ad argumenti integritatem pertineant, sed in tertio libro, praeter dist. 2, cc. 1-2, et dist. 7, c. 1, n. 9, quasi semper ita introducuntur (ex. gr. ad finem capituli) ut potius quaestionem illustrent quam demonstrent? Quod apparet,, verbi gratia, in libro III, circa finem dist. 3, c. 4, n. 4. Item, in dist. 5, c. 1, duae auctoritates Damasceni offeruntur post illam longam disceptationem, iam supra notatam, utrum persona personam, vel natura naturam, etc., assumpserit, quae pars erat versionis primitivae in Rom. 1,3; quod etiam dicendum est de cap. 2 dist. 8.

Haec certe aliquid dicunt de tempore et modo compositionis Sententiarum ; sed quid nobis innuere velint, nescimus. Forsitan hoc tantum, quod deficiente tempore vel pecunia vel utraque Romae Petrus obtinuerit exemplatum illorum tantum capitulorum quae iam in altera versione ei innotuerant. Sufficiebant autem haec ad Dominum Gerhohum ira postea accendendum[2].

8. *Alii fontes.* Post consistorium Remense (1148), ubi Gilbertus de la Porrée plurima sua argumenta sumpserat de operibus beati Hilarii, praesertim de tomis *De Trinitate,* eadem coluit etiam noster Lombardus ;

1 Cf. infra, pp. 161, 167, 168, 196, 205s, 243.

2 Cf. opusculum *De gloria et honore Filii hominis,* c. 2 (PL 194, 1080 D, 1082 D).

quae inde inter tontes Sententiarum inveniuntur, inprimis in libro primo et tertio. Aliud autem opus Hilarii, *De synodis* scilicet, solum post Sententias compositas cognovit ; raro enim illud citatur, et semper in notulis marginalibus seu glossis volatilibus r. — Nec praetereundum est opus Juliani Toletani, *Prognosticon futuri saeculi,* quod inter tontes habetur tractatus de novissimis (in libro IV, dist. 43-50), unde etiam quaedam verba inserta sunt in Prologo totius operis (infra, p. 4)1.

Certo certius non omnes fontes quibus usus est Magister iam deteximus ; proinde additiones et correctiones peritorum libenter accipimus. Hae tamen nostrae indagines unacum notis quae textum illustrant inservire possunt ad veritatem verborum Magistri demonstrandam quae opere completo scripsit in suo famoso Prologo *Cupientes* : « In labore multo ac sudore volumen Deo praestante compegimus ex testimoniis veritatis in aeternum fundatis, in quatuor libros distinctum. In quo maiorum exempla doctrinamque reperies » et « Patrum sententias, appositis eorum testimoniis » (infra, p. 4).

2. De Tempore Compositionis.

Omne punctum indubitanter feret, qui hanc quaestionem nodosissimam expediet! Quot enim ante nos inscii novitatum quas deteximus sudore multo et labore solutionem quaesierunt, quin forsitan rem ad finem perfectum deduxerint. Nunc et nos angustiamur et ingemiscimus usque adhuc prae eadem quaestione ; sed quamvis aporiemur, non desperamus. Consolationem nostram invenimus in verbis Magistri Bernardi Carnotensis, qui forsitan amicus exstabat Magistri Petri : « Nos [sumus] quasi nani, gigantium humeris incidentes, ut possimus plura eis et remotiora videre, non utique proprii visus acumine aut eminentia corporis, sed quia in altum subvehimur et extollimur magnitudine gigantea »3.

1. *Sententia aliorum.* Inprimis summarium quaestionis prout anno 1916 exstabat praebent antecessores nostri4. Secundum illud, Bulaeus (1665) et Protois (1881) opus scriptum dicunt anno 1152; Fournier (1898), 1150-1152; Denifle, iam initio anni 1150 terminatum, quia *Metamor-*

1 Cf. infra, pp. 91, 227, 228, 231 ; et in libro III, d. 15, c. 3, n. 6.

2 PL 96, 453-524; cf. N. Wicki, *Das «Prognosticon futuri saeculi» Julians von Toledo ais Quellenwerk des Petrus Lombardus,* in *Divus Thomas* (Fr.) 31 (1953) 349-360.

3 Quae verba refert Joannes Saresberiensis, in suo *Metalogico* III, 4 (PL 199, 900 C).

4 In secunda editione Sententiarum (1916), XXXV-XXXVI.

phosis Goliae nominat «celebrem theologum... Lumbardum». Eodem argumento concludunt Pp. Editores opus Magistri probabiliter exaratum esse inter 1145-1150. Cui argumento aliud addunt ex usu operis Damasceni, quod versum fuit in latinum circa annos 1148-1150 ; quem tractatum dum Romae esset circa 1149-1150 cognovit Lombardus. «Ex quibus omnibus recte concludere licet Lombardi opus iam anno 1150 absolutum fuisse ».

Postea los. de Ghellinck, S.L, qui iustissime inter gigantes adnumeratur, huiusmodi argumenta novo examini subiciens, ad conclusionem novam pervenit, quod scilicet Lombardus opus monumentale hieme an. 1151-1152 vel parum post ad finem perduxerat. Hanc opinionem in litteris fundavit Eugenii Papae tertii die 19 ianuarii 1152 quibus Pontifex Henricum Bellovacensem episcopum exoravit ut Magistro Petro *(latori praesentium)* praebendam in eadem ecclesia concederet L Unde deduxit quod hac nacta occasione ad Curiam Romanam Magister Lombardus opus obtinuerit Damasceni ; et quod proinde mox libris Sententiarum finem felicem imposuerit[1]. Hanc argumentationem postea Franc. Pelster reiecit ut omnino improbabilem, ut supra vidimus disserendo de vita Lombardi ; agitur enim in litteris pontificiis de quodam Magistro Petro qui diocesi Bellovacensi pertinebat[34] Fallit etiam huiusmodi illatio ex eo quod litterae supranominatae Segniae dabantur, non Romae.

Hac inde aliisque rationibus quasi inconcussis inductus, Dam. Van den Eynde annos 1155-1157 proposuit ut terminum probabiliorem ante quem Sententiarum 'L Quam affirmationem huc usque omnes acceperunt. Unde nobis incumbit aut eandem corroborare et meliorare aut reicere. Quaenam erit nostra conclusio determinari nequit nisi exponamus quid certum sit, quid adhuc sub lite maneat.

2. *Sententia nostra.* Petrus Lombardus, ille vir venerabilis quem S. Bernardus abbati Gilduino commendaverat, certissime fuit canonicus S. Mariae Parisiensis et iam celeber theologus circa annum 1145. Sed quamnam materiam et quomodo docuerit in primis annis sui magisterii, nescimus. Solummodo post consistorium Remense (1148), uti supra visum

1 Cf. supra, p. 18*.

2 Cf. I. de Ghellinck, art. *Pierre Lombard,* in *Diet. Théo!, Cath.* XII, 1963; *et Le mouvement théologique du XIIe siècle,* ed. 2, 216, 288.

3 Cf. supra, p. 19*, n. 2.

4 Cf. *Nouvelles précisions chronologiques sur quelques oeuvres théologiques du XIIe siècle,* in *Franc. Studies* 13 (1953) 100-118 ; et *Essai chronologique...,* in *Miseell. Lombardiana,* 57-58.

est, versionem primitivam (seu rectius redactionem antiquiorem nobis notam) Glossae redegit in epistolas.

a) *Post 1154.* Quod mediante eadem Glossa quamplures quaestiones theologicas tractare potuisset, non dubitamus. Sed, ut nobis videtur, anno scholastico 1155-1156, hunc modum docendi reliquit, ac inde libros Sententiarum in forma quam posteritati tradidit compingere coepit. Quod duabus rationibus inconcussum redditur. Primo, quia, abstractione facta ab omni relatione ad Lombardum, monstrari potest quod versio Burgundionis libri Damasceni *De fide orthodoxa* solum post mortem beati Eugenii III (8 iulii 1153) absoluta fuerit: deest enim epistola dedicatoria, quae Burgundionis duobus operibus prioribus praefigitur, et in titulo istius novi operis, etiam in codicibus antiquioribus, Eugenius salutatur ut 'beatae memoriae' x. Proinde, concludere oportet quod haec versio lucem vidit solum circa finem 1153 vel anno sequenti. — Ex alia parte, non sine influxu huius facti, ut libenter concedimus, iter italicum Magistri nostri mensibus septembri-decembri an. 1154 assignatur, quando ad limina apostolica socius fuit Theobaldi Parisiensis episcopi[1]. — Unde sequitur quod terminus post quem Sententiarum (vel saltem libri primi et dist. 1-22 libri tertii, ubi frequentius occurrit nomen et doctrina Damasceni) poni debet mitium anni 1155.

Ad quam conclusionem aliqualiter confirmandam, vim aliquam habent, ut nobis videtur, verba Magistri in primo libro, dist. 14, c. 3, in quaestione « utrum et sancti viri [Ecclesiae scilicet praelati, ut ex rubrica ad n. 1 deducitur] dent vel dare possint aliis Spiritum Sanctum » (infra, pp. 129-130). Nec aliis dant (n. 2) nec etiam dare possunt, secundum doctrinam Augustini ; unde Magister concludit : « His verbis expresse dicit nos Spiritum Sanctum non posse super alios effundere, id est aliis dare » (n. 3, p. 130). Sed quid sibi vult illud *nos,* nisi quod Petrus iam sacerdos factus erat ? Quod autem presbyter ordinatus fuerit solum circa an. 1154, nobis omnino probabile videtur [3].

b) *Terminus ante quem: 1158.* Facilius forsitan est tentamen terminum ante quem determinandi. Certissimum enim est quod opus perfectum fuerit ante consecrationem Magistri Petri in episcopum, scilicet ante festum Ss. Apostolorum Petri et Pauli 1159. Sed indubitanter terminus

1 Cf. Introduci, editoris E. M. Buytaert, ad St. *John Damascene De fide orthodoxa,* IX-XV. Vide etiam ipsa verba Lombardi, infra, p. 167, lin. 21-23.

2 Vide supra, p. 32*.

3 Cf. supra, p. 25*.

verus ante quem componerentur libri Sententiarum hunc diem multum antecessit. Immo, ut videtur, poni debet ante annum scholasticum 1158-1159, propter duas rationes. Primo, quia secundum testimonium codicum Glossae in Apostolum, textum eiusdem, praesertim in Epistolam ad Romanos, Sententiis iam completis, Magister recensuit ac quasdam glossas volatiles adiunxit. Ex alia parte, secundum testimonium Magistri Herberti de Boseham eodem anno scholastico, parum scilicet antequam « in Parisiorum antistitem promotus » fuit « et post in brevi humanis rebus exemptus » [1] Glossam in psalmos in scholas introduxit. Quae res proinde, ut aestimamus, anno scholastico 1158-1159 gerebantur.

Revertendum est ergo ad annum 1158 ut terminum Sententiarum? Nihil huic obstat. Quinimmo, nihil aliud sibi vult ille colophon codicis Trecensis 900 : *Anno Domini M.C.LVIII. conscriptus est iste liber* (f. 225d), quam quod hoc anno finem suo libro imposuit Magister Lombardus. Haec nostra positio non est quaedam hypothesis seu interpretatio novella extra viam vagans. Infra enim, in dissertationibus de codicibus manuscriptis monstrabitur quod codex Trecensis de quo agitur ad finem saec. XII vel saeculo XIII ineunte confectus est, forsitan de quodam codice antiquiori qui illum annum portabat. Non autem sequitur etiam illud exemplar anno 1158 exaratum esse, quia verbum *conscribere* nunquam praedicatur de operositate librarii seu scriptoris, sed de activitate auctoris. Ab Augustino enim, qui Ioannem evangelium conscripsisse dicit[2], ad Argumentum in Epist. ad Hebraeos anonymi Hibernici saec. VII-VIII [3], ad Petrum Abaelardum loquentem de seipso in Prologo ad *Theologiam 'Scholarium'* [4], ad Bartholomaeum Tridentinum, O.Pr., qui circa 1243-1251 dicit quod S. Franciscus Assisiensis « regulam conscripsit, confirmari obtinuit », etc.[5], ad Henricum Gandavensem, qui sub anno 1286, in Quodlibeto X, q. 5, loquitur de quadam quaestione Richardi Knapwell, O.Pr.: «quem [tracta-

1 Vide supra, p. 31*, et praesertim 52*.

2 *In Ioann. Evang.,* tr. 104, n. 2: «Et si illorum (discipulorum aedificatio) qui haec dicta aderant audituri, profecto et nostra qui fueramus conscripta lecturi» (PL 35, 1902; CCL 36, 602).

3 « Hanc ergo Epistolam fertur Apostolus ad Hebraeos conscriptam Hebraica lingua misisse » (PLS 4, 1627); repetitur a Rhabano Mauro (PL 112, 711 B), et inseritur in editione Lombardi (PL 192, 399 A).

4 « Scholarium nostrorum petitioni prout possumus satisfacientes, aliquam sacrae eruditionis summam, quasi divinae Scripturae introductionem, conscripsimus» (PL 178, 979A; in recensione brevi, apud *Opera theologica,* ed. E. M. Buytaert, II, 401).

5 *Epilogus in S. Franciscum,* n. 4, in *Analecta Franciscana* X, Quaracchi 1941, 541.

tum *De gradibus formarum]* dicitur conscripsisse ille contra quem dicti articuli [condemnati scilicet a Ioanne Pecham Londini 1286] dicuntur fuisse promulgati [1], vox **conscribere** eandem significationem habet ac scribere, componere ; praedicatur semper, paucis demptis exemplis, de auctore libri, non de stationario vel eius mercenariis[2].

Libenter concedimus omnes usque adhuc hanc vocem aliter interpretatos esse, in sensu scilicet quod ad minus exemplar unde trahitur codex Trecensis 900 anno 1158 transcriptum fuerit. Sed excusantur quatenus saltem usque ad annum 1953 quasi omnes periti, ut iam visum est, compositionem Sententiarum annis 1150-1152 assignandam credebant ; neque opportunitatem seu experientiam habuerant comparandi textum praenominati codicis ad lectiones codicum meliorum.

c) *Res pressius determinatur.* Conclusio ergo nostra est quod compositio Sententiarum certissime annis 1155-1158 assignanda est. Sed etiam hoc dicto adhuc sub lite remanet utrum accuratius determinari possit quando textum compilaverit Magister. Infra enim, ad librum I, dist. 31, c. 1, n. 2 (p. 224), citantur verba Glossae quae olim Petro Pictaviensi attribuebatur ubi auctor anonymus inter primam et secundam **traditionem** Sententiarum distinguens nos instruit quod ad secundam Magister quaedam verba sui textus melioravit. Ibidem etiam, ad num. 3, Magister Praepositinus (c. 1190-1194) iterum distinguit inter primam et secundam **editionem** Sententiarum. Quod contradicere videtur testimonio constantissimo eiusdem Glossae pseudo-Petri, ubi lectorem advertens de notulis seu glossis volatilibus textui appositis antiquus iste commentator non semel revelat quod eas Magister in marginibus posuit *post libri editionem* [3]. Unde unam tantum editionem agnoscit ; id est,

[1] Verba citantur iuxta formam originalem quaestionis Henrici, ut exstat in cod. Paris., Bibl. Nation, lat. 15350, f. 170c ; cf. L. Hodl, *Neue Nachrichten Uber die Parisen Verurteilungen der thomasischen Formlehre,* in *Scholastik* 39 (1964) 182.

[2] Quod apparet etiam ex *Thesauro linguae latinae* IV, Lipsiae 1906-1909, 375-377. Exceptiones regulam probant, inter quas inveniuntur sequentes: in quodam codice anni 951 : «Ego quidam Gomes [scriba erat] ...libenter conscripsi libellum...»; in quodam codice Ioannis Gersonii : «Explicit liber... compilatus... conscriptum seu rescriptum A.D. 1479»; (de quibus codd. cf. C. Samaran - R. Marichal, *Catalogue des mss. en écriture latine portans des indications de date, de lieu ou de copiste* II, Paris 1962, 133, 147); alia exempla non invenimus, quamvis quamplures catalogos versaverimus.

[3] Vide infra, pp. 61, 101, 147, 176s ; et postea ad Libr. III, d. 5, ubi de toto numero 2 adnotat : «Istud magister post compositas Sententias apposuit»; ac similiter ad libr. III, d. 27, c. 5, de num. 2 : « Et nota hanc auctoritatem [Augustini] post libri editionem margini esse appositam ».

secundum eum, Sententias compositas Lombardus semel tantum librariis liberaverat L

Quomodo autem reconciliantur haec opposita testimonia apparet ex alio loco eiusdem Glossae, ubi testimonio cuiusdam discipuli Lombardi illustratur quare Magister textum cuiusdam capituli commutavit in secunda **lectura** Sententiarum. Glossando enim librum III, d. 13, cap. unie., n. 7 : *Haec verba Ambrosii,* dicit : « Hic Magister verba sua interponit, quia Ambrosius capitulum illud difficilius pertractaverat, et quod de gemina Christi sapientia dixerat, et quomodo Christus non sit divisus manifestius explanat » ; tunc ad num. 9 : « Notandum tamen quod quaedam in hoc capitulo Magister posuit quae ipse, cum *primum* legeret has Sententias, asseruit ; sed ut P. decanus se audivisse est testatus, cum *secundo* eadem legeret eadem improbavit, et potius pro aliorum opinione quam pro se haec dixisse testabatur. Dixerat enim quod persona Christi, in quantum Deus est, sapiens est sapientia genita, id est seipso, quod postea negavit »[1].

Quod *P. decanus* Petrus Manducator decanus Trecensis sit, nullatenus dubitandum est[3]. Sed ad rem nostram quod attinet, testimonium eius maximi est momenti, nobis demonstrans Magistrum triplici vel etiam quadruplici gradu Sententias perfecisse. « Cum primum *legeret* has Sententias » praesupponit, ut nobis videtur, earum *compositionem,* saltem ante singulas sessiones in scholis ; cui primae lectioni probabiliter sequitur textus *editio* ; tunc ad secundam *lectionem* non solum disseruit de doctrina sua et disputavit cum auditoribus[4][5]sed etiam scriptum suum quandoque correxit[6] ac novas auctoritates vel notulas in marginibus apposuit.

Ad quam secundam lectionem forsitan propius determinandam nobis adest alius testis aequi valoris, nam inter eosdem auditores enumeratur Ioannes Cornubiensis, qui auctor exstat, ut iam vidimus, *Eulogii ad Alexandrum Papam tertium.* Ibi in expositione tertiae opinionis de incarna-

1 Cf. A. M. Landgraf, *Philologisches zur Frühscholastik.* I: *Editio,* in *Mediaeval Studies* 8 (1946) 53-56 ; ac idem, *Notes de critique textuelle sur les Sentences de Pierre Lombard,* in *Rech. de Théol. anc. et méd.* 2 (1930) 93.

2 Cf. Ign. Brady, *Peter Manducator and the oral Teachings of Peter Lombard,* in *Antonianum* 41 (1966) 474; et A. M. Landgraf, *Notes de critique textuelle...,* 92s. Vide ipsum textum in tomo II.

3 Cf. I. Brady, *Peter Manducator...,* 479-487.

4 Cf. I. Brady, *Peter Manducator...,* 469, n° 1 ; 473, n° 8 ; 476 ; 479, n° 17.

5 Si ergo invenitur *editio prima* et *secunda* inter lectiones variantes codicum, quaestio potius agitur utrum Magister postea, ad secundam lectionem, quasdam voces (et quales) in formam meliorem commutaverit.

tione protestationem Magistri Petri refert : « Praeterea paulo ante quam electus esset in episcopum Parisiensem, michi et omnibus auditoribus suis qui tunc aderant protestatus est, quod hoc non esset assertio sua sed opinio sola, quam a magistris acceperat. Haec etiam verba subiecit : Nec unquam Deo volente erit assertio mea nisi quae fuerit fides catholica »L Quae verba prima facie sese videntur ad lectionem secundam referre, eo magis quia tres opiniones quae exponuntur in libro III, dist. 5-6, loannes commentatur per longum et latum ac ipsum textum non semel excerpit (ex. gr. dist. 6 totum cap. 4 ; et dimidium cap. sexti).

Sed hic nobis non deest quaedam difficultas. Nam si « paulo ante quam electus esset in episcopum Parisiensem » Lombardus de novo glossaverit epistolas Apostoli, quod omnino probabile videtur, occasionem habuit eandem quaestionem de incarnatione tractandi sive in nova redactione glossae in Rom. 1, 3, sive in glossa ad Phil. 2, 7 ; nam hic illicque eaedem auctoritates inveniuntur quae referuntur in illis capitulis libri III Sententiarum. Postea autem loanni disputanti de tota ista materia aptius et convenientius esset quaestionem tractare secundum Sententias quam secundum Glossam. Quod tamen nobis minus probabile esse videtur ; nam «paulo ante quam» non necessario importat ipsum annum ante electionem Petri episcopi, annum scilicet scholasticum 1158-1159. Referri enim potest etiam ad annum praecedentem, videlicet 1157-1158.

d) *Conclusio nostra.* Quamvis ergo « in huius quaestionis solutione mallem alios audire quam docere » (infra, p. 285), nihilominus quandam hypothesim seu positionem proponere nobis oportet. Supponamus ergo quod Magister Sententias compegerit annis 1155-1158, ita ut textum composuerit et bis legerit antequam finem operi imponeret *anno Domini M.C.LV111.* Si ergo librum composuit ante primam lectionem, forsitan annum 1155-1156 huic operi dedicavit. Non excluditur autem alia possibilitas, quod scilicet simul textum compegerit ac auditoribus tradiderit in scholis suis, biennio puta 1155-1157, et tunc aestate huius secundi anni librariis librum tradiderit ; dein quod anno scholastico sequenti, scilicet 1157-1158, materiam de novo legerit, disputaverit, melioraverit. Ultimo vero anno ante electionem suam, si litteram Herberti sequimur, glossas suas in psalmos illustravit, correxit et primitus (quia non antea) stationariis tradidit una cum redactione secunda Glossae in Apostolum quam probabiliter eodem tempore confecerat.

Hanc « tamen quaestionem lectorum diligentiae plenius diiudicandam

Cap. 3; ed. N. M. Haring, in *Mediaeval Studies* 13 (1951)265.

atque solvendam relinquimus, ad hoc minus sufficientes » (infra, p. 239) et ad alia « quae adhuc nobis supersunt tractanda festinantes » (p. 546). Summatim autem et per modum hypothesis hanc chronologiam proponimus operum Petri Lombardi : 1) ante 1148 : Glossam in Psalmos composuit ad usum privatum; 2) post 1148: primam versionem Glossae in Apostolum redegit; 3) post 1154: Sententias compegit in forma quae usque hodie legitur. Propius: annis 1155-1156 forsitan hanc summam composuit, quam dein 1156-1157 auditoribus tradidit; vel probabilius hisce duobus annis (1155-57) eandem simul compilavit ac tradidit, et in fine librariis liberavit. Deinde anno scholastico 1157-1158 secundo easdem quaestiones legit una cum correctionibus ac glossis marginalibus. 4) Anno 1158-1159 publice in scholis Glossam in psalmos illustravit et saltem in parte etiam Glossam in epistolas beati Pauli.

B. De Ipso Textu.

Quod si ad opus aliquod adamussim in lucem edendum conformiter ad normas artis criticae modernae necesse sit omnes codices manuscriptos consulere et inter se conferre, editio nostra nequaquam ad hoc culmen attingit! Plus quam trecenti codices nobis noti sunt[1] ; et suspicamur numerum eorum qui exstant duplum vel etiam triplum hoc excedere. Unde nihil restat nisi inter hanc superabundantiam aliquem delectum conficere. Sed primo, de autographo ipsius Lombardi.

1. «Originale» Magistri Petri.

Rerum infortuna et temporum vicissitudinibus proh dolor iamdudum periit aut evanuit ille codex Sententiarum quem testamento suo ipse Lombardus capitulo S. Mariae Parisiensis legavit (qui cum omni probabilitate erat autographus suus)[2]. Olim viguit legenda quod idem erat ac « originale Lombardi » enumeratum ad annum 1271 inter libros ad usum pauperum scholarium destinatos et Cancellario Parisiensi ad custodiendum con-

1 Cf. Fried. Stegmiiller, *Repertorium Commentariorum in Sententias Petri Lombardi* I, Herbipoli 1947, n. 1, pp. 2-3, ubi praeter 24 codices in editione prima et secunda Collegii nostri adhibitos, 178 ex saeculo XII et XIII enumerantur. Quibus quamplures alii in Bibliothecis tam Parisiensibus quam Monacensi et aliis addendi sunt.

2 Cf. supra, p. 20*.

signatos[1]. Quasi usque ad hodiernum diem inveniuntur qui *originale* intellexerunt ut ipsissimum opus auctoris, licet hoc verbum rectius hic interpretati debeamus de opere completo, ut distinguatur ab abbreviationibus vel tabulis originalium ex capitulis selectis confectis[2]. Ex alia parte, certissimum nobis videtur quod inter codices qui olim bibliothecam efformarunt Ecclesiae S. Mariae et nunc inveniuntur in Bibliotheca National! Parisiis non invenitur aliquis saeculi XII qui ne affinitatem quidem habeat ad autographum Lombardi.

2. Valor codicis Trecensis 900.

Usque ad ultimum decennium regnavit alius error (sive legenda) maioris momenti : quod nempe codex Trecensis bibi, civitatis 900 non solum saeculi XII erat sed etiam exaratus anno 1158, Petro Lombardo adhuc vivo et nondum ad episcopatum Parisiensem electo. Proinde quasi universim aestimabatur tanquam codicum omnium antiquissimus[3]. Revera ad fol. 225d, uti iam notavimus, illico post textum Magistri additur manu ipsius amanuensis : *Anno Domini M.C.LVIII. conscriptus est iste liber.* Deinde, infra, quasi in imo folio, amanuensis sese signavit : *Michael Hiberniensis scriptor exstitit*[4].

Sed dum nos convicebant plures rationes internae interpretationem usitatam omnino erroneam fuisse, invenimus etiam curatores Bibliothecae civitatis Trecensis eundem codicem ad initium saeculi XIII assignasse[5][6] Quod non possit esse anno 1158 confectus clare demonstrat figura depicta

1 Cf. M. Guérard, *Cartulaire de l'église Notre-Dame de Paris* II, Paris 1850, 495-496; *et Chartularium Universitatis Parisiensis,* n. 437 (I, pp. 493-494) cum nota editorum; necnon et Fr. Pelster, *Das vermeintliche Original des Petrus Lombardus,* in *Scholastik* 5 (1930) 569-573.

2 Vide animadversiones los. de Ghellinck, in *Le mouvement théologique du XIIe siècle,* ed. 2, 220, et 221, nota 1.

3 Vide editionem secundam (1916), p. XLIII ; et descriptionem codicis, p. LXIX.

4 Impossibile est determinare quis sit ille Michael. Quamplures Hibernici, ut videtur, artem scribae Parisius exercebant saeculo XIII, sicut apparet ex tractatu Fr. Servasancti de Faventia *De virtutibus et vitiis,* Dist. VII, c. 4: «Hoc maxime faciunt ebriosi quales sunt Parisius multi et maxime Ybernici, qui quicquid scribendo in septimana conquirunt, totum una die potando consumunt. Nec de hoc corrigi possunt» (cod. Florent., Bibl. Nation. Conv. soppr. E.6.1046, f. 66c) ; vide L. Oliger, *Servasanto da Faenza O.F.M. e il suo «Liber de virtutibus et vitiis»,* in *Miscell. Franc. Ehrle* I, Roma 1924, 180.

6 Vide *Les Richesses de la Bibliothèque de Troyes. Exposition du tricentaire (1651-1951).* Troyes 1951, 19 : « Manuscript 20: Pierre Lombard. Sentences. Copie du XIIIe siècle, semble-t-il, d'un manuscrit daté de 1158».

in initiali Prologi *C(upientes),* episcopi scilicet mitram saeculi XII portantis, id est ipsius Lombardi librum scribentis (f. 1a)[1]; insuper, quasi eadem miniatura invenitur in codice saeculi XIII ineuntis Banbergensi, cod. Patrist. 120 (Q. VI. 53), f. 3a. Immo, tam in codice Trecensi (f. 3d) quam in Banbergensi (f. 4d), in initiali primi libri *V(eteris)* depinguntur Synagoga et Ecclesia ; in utroque (f. 125b, et f. 88b) in initiali tertii libri C(um), repraesentatur Nativitas Christi ; et in illo quarti libri *Samaritanus),* latrones ferientes viatorem et (infra) Christus Samaritanus eum ad diversorium deducens (f. 116d ; 117a)[2]. Si mitra Lombardi revelat quod codex Trecensis post episcopatum Magistri (1159-1160) poni debet, omnes figurae depictae potius aetatem postulant quando tales repraesentationes iam classicae, ut dicunt, evadunt. Ex parte ipsius textus, licet lectiones istius codicis ut in pluribus bonae sint, nihilominus quamplures ei peculiares sunt ; et comparatae ad fontes Lombardi, pluries discrepant tam a fontibus quam ab aliis codicibus[3][4].

Unde apparet quod haec nostra editio Sententiarum (contra editionem secundam) fundari non potest supra hunc codicem Trecensem, quamvis adhuc alicuius pretii aestimetur. Ex alia parte, ad tertiam editionem parum valeret solis codicibus uti saeculi XIII, quibus constricti erant praedecessores nostri tempore belli mundialis primi. Proinde nobis incubuit alios et antiquiores quaerere, utpote temporibus ipsius Magistri proximiores. Utinam invenirentur saltem aliqui codices ab ipsius discipulis adhibiti et forsitan annotati, exempli gratia, a Magistro Petro Manducatore vel a Ioanne Cornubiensi ! Sed adhuc non apparent.

3. Codices ad Editionem Adhibiti.

Ducibus proinde viris peritissimis, qui in libris, studiis, articulis quosdam manuscriptos ut meliores vel optimos protuleranti, consilian-

1 Quae pictura seu miniatura inspici potest in L. Morel-Payen, *Les plus beaux manuscrits et les plus belles reliures de la Bibliothèque de Troyes,* Troyes 1935, 61-62, pl. IV, fig. 11 ; in *Revue d'histoire de l'Église de France* 50(1964)84; et in *The New Catholic Encyclopedia* XI, 222a.

2 De cod. Banberg., cf. H. Fischer, *Katalog der Handschrtften der kôngl. Bibliothek zu Bamberg* 1-1, 3 Lieferung, Bamberg 1903, 507 ; et M. Grabmann, *Die Geschichte der scholastischen Methode 11,* Freiburg i. Br. 1911, 363.

3 Cf. etiam disputatio nostra, supra, p. 125*.

4 Cf. M. Grabmann, *Die Geschichte der schol. Methode* II, 362s; Fr. Pelster, in *Gregorianum* 2 (1921) 445 ; et post eum, los. de Ghellinck, in *Diet, de Théol. Cath.* XII, 1973; etc.

tibus etiam curatoribus Bibliothecae nationalis Parisiensis, qui quamplures codices examinaverant \ consultavimus saltem undeviginti exemplaria saeculi XII et non paucos ex saeculo sequenti. Ex illis tredecim elegimus ad hanc editionem praeparandam, iuxta normas in capitulo sequenti delineandas. Ex istis quatuor maioris esse momenti videntur. Praeter quos alios aliquando consulimus, utpote quia ad manum eos habuimus. His omnibus lectores adiungere possunt, qui velint, codices et ipsorum lectiones variantes quae habentur in editionibus prima et secunda supra laudatis.

Ad commodum studiosi restat descriptionem brevem offerre illorum codicum qui adhibentur ad istam editionem praeparandam :

A. Ambianis, Bibi. Civit, cod. 231. Membran., saec. XII, ff. I 4-146 + I, mm. 338x225, binis columnis, unica manu (ut videtur) exaratus. In codice habentur solum Libri tertius et quartus Sententiarum, sed ita accurate et nitide textus praefertur ut praetermitti non possit. Olim, ut patet, aderat et alter codex, cum in summa pagina (f. Ia) legatur: *Pars iia.* Ex bibliotheca « ecclesie Sancti Petri iuxta Celmemtem premonstr. ordinis Ambn diocesis » (f. 2r, in imo folio)[1].

Rubricae tam marginales quam columnares, necnon et puncta superscripta in margine super nomen auctoris et iterum in textu super initium auctoritatis. Ad Libr. III, d. 13, n. 7 : textus originalis sine correctione. Alia suo loco annotabuntur.

B. Brugis, Bibi. Communalis 184. Membran., saec. XII, ff. 221, mm. 350x250, binis columnis, unica manu exaratus. Olim fuit «liber sancte marie de Thosan [abbatiae TerDoest] ex dono domini Hugonis decani Brugensis cognomento Ursi », scii. Hugonis l'Ours (De Beer?) decani S. Donatiani Brugensis, c. 1187 vel saltem ante mortem eiusdem an. 11943.

1 Gratias imo corde duabus illustribus curatricibus pandimus, dom. Mariae-Th. d'Alverny et dominae Dionysiae Bloch-Cornet, quae semper et indefatigabiliter auxilium nobis praestiterunt. Permulta insuper beneficia accepimus a directoribus et auxiliaribus Parisius apud Institut de recherche et d'histoire des textes, praesertim sub forma photocopiarum seu plagularum photographicarum Sententiarum codicum. Quibus etiam grati animi sensus manifestare volumus.

2 Cf. J. Garnier, *Catalogue descriptif et raisonné des manuscrits de la Bibliothèque communale de la ville d'Amiens,* Amiens 1843, 188 ; et E. Coyecque, *Amiens,* in *Catalogue gén. des manuscrits...* Departments XIX, Paris 1893, 113.

3 Cf. editio secunda (1916) Sententiarum, p. LXX; et A. De Poorter, *Les manuscrits des Sentences de Pierre Lombard à la Bibliothèque de Bruges,* in *Aus der Geistesweli des Mitielalters,* BGPTMA Supplbd. III-1, Münster 1935, 78.

Rubricae abundant, ac etiam puncta superscripta tam in margine quam in textu. Capitula enumerantur tam in elencho (ante singulos libros) quam in textu, sed haec numerotatio de manu posteriori esse videtur. Iuxta correctiones textuales (ex. gr. ad III, d. 13, n. 7) formam antiquiorem textus praefert. Sed glossae volatiles in tertia columna includuntur.

C. Bruxellis, Bibi, regia, cod. 1535 (11580). Membr., saec. XII, ff. 152, mm. 395x303, binis columnis, eadem manu per totum exaratus. Liber fuit «sancte Marie in Parco» (f. 151v). Plura folia seu pecie avulsae perierunt ; post f. 24 deest unus quaternus, post f. 105 unus, post f. 129 duo desunt. Eiusdem familiae ac cod. B, a quo tamen non videtur dependere L

Rubricae et puncta superscripta ; capitula enumerantur, modo diverso ac in cod. B, et in libro III et IV, numerus capitulorum alter in elencho capp., alter in textu. Glossae volatiles quasi semper in tertia columna ponuntur.

L. Parisiis, Bibl. Mazarin., cod. lat. 757. Membr., saec. XII, ff. 173 (non numerati), mm. 286x207, binis columnis, nova manu (ut videtur) a fol. 77b. Codex nitidus, probabiliter ex scriptorio monastico : « Liber iste est beate Marie Karoli loci » (sed in dorso legitur : « Cluniae. S. Martini a Campis »)[2].

Rubricae quamplures abbreviantur ; et plures desunt in libro tertio ; puncta superscribuntur, sed in plurimis locis *a* et ω initium et finem designant auctoritatum. Correctiones secundae lectionis Magistri non adduntur ; proinde versio antiquior hic invenitur.

M. Monachii, Bibi. Status, cod. lat. 18109. Membr., saec. XII, ff. 294, binis columnis, saltem duabus manibus exaratus. Olim Abbatiae Tergensee, ubi n. 109 exstabat in bibliotheca[3].

Ff. 1-5a : *Augustini liber de diffinitione eccl. dogmatum.* F. 5a : *Cupientes.* F. 5c (manu posteriori): *Petri de Lombardia.* F. 14b : *Incipit Liber primus Sententiarum Petri Novariensis.* Adsunt rubricae tam in margine quam in textu, sed cum permultis variationibus et omissionibus. Licet inter codices meliores aestimari possit, omissiones inexplicabiles in sex locis ipsius textus inveniuntur ; et duae additiones huic codici peculiares adiunguntur ad librum IV.

1 Cf. J. van den Gheyn, *Catalogue des manuscrits de la Bibl. Royale de Belgique* III, Bruxelles 1903, 1 ; et editio nostra secunda, p. LXX1II, ubi a Pp. Editoribus reicitur.

2 Cf. *Catalogue des manuscrits de la Bibliothèque Mazarine* I, Paris 1835), 361.

3 Cf. *Catalogus Cod. Lat. Bibi. Regiae Monacensis* II-3, Monachii 1878, 133; et Fr. Pelster, in *Gregorianum* 2 (1921)445, ubi commendatur ille codex unacum Clm 4522.

N. Parisiis, Bibl. Nation., cod. lat. 3014. Membran., saec. XII, ff. 170 (+ f. 26bis), mm. 310x300, binis columnis, pluribus manibus exaratus [1].

Rubricae quandoque desunt, sicut ut in pluribus etiam puncta superscripta. Paucae glossae volatiles. Textus corrigitur ita ut lecturam seu editionem secundam sequatur. Inter codices meliores adnumerari potest ; posterior duobus codicibus sequentibus (O et P), vicinior exstat codici Valenc. (X).

O. Parisiis, Bibl. Nation., cod. lat. 3022. Membr., saec. XII, ff. I + 127 + I (4- f. 13bis), mm. 330x228, binis columnis[2].

Codex primi momenti, ut nobis videtur. Rubricae optimae ; puncta superscripta abundant (minus frequenter in libro primo). Glossae volatiles quamplures desunt ; textus originalis seu lectionis primae esse videtur. In pluribus lectionibus consentit cum codice sequenti.

P. Parisiis, Bibl. Nation., cod. lat. 3029. Membr., saec. XII, ff. 96, mm. 315x220, binis columnis, unica manu confectus[3].

Proh dolor dum inter codices undequaque meliores enumerari potest, textum praebet solum libri I et II. Tabula capitulorum I-II post Prologum; rubricae optimae; paucissimae glossae volatiles ; textus in versione antiquiori.

R. Parisiis, Bibl. Nation., cod. lat. 17464. Membr., saec. XIII, ff. 186, mm. 350x255, binis columnis, unica manu exaratus. Olim Collegii Navarre 108.

Rubricae marginales desunt ; quaedam incorporantur in ipso textu ; quaedam in textu fabricatio esse videntur rubricatoris. Signa quaedam inveniuntur peciarum.

T. Trecis, Bibi. Civit., cod. lat. 900. Membr., saec. XIII ineuntis (vel XII exeuntis), ff. 220, mm. 288x250, binis columnis, manu Michaelis Hiberniensis exaratus [4].

1 Vide *Bibi. Nationale: Catalogue générale des manuscrits latins* IV, Paris 1958, 1-2, ubi apte describitur.

2 Ibid., 14-16.

3 Ibid., 31-32 ; cui descriptioni addi lubet quod post *suspicemur* (infra, p. 122, lin. 7) ipse scriba notam marginalem adiungit : «Hoc Augustinus dixit in tractatu XCVIIII super Iohannem de eo quod ait: Non enim loquitur a seipso, quod inde transportavit in XV libr. de Trinitate» (f. 17c), ac in ipso textu statim interpolat extractum ex eodem Tractatu 99, n. 10 : « Quia nec filius hominum... sicut procedit et de ipso » (f. 17c-d ; cf. PL 35, 1890 ; CCL 36, 587).

4 Cf. *Catalogue général des manuscrits des bibl. publiques des Départments* II, Paris 1855, 373-374; et editio secunda Sententiarum, p. LXIX.

V. Civit. Vatic., Bibi. Vatie. Apostolica, cod. Vatie, lat. 688. Membr., saec. XIII, ff. 382, mm. 340x225, binis columnis, «ab uno, ut videtur, librario nitide descriptus »1.

In editione nostra 1916, signatur ut Z. Distinctiones, de quibus infra disserendum est, ornate adduntur in ipso textu manu rubricatoris ; quapropter hic codex saltem post 1235 transcriptus fuit. De eius origine nihil noscitur, nisi quod forsitan Angliae exaratus sit, eo quod lineae enumerantur inter columnas textus. Quidam fontes Lombardi indicantur in marginibus.

W. Civit. Vatic., cod. Vatie, lat. 691. Membr., saec. XIII, ff. II-j-178, mm. 289x130, binis columnis2.

Rubricae frequentius variantur, et auctoritates patristicae in ipsum textum introducuntur colore minio. Post annum 1235 exaratus, textum praesefert qualem scholastici Parisienses adhibuerunt.

X. Valentianae, Bibi. Civit. 186. Membr., saec. XII, ff. 146, mm. 437x295, binis columnis, unica manu monachi Segardi scriptus (f. 143v), et picturis famosi Sawalonis monachi S. Amandi exornatus (f. 2v). Olim Abbatiae S. Amandi in Pabula (S.-Amand-en-Pevèle), cod. C239 3. Quandam relationem habet ad codd. B et C.

Rubricae quandoque variantur ; quampluries, quando Segardus Sawaloni spatia non reliquit ad rubricas recipiendas, hic rubricas abbreviavit. Plures non apte disponuntur, nomina praesertim Patrum, quae in marginibus ante vel post auctoritatem introducuntur. Ex parte ipsius textus, videtur quod Segardus theologus quandoque quasdam mutationes minoris momenti introduxit.

Hisce codicibus adiungi possunt tanquam auxiliares minoris ponderis : Assisii, Bibi. Comm. cod. 103 4 ; Avinion. 290 5 ; Banbergensi, Cod.

1 Vide A. Pelzer, *Codices Vaticani Latini* II-1, Vatie. 1931, 9-10; et editio nostra an. 1916, p. LXXI.

2 Cf. A. Pelzer, op. cit., 11-12; necnon et V. Doucet, *Prolegomena in librum III necnon in libros I et II « Summae fratris Alexandri »,* Quaracchi 1948, 227 una cum appositis notis ; necnon et *Magistri Alexandri de Hales Glossa... in librum primum,* Quaracchi 1951, 95*-96*.

3 Cf. *Catalogue général,* Departments XXV, Paris 1894, 270; et L. Delisle, *Le Cabinet des manuscrits de la Bibl. nationale* I, Paris 1868, ubi sub num. 178 loquitur de codice 186. De Sawalone, cf. A. Boutemy, in *Scriptorium* 1 (1946-1947) 6-16 ; 3 (1949) 119; 4 (1950) 174, ubi alia referuntur.

4 Cf. *Alex, de Hales Glossa* I, 85*-91*.

5 Cf. *Catalogue général,* Départments XXVII, 196-197.

patrist. 120 (Q. VI.53)[1]; et Erfordii, Bibl. Civit., cod. Ampion. 180[2]. Omnes aetatis sunt posterioris, id est saeculi XIII. Eos consulimus quandoque circa lectiones difficiles, licet non appareant in apparatu.

De valore vero tredecim codicum qui supra nominati sunt et eorum relatione inter se, sufficiat his pauca proponere. Prius enim quam quaedam quaestiones discutiantur et conclusiones seu principia statuantur, uti infra determinabitur, iudicium definitivum dari non potest. Nihilominus meliores vel etiam maximi valoris considerari debent A, M, O, et P; adhuc inter principales inveniuntur L, N, et X; boni sed certe minoris momenti, B, C, R, T, V, W. Quare e contra plures alios codices reicimus, melius infra apparebit.

CAPITULUM OCTAVUM

Normae ad Hanc Editionem.

Ecce, lector benevole, quae adhuc supersunt tractanda, ea scilicet quae immediatius huic tertiae editioni inserviant: normas constituere quibus opus ad finem desideratum conducetur, ad codices seligendos, ad textum rite redigendum ne aliquid praetermittatur quod manu propria apposuit Magister, ad apparatus ordinandos qui lectoribus auxilium praestabunt opportunum ad opus Lombardi et nostram editionem aptius intelligendam.

A. Normae quoad Textum.

Deficiente autographo auctoris, ad valorem codicum determinandum certo certius non sufficit recurrere ad aetatem alicuius manuscripti. Ex alia parte, textus ipsius auctoris quasdam normas offert ad talem valorem dijudicandum; immo et codices antiquiores quaedam signa praebent seu communia characteristica quibus uti licet ad pretium manuscriptorum stabiliendum. Unde de codicibus iam descriptis quatuor signa accipimus quae quodammodo adiuvant ad hunc finem obtinendum.

1 Vide supra, p. 131*, n. 2.

2 Cf. editio secunda (1916), p. LXXIII. Plures alios codices examinavimus tum Parisius tum Londini; et quamplures saec. XII annotavimus in catalogis; necnon et quasdam editiones saec. XV. Ex quibus quosdam reicimus ob defectus manifestos; alios forsitan oportuisset advocare in adiutorium nostrum.

1. De elencho capitulorum.

Contra permultos codices, etiam antiquiores, omnes « titulos quibus singulorum librorum capitula distinguuntur praemisimus » ante Librum primum, statim post Prologum. Haec fuit, ut iam notavit Franc. Pelster[1], intentio Lombardi, ex cuius Prologo (p. 4, 29-30) verba supra citata surripimus. Sic etiam fecit post Magistrum Petrum aemulus suus Robertus Melodunensis (c. 1160): elenchum enim omnium capitulorum *Summae* suae praemisit, licet protestetur se ad hoc plus consuetudine quam ratione induci : « Huic vero opusculo titulos prescribere ipsumque titulis interpositis distinguere, magis me conpellit consuetudo quam ratio »[2]. Parum infra, discussis methodis in usu apud suos coaevos, iterum consentit hanc consuetudinem sequi[3], ubi etiam verbis utitur quae Prologum nostri redolent Lombardi: «Aiunt autem [alii], tractatibus titulos ideo prescribendos esse et interponendos [id est inter capitula ipsius operis], quatenus facilius atque citius id quod queritur possit inveniri»[4].

Relinquentes ergo praedecessores nostros, omnes titulos post Prologum posuimus. In hic sequimur codices M et 0, qui soli inter omnes quos examini subiecimus viam ipsius Lombardi prosequuntur[5]. In cod.

1 In sua recensione editionis 1916 *(Gregorianum* 2 [1921] 446) iuste lamentatur divisionem capitulorum in illa editione qua tituli eorum praemittuntur ante respectivum librum. Sed in hoc Pp. Editores solum codices secuti sunt quos adhibuerant.

2 Cf. *Oeuvres de Robert de Melun,* ed. R. M. Martin O.P., III-1 (Spicilegium Sacrum Lovan. XXI), Louvain 1947, 49, lin.26ss.

3 Ibid., p. 56, 6-11 : «Hee itaque cause pro quibus dixi me magis conpelli consuetudine quam ratione huic opusculo titulos debere prescribere et interponere... Presentem tractatum per libros dividere volui et per capitula partiri, titulorum etiam varietate distinguere ».

4 Ibid., 55, 8-10. Cf. Lombardus in Prologo suo : « Ut autem quod quaeritur facilius occurrat, titulos quibus singulorum librorum capitula distinguuntur praemisimus » (infra, p. 4, 29-30). Quod hic Lombardum Robertus oppugnet, iam demonstravit Fr. Bliemetzrieder, *Robert von Melun und die Schule von Laon,* in *Zeitschrift far Kirchengeschictite* 53 (1934) 119; cf. etiam U. Horst, *Beitrage zum Einfluss Abaelards auf Robert von Melun,* in *Reeh. de Théol. anc. et méd.* 26 (1959)322. — Quod talem elenchum capitulorum confecerit Magister Petrus non ante sed post quam Libros Sententiarum compegerat, deduci potest ex eius verbis : « titulos quibus... capitula distinguuntur ». Certiores reddimur ex titulo cap. 170 in elencho libri quarti (nunc subsignato ut Dist. 27, c. 8) : « De adulterinis coniugiis » (infra, p. 48), eo quod in ipso textu nihil aliud videtur esse quam rubrica ad cap. 169, n. 5; nullatenus agitur de talibus coniugiis. Insuper, quidam alii tituli ipsius elenchi minus recte materiam textus récapitulant.

5 Secundum testimonium Fr. Pelster, etiam codex Monae. Clm 4522 omnia capitula post Prologum continet (cf. *Gregorianum* 2 [1921] 446).

P, qui textum offert tantum libri I et II, capitula amborum post Prologum inveniuntur. Hi ergo codices traditionem antiquiorem praeseferre videntur.

2. De Rubricis.

Tam ex ipso textu Sententiarum (necnon et Glossarum Magistri in psalmos et in Apostolum) quam ex testimoniis extrinsecis manifeste apparet Lombardum suos libros permultis rubricis adornasse ; quae proinde ipsi textui restitui debent. Unde cogimur opinionem relinquere quae tales rubricas scholaribus eius vel glossatoribus ascribat L In specie, sub 'rubricis' intelliguntur tituli singulorum capitulorum (quasi semper intra columnam ipsius textus inclusi) ; subdivisiones textus (quandoque in margine, quandoque in textu), ut exempli gratia, *Opinio prima, Obiectio, Respondeo ;* necnon et annotationes marginales : *Cave, Intellige... ;* rubricae marginales quibus auctoritates Patrum indicantur, ut *Augustinus, De Trinitate XIV,* vel etiam solum nomen sine titulo libri (praesertim quando nomen et titulus habentur in ipso textu) ; et etiam, quamvis nec semper nec uniformiter in codicibus, ut videtur, puncta superscripta tam in margine super nomen auctoris quam in textu super initium (et quandoque sed raro super finem) auctoritatis citatae, una cum linea verticali minio colore ducta in margine qua manifestatur cursus citationis.

Textus ipsius Lombardi, uti diximus, clarissime demonstrat tales rubricas solum ab ipso Magistro originem traxisse. Quis enim praeter eum, sive scholaris praepositusve scholarum eius, sive rubricator, sive glossator tam edoctus retinendus est ut recte et accurate (et quandoque minus recte vel etiam erronee, nimis fidens fontibus secundariis) omnes auctoritates annotare potuisset? Tales [1] auctoritates, inquimus, quae solum in margine, et non in ipso textu, citantur. Frequentius quippe sine rubricis in marginibus positis textus ipse inintelligibilis redderetur. Nonnulla exempla afferamus : infra (p. 120, 29-30) verba « Unde Augustinus quaerit » intelligi nequeunt sine rubrica marginali : *Augustinus in XV libro De Trinitate* (ad lin. 28); idem dicendum de verbis «auctoritate sancitum Augustini » (infra, p. 238, 29-30), quae rubricam marginalem : *Augustinus in VI libro De Trinitate* indubitabiliter postulant. Iterum, in

1 Ita adiudicaverunt Patres Editores sive editionis primae (in *Opera omnia S. Bonaventurae* I, 1882, p. LXXXIII) sive secundae (cf. ed. 1916, pp. LXV-LXVI); et quamplures alii studiosi post eos. De hac quaestione cf. Ign. Brady, *The Rubrics of Peter Lombard's Sentences,* in *Pier Lombardo* 6 (1962) 5-25.

libro III, cap. 104 (nunc dist. 28, c. 1, n. 4) intra textum legitur : « Unde Augustino in eodem... », quod certo certius praesupponit rubricam marginalem supra positam : *Augustinus in libro De doctrina Christiana.* Idem centies alibi confirmatur [1].

Insuper, quod omnes species rubricarum supra indicatae ad ipsum opus Magistri pertineant ut partes intégrales eius, implicite et etiam explicite assumitur in illa Glossa primitiva (ad minus ante 1177) *Summa divinae paginae,* olim Magistro Petro Pictaviensi attributa. Praeter enim indicia pretiosa quae eius auctor anonymus reliquit de notulis et additionibus Magistri, alia non minus pretiosa de ipsis rubricis nobis legavit. Ita enim rubricae incorporantur in hanc Glossam ut exponantur tanquam partes authenticae textus Lombardi. Verbi gratia, titulus libri I, cap. 3, n. 4 (infra, p. 58) : *Utrum hominibus sit utendum vel fruendum,* introducitur : « In quaestione ponit utrum hominibus fruendum sit vel utendum»[2]; iterum, rubrica subalterna ad lib. I, c. 10 (nunc dist. 3, c. 2, n. 4 ; p. 73) : *Quomodo illa tria tota capiat intelligentia,* partem efformat glossae : « Hic ostendit quomodo capit intelligentia illa tria tota », et parum infra : « Hic ostendit quod voluntas capiat illa tria » (f. 6d), ubi rubrica legit : *Quomodo illa tota capiat voluntas.* Aliquando expressius citantur ipsae rubricae : ad lib. I, cap. 64 (nunc dist. 17, c. 5, n. 4 ; p. 147): «Nota titulum: *Auctoritate confirmat utramque responsionem» (f.* 13a) ; vel ad cap. 100 (dist. 26, c. 6, n. 1 ; p. 201) : « *Ita etiam* etc. In titulo est *et utroque modo,* id est et secundum quod est Spiritus Sanctus et secundum quod est Donum » (f. 16c). — Aliquando notantur etiam rubricae marginales quibus Magister lectorem admonet. Verbi gratia, in codicibus antiquioribus Sententiarum, ad lib. I, cap. 9 (dist. 3, c. 1, n. 7 ; p. 70), in margine ad verba Augustini : « Haec enim, quae arte divina facta sunt, et unitatem quandam in se ostendunt et speciem et ordinem », quaedam monitio invenitur : *De substantiis intellige !* Ex glossa vero pseudo-Petri Pictaviensis hanc rubricam implicite intelligimus appositam esse ab ipso Lombardo : « Ecce quomodo per notitiam creaturarum investigatur Trinitas; et nomine 'creaturarum' intellige substantias, quia in solis substantiis haec tria distinguuntur : unitas, species, ordo» (f. 5d). Nulli ergo dubium sit quin secundum hunc glossatorem, qui inter discipulos succes-

1 Cf. I. Brady, art. cit. 21.

2 De codicibus huius Glossae, vide elenchum infra, p. 2; I. Brady, art. cit., 14; ac A. M. Landgraf, *Introduction a la historia de la literatura teolôgica de la escolastica incipiente,* Barcelona 1956, 171-173.

sorum Lombardi censendus est, omnes species rubricarum supra laudatae Magistro Petro attribuendae sint, et non cuidam discipulo vel rubricatori.

En aliud testimonium clarissimum, licet aliqualiter obliquum, eo quod agit de Glossa Lombardi in epistolas: anno 1166 Herbertus de Boseham, qui Parisius c. 1150 discipulus fuerat Magistri Petri, ad Henricum comitem Campaniae scripsit contra legendam de tribus viris sanctae Annae \ Quae legenda, ait, « arbitror quod his diebus maxime invaluerit occasione magistri mei suavis recordationis Petri Parisiensis episcopi, qui, cum in epistola ad Galatas super locum illum : *Alium autem apostolorum neminem vidi, nisi lacobum fratrem Domini,* vulgatam illam Annulae trinubae edisserat historiam, **seorsim in margine** nomen Hieronymi **minio colore** signavit, acsi illam Annae historiam Hieronymus in epistola contra Helvidium eisdem verborum filis contexerat, cum tamen illi historiae Hieronymus... nec in uno apice auctoritatem testimonii conferat »[1]. — Hisce verbis patet ipsum Lombardum auctoritates patristicas in margine illius Glossae suae (ac in marginibus Glossae alterius in psalmos) et quidem minio colore signasse. Sed eaedem species rubricarum inveniuntur in codicibus Sententiarum ac habentur in manuscriptis Glossarum (ex. gr. in codd. Vatie, lat. 144 et 695). Quid inde, nisi quod utrobique Petrus rubricas marginales, etc., minio colore signaverit? [3].

Nonne ergo hic habemus quandam normam ad valorem codicum adiudicandum? Quando nempe quidam codex, etiamsi magnificus atque regalis designatur, omnes rubricas marginales omittit, ad hoc, sicut credimus, ut postea glossis, notis, quaestionibus impleantur margines, non

1 De qua legenda, cf. B. Kleinschmidt, O.F.M., *Die heitige Anna. Ihre Verehrung in Geschichte, Kunst und Volkstum,* Düsseldorf 1930, 252-262; G. Albert, J.-M. Parent, A. Guillemette, *La légende des trois mariages de sainte Anne. Un texte nouveau,* in *Études d'histoire litt. et doctr. du XIIIe siècle* I (1932) 165-184 ; M. R. James, *The Salomites,* in *Journal of Theological Studies* 35 (1934) 287-297 ; necnon et S. Thomas Aq., in Gal., c. 1, lect. 5.

2 PL 190, 1418 B-C; initium huius epistolae, quae hic deest, invenitur apud B. Smalley, *A Commentary of the Hebraica by Herbert of Bosham,* in *Rech, de Théol. anc. et méd.* 18 (1951) 37-38.

3 Ne hoc argumentum protrahatur, sufficit indicare quod alibi prolixius demonstratum est, nempe alios sequaces Magistri Petri, ex. gr. Petrum Manducatorem, Gandulphum, auctoritates marginales ut operis Lombardi aestimare; cf. I. Brady, art. cit., 6. Quibus addendum est nomen Gualteri a S. Victore, qui in suo *Contra quatuor labyrinthos Franciae* non semel citat rubricas Lombardi ut partem essentialem ipsius textus Sententiarum ; cf. *Archives d'Histoire doctr. et litt. du moyen âge* 19 (1952), 202, lin. 31-33; 225, 15-17; 295, 11; 317, 5-7 ; etc. Adhuc desideratur tam conspectus historicus de usu rubricarum in medio aevo (iam in operibus Ven. Bedae) quam descriptio adaequata earum in catalogis codicum modernis.

tantum posterioris aetatis sed etiam minoris valoris pensandus est[1]. Non semel autem, ut libenter concedimus, tales rubricae seu citationes non totali oblivioni consignantur, quatenus in quibusdam codicibus saec. XIII vel transferuntur (ut in codd. R. et W) ex margine in ipsum textum vel nomina Patrum intra textum minio colore designantur.

Quod attinet vero ad codices quos ad editionem adhibuimus, quasi uniformes quoad rubricas inveniuntur codices A, B, C, N, O, P, V, licet A, O et P certo primatum teneant, dum B et C lectiones peculiares aliquando includunt. Inter alios manuscriptos, quamplures rubricae in forma breviori habentur in codicibus L et R ; in M, cum permultis variationibus, omissionibus, et lectionibus huic codici peculiaribus. Constrictum se invenit, ut iam notavimus, rubricator cod. X (qui quasi certo Sawalo erat), eo quod frater Segardus non semper providit spatium aptum et omnibus rubricis sufficiens ; unde plures truncatae vel abbreviatae sunt, et aliae omittuntur. Michael vero Hiberniensis, qui codicis T scriptor exstitit, magnam libertatem sibi vindicavit (vel potius in exemplari suo iam invenit), ita ut pluries rubricas eius sequi non potuerimus. — Demum, puncta superscripta ad initia auctoritatum et quandoque ad conclusionem in codicibus melioribus inveniuntur : ex. gr. in A, B, C, O, P, et L (in quo ultimo alpha et omega non infrequenter initium et finem signant).

3. De notulis et glossis volatilibus.

Ex dissertatione nostra de compositione Sententiarum constat Magistrum Petrum secundo tradidisse seu legisse Sententias suas c. 1157-1158, praesentibus tam Petro Manducatore quam (probabilius) Ioanne Cornubiensi. Hac occasione in margine libri apposuit, ut iam vidimus, notulas seu potius novas auctoritates, praesertim ex opere S. Hilarii *De synodis* et quibusdam scriptis beati Augustini, ac quasdam locutiones, ut videtur, accomodavit ; non tamen novam editionem seu textum valde recognitum auditoribus suis reapse tradidit.

Ad editionem nostram quod attinet, ad lucrum nostrum revocavimus quodcumque signatur de talibus additionibus vel in Glossa pseudo-Petri vel in aliis glossis antiquis necnon in indaginibus peritorum nostrae aeta-

[1] Hanc ob causam plures codices quos versavimus in armariis suis reliquendi sunt, etiam cod. Paris., Bibl. Arsenal. 445, qui ut *ein herrlicher Kodex* a cl. M. Grabmann laudatur (cf. *Die Geschichte der schol. Methode* II, 362), necnon et Paris., Bibl. Nation., lat. 11690, et 14514, ac Trecis, Bibi, civit. 304.

tisL Proh dolor, Patres Editores S. Bonaventurae tales notitias historicas non habuerunt, ac proinde problemata heic non cognoverunt. Duce autem Praepositino suspicati sunt tales Notulas ad quandam secundam editionem pertinere, sed plenitudinem quaestionis investigare non potuerunt[1]. Successores eorum (1916) parum progressi sunt. Adverterunt quidem codices inter se non concordare, quatenus in quibusdam nulla istarum Notularum habetur, in aliis vero nec eodem numero nec eodem loco occurrunt. Unde ad difficultatem dirimendam, quantum fieri potuit, codici steterunt Trecensi 900 (T), quem crediderunt omnium antiquissimum 3[4] Notulas exinde quae non illic sed in aliis codicibus solummodo inventae sunt, ad imam paginam posuerunt inter lectiones variantes. Utrum demum tales notulae opus essent Lombardi an cuidam correctori tribuendae, ancipites haeserunt L

Sed quod codex T vel alii antiquiores et meliores quasdam notulas seu glossas volatiles vel correctiones textus non praebent, non militat contra earum authenticitatem. Tales omissiones econtra antiquitatem codicum potius demonstrant ; vel ad minus suspicionem gignunt quod iam ex Parisius asportati sint, aut quod eorum possessores lectionem secundam Lombardi et eius additiones et correctiones non cognoverint.

Unde omnibus perpensis, quasdam normas nobis constituimus ad quaestionem solvendam : 1) quando de quadam notula, glossa vel correctione testimonium explicitum vel implicitum invenitur apud Glossam pseudo-Petri vel apud aliam glossam saeculi XII, iudicatur authentica, etiamsi pauci tantum codices eam contineant. 2) Eadem trutina, quando plures codices fide digni huiusmodi notulas, etc., ponunt, etiamsi pseudo-Pictaviensis de eisdem nihil dicat, accipiuntur in textum. 3) Si vero unus vel duo codices solummodo quandam notam, rubricam, etc., continent, hae vix authenticae considerari possunt. 4) Ex alia parte tandem, quando tales notulae in tertia columna iuxta textum ponuntur, codices respectivos esse ad minus saeculi XII exeuntis iudicare possumus[6].

1 Cf. A. M. Landgraf, *Notes de critique textuelle sur les Sentences de Pierre Lombard,* in *Redi. de Théol. anc. et méd.* 2 (1930) 80-99.

2 Vide *Opera omnia S. Bonaventurae* I, 529, nota 1.

3 Hoc merito lamentati sunt quidam periti; cf. A. M. Landgraf, art. cit., 92, n. 42; ac post eum, los. de Ghellinck, in *Diet. Théol. Cath.* XII, 1973.

4 Vide edit. 1916, pp. XLIII-XLV.

5 Notulae, glossae, et additiones quae authenticae dijudicantur, in ipso textu imprimuntur, litteris vero minoribus. Quibus in tertio apparatu adjunguntur quaedam notae historicae quae authentiam earum tangunt.

Demum lectori merito inquirere licet utrum huiusmodi correctionibus et additionibus ita distinguantur codices ut nonnulli manifeste textum primae traditionis contineant, alii vero ad textum correctum seu quasi ad secundam editionem pertineant. Utinam ita res se haberet[1] ! — Si de correctionibus agitur, praesertim ad libr. I, c. 131 (dist. 31, c. 1, n. 2; infra, 224, 9 et 13) et ad libr. III, c. 38 (dist. 13, cap. unie., n. 9), revera dici potest codices A, L. M, O, P et X textum exhibere originalem, etiamsi aliqui altera manu corrigantur L — Si de additionibus quaeritur, haud-quaquam uniformes se monstrant manuscripti. In quibusdam (L, M, N, T, X) quaedam additiones iam incorporantur ipsi textui, in aliis (A, **o**, P, R) vel etiam in eisdem LNTX aliquae notulae alia manu adduntur in marginibus ; in quibusdam autem ponuntur in tertia columna (B, C, V, W, et bis in A et L). Proinde ex tali varietate quasi nihil concludi potest quoad familias, etc., nostrorum codicum.

4. De Distinctionibus.

Licet divisio quatuor librorum in Distinctiones retineatur in textu sine uncinis quadratis, certo certius tales divisiones non derivantur ab ipso auctore. Praeter enim distributionem operis in quatuor libros et uniuscuiusque libri divisionem in capitula, quorum elenchum ipse confecit, nihil dicit Magister de alia dispositione capitulorum. Insuper, in omnibus codicibus antiquioribus Distinctiones si habentur, manu posteriori adduntur ; desunt omnino in quibusdam[2]. Unde patet quod Distinctiones quae occurrunt in opere Magistri Petri (in libro primo 48, in secundo 44, in tertio 40, et in quarto 50) aetate posteriori introductae sunt.

Unde ergo ortum habuerunt? Iam pridem cl. A. M. Landgraf Distinctiones ante Philippum Cancellarium, qui in sua *Summa de bono* (circa 1232?) tali divisione usus est, se non invenisse declaravit[3]. Ad

1 Ne lector confusus relinquatur, iterum notandum est quod licet quandoque legatur inter variantes *editio prima, editio secunda,* potius agitur de textu originali una cum possibili correctione de manu Lombardi quam de duabus editionibus sensu proprio sumptis.

2 Desunt in cod. O ; adduntur ad librum quartum tantum in cod. A ; manu alia vel etiam manu tertia inseruntur, et nonnunquam omittuntur in B, C, L, N, P, R, T, W, X; manu vero rubricatoris habentur in cod. V.

3 Vide A. M. Landgraf, *Die Schrijtzitate in der Scholastik um die Wende des 12. zum 13. Jahrhundert,* in *Biblica* 18 (1937) 88, n. 4. Notat autem quod Philippus *capitulum,* non *distinctionem,* adhibere ; quod verum est quoad primam partem *Summae* eius, sed in capitulis seu partibus posterioribus *distinctio* invenitur.

hanc assertionem probandam vel reiciendatn novo examini subicimus auctores, glossatores et commentatores qui post Lombardus et ante Philippum textum Magistri vel citant vel elaborant. Quid inde? Positionem eius omni acceptione dignam invenimus, praeter hoc quod interim publici iuris facta est *Glossa* Magistri Alexandri Halensis, quae fons erat *Summae de bono* et apud quam non solum viget usus Distinctionum sed etiam primae inveniuntur *Divisiones textus.* Unde iam annis 1223-1127, et non post 1230, in usu erant Distinctiones. Quaestionem profundius indagantes, concludere coacti sumus Magistrum Alexandrum primum Distinctiones introduxisse sive tanquam ab ipso inventas sive, quod multo minus probabile est, ut sumptas ab alio magistro anonymo et huc usque ignoto. Omnibus autem notum est quod « magister Alexander... lecturam artificialem per se adinventam in divisionibus et sententiis litterae scholasticis post eum reliquit. Nam ante eum nec erat littera trita nec sententia litterae elicita»[1]. Quod tales «divisiones» interpretari possimus ut *Divisiones textus,* libenter concedimus ; sed omnino non excludi potest divisio seu distributio in Distinctiones, quae explicite in Divisionibus textus praesupponitur. Proinde nullam rationem validam invenire possumus contra talem conclusionem[2][3].

Unde ad rationem editionis nostrae haec notari debent : 1) textum suum in capitula divisit Lombardus, quorum elenchum post Prologum posuit. 2) Distinctiones opus sunt Magistri Alexandri, qui quandoque etiam enumeravit capitula infra talem vel talem Distinctionem inclusa. 3) Enumeratio actualis capitulorum sive sub quavis Distinctione sive continua per totum librum a Patribus Editoribus introducta est secundum elenchum capitulorum ipsius Lombardi necnon et rubricas in ipso textu inventas. 4) Quatenus autem Scholastici saec. XIII inter se differunt quoad initium quarundam Distinctionum (unde agnoscunt talem divisionem artificialem et posteriorem esse), sequimur potius quotationem (ut dicunt) communiorem quam signationem Bonaventurae a praedecessoribus nostris praelatam[8].

1 Ita legit eius obituarium in *Chronicon de Lanercost (1201-1346),* ed. J. Stevens, Edinburgh 1859, 53 ; cf. *Magistri Alexandri de Hales Glossa* I, 33*.

2 De quaestione disputatur per longum et latum apud I. Brady, *The Distinctions of Lombard's Book of Sentences and Alexander of Hales,* in *Franc. Studies* 25 (1965) 90-116.

3 Agitur hic de libri I distinctione 40; libri II, dist. 15 et 27; libri III, d. 12; cf, I. Brady, art. cit. 106-115.

B. Normae quoad Apparatus.

Secundum consuetudinem Collegii nostri in editionibus *Glossae* et *Quaestionum* Alexandri de Hales necnon et *Quaestionum de sacramentis* Guillelmi de Militona, triplex apparatus ordinarie invenitur in imis paginis huius Sententiarum editionis : primus ad lectiones variantes spectat ; secundus auctoritates explicite vel implicite allegatas annotat ; tertius ad relationes doctrinales et historicas se convertit.

1. De Lectionibus.

In primo apparatu notantur iuxta methodum hodie communiter receptam lectiones variantes, omissiones et additiones occurrentes in codicibus iam descriptis. Verumtamen ne rebus minoris momenti iste apparatus nimium gravaretur, lectiones inutiles praeterivimus, v. gr. transpositiones verborum quae in unico codice inveniuntur, errores manifestos librariorum, correctiones posteriores (quae saepius merae conjecturae sunt). Proinde tales lectiones admittuntur quae aut authenticae esse possint aut sensum textus aliqualiter mutent ; vel etiam lectiones quae indolem codicum manifestent ; una cum transpositionibus quae ad minus tribus codicibus communes sunt. Si ergo quandoque inter se discrepare videntur haec editio nostra et editio secunda, scias quod hic sub silentio omisimus lectiones peculiares codicis T, cui praedecessores nostri nimium fortasse confisi suntL

2. De Auctoritatibus.

In secundo apparatu ponuntur auctoritates, loci scilicet S. Scripturae, sanctorum Patrum et scriptorum ecclesiasticorum qui a Magistro Petro sive in ipso textu sive in marginibus, sive solo eorum nomine sive cum quodam opere, allegantur. Impossibile tamen fuit semper et ubique determinare quinam theologi lateant sub appellatione *quidam* vel *alii,* eo magis quia quandoque suos coaetaneos, quandoque seipsum his verbis celavit Lombardus. Fontes vero propinquiores unde tantam hausit materiam ad opus suum texendum, sub tertio apparatu notantur, nisi satis manifestentur sub hoc secundo.

l Si quis vero desideret lectiones cod. T inspicere, consulat editionem secundum (1916), ubi signatur ut U. Nobis non lubet monumentum aere perennius denuo exigere.

3. De tertio Apparatu.

Tertius apparatus, ut iam dictum est, exhibet fontes proximiores Magistri Petri, qui licet 'brevi volumine complicaverit Patrum sententias, appositis eorum testimoniis' (Prolog.), haec testimonia plerumque sumsit ex auctoribus posterioris aetatis ; v. gr., ex Glossa ordinaria, ex suiipsius glossis in psalmos et in Epistolas b. Pauli, ex *Decreto* Gratiani, ex anonyma *Summa sententiarum,* ex Hugonis *De sacramentis Christianae fidei ;* etc. Quos fontes, in quantum fieri potuit, et eorum relationes ad libros Sententiarum hic annotavimus L Hisce fontibus adiunximus etiam quidquid sive de textu Lombardi sive de lectionibus eius in aula traditur in Quaestionibus Petri Manducatoris[1], in Glossa olim Petro Pictaviensi attributa, et in aliis glossis scholae Lombardi primitivae. Pretiosa quippe sunt talia testimonia ad textum vel ad glossas marginales stabiliendas. Demum quandoque his notis historicis adduntur notae bibliographicae ad doctrinam et historiam saeculi XII profundius investigandam.

C. Ratio Editionis.

Perpauca restant dicenda de ratione editionis, eo quod in praecedentibus principia generalia iam aliqualiter illustrata sunt.

1. De usu codicum ad textum edendum.

Inter codices maximi momenti iam adiudicavimus A, M, O et P, quibus statim adiungendi sunt item inter principales L, N et X. Unde, ut nobis apparet, si hi septem inter se concordant, textum originalem prae manibus habemus. Si vero codice O et P (libr. I-Il) vel O et A (III-IV) in communem lectionem conveniunt contra alios codices, talem adhibuimus variantem nisi eos errasse aliunde (ex. gr. ex testimonio unanimi aliorum codicum) determinari possit. Ad res difficiles solvendas omnes codices in auxilium advocavimus. Quando corrigitur textus alia manu,

1 Hic iterum forsitan addere oportet quod Glossa Lombardi in Apostolum citatur non non solum secundum editionem (PL 191-192) sed etiam secundum redactionem primitivam (usque adhuc notam) in codd. Vatie, lat. 144 et 695 ; de quibus et aliis agitur supra, pp. 65*-68*.

2 Cf. Ign. Brady, *Peter Manducator and the oral Tcachings of Peter Lombard,* in *Antonianum* 41 (1966)454-490.

haec indicatur numero superscripto (v. gr. O2), nisi agatur de pluribus codicibus.

2. De Rubricis.

Omnes rubricas quae codicibus praedictis communes sunt conservare curavimus, licet ob rationes typographicas in ipso textu typis grassioribus incusae introducantur. Illae vero rubricae quae, saltem ut in pluribus, in marginibus codicum inveniuntur asterisco (*) signatae sunt; omnes aliae autem ut intra columnas ipsius textus positae habendae sunt. Quandoque nihilominus quaedam rubricae, eo quod inconveniens esset eas in ipso textu incorporare, in secundum apparatum remittuntur; quandoque etiam praeterivimus, quatenus in ipso textu apparent, nuda nomina Patrum (Augustinus, Ambrosius, etc.), quae quampluries in margine leguntur[1].

3. De Indicibus.

Editio nostrae diversis munitur indicibus: in hac prima parte tomi I, codicum quibus refertur in hisce Prolegomenis, necnon et ipsius Introductionis. Deinde in secunda parte eiusdem tomi (ubi typis dantur libri I et II Sententiarium), et iterum in tomo II (libr. III et IV), quatuor inveniuntur: codicum scilicet, auctoritatum secundum nomen auctorum et initia, deinde auctorum tam antiquorum quam modernorum qui in diversis apparatibus nominantur, ac postremo doctrinae.

In primo enumerantur omnes codices qui referuntur in ipso textu (praeter codices Sententiarum). Index auctoritatum additur ad commodum lectoris. Eo enim quod Libri quatuor Sententiarum fons erant Scholasticorum unde hauserunt quamplures auctoritates Augustini, etc., opportunum visum est indicem construere auctoritatum, initia eorum indicando sub nomine auctoris (opera spuria asterisco * indicantur). Ne autem res nimis amplificetur, non omnes auctoritates hic includuntur; quandoquidem enim auctor semel tantum vel bis citatur (ex. gr. Alcuinus, Didymus, Cyrillus), unde sufficit indices auctorum (Ind. III) consultare; aequo modo non semel quaedam alia clavis invenitur in ipso textu (ex. gr., Ambrosius: « *Affectus* nomen operi imponit »), ad quam refertur in indice doctrinali.

[1] Ad commodum lectoris (necnon et ad usum faciliorem editionis nostrae *Mag. Alexandri de Hales Glossae)* in desideriis erat marginibus apponere paginas editionis secundae (1916), immo et numeros ibi ad capitula textus adiunctos, sed ob rationes typographicas haec adiumenta omittere coacti sumus.

Denuo, quando agitur de quodam commento in S. Scripturam, materia abundat in Indice III sub nomine auctoris vel ipsius libri sacri. Postremo, index doctrinae fundatur super exemplar editionis operum Alexandri Halensis, praesertim eius *Glossae* in primum librum Sententiarum (pp. 511-538) et in secundum (pp. 429-483) ; ubi multum nobis intererat progressum doctrinalem videre septuaginta annis post mortem Magistri Sententiarum. Methodo autem magis analytica usi sumus quam habetur in indicibus illius Glossae [1].

* * *

His paginis finem imponere non possumus quin gratitudinem nostram promamus erga omnes qui studiis et scriptis suis vel alio modo adlaboraverunt ad cognitionem saeculi XII et praesertim Magistri Petri Lombardi evolvendam et amplificandam [2]. Cum autem in processu generationis humanae, ut verbis utamur Doctoris Subtilis, semper creverit notitia veritatis, spem etiam habemus quod studia futura huic editioni correctioni sint, ut tandem ad editionem perfectiorem pervenire possint successores nostri !

Pp. Editores

Ad Claras Aquas
in festo S. Maria Angelorum.
2 augusti 1970.

1 Quoad Indicem generalem animadvertat lector quod tituli seu summaria Distinctionum conficiuntur ut in pluribus ex titulis Lombardi (in elencho capitulorum) vel ex eius rubricis ; quandoque autem sed rarius excerpti sunt ex indicibus Glossae Alexandri de Hales.

2 Hic gratias agere lubet Rev.tno Domino Abbati Eligio Dekker, O.S.B., qui nobis fraterne concessit usum textus Augustini *De Trinitate* antequam publici iuris factus erat in *Corpore Christianorum Latinorum,* ad notas in libro I redigendas.

SIGLA ET ABBREVIATIONS
in editione textus adhibitae

.1.

BGPTMA	= Beitrâge zur Geschichte der Philosophie und Théologie des Mittelalters.
CCL	= Corpus Christianorum Latinorum.
CSEL	= Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum.
DS	= Denzinger H., et Schonmetzer A., Enchiridion Symbolorum, ed. XXXII (1963).
DThC	= Dictionnaire de Théologie Catholique.
GCS	= Griechische Christliche Schriftsteller.
LThK2	= Lexikon fur Théologie und Kirche, ed. 2.
PG	= Patrologiae Cursus Completus, series graeca, ed. J.-P. Migne.
PL	= Patrologiae Cursus Completus, series latina, ed. J.-P. Migne.
PLS	= Patrologiae latinae supplementum.

.11.

a	= recto col. 1.
abbrev.	= abbreviat(ur).
add.	= addit, addunt.
b	= recto col. 2.
c	= verso col. 1.
c., cap.	= capitulum.
cc., capp.	= capitula.
cf.	= confer(atur).
cod(d).	= codex, codices.
col.	= columna.

corr. = corrigit, corrigunt.
d = verso col. 2.
d., Dist. = distinctio.
del. = delet.
ed. = editio, editor.
exp. = expungit.
f, ff. = folium, folia.
h. l. (in) = (in) hunc locum S. Script.
horn. = homoioteleuton.
inauth. = inauthenticus.
interl. = interlinearis ; additur inter lineas.
lac. = lacuna.
lib. = liber.
lin. = linea.
mg., marg. = in margine, marginalis.
ms., mss. = codex, codices manuscript!.
n., num. = numerus.
nn. = numeri.
not. = nota.
om. = omittit, omittunt.
opp. = opera.
p- = post.
p., pp. = pagina(e) ; pars.
praem. = praemittit.
ps.- = pseudo-.
q. = quaestio.
r = recto.
rep. = repetit.
resp. = respicit(ur).
rubr. = rubrica.
suppl. = suppletur, supplendum.
trp. = transponit, transponunt.
V = verso.
V. = vide ; versus.

INDICES PROLEGOMENORUM

I. Bibliothecae et Manuscripta.

II. Auctores et Materia.

III. Index Generalis.

I. - BIBLIOTHECAE ET CODICES MANUSCRIPTI

Admontensi (Steiermark), Bibl. OSB, cod. *36:* 49 n. 4.

Altissiodori, Bibl. Civit., cod. *10:* 95

Ambianis, Bibl. Civit., cod. *231* (= A) : 132

Assisii, Bibl. Comm., cod. *103:* 135

Aurelianis, Bibl. Civit., cod. *198 (175):* 97

Avinione, Bibl. Civit., cod. *290:* 135

Banbergae, Bibl. Status, cod. Patr. 720; 130 135 136

Bernae, Bibl. Civit., cod. *A 94:* 117 n. 2.

Brugis, Bibl. Civit., cod. *28:* 108 — Cod. *184 (*= B) : 132 — Cod. 247; 28 n. 2.

Bruxellis, Bibl. Regia, cod. 274 *(1485-1501):* 115 n. 4 ; 117 n. 2. — Cod. *1535 (11.580)* (= C) : 133 — Cod. *[1.953:* 107 108

Cameraci, Bibi. Civit., cod. *561 (519):* 28 n. 1.

Cantabrigiae, Bibl. Collegii ' Caius et Gonville ', cod. *331:* 28 n. 2.

— Collegii Ss. Trinit., cod. *B.5.4:* 52 n. 1,— Cod. *B.5.6.,* et *B.5.7:* 70

Cantuariae, Christ Church, codex perditus Sentent. : 46 n. 4.

Erfordii, Bibl. Civit, cod. *Ampion. 180:* 136

Florentiae, Bibl. Laurent., cod. *Plut. 5 dext. 11:* 73 n. 4 ; 75 nn. 2, 3 ; 76 n. 2 ; 77 n. 2. — Cod. *Plut.* 7 *dext. 9:* 53 n. 3 ; 54 n. 2 ; 55 nn. 1, 4, 5 ; 59 n. 2 ; 60 n. 1 ; 61 n. 4. — Cod. *Plat. 16. 33:* 75 n. 5 ; 76 n. 1 ; 77 n. 1 ; 78 nn. 1, 3. — Cod. *Plut.* 77. 4; 53 n. 2 ; 54 n. 3 ; 55 nn. 2-3 ; 59, n. 2 ; 60 n. 1 ; 61 nn. 4-5. — Cod. *Plut. 23. 5:* 73 n. 4 ; 75 nn. 2-3 ; 76 n. 2. — Cod. S. Crucis, *Plut. 25 dext. 1:* 10

— Bibl. Nat., cod. Conv. soppr. *E. 6. 1046:* 130 n. 4.

Londini, Museum Brit., cod. *Harley 978:* 17 n. 4. — Cod. *Harley 1762:* 28 n. 1. — Cod. *Royal 9. E. XIV:* 28 n. 2.

Mancunii, John Rylands Library, cod. *6:* 49 n. 4.

Monachii, Bibl. Status, cod. *lat. (dm) 2624:* 32 — Cod. *2627:* 115 n. 4. — Cod. *4522:* 137 n. 5. — Cod. *15824:* 86 n. 2. — Cod. *18109 (*= M) : 10 133

Oxoniae, Bibl. Bodl., cod. *Auct. E. infra 6:* 52 n. 1. — Cod. *Laud. Miscell. 357 (1345):* 95

— Bibl. Collegii Balliol, cod. *296:* 98 n. 6.

Parisiis, Archiv. Nat. *L 896:* 36 — *LL 76,* 15 : 24 n. 4.

— Bibl. Arsenal, cod. *445:* 141 n. 1.

— Bibl. Mazarin., cod. *lat. 757* (= L) : 133 — Cod. *lat. 941:* 110 — Cod. *lat. 1000 (962):* 97 — Cod. *lat. 1005:* 97 — Cod. *lat. 1708 (1318):* 95

— Bibl. Nat., cod. *lat. 408:* 48 — Codd. *lat. 409-424, 445, 451, 452:* 48 n. 1. — Cod. *lat. 648:* 68 69 — Cod. *lat. 649:* 67 ; 89 n. 1 ; 90 93 — Cod. *lat. 650:* 68 — Cod. *lot. 655:* 68 ; 89 n. 3. — Cod. *lat. 673:* 68 ; 89 n. 3. — Cod. *lat. 678:* 69 — Cod. *lat. 681:* 68 — Cod. *lat. 2897:* 108 — Cod. *lat. 3014* (= N) : 134 — Cod. *lat. 3022 (*= O) : 134 — Cod. *lat. 3029 (*= P) : 134 — Cod. *lat. 3203:* 28 n. 2. — Cod. *lat. 3230:* 28 n. 1. — Cod. *lat. 3537:* 94 nn. 2, 3, 4 ; 95 —

Cod. *lat. 6674:* 104 n. 1; 110 — Cod. *lat. 11690:* 141 n. 1. — Cod. *lat. 12007:* 48 — Cod. *lat. 12415:* 95 — Cod. *lat. 13374:* 96 — Cod. *lat. 13578:* 01 — Codd. *lat. 14241, 14242:* 48 — Codd. *lat. 14266, 14267:* 69 — Cod. *lat. 14368:* 36 n. 1; 44 n. 3. — Cod. *lat. 14403:* 47 n. 4. — Cod. *lat. 14422:* 48 — Cod. *lat. 14514:* 141 n. 1. — Cod. *lat. 14524:* 28 n. 2. — Cod. *lat. 14589:* 97 — Cod. *lat. 14590:* 98 — Cod. *lat. 14597:* 98 — Cod. *lat. 14673:* 40 n. 4; 44 n. 3. — Cod. *lat. 14804:* 99 101 102 105 109 — Cod. *lat. 14867:* 811 — Cod. *lat. 14883:* 40 n. 1. — Cod. *lat. 14925:* 110 n. 1. — Cod. *lat. 14948:* 110 — Cod. *lat. 14957:* 110 — Cod. *lat. 15239:* 69 — Cod. *lat. 15241:* 70 — Cod. *lat. 15350:* 126 n. 1. — Cod. *lat. 16331:* 112 — Cod. *lat. 16461:* 98 110 — Cod. *lat. 16505:* 98 — Cod. *lat. 16506:* 96 — Cod. *lat. 17211:* 48 — Cod. *lat. 17246:* 67; 89 n. 1; 903 — Cod. *lat. 17272:* 49 — Cod. *lat. 17288:* 70 — Cod. *lat. 17464* (= R): 134 — Cod. *lat. 18170:* 94 n. 3; 96 — Cod. *lat. 18192:* 96

Pragae, Bibl. Univ., cod. *XXIII.E.63:* 96

Reichersbergensi, Bibl. Eccl., cod. *lat. VII]:* 83

Rothomagi, Bibl. Civit., cod. *565:* 98

Sancti Audomari, Bibl. Civit., cod. *710:11* n. 2.

Trecis, Bibl. Civit., cod. *304:* 141 n. 1. — Cod. *900* (= T): 125 130 134 — Cod. *964:* 81 85 — Cod. *1175:* 28 n. 2.

Turonis, Bibl. Civit., cod. *343:* 110

Valentianae, Bibl. Civit., cod. *186* (= X): 135 — Cod. *224 (215):* 96

Civit. Vaticanae, cod. Vat. lat. *90-91:* 49 — Codd. Vat. lat. *92-97:* 49 n. 2. — Codd. Vat. *139-141:* 73 n. 4. — Cod. Vat. lat. *142:* 73 n. 4; 75 n. 2. — Cod. Vat. lat. *144 (= x):* 64; 89 n. 1; 903; 140 — Codd. Vat. lat. *145-146:* 70 — Cod. Vat. lat. 757; 70 — Cod. Vat. lat. *688* (= V): 135 — Cod. Vat. lat. *691* (= W): 135 — Cod. Vat. lat. *695 (= z):* 64; 76 n. 3; 89 n. 1; 90 140 — Cod. Vat. lat. *700:* 98 — Cod. Vat. lat. *1275:* 96 — Cod. Vat. lat. *5055:* 98 — Cod. Archiv. S. Petri *B 61:* 75 n. 5. — Cod. Ottobon. lat. *86:* 70 — Cod. Ottobon. lat. *522:* 40 n. 3. — Cod. Regin. lat. *94:* 49 — Cod. Regin. lat. *256:* 56 n. 2. — Cod. Urbin. lat. *18:* 70 — Cod. Urbin. lat. 708; 98

Vindobonae, Bibl. Status, cod. *974:* 97 n. 1. — Cod. 7292; 96 — Cod. *1296:* 95 n. 1; 97

Wiirttembergensi, Bibl. Status, cod. theol. Fol. *341:* 49 n. 4.

II. - INDEX AUCTORUM ET MATERIAE

Abbatia S. Amandi in Pabula : 135. — S. Genovefae Parisius : 17 ; ibi non docuit Lombardus : 26-27. — S. Mariae de Hedera (Yerres) : 35s, 42. — S. Mariae Karoli loci : 133. — S. Mariae de Thosan (Ter Doest) : 132. — S. Mariae in Parco (Lovaniae) : 133. — S. Victoris Parisius : 8 ; festum patroni : 41 ; schola : 14 ; spiritus : 15 ; sermo Lombardi (n. 14) coram capitulo : 103 ; alter sermo (n. 31) : 110 ; praebenda ad Nostram Dominam : 23 ; domus iuxta S. Christophorum : 20s ; decimae apud Athias : 35s ; *Annales:* 44, n. 3 ; *Antiquae Consuetudines:* 15, n. 2 ; *Obituarium,* de morte Lombardi : 41 ; de parentibus cuiusdam P. Lumbardi : 40, n. 4. — Tergensee : 133.

Adam de Parvo Ponte, mag., in consistorio Paris. 1147 : 29 ; non fuit canonicus S. Mariae : 29, n. 2.

Adam Walensis, praepositus scholarum Lombardi : 35, n. 2.

Aegidius Fuscararius, mag. Bononiae : 96, n. 1.

Albericus Remensis, mag. : 13s.

Albericus de Tribus Fontibus, testim. de operibus Lombardi: 47 ; 113, n. 2; de episcopatu eius : 43.

Albert G., et al., *La légende des trois mariages de S. Anne: 140, n. 1.*

Albertus, praecentor S. Mariae : 24, 25, 36, 41.

Alcuinus, *Comm, in ep. ad Hebr.,* fons Lombardi : 80.

Alexander Halensis, mag., Sententias Lombardi in textum ordinarium adoptavit: 117s; et in Distinctiones divisit : 143s.

Alexander III, non consuluit Lombardum: 27s ; litterae eius ad Lomb. : 37s ; ep. ad Clementiam abbatissam : 35, n. 3 ; litterae ann. 1161-1163 et mors Lombardi: 42.

Algrinus, cancellarius S. Mariae : 25.

Ambrosiaster, *In ep. S. Pauli,* fons Glossae Lombardi: 80; in Rom. 1, 1: 62; in Hebr. = Alcuinus : 80.

Ambrosius Autpertus, accusatur a Gerhoho Reichersb. : 83.

Ammonius, *Concordia evangeliorum:* 114.

Anna, S., legenda de tribus eius viris : 140

Anonymus Hibernicus (pseudo-Pelagius), *In Hebr.,* non est fons Magistri : 80, n. 8 ; Argumenta in ep. ad Hebr. : 73, n. 2 ; 125, n. 3.

Anselmus Laudunensis, mag., 13; 75, n. 4; successores eius Remis : 13 ; veri successores apud S. Victorem: 16; *Olossa ord. in psalmos:* 14, 59 ; fons Glossae Lombardi : 53-56, 59-61 ; *Glossa ord. in epistolas S. Pauli,* fons Lombardi : 74s ; textus in Rom. 1, 1 : 76, n. 2 ; de quatuor timoribus : 54, n. 4 ; an sub influxu Ambrosii Autperti : 83 ; schola eius : 75, n. 4 ; 85, n. 3.

Apologia, quae falso attribuitur Lombardo : 113; *Apologia de Verbo Incarnato,* tract, anon. : 113s.

Argumenta in ep. S. Pauli : 72s.

Aristoteles, *De poetica:* 21.

Arnoldus, archidiaconus Pictaviensis : 29.

Arnoldus Metensis, auctor dicitur cuiusdam ep. ad Petrum Lombardum: 114.

Augustinus (S.), fons Glossae in Apostolum, mediante Floro Lugdun. : 70s; fons immediatus Sent. : 119 ; florilegium S. Bedae : 80.

Asterici ✱ omittuntur ne taedium generent.

— *De Trinitate,* L. II, *c. 5:* 91. — L. IV, *cc. 20-21:* 93, nn. 4, 7. — L. V, *c. 14:* 90, n. 2 ; *c. 11:* 92, n. 5 ; *c. 15:* 92, n. 4 ; *c. 16:* 92, n. 6. — L. XV, *c. 9:* 91, n. 3.
— *Enarrat, in psalmos,* non videtur esse fons immediatus Olossae Magistri : 53s; in ps. *21, 2:* 60, n. 2 ; ps. *93, 15:* 60, n. 2 ; ps. *98, 5:* 61, n. 5.
— *In Ioann., tr. 99, n. 10:* 134, n. 3 ; *tr. 104:* 125, n. 2.
— *Sermones: s. 117:*79, n. 2 ; s. *229:* 77, n. 2 ; s. *272: 11,* n. 2.
Aupoidus (seu Aupaldus), ep. Novariae (985) : 10.
Avogadro, G., ed. *Historiae patriae monumenta:* 10, n. 5.

Balduinus, ep. Noviomensis : 11, 23.
Baltzer, Otto, *Die Sentenzen... Quellen:* 6.
Bandinius, A., *Catalogus* Mss. Bibi. Laur. : 75, n. 2 ; 115, n. 1.
Baronius, Caesar card., *Annales,* de anno mortis Lombardi : 42s.
Barbedaurus, decanus Eccl. Paris. : 33, n. 5 ; 44, n. 4.
Bartholomaeus de Seniis, decanus, ep. Catalaunensis : 23 ; 44, n. 4.
Bartholomaeus Tridentinus, *Epilogus in S. Franciscum:* 125.
Basilius (S.), cui quaedam capp. Damasceni olim attribuebantur: 63, 121.
Basso, G., *Le carte... Novara:* 10, n. 3.
Beaugendre, A., ed. opera Hildeberti de Lavardino ac sermones Lombardi: 95, n. 5.
Beda (S.), *Homil. evangel, libri II,* Lib. II, *hom. 10 (16):* 90, n. 3 ; florilegium Augustini: 80.
Beda (pseudo), v. Florus Lugdunensis.
Béguet, A., *La nécrologie... Auxerre:* 50, η. 1.
Bernardus, mag., archidiac. Paris. (1154): 11, 23, 24.
Bernardus Carnotensis, mag., 6, 122.
Bernardus Claraevallensis (S.), itinera in Italiam : 9 ; Lombardum Gilduino commendat *(y. Epist. 410)* ; an patronus Lombardi : 24 ; commendat Mag. Petrum Bellovacensem : 18s ; in concilio Remensi : 30.
— *Epist. 140:* 8, 12, 13, 15, 16.
— *De gratia et libero arbitrio:* 107.
— *Sermones de diversis: s. 50:* 107, n. 2 ; s. *92:* 103, n. 2.
Bertoia E., *I commentari:* 63, n. 5.
Bibliotheca Casinensis: 75, n. 6.
Bibliotheca S. Crucis, Florentiae : 10, n. 1 ; 115, n. 1.
Blancha, mater S. Ludov. IX : 40, n. 4.
Bliemetzrieder, Fr., *Robert v. Melun:* 13; 14, n. 7 ; 16, n. 3 ; 24, n. 3 ; 137, n. 4. — *Sent. Anselmi:* 85, n. 3.
Bloch-Cornet, Dionysia: 132, n. 1.
Bonaventura (S.), *Opera omnia,* proleg. : 6, n. 1. — *Collât, de X Praeceptis:* 39s.
Bononia: an Lomb. illic studuerit: Iis. *Cf.* etiam Gratianus.
Bourgain, L., *La chaire française:* 94.
Boutemy, A., et monachus Sawalo : 135, n. 3.
Brady, I., 7 ; *The Distinctions:* 144, n. 2. — *Peter Lombard: Canon of Notre-Dame:* 21, n. 2 ; 24, η. 1 ; 32, n. 4. — *Peter Manducator* and *the* Oral *Teachings:* 28, n. 1 ; 35, n. 2 ; 127, nn. 2-4 ; 146, n. 2. — *The Rubrics of Peter Lombard's Sent.:* 138, η. 1.
» 85 (7). Utrum bona quae fiunt ab aliquibus malis valeant ad meritum vitae cum fuerint conversi ad bonum.

[Distinctio XVI]

Cap. 86 (1). De tribus in poenitentia considerandis, scilicet compunctione, confessione, satisfactione.
» 87 (2). Quae sit vera satisfactio.
» 88 (3). Quae sit satisfactio falsa.
» 89 (4). De tribus actionibus poenitentiae.
» 90 (5). De multitudine venialium, quae gravat ut unum grande peccatum.
» 91 (6). De satisfactione venialium.

[Distinctio XVII]

Cap. 92 (1). Utrum sine confessione dimittantur peccata.
» 93 (2). Si sufficit soli Deo confiteri.
» 94 (3). Quod non sufficit soli Deo confiteri si possit confiteri sacerdoti.

6 vere *trp. p.* uno OW. 10 perirent] punirentur LW. 16 conversi ad bonum *trp.* ABCLMR. 21 satisfactio falsa *trp.* BCLM. 23 gravat] gravant ALM. 27 dimittantur peccata] dimittatur peccatum ALM.

Cap. 95 (4). An sufficiat confiteri laico.
» 96 (5). Ad quid valeat confessio.

[Distinctio XVIII]

Cap. 97 (1). De remissione quam praestat sacerdos.
» 98 (2). De clavibus.
» 99 (3). De usu clavium.
» 100 (4). Si sacerdos potest dimittere peccatum vel retinere peccatum.
» 101(5). Quomodo sacerdotes dimittunt peccata vel retinent.
» 102(6). Quomodo sacerdotes ligant vel solvunt a peccatis.
» 103(7). Quomodo intelligendum sit illud: Quodcumque solveris etc.
» 104(8). Quae sint interiores tenebrae et interior macula.

[Distinctio XIX]

Cap. 105 (1). Quando hae claves dantur et quibus.
» 106 (2). Utrum per indignos transfundatur gratia dignis.
» 107 (3). Quomodo intelligendum sit: Maledicam benedictionibus vestris.
» 108 (4). Qualis esse debeat iudex ecclesiasticus.

[Distinctio XX]

Cap. 109 (1). De his qui in fine poenitent.
» 110 (2). De his qui poenitentiam non complent.
» 111 (3). De illo cui sacerdos indiscretus iniungit poenam.
» 112 (4). Quod morientibus non est imponenda satisfactio, sed innotescenda.
» 113 (5). Quod non est poenitentia neganda vel reconciliatio in necessitate.
» 114 (6). Quod presbyter non reconciliet aliquem inconsulto episcopo, nisi in necessitate.
» 115 (7). An oblatio eius sit recipienda, qui currens ad poenitentiam, praevenitur morte.

7 peccatum^] peccata BCNT, *om.* ALM. ‖ peccatum peccata BCT, *om.* R. 19 debeat] debet ALM. 22 iniungit] parvam *add.* AC. ‖ poenam] penitentiam ALRVW.

[Distinctio XXI]

Cap. 116 (1). De peccatis quae post hanc vitam dimittuntur.
» 117 (2). De his qui aedificant aurum, argentum, lapides pretiosos, foenum, stipulam.
» 118 (3). De igne purgatorio, quo alii citius, alii tardius purgantur.
» 119 (4). Quid sit aedificare lignum, foenum, stipulam.
» 120 (5). Quid sit aedificare aurum, argentum, lapides pretiosos.
» 121 (6). Quod aliquem vere poenitet, etsi non de omni veniali.
» 122 (7). Quid sit generalis confessio.
» 123 (8). Quod nemo debet confiteri peccata quae non fecit.
» 124 (9). De poena sacerdotis qui peccatum confitentis publicat.

[Distinctio XXII]

Cap. 125 (1). Si peccata dimissa redeant.
» 126 (2). Quid sit sacramentum et res.

[Distinctio XXIII]

Cap. 127 (1). De sacramento unctionis extremae.
» 128 (2). De tribus generibus unctionis.
» 129 (3). A quibus fuerit hoc sacramentum institutum.
» 130 (4). De iteratione huius sacramenti.

[Distinctio XXIV]

Cap. 131 (1). De ordinibus ecclesiasticis, quot sint.
» 132 (2). Quare septem sint.
» 133 (3). Quales assumendi sint a clero.
» 134 (4). De corona et tonsura.
» 135 (5). De ostiariis.
» 136 (6). De lectoribus.
» 137 (7). De exorcistis.
» 138 (8). De acolytis.
» 139 (9). De subdiaconis.

3 pretiosos] lignum *add.* CLM, ligna *add.* AB. 6 lignum] ligna ABC. 9 sit] prosit LM. 18 A *om.* ABCMW. 23 sunt] sint MT. ‖ a clero] ad clerum R *(.melius!').* 29 subdiaconis] subdiaconibus ALNR, *quod corr.* AL

Cap. 140 (10). De diaconis.
» 141 (11). De presbyteris.
» 142 (12). Qui dicuntur ordines sacri.
» 143 (13). Quid appellatur ordo.
» 144 (14). De nominibus dignitatis et officii.
» 145(15). De episcopo.
» 146(16). De pontifice.
» 147 (17). De quadripartito episcoporum ordine.
» 148(18). De vate.
» 149(19). De cantore.

[Distinctio XXV]

Cap. 150 (1). De ordinatis ab haereticis.
» 151 (2). De simonia, unde dicitur et quid sit.
» 152 (3). De his qui a simoniacis ordinantur scienter vel non.
» 153 (4). De his qui dicunt se emere corporalia, et non spiritualia.
» 154 (5). De distinctione simoniacorum.
» 155 (6). De his qui violenter ab haereticis vel ab aliis simoniacis ordinantur.
» 156 (7). De aetate ordinandorum.

[Distinctio XXVI]

Cap. 157 (1). De sacramento coniugii.
» 158 (2). De institutione eius et causa.
» 159 (3). Quando secundum praeceptum et secundum indulgentiam contractum sit coniugium.
» 160 (4). Quibus modis accipitur indulgentia.
» 161 (5). Quod nuptiae bonae sint.
» 162 (6). Cuius rei sacramentum sit coniugium.

[Distinctio XXVII]

Cap. 163 (1). Quae sint consideranda in coniugio.
» 164 (2). Quid sit coniugium.

1 diaconis] diaconibus LNR. 4 appellatur] appelletur LMR. 12 ordinatis] ordinibus BCOTW, *quod corr.* BW. 19 De aetate ord. *om. codd.* 22 eius ozn. LMN. 23 Quando] Quod MO, An A.

Cap. 165 (3). De consensu qui efficit coniugium.
» 166 (4). Quando incipit esse coniugium.
» 167 (5). De opinione quorundam, qui dicunt coniugium non esse ante carnalem copulam.
» 168 (6). Quod sponsa potest eligere monasterium sine sponsi consensu.
» 169 (7). Quod coniugatus sine coniugis consensu nequit profiteri continentiam.
» 170 (8). De adulterinis coniugiis.
» 171 (9). Quod multipliciter sponsus et sponsa accipitur.
» 172(10). Quae sponsa sit vidua mortuo sponso, et quae non.

[Distinctio XXVIII]

Cap. 173 (1). Si consensus de futuro, etiam iuramento firmatus, faciat coniugium.
» 174 (2). De his quae pertinent ad substantiam et ad decorem sacramenti.
» 175 (3). Utrum consensus ille qui facit matrimonium, sit de carnali copula, an de cohabitatione, an de alio.
» 176 (4). Quare de latere viri formata est mulier.

[Distinctio XXIX]

Cap. 177 (1). Quod non est consensus legitimus, ubi est coactio.

[Distinctio XXX]

Cap. 178 (1). De errore qui evacuat consensum.
» 179 (2). De coniugio Mariae et Joseph.
» 180 (3). De finali causa coniugii.
» 181 (4). Quod malus finis non contaminat sacramentum.

[Distinctio XXXI]

Cap. 182 (1). De tribus bonis coniugii.
» 183 (2). De duplici separatione.
» 184 (3). De his qui procurant venena sterilitatis.

19 est] sit ABLMRW.

Cap. 185 (4). Quando sint homicidae qui procurant abortum.
» 186 (5). De excusatione coitus quae fit per bona coniugii.
» 187 (6). De indulgentia quam facit Apostolus.
» 188 (7). De malo incontinentiae.
» 189 (8). De carnis delectatione, quae peccatum sit vel non.

[Distinctio XXXII]

Cap. 190 (1). De solutione carnalis debiti.
» 191 (2). De continentia ex communi consensu servanda.
» 192 (3). Quando cessandum sit a coitu.
» 193 (4). Quibus temporibus non sint celebrandae nuptiae.

[Distinctio XXXIII]

Cap. 194 (1). De diversis legibus coniugii.
» 195 (2). Utrum loannis virginitas sit praeferenda castitatis Abrahae.
» 196 (3). Quae erat consuetudo coniugii sub Lege.
» 197 (4). Cui licebat tunc plures habere vel non.

[Distinctio XXXIV]

Cap. 198 (1). De personis legitimis.
» 199 (2). De frigidis separandis vel non.
» 200 (3). De his qui maleficiis impediti coire nequeunt.
» 201 (4). De furiosis.
» 202 (5). De his qui dormiunt cum duabus sororibus.
» 203 (6). Quod non est dimittenda uxor pro aliqua macula corporis.

[Distinctio XXXV]

Cap. 204 (1). De iure viri et mulieris.
» 205 (2). Quod fornicariam nequit dimittere vir, nisi ipse expers fuerit fornicationis, et e converso.
» 206 (3). De reconciliatione eorum qui propter fornicationem separantur.
» 207 (4). De illis qui ante coniunctionem se polluerunt per adulterium.

1 Quando] Unde MT, An A. 10 sint] sunt BCT. 26 et e converso *om.* MR.

[Distinctio XXXVI]

Cap. 208 (1). De servis, utrum propter extremam conditionem possit fieri separatio.
» 209 (2). De copula servi et ancillae diversorum dominorum.
» 210 (3). De viro qui se facit servum ut dividatur ab uxore.
» 211 (4). De aetate contrahentium.

[Distinctio XXXVII]

Cap. 212 (1). In quibus ordinibus nequeat contrahi matrimonium.
» 213 (2). De interfectoribus suorum coniugum.

[Distinctio XXXVIII]

Cap. 214 (1). De votis.
» 215 (2). De votorum differentia.
» 216 (3). De illis qui post longam captivitatem redeunt.

[Distinctio XXXIX]

Cap. 217 (1). De dispari cultu.
» 218 (2). De coniugio fidelis et infidelis, et duorum infidelium.
» 219 (3). De fornicatione spirituali, propter quam dimitti coniux potest.
» 220 (4). Pro quibus peccatis possit fieri separatio vel non.
» 221 (5). Quando licet fideli aliam ducere vel non.
» 222 (6). Utrum coniugium inter infideles sit.
» 223 (7). Quod coniugium sit legitimum.

[Distinctio XL]

Cap. 224 (1). De cognatione carnali.
» 225 (2). De computatione graduum consanguinitatis.
» 226 (3). Quare sex gradus computantur.
» 227 (4). De dispensatione Gregorii habita ad Anglos.

2 De servis *signatur ut capitulum in se* AMNRTVW, *om.* O. 20 vel non *om.* ANRV. 21 infideles] fideles NOT, *quod corr.* N 24 cognatione] cognitione NO, *quod corr.* N2. 26 sex] septem ABCLNRV. 27 ad] in ANRV.

[Distinctio XLI]

Cap. 228 (1). De affinitatis gradibus.
» 229 (2). De variis traditionibus affinitatis.
» 230 (3). Si coniugium sit inter eos qui nota consanguinitate dividuntur.
» 231 (4). Quibus personis testificantibus sint dirimenda coniugia.
» 232 (5). Quid sit fornicatio.
» 233 (6). Quid sit stuprum.
» 234 (7). Quid adulterium.
» 235 (8). Quid incestus.
» 236 (9). Quid raptus.

[Distinctio XLII]

Cap. 237 (1). De spirituali cognatione.-
» 238 (2). Qui sint filii spirituales.
» 239 (3). De copula spiritualium vel adoptivorum et naturalium filiorum.
» 240 (4). De copula filiorum qui ante compaternitatem vel post nati sunt.
» 241 (5). Si cui liceat duas commatres ducere, unam post alteram.
» 242 (6). Si vir et uxor simul valeant tenere puerum.
» 243 (7). De secundis et tertiis et deinceps nuptiis.

[Distinctio XLIII]

Cap. 244 (1). De resurrectionis et iudicii conditione.
» 245 (2). De voce tubae.
» 246 (3). De nocte media.
» 247 (4). De libris qui tunc aperientur.
» 248 (5). De memoria electorum, si tunc praeterita mala teneat.
» 249 (6). De his qui vivi reperientur.
» 250 (7). Quomodo intelligitur Christus iudex vivorum et mortuorum.

19 unam] alteram AM. 28 teneat] teneant AM.

[Distinctio XLIV]

Cap. 251 (1). De aetate et statura resurgentium.
» 252 (2). Quod resurget quidquid fuit de substantia et natura corporis, etsi non in eadem parte corporis.
» 253 (3). Quod sancti sine omni deformitate resurgent.
» 254 (4). Utrum reproborum corpora cum deformitatibus resurgant quas hic habuerunt.
» 255 (5). Quod non consumentur malorum corpora quae tunc ardebunt.
» 256 (6). Si daemones corporali igne cremantur.
» 257 (7). Si animae sine corporibus sentiunt ignem materialem.
» 258 (8). De abortivis fetibus et monstris.

[Distinctio XLV]

Cap. 259 (1). De diversis animarum receptaculis post mortem.
» 260 (2). De suffragiis defunctorum.
» 261 (3). De officiis sepulturae.
» 262 (4). De duobus aeque bonis, quorum alter post mortem plura habet auxilia.
» 263 (5). Quibus suffragiis iuvabuntur in fine reperti.
» 264 (6). Quomodo sancti et glorificati et angeli audiunt preces supplicantium et intercedunt pro eis.

[Distinctio XLVI]

Cap. 265 (1). Si valde malis praestatur mitigatio poenae.
» 266 (2). De occulto Dei iudicio.
» 267 (3). De iustitia et misericordia Dei.
» 268 (4). Quare quaedam opera dicuntur iustitiae, quaedam misericordiae vel bonitatis Dei.
» 269 (5). Quomodo universae viae Domini dicuntur misericordia et veritas.

[Distinctio XLVII]

Cap. 270 (1). De sententia iudicii.
» 271 (2). Quod sancti iudicabunt et quomodo.

5 sancti *om. codd. praeter* R. 20 et] *om.* AL. ‖ et2] vel ALMR. 23 praestatur] prestetur ALMR.

Cap. 272 (3). De ordinibus eorum qui erunt in iudicio.
» 273 (4). De ordine iudicii et ministerio angelorum.
» 274 (5). Si post iudicium daemones praeerunt hominibus ad puniendum.

[Distinctio XLVIII]

Cap. 275 (1). De forma iudicis.
» 276 (2). Qualis apparebit forma servi.
» 277 (3). Quare secundum formam servi dicitur Christus suscitaturus corpora.
» 278 (4). De loco iudicii.
» 279 (5). De qualitate luminarium et temporis post iudicium.

[Distinctio XLIX]

Cap. 280 (1). De differentia mansionum in caelo et in inferno.
» 281 (2). Si quid ibi cognoscitur ab aliquo, quod non intelligant omnes.
» 282 (3). De parilitate gaudii.
» 283 (4). Si maior sit béatitude sanctorum post iudicium.

[Distinctio L]

Cap. 284 (1). Si mali in inferno peccabunt.
» 285 (2). Quare dicuntur tenebrae exteriores.
» 286 (3). Si damnatorum animae notitiam habeant eorum quae hic fiunt.
» 287 (4). De Lazaro et divite.
» 288 (5). Si boni et mali invicem se vident.
» 289 (6). De chaos inter bonos et malos.
» 290 (7). Utrum visa impiorum poena minuat vel augeat bonorum gloriam.

16 parilitate] paritate ALM, *quod corr.* L. 21 habeant] habent AMR. 22 fiunt] fuerunt BCR. 24 boni et mali *trp.* ABC. 26-27 bonorum gloriam *irp.* RT. 27 gloriam] Expliciunt capitula *add.* ACTWX, Expl. cap. quarti libri *add.* LR.

INCIPIT LIBER PRIMUS

De Mysterio Trinitatis

DISTINCTIO I

Cap. 1.

1. **Omnis doctrina de rebus vel de signis.** Veteris ac novae Legis continentiam diligenti indagine etiam atque etiam considerantibus nobis, praevia Dei gratia innotuit sacrae paginae tractatum circa res vel signa praecipue versari. Ut enim egregius doctor **Augustinus** ait in libro *De doctrina Christiana* i, « omnis doctrina vel rerum est vel signorum. Sed res etiam per signa discuntur. Proprie autem hic res appellantur, quae non ad significandum aliquid adhibentur; signa vero, quorum usus est in significando ». — Eorum autem aliqua sunt quorum omnis usus est in significando, non in iustificando, id est quibus non utimur nisi aliquid significandi gratia, ut aliqua sacramenta legalia; alia quae non solum significant, sed conferunt quod intus adiuvet, sicut evangelica sacramenta. — « Ex quo[2] aperte intelligitur quae hic appellentur signa, res illae videlicet quae ad significandum aliquid adhibentur. Omne igitur signum etiam res aliqua est: quod enim nulla res est, ut in eodem **Augustinus** ait, omnino nihil est; non autem e converso omnis res signum est », quia non adhibetur ad significandum aliquid.

2. Cumque his intenderit theologorum speculatio studiosa atque modesta, divinam Scripturam, formam praescriptam in doctrina, tenere advertet.

3. De his ergo nobis, aditum ad res divinas aliquatenus intelligendas Deo duce aperire volentibus, disserendum est; et « primum [3] de rebus, postea de signis disseremus ».

1 Incipit Liber Primus om. BLOR. ‖ Primus] Sententiarum Petri *add.* C, Sent. Mag. Petri Novariensis *add.* M, Sent. Magistri Petri. Cap. I. Liber primus de trinitate *add. X*. 5 Rubrica *(inauth.)* MV, *om. alii codd.* 12 omnis usus *irp.* OP.

1 Lib. I, c. 2, n. 2 (PL 34, 19s; CSEL 80, 9; CCL 32, 7). 2 August., ibid. (PL 34, 20; CSEL 80, 9; CCL 32, 7). 3 August., ibid. (PL 34, 20; CSEL 80, 9; CCL 32, 7).

Cap. 2.

1. **De rebus communiter agit.** « Id ergo in rebus considerandum est, ut in eodem [1] **Augustinus** ait, quod res aliae sunt quibus fruendum est, aliae quibus utendum est, aliae quae fruuntur et utuntur. Illae quibus fruendum est, nos beatos faciunt; istis quibus utendum est, tendentes ad beatitudinem adiuvamur et quasi adminiculamur, ut ad illas res quae nos beatos faciunt, pervenire eisque inhaerere possimus».

2. **De rebus quae fruuntur et utuntur** « Res vero quae fruuntur et utuntur, nos sumus, quasi inter utrasque constituti », et Angeli sancti.

3. **Quid sit frui et uti?** « Frui[2] autem est amore inhaerere alicui rei propter se ipsam; uti vero, id quod in usum venerit referre ad obtinendum illud quo fruendum est: alias abuti est, non uti, nam usus illicitus abusus vel abusio nominari debet ».

4. **De rebus quibus fruendum est?** « Res[3] igitur quibus fruendum est, sunt Pater et Filius et Spiritus Sanctus. Eadem tamen Trinitas quaedam summa res est communisque omnibus fruentibus ea, si tamen res dici debet et non rerum omnium causa, si tamen et causa. Non enim facile potest inveniri nomen quod tantae excellentiae conveniat, nisi quod melius dicitur Trinitas haec unus Deus ».

5. **De rebus quibus utendum est?** Res autem quibus utendum est, mundus est et in eo creata. Unde **Augustinus** in eodem [4]: « Utendum est hoc mundo, non fruendum, ut *invisibilia Dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur* [5], id est ut de temporalibus aeterna capiantur ». — Item in eodem [6]; « In omnibus rebus illae tantum sunt quibus fruendum est, quae aeternae et incommutabiles sunt; ceteris autem utendum est, ut ad illarum perfruitionem perveniatur ». Unde **Augustinus** in li-

11 vero] est *add.* OPV. 22 mundo] et *add.* OPV.

1 Ut rubrica notatur, *De doctrinachrist.,* I, c. 3, n. 3 (PL 34, 20; CSEL 80, 9; CCL 32, 8), ubi et textus in num 2. 2 August., ibid., c. 4, n. 4 (PL 34, 20; CSEL 80, 10; CCL 32, 8). 3 August., ibid., c. 5, n. 5 (PL 34, 21; CSEL 80, 10; CCL 32, 9). 4 *De doctrina christ.,* I, c. 4, n. 4 (PL 34, 21; CSEL 80, 10; CCL 32, 8). 5 Rom. 1, 20. « Cap. 22, n. 20 (PL 34, 26; CSEL 80, 18; CCL 32, 16).

Cap. 2: Cf. P. Abaelardus, *Sic et non,* c. 8 (PL 178, 1363 B-C); *Summa sententiarum,* I, 10 (PL 171, 1803 B-C; 176, 57 A-B). — Num. 4: Apud ipsum Lombardum, *Glossa* in Rom. 11, 36 (cod. Vatic, lat. 144 [= x], 58c; cod. Vatic, lat. 695 [= z], 35c; PL 191, 1494 C).

bro X *De Trinitate* i; « Fruimur cognitis in quibus ipsis propter se voluntas delectata conquiescit; utimur vero eis quae ad aliud referimus quo fruendum est ».

Cap. 3.

1. **Item quid intersit inter frui et uti, aliter quam supra.** Notandum vero quod idem **Augustinus** in libro X *De Trinitate*2, aliter quam supra accipiens uti et frui, sic dicit: « Uti est assumere aliquid in facultatem voluntatis; frui autem est uti cum gaudio, non adhuc spei, sed iam rei. Ideoque omnis qui fruitur, utitur: assumit enim aliquid in facultatem voluntatis cum fine delectationis; non autem omnis qui utitur, et fruitur, si id quod in facultatem voluntatis assumit, non propter ipsum, sed propter aliud appetivit ». — Et attende quia videtur **Augustinus** dicere illos frui tantum qui in re gaudent, non iam in spe; et ita in hac vita non videmur frui, sed tantum uti, ubi gaudemus in spe, cum supra 3 dictum sit frui esse « amore inhaerere alicui rei propter se », qualiter etiam hic multi adhaerent Deo.

2. **Determinatio eorum quae videntur contraria.** Haec ergo, quae sibi contradicere videntur, sic determinamus, dicentes nos et hic et in futuro frui; sed ibi proprie, perfecte et plene, ubi per speciem videbimus quo fruemur; hic autem, dum in spe ambulamus4, fruimur quidem, sed non adeo plene. Unde in libro X *De Trinitate*5: «Fruimur cognitis in quibus voluntas est ». Idem in libro *De doctrina Christiana* 6 ait: « Angeli illo fruentes iam beati sunt, quo et nos frui desideramus; et quantum in hac vita iam fruimur, vel *per speculum* vel *in aenigmate* 7, tanto nostram peregrinationem et tolerabilius sustinemus et ardentius finire cupimus ». — **Alia determinatio.** Potest etiam dici quod qui fruitur etiam in hac vita, non tantum habet gaudium spei, sed etiam rei, quia iam delectatur in eo quod diligit, et ita iam rem aliquatenus tenet.

1-6 Fruimur... Trinitate *om. (hom.)* O. 12 quia] quod OPR. ‖ Aug. dicere *trp.* OP. 19 proprie] et *add.* BCLNRT. 21 Unde] Augustinus *add.* CLVX, *add. interi.* R2T2, ‖ Fruimur] inquit Aug. *add.* P, *add. interi.* 02. 25 tolerabilius] rationabilius OP. 26 determinatio] Augustini *add.* OP.

1 Cap. 10, n. 13 (PL 42, 981; CCL 50, 327). 2 Cap. 11, n. 17 (PL 42, 982s; CCL 50, 330). 3 Pag. 56, lin. 10-11. 4 Resp. II Cor. 5, 7: *Per fidem enim ambulamus, et non per speciem.* 5 Cap. 10, n. 13 (PL 42, 981; CCL 50, 327). 6 Lib. I, c. 30, n. 31 (PL 34, 30s; CSEL 80, 25; CCL 32, 23s). 7 I Cor. 13, 12.

3. Constat ergo quia Deo debemus frui et non uti. « Illo enim, ut ait **Augustinus**1, frueris, quo efficeris beatus et in quo spem ponis ut ad id pervenias». De hoc idem ait in libro *De doctrina Christiana*2: « Dicimus ea re nos frui, quam diligimus propter se; et ea re nobis fruendum esse tantum, qua efficimur beati, ceteris vero utendum ». — Frequenter tamen « dicitur 3 frui, cum delectatione uti. Cum enim adest quod diligitur, etiam delectationem secum gerit. Si tamen per eam transieris, et ad illud ubi permanendum est eam retuleris, uteris ea, et abusive, non proprie diceris frui. Si vero inhaeseris atque permanseris, finem in ea ponens laetitiae tuae, tunc vere et proprie frui dicendus es: quod non est faciendum nisi in illa Trinitate, id est in summo et incommutabili bono ».

4. **Utrum hominibus sit utendum vel fruendum.** Cum autem homines qui fruuntur et utuntur aliis rebus, res aliquae sint, quaeritur « utrum frui se debeant, an uti, an utrumque ». — Ad quod sic respondet **Augustinus** in libro *De doctrina Christiana* 4: « Si propter se homo diligendus est, fruimur eo; si propter aliud, utimur eo. Videtur autem mihi propter aliud diligendus. Quod enim propter se diligendum est, in eo constituitur beata vita, cuius etiam spes hoc tempore consolatur. In homine autem spes ponenda non est, quia *maledictus* est qui hoc facit 5. Ergo, si liquide advertas, ne se ipso quisquam frui debet, quia non se debet diligere propter se; sed propter illud quo fruendum est ».

5. Huic autem contrarium videtur quod Apostolus, ad Philemonem 6 loquens, ait: *Ita, frater, ego te fruar in Domino.* — Quod ita determinat **Augustinus**7: «Si dixisset tantum *te fruar,* et non addidisset *in Domino,* videretur finem dilectionis ac spem constituisse in eo; sed quia illud addidit, in Domino se finem posuisse eodemque frui significavit ». « Cum enim, ut idem **Augustinus** ait 8, homine in Deo frueris, Deo potius quam homine frueris ».

6. **Hic quaeritur utrum Deus fruatur an utatur nobis.** Sed cum Deus diligat nos, ut frequenter Scriptura dicit 9, quae « eius dilectionem erga

1 et MOP, *om. alii codd.* 4 nos frui *trp.* BCLT. 5 esse] est OP. 8 eam *om.* OP. 1.3 utendum vel fruendum *trp.* BCLNV. 15 se debeant *trp.* OP.

1 *De doctrina christ.,* I, c. 33, n. 37 (PL 34, 33; CSEL 80, 28; CCL 32, 27). 2 Lib. I, c., 31 n. 34 (PL 34, 32; CSEL 80, 27; CCL 32, 25). 3 August., ibid., c. 33, n. 37 (PL 34, 33; CSEL 80, 28s; CCL 32, 27). 4 Lib. I, c. 22, nn. 20-21 (PL 34, 26; CSEL 80, 18; CCL 32, 17). 5 Resp. 1er. 17, 5: *Maledictus homo qui confidit in homine, o* Vers. 20. 7 *De doctrina christ.,* I, c. 33, n. 37 (PL 34, 33; CSEL 80, 28; CCL 32, 37). s Loc. cit. 9 Ioan. 3, 16; item I Ioan. 4, 9-16 etc.

nos multum commendat », quaerit Augustinus[1] quomodo diligit, an ut utens, an ut fruens. — Et procedit ita: « Si fruitur, eget bono nostro: quod nemo sanus dixerit. Ait enim Propheta[2]: *Bonorum meorum non indiges;* omne enim bonum nostrum vel ipse est, vel ab ipso est. Non ergo fruitur nobis, sed utitur. Si enim nec fruitur nec utitur, non invenio quomodo diligat nos. Neque tamen sic utitur nobis ut nos aliis rebus. Nos enim res quibus utimur, ad id referimus ut Dei bonitate perfruamur; Deus vero ad suam bonitatem usum nostrum refert. Ille enim miseretur nostri propter suam bonitatem,, nos autem nobis invicem propter illius bonitatem; ille nostri miseretur ut se perfruamur, nos vero invicem nostri miseremur ut illo fruamur. Cum enim nos alicuius miseremur et alicui consulimus, ad eius quidem facimus utilitatem eamque intuemur; sed et nostra fit consequens, cum misericordiam quam aliis impendimus, non relinquit Deus sine mercede. Haec autem merces summa est, ut ipso perfruamur ». — Item « quia bonus est sumus, et in quantum sumus, boni sumus. Porro quia etiam iustus est, non impune mali sumus; et in quantum mali sumus, in tantum etiam minus sumus. Ille igitur usus, quo nobis utitur Deus, non ad eius, sed ad nostram utilitatem refertur, ad eius vero tantummodo bonitatem ».

7. **Utrum fruendum an utendum sit virtutibus.** Hic considerandum est utrum virtutibus sit utendum an fruendum. — Quibusdam videtur quod eis sit utendum, et non fruendum. Et hoc confirmant auctoritate Augustini, qui, ut praetaxatum est[3], dicit « non esse fruendum nisi Trinitate, id est summo et incommutabili bono ». — Item dicunt ideo non esse fruendum eis, quia propter se amandae non sunt, sed propter aeternam beatitudinem; illud autem quo fruendum est, propter se amandum est. — Sed quod virtutes propter se amandae non sunt, immo propter solam beatitudinem, probant auctoritate **Augustini,** qui in libro XIII *De Trinitate*[4] contra quosdam ait: «Forte virtutes, quas propter solam beatitudinem amamus, sic persuadere nobis audent ut ipsam beatitudinem non amemus; quod si faciunt, etiam ipsas utique amare desistimus, quando illam, propter quam solam istas amavimus, non amamus ». Ecce his verbis videtur **Augustinus** ostendere quod virtutes non propter se, sed propter solam beatitudinem amandae sint. Quod si ita est, ergo eis fruendum non est.

11 invicem nostri *trp.* NTWX. 14 aliis] alii BNVW, alicui X. 20 sit *trp. p.* fruendum LNX, *p.* virtutibus R. 27 sunt] sint NRTWX. 34 sint] sunt BCWX.

1 *De doctrina christ.,* I, cc. 30-32, nn. 33-35 (PL 34, 32; CSEL 80, 26ss; CCL 22, 25s). 2 Ps. 15, 2. 3 Pag. 58, lin. 10-12. 4 Cap. 8, n. 11 (PL 42, 1022s; CCL 50A, 397).

8. Aliis vero contra videtur, scilicet quod eis fruendum sit, quia propter se petendae et amandae sunt. Et hoc confirmant auctoritate Ambrosii[1], qui ait super illum locum Epistolae ad Galatas: *Fructus autem spiritus est caritas, gaudium, pax, patientia* etc.: « Haec non nominat opera, sed fructus, quia propter se petenda sunt ». Si vero propter se petenda sunt, ergo propter se amanda.

9. Nos autem, harum quae videtur auctoritatum repugnantiam de medio eximere cupientes, dicimus quod virtutes propter se petendae et amandae sunt, et tamen propter solam beatitudinem. Propter se quidem amandae sunt, quia delectant sui possessores sincera et sancta delectatione, et in eis pariunt gaudium spirituale. Verumtamen non est hic consistendum, sed ultra gradiendum. Non hic haereat dilectionis gressus, neque hic sit dilectionis terminus, sed referatur hoc ad illud summum bonum cui soli omnino inhaerendum est, quia illud propter se tantum amandum est, et ultra illud nihil quaerendum est: illud est enim supremus finis. — Ideo Augustinus dicit[2] quod eas diligimus propter solam beatitudinem, non quin eas propter se diligamus, sed quia id ipsum, quod eas diligimus, referimus ad illud summum bonum cui soli inhaerendum est; et in eo permanendum finisque laetitiae ponendus. Quare virtutibus non est fruendum.

10. Sed dicet aliquis: « Frui est amore inhaerere alicui rei propter se ipsam », ut praedictum est[3]; si ergo virtutes propter se amandae sunt, et eis fruendum est. — Ad quod dicimus: In illa descriptione, ubi dicitur 'propter se ipsam', intelligendum est 'tantummodo', ut scilicet ametur propter se ipsam tantum, ut non referatur ad aliud, sed ibi ponatur finis, ut supra 45 ostendit Augustinus dicens: « Si inhaeseris atque permanseris, finem ponens laetitiae, tunc vere et proprie frui dicendus es: quod non est faciendum nisi in illa Trinitate, id est summo et incommutabili bono ». — Utendum est ergo virtutibus, et per eas fruendum summo bono. Ita et de voluntate bona dicimus; unde Augustinus in libro X *De Trinitate*[5] ait: «Voluntas est per quam fruimur». Ita et per

7 videtur] videntur BCLMPT, *corr. ex* videntur O. 29 est ergo *trp,* OPX.

1 Id est Ambrosiastri in Gal. 5, 22: « Non dixit: *Opera spiritus...* sed *Fructus spiritus* » (inter opp. Ambrosii, PL 17 [1845], 368 C), sed cetera ibi desunt; leguntur autem in *Glossa* ipsius Lombardi in h. L: «*Fructus autem,* quasi dicat: Haec quae enumeravi sunt opera carnis, sed ista sunt opera spiritus... quae tamen non nominat *opera,* sed *fructus,* quia propter se appetenda sunt» (PL 192, 160 A). 2 Supra, num. 7 (pag. 59, lin. 27ss); vide etiam num. 3 (p. 58, Iss). 3 Supra, p. 56, lin. Ws. 4 Pag. 58, lin. 9-12. 5 Cap. 10, n. 13 (PL 42, 981; CCL 50, 327).

virtutes fruimur, non eis, nisi forte aliqua virtus sit Deus, ut caritas, de qua post tractabitur i.

11. **Epilogue.** « Omnium2 igitur quae dicta sunt ex quo de rebus specialiter tractavimus3, haec summa est »: quod aliae sunt quibus fruendum, aliae quibus utendum, aliae quae fruuntur et utuntur; et inter eas quibus utendum est, quaedam sunt per quas fruimur, ut virtutes et potentiae animi, quae sunt naturalia bona 4. De quibus omnibus, antequam de signis tractemus, agendum est; ac primum de rebus quibus fruendum est, scilicet de sancta atque individua Trinitate.

DISTINCTIO II

Cap. 1 (4).

1. **De mysterio trinitatis et unitatis.** Hoc itaque vera ac pia fide tenendum est, quod « Trinitas sit unus et solus et verus Deus, ut ait **Augustinus ini** libro *De Trinitate* 5, scilicet Pater et Filius et Spiritus Sanctus. Et haec Trinitas unius eiusdemque substantiae vel essentiae dicitur, creditur et intelligitur, quae est summum bonum, quod purgatissimis mentibus cernitur. Mentis enim humanae acies invalida in tam excellenti luce non figitur, nisi per iustitiam fidei emundetur».

2. Idem in eodem 6: « Non approbo quod in oratione dixi 7: *Deus, qui nisi mundos verum scire noluisti;* responderi enim potest multos etiam non mundos multa scire vera ».

4-5 fruendum] est *add.* BCV. 6 est] etiam MNR, etiam *add.* VW, etiam *add. interi.* T. 13 et2 *om.* BCNRWX. 19 Idem] ysidorus BC. *De his glossis volatilibus vide notas eisdem infra adiectas et Prolegomena.* 19-20 Idem... vera *om.* MR. ‖ nisi... noluisti] nonnisi... voluisti BCLVW.

1 Infra, in Dist. 17. 2 August., *De doctrina christ.,* I, c. 35, n. 39 (PL 34, 34; CSEL 80, 30; CCL 32, 28s). 3 Ab initio cap. 2 (supra, p. 56). 4 Resp. August., *De libero arbitrio,* II, c. 19, n. 50 (PL 32, 1268; CSEL 74, 85). 5 Cap. 2, n. 4 (PL 42, 822; CCL 50, 31). 6 Immo in *Retractationibus,* I, c. 4, n. 2 (PL 32, 589; CSEL 36, 22s). 7 In *Soliloquiis,* I, c. 1, n. 2 (PL 32, 870).

Cap. 1, num. 2: « in eodem », quatenus originaliter, ut in pluribus codicibus apparet, posita est haec auctoritas post aliam infra adiectam (cap. 2, num. 2). De hac glossa volatili notat auctor *Glossae* quae olim Petro Pictaviensi attribuebatur: « Hic enim multis inmundis revelatur veritas, qui habent sapientiam a sapere, sed non sapientiam a sapore. Unde Magister Retractationem Augustini hic posuit in margine: 'Non approbo etc.', ne quod dictum est: 'in tam excellenti luce non figitur', de praesenti vita intelligatur. 'Figitur' enim in praesenti, ut dictum est, per cognitionem. Et debet super hunc locum sedere retractatio Augustini. Hanc enim et quamplures alias apposuit (posuit p) Magister post libri editionem in marginibus » (Bamberg., cod. Patr. 128 [= b], 30a; Neapoli, Bibl. Nat. VII C 14 [= n], 4d; Paris., Bibi. Nat. lat. 14423 [= p], 43d).

3. De hac igitur re summa et excellentissima cum modestia et timore agendum est, et attentissimis auribus atque devotis audiendum, « ubi 1 quaeritur unitas Trinitatis, Patris scilicet et Filii et Spiritus Sancti, quia nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quaeritur, nec fructuosius aliquid invenitur». — Proinde omnis qui audit et legit ea s quae de ineffabili et inaccessibili deitatis luce2 dicuntur, studeat imitari atque servare quod venerabilis doctor **Augustinus ini** libro *De Trinitate* 3 de se ipso ait: « Non pigebit me, inquit, sicubi haesito, quaerere; nec pudebit, sicubi erro, discere. Quisquis ergo haec audit vel legit, ubi pariter certus est, pergat mecum; ubi pariter haesitat, quaerat mecum; 1° ubi errorem suum cognoscit, redeat ad me; ubi meum, revocet me. Ita ingrediamur simul caritatis viam, tendentes ad eum de quo dictum est 4: *Quaerite faciem eius semper* ».

Cap. 2 (5).

1. **Quae fuerit intentio scribentium de Trinitate.** « Omnes autem catho- 15 lici tractatores, ut in eodem libro 5 **Augustinus** ait, qui de Trinitate quae Deus est scripserunt, hoc intenderunt: secundum Scripturas docere quod Pater et Filius et Spiritus Sanctus unius sint substantiae, et inseparabili aequalitate unus sint Deus », ut sit unitas in essentia et pluralitas in personis. « Ideoque non sunt tres dii, sed unus Deus, licet Pater Filium 20 genuerit et ideo Filius non sit qui Pater est, Filiusque a Patre sit genitus et ideo Pater non sit qui Filius est, et Spiritus Sanctus nec Pater sit nec Filius, sed tantum Patris et Filii spiritus, utrique coaequalis et ad Trinitatis pertinens unitatem ».

2. Augustinus in libro *Retractationum* 6; « Ubi dixi 7 de Patre et Filio: *Qui gignit* 25 *et quem gignit unum est,* dicendum fuit *unum sunt,* sicut aperte ipsa Veritas loquitur dicens 8: *Ego et Pater unum sumus* ».

3 scilicet *om.* CLV. 7 I libro *trp.* BCTX. 20 sunt] sint RWX. 25 libro] primo *add.* BCTVX. ‖ Retractationum] retractationis BCLMTVX, primo *add.* LW. ‖ dixi] dixit OPX.

1 August., *De Trinit.,* I, c. 3, n. 5 (PL 42, 822; CCL 50, 32). 2 Resp. I Tim. 6, 16: *et lucem inhabitat inaccessibilem.* 3 Cap. 2-3, nn. 4-5 (PL 42, 822; CCL 50, 32). * Ps. 104,4. 5 *De Trinit.,* I, c. 4, n. 7 (PL 42, 824; CCL 50, 34s). 6 Lib. I, c. 4, n. 3 (PL 32, 590; CSEL 36, 23). 7 In *Soliloquiis,* I, c. 1, n. 4 (PL 32, 871). 8 Ioan. 10, 30.

Cap. 2, num. 1: Eadem fere verba citantur apud Hugonem, *De sacram.,* II, 1, 4 (PL 176, 376 B); Gratian., *De consecr.* d. 3, c. 30 *(Corpus luris Canonici* I, ed. Ae. Friedberg, Lipsiae 1879, 1361). — Num. 2: Haec glossa, ut videtur, adicienda est verbis Augustini: « unus sint Deus» (in num. 1, lin. 19). De qua notat pseudo-Petrus Pictav.: «Dicendum enim fuit, ut idem Augustinus *(om.* n) dicit (ait n): 'unum sunt'. Unde Magister hic posuit Retractationem Augustini in margine » (b 30; n 4d; p. 43d).

3. «Teneamus igitur Patrem et Filium et Spiritum Sanctum unum esse naturaliter Deum, ut ait A u g u s t i n u s in libro *De fide ad Petrum* neque tamen ipsum Patrem esse qui Filius, nec Filium ipsum esse qui Pater est, nec Spiritum Sanctum ipsum esse qui Pater est aut Filius. Una est enim Patris et Filii et Spiritus Sancti essentia, quam Graeci 'homousion' vocant, in qua non est aliud Pater, aliud Filius, aliud Spiritus Sanctus, quamvis sit personaliter alius Pater, alius Filius, alius Spiritus Sanctus ».

Cap. 3 (6).

Quis ordo servandus cum de Trinitate agitur. Ceterum, ut in libro I *De Trinitate*[2] **Augustinus** docet, «primum secundum auctoritates sanctarum Scripturarum, utrum ita se fides habeat, demonstrandum est. Deinde adversus garrulos ratiocinatores, elatiores quam capaciores » rationibus catholicis et similitudinibus congruis ad defensionem et assertionem fidei utendum est, ut eorum inquisitionibus satisfacientes, mansuetos plenius instruamus, et illi, « si nequiverint invenire quod quaerunt, de suis mentibus potius quam de ipsa veritate vel de nostra dissertione conquerantur ».

Cap. 4 (7).

1. **Testimonia Sanctorum de Trinitate.** Proponamus ergo in medium veteris ac novi Testamenti auctoritates, quibus divinae unitatis atque trinitatis veritas demonstretur. Ac primum ipsa Legis exordia occurrant, ubi Moyses ait[3]; *Audi, Israel: Dominus Deus tuus, Deus unus est;* item[4]: *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti; non*

9 servandus] observandus M, sit *add.* BMV, est *add.* CTWX. ‖ ut *om.* MO, *interi.* P2. 9 libro I *trp.* LPRWX. 12 adversus] apud OP. 23 eduxi te *trp.* BCMW.

1 Rectius Fulgentius Ruspensis, cap. 1, n. 5 (PL 65, 674 B-C; etiam inter opp. August., PL 40, 755; CCL 91A, 714s). 2 Cap. 2, n. 4 (PL 42, 822; CCL 50, 31). 3 Deut. 6, 4. 4 Exod. 20, 2-3: *Ego sum Dominus... non habebis deos alienos coram me;* item Deut. 5, 6-7: *Ego Dominus... non habebis deos alienos in conspectu meo.*

Cap. 4. Fontes: inprimis (quoad num. 1, 5, 6 in parte, 7-9) P. Abaelardus, *Theologia « Scholarium »,* I, 13 (PL 178, 998ss), uti iam notavit Ludw. Ott, *Die Trinitatstehre der Summa sententiarum ais Quelle des Petrus Lombardus,* in *Divus Thomas* (Fr.) 21 (1943) 180. Cui addi potest *Summa sent.,* I, 4 et 6 (PL 171, 1073 C, 1076s; 176, 47 D et 50 D-51 D); cf., quoad num. 2, ipse Lombardus in Rom. 1, 3, in versione antiquiore (x 5r; z 3b), ubi in imo folio inveniuntur auctoritates Hilarii (num. 3). Affines sunt *Sententiae Hermanni,* cc. 9-10 (PL 178, 1705 C-1712 A); Gualterus de Mauritania, *De Trinitate,* c. 2 (PL 209, 577 C-578 B).

erunt tibi dii alii praeter me. Ecce hic significavit unitatem divinae naturae: « *Deus* enim et *Dominus,* ut ait **Ambrosius** in I libro *De Trinitate* 1, nomen est naturae, nomen est potestatis». — Item, alibi Deus loquens ad Moysen ait 2; *Ego sum qui sum, et si quaesierint nomen meum, vade et dic eis: Qui est misit me ad vos.* Dicens enim *Ego sum,* non *Nos sumus,* et *Qui est,* non *Qui sumus,* apertissime declaravit unum solum Deum esse. ⊢ In cantico etiam Exodi legitur 3; *Dominus, omnipotens nomen eius;* non ait *Domini,* unitatem volens significare.

2. Personarum quoque pluralitatem et naturae unitatem simul ostendit Dominus in Genesi dicens 4; *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* Dicens enim *Faciamus* et *nostram,* pluralitatem personarum ostendit; dicens vero *imaginem,* unitatem essentiae. Ut enim dicit A**ugustinus** in libro *De fide ad Petrum* 5, « si in illa natura Patris et Filii et Spiritus Sancti una esset tantum persona, non diceretur *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* Cum enim dicit *ad imaginem,* ostendit unam naturam esse, ad cuius imaginem homo fieret; cum vero dicit *nostram,* ostendit eundem Deum non unam, sed plures esse personas ».

3. **Aperte ostendit quod nec solitudo, nec diversitas, nec singularitas ibi est, sed similitudo** **Hilarius** quoque in libro III *De Trinitate*6 dicit his verbis significari quod in Trinitate nec diversitas est, nec singularitas vel solitudo, sed similitudo et pluralitas, sive distinctio. Ait enim sic: « Qui dixit *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram,* invicem esse sui similes ineo quod dicit *imaginem et similitudinem nostram* ostendit. Imago enim sola non est, et similitudo non sibi est; neque diversitatem duobus admisceri alterius ad alterum similitudo permittit ». — Item, idem in IV libro7: « Absolutius voluit intelligi significationem hanc, non ad se tantum esse referendam, dicendo *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* Professio enim consortii sustulit intelligentiam singularitatis, quia consortium aliquod non potest esse sibi ipsi solitario; neque rursum solitudo solitarii recipit *faciamus,* neque quisquam alieno a se loquitur *nostram.* Uterque igitur sermo, scilicet *faciamus* et *nostram,* ut solitarium eundemque non patitur, ita neque diversum a se alienumque signi-

1 alii] alieni BCMN. 8 nomen] est *add.* OP. 12 dicit] ait BCL. 27 libro de trinitate *add.* OP. 29-30 singularitatis] singularis BCLNRVX, *quod corr.* V.

1 Id est *De fide,* c. 1, n. 7: « Deus enim et Dominus nomen magnificentiae, nomen est potestatis» (PL 16 [1845], 530; CSEL 78, 7) 2 Exod. 3, 14. 3 Exod. 15, 3. 4 Gen. 1, 26. 5 Cap. 1, n. 5 (opus Fulgentii, PL 65, 674 C; CCL 91A, 715). 6 Num. 23 (PL 10, 92 A-B). 7 Num. 17-18 (PL 10, 110 C-III C).

ficat. Solitario convenit *faciam* et *meam;* non solitario vero convenit dicere *faciamus* et *nostram.* Uterque sermo, ut non solitarium tantum, ita neque differentem esse vel diversum esse significat. Nobis quoque nec solitarius, nec diversus est confitendus. Ita ergo Deus ad communem sibi cum Deo imaginem eandemque similitudinem hominem reperitur operari, ut nec significatio efficientis admittat intelligentiam solitudinis, nec operatio constituta ad eandem imaginem vel similitudinem patiatur diversitatem divinitatis ».

4. **Quid ex verbis illis intelligi debeat.** In his verbis **Hilarius** pluralitatem personarum voluit intelligi nomine 'consortii'; atque significavit nomine 'consortii' vel pluralitatis non poni aliquid, sed removeri. Pluralitas enim vel consortium personarum cum dicitur, solitudo et singularitas negatur; cum dicimus plures esse personas, significamus quod non est una sola. Ideo **Hilarius,** volens ista subtiliter et sane intelligi, ait: « Professio consortii sustulit intelligentiam singularitatis »; non dicit: 'posuit aliquid'. Ita etiam cum dicimus tres personas, singularitatem et solitudinem tollimus; et quod Pater non est solus, nec Filius est solus, nec Spiritus Sanctus est solus significamus, et quod nec Pater tantum est et Filius, nec Pater tantum et Spiritus Sanctus, nec Filius tantum et Spiritus Sanctus. — De hoc autem in sequenti [1] plenius agetur, ubi etiam secundum quid similes dicantur tres personae, et utrum aliquo modo sit ibi diversitas vel differentia, ostendetur.

5. **Ad id quod coeperat redit, ut alias scilicet auctoritates supponat.** Nunc vero ad propositum redeamus, et ad ostendendam personarum pluralitatem atque essentiae divinae unitatem alias Sanctorum auctoritates inducamus. — Moyses dicit[2]: *In principio creavit Deus caelum et terram,* per *Deum* significans Patrem, per *principium* Filium. Et pro eo quod apud nos dicitur *Deus,* hebraica veritas habet *Elohim,* quod est plurale huius singularis quod est *El.* Quod ergo non est dictum *EI,* quod est Deus, sed *Elohim,* quod potest interpretari dii sive iudices, ad pluralitatem personarum refertur. — Ad quam etiam illud attinere videtur, quod diabolus per serpentem dixit [3]: *Eritis sicut dii,* pro quo in hebraeo habetur *Elohim,* ac si diceret: Eritis sicut divinae personae.

6. Ille etiam maximus Prophetarum et Regum, David, qui suam ceteris praefert intelligentiam dicens [4]: *Super senes intellexi,* unitatem di-

2 ut non *trp.* OP. 5 hominem *om.* OP. 10 personarum] non diversitatem *add.* L, *add. interi.* R. 12 et] vel OP. 15 singularitatis] singularis LVWX, *quod corr.* V. 20 ubi etiam] ibi enim OP. 30 sive] vel OP.

1 In Dist. 23-24, 31, et 34. 2 Gen. 1, 1. 3 Gen. 3, 5. 4 Ps. П8, 100.

vinae naturae ostendens ait i; *Dominus nomen est illi;* non dicit *Domini.* — Alibi etiam, eiusdem unitatem et aeternitatem simul ostendens, ait ex persona Dei2: *Israel, si me audieris, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum.* « Aliud horum, ut dicit Ambrosius ini libro *De Trinitate*^, significat aeternitatem, aliud unitatem substantiae indifferentis, ut neque posteriorem Patre, neque alterius divinitatis Filium vel Spiritum Sanctum esse credamus. Nam si Patre posterior est Filius vel Spiritus Sanctus, recens est; et si unius non est divinitatis, alienus est. Sed nec posterior est, quia recens non est; nec alienus, quia ex Patre natus » est Filius, ex Patre processit Spiritus Sanctus.

7. Alibi quoque, distinctionem personarum insinuans, ait 4: *Verbo Domini caeli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Alibi etiam ait5: *Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, et metuant eum omnes fines terrae;* trina enim confessio *Dei* trinitatem exprimit personarum; unitatem vero essentiae aperit cum singulariter subiungit *eum.* — Isaias quoque dicit 6 se audisse Séraphin clamantia: *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus;* per hoc quod dicit ter *sanctus,* trinitatem significat; per hoc quod subdit *Dominus Deus,* unitatem essentiae.

8. David quoque aeternam Filii generationem aperte insinuat, ex persona Filii dicens7: *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* De hac ineffabili generatione Isaias ait»: *Generationem eius quis enarrabit?* — In libro quoque Sapientiae aeternitas Filii cum Patre monstratur, ubi Sapientia ita loquitur 9: *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio. Ab aeterno ordinata sum, antequam terra fieret. Necdum erant abyssi, et ego iam concepta eram; necdum fontes, necdum montes aut colles, et ego parturiebar. Adhuc terram non fecerat et cardines orbis terrae: quando praeparabat caelos, aderam; quando appendebat fundamenta terrae, cum eo eram cuncta componens, et delectabar per singulos dies, ludens coram eo.* Ecce apertum de aeterna genitura testimonium, quo ipsa Sapientia perhibet se ante mundum conceptam esse et parturiri, id est genitam, et apud Patrem aeternaliter exsistere. — Ipsa etiam alibi ait10: *Ego ex ore Altissimi prodii, primogenita ante omnem creaturam.* — Michaeas quoque propheta aeternam Verbi generationem et temporalem ex Maria simul insinuavit dicens H; *Et tu, Bethlehem Ephrata, parvulus es*

2 ait om. OP. 13 Deusi *0m.* OP. 24 a principio *om.* OP. 32 ait] dicit OP. 34 parvulus] vicus *add.* T, *add. interi.* R, viculus *add. interi.* N.

1 Ps. 67, 5. 2 Ps. 80, 9-10. 3 Id est *De fide,* c. 11, n. 68 (PL 16 [1845], 544 B-C; CSEL 78, 30). 4 Ps. 32, 6. s Ps. 66, 7-8. 6 Isai. 6, 3. 7 ps. 2, 7. s Isai. 53, 8. » Prov. 8, 22-30. 10 Eccli. 24, 5. Il Mich. 5, 2.

in millibus luda: ex te egredietur qui sit dominator in Israel; et egressus eius ab initio, a diebus aeternitatis.

9. **Specialia testimonia de Spiritu Sancto.** De Spiritu Sancto etiam expressa documenta in veteri Testamento habemus. In Genesi enim legitur i; *Spiritus Domini ferebatur super aquas.* Et David dicit2: *Quo ibo a Spiritu tuo?* Et in libro Sapientiae dicitur 3; *Spiritus sanctus disciplinae effugiet fictum: benignus est enim spiritus sapientiae.* Isaias quoque ait 4: *Spiritus Domini super me* etc.

Cap. 5 (8).

1. **De testimoniis novi Testamenti.** Nunc post testimonia veteris Testamenti de fide sanctae trinitatis et unitatis, ad novi Testamenti auctoritates accedamus, ut *in medio duum animalium* 5 cognoscatur veritas; et *forcipe de altari* sumatur *calculus* quo tangantur ora fidelium.

2. Dominus itaque Christus unitatem divinae essentiae ac personarum trinitatem aperte insinuat, dicens Apostolis7: *Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.* « *In nomine* utique ait, ut ait A m b r o s i u s in l libro *De Trinitate,* non in nominibus », ut unitas essentiae ostendatur; per nomina tria quae supposuit, tres esse personas declaravit. — « Ipse etiam ait: *Ego et Pater unum sumus. Unum* dixit, ut ait **Ambrosius** in eodem libro, ne fiat discretio potestatis, naturae; sed addidit *sumus,* ut Patrem Filiumque cognoscas, scilicet ut perfectus Pater Filium perfectum genuisse credatur, et quod Pater et Filius unum sint non confusione, sed unitate naturae ».

7 enim *om.* OP. 11 sanctae *om.* BCX. 15 Ite] docete *add.* OP. ‖ omnes *om.* BC LT. 20 libro *om.* I.MNRV.'X. ‖ potestatis] vel *add. mg.* O, et *add.* N2V. 21 sed] et LMNRWX.

1 Gen. 1, 2. 2 Ps. 138, *7.* 3 Sap. 1, 5-6. 4 Isai. 61, 1. 5 Resp. Habac. 3, 2; in Vulgata: *In medio annorum notum facies;* iuxta August., *De civitate Dei,* XVIII, c. 32: « *In medio duorum animalium cognosceris:* quid est, nisi aut in medio duorum Testamentorum » etc. (PL 41, 588; CSEL 40-11, 312; CCL 48, 623). « Resp. Isai. 6, 6; *Glossa ordinaria* in h. l.: «*Calculus,* id est caritas; quem *forcipe,* id est doctrina duorum Testamentorum » (apud Lyranum, IV, 17a). 7 Matth. 28, 19; in Vulgata: *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos,* etc. — Sequitur Ambrosius, *De fide,* I, c. 1, nn. 8-9: « *Ite, baptizate gentes,* etc. *In nomine* utique, non in nominibus. Ipse etiam dicit: *Ego et*

Cap. 5. Hic Magister relinquit Abaelardum, qui ita procedit: « Nunc autem post testimonia prophetarum de fide sanctae Trinitatis, libet etiam testimonia philosophorum supponere » *(Theol. «Scholarium»,* I, 15; PL 178, 1004 D); et se dirigit ad ipsum sacrum textum necnon et (in num. 2) ad Hugonem, *De sacram.,* II, 1, 4 (PL 176, 379 D), et etiam (in num. 4) ad suam *Glossam* in Rom. 11, 36, ut illic in notis indicatur.

3. Ioannes quoque in Epistola canonica ait 1; *Tres sunt qui testimonium perhibent in caelo·. Pater, Verbum, et Spiritus Sanctus·, et hi tres unum sunt.* Ipse etiam in initio Evangelii sui ait 2: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum;* ubi aperte ostendit Filium semper et aeternaliter fuisse apud Patrem ut alium apud alium.

4. Apostolus quoque aperte Trinitatem distinguit dicens 3: *Misit Spiritum Filii sui in corda nostra;* et alibi 4: *Si Spiritus eius qui suscitavit Iesum habitat in vobis* etc. — Item alibi trinitatem atque unitatem evidentissime commendat dicens 5; *Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia, ipsi gloria.* « *Ex ipso* ait, ut **Augustinus** in libro *De Trinitate* dicit 6, propter Patrem; *per ipsum* dicit propter Filium; *in ipso* propter Spiritum Sanctum. Per hoc vero quod non ait *ex ipsis, per ipsos et in ipsis,* nec ait *ipsis gloria,* sed *ipsi,* insinuavit hanc trinitatem unum Dominum Deum esse ».

5. Sed quia singulae pene syllabae novi Testamenti hanc ineffabilem unitatis atque trinitatis veritatem concorditer insinuant, inductioni testimoniorum super hac re supersedeamus, et rationibus congruisque similitudinibus7 ita esse, prout infirmitas nostra valet, ostendamus.

DISTINCTIO III

Cap. 1 (9).

1. Incipit ostendere quomodo per creata potuit cognosci Creator. Apostolus namque ait 8 quod *invisibilia* Dei *a creatura mundi per ea quae*

2 eti *om.* BCMTWX. 8 vobis] nobis LNW. 15 ineffabilem] ineffabilis BCLNR VWX. 21 potuit] potuerit NRTV.

Pater unus sumus (Ioan. 10, 30); *unum* dixit, ne fiat discretio potestatis et naturae; *sumus* addidit, ut Patrem Filiumque cognoscas, quod perfectus Pater perfectum Filium genuisse credatur, et Pater et Filius unum sint, non confusione personae, sed unitate naturae» (PL 16 [1845], 531 A; CSEL 78, 7). 1 I Ioan. 5, 7. 2 Ioan. 1, 1. 3 Gal. 4, 6. 4 Rom. 8, 11. 5 Rom. 11, 36. 6 Lib. I, c. 6, n. 12 (PL 42, 827; CCL 50, 41), tantum ex parte et quoad sensum; sed omnia verbotenus in *Glossa* ipsius Lombardi in h. l. (PL 191, 1493 C). 7 Vide supra, c. 3 (p. 63). 8 Rom. 1, 20; Glossa *ordin.* in h. l.: « *A creatura* : ab homine per excellentiam, quia excellit inter alias creaturas; vel propter convenientiam quam habet cum omnibus creaturis » (apud Lyranum, VI, 5b); repetitur in *Glossa* Lombardi in h. l. (PL 191, 1327 B),

Cap. 1. Fons principalis: num. 1-6: *Glossa* Lombardi in Rom. 1, 19-20 (PL 191, 1326 C-1327 A); num. 7-8: eadem *Glossa* in Rom. 11, 36 (PL 191, 1493 C-1494 A, 1495 C); num. 9: ibid, in 1, 20 (1328 D-1329 A). Cf. etiam Abaelardus, *Theologia «Scholarium»,* I, 15 (PL 178, 1004 D-1006 D); et A. M. Landgraf, *Zur Lehre von der Gotteserkenntnis in der Frühscholastik,* in *The New Scholasticism* 4 (1930) 261-288.

facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius et divinitas. Per *creaturam mundi* intelligitur homo, « propter excellentiam qua excellit inter alias creaturas, vel propter convenientiam quam habet cum omni creatura ». Homo ergo *invisibilia Dei* intellectu mentis conspicere potuit, vel etiam conspexit; *per ea quae facta sunt,* id est per creaturas visibiles vel invisibiles. A duobus enim juvabatur, scilicet a natura, quae rationalis erat; et ab operibus a Deo factis ut manifestaretur homini veritas. Ideo Apostolus dicit [1] quia *Deus revelavit illis,* scilicet dum fecit opera in quibus artificis aliquatenus relucet indicium.

2. **Prima ratio vel modus qua potuit cognosci Deus.** Nam, sicut ait Ambrosius[2], « ut Deus, qui natura invisibilis est, etiam a visibilibus posset sciri, opus fecit quod opificem visibilitate sui manifestavit, ut per certum incertum posset sciri, et ille Deus omnium esse crederetur, qui hoc fecit quod ab homine impossibile est fieri ». Potuerunt ergo cognoscere sive cognoverunt ultra omnem creaturam esse illum, qui ea fecit quae nulla creaturarum facere vel destruere valet. Accedat quaecumque vis creatura et faciat tale caelum et talem terram, et dicam quia Deus est. Sed quia nulla creatura talia facere potest, constat supra omnem creaturam esse illum qui ea fecit; ac per hoc illum esse Deum humana mens cognoscere potuit.

3. **Secunda ratio qua potuit cognosci vel modus quo noverunt.** Alio etiam modo Dei veritatem ductu rationis cognoscere potuerunt vel etiam cognoverunt. Ut enim Augustinus ait in libro *De civitate Dei* [3], « viderunt summi philosophi nullum corpus esse Deum, et ideo cuncta corpora transcenderunt quaerentes Deum. Viderunt etiam quidquid mutabile est non esse summum Deum omniumque principium, et ideo omnem animam mutabilesque spiritus transcenderunt. Deinde viderunt omne quod mutabile est non posse esse nisi ab illo qui incommutabiliter et simpliciter est. Intellexerunt igitur eum et omnia ista fecisse et a nullo fieri potuisse ».

4. **Tertia ratio vel modus.** « Consideraverunt etiam quidquid est in substantiis vel corpus esse vel spiritum, meliusque aliquid spiritum esse quam corpus, sed longe meliorem qui spiritum fecit et corpus ».

10 qua] quo LTV. 18 potest COP, valet *alii codd.* ‖ supra] super BCX.

1 Rom. 1, 19: *Deus enim illis manifestavit;* sed in *Glossa* Lombardi legitur *revelavit* (PL 191, 1325 A). 2 Id est Ambrosiaster in Rom. 1, 19 (inter opp. Ambrosii, PL 17, 57 A; CSEL 81, 88). 3 Lib. VIII, c. 6 (PL 41, 231s; CSEL 40-1, 364s; CCL 47, 222ss), ubi et duae sequentes rationes (in num. 4-5).

5. **Quartus modus vel ratio.** « Intellexerunt etiam corporis speciem esse sensibilem et spiritus speciem intelligibilem, et intelligibilem speciem sensibili praetulerunt. Sensibilia dicimus, quae visu tactuque corporis sentiri queunt; intelligibilia, quae conspectu mentis intelligi. Cum igitur in eorum conspectu et corpus et animus magis minusque speciosa essent, a si autem omni specie carere possent, omnino nulla essent, viderunt esse aliquid quo illa speciosa facta sunt, ubi est prima et incommutabilis species, ideoque incomparabilis; et illud esse rerum principium rectissime crediderunt, quod factum non esset et ex quo cuncta facta essent ».

6. Ecce tot modis potuit cognosci veritas Dei. Cum ergo Deus una io sit et simplex essentia, quae ex nulla diversitate partium vel accidentium consistit, pluraliter tamen dicit Apostolus 1 *invisibilia Dei,* quia pluribus modis cognoscitur veritas Dei *per ea quae facta sunt.* Ex perpetuitate namque creaturarum intelligitur Conditor aeternus, ex magnitudine creaturarum omnipotens, ex ordine et dispositione sapiens, ex gu- 15 bernatione bonus. Haec autem omnia ad unitatem deitatis pertinent monstrandam.

7. **Quomodo in creaturis apparet vestigium Trinitatis.** Nunc restat ostendere utrum per ea quae facta sunt aliquod Trinitatis indicium, vel exiguum, haberi potuerit. De hoc **Augustinus** in libro VI *De Trini-* 20 *taie* 7· ait : « Oportet ut Creatorem *per ea quae facta sunt* intellectu conspicientes3, Trinitatem intelligamus. Huius enim Trinitatis vestigium in creaturis apparet. **(De substantiis intellige!)** Haec enim quae arte divina facta sunt, et unitatem quandam in se ostendunt, et speciem, et ordinem. Nam quodque horum creatorum et unum aliquid est, sicut sunt naturae 25 corporum et animarum; et aliqua specie formatur, sicut sunt figurae vel qualitates corporum, ac doctrinae vel artes animarum; et ordinem aliquem petit aut tenet, sicut sunt pondera vel locationes corporum, et amores vel delectationes animarum. Et ita in creaturis praelucet vestigium Trinitatis. In illa enim Trinitate summa origo est omnium rerum, et per- 30 fectissima pulchritudo, et beatissima delectatio ».

8. Summa autem origo, ut **Augustinus** ostendit in libro *De vera religione* 4, intelligitur Deus Pater, a quo sunt omnia, a quo Fi-

8 incomparabilis] incomparabile W, incorporabile OP, incorporalis BCLxz. 23 Rubrica *om.* MRW. 25 quodque] quicquid COP, quidque BL, *quod corr. mg.* L. 28 vel] et OP. ‖ locationes] collocationes LNW, *quod corr. mg.* L. 30 est *trp. p.* rerum OP'

1 Rom. 1, 20; eadem in Lombardi *Olossa* super h. l. (PL 191, 1327 A-B). 2 Cap. 10, n. 12 (PL 42, 932; CCL 50, 242). 2 Resp. Rom. 1, 20. 4 Cap. 55, n. 113 (PL 34, 172; CSEL 77-11, 80s; CCL 32, 259s).

lius et Spiritus Sanctus. Perfectissima pulchritudo intelligitur Filius, scilicet « veritas Patris nulla ex parte ei dissimilis, quam cum ipso et in ipso Patre veneramur; quae forma est omnium quae ab uno facta sunt et ad unum referuntur. Quae tamen omnia nec fierent a Patre per Filium, neque suis finibus salva essent, nisi Deus summe bonus esset, qui et nulli naturae quod ab illo bona esset invidit, et ut in bono ipso maneret, alia quantum vellet, alia quantum posset, dedit. Quae bonitas intelligitur Spiritus Sanctus, qui est donum Patris et Filii. Quare ipsum Donum Dei, cum Patre et Filio aeque incommutabile, colere et tenere nos convenit. — Per considerationem itaque creaturarum unius substantiae Trinitatem intelligimus, scilicet unum Deum Patrem a quo sumus, et Filium per quem sumus, et Spiritum Sanctum in quo sumus: scilicet principium ad quod recurrimus, et formam quam sequimur, et gratiam qua reconciliamur: unum scilicet quo auctore conditi sumus, et similitudinem eius per quam ad unitatem reformamur, et pacem qua unitati adhaeremus: scilicet Deum qui dixit *Fiat* et Verbum per quod *jactum est*[2] omne quod substantialiter et naturaliter est, et Donum benignitatis eius qua placuit quod ab eo per Verbum factum est et conciliatum est auctori ut non interiret ».

9. Ecce ostensum est qualiter in creaturis aliquatenus imago Trinitatis indicatur. Non enim per creaturarum contemplationem sufficiens notitia Trinitatis potest haberi vel potuit, sine doctrinae vel interioris inspirationis revelatione. Unde illi antiqui Philosophi quasi per umbram et de longinquo viderunt veritatem, deficientes in contuitu Trinitatis, ut magi Pharaonis in tertio signo[3]. Adiuvamur tamen in fide invisibilium per ea quae facta sunt.

Cap. 2 (10).

1. **Quomodo in anima sit imago Trinitatis.** «Nunc vero ad eam iam perveniamus disputationem, ubi in mente humana, quae novit Deum vel potest nosse, Trinitatis imaginem reperiamus ». Ut enim ait Augu-

18 conciliatum] reconciliatum C, *corr. in* reconciliatum LT. 22 doctrinae] doctrina LOPV. 28 iam *trp. p.* vero BCT.

1 Resp. Gen. 1, 3 et 6. 2 Resp. Ioan. 1, 1-3. 3 Resp. Exod. 8, 18; de quo August., *Quaesi. in Heptat.,* II, q. 25 (PL 34, 604; CSEL 28-11, 105s; CCL 33, 79s).

Cap. 2. Conflatur ex textibus Augustini. — Cf. Steph. Otto, *Die Funktion des Bildgriffes in der Théologie des 12. Jahrhunderts* (BGPTMA XL, Heft 1, Munster 1963), 200ss.

stinus in XIV libro *De Trinitate* 1, « licet humana mens non sit eius naturae cuius Deus est, imago tamen illius 'quo nihil melius est' ibi quaerenda et invenienda est, quo natura nostra nihil habet melius, id est in mente. In ipsa enim mente, etiam antequam sit particeps Dei, eius imago reperitur; etsi enim, amissa Dei participatione, deformis sit, imago tamen Dei permanet. Eo enim ipso imago Dei est mens, quo capax eius est eiusque esse particeps potest». Iam ergo in ea Trinitatem quae Deus est inquiramus.

2. **Tria ostendit esse in anima quae relative dicuntur et aequalia sunt, scilicet memoriam, intelligentiam, dilectionem.** « Ecce[2] ergo mens meminit sui, intelligit se, diligit se; hoc si cernimus, cernimus trinitatem: nondum quidem Deum, sed imaginem Dei ». Hic enim quaedam apparet trinitas memoriae, intelligentiae et amoris. « Haec[3] igitur tria potissimum tractemus: memoriam, intelligentiam, voluntatem ».

3. **Subtilissima consideratio congruaque similitudo.** « Haec igitur tria, ut ait Augustinus in libro X *De Trinitate* 4, non sunt tres vitae, sed una vita; nec tres mentes, sed una mens, una essentia. Memoria vero dicitur ad aliquid, et intelligentia et voluntas sive dilectio similiter ad aliquid dicitur; vita vero dicitur ad se ipsam, et mens et essentia. Haec igitur tria eo sunt unum, quo una vita, una mens, una essentia; et quidquid aliud ad se ipsa singula dicuntur, etiam simul, non pluraliter, sed singulariter dicuntur. Eo vero tria sunt, quo ad se invicem referuntur ».

4. **Quomodo aequalia sint quia capiuntur a singulis omnia et tota.** «Aequalia etiam sunt, non solum singula singulis, sed etiam singula omnibus: alioquin non se invicem caperent; se autem invicem capiunt. Capiuntur enim et a singulis singula, et a singulis omnia». — **Hic ostendit quomodo omnia a singulis.** « Memini enim me habere memoriam et intelligentiam et voluntatem; et intelligo me intelligere et velle atque meminisse; et volo me velle et meminisse et intelligere ». — **Hic quomodo tota illa tria memoria capiat.** « Totamque meam memoriam et intelligentiam et voluntatem simul memini. Quod enim memoriae meae non memini, illud non est in memoria mea; nihil autem tam in memoria est quam ipsa memoria: totam igitur memini. Item quidquid intelligo, intelligere me scio, et scio

15 consideratio] consideratione OP, interrogatio M, comparatio T. ‖ congruaquej et congrua MNV. 30 capiat] capit NO.

1 Cap. 8, n. 11 (PL 42, 1044; CCL 50A, 435s), unde et verba praemissa. 2 August., *De Trinit.,* XIV, c. 8, n. 11 (PL 42, 1044; CCL 50A, 436). 3 August., ibid., X, c. 11, n. 17 (PL 42, 982; CCL 50, 329). 4 Cap. 11, n. 18 (PL 42, 983s; CCL 50, 330s), ubi et omnes textus sub num. 4 immediate sequentes.

me velle quidquid volo; quidquid autem scio, memini: totam igitur intelligentiam totamque voluntatem meam memini ». — **Quomodo illa tria tota capiat intelligentia.** « Similiter cum haec tria intelligo, tota simul intelligo. Neque enim quidquam intelligibilium est quod non intelligam, nisi quod ignoro; quod autem ignoro, nec memini nec volo. Quidquid igitur intelligibilium non intelligo, consequenter etiam non memini nec volo. Quidquid ergo intelligibilium memini et volo, consequenter intelligo ». — **Quomodo illa tota capiat voluntas.** « Voluntas etiam mea totam intelligentiam totamque memoriam meam capit, dum utor eo toto quod intelligo et memini. Cum itaque invicem a singulis et omnia et tota capiantur, aequalia sunt tota singula totis singulis, et tota singula simul omnibus totis; et haec tria unum, una vita, una mens, una essentia ».

5. Ecce illius summae Unitatis atque Trinitatis, ubi una est essentia et tres personae, imago est humana mens, licet impar [1]. — Mens autem hic pro animo ipso accipitur, ubi est illa imago Trinitatis; proprie vero mens dicitur, ut Augustinus ait[2,3] non ipsa anima, sed quod in ea est excellentius, qualiter saepe accipitur. — Illud etiam sciendum, quod memoria non solum est absentium et praeteritorum, sed etiam praesentium, ut ait Augustinus in XIV libro *De Trinitate* [3]; alioquin non se caperet.

6. **Ex quo sensu illa tria dicantur esse unum et una essentia quaeritur.** Hic attendendum est diligenter ex quo sensu accipiendum sit quod supra dixit[4], illa tria, scilicet memoriam, intelligentiam et voluntatem esse unum, unam mentem, unam essentiam. Quod utique non videtur esse verum iuxta proprietatem sermonis. Mens enim, id est spiritus rationalis, essentia est spiritualis et incorporea; illa vero tria naturales proprietates seu vires sunt ipsius mentis, et a se invicem differunt, quia memoria non est intelligentia vel voluntas, nec intelligentia voluntas sive amor.

7. **Quod etiam ad se invicem dicuntur relative.** Et haec tria etiam ad se ipsa referuntur, ut ait Augustinus in IX libro *De Trinitate* « Mens enim amare se ipsam » vel meminisse « non potest, nisi etiam noverit se: nam quomodo amat » vel meminit « quod nescit? » « Miro [6]

5 neci] non OP. 9 eo toto MOP, *trp. alii codd.* 15 vero] OP vera BC, autem LR. 16 ipsa anima OPR, *trp. alii codd.* 23 dixit] dixi N, diximus OP.

1 Resp. August., *De Trinit.,* X, c. 12, n. 19: «Cuius impar imago est humana mens, sed tamen imago» (PL 42, 984; CCL 50, 332). 2 Cf. ibid., XV, c. 7, n. 11: «Non igitur anima, sed quod excellit in anima mens vocatur» (PL 42, 1065; CCL 50A, 475). 3 Cap. 11, n. 14 (PL 42, 1047s; CCL 50A, 442). 4 Sub fine num. 4 (lin. 12). 5 Cap. 3, n. 3 (PL 42,962 ; CCL 50, 295s). 6 Ibid., c. 5, n. 8 (PL 42,965 ; CCL 50, 301).

itaque modo tria ista inseparabilia sunt a semetipsis; et tamen eorum singulum et simul omnia una essentia est,cum et relative dicantur ad invicem».

8. **Hic aperitur quod supra quaerebatur, scilicet quomodo haec tria dicantur unum.** Sed iam videndum est quomodo haec tria dicantur una substantia: ideo scilicet quia in ipsa anima vel mente substantialiter exsistunt, non sicut accidentia in subiectis, quae possunt adesse et abesse. Unde Augustinus in libro IX *De Trinitate* 1 ait: « Admonemur, si utcumque videre possumus, haec in animo exsistere substantialiter, non tamquam in subiecto, ut color in corpore, quia etsi relative dicuntur ad invicem, singula tamen substantialiter sunt in sua substantia ». Ecce ex quo sensu illa tria dicantur esse unum vel una substantia.

9. «Quae tria, ut ait Augustinus in libro XV *De Trinitate*2, in mente naturaliter divinitus instituta, quisquis vivaciter perspicit, et quam magnum sit in ea unde potest etiam sempiterna incommutabilisque natura recoli, conspici, concupisci: reminiscitur per memoriam, intuetur per intelligentiam, amplectitur per dilectionem, profecto reperit illius summae Trinitatis imaginem ».

Cap. 3 (11).

1. **Quod in illa similitudine est dissimilitudo.** « Verumtamen 3 caveat ne hanc imaginem, ab eadem Trinitate factam, ita ei comparet ut omnino aestimet similem; sed potius in qualicumque ista similitudine magnam quoque dissimilitudinem cernat ». — **Prima dissimilitudo.** « Quod 4 breviter ostendi potest. Homo unus per illa tria meminit, intelligit, diligit, qui nec memoria est, nec intelligentia, nec dilectio, sed haec habet. Unus ergo homo est qui habet haec tria, non ipse est haec tria. In illius vero summae simplicitate naturae quae Deus est, quamvis unus sit Deus, tres tamen personae sunt, Pater et Filius et Spiritus Sanctus », et hae tres unus Deus. « Aliud 5 est itaque Trinitas res ipsa, aliud imago Trinitatis in

7 utcumque] utrumque MOP. 20 ita ei trp. MNV. 21 aestimet] existimet MN RV. 22 dissimilitudo] similitudo OP. 25 non] nec OP.

1 Cap. 4, n. 5 (PL 42, 963s; CCL 50, 297s). 2 Cap. 20, n. 39 (PL 42, 1088; CCL 50A, 517). 3 August., loc. cit. 4 August., *De Trinit.,* XV, c. 22, n. 42 (PL 42, 1090; CCL 50A, 519s). s August., ibid., c. 23, n. 43 (PL 42, 1090; CCL 50A, 520).

Cap. 3. Textibus constat Augustini (num. 1-7); conclusio (num. 8) fundatur usque ad quaedam verba super *Summam sent.,* I, 6, et praesertim 4 (PL 171, 1077 B, 1075 B; 176, 51 B, 47 C); de hoc cf. L. Ott, *Die Trinitâtslehre...,* in *Div. Thom.* (Fr.) 21 (1943) 160s. Vide etiam Hug., *De sacram.,* I, 3, 21 (PL 176, 225 C-D).

re alia; propter quam imaginem etiam illud in quo sunt haec tria imago dicitur, scilicet homo. Sicut imago dicitur et tabula et pictura quae in ea est, sed tabula nomine imaginis appellatur propter picturam quae est in ea ». — **Altera dissimilitudo.** « Rursus x, ista imago, quae est homo habens illa tria, una persona est; illa vero Trinitas non una persona est, sed tres personae: Pater Filii, et Filius Patris, et Spiritus Patris et Filii. **(Cave: Non unius Dei, scilicet tantum sunt, sed etiam unus Deus!)** Itaque in ista imagine Trinitatis non haec tria unus homo, sed unius hominis sunt; in illa vero summa Trinitate, cuius haec imago est, non unius Dei sunt illa tria, sed unus Deus; et tres sunt illae, non una persona ». « Illa[23] enim tria non homo sunt, sed hominis sunt vel in homine sunt. Sed numquid possumus dicere Trinitatem sic esse in Deo, ut aliquid Dei sit nec ipsa sit Deus? » Absit ut hoc credamus! Dicamus ergo in mente nostra imaginem Trinitatis, sed exiguam et qualemcumque esse, quae summae Trinitatis ita gerit similitudinem, ut ex maxima parte sit dissimilis.

2. Sciendum vero quod « haec trinitas mentis, ut ait **Augustinus** in XIV libro *De Trinitate*[1] non propterea tantum imago Dei est, quia sui meminerit mens et intelligit ac diligit se, sed quia potest etiam meminisse et intelligere et amare illum a quo facta est ».

3. **Alia assignatio trinitatis in anima, scilicet mens, notitia, amor.** Potest etiam alio modo aliisque nominibus distingui trinitas in anima, quae est imago illius summae et ineffabilis Trinitatis. Ut enim ait **Augustinus** in IX libro *De Trinitate* 4, « mens et notitia eius et amor tria quaedam sunt. Mens enim novit se et amat se, nec amare se potest nisi etiam noverit se. Duo quaedam sunt mens et notitia eius; item duo quaedam sunt mens et amor eius. Cum ergo se novit mens et amat se, manet trinitas, scilicet mens, amor, notitia ». Mens autem hic accipitur non pro anima, sed pro eo quod in anima excellentius est[5].

4. **Quomodo dicantur esse unum.** Haec autem tria, cum sint distincta a se invicem, dicuntur tamen esse unum, quia in animo substantialiter exsistunt[6].

1 propter] Quod per (propter LN) illa tria homo dicitur ymago *rubrica add. mg. codd. hic vel parum infra.* 2-3 in ea est *trp.* BCTX. 4 Altera] alia CNVX. 11 non homo *trp.* OP. 15 gerit] ingerit OP. 19 meminerit] meminit R *(Aug.).* 28 amor] et *add.* BCMNVW.

1 August, loc. cit. 2 August., ibid., c. 7, n. 11 (PL 42, 1065; CCL 50A, 474s). 3 Cap. 12, n. 15 (PL 42, 1048; CCL 50A, 442). 4 Auctoritas conflata ex initiis cc. 4, 3, et 5 (PL 42, 963, 962, 965; CCL 50, 297, 295s, 300). 5 Vide supra, c. 2, num. 5 (p. 73). 6 Vide supra, c. 2, lium. 8 (p. 74).

5. **Quia mens vice Patris, notitia Filii, amor Spiritus Sancti accipitur.** Et est ipsa mens quasi parens, et notitia eius quasi proles eius: «Mens[1] enim cum se cognoscit, notitiam sui gignit, et est sola parens suae notitiae». Tertius est amor, qui de ipsa mente et notitia procedit, dum mens cognoscens se, diligit se: non enim posset se diligere, nisi cognosceret se. Amat etiam placitam prolem, id est notitiam suam; et ita amor quidam complexus est parentis et prolis.

6. **Quod non est minor mente notitia nec amor utroque.** « Nec[2] minor est proles parente, dum tantam se novit mens quanta est; nec minor est amor parente et prole, id est mente et notitia, dum tantum se diligit mens quantum se novit et quanta est ».

7. **Quod haec tria in se ipsis sunt.** « Sunt[3] etiam haec singula in se ipsis, quia et mens amans in amore est, et amor in amantis notitia, et notitia in mente noscente est ». Ecce in his tribus qualecumque Trinitatis vestigium apparet.

8. **Quomodo mens per ista proficit ad intelligendum Deum.** Mens itaque rationalis, considerans haec tria et illam unam essentiam in qua ista sunt, extendit se ad contemplationem Creatoris, et videt unitatem in trinitate et trinitatem in unitate. Intelligit enim unum esse Deum, unam essentiam, unum principium. Intelligit enim quia si duo essent, vel uterque insufficiens esset, vel alter superflueret. Quia si aliquid deesset uni quod haberet alter, non esset ibi summa perfectio; si vero nihil uni deesset quod haberet alter, cum in uno essent omnia, alter superflueret. Intellexit ergo unum esse Deum, unum omnium auctorem. Et vidit quia absque sapientia non sit, quasi res fatua; et ideo intellexit eum habere sapientiam quae ab ipso genita est; et quia sapientiam suam diligit, intellexit etiam ibi esse amorem.

Cap. 4 (12).

Hic de summae Trinitatis unitate. Quapropter iuxta istam considerationem, ut ait **Augustinus** in libro IX *De Trinitate 4,* « credamus

1 Quia] Quod LNV. 6 etiam] enim OPV. 26-27 etiam ibi *trp.* BCMN. 30 libro IX *trp.* LMT.

1 August., *De Trinit.,* IX, c. 12, n. 18 (PL 42, 970 ; CCL 50, 309), ubi et sequentia ad sensum (ibid., 972 ; 310). 2 August., ibid. (PL 42, 972; CCL 50, 310). 3 August, ibid., c. 5, η. 8 (PL 42, 965; CCL 50, 300). * Cap. 1, η. 1 (PL 42, 961; CCL 50, 293).

Cap. 4. Verba ex libro *De fide ad Petrum* iam inveniuntur in *Glossa* in Rom. 1, 3, iuxta versionem primitivam (x 4c; z 3b), non autem in editiqne, quae aliam redactionem hic exhibet.

Patrem et Filium et Spiritum Sanctum unum esse Deum, universae creaturae conditorem et rectorem; nec Patrem esse Filium, nec Spiritum Sanctum vel Patrem esse vel Filium, sed trinitatem relatarum ad invicem personarum ». — Ut enim ait ipse in libro *De fide ad Petrum* 1, una est natura sive essentia Patris et Filii et Spiritus Sancti, non una persona: « Si enim sic esset una persona sicut est una substantia Patris et Filii et Spiritus Sancti, veraciter trinitas non diceretur. Rursus quidem trinitas esset vera, sed unus Deus trinitas ipsa non esset, si quemadmodum Pater et Filius et Spiritus Sanctus personarum sunt ab invicem proprietate distincti, sic fuissent naturarum quoque diversitate discreti ». « Fides autem Patriarcharum, Prophetarum atque Apostolorum unum Deum praedicat esse Trinitatem ». ⊢ « In illa[2] igitur sancta Trinitate unus est Deus Pater, qui solus essentialiter de se ipso unum Filium genuit; et unus Filius, qui de uno Patre solus essentialiter natus; et unus Spiritus Sanctus, qui solus essentialiter a Patre Filioque procedit. Hoc autem totum non potest una persona, id est gignere se, et nasci de se, et procedere de se ». Ut enim ait Augustinus in I libro *De Trinitate* 3, « nulla res est quae se ipsam gignat ut sit ».

DISTINCTIO IV

Cap. 1 (13).

1. **Hic quaeritur utrum concedendum sit quod Deus se genuerit.** Hic oritur quaestio satis necessaria. Constat, et irrefragabiliter verum est, quod Deus Pater genuit Filium; ideo quaeritur utrum concedendum sit quod Deus genuit Deum. Si enim Deus genuit Deum, videtur quod aut se

10 naturarum quoque *trp.* CMN. 14 natus] est *add.* MOV2. 17 1 libro *trp.* OPW. 22 Constat] enim *add.* BCRV.

1 Cap. 1, n. 4 (opus Fulgentii, PL 65, 673 C-D; CCL 91A, 713s), ubi et textus immediate sequens. 2 Ibid., n. 6 (PL 65, 675 A; CCL 91A, 715s). 3 Cap. 1, n. 1 (PL 42, 820; CCL 50, 28).

Cap. 1. Quaestio (in num. 1) originem habuit in Abaelard., *Theologia Christiana,* III (PL 178, 1240 A), sed fons Magistri potius habetur in *Summa sent.,* I, 11 (PL 171, 1087 A-B; 176, 60 C-D). Dein Magister (num. 2) se dirigit contra quosdam dialecticos (Porretanos?); cf. Abael., loc. cit. (1204 C). — Vide L. Ott, *Die Trinitâtslehre...,* in *Div. Thom.* (Fr.) 21 (1943) 162s; et N. Haring, *Petrus Lombardus und die Sprachlogik in der Trinitaetslehre der Porretanerschule,* in *Miscellanea Lombardiana,* Novara 1957, 119. Contra interpretationem secundum quam Magister Porretanos oppugnat arguit Joh. Schneider, *Die Lehre vom Dreieinigen Oott in der Schule des Petrus Lombardus,* München 1961, 61, nota 3.

Deum, aut alium genuerit. Si vero alium Deum genuit, non est tantum unus Deus; si autem se ipsum Deum genuit, aliqua res se ipsam genuit. — **Solutio.** Ad quod respondentes dicimus sane et catholice concedi quod unus unum genuit, et quod Deus Deum genuit, quia Deus Pater Deum Filium genuit. In *Symbolo* 1 quoque scriptum est: « Lumen de lumine, Deum verum de Deo vero ». — Quod vero additur, 'ergo genuit se Deum vel alium Deum', neutrum concedendum esse dicimus. Quod alium Deum non genuit, manifestum est, quia unus tantum Deus est. Quod autem se ipsum non genuit, ostendit **Augustinus ini** libro *De Trinitate*2 dicens: «Qui putant eius esse potentiae, Deum ut se ipsum ipse genuerit, eo plus errant, quod non solum Deus ita non est, sed nec spiritualis nec corporalis creatura. Nulla enim res est, quae se ipsam gignat ut sit ». Et ideo non est credendum vel dicendum quod Deus genuit se.

2. **Alia quaestio de eodem.** Sed adhuc opponunt garruli ratiocinatores3, dicentes: Si Deus Pater genuit Deum, aut genuit Deum qui est Deus Pater, aut Deum qui non est Deus Pater. Si genuit Deum qui non est Deus Pater, ergo Deus est qui non est Deus Pater; non ergo unus tantum Deus est. Si vero genuit Deum qui est Deus Pater, ergo genuit se ipsum. — **Responsio.** Ad quod respondemus determinantes illam propositionem qua sic proponunt: 'Si Deus Pater genuit Deum, aut Deum qui est Deus Pater, aut Deum qui non est Deus Pater'. Hoc enim sane et prave intelligi potest; et ideo respondendum est ita: 'Deus Pater genuit Deum qui est ipse Pater', hoc dicimus esse falsum; et concedimus alteram, scilicet 'genuit Deum qui non est Pater'.' Nec tamen 'genuit alterum Deum', nec ille qui genitus est alius Deus est quam Pater, sed unus Deus cum Patre. — Si vero additur: 'Genuit Deum qui non est Deus Pater', hic distinguimus, quia dupliciter potest intelligi: 'genuit Deum qui non est Deus Pater', scilicet Deum Filium, qui Filius non est Pater qui Deus est, hic sensus verus est. Si vero intelligatur sic: 'genuit Deum qui non est Deus Pater', id est qui non est Deus qui est Pater, hic sensus falsus est. Unus enim et idem Deus est Pater et Filius et Spiritus Sanctus; et e converso Pater et Filius et Spiritus Sanctus est unus Deus.

1 est tantum *trp.* OP. 3 dicimus] si autem relative diceretur vel pro relative poneretur *add.* O *(mg.)* P, ‖ concedi] potest *add.* OP. 8 genuit] genuerit BCV. ‖ quia] quod OP. 10 esse potentiae *trp.* NRTX. 13 credendum vel dicendum *trp.* OP. 17 aut] genuit *add.* OP. 25 Nec] non BCM. 26 ille *om.* LMNX. 32 etz *om.* BCTV. 33 et| *om.* BMW.

1 In forma liturgica symboli Constantinopolitani; apud DS n. 150. 2 Cap. 1, n. 1 (PL 42, 820; CCL 50, 28). 3 Appellatio desumpta ab August,, *De Trinity* I, c. 2, n. 4 (PL 822; CCL 50, 31); vide supra, p. 63, lin. 12.

Cap. 2 (14).

1. **Opinio quorundam dicentium tres personas esse unum Deum, unam substantiam, sed non e converso, scilicet unum Deum vel unam substantiam esse très personas.** Quidem tamen veritatis adversarii concedunt Patrem *et* Filium et Spiritum Sanctum sive tres personas esse unum Deum, unam substantiam, sed nolunt concedere unum Deum sive unam substantiam esse tres personas, dicentes substantiam divinam praedicari de tribus personis, non tres personas de substantia divina.

2. **Auctoritates inducit contra eos.** Fides autem catholica [1] tenet ac praedicat et tres personas esse unum Deum, unam substantiam sive essentiam sive naturam divinam, et unum Deum sive essentiam divinam esse tres personas. Unde **Augustinus** ini libro *De Trinitate*[2] ita ait: « Recte ipse Deus Trinitas intelligitur *beatas et solus potens* »[3]. Ecce quam expresse dixit 'ipse Deus Trinitas', ut ostenderet et ipsum Deum esse Trinitatem et Trinitatem esse ipsum Deum. — Item in eodem[4]: «In verbis, inquit, illis Apostoli », quibus de adventu Christi agens dicit [5]; *Quem ostendet beatus et solus potens, Rex regum et Dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem* etc., « nec Pater proprie nominatus est, nec Filius, nec Spiritus Sanctus, sed *beatus et solus potens,* id est unus et solus verus Deus, qui est ipsa Trinitas». Ecce et hic aperte dicit unum solum verum Deum esse ipsam Trinitatem; et si unus Deus Trinitas est, ergo unus Deus est tres personae.

3. Item, in libro V *De Trinitate* 6; «Non tres deos, sed unum Deum dicimus esse ipsam praestantissimam Trinitatem». — Item, in libro *De*

4 veritatis adversarii *trp.* OP. 15 esse *om.* BCLMTWX. 16 illis *om.* NOPX. 19 beatus et solus *trp.* BCOPV. ‖ solus1] et *add.* OP.

1 Cf. *Summa sent.,* I, 11 (PL 171, 1085 D; 176, 59 B). 2 Cap. 6, n. 11 (PL 42, 826; CCL 50, 40). 3 ReSp. I Tim. 6, 15. 4 Ibid., n. 10 (PL 42, 826; CCL 50, 40). 5 I Tim. 6, 15-16. 6 Cap. 8, n. 9 (PL 42, 917; CCL 50, 215).

Cap. 2. Quod num. 1-3 contra Magistrum Gilbertum Porretam diriguntur, omnibus liquet; sed quod sic dicta Confessio fidei Concilii Remensis huic hic opponatur, nobis dubio est. Cf. N. Haring, *Das sogennante Glaubensbekenntnis des Reimser Konsistoriums van 1148,* in *Scholastik* 40 (1965) 55-90; id., *Notes on the Council and Consistory of Rheims (1148),* in *Mediaeval Studies* 28 (1966) 39-59. — De tempore compositionis huius capituli, vide D. van den Eynde, *Nouvelles précisions chronologiques sur quelques oeuvres théologiques du XIF siècle,* in *Franc. Studies* 13 nn. 2-3 (1953) 112ss; et *Essai chronologique sur l'oeuvre littéraire de Pierre Lombard,* in *Miscellanea Lombardiana* 56ss.

fide ad Petrum 1, in expositione Symboli: « Satis est Christiano rerum creatarum causam, visibilium sive invisibilium, nonnisi bonitatem credere Creatoris, qui est Deus unus et verus, nullamque esse naturam quae non aut ipse sit aut ab ipso, eumque esse Trinitatem, Patrem scilicet et Filium et Spiritum Sanctum».— Item, **Augustinus** in sermone *De fide*2: « Credimus unum Deum, unam esse divini nominis Trinitatem ». — Idem in VI libro *De Trinitate* « Dicimus Deum solum esse ipsam Trinitatem ». Ecce his et aliis pluribus auctoritatibus evidenter ostenditur dicendum esse et concedendum quod unus Deus est Trinitas, et una substantia tres personae; sicut e converso Trinitas dicitur esse unus Deus, et tres personae dicuntur esse una substantia.

4. **Redit ad praemissam quaestionem, scilicet an Deus Pater se Deum, an alium genuit Deum.** Nunc ad praemissam quaestionem revertamur, ubi quaerebatur an Deus Pater genuerit se Deum, an alium Deum. Ad quod dicimus neutrum fore concedendum. — Dicit tamen **Augustinus** in epistola *Ad Maximum* 4 quod Deus Pater se alterum genuit, his verbis: « Pater, ut haberet Filium de se ipso, non minuit se ipsum, sed ita genuit de se alterum se, ut totus maneret in se, et esset in Filio tantus, quantus et solus». — Quod ita intelligi potest: id est de se alterum genuit, non utique alterum Deum, sed alteram personam; vel genuit se alterum, id est genuit alterum qui est hoc quod ipse; nam etsi alius sit Pater quam Filius, non est tamen aliud, sed unum.

DISTINCTIO V

Cap. 1 (15).

1. **Hic quaeritur an Pater genuit divinam essentiam vel ipsa Filium, an essentia genuit essentiam vel ipsa nec genuit nec genita est.** Post haec quaeritur utrum concedendum sit quod Pater genuit divinam essentiam,

3 Deus unus *trp.* LOP. 4 eumque] eamque OP, scilicet deum *add.* BCV. ‖ scilicet om. BCLR. 14 genuerit] genuit OP. 16 Maximum] Maximinum LMNVX, *quod corr.* V. 27 genuit] genuerit BCRVW.

1 Immo in *Enchiridion,* c. 9 (PL 40, 235s) . 2 *Sermo* 233 (De *fide catholica),* n. 1 (inter opp. August., PL 39, 2175); est *Symbolum fidei* Concilii Toletani I, ed. *J.* de Aldama, *El Simbolo Toledano I,* Romae 1934, 29-36. 3 Cap. 7, n. 9 (PL 42, 929; CCL 50, 238). 4 Rectius Alypius et August., *Epist. 170,* n. 5 (PL 33, 749; CSEL 44, 625).

Cap. 1. Doctrina huius capituli (cuius tontes nos latent), impugnata ab Abbate loachim de Flore (f 1202), confirmatur a Concilio Lateran. IV in capitulo De Trinitate; cf. DS n. 803, p. 261s.

vel quod divina essentia genuit Filium, vel essentia genuit essentiam, an omnino non genuit nec genita est divina essentia. — Ad quod, catholicis tractatoribus consentientes, dicimus quod nec Pater genuit divinam essentiam, nec divina essentia genuit Filium, nec divina essentia genuit essentiam. Hic autem nomine 'essentiae' intelligimus divinam naturam, quae communis est tribus personis et tota in singulis.

2. **Ratio prima quare ita sit.** Ideo non est dicendum quod Pater genuit divinam essentiam: quia si Pater diceretur genuisse divinam essentiam, essentia divina relative diceretur ad Patrem vel pro relativo poneretur. Si autem relative diceretur vel pro relativo poneretur, non indicaret essentiam. Ut enim ait Augustinus in V libro *De Trinitate* 1, « quod relative dicitur, non indicat substantiam ».

3. **Secunda.** Item, cum Deus Pater sit divina essentia, si eius esset genitor, esset utique genitor eius rei quae ipse est; et ita eadem res se ipsam genuisset, quod Augustinus negat, ut supra ostendimus[2].

4. **Tertia ratio et potior.** Item, si Pater est genitor divinae essentiae, cum ipsa essentia divina et sit et Deus sit, eo ergo quod generat et est et Deus est. Ita ergo non illud quod generatur est a Patre Deus, sed Pater eo quod generat et est et Deus est; et si ita est, non genito gignens, sed gignenti genitus causa est ut et sit et Deus sit. — Simili ratione probat Augustinus in libro VII *De Trinitate*[3] quod Pater non est sapiens sapientia quam genuit, quia si ea sapiens est, ea est: « Hoc enim est ibi esse quod sapere. Quod si hoc est ibi esse quod sapere, non per illam sapientiam quam genuit sapiens Pater est. Quid enim aliud dicimus, cum dicimus 'hoc illi est esse quod sapere', nisi 'eo est quo sapiens est' ? Ergo quae causa illi est ut sapiens sit, etiam ipsa illi causa est ut sit. Si ergo sapientia quam genuit causa illi est ut sapiens sit, et causa illi est ut sit. Sed causam Patri qua sit, a Patre genitam nullo modo quisquam dixerit sapientiam. Quid enim est insanius ? » Ita ergo, si Pater genuit essentiam qua est, essentia quam genuit causa est illi ut sit; non igitur ipsam qua est essentiam genuit. « Nam in illa simplicitate, inquit Augustinus[4], quia non est aliud sapere quam esse, eadem ibi sapientia quae essentia ». Ideoque quod de sapientia, hoc de essentia dicimus. Sicut ergo non genuit sapientiam qua sapiens est, ita nec essen-

13 Secunda] ratio *add.* LVX. 16 divinae essentiae *trp.* BCLMTVW. 19 genito] geniti BCLOP, *quod corr.* O2. 20 genitus] genitum LMNRT. ‖ ratione] raciocinacione LMRT. 25 quo] quod BCLMX.

1 Cap. 7, n. 8 (PL 42, 916; CCL 50, 214). 2 Dist. 4, c. 1, num. 1 (p. 77s). 3 Cap. 1, n. 2 (PL 42, 935s; CCL 50, 249). 4 ibid. (PL 42, 936; CCL 50, 249).

tiam qua est. Ut enim sapientia sapiens est, et potentia potens, ita et essentia ipse est; eademque est sapientia et potentia quae essentia. Patet itaque ex praedictis quia Pater essentiam divinam non genuit.

5. **Hoc videtur adversari.** Huic autem videtur contrarium quod Augustinus ait in libro *De fide ad Petrum* 1; « Deus cum Verbum genuit, id quod est ipse genuit; nec de nihilo, nec de aliqua iam facta conditaque materia, sed de se ipso id quod est ipse ». Item 2: « Deus Pater, qui verissime se indicare animis cognituris et voluit et potuit, hoc ad se ipsum indicandum genuit, quod est ipse qui genuit ». Ecce aperte dicit his verbis Deum Patrem genuisse illud quod ipse est. Illud autem quod ipse est, non est nisi essentia divina; videtur ergo divinam essentiam genuisse. — Ad quod respondemus, illa verba sic intelligenda esse dicentes: 'Pater de se ipso genuit illud quod ipse est', id est Filium qui est illud quod Pater est. Nam quod Pater est, et Filius hoc est; sed non qui Pater est et Filius hic est.

6. **Alias partes quaestionis exsequitur.** Ita etiam non est dicendum quod divina essentia genuit Filium: quia cum Filius sit divina essentia, iam esset Filius res a qua generatur; et ita eadem res se ipsam generaret. — Ita etiam dicimus quod essentia divina non genuit essentiam: cum enim una et summa quaedam res sit divina essentia, si divina essentia essentiam genuit, eadem res se ipsam genuit, quod omnino esse non potest; sed Pater solus genuit Filium, et a Patre et Filio procedit Spiritus Sanctus.

7. **Quae videantur praedictis esse contraria.** Praedictis autem videtur esse contrarium quod dicit Augustinus in libro VII *De Trinitate* 3; « Hoc, inquit, est Deo esse quod sapere; unde Pater et Filius simul sunt una sapientia, quia una essentia; et singillatim sapientia de sapientia, sicut essentia de essentia ». Ecce his verbis aperte dicit Augustinus sapientiam de sapientia et essentiam de essentia, ubi videtur significare quod sapientia sapientiam et essentia essentiam genuerit. — Idem in libro *De fide ad Petrum* 4 ait: « Sic Christum Dei Filium, id est unam ex Trinitate personam, Deum verum crede, ut divinitatem eius de natura Patris natam esse non dubites ». Hic videtur dicere quod natura Filii sit nata de natura Patris. — Idem etiam in XV libro *De Trinitate* 5 ait: « Dicitur

4 Hoc] hec OP, hic BCLW, huic VX. 4-5 August, ait *trp.* OPW. 7 se om. CMNPX. 8 ipsum *om.* MOP. 14 est» *om.* OP. 20-21 essentiam genuit *trp.* OP. 26 essentia] est *add.* BCVW.

1 Immo *De fide et symbolo,* c. 3, n. 4 (PL 40, 183; CSEL 41, 7). 2 Ibid. (PL 40, 184; CSEL 41, 8). 3 Cap. 1-2, nn. 2-3 (PL 42, 936; CCL 50, 249s). 4 Cap. 2, n. 15 (opus Fulgentii, PL 65, 678 C-D; CCL 91A, 720). 5 Cap. 20, n. 38 (PL 42, 1087; CCL 50A, 515).

Filius consilium de consilio et voluntas de voluntate, sicut substantia de substantia, sapientia de sapientia ». Et hic videtur dicere quod substantia sit genita de substantia et sapientia de sapientia.

8. **Determinatio eorum quae videntur contraria.** Sed haec ita determinamus: 'Sapientia de sapientia et substantia de substantia est', id est Filius qui est sapientia, qui est substantia, est de Patre qui est eadem substantia et sapientia; et Filius qui est divinitas, natus est de Patre qui est divina natura. Et ut expressius dicamus, dicimus Filium sapientiam esse de Patre sapientia, et dicimus Filium substantiam esse genitum de Patre et a Patre substantia. — Quod autem ita intelligi debeat, **Augustinus** ostendit in VII libro *De Trinitate* [1] dicens: « Pater ipse sapientia est, et dicitur Filius sapientia Patris quomodo dicitur lumen Patris, id est sicut lumen de lumine et uterque unum lumen, sic intelligatur sapientia de sapientia, et uterque una sapientia et una essentia». — Item[2]: «Ideo Christus dicitur virtus et sapientia Dei [3]: quia de Patre virtute et sapientia, etiam ipse virtus et sapientia est, sicut ipse lumen de Patre lumine est, et ipse fons vitae est apud Deum Patrem fontem vitae. Filius ergo sapientia de Patre sapientia est, sicut Filius lumen de lumine Patre et Deus Filius de Deo Patre, ut et singulus sit lumen, et singulus sit Deus, et singulus sapientia, et simul unum lumen, unus Deus, una sapientia ». Ecce his verbis manifeste aperit **Augustinus** ex quo sensu accipienda sint praedicta verba et his similia, scilicet cum dicitur: substantia de substantia, vel substantia genuit substantiam.

9. **Quod videtur praedictae expositioni contrarium.** Huic vero id etiam contrarium videtur quod **Hilarius** ait in IV libro *De Trinitate*[4]: « Nihil, inquit, nisi natum habet Filius, et geniti honoris admiratio in honore generantis est». Cum ergo Filius essentiam habeat: tota enim in eo est divina essentia, videtur quod ipsa divina essentia nata sit. — Idem in V libro ait [5]; « Nativitas Dei non potest eam ex qua profecta est non tenere naturam: nec enim aliud quam Deus subsistit, quod non aliunde quam de Deo subsistit ». Ecce hic dicit nativitatem Dei profectam ex natura, et ita videtur ex his verbis atque praedictis natura Dei et genita et genuisse. — **Quod natura Dei in forma sua manens formam naturae et**

8 divina natura *trp.* BLMNRVWX. 20-19 singulus] sit *add.* BCOW, *add. interi.* TV2. 21 manifeste *om.* OP. 22 sint] sunt LRVW, *quod corr.* W. 24 etiam *om.* BCMR. 28 Idem] item BCRV. 29 profecta] perfecta OPX. 31 profectam] perfectam MOPX.

1 Cap. 1, n. 2 (PL 42, 936; CCL 50, 249). 2 Ibid., c. 3, n. 4 (PL 42, 937; CCL 50, 251s). 3 Resp. I Cor. 1, 24: *Christum Dei virtutem et Dei sapientiam.* 4 Num. 10 (PL 10, 103 A). 5 Num, 37 (PL 10, 155 A).

infirmitatis corporalis acceperit. Quod apertius dicit in libro IX *De Trinitate* i; « Nos, inquit, unigenitum Deum in forma Dei manentem, in natura Dei mansisse profitemur; nec unitatem formae servilis in naturam divinae unitatis refundimus; nec rursum corporali insinuatione Patrem in Filio praedicamus, sed ex eo eiusdem generis genitam naturam naturaliter in se gignentem habuisse naturam; quae in forma naturae se gignentis manens, formam naturae et infirmitatis corporalis acceperit. Non enim defecerat Dei natura ne esset, sed in se humilitatem terrenae nativitatis manens sibi Dei natura susceperat, generis sui potestatem in habitu assumptae humilitatis exercens ».. Ecce hic aperte dicit et naturam genuisse, et naturam genitam, et naturam assumpsisse naturam: quod a plerisque negatur. — Item in eodem2: « Numquid unigenito Deo contumelia est Patrem sibi innascibilem Deum esse, cum ex innascibili Deo nativitas unigenita in naturam unigenitam subsistat? » Ecce et hic dicit unigenitam naturam.

10. **Quomodo sint intelligenda praemissa verba Hilarii.** Sed quia haec verba sane vult intelligi, ipse idem dicit in IV libro V « Intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi, quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus ». Haec ergo verba ita intelligi possunt: 'Nihil habet Filius nisi natum', id est nihil habet, secundum quod Deus est, nisi quod nascendo accepit, et ipse nascendo Patris in se subsistentem habuit naturam.

11. **Expositionem confirmat per verba eiusdem.** Unde idem **Hilarius** addit in V libro3 « Eandem naturam habet genitus quam ille qui genuit, ita tamen ut natus non sit ille qui genuit: nam quomodo erit ipse cum genitus sit? sed in his ipsis subsistat ille qui genitus est, in quibus totus est ipse qui genuit, quia non est aliunde qui genitus est. Et ideo non refertur ad aliud quod in uno subsistit ex uno. Ac sic in generatione Filii et naturam suam, ut ita dicam, sequitur indemutabilis Deus indemutabilem gignens Deum; nec naturam suam deserit ex indemutabili Deo indemutabilis Dei perfecta nativitas. Subsistentem igitur in eo Dei naturam intelligamus, cum in Deo Deus insit, nec praeter eum qui est Deus quisquam Deus alius sit, quia ipse Deus et in eo Deus». Naturae ergo Dei Patris veritas in Deo Filio esse docetur, cum in eo Deus intelligitur esse qui Deus est. Est enim unus in uno et unus ab uno.

1 acceperit] accepit NOP. 2 Dei *corr. in* servi TRV. 4 rursum] rursus OP. 7 acceperit] accipit BCLOPT. 12 Item in eodem *om.* OP. 15 sint intelligenda *trp.* MN RX. 25 subsistat] subsistit BC, *corr. in* subsistit R. 27 quod] qui OP. ‖ sic] si COPR, *quod corr.* O. 28 indemutabilis] immutabilis BC, indecommutabilis X, et *sic etiam infra.*

1 Num. 51 (PL 10, 322 B-323 A). 2 Num. 53 (PL 10, 324 A). 3 Num. 14 (PL 10, 107 C). 4 Num. 37 (PL 10, 155 A-B).

12. **Quod legitur : Pater de sua substantia genuisse Filium et Filius substantiae Patris.** Dicitur quoque, et frequenter in Scriptura sacra legitur, Pater de substantia sua genuisse Filium. Unde **Augustinus** in libro *De fide ad Petrum* 1 ait: « Pater Deus, de nullo genitus Deo, semel de sua natura sine initio genuit Filium Deum, sibi aequalem, et eadem qua ipse naturaliter aeternus est divinitate coaeternum ». Ecce hic dicit Augustinus Filium genitum de natura Patris. Est autem una natura Patris et Filii et Spiritus Sancti. Si ergo de natura Patris genitus est Filius, genitus est de natura Filii et Spiritus Sancti, immo de natura trium personarum.

13. Idem quoque **Augustinus** in libro XV *De Trinitate*[1]* dicit Christum esse filium substantiae Patris et de substantia Patris genitum, tractans illud verbum Apostoli loquentis de Deo Patre sic 3; *Qui eruit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum Filii caritatis suae:* «Quod dictum est, inquit, *Filii caritatis suae,* nihil aliud intelligatur quam Filii sui dilecti, quam Filii substantiae suae. Caritas quippe Patris, quae in natura eius est ineffabiliter simplici, nihil est aliud quam ipsa natura atque substantia, ut saepe diximus et saepe iterare non piget; ac per hoc *Filius caritatis* eius nullus est alius quam qui de substantia eius est genitus ». Ecce aperte hic dicit **Augustinus** Filium esse genitum de substantia Patris et Filium substantiae Patris.

14. Idem quoque **Augustinus,** in libro II *Contra Maximinum haereticum* 4, substantiam Dei genuisse Filium et Filium genitum de substantia Patris asserit dicens: « Carnalibus cogitationibus pleni, substantiam Dei de se ipsa gignere Filium non putatis, nisi hoc patiatur quod substantia carnis patitur quando gignit. *Erratis, nescientes Scripturas neque virtutem Dei* 5. Nullo enim modo verum Dei Filium cogitatis, si eum natum esse de substantia Patris negatis. Non enim iam erat hominis Filius, et Deo donante factus est Dei Filius, ex Deo natus gratia, non natura. An forte, etsi non hominis Filius erat, tamen aliqua iam erat qualiscumque creatura, et in Dei Filium Deo mutante conversa est? Sed nihil horum est: ergo aut de nihilo, aut de aliqua substantia natus est. Sed ne crederemus vos putare de nihilo esse Dei Filium, affirmastis non vos dicere de nihilo esse Dei Filium. De aliqua ergo substantia est. Et si

3 substantia sua *trp.* LMNRTX. 26 nescientes] non scientes LMNRTW. 29 Dei Filius *trp.* OPV. 30 etsi] si COP.

1 Cap. 2, n. 10 (opus Fulgentii, PL 65, 767 C; CCL 91A, 718). 2 Cap. 19, n. 37 (PL 42, 1087; CCL 50A, 514). 3 Col. 1, 13. 4 Cap. 14, n. 2 (PL 42, 771). 5 Matth. 22, 29.

non de Patris, de qua sit dicite. Sed non invenitis. Iam igitur unigenitum Dei Filium, Iesum Christum, de Patris esse substantia non vos nobiscum pigeat confiteri ».

15. Idem in eodem[1]: «Utrique legimus[2]: *Ut simus in vero Filio eius,* Iesu Christo. Dicite ergo nobis utrum iste verus Dei Filius, ab eis qui gratia filii sunt quadam proprietate discretus, de nulla substantia sit, an de aliqua. 'Non dico, inquis, de nulla, ne dicam de nihilo'; ergo de aliqua substantia est. Quaero, de qua? Si non de Patris substantia est, aliam quaere. Si aliam non invenis, Patris agnosce substantiam, et Filium cum Patre homousion confitere ».

16. Item in eodem[3]: «Confiteor Deum Patrem omnino incorruptibiliter genuisse, sed quod est ipse genuisse. Item dico, quod saepe dicendum est: Aut de aliqua substantia natus est Dei Filius, aut de nulla. Si de nulla: ergo de nihilo; quod vos iam non dicitis. Si vero de aliqua, nec tamen de Patris substantia, non est verus Filius. Si vero de Patris substantia, unius eiusdemque substantiae sunt Pater et Filius ». « Vos[4] autem nec Filium de Patris substantia genitum vultis, et tamen eum nec ex nihilo nec ex aliqua materia, sed ex Patre esse conceditis. Nec videtis quam necesse sit, ut qui non est ex nihilo nec ex aliqua re alia, sed ex Deo, nisi ex Dei substantia esse non possit; et hoc esse quod Deus est, de quo est, id est Deus de Deo natus, quia non alius prius fuit, sed natura coaeterna de Deo est ».

17. **Colligens summam praedictorum aperit ex quo sensu accipienda sint.** His verbis praemissis innui videtur quod divina substantia Filium genuerit, et quod Filius sit genitus de substantia Patris, et quod de Deo est natura coaeterna, et quod Pater id quod ipse est genuit. Id autem quod ipse est, essentia divina est; et ita putari potest divinam essentiam genuisse. — Vehementer movent nos haec verba; quae quomodo intelligenda sint, mallem ab aliis audire quam tradere. Ut tamen sine praeiudicio atque temeritate loquar, ex hoc sensu dicta possunt accipi: 'Natura coaeterna de Deo est', id est Filius coaeternus Patri de Patre est, ita quod est eadem cum eo natura, vel eiusdem naturae. — Quem sensum confirmat **Augustinus** ibidem[5], subiciens et quod dixerat quasi explanans: dicto enim 'Natura coaeterna de Deo est', addidit;« Non est aliud Filius quam illud de quo est, id est unius eiusdemque substantiae est ». Deinde

4 Idem] item LMNRTV. 7 ne] nec BCLMNRTWX. 20 esseq est LOPRX. 30 atque] et OPX.

1 Cap. 14, n. 3 (PL 42, 772). 2 i Ioan. 5, 20. 3 Cap. 14, n. 4 (PL 42, 773). 4 Ibid., n. 2 (PL 42,. 771). 5 Post ultima verba citata ex n. 2 (PL 42, 771).

apertius talem intellectum ex praedictis verbis fore habendum aperit in eodem libro *Contra Maximinum* 1 dicens: « Trinitas haec unius eiusdemque substantiae est, quia non de aliqua materia vel de nihilo est Filius, sed de quo est genitus; itemque Spiritus Sanctus non de aliqua materia vel de nihilo est, sed inde est unde procedit ». His itaque verbis aperte ostendit ea ratione dici 'Filium esse de substantia Patris', quia est de Patre genitus, ita quod est eiusdem substantiae cum eo; et 'Spiritum Sanctum esse de substantia Patris et Filii', quia ab utroque procedit, ita quod est eiusdem substantiae.

Cap. 2 (16).

1. **Quod nec Filius nec Spiritus Sanctus est de nihilo, sed de aliquo, non tamen de materia.** Ostenditur quoque ex illis verbis Filium et Spiritum Sanctum non esse de nihilo, sed de aliquo, nec tamen de aliqua materia. Unde etiam **Hilarius** in XII libro *De Trinitate*2 ait: «Unigenitus Deus cum natus sit, Patrem testatur auctorem; cum ex manente natus est, non est natus ex nihilo; et cum ante tempus natus est, omnem sensum praeveniat nascendo 3 ». Hic aperte dicitur quod Filius non est natus ex nihilo.

2. Similiter et Spiritus Sanctus non est dicendus esse vel procedere ex nihilo, quia 'Filius de substantia Patris natus est' 4, id est a Patre est, cum quo est eiusdem substantiae et eadem substantia. Ex quo sensu etiam accipiendum est illud 5: 'Pater genuit id quod est ipse', id est Filium qui est hoc quod Pater. — Et hoc ita debere intelligi, **Augustinus** aperit, dicens in I libro *Contra Maximinum* 6; « Hoc genuit Pater quod est: alioquin non est verus Filius, si quod est Pater, non est Filius ».

3. Item, 'substantia Dei genuit Filium' 7, id est Pater substantia genuit Filium qui est eadem substantia et eiusdem substantiae. — Quod sic esse intelligendum, **Augustinus** ostendit, dicens ad **Maximi-**

5 itaque] utique BCLMNRWX. 16-17 praeveniat] prevenit BCLRTV. 19 est2 om. LMNRVWX.

1 Initio eiusdem n. 2 (PL 42, 771). 2 Num. 25 (PL 10, 449 A). 3 Resp. Isai. 53, 8: *Generationem eius quis enarrabit?* 4 August., *De fide et symbolo,* c. 4, n. 6: « Filius de ipsa Patris substantia unicus natus est, id exsistens quod Pater est » (PL 40,185; CSEL 41,10); vide supra, c. 1, num. 12-16 (pp. 85-86). 5 August., seu rectius Fulgentius, supra, p. 82, 5-7, et 9. 6 Cap. 18 (PL 42, 756), ubi inducit August, verba a se prolata in *Collatione cum Maximino,* n. 14 (PL 42, 723). 7 Vide supra, c. 1, num. 14 (p. 85).

n u m i; « Sicut dicis 'Spiritus spiritum genuit', ita dic: Spiritus eiusdem naturae vel substantiae spiritum genuit. Item, sicut dicis 'Deus Deum genuit', ita dic: Deus eiusdem naturae vel substantiae Deum genuit. Hoc si credideris et dixeris, nihil de hac re ulterius accusaberis ». His enim verbis aperit quomodo praedicta debeant intelligi.

4. Similiter 'Filius natus est de substantia Patris' vel 'Pater genuit Filium de sua natura sive essentia' 2, id est de se natura et essentia genuit Filium eiusdem essentiae ac naturae et qui est eadem essentia ac natura. Similiter expone illud 3; 'Filius substantiae Patris', id est Filius Patris substantiae, id est qui est substantia, cum quo et Filius eadem substantia est, quia consubstantialis est Patri Filius. — Et hic sensus iuvatur ex verbis **Augustini,** qui in VII libro *De Trinitate* 4 ait: « Tres personas eiusdem essentiae, vel tres personas unam essentiam dicimus. Tres autem personas ex eadem essentia non dicimus, quasi aliud ibi sit quod essentia est, aliud quod persona ». His verbis ostendit non esse dicendum personam esse ex essentia, nisi ex sensu praedicto. — Qui sensus confirmatur etiam ex eo quod in XV libro *De Trinitate* 5 idem ait: « Sicut nostra scientia scientiae Dei, sic et nostrum verbum, quod nascitur de nostra scientia, dissimile est illi Verbo Dei, quod natum est de Patris essentia. Tale est autem ac si dicerem: de Patris scientia, de Patris sapientia; vel quod est expressius: de Patre essentia, de Patre scientia, de Patre sapientia ». Ex hoc itaque intellectu « Verbum 6 Dei Patris, unigenitus Filius, per omnia Patri similis et aequalis, recte dicitur Deus de Deo, lumen de lumine, sapientia de sapientia, essentia de essentia: quia est hoc omnino quod Pater, non tamen Pater, quia iste Filius, ille Pater ».

Cap. 3 (17).

Quare Verbum Patris dicatur filius naturae. Inde est quod solus Unigenitus Dei dicitur natura filius, quia eiusdem naturae est et eadem natura est cum Patre. Unde **Hilarius** in libro *De Trinitate*^, de Christo loquens ait: « Natura filius est, quia eandem naturam quam ille qui genuit habet ».

7 et] vel BCM. 11 est] *om.* LMN. || iuvatur] adiuvatur LMNR. 12 VII] quinto *codd.* 24 est hoc *trp.* MNV.

1 *Contra Maximinum,* II, c. 15, n. 3 (PL 42, 779). 2 Vide supra, c. 1, num. 12-14 (p. 85). 3 Supra, c. 1, num. 13 (p. 85). 4 Cap. 6, n. 11 (PL 42, 945; CCL 50, 264s). 5 Cap. 13, n. 22 (PL 42, 1076; CCL 5OA, 495). 6 August., ibid., c. 14, n. 23 (PL 42, 1076; CCL 50A, 496). 7 Lib. V, n. 37 (PL 10, 155 A); apud Lombardi *Glossam* in Rom. 1, 4 (PL 191, 1311 B).

DISTINCTIO VI

Cap. unicum (18).

1. **Utrum Pater voluntate genuit Filium an necessitate et an volens vel nolens sit Deus.** Praeterea quaeri solet utrum Pater genuerit Filium voluntate an necessitate. De hoc **Orosius** ad **Augustinum** ita ait: « Voluntate genuit Pater Filium, vel necessitate? Nec voluntate nec necessitate, quia necessitas in Deo non est; praeire voluntas sapientiam non potest ». « Quocirca, ut **Augustinus** ait in XV libro *De Trinitate*[1], ridenda est dialectica **Eunomii**, a quo Eunomiani haeretici orti sunt; qui, cum non potuisset intelligere nec credere voluisset unigenitum Dei Verbum filium Dei esse natura, id est de substantia Patris genitum, non naturae vel substantiae dixit esse filium, sed filium voluntatis Dei: volens asserere accedentem Deo voluntatem qua gigneret Filium, sicut nos aliquid aliquando volumus, quod antea non volebamus, propter quod mutabilis intelligitur nostra natura, quod absit ut in Deo esse credamus ».

2. **Responsio catholici.** Dicamus ergo Verbum Dei esse filium Dei natura, non voluntate, ut docet **Augustinus** in XV libro *De Trinitate* 3, ubi quendam catholicum haeretico respondentem commendat dicens: « Acute sane quidam respondit haeretico versutissime interroganti utrum Deus Filium volens an nolens genuerit, ut si diceret 'nolens', absurdissima Dei miseria sequeretur; si autem 'volens', continuo quod intendebat concluderet, scilicet non naturae esse filium, sed voluntatis. At ille vigilantissime vicissim quaesivit ab eo utrum Deus Pater volens an nolens sit Deus, ut si responderet 'nolens', sequeretur grandis absurditas et miseria, quam de Deo credere magna est insania; si autem diceret 'volens', responderetur ei: ergo et ipse voluntate sua Deus est, non

5 ita *om.* OP. 8 August, ait *trp.* BMN. 14 aliquid aliquando *trp.* BCOPX. 18 libro XV *trp.* LNX. 27 et ipse *om.* BCV.

1 *Dialogus quaest.* 65, q. 7 (inter opp. August., PL 40, 736). 2 Cap. 20, η. 38 (PL 42, 1087; CCL 50A, 515). 2 Ibid. (PL 42, 1087; CCL 50A, 516).

Cap. unicum. Quaestionem in num. 1 iam proposuit (in verbis Orosii) auctor *Summae sent.,* I, 7 (PL 171, 1079 B; 176, 53 B); fere idem etiam habetur apud Rolandum Bandinelli, *Sententiae* (ed. A. M. Gieti, Freiburg im Br. 1891, 31); sed ad eam solvendam recurrit Lombardus. ad ipsum textum Augustini.

natura. Quid ergo restabat nisi ut obmutesceret, sua interrogatione obligatum insolubili vinculo se videns?». Ex praedictis docetur non esse concedendum quod Deus voluntate vel necessitate, vel volens vel nolens sit Deus; item quod voluntate vel necessitate, vel volens vel nolens genuerit Filium.

3. **Oppositio contra praedicta.** Sed contra hoc opponitur sic: Voluntas Dei est natura sive essentia Dei, quia non est aliud Deo esse, aliud velle; et ideo, sicut una est essentia trium personarum, ita et una voluntas. Si ergo Deus natura Deus est, et voluntate Deus est; et si Verbum Dei natura filius Dei est, et voluntate filius Dei est. — **Responsio.** Hoc autem facile est refellere. Nam et praescientia Dei sive scientia, qua scit vel praescit bona et mala, divina natura sive essentia est; et praedestinatio sive voluntas eius eadem divina essentia est; nec est aliud Deo scire vel velle quam esse. Et cum sit unum et idem scientia Dei vel voluntas, non tamen dicitur de voluntate quidquid dicitur de scientia et e converso; nec omnia illa sua voluntate Deus vult, quae sua scientia scit, cum scientia sua noverit tam bona quam mala, voluntate autem non velit nisi bona. Scientia quippe Dei et praescientia de bonis est et malis, voluntas vero et praedestinatio de bonis est tantum; et tamen unum et idem est in Deo scientia et voluntas, et praescientia et praedestinatio. Ita, cum unum sit natura Dei et voluntas, dicitur tamen Pater genuisse Filium natura, non voluntate, et esse Deus natura, non voluntate.

4. **Qualiter sint intelligenda illa verba: Pater nec volens nec nolens est Deus, nec volens nec nolens genuit Filium.** Praedicta tamen verba, quibus prudenter dictum est quod Deus Pater nec volens nec nolens est Deus, nec volens nec nolens genuit Filium, sive voluntate vel necessitate, ex tali sensu mihi videntur accipienda: ut voluntatem praecedentem vel accedentem intelligamus, qualiter Eunomius intelligebat [1]. Non enim ipse est Deus voluntate praecedenti vel efficienti, vel volens prius quam Deus; nec voluntate praecedenti vel accedenti genuit Filium, nec prius volens quam generans genuit Filium. Volens tamen genuit, sicut potens genuit, et bonus genuit, et sapiens genuit, et huiusmodi. Si enim Pater sapiens et bonus dicitur genuisse Filium, cur non et volens? cum ita sit Deo idem esse volentem quod est esse Deum, sicut idem est esse

2 docetur] videtur COP. 10 Responsio MNV, *om. alii codd.* 23 sint intellig. *trp.* MNR. 30-31 nec ł,,. Filium *mg.* NRVW.

1 Teste Augustino, hic supra, n. 1 (p. 89), et praesertim Athanasio, *Oratio III contra Arianos,* nn. 60-67 (PG 26, 447-468).

sapientem quod est esse Deum. — Dicamus ergo quia Pater, sicut sapiens, ita volens genuit Filium, sed non voluntate praecedenti vel accedenti. Quem sensum aperit **Augustinus**1 et confirmat, ita dicens super Epistolam ad Ephesios: «De Filio Dei, id est Domino nostro Iesu Christo, scriptum est2 quia cum Patre *semper fuit,* et numquam eum ut esset voluntas paterna praecessit. Et ille quidem natura Filius est ».

5. **Hilarius** in libro *De synodo* «Eos qui dicunt de non exstantibus esse Filium Dei, similiter et eos qui dicunt quod neque consilio neque voluntate Pater genuerit Filium, anathematizat sancta Ecclesia». — Item4: «Si quis nolente Patre dicat natum Filium, anathema sit. Non enim nolente Patre coactus Pater, vel naturali necessitate ductus cum nollet, genuit Filium; sed mox ut voluit, sine tempore et impassibiliter ex se unigenitum demonstravit ».

DISTINCTIO VII

Cap. 1 (19).

1. **Hic quaeritur an Pater potuerit vel voluerit gignere Filium.** Hic solet quaeri a quibusdam utrum Pater potuerit vel voluerit generare Filium. Si enim, inquiunt, potuit et voluit generare Filium, ergo potuit aliquid et voluit quod nec potuit nec voluit Filius, nam Filius nec potuit nec voluit generare Filium. — Cui versutiae facile respondemus dicentes: Posse vel velle generare Filium non est aliquid posse vel velle, subiectum voluntati vel potentiae; est tamen aliqua potentia vel voluntas, scilicet posse vel velle gignere Filium. Et ideo distinguenda est intelligentia praepositi verbi.. Posse vel velle gignere Filium, est posse vel velle aliquid; neque generatio Filii aliquid eorum est quae subiecta sunt divinae potentiae et voluntati; nec est aliquid inter omnia vel de omnibus, sed super omnia et ante omnia. Non enim ante voluit vel potuit quam genuit;

1 est *om.* LMNRX. 17 aliquid *trp. p.* voluiti (18) LMNW. 22 est om. OP.

i Immo Hieron. in Eph. 1, 5: *Qui praedestinavit nos in adoptionem* etc. (PL 26 [1845], 448 C-449 A); quod recte citatur infra, lib. III, dist. 10, c. 2, n. 5. 2 Resp. Eccli. 1, 1: *Et cum illo semper init et est ante aevum.* 3 Num. 34 (PL 10, 507 B-C). 4 Num. 58 (PL 10, 520 C).

Num. 5. Secundum *Glossam* pseudo-Petri Pictav., haec notula adicienda est verbis: « Si enim Pater sapiens et bonus » (supra, p. 90, 32-33): « Hic legenda est illa volatilis glossa in marginibus librorum (libri b) posita: 'Hilarius in libro De Trinitate' (sic!) etc.; quae ideo est apposita (hic *add.* n) quia ea manifeste ostendit Hilarius quod Pater voluntate genuit Filium » (b 36r; n 9a; p 47d).

sicut nec ante fuit quam genuit, quia ab aeterno fuit et ab aeterno genuit. — Ex simili quoque hoc videre possumus: Pater enim potest esse Pater et vult esse Pater, Filius autem nec potest nec vult esse Pater; ergo Pater potest vel vult esse aliquid, quod non potest vel vult esse Filius. Non sequitur, quia esse Patrem non est esse aliquid, ut in sequenti ostendetur 1.

2. **Ponit quaedam verba Augustini unde moveri potest auditor.** Sed vehementer nos movet quod ait Augustinus in I libro *Contra Maximinum* 2, qui asserebat Patrem potentiorem Filio, eo quod Filium genuit Deum creatorem, Filius autem non; dicebatque Patrem potuisse gignere, non Filium, et ideo potentiorem esse Filio. — Ad quod respondens, Augustinus dicere videtur quod Filius potuit etiam gignere, volens ostendere Patrem non esse potentiorem Filio, his verbis: « Absit ut ideo potentior sit Pater Filio, sicut putas, quia Creatorem genuit Pater, Filius autem non genuit Creatorem. Neque enim non potuit, sed non oportuit ». — Vide et diligenter attende haec verba: 'Non enim non potuit, sed non oportuit'. Videtur enim dicere quod Filius potuit gignere, sed non oportuit; et ita potuit quod non oportuit. Quare autem non oportuit, subdit dicens3: « Immoderata enim esset divina generatio, si genitus Filius nepotem gigneret Patri; quia et ipse nepos, nisi avo suo pronepotem gigneret, secundum vestram mirabilem sapientiam impotens diceretur. Similiter etiam ille, si nepotem non gigneret avo suo et pronepotem proavo suo, non a vobis appellaretur omnipotens. Nec impleretur generationis series, si semper alter ex altero nasceretur; nec eam perficeret ullus, si non sufficeret unus. Omnipotens itaque omnipotentem genuit Filium Patris natura, non fecit ».

3. **Opponitur praedictis verbis Augustini.** Hoc autem non videtur quibusdam posse stare, scilicet quod Filius potuerit gignere. Si enim Filius potuit gignere, potuit esse pater; et si potuit esse pater, potuit ergo esse pater vel sui, vel Patris, vel Spiritus Sancti, vel alicuius alius. Sed alius non, quia nullus alius semper fuit; nec Patris, quia Pater est ingenitus et innascibilis; nec sui, quia nulla res se ipsam gignere potest 4; nec Spi-

6 moveri potest *trp.* OP. 10 non *om.* BCMOP, *aid. interi.* T. 11 potuit etiam *trp.* LMNRVX. 24 Omnipotens itaque] omnipotens. Itaque *omnes codd. praeter* P.

1 Sub Dist. 28, c. 5. 2 immo lib. II, c. 12, n. 3 (PL 42, 768). 3 Ibid.: « Immoderata enim esset... si non sufficeret unus. Omnipotens itaque omnipotentem genuit Filium, quoniam quaecumque Pater facit, haec et Filius similiter facit. Filium quippe ipsum genuit Patris natura, non fecit » (PL 42, 768s). * Vide supra, Dist. 3, c. 4 (p. 77, lin. 15-19).

ritus Sancti, quia nasci non potuit. Si enim nasci potuit, potuit esse Filius, et ita mutabilis esse potuit.

4. **Hic quaeritur quomodo sint intelligenda.** Quomodo ergo accipietur quod supra dictum est: 'Non enim non potuit gignere, sed non oportuit', quasi: potuit, sed non oportuit? Non est nobis perspicuum aperire quomodo sit hoc verum, et ideo sub silentio potius esset praetereundum, nisi me super hoc aliquid loqui cogeret instantia quaerentium.

5. Hic aperitur ex quo sensu sint accipienda. Potest ergo sic intelligi: 'Non enim non potuit, sed non oportuit', id est non ex impotentia sui fuit, quod Filius non genuit, sed ei non conveniebat; sicut Deus Filius non est Deus Pater, nec tamen hoc est ex impotentia sui est. Nam et Pater similiter non est Filius, nec hoc est ex impotentia Patris. Sed quaerit **Maximinus** i, Arianorum episcopus: Unde ergo est, quod Pater non potest esse Filius, vel Filius Pater? Non utique ex impotentia, sed Pater ex proprietate generationis Pater est, qua oportet eum non esse Filium; et Filius proprietate nativitatis Filius est, qua oportet eum non esse Patrem. De quibus proprietatibus postea plenius tractabitur2.

Cap. 2 (20).

1. **Utrum Pater natura sit potens gignere Filium, et an sit haec aliqua potentia quae sit in Filio.** Item quaeritur a quibusdam 3 si Pater potens sit natura gignere Filium, et an haec sit aliqua potentia quae sit in Filio. — Ad quod dicimus quia non est potens nisi natura: eius enim potentia natura est vel essentia.

14 ex *om.* BCLMNRX. 22 quia] quod LVX.

1 Ubi non apparet, cum nihil hac de quaestione inveniri potest sive in *Collatione cum Maximino* sive in libro *Contra Maximinum;* nec forte quaestio concordat cum doctrina Arianorum. 2 [n Dist. 26-28 infra. 3 Quodammodo a P. Abaelardo, *Theologia «Scholarium»,* I, 10 (PL 178, 991 D, 993 A-B); et ab Hugone de S. Victore, *De sacram.,* II, 1, 2 (PL 176, 373 B).

Cap. 2. Cf. *Olossa* pseudo-Petri Pictav. in h. l.: « Magister Petrus Abaelardus concedebat conclusionem, scilicet aliquam potentiam esse in Patre quae non est in Filio. Hoc autem visum est ei ex quodam sermone Maximi episcopi, qui legitur in Pascha (cf. PL 178, 991 D), ubi specialiter videtur attribuere omnipotentiam Patri » (b 36b, n 9b). — Cf. Joh. Schneider, *Die Lehre vom Dreieinigen Gott...,* 69s; et Ign. Brady, *Peter Manducator and the Oral Teachings of Peter Lombard,* in *Antonianum* 41 (1966) 466-469.

2. At, inquiunt illi, si potens est gignere, habet ergo potentiam gignendi; Filius autem non habet potentiam gignendi, si non potest gignere; habet ergo Pater aliquam potentiam, quam non habet Filius. — Non sequitur. Eandem enim habet potentiam penitus Filius quam et Pater, qua Pater potuit gignere, et Filius potuit gigni. Eadem enim potentia est in Filio qua potuit gigni, quae est et in Patre qua potuit gignere.

3. Sed contra hoc opponitur: Aliud est posse gignere, aliud est posse gigni, quia aliud est gignere, aliud gigni. — Hic distinguendum est: si enim cum dicitur 'aliud est posse gignere et aliud posse gigni', aliam significes potentiam qua Pater potens est gignere, et aliam qua Filius potens est gigni, falsus est intellectus. Si autem dicas Patrem posse habere aliam proprietatem sive notionem qua genitor est, et Filium aliam qua genitus est, verus est intellectus. Aliam enim proprietatem habet Pater, qua Pater est; aliam Filius, qua Filius est.

4. **Quomodo sit inteHigendum : Filius habet vel non habet potentiam generandi.** Ita etiam cum dicitur: Filius non habet potentiam generandi, quam Pater habet, dupliciter intelligi potest. Si enim dicatur 'non habet Filius potentiam generandi quam et Pater', id est qua potens sit ad generandum, id est ut genuerit vel generet sicut Pater, verum est. Si vero intelligatur sic: non habet potentiam qua possit gigni vel genitus esse, qua eadem Pater potens est ut genuerit vel ut generet, falsum est. Sicut dicitur: Pater habet potentiam qua potest esse Pater, Filius vero non habet potentiam qua possit esse Pater; et e converso: Filius habet potentiam qua potest esse Filius, Pater vero non habet potentiam qua possit esse Filius. Habet ergo aliquam Pater, quam non habet Filius, et e converso ? Absit ! quia eadem est potentia Patris qua potest esse Pater, et Filii qua potest esse Filius. Ita etiam eadem est voluntas qua Pater vult esse Pater, non Filius, et Filius vult esse Filius, non Pater; et eadem est voluntas Filii qua vult esse genitus et Patrem genuisse, et Patris qua vult esse genitor et Filium genitum.

4 habet *Up. p.* penitus *omnes codd. praeter* NOP. 8 est* *om.* MVX. 9 aliud*] est *add.* OP. 10 et *om,* LMNV. 26 ergo] potentiam *add.* CT, *add, mg.* V.

DISTINCTIO VIII

Cap. 1 (21).

1. **De proprietate et incommutabilitate et simplicitate Dei essentiae.** Nunc de veritate sive proprietate et incommutabilitate atque simplicitate divinae naturae vel substantiae sive essentiae agendum est.

2. « Est itaque Deus, ut ait **Augustinus** in V libro *De Trinitate* 1, sine dubitatione substantia vel, si melius hoc appellatur, essentia, quam Graeci usiam vocant. Sicut enim ab eo quod est sapere dicta est sapientia, et ab eo quod est scire dicta est scientia, ita ab eo quod est esse dicta est essentia. Et quis magis est quam ille qui dixit famulo suo Moysi 2: *Ego sum qui sum,* et *Dices filiis Israel: Qui est misit me ad vos ?* »

3. Ipse vere ac proprie dicitur essentia, cuius essentia non novit praeteritum vel futurum. Unde **Hieronymus** ad Marcellam scribens **ait**3: « Deus solus, qui exordium non habet, vere essentiae nomen tenuit, quia in eius comparatione qui vere est, quia incommutabilis est, quasi non sunt quae mutabilia sunt. De quo enim dicitur 'fuit', non est, et de quo dicitur 'erit', nondum est; Deus autem tantum est, qui non novit 'fuisse' vel 'futurum esse'. Solus igitur Deus vere est, cuius essentiae comparatum, nostrum esse non est ».

4. **Qualiter intelligenda sint verba Hieronymi quaerendum est.** Hic diligenter advertendum est quomodo intelligi debeant illa verba H i e r o n y m i, scilicet 'Deus tantum est et non novit fuisse', tamquam non possit dici de Deo 'fuit' vel 'erit', sed tantum 'est'; cum de eo frequenter scriptum reperiamus *Fuit ab aeterno, fuit semper* et *erit in saecula,* et

3 Dei essentiae *trp.* LNV. 11 Moysi *trp. p.* dixit (10) OP, *om.* NR. 22 illa verba *trp.* OP. 24-25 freq. scriptum *trp.* BCMN.

1 Cap. 2, n. 3 (PL 42, 912; CCL 50, 207s); cf. etiam *De civitate Dei,* XII, c. 2 (PL 41, 350; CSEL 40-1, 568s; CCL 48, 356s). 2 Exod. 3, 14. 3 *Glossa ordin.* in Exod. 3, 14: « Hieronymus scribens ad Marcellam » etc. (apud Lyranum, I, 128a); ex Rabano in h. l. (PL 108,21 C-D), qui haec hausit ab Isidoro, *Etymologiae,* VII, c. 1, nn. 10-13 (PL 82,261 A-B). Iste vero collegit ab Hieron., *Epist.* 15 *(ad Damasum), n. 4 (PL 22,* 357; CSEL 54, 65), ab August., *De civit. Dei,* VIII, c. 11 (PL 41, 236; CSEL 40-1, 373; CCL 47, 228), et *De fide et symbolo, c. 4,* n. 6 (PL 40, 185; CSEL 41, 10s), necnon et a Gregorio, *Moralia,* XVIII, c. 50, n. 81 (PL 76, 87 B) etc. 4 prov. 8, 23: *Ab aeterno ordinata sum:* Eccli. 1, *1: et cum illo fuit semper,* Ps. 89, 2: *A saeculo et usque in saeculum tu es.*

huiusmodi. Unde videtur quia non est tantum dicendum de Deo 'fuit' vel 'est' vel 'erit'. Si enim diceretur tantum 'fuit', putaretur quod desierit esse; si diceretur tantum 'est', putaretur quod non semper fuerit, sed esse coeperit; si tantum diceretur 'erit', putaretur non esse modo. Dicatur ergo quia semper fuit, est et erit, ut intelligatur quia nec coepit, nec desiit, nec desinit, nec desinet esse.

5. De hoc **Augustinus** super loannem [1] ita ait: «Cum de sempiterna re proprie dicatur 'est', secundum nos bene dicitur 'fuit' et 'erit'. 'Fuit', quia nunquam desiit; 'erit', quia nunquam deerit; 'est', quia temper est; non praeteriit, quasi quod non maneat; non orietur, quasi quod non erat. Cum igitur nostra locutio per tempora varietur, de eo vere dicuntur verba cuiuslibet temporis, qui nullo tempore defuit vel deest vel deerit. Et ideo non mirum si de Spiritu veritatis Veritas loquens dixit per futurum [2]; *Quaecumque audiet loquetur. Audiet,* scilicet ab eo a quo procedit. Audire illius est scire; idem etiam esse: a quo ergo est illi essentia, ab illo audientia, id est scientia, quae non est aliud quam essentia. *Audiet* ergo dixit de eo quod audivit et audit, id est quod semper scivit, scit et sciet». Ecce hic dicit **Augustinus** verba cuiuslibet temporis dici de Deo, sed proprie 'est'.

6. **Hic aperit qualiter sint intelligenda** [3]. Illud ergo quod **Hieronymus** dicit ita intelligendum est: 'Non novit fuisse vel futurum esse, sed tantum esse', id est cum dicitur de Deo quod fuit vel erit, non est intelligendum quod praeterierit vel futurus sit, sed quod exsistat simpliciter, sine aliquo temporali motu. Licet enim verba substantiva diversorum temporum de Deo dicantur, ut 'fuit', 'erit', 'est', 'erat', non tamen temporales motus tunc distinguunt, scilicet praeteritum vel futurum, vel praeteritum imperfectum, vel praeteritum perfectum, vel praeteritum plus quam perfectum, sed essentiam sive exsistentiam divinitatis simpliciter insinuant.

7. Deus ergo solus proprie dicitur essentia vel esse. Unde **Hilarius** in VII libro *De Trinitate i* ait: «Esse non est accidens Deo, sed subsistens veritas, et manens causa, et naturalis generis proprietas».

1 quia] quod LVWX. ‖ de Deo *om.* OP. 2-3 desierit] desineret BC, deficeret T. 11 igitur] ergo CLRTVW. 15 etiam] est COPV. 16 est illi *trp.* BCLR. 18 scivit] et *add.* MNR. 20 Rubrica *om.* MPRW. 27 praeteritum^ *om,* LOP. 30-31 Hilarius] Hylarius. Quia non cepit esse sed deus solus semper vere fuit *rubrica add. mg.* CLWX.

1 Tract. 99, nn. 4-5 (PL 35, 1887s; CCL 36, 584s). 2]Oan. 16, 13. 3 Num. 11 (PL 10, 208 B-C).

Cap. 2 (22).

1. **De incommutabilitate hic.** Dei etiam solius essentia proprie incommutabilis dicitur, quia nec mutatur, nec mutari potest. Unde **Augustinus** in V libro *De Trinitate* 1; « Aliae, inquit, essentiae vel substantiae capiunt accidentia, quibus in eis fiat vel magna vel quantacumque mutatio; Deo autem aliquid huiusmodi accidere non potest; et ideo sola substantia vel essentia quae est Deus incommutabilis est, cui profecto maxime ac verissime competit esse. Quod enim mutatur, non servat ipsum esse; et quod mutari potest, etiam si non mutetur, potest quod fuerat non esse; ideoque illud solum quod non tantum non mutatur, verum etiam mutari omnino non potest, verissime dicitur esse », id est substantia Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ideoque Apostolus de Deo loquens ait 2; *Qui solus habet immortalitatem.*

2. **Quae sit vera immortalitas quae in solo Creatore est.** Ut enim ait **Augustinus** in 1 libro *De Trinitate* 3;* « cum anima quodam modo immortalis esse dicatur et sit, non diceret *solus habet immortalitatem,,* nisi quia vera immortalitas incommutabilitas est, quam nulla potest habere creatura, quoniam solius Creatoris est ». Unde Iacobus ait 4 : *Apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio* ; et David 5: *Mutabis ea et mutabuntur, tu autem idem ipse es.* Ideo **Augustinus,** *Super Genesim* 6, dicit quod Deus nec per loca nec per tempora movetur, creatura vero per tempora et loca. Per tempora moveri est per affectiones commutari. Deus autem nec loco nec affectione mutari potest, qui per Prophetam ait?: *Ego Deus, et non mutor,* qui est immutabilis solus; unde recte solus dicitur habere immortalitatem.

3. « In omni enim mutabili natura, ut ait **Augustinus,** *Contra Maximinum^,* nonnulla mors est ipsa mutatio, quia facit aliquid in ea

2 hic] dei L, *om.* P, *add.* O2, *trp. ante* De MN. 7 est Deus *trp.* BCMNW. 9 etiam] et LNX. 12 Ideoque] ideo LRX. 14 Rubrica *om.* LRW, ‖ Ut enim] Unde OP. 16 diceret] diceretur vere P, apostolus *add.* BCRV, *add. mg.* O2W2. 24 Ego] sum *add.* OP.

1 Cap. 2, n. 3 (PL 42, 912; CCL 50, 208). 2 I Tim. 6, 16. 3 Cap. 1, n. 2 (PL 42, 821; CCL 50, 29). 4 Iac. 1, 17. 5 Ps. 101, 27-28. 6 *De Genesi ad litt.,* VIII, c. 20, n. 39 (PL 34, 388; CSEL 28-1, 259). *r* Malach. 3, 6. 8 Lib. II, c. 12, n. 2 (PL 42, 768).

Cap. 2. Cf. Lomb., *Glossa* in I Tim. 6, 16 (PL 192, 361 A); Gualt. de Mauritania, *De Trinit., c.* 1 (PL 209, 577 A); *Summa sent.,* I, 5 (PL 171, 1076 A-B; 176, 50 B). — Vide L. Ott, *Die Trinitâtslehre der Summa sent...,* in *Div. Thom* (Fr.) 21 (1943) 176s.

non esse quod erat. Unde et ipsa anima humana, quae ideo dicitur immortalis, quia secundum modum suum nunquam desinit vivere, habet tamen quandam mortem suam. Quia si iuste vivebat et peccat, moritur iustitiae; si peccatrix erat et iustificatur, moritur peccato, ut alias eius mutationes taceam, de quibus modo longum est disputare. Et creaturarum natura caelestium mori potuit, quia peccare potuit. Nam et Angeli peccaverunt et daemones facti sunt, quorum est diabolus princeps; et qui non peccaverunt, peccare potuerunt. Et cuicumque creaturae rationabili praestatur ut peccare non possit, non est hoc naturae propriae, sed Dei gratiae. Et ideo *solus Deus,* ut ait Apostolus 1, *habet immortalitatem,* qui non cuiusquam gratia, sed natura sua nec potuit nec potest aliqua conversione mutari, nec potuit nec poterit aliqua mutatione peccare ».

4. « Proinde, ut ait **Augustinus** in libro I *De Trinitate*2, substantiam Dei sine ulla sui commutatione mutabilia facientem, et sine ullo suo temporali motu temporalia creantem intueri et nosse, licet sit difficile, oportet ». Vere ergo ac proprie incommutabilis est sola divinitatis essentia, quae sine sui mutatione cunctas condidit naturas.

Cap. 3 (23).

Hic de simplicitate. — Quare creatura sit multiplex et non simplex ?

Eademque sola proprie ac vere simplex est, ubi nec partium, nec accidentium, seu quarumlibet formarum ulla est diversitas sive variatio vel multitudo 3. Ut autem scias quomodo simplex sit illa substantia, ut te docet **Augustinus** in VI libro *De Trinitate* 4, « animadverte primo quare omnis creatura sit multiplex et nullo modo vere simplex», et primo de corporali, postea de spirituali creatura.

Cap. 4 (24).

1. **Hic de corporali creatura ostendit quare sit multiplex** «Corporalis 5 utique creatura partibus constat, ita ut sit ibi alia pars maior,

8 cuicumque] cuique OP. 8-9 rationabili] rationali LMNRX. 22-23 te docet *trp.* OPX. 23 primo] primum LNRX.

1ITim. 6, 16. 2 Cap. 1, n. 3 (PL 42, 821; CCL 50, 30). 3 Ita P. Abael., *Theologia « Scholarium »,* II, 10: « Cum sit itaque tanta divinae substantiae unitas, simplicitas, puritas atque identitas, ut in ea videlicet nulla sit partium aut accidentium seu quarumlibet formarum diversitas, ... variatio, ... rerum multitudo » (PL 178, 1059 B). 4 Cap. 6, n. 8 (PL 42, 928; CCL 50, 236s). 5 August., ibid.

alia minor, et maius sit totum quam pars quaelibet; et in unoquoque corpore aliud est magnitudo, aliud color, aliud figura. Potest enim et minuta magnitudine manere idem color et eadem figura, et colore mutato manere eadem figura et eadem magnitudo. Ac per hoc multiplex esse convincitur natura corporis, simplex autem nullo modo ».

2. **Hic de spirituali creatura ostendit quomodo sit multiplex et non simplex.** « Creatura [1] quoque spiritualis, ut est anima, in comparatione quidem corporis est simplex; sine comparatione vero corporis, multiplex est, et non simplex. Quae ideo simplex dicitur respectu corporis, quia mole non diffunditur per spatium loci, sed in unoquoque corpore, et in toto tota est, et in qualibet parte eius tota est. Et ideo, cum fit aliquid in quavis exigua particula corporis quod sentiat anima, quamvis non fiat in toto corpore, illa tamen tota sentit, quia totam non latet. Sed tamen nec in ipsa anima vera simplicitas est. Cum enim aliud sit artificiosum esse, aliud inertem, aliud acutum, aliud memorem, aliud cupiditas, aliud timor, aliud laetitia, aliud tristitia, possintque haec et alia huiusmodi innumerabilia in animae natura inveniri, et alia sine aliis, et alia magis, alia minus, manifestum est non simplicem, sed multiplicem esse naturam. Nihil enim simplex mutabile est; omnis autem creatura mutabilis est »; nulla ergo creatura vere simplex est.

3. « Deus[2] vero, etsi multipliciter dicatur, vere tamen et summe simplex est. Dicitur enim magnus, bonus, sapiens, beatus, verus, et quidquid aliud non indigne dici videtur; sed eadem magnitudo eius est quae sapientia: non enim mole magnus est, sed virtute; et eadem bonitas quae sapientia et magnitudo et veritas; et non est ibi aliud ipsum beatum esse, et aliud magnum aut sapientem aut verum aut bonum esse, aut omnino esse ».

Cap. 5 (25).

Qualiter Deus, cum sit simplex, tamen multipliciter dicatur. Hic diligenter notandum est, cum dicat Augustinus solum Deum vere simplicem esse, cur dicat eundem multipliciter dici. — Sed hoc non propter diversitatem accidentium vel partium dicit, sed propter diver-

2 aliud est *add.* OPR. 3 minuta] mutata BCW. 11 fit] sit LOW. 16 possintque] possuntque NOPR. 23 indigne dici *trp.* OP. 29 sit simplex *trp.* BCLMTVW.

1 August., ibid. (PL 42, 929; CCL 50. 237). 2 August., ibid., c. 7 (PL 42, 929; CCL 50, 237).

sitatem ac multitudinem nominum quae de Deo dicuntur; quae, licet multiplicia sint, unum tamen significant, scilicet divinam naturam. Haec enim non ita accipiuntur, cum de illa incommutabili aeternaque substantia incomparabiliter simpliciore quam est humanus animus, dicuntur, quemadmodum cum de creaturis dicuntur. — Unde Augustinus in libro VI *De Trinitate* 1; « Deo hoc est esse quod est fortem esse, vel sapientem esse, et si quid de illa simplici multiplicitate vel multiplici simplicitate dixeris, quo substantia eius significetur. Humano autem animo non hoc est esse quod est fortem esse, aut prudentem aut iustum: potest enim esse animus, et nullam istarum habere virtutem ».

Cap. 6 (26).

Tanta est Dei simplicitas quod nulli praedicamentorum subicitur. Quod autem in natura deitatis nulla sit accidentium diversitas nullaque penitus mutabilitas, sed perfecta simplicitas, ostendit Augustinus in V libro *De Trinitate* dicens: « Intelligamus Deum, quantum possumus, sine qualitate bonum, sine quantitate magnum, sine indigentia creatorem, sine situ praesidentem, sine habitu omnia continentem, sine loco ubique totum, sine tempore sempiternum, sine ulla sui mutatione mutabilia facientem nihilque patientem. Quisquis Deum ita cogitat, etsi nondum potest omnino invenire quid sit, pie tamen caveat, quantum potest, aliquid de illo sentire quod non sit ». Ecce, si subtiliter intendas, ex his atque praedictis aperitur illa praedicamenta artis dialecticae Dei naturae minime convenire, quae nullis subiecta est accidentibus.

Cap. 7 (27).

Quod Deus non proprie, sed abusive dicitur substantia. Unde nec proprie dicitur substantia, ut Augustinus ostendit in libro VII *De Trinitate* 3; « Sicut ab eo quod est esse appellatur essentia, ita ab eo quod

27 Sicut] Sicuti OP.

1 Cap. 4, n. 6 (PL 42, 927; CCL 50, 234). 2 Cap. 1, n. 2 (PL 42, 912; CCL 50, 207). 3 Cap. 4-5, nn. 9-10 (PL 42, 942; CCL 50, 260s).

Cap. 6. Fons videtur esse P. Abaelardus, *Theologia « Scholarium »*, II, 10 (PL 178, 1060 B et C); cf. etiam Hugo, *De sacram.*, II, 1, 4 (PL 176, 376 C-D), et *Summa sent.*, I, 4 (PL 171, 1073 D; 176, 47 D-48 A).

Cap. 7. Fons: P, Abael./*Theologia « Scholarium »*, II, 10 (PL 178, 1061 A-C); sed et recurrit Magister ad ipsum textum Augustini, quatenus hic plus affert quam Abaelardus.

est subsistere substantiam dicimus, si tamen dignum est ut Deus dicatur subsistere. Hoc enim de his rebus recte intelligitur, in quibus subiectis sunt ea quae in aliquo subiecto esse dicuntur, sicut in corpore color aut forma. Corpus enim subsistit, et ideo substantia est. Res ergo mutabiles neque simplices proprie dicuntur substantiae. Deus autem si subsistit, ut substantia proprie dici possit, inest in eo aliquid tamquam in subiecto, et non est simplex. Nefas est autem dicere ut subsistat Deus et subsit bonitati suae, atque illa bonitas non substantia sit vel potius essentia, neque ipse Deus sit bonitas sua, sed in illo sit tamquam in subiecto. Unde manifestum est Deum abusive substantiam vocari, ut nomine usitatiore intelligatur essentia; quod vere ac proprie dicitur, ita ut fortasse solum Deum dici oporteat essentiam. Est enim vere solus, quia incommutabilis est ».

Cap. 8 (28).

1. **Quod non est in Deo aliquid quod non sit Deus.** Huius autem essentiae simplicitas ac sinceritas tanta est, quod non est in ea aliquid quod non sit ipsa, sed idem est habens et quod habetur. Unde **Hilarius** in VII libro *De Trinitate*[1] ait: «Non ex compositis Deus qui vita est subsistit, neque qui virtus est ex infirmis continetur, nec qui lux est ex obscuris coaptatur, nec qui spiritus est ex disparibus formalis est. Totum quod in eo est, unum est». — Idem in VIII libro *De Trinitate*[2]: « Non humano modo ex compositis Deus est, ut in eo aliud sit quod ab eo habetur et aliud sit ipse qui habeat, sed totum vita est, natura scilicet perfecta et infinita, et non ex disparibus constituta, sed vivens ipsa per totum ». — De hoc eodem **Boethius ini** libro *De Trinitate*[3] ait: « Quocirca hoc vere unum, in quo nullus numerus, nullum in

15 ac] aut OP. 19 formalis] formabilis *BHil.*

1 Num. 27 (PL 10, 223 A-B). 2 Num. 43 (PL 10, 269 A). 3 Opusc. I: *De sancta Trinitate,* c. 2 (PL 64, 1250 C, ubi textus corruptus esse videtur); v. textum medii aevi apud N. M. Haring, *The Commentaries on Boethius by Gilbert of Poitiers,* Toronto 1966, 372.*

Cap. 8. Fons principalis: P. Abaelardus, *Theologia « Scholarium »*, II, 10 (PL 178, 1057 C), unde derivatur initium capituli, auctoritas Boethii, et Augustini; illa Isidori autem inveni·, tur in *Summa sent.,* I, 11 (potius sub forma PL 171, 1085 C, quam PL 176, 59 B). — Secundum *Glossam* pseudo-Petri ad initium huius capituli quaedam verba Origenis inserenda sunt: *e Huius autem* etc. Post editionem libri hic in marginibus librorum appositum est quod ait Origenes super leremiam: 'Omnia quae Dei sunt Christus est'. Hic enim probatur quod *(om.* n) quicquid in Deo est, Deus est. *Sed idem est habens* (lin. 16) improprie dictum est.· Aliena enim et extrinseca improprie haberi dicuntur (habere dicimur b) » (b 37r; n *niarg.* 9d;

eo aliud praeter id quod est; neque enim subiectum fieri potest ». — Augustinus quoque in libro *De fide ad Petrum*[1] dicit: «In Dei substantia non est aliquid quod non sit substantia, quasi aliud ibi sit substantia, aliud quod accidat substantiae; sed quidquid ibi intelligi potest, substantia est. Verum haec dici possunt, facile et credi, videri autem nisi puro corde omnino non possunt ». — Idem in libro XV *De Trinitate*[2]; « Sic habetur in natura uniuscuiusque trium, ut qui habet, hoc sit quod habet, sicut immutabilis simplexque substantia ». Unde Isidorus ait[3]; « Deus simplex dicitur, sive non amittendo quod habet, seu quod aliud non est ipse et aliud quod in ipso est ».

2. Et cum tantae simplicitatis atque sinceritatis sit natura divina, est tamen in ea personarum trinitas. Unde Augustinus in libro XI *De civitate Dei* 4 ait: « Non propter hoc naturam summi boni simplicem dicimus, quia est Pater in ea solus, aut Filius in ea solus, aut Spiritus Sanctus solus, id est quia sola est ista nominum trinitas, sine subsistentia personarum, sicut Sabelliani putaverunt; sed ideo simplex dicitur, quia est hoc quod habet, excepto quod relative quaeque persona ad alteram dicitur nec est ipsa. Nam utique Pater habet Filium, ad quem relative dicitur, nec tamen est Filius; et Filius habet Patrem, nec tamen ipse est Pater. In quo vero ad semetipsum dicitur, non ad alterum, hoc est quod habet; sicut ad semetipsum dicitur vivus habendo vitam, et eadem vita in se est. Propter hoc itaque natura haec dicitur simplex, quod non sit aliud habens et aliud id quod habet, sicut in ceteris rebus est. Non enim habens liquorem liquor est, nec corpus color, nec anima est sapientia ».

4 accidat] accidit BCLMW. 22 in se] ipse LNRV (Aug.), *corr. in* ipse T. 25 est sapientia *trp.* VWX.

1 Immo *De fide et symbolo,* c. 9, n. 20 (PL 40, 193; CSEL 41, 26). 2 Cap. 17, n. 28 (PL 42, 1080s; CCL 50A, 503). 3 *Sententiae,* I, c. 1, n. 6 (PL 83, 540 A); *Etymologiae,* VII, c. 1, n. 26 (PL 82, 262 C). 1 Cap. 10, nn. 1-2 (PL 41, 325s; CSEL 40-1, 526; CCL 48, 330).*

p 48d). Quae verba Origenis (PG 13, 338 C) infra inveniuntur in libro IV, d. 46, c. 3; sed ex omnibus codicibus examinatis solum cod. Paris. Nat. lat. 3025 textum hic adiungit secunda manu in margine inferiori (f. 14d). Unde (et etiam quia glossator non dicit quod Magister hunc textum apposuit) suspicamur quod haec parva additio non sit genuina. — Duae etiam auctoritates Hilarii et secunda Augustini («Sic habetur...»), in num. 1, marginibus continentur plurium codicum *Glossae* in Rom. 11, 39 (x 59v; z 36a; Vatie, lat. 145; et 146; Vatie. Urbin. lat. 18).

3. Ecce, quanta est identitas, quanta est unitas, immutabilitas, simplicitas, puritas divinae substantiae, iuxta infirmitatis nostrae valitudinem assignavimus.

DISTINCTIO IX

Cap. 1 (29).

De distinctione personarum. Nunc ad distinctionem personarum accedamus. « Teneamus igitur, ut docet Augustinus in libro *De fide ad Petrum* 1, Patrem et Filium et Spiritum Sanctum unum esse naturaliter Deum, nec tamen ipsum Patrem esse qui Filius, nec Filium ipsum esse qui Pater est, nec Spiritum Sanctum ipsum esse qui Pater est aut Filius. Una est enim essentia Patris et Filii et Spiritus Sancti, in qua non est aliud Pater, aliud Filius, aliud Spiritus Sanctus, quamvis personaliter sit alius Pater, alius Filius, alius Spiritus Sanctus ».

Cap. 2 (30).

1. **Hic de coaeternitate Filii cum Patre.** Genitus est enim a Patre Filius, et ideo alius; nec tamen ante fuit Pater quam Filius: coaeternae enim sibi sunt tres personae.

2. **Argumentatio Arianorum.** Sed contra hoc inquit haereticus, ut refert Ambrosius ini libro *De Trinitate* 2; « Omne quod natum est, principium habet; et ideo quia filius est, principium habet et esse coepit; quod haereticorum ore sic dictum est ». « Nam ipse Arius, ut meminit Augustinus in VI libro *De Trinitate* 3, dixisse refertur: Si filius est, natus est; si natus est, erat quando non erat filius ».

3. **Responsio Augustini catholica.** Qui hoc dicit, « non 4 intelligit etiam natum esse Deo sempiternum esse, ut sit coaeternus Patri Filius; sicut

7 igitur] ergo CLX. 12 Pater aliud *om.* BCOX. *add. interi.* PR, *add. mg.* MT.

1 Cap. 1, n. 5 (opus Fulgent», PL 65, 674 B-C; CCL 91A, 714s). 2 Id est *De fide,* I, c. 11, n. 73 (PL 16, 545 B-C; CSEL 78, 31). 3 Cap. 1, n. 1 (PL 42, 923; CCL 50, 228). 4 August., ibid. (PL 42, 923; CCL 50, 228).

Cap. 2. Cf. Gualt. de Mauritania, *De Trinit.,* c. 4 (PL 209, 579 C); *Summa sent.,* I, 8 (PL 171, 1080 D; 176, 54 C); Rolandus, *Sent.,* 33.

splendor qui gignitur ab igne atque diffunditur, coaevus est illi, et esset coaeternus, si ignis esset aeternus ».

4. **Oppositio Augustini contra haereticum.** Item: « Si Dei Filius, inquit Augustinus 1, virtus et sapientia Dei est, nec unquam fuit Deus sine virtute et sapientia, coaeternus est Deo Patri Filius. Dicit autem Apostolus 2 *Christum* esse *Dei virtutem et Dei sapientiam;* aut igitur non fuit quando non fuit Filius, aut aliquando Deus non habuit virtutem et sapientiam: quod dementis est dicere ». Constat enim quia semper habuit sapientiam: semper igitur habuit Filium.

5. **Responsio Ambrosii ad idem auctoritate fulta.** Eidem quoque arianicae quaestioni Ambrosius 3 in hunc modum respondet: « Ego, inquam, Filium natum esse confiteor; quod reliquum est impietatis, horresco ». « Scriptum 4 est enim in veteri Testamento 5, ut vel unum e pluribus dicam: *Ante me non fuit alius Deus, et post me non erit.* Quis ergo hoc dicit, Pater an Filius ? Si Filius: *Ante me,* inquit, *non fuit alius Deus;* si Pater; *Post me,* inquit, *non erit.* Hic priorem, ille posteriorem non habet ».

6. **Ratione utitur Ambrosius contra haereticum.** « Invicem 6 enim in se, et Pater in Filio, et Filius in Pater cognoscitur7. Cum enim Patrem dixeris, eius etiam Filium designasti, quia nemo ipse sibi pater est; cum Filium nominas, etiam Patrem fateris, quia nemo ipse sibi filius est. Itaque nec Filius sine Patre, nec Pater potest esse sine Filio: semper igitur Pater, semper et Filius ».

7. **Invectio Ambrosii in haereticum.** Item8: « Dic inquam mihi, haeretice, fuitne quando omnipotens Deus Pater non erat et Deus erat? Nam si Pater esse coepit, Deus ergo primo erat, et postea Pater factus est. Quomodo ergo immutabilis Deus est ? Si enim ante Deus, postea Pater fuit, utique generationis accessione mutatus est. Sed avertat Deus hanc amentiam ». « Semper 9 habuit sapientiam; semper igitur habuit Filium ».

1 coaevus] coeternus SCO. 3 haereticum] hereticos CNR. 11 Ambrosius *om.* BCMOP. 15 fuit *trp. p.* Deus (16) OP. 18 Rubrica *om.* MPRVW. 21 etiam] et *add.* OP. ‖ ipse sibi *trp.* OPX. 27 ergo] igitur LMNRTW. 29 Semper... Filium om. NRV, *va-cat* T, *add. mg.* W^X.

1 Ibid.; attamen, ut apparet ex contextu, haec est «ratiocinatio » aliorum catholicorum. 2 I Cor. 1, 24. 3 *De fide,* I, c. 11, n. 73 (PL 16, 545 C; CSEL 78, 31). 4 Ambrosius, ibid., c. 8, n. 55 (PL 16, 541 A; CSEL 78, 24). 5 Isai. 43, 10. 6 Ambrosius, ibid. (PL 16, 541 A-B; CSEL 78, 24). 7 Resp. Ioan. 14, 9-10. 8 Ambrosius, ibid., c. 9, nn. 58-60 (PL 16, 541 D-542 B; CSEL 78, 25s), pluribus omissis. 9 Ibid., c. 10, n. 62 (PL 16, 542 D; CSEL 78, 27), quoad sensum.

Cap. 3 (31).

1. **Ineffabile est quomodo Filius sit et non habeat Patrem priorem, sicut modus generationis intelligibilis et ineffabilis est.** « Sed quaeris a me, inquit Ambrosius 1, quomodo si Filius sit, non priorem habeat Patrem? Quaero item abs te, quomodo Filium putes esse generatum ? Mihi enim impossibile est generationis scire secretum. Mens deficit, vox silet, non mea tantum, sed et angelorum. Supra Potestates, et supra Angelos, et supra Chérubin, et supra Séraphin, et supra omnem sensum est, quia scriptum est2: *Pax Christi supra omnem sensum est.* Et si pax Christi supra omnem sensum est, quomodo non est supra omnem sensum tanta generatio ? Tu ergo ori manum admove; scrutari non licet superna mysteria 3. Licet scire quod natus sit, non licet discutere quomodo natus sit. Illud negare mihi non licet, hoc quaerere metus est ». Ineffabilis enim est illa generatio; unde Isaias 4; *Generationem eius quis enarrabit ?*

2. **Quidam praesumunt discutere generationis seriem.** Quidam s tamen, de ingenio suo praesumentes, dicunt illam generationem posse intelligi, et alia huiusmodi, inhaerentes illi auctoritati Hieronymi, *SuperEcclesiasten* 6: « In sacris Scripturis *quis* saepissime non pro impossibili, sed pro difficili ponitur, ut ibi7: *Generationem eius quis enarrabit?* » Sed hoc non dixit Hieronymus ideo, quod generatio Filii aeterna plene intelligi vel explicari possit a quoquam mortalium, sed quia de ea aliquid intelligi vel dici potest. Quidam 8 tamen hoc accipiunt dictum de temporali Christi generatione.

3 intelligibilis *corr. interi, in* inintelligibilis T. ‖ a me inquit *trp.* BCM. 5 abs] abOPR, aV. ‖ quomodo] vel quando *add.* T *(Ambr.), add. interi.* R. ‖ generatum] genitum X, *om.* OP. 9 supra] super LPX.

1 Ibid., c. 10, nn. 64-65 (PL 16 [1845], 543 B-C; CSEL 78, 28). 2 Phil. 4, 7. 3 Resp. Eccli. 3, 22: *Altiora te ne quaesieris·,* 5, 14: *Sit manus tua super os tuum.* 4 Isai. 53, 8; ultima verba forte sunt August., *Contra Maximinum,* II, c. 14, n. 1 (PL 42, 770), quae infra citantur in Dist. 13, c. 3, n. 4, 3 Vide P. Abael., *Theol. christ.,* I, 5; et *Theologia «Scholarium»,* I, 13, et II, 3 (PL 178, 1135 C; 1001 A, 1054 D-1055 A); et etiam *Sententiae Hermanni,* c. 10 (PL 178, 1708 B). 6 Cap. 3, 21 (PL 23 [1845], 1042 B; CCL 72, 282). 7 Isai. 53, 8. 8 Auctor scii. *Summae sent.,* I, 7 (PL 171, 1080 B; 176, 54 A), et ipse Lombardus in sermone *In Nativitate Domini* (inter opp. Hildeberti Cenomanensis, PL 171, 383 B).

Cap. 3. Num. 1: Sub inspiratione *Summae sent.,* I, 7 (PL 171, 1080 A; 176, 54 A-B) recurrit Lombardus ad ipsum Ambrosium. — Num. 2: Partim ex *Summa sent.,* ibid.; sed interpretatio Hieronymi verba sunt Magistri. Cf. L. Ott, *Die Trinitatslehre der Summa sent...,* in *Div. Thom.* (Fr.) 21 (1943) 163s.

Cap. 4 (32).

1. **Utrum debeat dici 'semper gignitur' vel 'semper est genitus Filius'.** Hic quaeri potest, cum generatio Filii a Patre nec principium habeat nec finem, quia aeterna est, utrum debeat dici: Filius semper gignitur, vel semper genitus est, vel semper gignetur.

2. De hoc **Gregorius** super lob **ait**[1]: «Dominus Deus Iesus, in eo quod virtus et sapientia Dei **est**[2], de Patre ante tempora natus est, vel potius, quia nec coepit nasci nec desiit, dicamus verius 'semper natus'. Non autem possumus dicere 'semper nascitur', ne imperfectum esse videatur. At vero, ut aeternus designari valeat et perfectus, et semper dicamus et natus, quatenus et 'natus' ad perfectionem pertineat et 'semper' ad aeternitatem; quamvis per hoc ipsum quod 'perfectum' dicimus, multum ab illius veritatis expressione deviamus, quia quod factum non est, nec potest dici proprie perfectum ». Sed balbutiendo, ut possumus, excelsa Dei resonamus[3]; et « Dominus, nostrae infirmitatis verbis condescendens: *Estote,* **inquit**[4], *perfecti, sicut et Pater vester caelestis perfectus est».*

3. Super illum locum etiam Psalmi 5; *Ego hodie genui te,* de hac generatione Filii ita loquitur **Augustinus**[6]: « Quamquam per hoc quod dicit *hodie* possit etiam intelligi dies ille quo Christus secundum hominem natus est, tamen quia *hodie* praesentiam significat, atque in aeternitate nec praeteritum quidquam est, quasi esse desierit, nec futurum, quasi nondum sit, sed praesens tantum, quia quidquid aeternum est, semper est: divinius accipitur de sempiterna generatione sapientiae Dei ». Ecce his verbis ostendit **Augustinus** quod generatio Filii semper est, nec praeteriit, nec futura est, quia aeterna est. Ideo enim dixit *genui,* ne novum putaretur, scilicet ne videretur incepisse; *hodie* dixit, ne praeterita generatio videretur. — Ex his ergo verbis Prophetae, ut ait I 0 a n-

2 est genitus *trp.* LMNRX. 6 Deus *om.* LVW. 9 imperfectum] imperfectus PT. 17 locum etiam *trp.* OPR,

1 *Moralia,* XXIX, c. 1 (PL 76, 477 B), in lob 38, 12. 2 Resp. I Cor. I, 24. 3 Resp. Gregorius, *Moralia,* V, c. 36, n. 66: « Eum aliquatenus balbutiendo resonamus » (PL 75, 715 C); sequentia ex loc. cit. in nota 1. 4 Matth. 5, 48. 5 Ps. 2, 7. 6 *Enarr. in Ps. 2,* 7, n. 6 (PL 36, 71; CCL 38, 5).

Cap. 4. Num. 1-2: Fere verbotenus ex *Summa sent.,* I, 7 (PL 171, 1080 B-C; 176, 54 A-B); et. L. Ott, art. cit., 164s. — Num. 3: Inspirante *Summa sent.,* quae hunc locum Psalmi refert (loc. cit.), expositionem Augustini et Chrysostomi quaerit Magister in sua *Glossa* in Hebr. 1, 4 (PL 192, 408 C). — Num. 4: fons nos latet.

nes Chry so st omus 1, « nihil aliud manifestatur, nisi quia ex ipsa essentia Patris semper genitus est Filius ».

4. Origenes videtur dicere contra : ait enim quod semper generatur Filius a Patre. Origenes vero super Ieremiam2 dicit quod Filius semper generatur a Patre, his verbis: « Salvator noster est sapientia Dei; sapientia vero est splendor aeternae lucis; Salvator ergo noster splendor est claritatis. Splendor autem non semel nascitur et desinit, sed quoties ortum fuerit lumen ex quo splendor oritur, toties oritur etiam splendor claritatis; sic ergo Salvator semper nascitur. Unde ait in libro Sapientiae 3: *Ante omnes colles generat me;* non, ut quidam male legunt, *generavit me* ». His verbis aperte ostendit Origenes sane dici posse et debere: 'Filius semper nascitur'; quod videtur contrarium illi verbo G r e g o r i i praemisso 4;* scilicet «Non possumus dicere: semper nascitur».

5. Augustinus in libro 84 *Quaestionum*^, de semper nato disserens ait: « Melior est 'semper natus' quam 'qui semper nascitur', quia qui semper nascitur, nondum est natus et nunquam natus est aut natus erit si semper nascitur. Aliud est enim nasci, aliud natum esse, ac per hoc nunquam Filius est, si nunquam natus est. Filius autem est quia natus, et semper Filius: semper igitur natus est ».

6. Exponit praemissa verba Gregorii, ne putetur inter doctores esse contrarietas. Sed ne tanti auctores sibi contradicere in re tanta videantur, illa verba Gregorii benigne interpretemur. « Dominus, inquit 6, Iesus

4veroom.OP. 10 me1] dominus *add.* LNR. ‖ me2 om. BCLMNRVX. 14-18NOtula om. MP. 19 inter] in BCOP. 21 interpretemur] interpretemus OPR, *quod corr.* R.

1 *In Epist. ad Hebr.,* hom. 2, n. 4 (PG 63, 25; ed. Paris. 1570, apud G. Merlin, IV, 1490 B). 2 Hom. 9, n. 4 (PG 13, 355 C, 358 A); in translatione Hieron., hom. 6 (PL 25 [1845], 637 A-B); verbotenus sed alio ordine in *Glossa ordin.* in 1er. 11, 10 (apud Lyranum, IV, 128a). 3 Prov. 8, 25. » Supra, in num. 2 (p. 106, lin. 9). 5 Id est *De div. quaesi. 83,* q. 37 (PL 40, 27). 6 Supra, in num. 2 (p. 106, lin. 6-8).

Num. 5: luxta *Glossam* iam pluries laudatam pseudo-Petri Pictaviensis, «hic est apposita quaedam glossa volatilis in margine (scilicet *add.* b): Augustini in libro 84 (83 b) Quaestionum: 'Melior est...'» (b 37v; n. lia; p 50a). Secundum versionem antiquiorem huius Glossae (in codd. Neapoli et Paris.), haec notula ponenda est ad finem num. 3; secundum redactionem longiorem cod. Bamberg., ad 'Non possumus' (in fine numeri 4). — Eo quod secundum codices antiquiores Libri Sent, opus Augustini Magister semper citat ut *Liber 84 Quaestionum,* hic adiungi lubet annotatio eiusdem *Glossae* ad dist. 37, cap. 9, num. 2: « Ideo diversificatur [scii, in diversis codicibus] in hoc nomine et numero et littera, quia in illo libro quandoque plures quaestiones rediguntur (reducuntur b) in unam. Inde est quod liber ille quandoque dicitur 84, quandoque 83 Quaestionum » (b 54v; n 21b). — Utrum hanc auctoritatem sumpserit Lombardus ex Abaelardo nescimus; cf. *Theologia Christiana,* III (PL 178, 1297 A-B) ac *Sic et non,* c. 16 (PL 178, 1375 A).

ante tempora de Patre natus est, vel potius, quia nec coepit nasci nec desiit, dicamus verius: semper natus ». — **Quaestio de ipsis verbis Gregorii** Sed quomodo verius dicitur hoc, scilicet quod Filius semper natus est, quam illud, scilicet quod de Patre ante tempora natus est ? Illud enim sincera et catholica fides tenet ac praedicat ut istud. — **Hic solvit** Quare ergo ait: 'Dicamus verius', cum utrumque pariter sit verum? nisi quia volebat intelligi hoc ad maiorem evidentiam et expressionem veritatis dici quam illud. His etenim verbis omnis calumniandi versutis haereticis obstruitur aditus, quibus Christi secundum deitatem generatio sine initio et sine fine esse ac perfecta monstratur. Non autem adeo semper manifestatur veritas cum dicitur: 'Filius ante tempora genitus est de Patre' vel 'Filius semper nascitur de Patre'. Et ideo dicit **Gregorius** quod « non possumus dicere: semper nascitur », non, inquam, ita convenienter, non ita congrue ad explanationem veritatis; potest tamen dici, si sane intelligatur. Semper enim nascitur Filius de Patre, ut ait Origenes: non quod quotidie iteretur illa generatio, sed quia semper est; 'semper ergo nascitur', id est nativitas eius sempiterna est.

7. **Quod Filius semper generatur confirmat ex dictis Hilarii.** **Hilarius** quoque dicit Filium nasci ex Patre, in libro VII *De Trinitate* 1, his verbis: « Vivens Deus, et naturae aeternae viventis potestas est; et quod cum sacramento scientiae suae ex eo nascitur, non potuit aliud esse quam vivens. Nam cum ait2: *Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo per Patrem,* docuit vitam in se per viventem Patrem inesse ». Ecce hic habes quia Filius nascitur ex Patre. — Item in eodem 3; « Cum dicit Christus 4: *Sicut Pater habet vitam in se, sic et Filio dedit vitam habere in semetipso,* omnia viva sua ex vivente testatus est. Quod autem ex vivo vivum natum est, habet nativitatis perfectum sine novitate naturae. Non enim novum est quod ex vivo generatur in vivum, quia nec ex nihilo est; et vita quae nativitatem sumit ex vita, necesse est per naturae unitatem et perfectae nativitatis sacramentum, ut et in vivente vivat et in se habeat vitam viventem ». Ecce et hic habes quia generatur ex vivo vivens Filius. — **(Attende: totum quod in Deo est, vivit)** Item in eodem5; «In Deo totum quod est, vivit: Deus enim vita est, et ex vita non potest quidquam esse nisi vivum; neque ex derivatione, sed ex virtute nativitas est. Ac sic,

2 Rubrica *om.* BRW. 4 est *om.* OP. 7 quia] quod NO, torte *add.* BCRV. 10 semper] aperte LNRTVWX. 19 ex] de OP. 22 misit me *trp.* LOP. ‖ per] propter BCLMX. 23 quia] quod NOP. 28 in *om.* OP. 30 eti *om.* MTX. 34 sic] si OP.

1 Num. 27 (PL 10, 223 B). 2 Ioan. 6, 58. 3 Ibid. (PL 10, 223 C). 4 Ioan. 5, 26. 5 [bid., n. 28 (PL 10, 224 B).

dum totum quod est vivit, et dum totum quod ex eo nascitur virtus est, habet nativitatem Filius, non demutationem ». Et hic dicit quia nascitur,. — Item in IX libro 1; « Donat Pater Filio tantum esse quantum est ipse, cui innascibilitatis esse imaginem sacramento nativitatis impertit, quem ex se in forma sua generat ». Hic dicit quia generat Pater Filium.

8. **Breviter docet quid de hoc concedendum sit.** Dicamus ergo Filium natum de Patre ante tempora, et semper nasci de Patre, sed congruentius semper natum; et eundem fateamur ab aeterno esse et Patri coaeternum, id est auctori. Pater enim generatione auctor Filii est, ut in sequenti ostendetur2. Ut ergo Pater est aeternus, ita et Filius aeternus; sed Pater sine auctore, Filius vero non, quia Pater innascibilis, Filius natus. — Et ut ait **Hilarius** in XII libro *De Trinitate* 3, « aliud est sine auctore semper esse aeternum, aliud Patri, id est auctori, esse coaeternum. Ubi autem Pater auctor est, ibi et nativitas est; [at vero ubi auctor aeternus est, ibi et nativitatis aeternitas est,] quia sicut nativitas ab auctore est, ita et ab aeterno auctore aeterna nativitas est. Omne autem quod semper est, etiam aeternum est; sed tamen non omne quod aeternum est, etiam innatum est. Quia quod ab aeterno nascitur, habet aeternum esse quod natum est; quod autem non natum est, id cum aeternitate non natum est. Quod vero ex aeterno natum est, id si non aeternum natum est, iam non erit et Pater auctor aeternus. Si quid igitur ei qui ab aeterno Patre natus est ex aeternitate defuerit, id ipsum auctori non est ambiguum defuisse, quia si gignenti est infinitum gignere, et nascenti etiam infinitum est nasci. Medium enim quid inter nativitatem Dei Filii et generationem Dei Patris, nec sensus admittit; quia et in generatione nativitas est, et in nativitate generatio est, quia sine utroque neutrum est; utrumque ergo sine intervallo sui est ».

Cap. 5 (33).

1. **Argumentatio haeretici.** « Sed inquiet haereticus 4: Omne quod natum est, non fuit semper, quia in id natum est ut esset ».

2. **Responsio Hilarii.** « Nemo ambigit quin quae in rebus humanis nata sunt, aliquando non fuerint. Sed aliud est ex eo nasci quod non

2 demutationem] de mutatione BCL. 14-15 at... est^ *suppi, ex Hil.* 18 etiam] et OP. 25 et2 *om.* MOPVX. 31 Rubrica *om.* RVW. 32 non^] semper *add.* NVWX, *add. interi.* L^, *add. mg.* O2.

1 Num. 54 (PL 10, 325 B). 2 In Dist. 13, c. 4. 3 Num. 21 (PL 10, 446 A-B). 4 Obiectio et responsio ex Hilario, *De Trinit.,* XII, nn. 22-23 (PL 10, 446 C-447 B).

fuit, aliud ex eo natum esse quod semper est. Ibi nec semper fuit qui pater est, nec semper pater est; et qui non semper pater est, non semper genuit. Ubi autem semper pater est, semper filius est. Quod si semper Deo Patri proprium est quod semper est Pater, necesse est semper Filio proprium esse quod semper est Filius. Quomodo ergo cadet in intelligentiam nostram ut non fuerit semper, cui proprium est semper esse quod natum est ?» — « Natum [1] igitur unigenitum Deum confitemur, sed natum ante tempora; nec ante esse quam natum, nec ante natum quam esse; quia nasci quod erat, iam non nasci est, sed se ipsum demutare nascendo. Hoc autem humanum sensum et intelligentiam mundi excedit; non hoc capit ratio humanae intelligentiae, sed prudentiae fidelis professio est ».

DISTINCTIO X

Cap. 1 (34).

1. **Hic de Spiritu Sancto agitur, et prius quod sit amor Patris et Filii dicitur.** « Nunc », post Filii aeternitatem, « de Spiritu Sancto, quantum Deo donante videre conceditur, disseramus ».

2. Spiritus Sanctus amor est sive caritas sive dilectio Patris et Filii. Unde **Augustinus** in XV libro *De Trinitate* [2] ait: « Spiritus Sanctus nec Patris est solius, nec Filii est solius, sed amborum; et ideo communem, qua invicem se diligunt Pater et Filius, nobis insinuat caritatem ».

3. **Quod Spiritus Sanctus dilectio proprie dicatur et tamen Trinitas sit dilectio** Ioannes autem in Epistola canonica ait [3]; *Deus caritas est.* « Non [4] dixit: *Spiritus Sanctus caritas est,* quod si dixisset, absolutior esset sermo et non parva pars quaestionis decisa; sed quia dixit: *Deus caritas est,* incertum est, et ideo quaerendum, utrum Deus Pater sit caritas, an Filius, an Spiritus Sanctus, an Deus ipsa Trinitas, quia et ipsa non tres dii, sed Deus est unus ».

4. **Sicut Verbum Dei proprie dicitur sapientia et tamen tota Trinitas dicitur sapientia, ita et Spiritus Sanctus proprie dicitur caritas et tamen**

3 Ubi] quid sit proprium patri et filio *rubrica add.* BCNTVX. 15 quod] quid CMOPV. 18 dilectio *corr. ex* delectatio OPT, *ex* delectio M. 26 quaerendum] est *add.* MOPR. 28 Deus est unus] unus Deus BCL, unus est Deus RT, unus Deus est V. 29-1 (pag. 111) Rubrica *om.* MRW.

1 Hilarius, ibid., nn. 26 et 30 (PL 10, 449 B, 451 C). 2 Cap. 17, n. 27 (PL 42, 1080; CCL 50A, 501), ubi et verba praemissa sub num. 1. 3 1 Ioan. 4, 16. 4 August., ibid., ηη. 27-28 (PL 42, 1080; CCL 50A, 502).

Pater et Filius et Spiritus Sanctus dicitur caritas. Ad quod Augustinus in eodem libro 1 ita dicit: «Nescio cur, sicut sapientia et Pater dicitur et Filius et Spiritus Sanctus, et simul omnes non tres sed una sapientia, non ita et caritas dicatur Pater et Filius et Spiritus Sanctus, et simul omnes una caritas». «Non ideo tamen quisquam nos inconvenienter aestimet caritatem appellare Spiritum Sanctum, quia et Deus Pater et Deus Filius potest caritas nuncupari», sicut «proprie Verbum Dei etiam Dei sapientia dicitur, cum et Pater et Spiritus Sanctus sit sapientia. Si ergo proprie aliquis horum trium caritas nuncupari debet, quis aptius quam Spiritus Sanctus? ut scilicet in illa simplici summaque natura non sit aliud substantia et aliud caritas, sed substantia ipsa sit caritas, et caritas ipsa sit substantia, sive in Patre, sive in Filio, sive in Spiritu Sancto, et tamen Spiritus Sanctus proprie caritas nuncupetur». — Ecce his verbis aperte ostendit Augustinus quod in Trinitate caritas aliquando refertur ad substantiam, quae communis est trium personarum et tota in singulis, aliquando specialiter ad personam Spiritus Sancti; sicut sapientia Dei aliquando pro substantia divina, aliquando pro Filio proprie accipitur. Et hoc in multis fieri reperitur.

Cap. 2 (35).

1. **Exemplis firmat eadem nomina et proprie et universaliter accipi.** «Pluribus2*enim exemplis doceri potest multa rerum vocabula et universaliter poni, et proprie quibusdam rebus adhiberi; sicut 'Legis' nomine aliquando simul omnia veteris Instrumenti significantur eloquia, aliquando autem proprie vocatur Lex, quae data est per Moysen». Multa alia suppetunt exempla, sed «in re aperta vitanda est longitudo sermonis». «Sicut 3 ergo unicum Dei Verbum proprie vocamus nomine sapientiae, cum sit universaliter et Spiritus Sanctus et Pater ipsa sapientia, ita Spiritus Sanctus proprie nuncupatur vocabulo caritatis, cum sit et Pater et Filius universaliter caritas».

2. **Auctoritatem ponit quod Filius proprie dicatur sapientia.** «Sed 4 Dei Verbum, id est unigenitus Dei Filius, aperte dictus est Dei sapientia ore Apostoli dicentis 5; *Christum Dei virtutem et Dei sapientiam*».

20 firmat] confirmat LOPW. 28 eti *om.* BCM. 30 Rubrica *om.* NRW.

1 Ibid., nn. 28, 30 et 29 (PL 42, 1081s; CCL 50A, 503ss). 2 August., ibid., n. 30 (PL 42, 1081; CCL 50A, 504s). 3 Ibid., n. 31 (PL 42, 1082; CCL 50A, 505). 4 August., ibid. 5 I Cor. 1, 24.

3. **De Spiritu Sancto testimonium quaerit et invenit ubi dicatur esse caritas.** « Spiritus [1] autem Sanctus ubi sit dictus caritas invenimus, si diligenter loannis Apostoli eloquium scrutemur, qui cum dixisset[2]: *Diligamus invicem, quia dilectio ex Deo est,* adiunxit: *Et omnis qui diligit ex Deo natus est, quia Deus dilectio est.* Hic manifestavit se dixisse eam dilectionem esse Deum, quam dixit *ex Deo;* Deus ergo ex Deo est dilectio. Sed quia et Filius ex Deo Patre natus est, et Spiritus Sanctus ex Deo Patre procedit, quem potius eorum hic debeamus accipere dictum esse dilectionem, merito quaeritur. Pater enim solus ita Deus est ut non sit ex Deo, et ideo dilectio quae ita Deus est ut ex Deo sit, non ipse Pater est, sed aut Filius aut Spiritus Sanctus. Sed in consequentibus, cum Dei dilectionem commemorasset Joannes[3] qua *dilex.it nos,* et hinc hortatus esset ut nos *invicem diligamus* atque ita in nobis *Deus maneat,* quia utique dilectionem Deum dixerat, statim volens de hac re apertius aliquid eloqui, inquit [4]: *In hoc cognoscimus quia in ipso manemus et ipse in nobis, quia de spiritu suo dedit nobis.* Sanctus itaque Spiritus, de quo dedit nobis, facit nos in Deo manere et ipsum in nobis; hoc autem facit dilectio; ipse est igitur Deus dilectio. Deus igitur Spiritus Sanctus, qui procedit ex Deo, significatur ubi legitur: *Deus dilectio est* et *Dilectio ex Deo est* ». — Ecce his verbis aperte dicit **Augustinus** Spiritum Sanctum esse caritatem Patris et Filii; et in tantum quoque sermonem produxit, ut videatur dixisse Spiritum Sanctum non solum esse dilectionem Patris et Filii, qua se invicem et nos diligunt, sed etiam dilectionem qua diligimus Deum. Sed utrum ipse sit caritas qua nos diligimus Deum, in sequenti explicabitur[5].

4. **Redit ostendere quod proposuerat, scilicet quod Spiritus Sanctus sit amor quo Pater a Filio et Filius a Patre diligitur.** Nunc vero quod incepimus ostendere curemus, scilicet Spiritum Sanctum dilectionem esse sive amorem Patris et Filii, quo scilicet Pater diligit Filium et Filius Patrem. — De hoc **Hieronymus** super XIV Psalmum [6] ait: « Spiritus Sanctus nec Pater est nec Filius, sed dilectio quam habet Pater in Filium et Filius in Patrem ».

1-2 Rubrica *om.* LMNRW. 13 ut] et *add.* BCNVW. 16 suo] sancto OP. ‖ Sanctus... Spiritus *trp.* BCLRV.

1 August., ibid. 2 I Ioan. 4, 7-8. 3 I Ioan. 4, 10-11. 4 I Ioan. 4, 13. 5 In Dist. 17. 6 Rectius super Ps. 17, in *Breviar, in Ps, 17, 7* (inter opp. Hieron., PL 26 [1845], 863 C); quam auctoritatem Lombardus probabiliter sumpsit ex P. Abael., *Theol. christ.,* IV (PL 178, 1311 B).

5. Quid sit Spiritus Sanctus hic aperitur. Augustinus quoque in VI libro *De Trinitate* [1] ait: « In omnibus aequalis est Patri Filius, et est unius eiusdemque substantiae. Quapropter etiam Spiritus Sanctus in eadem unitate et aequalitate consistit. Sive enim sit unitas amborum, sive sanctitas, sive caritas, manifestum est quod non aliquis duorum est quo uterque coniungitur, quo genitus a gignente diligatur genitoremque suum diligat, sintque non participatione, sed essentia sua, neque dono superioris alicuius, sed suo proprio *servantes unitatem spiritus in vinculo pacis*[2] ». Ecce hic habes Spiritum Sanctum esse quo Filius diligitur a Patre et Pater a Filio, et quo illi duo servant unitatem pacis. — « Spiritus ergo Sanctus, ut ait Augustinus in eodem [3], commune est aliquid Patris et Filii, quidquid illud est; at ipsa communio consubstantialis et coaeterna est. Quae si amicitia convenienter dici potest, dicatur; sed aptius dicitur caritas, et haec quoque substantia, quia Deus substantia est et *Deus caritas est* [4]. Tria ergo sunt et non amplius: unus diligens eum qui de illo est, et unus diligens eum de quo est, et ipsa dilectio. Quae si nihil est, quomodo Deus dilectio est? Si non est substantia, quomodo Deus substantia est? »

Cap. 3 (36).

Quod sicut Spiritus Sanctus communis est Patri et Filio, ita commune nomen habet proprium. Hic notandum est quod sicut Spiritus Sanctus in Trinitate specialiter dicitur caritas, quae est Patris et Filii unio, ita et nomen tenet proprie quod Patri et Filio communiter quodam modo congruit. Unde Augustinus in XV libro *De Trinitate*[5] ait: « Si caritas, inquit, qua Pater diligit Filium et Patrem diligit Filius, ineffabiliter communionem demonstrat amborum, quid convenientius quam ut ille proprie dicatur caritas, qui spiritus est communis ambobus? Hoc enim sanius creditur et intelligitur, ut non solum Spiritus Sanctus caritas sit in illa Trinitate, sed non frustra proprie caritas nuncupetur, propter illa quae dicta sunt. Sicut non solus in illa Trinitate vel spiritus est vel sanctus, quia et Pater spiritus et Filius spiritus, et Pater sanctus et Filius sanctus;

4 unitate] substancie *add.* NW, *add. interi.* RT, essencie vel subst. *add. V.* ‖ aequalitate] substancie *add.* L. 24 ait *om.* LMRX, *trp. p.* Augustinus BCTV.

1 Cap. 4-5, nn. 6-7 (PL 42, 927s; CCL 50, 235). 2 Resp. Eph. 4, 3. 3 Ibid., c. 5, n. 7 (PL 42, 928; CCL 50, 235s). 4 I Ioan. 4, 16. 5 Cap. 19, n. 37 (PL 42, 1086s; CCL 50A, 513s); in parte, aliquibus omissis et aliis transpositis, apud Lomb., *Glossa* in Col. 1, 13 (PL 192, 262 C).

et tamen ipse non frustra dicitur Spiritus Sanctus. Qui enim est communis ambobus, id vocatur ipse proprie quod ambo communiter. Alioquin, si in illa Trinitate solus Spiritus Sanctus est caritas, profecto et Filius non solius Patris, sed etiam Spiritus Sancti Filius invenitur. Ait enim Apostolus i de Deo Patre: *Transtulit nos in regnum Filii caritatis suae.* Si ergo non est in illa Trinitate caritas Dei nisi Spiritus Sanctus, Filius est etiam Spiritus Sancti. Sed quia hoc absurdissimum est, restat ut non solum ibi sit caritas Spiritus Sanctus, sed propter illa de quibus satis disserui, proprie sic vocatur».

DISTINCTIO XI

Cap. 1 (37).

1. **Quod Spiritus Sanctus procedit a Patre et Filio.** Hic dicendum est Spiritum Sanctum esse a Patre et Filio et procedere a Patre et Filio; quod multi haeretici negaverunt.

2. Quod autem de utroque procedat, «multis2 divinorum eloquiorum testimoniis comprobatur». Dicit enim Apostolus3: *Misit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra.* Ecce hic dicitur Spiritus Filii. Et ibi4: *Qui autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius.* Ipse etiam Filius de Spiritu Sancto dicit in Evangelio 5: *Quem ego mitto vobis a Patre.* — «Patris 6 autem Spiritus dictus est ubi legitur7: Si *Spiritus eius qui suscitavit Christum a mortuis habitat in vobis*». Et ipse Christus dicit 8: *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.*

8 solum] solus NRTV (Aug.). 17 sui *om.* OP. 19 mitto] mittam LVX (VuZg.). 22 in vobis *om.* BCWX.

1 Col. 1, 13. 2 August., *De Trinit.,* XV, c. 26 (PL 42, 1092; CCL 50A, 525). 3 Gal. 4, 6. 4 Rom. 8, 9. 5 Ioan. 15, 26. 6 August., *Contra Maximinum,* II, c. 14, n. 1 (PL 42, 771), ut indicatur in *Glossa* Lombardi in Rom. 8, 11 (PL 191, 1437 D), unde sumpsit Magister sed rubricam suam neglexit. 7 Rom. 8, 11. 8 Matth. 10, 20.

Dist. XI: De quaestione ubi incipiat haec Distinctio, cf. Ign. Brady, *The Distinctions of Lombard's Book of Sentences and Alexander of Hales,* in *Franc. Studies* 25 (1965) 108. — Cap. 1, num. 2: Conflatur ex textibus Augustini, sed (ut videtur) mediante quodam fonte ignoto; cf. ex. gr. Lomb., *Glossa* in Rom. 8, 11 (PL 191, 1436 B-1438 A). De hoc capitulo vide etiam Gualt. de Mauritania, *De Trinit.,* c. 3 (PL 209, 578 B-D); *Summa sent.,* I, 6 (PL 171, 1078 C; 176, 52 C); Abael., *Theologia Christiana,* IV, et praesertim *Theol. «Scholarium»,* II, 14-15 (PL 178, 1300ss, 1075 A-1077 B); et Roiandus, *Sent.* (ed. cit, 33-38).

Et alio loco E *Quern mittet Pater in nomine meo.* Et alibi ipse Filius de Spiritu Sancto ait 2; *De Patre procedit.* His et aliis pluribus auctoritatibus ostenditur quod Spiritus Sanctus a Patre et Filio procedit.

3. **Quod Graeci non concedunt Spiritum Sanctum procedere a Filio.** Graeci tamen dicunt Spiritum Sanctum tantum procedere a Patre, et non a Filio. — **Quare dicant prima causa ?** Quod ideo dicunt, quia Veritas in Evangelio fidem integre continente, de processione Spiritus loquens, solum Patrem commemorat dicens 3; *Spiritus qui a Patre procedit.* — **Secunda ?** Et ideo etiam, quia in principalibus Conciliis quae apud eos celebrata sunt 4, ita Symbola eorum subiunctis anathematibus sancita sunt, ut nulli de Trinitatis fide aliud docere vel aliter praedicare quam ibi continetur liceat. In quibus quidem Symbolis cum Spiritus commemoretur procedere a Patre, et non a Filio, quicumque, inquiunt, a Filio eum procedere addunt, anathema incurrunt; unde et nos arguunt anathematis reos. — **Tertia ?** Addunt etiam, ad assertionem suae opinionis et in testimonium nostrae damnationis, de Symbolo fidei, quod secundum traditionem praedictorum Conciliorum Leo III, Romae, transcriptum in tabula argentea, post altare beati Pauli, posita, posteris reliquit, pro amore, ut ipse ait, et cautela fidei orthodoxae5. In quo quidem Symbolo, in processione Spiritus solus commemoratur Pater, his verbis 6; « Et in Spiritum Sanctum, dominum et vivificatorem, ex Patre procedentem, cum Patre et Filio coadorandum et conglorificandum» etc. Illud est Symbolum quod in Missa cantatur, editum in Nicaeno Concilio, in fine cuius subiunctum est : « Qui aliud docuerit vel aliter praedicaverit, anathema sit». Ideoque Graeci nos anathematizatos dicunt, quia dicimus Spiritum Sanctum procedere a Filio, quod ibi non continetur. Quod enim secun-

6 Quare dicant *trp. p.* causa OP. ‖ quia] quod NOP. 8-9 Secunda] Spiritus secunda causa OP, *om.* MRW. 9 ideo etiam *trp.* BCMRTVWX. 15 Tertia om. MPRVW. ‖ Addunt] enim *add.* BMOPT, *quod exp.* T. 22 conglorificandum] glorificandum LMPRX, *quod corr.* R.

1 Ioan. 14, 26. 2 loan. 15, 26. 3 Ioan. 15, 26. 4 Nempe Nicaenum (a. 325), Constantinopolitanum I (a. 381), Ephesinum (a. 431), Chalcedonense (a. 451), et Constantinopolitanum II (a. 553). 5 *Liber Pontificalis,* II, Paris 1892, 26; cf. DThC, V, 2316s; et *New Catholic Encyclopedia,* V, New York 1967, 914. 6 Verba sunt Symboli Constantinopolitani, quod tribuitur Concilio Constantinopolitano I, et non Symboli editi in illo Nicaeno, ut erronee subdit Magister. Cf. DS n. 150; LThK2, VII, 938ss; et *New Catholic Encyclopedia,* IV, 435s.

Num. 3: Post verba introductoria de *Summa sent.* (loc. cit.) exsculpta, textus fere verbotenus transcribitur ex Abael., *Theologia « Scholarium »,* II (PL 178, 1075 A-B); cf. L. Ott, *Die Trinitdtslehre der Summa sent...,* in *Div. Thom.* (Fr.) 21 (1943) 165s.

dum nos ibi dicitur, « qui a Patre Filioque procedit », alterum a Latinis est additum, scilicet 'Filioque'.

4. **Responsio ubi determinantur praedicta.** Nos autem illa verba ita determinamus: 'Qui aliud docuerit vel aliter praedicaverit', id est contrarium docuerit vel contrario modo praedicaverit, anathema sit. 'Aliud' ergo posuit pro 'opposito', qualiter Apostolus in Epistola ad Galatas L *Si quis aliud evangelizaverit,* id est contrarium, *anathema sit.* Non dicit *Si quis addiderit,* « nam si illud diceret, sibi ipse, ut ait **Augustinus**2, praeiudicaret, qui cupiebat venire ad quosdam quibus scribebat, sicut ad Thessalonicenses, ut suppleret quae illorum fidei deerant 3. Sed qui supplet, quod minus erat addit, non quod inerat tollit. Qui autem praetergreditur fidei regulam, non accedit in via, sed recedit a via ». — **Responsio alia.** Ad illud autem quod de Evangelio opponunt, respondemus ita: Quia cum dicat in eo Veritas 4 Spiritum Sanctum a Patre procedere, non addit *solo,* et ideo etiam a se procedere non negat; sed ideo Patrem tantum nominat, « quia 5 ad eum solet referre etiam quod ipsius est», quia ab illo habet.

Cap. 2 (38).

1. **Quod Graeci in sensu nobiscum conveniunt etsi verbis differant.** Sciendum tamen est quod Graeci confitentur Spiritum Sanctum esse Filii sicut Patris, quia et Apostolus dicit 6 *Spiritum Filii,* et Veritas in Evangelio 7 *Spiritum veritatis.* Sed cum non sit aliud Spiritum Sanctum esse Patris vel Filii, quam esse a Patre et Filio, etiam in hoc in eandem nobiscum fidei sententiam convenire videntur, licet verbis dissentiant.

2. **Auctoritatibus Graecorum ostendit Spiritum Sanctum procedere etiam a Filio.** Unde etiam quidam eorum catholici doctores, intelligentes

6 qualiter] et *add.* LRWX. 8 ipse] ipsi BCM. 12-13 Rubrica NTX, *om. alii codd.* 23 vel] et RVX. ‖ et] vel NVW. ‖ etiam] et OP. 24 licet] in *add.* LNRVWX.

1 Gal. 1, 8. 2 *In Ioan.,* tr. 98, n. 7 (PL 35, 1884; CCL 36, 581); apud Lomb., *Glossa* in Gal. 1, 8 (PL 192, 97 A-B). 3 Resp. I Thess. 3, 10: *ut videamus faciem vestram et compleamus ea quae desunt fidei vestrae.* 4 Resp. Ioan. 15, 26. 5 August., *De Trinit.,* XV, c. 27, n. 48 (PL 42, 1095; CCL 50A, 529); cf. infra, p. 121, lin. 1-2. « Gai. 4, 6. 7 Ioan. 16, 13.

Num. 4: Determinatio Magistri *Summam sent,* sequitur, necnon et Abaelardum (PL 178, 1078, 1076 B-C).

Cap. 2, num. 2-5: Omnes auctoritates desumuntur ex Abael., *Theologia « Scholarium»,* II, 14-15 (PL 178, 1077 A-D); de quibus cf. N. Haring, *The Porretans and the Greek Fathers,* in *Mediaeval Studies 24* (1962) 205-207.

unam eandemque fore sententiam praedictorum verborum, quibus dicitur Spiritus Sanctus procedere a Filio et esse Filii, professi sunt Spiritum Sanctum etiam a Filio procedere. Unde **Athanasius** in *Symbolo fideD:* «Spiritus Sanctus a Patre et Filio, non factus, non creatus, nec genitus, sed procedens ». Ecce Spiritum Sanctum aperte dicit procedere a Patre et Filio.

3. Didymus etiam, eorum maximus doctor, in libro *De Spiritu Sancto*[1] Spiritum Sanctum a Filio procedere dicit: «Salvator inquit, qui *et* Veritas[3]: *Non enim loquetur a semetipso,* hoc est non sine me et sine meo et Patris arbitrio, quia inseparabilis est a me et a Patris voluntate, quia ex se non est, sed ex Patre et me est. Hoc enim ipsum, quod subsistit et loquitur, a Patre et a me illi est». — Item [4]: «Spiritus Sanctus, qui est Spiritus veritatis Spiritusque sapientiae, non potest audire a Filio loquente quae nescit cum hoc ipsum sit quod profertur a Filio, id est procedens Deus de Deo, Spiritus veritatis procedens a Veritate, consolator manans ex consolatione ».

4. Item **Cyrillus** episcopus in *Epistola* Nestorio directa [5] ait: « Spiritus intelligitur per se, secundum quod Spiritus est, et non Filius, sed tamen non est alienus ab eo. Spiritus enim veritatis nominatur, et profluit ab eo sicut ex Deo Patre ».

5. Ioannes quoque **Chrysostomus**[6] in homilia quadam *De expositione Symboli* sic ait: « Iste est Spiritus Sanctus, procedens de Patre et Filio, qui dividit dona propria *prout vult*[2]». Idem in alia homilia[8]: «Credendum est Spiritum Sanctum Patris esse et Filii. Istum Spiritum Sanctum dicimus Patri et Filio coaequalem et procedentem de Patre et Filio. Hoc credite, ne *colloquia mala corrumpant bonos mores* [9] ». — Ecce a doctoribus Graecorum aperta habemus testimonia, quibus Spiritus Sanctus a Patre et Filio procedere ostenditur. *Omnis* ergo *lingua confiteatur* io Spiritum Sanctum .procedere a Patre et Filio.

4 non2] nec RVX. ‖ nec] non OP. 5 dicit] dixit LMNTVWX. 7 dicit] dixit LVX. 8 loquetur] loquitur NVX. 15 manans] manens LOPM. 25 colloquia mala] prava colloquia OP.

1 In symbolo *Quicumque,* sub nomine Athanasii in liturgia olim notissimo (inter opp. Athanasii, PG 28, 1582 B-1583 A; apud DS n. 75). 2 Num. 34 (PG 39, 1063 C-1064 A; inter opp. Hieron., PL 23 [1845], 133 A-B). 3 Ioan. 16, 13. 4 Ibid., η. 36 (PG 39, 1064 C-1065 A; PL 23, 134 A). 5 *Epist. 17* (PG 77, 118 C). « Immo Ioannes Mediocris, episc. Neapol., ut videtur, *Sermones* ***XXXI,*** sermo 26 *(De expositione Symboli* I): « Credo in Spiritum Sanctum... Iste est Spiritus procedens de Patre et Filio, qui singulis dividit propria dona prout vult» (PLS 4, 816). 7 Resp. I Cor. 12, 11. 8 Eiusdem *Sermo 27 (De exposit. Symboli* II): «Credendum est Spiritum Sanctum Patris esse et Filii... Natus de Spiritu Sancto. Istum Spiritum Sanctum dicimus Patri et Filio esse coaequalem et procedentem de Patre et Filio. Hoc credite, ne colloquia mala corrumpant vestros mores bonos» (PLS 4, 822). 9] Cor. 15, 33. 10 Resp. Phil. 2, 11.

DISTINCTIO XII

Cap. 1 (39).

1. **Utrum Spiritus Sanctus prius vel plenius procedat a Patre quam a Filio.** Item quaeritur, cum Spiritus Sanctus procedat a Patre et Filio, utrum prius vel magis processerit a Patre quam a Filio.

2. **Argumentatio haeretici** [1]. Quod nititur haereticus ostendere, ita dicens: Si processit Spiritus Sanctus de Patre, processit utique aut nato iam Filio, aut non nato Filio. Si vero iam nato Filio processit, ante natus est Filius.quam processerit Spiritus: praecesserit igitur nativitas Filii processionem Spiritus Sancti. Si autem processit a Patre non genito Filio, ante processit quam Filius genitus fuerit.

3. **Responsio Augustini ad id quod primo quaerebatur, scilicet an prius a Patre quam a Filio processerit.** His et huiusmodi quaestionibus, magis laboriosis quam fructuosis, respondit **Augustinus** in XV libro *De Trinitate* i dicens: « In illa summa Trinitate quae Deus est, intervalla temporum nulla sunt, per quae possit ostendi aut saltem requiri utrum prius de Patre natus sit Filius, et postea de ambobus processerit Spiritus Sanctus». « Numquid[2] ergo possumus quaerere utrum iam processerat de Patre Spiritus Sanctus quando natus est Filius, an nondum processerat et illo nato de utroque processit ? Non possunt prorsus ista ibi quaeri, ubi nihil ex tempore inchoatur ut consequenti perficiatur in tempore. Ideo, qui potest intelligere sine tempore generationem Filii de Patre, intelligat sint tempore processionem Spiritus Sancti de utroque ». — Ecce his verbis absoluta est quaestio illa, qua quaerebatur utrum prius processerit Spiritus Sanctus a Patre quam a Filio.

7 de] a LNRVW. 9 Spiritus] sanctus *add.* RTV. 13 processerit] processit BCMX. 24-25 prius processerit *trp.* OP.

1 Cap. 26, n. 45 (PL 42, 1092; CCL 50A, 524). 2 August., ibid., ŋ. 47 (PL 42, 1094; CCL 50A, 527).

Cap. 1: Magister hic sequitur ordinem Abaelardi, qui post disputationem *de Filioque* quaestionem hanc proposuit; cf. *Theologia «Scholarium»,* II, 14-15 (PL 178, 1078 B).

Cap. 2 (40).

1. **Hic agitur de eo quod secundo quaerebatur, scilicet an plenius vel magis processerit a Patre quam a Filio.** Nunc tractandum est quod secundo quaerebatur, scilicet an plenius vel magis procedat Spiritus Sanctus a Patre quam a Filio. — Ad quod dicimus quia, sicut non ante procedit a Patre quam a Filio, ita non magis vel plenius procedit a Patre quam a Filio.

2. **Quod Augustinus dicit Spiritum Sanctum principaliter procedere a Patre.** Augustinus tamen in XV libro *De Trinitate* i dicit quod Spiritus Sanctus principaliter procedit de Patre: « Non frustra, inquit, in hac Trinitate non dicitur Verbum Dei nisi Filius, nec Donum Dei nisi Spiritus Sanctus, nec de quo genitum est Verbum et de quo procedit principaliter Spiritus Sanctus nisi Deus Pater ». Ecce audisti quia Spiritus Sanctus principaliter procedit a Patre.

3. **Ex quo sensu dixerit principaliter procedere a Patre.** Sed ne hoc te turbaret, ipse continuo ex quo sensu dixerit, aperit subdens2: «Ideo addidi 'principaliter', quia et de Filio Spiritus Sanctus procedere reperitur; sed hoc quoque illi Pater dedit: non iam exsistenti et nondum habenti, sed quidquid unigenito Verbo dedit, gignendo dedit. Sic ergo eum genuit, ut etiam de illo Donum commune procederet, et Spiritus Sanctus spiritus esset amborum ». Ecce exposuit ipsemet quomodo Spiritus Sanctus principaliter procedat a Patre: non quia prius vel magis procedat a Patre quam a Filio, sed quia cum procedat a Filio, hoc ipsum habet Filius a Patre.

4. **Ex eodem sensu dicitur Spiritus Sanctus proprie procedere a Patre.** Ex eodem sensu etiam dicitur proprie procedere de Patre. Unde Hieronymus in *Expositione catholicae fidei Nicaenique Symboli!* ait: « Credimus in Spiritum Sanctum, qui de Patre procedit proprie ». Item 4: « Spiritum Sanctum verum Deum invenimus in Scriptura, et de Patre proprie

14-15 hoc te *trp.* BCNRV. 15 subdens] dicens VWX. 20-21 Sanctus om. BCLRVW. 24 a] de OP.

I Cap. 17, n. 29 (PL 42, 1081; CCL 50A, 503). 2 Ibid. 3 *Epist. 17 (Explanatio fidei ad Cyrillum),* n. 1 (inter opp. Hieron., PL 30 [1846], 176 D). Cf. E. Dekkers, Clavis *Patrum Latinorum,* in *Sacris erudiri* 32 (1961), nn. 633, 1746. 4 Ibid., n. 3 (PL 30, 179 C).

Cap. 2: Etiam hic librum Abaelardi (PL 178, 1078-1079) in manibus habuit Magister, sed textus ab eo prolatos amelioravit recurrendo ad originalia Augustini et Hilarii, non autem pseudo-Hieronymi.

esse ». Et item E « De Patre Filius, et Spiritus proprie et vere de Patre procedit ». Ecce aperte dicit Spiritum Sanctum proprie esse de Patre et proprie procedere a Patre. — Quod non ita est intelligendum, tamquam prius vel plenius a Patre procedat quam a Filio, sed quia hoc habet Pater a se, non ab alio, ut de ipso sit et procedat Spiritus Sanctus; Filius autem non a se, sed a Patre hoc habet, ut de ipso sit et procedat Spiritus Sanctus.

5. **Ex eodem sensu dicitur Spiritus Sanctus esse et mitti a Patre per Filium.** Forte etiam iuxta hanc intelligentiam dicitur Spiritus Sanctus a Patre mitti per Filium et a Patre esse per Filium. Unde **Hilarius,** ad Deum Patrem de Spiritu Sancto et Filio loquens, in XII libro *De Trinitatei* ait: «In Sancto Spiritu tuo, ex te profecto et per eum misso». Item 3; « Ante tempora Unigenitus tuus ex te natus manet, ita quod ex te per eum Sanctus Spiritus tuus est; quod etsi sensu non percipiam, tamen teneo conscientia: in spiritualibus enim rebus tuis hebes sum ». — Item in eodem 4: « Conserva hanc, oro, fidei meae religionem, ut quod in regenerationis meae Symbolo professus sum, semper obtineam: Patrem scilicet te, Filium tuum una tecum adorem, Sanctum Spiritum tuum, qui ex te per Unigenitum tuum est, promerear ». Ecce aperte dicit Spiritum Sanctum a Patre per Filium et mitti et esse. — Quod non est intelligendum, quasi a Patre per Filium minorem mittatur vel sit, sed quia ex Patre et Filio est et mittitur ab utroque; sed hoc ipsum habet Filius a Patre, ut ab ipso et sit et mittatur Spiritus Sanctus. Hoc ergo voluit significare **Hilarius,** distinctionem faciens in locutione, ut ostenderet in Patre esse auctoritatem. Inde est etiam quod Veritas, ostendens Patrem esse auctorem processionis qua procedit Spiritus a Filio, dixit in Evangelio 5; *De Patre procedit,* cum de Patre et Filio procedat Spiritus Sanctus.

6. **Augustinus in XV libro De Trinitate. Quaestio cur Filius dixit de Spiritu Sancto : A Patre procedit, cum ab utroque procedat** Unde **Augustinus** quaerit6; «Si de Patre et Filio procedit Spiritus Sanctus, cur

3 a] de LNR. 13 Sanctus Spiritus *trp.* BCO. 17 te] et *add.* BX, *add. interi.* TV. Sanctum Spiritum *trp.* BNRX. 24 est etiam *trp.* NRX. 28-29 Rubricae *om.* PRW.

1 Ibid. (PL 30, 179 D). 2 Num. 55 (PL 10, 469 A). 3 Ibid., n. 56 (PL 10. 470 A). 4 Ibid., n. 57 (PL 10, 471s). 5 Ioan. 15, 26. 6 *De Trinit.,* XV, c. 27, n. 48 (PL 42, 1095; CCL 50A, 529s), ea verba referens quae iam dixerat *In Ioan.* tr. 99, n. 8 (PL 35, 1889s; CCL 36, 587).

Num. 6: Cf. Lombard., *Glossa* in Oal. 4, 6 (PL 192, 139 B). Secundum *Glossam* pseudo-Pictaviensis in h. l., ad *Sicut Pater* (p. 121,11) Magister *Cave!* apposuit in margine: « Nota quod dicitur: 'sicut procedit de Patre' (p. 121, 9), quia 'sicut' non est nota expressae similitudinis...

Filius dixit F *De Patre procedit?* **Solvit** Cur putas, nisi quia solet ad eum referre etiam quod ipsius est, de quo et ipse est, sicut ait 2; *Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me?* **Simile locutionis genus** Si igitur hic intelligitur eius doctrina, quam tamen non dixit suam, sed Patris, quanto magis illic intelligendus est Spiritus Sanctus de ipso procedere, ubi sic ait: *De Patre procedit,* ut non diceret 'de me non procedit'. A quo autem habet Filius ut sit Deus: est enim de Deo Deus, ab illo habet utique ut etiam de illo procedat Spiritus Sanctus. Et ideo Spiritus Sanctus, ut etiam de Filio procedat sicut procedit de Patre, ab ipso habet Patre ». —l « Quapropter3, qui potest intelligere in eo quod ait Filius 4, *Sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit Filio vitam habere in semetipso,* non sine vita exsistenti iam Filio vitam Patrem dedisse, sed ita eum sine tempore genuisse, ut vita quam Pater Filio gignendo dedit, coaeterna sit vitae Patris qui dedit, intelligat etiam, sicut habet Pater in seipso ut de illo procedat Spiritus Sanctus, sic dedisse Filio ut etiam de illo procedat idem Spiritus Sanctus, et utrumque sine tempore. Ita ergo dictum est 'Spiritum Sanctum de Patre procedere', ut intelligatur: quod etiam procedit de Filio, de Patre esse Filio. Si enim quidquid habet, de Patre habet Filius, de Patre habet utique ut et de illo procedat Spiritus Sanctus. Sed nulla ibi tempora cogitentur quae habeant prius et posterius, quia ibi omnino nulla sunt ».

DISTINCTIO XIII

Cap. l (41).

Quare Spiritus Sanctus, cum sit de substantia Patris, non dicatur genitus vel filius, sed tantum procedere. Post haec considerandum est, « quantum a talibus quales nos sumus intelligi potest », cum Spiritus Sanctus

l Solvit *om.* BCPRVW. 11 dedit] et *add.* LOPX. 15 seipso] semetipso BCR *(Aug.).* ll etiam] et LMRWX, om. N *(Aug.).*

1 Ioan. 15, 26. 2 Ioan. 7, 16. 3 August., ibid., c. 26, n. 47 (PL 42, 1094; CCL 50A, 528). 4 Ioan. 5, 26.

Et similiter intelligendum est quod dicitur (sequitur b): *'Sicut Pater'* etc., quia non est similitudo in omnibus, quia *Pater* sic *habet vitam in semetipso,* quod a nullo, nec *sic dedit Filio habere vitam (in semetipso add.* n.), ut a nullo. Unde Magister hic in margine apposuit 'Cave!' » (b 39r; n 12a; p 51b). Quod verbum tamen in paucissimis codicibus invenimus: Paris. Nat. lat. 3025, 18d; 3033 (= 0), 13b: « Cave rursus » (manu cuiusdam glossatoris); Trecis Civit. 304, 14a: « Cave: non usquequaque sic a Filio ut a Patre a quo principaliter » (secunda manu).

Cap. 1-3: Cf. *Summa sent.,* I, 7 (PL 171, 1079 B-D; 176, 53 B-D); Roland., *Sent.,* 31s.

procedat de Patre et sit de substantia Patris, « cur non dicatur esse natus, sed potius procedere », et cur non dicatur filius. — Quare autem Spiritus Sanctus non dicatur vel sit natus, et ideo non sit filius, Augustinus ostendit in XV libro *De Trinitate* [1] ita dicens: « Si Spiritus Sanctus filius diceretur, amborum utique filius diceretur, quod absurdissimum est. Filius quippe nullus est duorum, nisi patris et matris; absit autem ut inter Deum Patrem et Deum Filium tale aliquid suspicemur! » « Absurdissime [2] ergo filius diceretur amborum », id est Patris et Filii; « amborum enim filius diceretur si eum ambo genuissent, quod abhorret ab omnium sanorum sensibus. Non igitur ab utroque est genitus, sed procedit ab utroque, amborum Spiritus ». His verbis ostenditur cur Spiritus Sanctus, cum sit de Patre, non tamen dicatur genitus vel filius.

Cap. 2 (42).

Cum Spiritus non dicatur genitus, cur Filius dicatur procedere. Cum autem Spiritus Sanctus non dicatur genitus, sed tantum procedens, quaeri solet cur Filius non dicitur tantum genitus, sed et procedens, sicut ipse in Evangelio Ioannis [3] ait: *Ego ex Deo processi* vel *exivi, et veni in mundum*. Non ergo tantum Spiritus Sanctus procedit a Patre, sed etiam Filius. — Ad quod dicimus quod, cum uterque procedat a Patre, dissimiliter tamen. Nam « Spiritus Sanctus, ut ait Augustinus in V libro *De Trinitate* [4], procedit a Patre non quomodo natus, sed quomodo datus » vel donum; Filius autem *processit* nascendo, *exiit* ut genitus. « Ac [5] per hoc illud elucescit ut potest, scilicet cur Spiritus Sanctus etiam non sit filius, cum et ipse a Patre exeat: ideo scilicet non dicitur filius, quia neque natus est, sicut Unigenitus; neque factus, ut per Dei gratiam in adoptionem nasceretur [6] sicut nos ».

Cap. 3 (43).

1. **Quod non potest distingui a nobis inter generationem Filii et processionem Spiritus Sancti.** Inter generationem vero Filii et processionem Spiritus Sancti, dum hic vivimus, distinguere non sufficimus.

9 ab om. LMNOR. 10 sensibus] sensus MNR. 19 quod2] quia OP. 24 scilicet] spiritus LNV.

1 Cap. 27, n. 48 (PL 42, 1095; CCL 50A, 530), unde et praemissum 'considerandum' partim verbotenus Magister excepit. 2 August., ibid., c. 26, n. 47 (PL 42, 1095; CCL 50A, 528s). 3 Ioan. 8, 42: *Ego enim ex Deo processi et veni;* 16, 27-28: *Ego a Deo exivi. Exivi a Patre et veni in mundum.* 4 Cap. 14, n. 15 (PL 42, 921; CCL 50, 222). 5 August., ibid. (PL 42, 920s; CCL 50, 222). 6 Resp. Gai. 4, 5-7.

2. **Quaestio Maximini.** Unde **Augustinus** Maximino praemissam quaestionem refricanti, scilicet quaerenti cur Spiritus Sanctus non diceretur filius, cum de Patris esset substantia, respondens sic ait 1: « Quaeris a me, si de substantia Patris est Filius, de substantia Patris est etiam Spiritus Sanctus, cur unus filius, et alius non sit filius ».

3. **Responsio Augustini. — Quod Pater est auctor processionis Spiritus Sancti.** « Ecce respondeo, sive capias sive non capias: De Patre est Filius, de Patre est Spiritus Sanctus, sed ille genitus est, iste procedens; ideo ille Filius est Patris, de quo est genitus; iste autem Spiritus utriusque, quoniam de utroque procedit. Sed ideo, cum de illo loqueretur, ait 2: *De Patre procedit,* quoniam Pater processionis eius est auctor, qui talem Filium genuit, et gignendo ei dedit ut etiam de ipso procederet Spiritus Sanctus. Nam nisi procederet etiam de ipso, non diceret discipulis 3: *Accipite Spiritum Sanctum,* eumque insufflando daret, ut a se quoque procedere significans aperte ostenderet flando, quod spirando dabat occulte. Quia ergo si nasceretur, non tantum de Patre, nec tantum de Filio, sed de ambobus utique nasceretur, sine dubio filius diceretur amborum. Ac per hoc, quia filius amborum nullo modo esset, non oportuit nasci eum de ambobus; amborum est ergo Spiritus procedendo de ambobus ».

4. **Hic dicit quod non valet inter illa duo distinguere.** « Quid autem inter nasci et procedere intersit, de illa excellentissima natura loquens explicare quis potest? Non omne quod procedit nascitur, quamvis omne procedat quod nascitur; sicut non omne quod bipes est, homo est, quamvis bipes sit omnis qui homo est. Hoc scio. Distinguere autem inter illam generationem et hanc processionem nescio, non valeo, non sufficio. Ac per hoc, quia et illa et ista est ineffabilis, sicut Propheta de Filio loquens ait 4: *Generationem eius quis enarrabit?* ita de Spiritu Sancto verissime dicitur: Processionem eius quis enarrabit? Satis sit ergo nobis quia non est a se ipso Filius, sed ab illo de quo natus est; non est a se ipso Spiritus Sanctus, sed ab illo de quo procedit, et quia de utroque procedit, sicut iam ostendimus ».

5. De Spiritu Sancto, quomodo ipse de Deo sit nec tamen ipse filius sit, quoniam procedendo, non nascendo legitur esse de Deo, iam superius 5 quantum visum est disputavimus.

5 filiusi] sit *add.* NVW *(Aug.).* 8 est etiam *add.* OP. ‖ estz *om.* OP *(Aug.).* 19 nasci eum *trp.* BCLVWX. 26 hanc] istam OPX. 28 ait *om.* OP.

1 *Contra Maximinum,* II, c. 14, n. 1 (PL 42, 770), ubi et tota responsio in num. 3-4. 2 Ioan. 15, 26. 3 Ioan. 20, 22. 4 Isai. 53, 8. 5 in cap. 1-2.

Cap. 4 (44).

1. **An Spiritus Sanctus debeat dici ingenitus.** Nunc considerandum est, cum Spiritus Sanctus non sit genitus, utrum debeat dici ingenitus.

2. Ad quod dicimus Spiritum Sanctum nec genitum nec ingenitum debere dici. Unde **Augustinus,** *Ad Orosium* 1, ait: « Spiritum Sanctum nec genitum nec ingenitum fides certa declarat: quia si dixerimus 'ingenitum', duos patres affirmare videbimur; si autem 'genitum', duos filios credere culpamur ». — Sicut enim solus Filius dicitur genitus, ita et solus Pater dicitur ingenitus, eo quod ab alio non sit. Unde **Augustinus** in XV libro *De Trinitate?·:* «Pater, inquit, solus non est de alio; ideo solus appellatur ingenitus, non quidem in Scripturis, sed in consuetudine disputantium et de re tanta sermonem qualem valuerint proferentium. Filius autem de Patre natus est, et Spiritus Sanctus de Patre principaliter, et communiter de utroque procedit. Ideoque, cum Spiritum Sanctum genitum non dicamus, dicere tamen non audemus ingenitum, ne in hoc vocabulo vel duos patres in illa Trinitate, vel duos qui non sunt de alio quispiam suspicetur ». Ecce his verbis aperte ostendit Spiritum Sanctum nec genitum nec ingenitum debere dici.

3. **Quod Hieronymus dicit Spiritum Sanctum ingenitum : quod videtur praedictis adversum.** **Hieronymus**' tamen in *Regulis definitionum contra haereticos* Spiritum Sanctum dicit esse ingenitum, his verbis: « Spiritus Sanctus Pater non est, sed ingenitus atque infectus. Pater non est, quia Patris est et in Patre est. Processionem habet ex Patre, et non nativitatem. Filius autem non est, quia genitus non est ». Ecce his verbis dicitur Spiritus Sanctus esse ingenitus; quod videtur adversari praemissis verbis **Augustini.**

4. **Determinatio : secundum diversas acceptiones dicit eos locutos.** Sed ut istam quae videtur repugnantiam de medio abigamus, dicimus quod

8 enim solus om. OP, *mg.* T. 10 Trinitate] ait *add.* OP. 12 valuerint] maluerint OP. 28 abigamus] abiciamus OP.

1 *Dialogus quaest. 65,* q. 2 (inter opp. August., PL 40, 734). 2 Cap. 26, ŋ. 47 (PL 42, 1095; CCL 50A, 528s). 3 Immo Syagrius Episcopus, *Regulae definitionum contra haereticos prolatae,* ŋ. 8 (ed. K. Künstle, *Antipriscilliana,* Freiburg 1905,152; PLS 3, 136).

Cap. 4: Quaestio sumitur ex *Summa sent.,* I, 7 (PL 171, 1079 B; 176, 53 B), sed responsio potius de Abaelardo, *Theologia « Scholarium »,* I, 6 (PL 178, 987 D-988 A), ubi etiam inveniuntur verba Augustini ad Orosium. Reliqua tamen ex fonte ignoto. De hoc capitulo cf. L. Ott, *Untersuchungen zur theologischen Briefliteratur der Frilhscholastik* (BOPTMA XXXIV, Miinster 1937) 314-322, ubi, positione Petri Abaelardi discussa et illa auctoris anonymi *Summae*

Hieronymus aliter acceperit nomen ingeniti, et aliter Augustinus. Accipit enim Augustinus 'ingenitum', qui vel quod ab alio non est; et secundum hoc de solo Patre dicitur. Hieronymus vero 'ingenitum' dicit non-genitum, et secundum hoc potest dici de Spiritu, cum Spiritus Sanctus non sit genitus.

5. **Ex verbis Hieronymi ostendit ex quo sensu dixerit Spiritum Sanctum ingenitum.** Quod autem Hieronymus ita acceperit, ostenditur ex verbis suis, quibus in eodem tractatu l utitur faciens talem divisionem: « Omne quod est, aut ingenitum est, aut genitum, aut factum ». — **Divisio haec notanda est diligenter!** — « Est ergo quod nec natum nec factum est; et est quod natum est et factum non est; et est quod nec natum nec factum est; et est quod factum est et natum non est; et est quod factum est et natum est et renatum est; et est quod factum est et natum est, et renatum non est. Nunc praepositorum singulis rebus subsistentiam destinemus. Quod ergo nec natum nec factum est, Pater est; non enim ab aliquo est. Quod autem natum est et factum non est, Filius est, qui a Patre genitus est, non factus. Quod iterum nec natum nec factum est, Spiritus Sanctus est, qui a Patre procedit. Quod etiam factum est et natum non est, caelum et terra, ceteraque quae sunt insensibilia. Quod autem factum et natum et renatum est, homo est. Quod vero factum est et natum est et renatum non est, animalia sunt ». Ecce his verbis ostendit Hieronymus se 'ingenitum' accipere 'non-genitum'. Aliter enim non esset praemissa divisio vera, scilicet 'omne quod est, aut ingenitum est, aut genitum, aut factum'. Atque in divisionis huius prosecutione, in assignatione ingeniti ubique ponit non-natum.

2 Accipit] accepit CLNVX. 4 potest dici *trp. p.* Spiritu (5) LNRX. 5 Spiritu sancto *add.* LRX. 9 ingenitum... genitum *trp.* LOPW. ‖ genitum] est *add.* OP. 11 natum2] est *add.* MRV. 14 subsistentiam] substantiam OP. 19 ceteraque] et cetera BCR, cunctaque X.

l Scii. Syagrius, in *Regulis definit.,* n. 1-2 (ed. cit. K. Künstle, 142; PL 17 [1845], 512 B-C).

sententiarum, cl. auctor doctrinam et fontes Lombardi exponit. Inter omnes theologos illius aetatis Magister primus fuit qui opusculum Hieronymi seu rectius Syagrii exspoliavit; unde potuit quaestionem profundius investigare et solutionem clariorem proponere. — Quod ad doctrinam attinet quam oppugnat Syagrius, cf. A. Orbe, *Doctrina trinitaria dei andnimo priscilianista 'De trinitate fidei catholicae',* in *Oregorianum* 49 (1968) 510-562.

DISTINCTIO XIV

Cap. 1 (45).

1. **Quod gemina est processio Spiritus Sancti.** Praeterea diligenter adnotandum est quod gemina est processio Spiritus Sancti: aeterna videlicet, quae ineffabilis est, qua a Patre et Filio ab aeterno processit; et temporalis, qua a Patre et Filio ad sanctificandam creaturam procedit. Et sicut ab aeterno communiter ac simul procedit a Patre et Filio, ita et in tempore communiter et simul ab utroque procedit ad creaturam, non divisim a Patre in Filium et a Filio ad creaturam. Unde **Augustinus** in XV libro *De Trinitate* 1 ait: « Spiritus Sanctus non de Patre procedit in Filium et de Filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul de utroque procedit, quamvis hoc Filio Pater dederit, ut sicut de se, ita etiam de illo procedat ».

2. **De temporali processione specialiter agitur.** De temporali autem processione **Beda** in homilia Dominicae I post Ascensionem2 ita loquitur: « Cum Spiritus gratia datur hominibus, profecto mittitur Spiritus a Patre, mittitur et a Filio; procedit a Patre, procedit et a Filio, quia et eius missio est ipsa processio ». His verbis aperte ostendit donationem gratiae Spiritus Sancti dici processionem vel missionem eiusdem. Sed cum donatio vel datio non sit nisi temporalis, constat quia et haec processio sive missio temporalis est. — Hanc quoque temporalem Spiritus processionem **Augustinus** in XV libro *De Trinitate*3 insinuat, dicens Spiritum Sanctum processisse a Christo quando post

5 et... aeterno] in filium et a filio in patrem M. ‖ ab aeterno] eternaliter et sine tempore NRTVW. 16 Spiritual] sancti *add.* BCV, *add. interi.* RTW.

1 Cap. 27, n. 48 (PL 42, 1095s; CCL 50A, 530). 2 *In Evang.,* II, hom. 10 (PL 94, 182 A; recensita ut hom. 16 in CCL 122, 290s). 3 Cap. 26, n. 45 (PL 42, 1093; CCL 50A, 525).

Cap. 1: Inter fontes huius capituli necnon et Distinctionis 15 annumerari debet redactio primitiva *Glossae* Lombardi in Rom. 11, 36, ubi agitur de processione temporali Spiritus Sancti (x 58d-59c; z 35d-36b). Hic tamen in parte dependet Magister ab Abaelardo, *Theol. « Scholarium»,* II, 17 (PL 178, 1082 D), vel a *Summa sent.,* I, 6 (PL 171, 1078 A; 176, 52 A): utrobique enim citantur verba Bedae. — De hac et sequentibus Distinctionibus, cf. Joh. Schupp, *Die Gnadenlehre des Petrus Lombardus,* Freiburg im Br. 1932, 216-242; necnon et Joh. Schneider, *Die Lettre vom Dreieinigen Gott...,* 93-111.

resurrectionem insufflavit in discipulos, his verbis: « Cum resurrexisset Christus a mortuis et apparuisset discipulis, insufflavit et ait E *Accipite Spiritum Sanctum,* ut eum etiam de se procedere ostenderet. Et ipse est *virtus* quae *de illo exibat,* ut legitur in Evangelio2*, et sanabat omnes* ». Et ut ostenderet hanc processionem Spiritus Sancti non esse aliud quam donationem vel dationem ipsius Spiritus, addit E « Post resurrectionem Dominus lesus bis dedit Spiritum Sanctum: semel in terra, propter dilectionem proximi; et iterum de caelo, propter dilectionem Dei »; « quia per ipsum Donum *diffunditur caritas in cordibus nostris4,* qua diligimus Deum et proximum ».

Cap. 2 (46).

1. **Quod aliqui dicunt ipsum Spiritum Sanctum non dari sed dona eius.** Sunt autem aliqui qui dicunt Spiritum Sanctum ipsum Deum non dari, sed dona eius, quae non sunt ipse Spiritus. Et ut aiunt, Spiritus Sanctus dicitur dari, cum gratia eius, quae tamen non est ipse, datur homini. Et hoc dicunt B e d a m sensisse in superioribus verbis 5, quibus dicit Spiritum Sanctum procedere, cum ipsius gratia datur hominibus, tamquam non ipsemet detur, sed eius gratia.

2. **Quod ipse Spiritus Sanctus qui Deus est datur et mittitur.** Sed quod ipse Spiritus Sanctus qui Deus est et tertia in Trinitate persona detur, aperte ostendit **Augustinus** in XV libro *De Trinitate* 6, ita dicens: « Eundem Spiritum Sanctum datum cum insufflasset lesus, de quo mox ait?: *Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti,* ambigere non debemus. Ipse est igitur qui etiam de caelo datus est die Pentecostes8. Quomodo ergo Deus non est, qui dat Spiritum Sanctum? immo quantus Deus est qui dat Deum? » Ecce his verbis aperte dicit Spiritum Sanctum ipsum, scilicet Deum, dari hominibus a Patre et Filio.

12 ipsum *om.* BCLTX. 14 Spiritual] sanctus *add.* OP. 26 Deum] eum OP, *quod corr.* O.

1 Ioan. 20, 22. 2 Luc. ü, 19. 3 Ibid. ŋ. 46 (PL 42, 1093; CCL 50A, 525). 4 Resp. Rom. 5, 5. s In cap. 1, num. 2 (p. 126, lin. 16-18). 6 Cap. 26, n. 46 (PL 42, 1093; CCL 50A, 525s). ' Matth. 28, 19. 8 Resp. Act. 2, 1-4.

Cap. 2: Secundum J. Schupp (op. cit., 218, nota 11) forsitan Abaelardus hic opponitur; sed utrum ita sit, nescimus. Cf. tamen Abael., *Expositio in Rom.* 5, et *Theol. «Scholarium»,* ■II, 17 (PL 178, 860 B, 1083 B); clarius forte in *Sent.* Hermanni, c. 15 (PL 178, 1717 D).

3. Et quod ipse Spiritus Sanctus qui Deus est ac tertia in Trinitate persona nobis detur, nostrisque infundatur atque illabatur mentibus, aperte ostendit **Ambrosius** in I libro *De Spiritu Sancto* i, dicens: « Licet multi dicantur spiritus, quia legitur2: *Qui jacit angelos suos spiritus,* unus tamen est Dei Spiritus. Ipsum igitur unum Spiritum et Apostoli et Prophetae sunt consecuti; sicut etiam Vas electionis dicit3 quia *unum Spiritum potavimus,* quasi eum qui non queat scindi, sed infundatur animis et sensibus illabatur, ut saecularis sitis restringat ardorem. Qui Spiritus Sanctus non est de substantia corporalium, nec de substantia invisibilium creaturarum ». His verbis aperte dicit Spiritum Sanctum ipsum, qui creatura non est, infundi mentibus nostris.

4. Item in eodem 4: « Omnis mutabilis est creatura, sed non mutabilis Spiritus Sanctus ». « Quid 5*autem dubitem dicere quia datus est et Spiritus Sanctus, cum scriptum sit 6: *Caritas Dei dijjusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis?»* «Qui7*cum sit inaccessibilis natura 8, receptabilis tamen propter bonitatem suam nobis est, complens virtute omnia, sed qui solis participetur iustis, simplex substantia, opulens virtutibus, unicuique praesens, dividens de suo singulis 9 et ubique totus ». « Incircumscriptus io igitur et infinitus Spiritus Sanctus, qui discipulorum sensus separatorum infudit, quem nihil potest fallere. Angeli ad paucos mittebantur, Spiritus autem Sanctus populis infundebatur. Quis igitur dubitet quin divinum sit, quod infunditur simul pluribus nec videtur? » « Unus 11 est Spiritus Sanctus qui datus est omnibus, licet separatis, Apostolis ». Et hic aperte dicit **Ambrosius** quod Spiritus Sanctus, qui est substantia simplex, cum sit unus, datur pluribus.

5. Alia quoque auctoritate hoc idem adstruitur, scilicet quod Spiritus Sanctus qui est aequalis Filio hominibus detur. Ait enim **Augustinus,** *De verbis Apostoli* 12, sic: « *Caritas Dei dijjusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis* 13. A quo datur? Ab illo qui *dedit dona hominibus* 14. Quae dona? Spiritum Sanctum, qui tale dat

1 ac] et OP. 8 saecularis] singularis OP, *quod corr.* O2. 22 igitur] ergo OPX. 11 simul *om.* BOP, *interi.* C, *mg.* MT. 28 Apostoli, sic] apostoli: Sic OPW.

1 Cap. 4-5, nn. 60-62 (PL 16 [1845], 719 B-C; CSEL 79, 40s). 2 Ps. 103, 4. 3 Resp. I Cor. 12, 13; de vase electionis cf. Act. 9, 15. *4 De Spiritu Sancto,* I, c. 5, n. 64 (PL 16, 720 B; CSEL 79, 42). s Ibid., n. 66 (PL 16, 721 A; CSEL 79, 43). « Rom. 5, 5. ' Ibid., n. 72 (PL 16, 722 A; CSEL 79, 45). 8 Resp. I Tim. 6, 16. 9 Resp. I Cor. 12, 11. 10 Ibid., c. 7, n. 82 (PL 16, 724 B; CSEL 79, 49s). n Ibid., n. 81 (PL 16, 724 A; CSEL 79, 49). *12 Sermo 128,* c. 2, n. 4 (PL 38, 715); verbotenus apud Lomb., *Glossa* in Rom. 5, 5 (PL 191, 1381 B). 13 Rom. 5, 5. 14 Eph. 4, 8.

donum qualis est ipse. Magna est misericordia eius: donum dat aequale sibi, quia donum eius Spiritus Sanctus est ».

6. Praemissis et aliis pluribus auctoritatibus aperte monstratur quod Spiritus Sanctus aequalis Patri et Filio nobis datur. Nec ideo tamen minor est Patre et Filio; unde **Augustinus** in IV libro *De Trinitate*[1]: « Non ideo, inquit, minorem Spiritum Sanctum, quia et eum Pater misit et Filius, arbitrandum est ».

Cap. 3 (47).

1. **An viri sancti Ecclesiae praelati dent vel dare possint Spiritum Sanctum.** Hic quaeritur utrum et sancti viri dent vel dare possint aliis Spiritum Sanctum.

2. **Quod non datur hic ostendit prius.** Quem si aliis dant, cum eius donatio supra sit dicta processio, videtur ab eis procedere Spiritus Sanctus vel mitti. Sed Creator a creatura non procedit vel mittitur; restat ergo ut ipsi non dent Spiritum Sanctum nec dare possint. — Unde **Augustinus** in XV libro *De Trinitate*[2]: «Non aliquis discipulorum Christi dedit Spiritum Sanctum. Orabant quippe ut veniret in eos quibus manum imponebant[3], non ipsi eum dabant. Quem morem in suis praepositis etiam nunc servat Ecclesia. Denique et Simon Magus[4], offerens Apostolis pecuniam, non ait: *Date et mihi hanc potestatem,* ut dem Spiritum Sanctum, sed: *cuicumque* inquit *imposuero manus, accipiat Spiritum Sanctum*. Quia nec Scriptura superius[5] dixerat: Videns autem Simon quia Apostoli darent Spiritum Sanctum, sed dixerat: *Videns autem Simon quia per impositionem manuum Apostolorum datur Spiritus Sanctus* ». Ecce his verbis ostendit **Augustinus** nec Apostolos nec alios praelatos Ecclesiae dedisse vel dare Spiritum Sanctum.

3. **Quod non possunt dare Spiritum Sanctum hic docet.** Et quod plus est, non posse etiam dare, dicit in eodem libro[6] subdens: « De Christo

1 est ipse *trp.* CRT. 10 dare possint *trp.* BCMTVWX. 12 datur] dant BCV, dent X. 14 ergo] igitur OP. 20 et *om.* BCX. 24 datur] daretur X *(Vulg., Aug.),* dabatur LV. 27 non] nec LMRTVW.

1 Cap. 21, n. 32 (PL 42, 910s; CCL 50, 205). 2 Cap. 26, n. 46 (PL 42, 1093; CCL 50A, 526). 3 Resp. Act. 8, 15. 4 Act. 8, 19. 5 Act. 8, 18. 6 August., *De Trinit.,* XV, c. 26, η. 46 (PL 42, 1094; CCL 50A, 527).

Cap. 3. Cf. A. M. Landgraf, « *Potestas auctoritatis, ministerii, excellentiae* » *und der Streit um die* v *Potestas, quam Christus potuit dare servis et non dedit* », in *Dogmengeschichte der Friihscholastik* III-1, Regensburg 1954, 169-185; agitur inprimis de doctrina in libro IV, d. 5, c. 2, quae tamen etiam hic implicatur.

scriptum est [1] quod acceperit a Patre promissionem Spiritus Sancti et effuderit; in quo utraque natura monstrata est, humana scilicet et divina. Accepit quippe ut homo, effudit ut Deus. Nos autem accipere quidem hoc donum possumus pro modulo nostro, effundere vero super alios non utique possumus, sed ut hoc fiat, Deum super eos, a quo id efficitur, invocamus ». His verbis expresse dicit nos Spiritum Sanctum non posse super alios effundere, id est aliis dare.

3. **Quod videtur contrarium.** Sed huic videtur contrarium quod Apostolus, Ad Galatas, de se loquens ait[2]: *Qui tribuit vobis Spiritum et operatur virtutes in vobis.* Ecce evidenter dicit se tribuisse Spiritum. — **Determinatio** * — Sed intelligendum est Apostolum dixisse hoc, non quia haberet potestatem et auctoritatem dandi Spiritum, sed quia ministerium habuerit, in quo dabatur a Deo Spiritus Sanctus. Ut enim ait **Augustinus**[3] super eundem locum, exponens illud Apostoli verbum, «ab Apostolo praedicata est eis fides, in qua praedicatione adventum et praesentiam Sancti Spiritus senserant, sicut illo tempore, in novitate invitationis ad fidem, etiam sensibilibus miraculis praesentia Sancti Spiritus apparebat, ut in Actibus Apostolorum legitur [4] ». Aperte hic ostendit quomodo illis Spiritum Sanctum Apostolus tribuerit, non utique ipsum mittendo in eos, sed praedicando eis fidem Christi; quam illis recipientibus, quod Spiritus Sanctus in eis esset aliquibus signis visibilibus monstrabatur. Non ergo homines, quantumcumque sancti, dare possunt Spiritum Sanctum.

DISTINCTIO XV

Cap. 1 (48).

1. **Utrum Spiritus Sanctus a se ipso detur.** Hic considerandum est, cum Spiritus Sanctus detur hominibus a Patre et Filio, quod est ipsum

13 habuerit] habuit BCLNRVWX. 17 miraculis] mirabilibus OP. ‖ Sancti Spiritus *trp.* LOP. 18 Apostolorum *om.* OP.

1 Resp. Act. 2, 23: *Et promissione Spiritus Sancti accepta a Patre, effudit,* etc. 2 Gal. 3, 5. 3 *In Epist. ad Gat.,* η. 20 (PL 35, 2117s). ♦Resp. Act. 2, 2-3.

Num. 3: Cf. Lombardi *Glossa* in Gal. 3, 2, ubi citatur Augustinus; et 3, 5, ubi proponitur distinctio inter potestatem et ministerium (PL 192, 119 B, 120 C-D).

Cap. 1: Fons huius capituli habetur in *Glossa* ipsius Lombardi in epistolas S. Pauli. — Num. 1-2: Quaestio hic transfertur de redactione primitiva *Glossae* in Rom. 11, 36, ubi sic legitur: « Quaeritur autem utrum possit dici Spiritus Sanctus procedere vel mitti a se, sicut

temporaliter procedere ab utroque vel mitti, utrum etiam a se ipso detur. Si datur a se, et procedit vel mittitur a se.

2. Ad quod dicimus quia Spiritus Sanctus et Deus est et donum sive datum; et ideo et dat et datur. Dat quidem in quantum Deus, et datur in quantum donum. Cum autem donatio sive datio Spiritus Sancti sit operatio Dei, et communis sit et indivisa operatio trium personarum, donatur itaque Spiritus Sanctus non tantum a Patre et Filio, sed etiam a se ipso. — Unde **Augustinus** in XV libro *De Trinitate* [1] dicit quod se ipsum dat: « Sicut, inquit, corpus carnis nihil est aliud quam caro, sic donum Spiritus Sancti nihil est aliud quam Spiritus Sanctus. In tantum ergo donum Dei est, in quantum datur eis quibus datur. Apud se autem Deus est, etsi nemini datur, quia Deus erat Patri et Filio coaeternus antequam cuiquam daretur. Nec quia illi dant et ipse datur, ideo minor est illis. Ita enim datur sicut donum Dei, ut etiam se ipsum det sicut Deus. Non enim dici potest non esse suae potestatis, de quo dictum est[2]: *Spiritus ubi vult spirat*». Ecce aperte dicit quod Spiritus Sanctus se ipsum dat.

3. Si enim Spiritus Sanctus se ipsum dare non potest, et eum Pater dare potest et Filius, potest itaque Pater aliquid et Filius, quod non potest Spiritus Sanctus. Item, si Pater et Filius dant Spiritum Sanctum, nec ipse dat, aliquid ergo Pater operatur et Filius, quod non operatur Spiritus Sanctus; dat ergo Spiritus Sanctus se ipsum. Si autem se ipsum dat, tunc et a se ipso procedit et mittitur. Quod utique verum est. Nam processio temporalis Spiritus Sancti vel missio, ipsius est donatio, et ipsa est Dei operatio. Procedit ergo Spiritus Sanctus temporaliter a se et mittitur a se, quia datur a se.

4. **Non est mirum si Spiritus Sanctus dicitur mitti vel procedere a se, cum etiam Filius dicatur mitti a se.** Ne autem mireris quod Spiritus Sanctus

3 quia] quod CMRVX. 9 est aliud *trp.* COP. 10 est aliud *trp.* OP. 14 donum Dei *trp.* LMNRTVWX.

1 Cap. 19, n. 36 (PL 42, 1086; CCL 50A, 513). 2 Ioan. 3, 8.

dicitur procedere et mitti a Patre et Filio, et Filius a se mitti vel procedere vel a Spiritu Sancto dici possit. Quod videtur, cum ipsa processio vel missio temporalis operatio Dei esse videatur, et omnis Dei operatio communis sit trium personarum » (x 58d; z 35d). Dein, post quasdam auctoritates Augustini, quae hic infra repetuntur, concluditur: « Ecce ex his auctoritatibus concedi oportere videtur quod Filius a Patre et a se ipso et a Spiritu Sancto mittatur, et quod Spiritus Sanctus non solum a Patre et Filio, sed etiam a seipso detur » (x 59b; z 36a).

Num. 2: Verba Augustini iam inveniuntur in *Glossa* in I Cor. 12, 11 (PL 191, 1653 D-1654 A, ubi erronee intercalatur quaedam auctoritas *De fide ad Petrum* quae infra repetitur). — Num. 4: Cf. *Glossa* in Gal. 4, 4 (PL 192, 136 B), unde quaedam verba desumuntur.

dicitur mitti vel procedere a se, nam et de Filio Dei dicit **Augustinus** in II libro *De Trinitate* i quod non tantum a Patre missus est, sed 'etiam a se ipso et a Spiritu Sancto; quaerens quomodo Filius vel Spiritus Sanctus sit missus, cum uterque sit ubique tamquam Deus. — Nam uterque, inquit **Augustinus,** legitur missus. De Spiritu enim Sancto legitur 2: *Quem mittet Pater in nomine meo;* et item 3; *Si abiero, mittam eum ad vos.* Et Filius de se dicit 4: *Exivi a Patre et veni in mundum.* Et Apostolus dicit 5: *Misit Deus Filium suum.* — In Propheta autem scriptum est ex persona Dei 6; *Caelum et terram ego impleo.* Itaque ubique Deus est; ubique ergo est Filius, ubique etiam est Spiritus Sanctus. Illuc ergo, missus est Filius et Spiritus Sanctus, ubi erant.

Cap. 2 (49).

Quomodo intelligenda sit missio utriusqué. « Quocirca quaerendum est quomodo intelligatur missio Filii vel Spiritus Sancti. Pater enim solus, inquit **Augustinus** in eodem 7, nusquam legitur missus », sed Filius et Spiritus Sanctus. — Et de Filio primum videamus quomodo missus. « Apostolus dicit8: *Misit Deus Filium.suum factum ex muliere,* ubi satis ostendit eo ipso missum Filium, quo factum ex muliere. Proinde mitti a Patre sine Spiritu Sancto non potuit, quia Pater intelligitur misisse eum cum fecit ex femina: quod utique non fecit sine Spiritu Sancto ». Ecce hic dicit Filium missum a Patre et Spiritu Sancto.

Cap. 3 (50).

Quod a Spiritu Sancto Filius sit missus auctoritatibus confirmat. Et quod a Spiritu Sancto missus sit, ut ait **Augustinus** in eodem 9, auctoritatibus confirmatur. Ipse Christus dicit per Isaiam 10; *Nunc misit me Dominus et Spiritus eius.* De hoc **Ambrosius** in II libro *De*

26 II libro *trp.* BCLMNRTW.

1 Cap. 5, n. 7 (PL 42, 848s; CCL 50, 88). 2 Ioan. 14, 26. 3 Ioan. 16, 7. 4 Ioan. 16, 28. 5 Gal. 4, 4. 6 Ier. 23, 24. 7 *De Trinit.,* II, c. 5, n. 8 (PL.42, 849; CCL 50, 89), ubi et textus immediate sequens. 8 Gal. 4, 4. 9 Ibid. (PL 42, 849s; CCL 50, 89s). 10 Isai. 48, 16.

Cap. 2: Verba Augustini hic citantur uti iacent in redactione prima *Glossae* in Rom. 11, 36 (x 59a; z 35d), et partim in *Glossa* superlaudata in Gal. *4, 4.*

Spiritu Sancto i ita ait: « Quis est qui dicit: *Misit me Dominus et Spiritu,s eius,* nisi qui venit a Patre ut salvos faceret peccatores », id est Christus? «Ergo et Pater Filium misit *et* Spiritus». — Idem in eodem2: «Datus est a Patre, ut Isaias dicit3: *Puer natus est nobis et filius datus est nobis.,* Datus est, audeo dicere, et a Spiritu, quia et a Spiritu missus est». «Dicit4 enim Filius Dei5: *Spiritus Domini super me: propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, praedicare captivis remissionem* etc. Quod cum de libro Isaiae legeret, ait in Evangelic6: *Hodie completa est haec Scriptura in auribus vestris,* ut de se dictum esse signaret ». « Bene autem dixit *super me,* quia quasi filius hominis et unctus est et missus ad praedi^ candum »; «nam2 secundum divinitatem non super Christum est Spiritus, sed in Christo». Ecce his verbis ostendit **Ambrosius** Filium esse missum et datum nobis non tantum a Patre, sed etiam a Spiritu Sancto.

Cap. 4 (51).

1. **Quod Filius sit datus etiam a se ipso. — Ambrosius** ? Deinde ostendit esse datum etiam a se ipso, ita dicens in eodem libro 8: « Curri non definitum fuerit per Prophetam a quo datus sit Filius, ostenditur datus gratia Trinitatis, ut etiam ipse Filius dederit ». Ecce hic dicit quod Filius se dedit, quia Trinitas eum dedit. Si autem Filius a se datus est, a se igitur missus est, a se processit. Et hoc utique verum est, et concedi oportet, cum eius missio sit divina operatio.

2. **Quod Filius sit missus a se.** Quod autem a se mittatur, **Augustinus** adstruit in libro II *De Trinitate 9* dicens: « Forte aliquis cogat ut dicamus etiam a. se ipso missum esse Filium, quia Mariae conceptus et partus operatio Trinitatis est. Sed, inquit aliquis, quomodo Pater eum misit, si ipse se misit? Cui respondeo quaerens ut dicat quomodo éüm Pater sanctificavit, si ipse se sanctificavit. Utrumque enim Dominus ait ıθ: *Quem Pater,* inquit, *sanctificavit et misit in hunc mundum·,* et alibi: *Ego pro*

12 Ecce] ex *add.* BCM.

i Immo in l. III, c. 1, nn. 7-8 (PL 16 [1845], 778 C; CSEL 79, 152s). 2 Ibid., c. 2, n. 9 (PL 16, 779 A; CSEL 79, 153). 3 Isai. 9, 6. 4 Ambrosius, ibid., c. 1, nn. 1-2 (PL 16, 777 B; CSEL 79, 150), ubi et textus immediate sequens. s Luc. 4, 18-19; resp; Isai. 61, 1. 6 Luc. 4, 21. 7 Ibid., n. 6 (PL 16, 778 A; CSEL'79, 151). « Ibid., c. 2, n. 9 (PL 16, 779 B; CSEL 79, 153). ' Cap. 5, n. 9 (PL 42, 850s; CCL 50, 90ss). 10 Ioan. 10, 36; deinde 17, 19.

Num, 2: Auctoritas Augustini iam proponitur in redactione prima *Glossae* in. Ropr.. 11, 36. (x 59a-b; z 35d-36a). /

eis sanctifico me ipsum. Item quaero quomodo Pater eum tradidit, si ipse se tradidit. Utrumque enim legitur 1. Credo respondebit, si probe sapit: quia una voluntas est Patris et Filii, et inseparabilis operatio. Sic igitur intelligat illam incarnationem et ex Virgine nativitatem, in qua Filius intelligitur missus, una eademque operatione Patris et Filii inseparabiliter esse factam, non inde separato Spiritu Sancto. Ergo a Patre et Filio missus est idem Filius, quia a Patre et Verbo eius factum est ut mitteretur, id est incarnatus hominibus appareret. Non enim missus est mutando locum, quia *in mundo erat* 2. Quapropter Pater invisibilis, una cum Filio secum invisibili, eundem Filium visibilem faciendo, misisse eum dictus est. Qui, si ita visibilis fieret ut cum Patre invisibilis esse desisteret, id est si substantia invisibilis Verbi in creaturam visibilem mutata et transiens verteretur, ita missus a Patre intelligeretur Filius, ut tantum missus, non etiam cum Patre mittens inveniretur. Cum vero sic accepta est *forma servi,* ut maneret incommutabilis *forma Dei* 3, manifestum est quod a Patre et Filio non apparentibus factum sit quod appareret in Filio, id est ab invisibili Patre cum invisibili Filio idem ipse Filius visibilis mitteretur ».

3. **Summatim colligitur quae ex praedictis adstruuntur.** Ex supradictis aperte monstratur quod Filius missus est a Patre et a Spiritu Sancto et a se ipso, et quae sit ipsa missio, scilicet incarnatio, id est quod factus est homo, per quod visibilis apparuit; quod est opus commune Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Cap. 5 (52).

Quaestio cur dicit: A me ipso non veni. Sed ad hoc opponitur: Si Filius a se ipso missus est, cur ergo ait 4: *A me ipso non veni?* — **Solutio.** Ad hoc Augustinus respondet in II libro *De Trinitate* 5 dicens

7 et] a *add.* BCOPVX. 18 visibilis] invisibilis BCMOPRW. 27 respondet] respondit BCM.

1 In originali, Augustinus citat tam Rom. 8, 32: *Pro nobis omnibus tradidit illum;* quam Gal. 2, 20: *Qui me dilexit et tradidit se ipsum [semetipsum* Vulg.] *pro me.* 2 Resp. Ioan. 1,10. 3 Phil. 2,6-7: *Cum in forma Dei esset...formam servi accipiens.* 4 Ioan. 7, 28; 8, 42. 5 Cap. 5, n. 9 (PL 42, 851; CCL 50, 92s).

Cap. 5: Partim in eadem *Glossa* primitiva (x 59b; z 36a). — Cap. 6-7: In suo tractatu primitivo de processione et missione Filii et Spiritus Sancti non tangit Lombardus quaestionem de duplici missione temporali eorum (de illa Spiritus Sancti, cf. infra Dist. 16, c. 1), sed loquitur solum de eorum duplici processione. En sua verba: « Eodem modo dicendum est

hoc dictum esse « secundum formam servi, secundum quam non fecit ut mitteretur », id est non est operatus incarnationem, sed secundum formam Dei.

Cap. 6 (53).

Utrum semel tantum missus sit Filius an saepe. Hic quaeritur utrum semel tantum missus sit Filius, an saepe mittatur. Si enim missio Filii ipsius tantum incarnatio est, cum semel tantum incarnatus sit, et semel tantum videtur missus. At si saepe mittitur, est et alia eius missio quam incarnatio. Sed quae est illa ? Numquid aeterna genitura missio eius dicenda est, an etiam alia missio quaerenda est ?

Cap. 7 (54).

Quod duobus modis dicitur Filius mitti. Ad quod dicimus quod duobus modis dicitur Filius mitti, praeter illam aeternam genituram quae ineffabilis est, secundum quam etiam missus posset dici, ut videtur quibusdam; sed melius ac verius secundum eam dicitur genitus. Praeter eam igitur, duobus modis dicitur mitti, scilicet vel cum visibiliter mundo apparuit carne indutus, vel cum *se in animas pias* sic *transfert* [1] ut ab eis percipiatur ac cognoscatur. — Hos duos missionis modos **Augustinus** aperte distinguit in IV libro *De Trinitate*[2] dicens: «Non eo ipso quod de Patre natus est, missus dicitur Filius, sed vel eo quod apparuit huic mundo Verbum caro factum, unde dicit [3]; *A Patre exivi et veni in mundum;* vel eo quod ex tempore cuiusquam mente percipitur, sicut dictum

5 Utrum'] An OP. 6 semel tantum *trp.* LRV. 10 dicenda est *trp.* LOP. 21 factum] est *add.* NOPRV.

1 Resp. Sap. 7, 27. 2 Cap. 20, nn. 28 et 27 (PL 42, 907; CCL 50, 198, 197, 199. 3 loan. 16, 28.

de processione Filii temporali et processione temporali Spiritus Sancti. Temporalis enim processio Filii missio est, et temporalis processio Spiritus Sancti donatio est. Aeterna autem processio Filii est ineffabilis genitura qua ex solo Patre est ut genitus (unigenitus z). Aeterna vero processio Spiritus Sancti est qua ineffabiliter a Patre et Filio procedit ut donum. Uterque ergo procedit, sed Filius quomodo genitus aeternaliter, qui tamen et temporaliter datus est nobis. Spiritus Sanctus vero, non quomodo genitus, sed quomodo donum vel donatum: quomodo donum, aeternaliter processit; quomodo datum vel donatum, temporaliter procedit » (x 59b; z 36a). Postea autem auctoritas Augustini (hic in c. 7) marginibus adiecta fuit ad eandem redactionem Glossae *(in imo folio* z 36r). — Cf. etiam Glossa in Gal. 4, 4 (PL 192, 136 A-C).

est de Sapientia E *Emitte illam de caelis sanctis tuis et a sede magnitudinis tuae, ut mecum sit et mecum laboret,* id est doceat me laborare. Et tunc unicuique mittitur, cum a quoquam cognoscitur atque percipitur, quantum cognosci et percipi potest pro captu vel proficientis in Deum, vel perfectae in Deo animae rationalis ».

Cap. 8 (55).

1. **Quod secundum alterum semel, secundum alterum saepe sit missus; et secundum alterum ut sit homo, et secundum alterum ut sit cum homine.** Ecce distincti sunt duo modi missionis Filii, et secundum alterum semel tantum missus est Dei Filius, secundum alterum saepe missus est et mittitur quotidie. Nam secundum alterum missus est ut sit homo, quod semel tantum factum est; secundum alterum vero mittitur ut sit cum homine, quo modo quotidie mittitur ad sanctos, et missus est etiam ante incarnationem ad omnes sanctos qui ante fuerunt, et etiam ad angelos. — Unde Augustinus de Filio, id est de Sapientia Patris, loquens in IVlibro *De Trinitate?*· ait: «Aliter Sapientia mittitur ut sit cum homine, aliter missa est ut sit homo. *In animas enim sanctas se transfert, et amicos Dei et prophetas constituit*3, sicut etiam implet sanctos Angelos. Sed cum *venit plenitudo temporis 4,* missa est non ut impleret Angelos, nec ut esset Angelus, nec ut esset cum hominibus vel in hominibus, ut antea in Patribus erat et in Prophetis, sed ut ipsum Verbum fieret caro, id est homo ».

2. **Quod secundum alterum modum dicitur missus in mundum, secundum alterum non.** Praeterea notandum est quod, cum his duobus modis mittatur Filius, secundum alterum dicitur missus in mundum, secundum alterum vero non. Eo enim modo missus in mundum dicitur, quo visibilis mundo apparuit. Unde Augustinus in eodem libro5 ait; « Cum ex tempore cuiusque mente percipitur, mitti quidem dicitur, sed non in hunc mundum. Non enim sensibiliter apparet, id est corporeis sensibus praesto est. Nam et nos secundum quod mente aliquid aeternum capimus, non in hoc mundo sumus; et omnium iustorum spiritus, etiam in carne viventium, in quantum divina sapiunt, non sunt in hoc mundo ». Ex praedictis liquet quod praeter ineffabilem genitu-

16 Sapientia *om.* MNRX, *add. interi.* L. 22 modum *om.* OP. 27 cuiusque] cuiusquam LNTV. 29 nos] etiam *add.* BCOPT.

1 Sap. 9, 10. 2 Cap. 20, n. 27 (PL 42, 907; CCL 50, 197). 3 Sap. 7, 27.
4 Resp. Gal. 4, 4. 5 Cap. 20, n. 28 (PL 42, 907s; CCL 50, 199).

ram duobus modis mittitur Filius, scilicet cum visibiliter apparuit, vel invisibiliter percipitur mente.

Cap. 9 (56).

Cur Pater non dicitur missus cum ab aliquo cognoscitur, ut Filius. Hic quaeritur cur Pater non dicitur missus cum ex tempore a quoquam cognoscitur, sicut Filius. — Ad quod dicimus quod in eo est principii auctoritas, qui non habet de quo sit, a quo Filius est et Spiritus Sanctus. « Pater enim est, ut ait Augustinus in eodem libro 1, principium totius divinitatis, vel si melius dicitur, deitatis », quia principium est Filii et Spiritus Sancti. Nam, ut ait Augustinus in eodem 2, « si voluisset etiam Deus Pater per subiectam creaturam visibiliter apparere, absurdissime tamen aut a Filio, quem genuit, aut a Spiritu Sancto, qui de illo procedit, missus diceretur ». Congruenter autem ille missus dicitur, qui in carne apparuit; misisse autem ille, qui in ea non apparuit.

Cap. 10 (57).

Putaverunt quidam Filium et Spiritum Sanctum minores fuisse Patre quia missi dicuntur. Ideoque putaverunt quidam haeretici, cum Pater non sit missus, sed Filius et Spiritus Sanctus, Patrem maiorem ac Filium minorem, et Spiritum Sanctum; atque Patrem quasi maiorem misisse utrumque quasi minorem. — Quod Augustinus improbat in IV libro *De Trinitate* 3, illis contradicens: « Non ideo, inquit, arbitrandum est minorem esse Filium, quod missus est a Patre; nec ideo minorem Spiritum Sanctum, quia et Pater eum misit et Filius. Sive enim propter visibilem creaturam, sive potius propter principii commendationem, non propter inaequalitatem vel imparilitatem vel dissimilitudinem substantiae, in Scripturis haec posita intelliguntur ». Non ergo ideo Pater dicitur misisse Filium vel Spiritum Sanctum, quod ille esset maior et illi minores, sed maxime propter auctoritatem principii commendandam, et quia in visibili creatura non sicut illi apparuit. Ecce ostensum est quae sit missio Filii *et* quibus modis mittatur.

6 quodz] quia BMNTWX. 18 maiorem] esse *add.* MNRTVWX.

1 Cap. 20, n. 29 (PL 42, 908; CCL 50, 200). 2 Cap. 21, n. 32 (PL 42, 91 Is; CCL 50, 203). 3 Cap. 21, n. 32 (PL 42, 910s; CCL 50, 205).

Cap. 10: Quaestio brevissime tangitur in *Glossa* in Gal. 4, 4 (PL 192, 136 C-D).

DISTINCTIO XVI

Cap. 1 (58).

1. **De missione Spiritus Sancti, quae fit duobus modis, visibiliter et invisibiliter.** Nunc de Spiritu Sancto videndum est, praeter illam ineffabilem et aeternam processionem qua procedit a Patre et Filio et non a se ipso, quae sit eius temporalis processio, quae dicitur missio sive donatio. ⊢ Ad quod dicimus quia sicut Filius duobus modis dicitur mitti: uno quo visibiliter apparuit, altero quo invisibiliter castis mentibus percipitur, ita et Spiritus Sanctus a Patre et Filio ac se ipso duobus modis procedere sive mitti sive dari dicitur: uno visibiliter, altero invisibiliter. Datus est enim visibilis creaturae demonstratione, sicut in die Pentecostes aliisque vicibus; et datur quotidie invisibiliter illabendo mentibus fidelium.

2. **Prius de illo modo missionis qui fit visibiliter.** Et primo agamus de illo missionis modo qui fit visibili specie. — De hoc **Augustinus** in II libro *De Trinitate* 1 ita ait: «In promptu est intelligere de Spiritu Sancto cur missus et ipse dicatur. Facta est enim quaedam creaturae species ex tempore, in qua visibiliter ostenderetur Spiritus Sanctus, sive cum in ipsum Dominum corporali specie columbae descendit2, sive cum die Pentecostes factus est subito de caelo sonus, quasi ferretur flatus vehemens, et visae sunt illis linguae divisae sicut ignis, qui et insedit super unumquemque eorum 3. Haec operatio visibiliter expressa et oculis oblata mortalibus, missio Spiritus Sancti dicta est: non ut appareret eius ipsa substantia, qua et ipse invisibilis et incommutabilis est sicut Pater et Filius, sed ut exterioribus visis corda hominum commota, a temporali manifestatione venientis ad occultam aeternitatem semper praesentis converterentur». Ecce his verbis aperit **Augustinus** illum modum missionis qui visibiliter exhibetur, cum tamen ipse Spiritus in sui natura

5 et2] a *add.* LNRW. 26 illum] istum OP.

1 Cap. 5, n. 10 (PL 42, 851; CCL 50, 93). 2 Resp. Matth. 3, 16. 3 Resp. Act. 2, 2-4.

Num. 1: Cf. *Glossa* primitiva in Rom. 11, 36: «Processio enim Spiritus Sancti dupliciter intelligitur, aeterna videlicet, quae ineffabilis est, et temporalis, secundum quam dicitur procedere ut datus» (x 58d; z 35d). Vide etiam nostram notam ad Dist. 15, cap. 6-7.

non videatur. Qui nec in illis creaturis magis erat quam in aliis, sed ad aliud. In illis enim erat ut per eas ad homines venientes ostenderetur esse in illis ad quos illae creaturae veniebant. Non enim Spiritus Sanctus temporali motu tunc venit vel descendit in homines, sed per temporalem motum creaturae significata est spiritualis et invisibilis Spiritus Sancti infusio. Et ut apertius dicam, per illum modum missionis Spiritus Sancti corporaliter exhibitum, monstrata est spiritualis et interior missio Spiritus Sancti sive donatio, de qua agendum est.

3. **Cum Filius sit minor Patre secundum formam creatam in qua apparuit, cur non et Spiritus Sanctus similiter.** Sed prius quaerendum est, cum Filius dicatur minor Patre secundum missionem qua in forma creata apparuit, cur et Spiritus Sanctus non dicatur similiter minor Patre cum in forma creata apparuerit.

4. **De Filio probat.** Nam de Filio, quod minor sit Patre secundum formam qua missus apparuit, aperte ostendit **Augustinus** in IV libro *De Trinitate* 1 dicens: « *Misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub Lege* 2; usque adeo parvum, ut factum; eo itaque missum quo factum. Fateamur ergo factum minorem, et in tantum minorem, in quantum factum, et in tantum factum, in quantum missum ». Ecce habes quia Filius in quantum est missus, id est factus, minor est Patre.

5. **Quare non sic de Spiritu Sancto.** Cur ergo Spiritus Sanctus non dicitur minor Patre, cum et ipse creaturam assumpserit in qua apparuit ? Quia aliter Spiritus assumpsit creaturam in qua apparuit, aliter Filius; nam Filius accepit per unionem, Spiritus vero non. Filius enim accepit hominem ita ut fieret homo; Spiritus vero Sanctus non ita accepit columbam ut fieret columba. — De hoc **Augustinus** in II libro *De Trinitate* 3 ita ait: «Ideo nusquam scriptum est quod Deus Pater maior sit Spiritu Sancto, vel Spiritus Sanctus minor Patre, quia non sic est assumpta creatura in qua appareret Spiritus Sanctus, sicut assumptus est filius hominis, in qua forma ipsius Dei Verbi persona praesentaretur: non ut haberet Verbum Dei, sicut alii sancti sapientes, sed quod ipsum Verbum erat. Aliud est enim Verbum in carne, aliud Verbum caro, id est aliud est Verbum in homine, aliud Verbum homo. Caro enim pro homine posita est in eo quod ait 4: *Verbum caro factum est.* Non ergo

2 venientes] veniens *Nl, corr. in* veniens LTV. 14 Rubrica *om.* LORVW. 21 Rubrica *om.* BCOPRTWX. 28 minor] sit *add.* BCX.

1 Cap. 19, n. 26 (PL 42, 905; CCL 50, 194). 2 Gal. 4, 4. 3 Cap. 6, η. 11 (PL 42, 851s; CCL 50, 93s). 4 Ioan. 1, 14.

sic assumpta est creatura in qua apparuit Spiritus Sanctus, sicut assumpta est caro illa et humana forma ex Virgine Maria. Non enim columbam vel illum flatum vel illum ignem beatificavit, sibique in unitate personae coniunxit in aeternum ». — Ex praedictis aperte ostensum est secundum quid Filius dicatur minor Patre, et quare Filius dicatur minor Patre et non Spiritus Sanctus.

Cap. 2 (59).

1. **Quod Filius, secundum quod homo factus est, non modo Patre, sed Spiritu Sancto et etiam se ipso minor est.** Notandum autem quod Filius, secundum quod homo factus est, non tantum Patre, sed Spiritu Sancto et etiam se ipso minor dicitur.

2. Et quod etiam se ipso minor dicatur secundum formam servi, **Augustinus** ostendit in I libro *De Trinitate* 1 dicens: « Erraverunt homines, ea quae de Christo secundum hominem dicta sunt, ad eius substantiam quae sempiterna est transferentes, sicut illud quod ipse Dominus dicit 2; *Pater maior me est,* quod propter formam servi Veritas dicit; secundum quem modum etiam se ipso minor est Filius. Quomodo enim non etiam se ipso minor factus est, qui *se ipsum exinanivit formam servi accipiens* Non enim sic accepit formam servi ut amitteret formam Dei, in qua erat aequalis Patri. In forma ergo Dei unigenitus Patris aequalis est Patri; in forma servi etiam se ipso minor est. Non igitur immerito Scriptura dicit utrumque, scilicet et aequalem Patri Filium, et Patrem maiorem Filio: illud enim propter Dei formam, hoc autem propter formam servi intelligitur ».

3. De hoc eodem in II libro *De Trinitate*4 ait: «Dei Filius aequalis Patri secundum Dei formam in qua est, et minor Patre secundum formam servi quam accepit, in qua non modo Patre, sed etiam Spiritu Sancto; nec hoc tantum, sed etiam se ipso minor inventus est ». « Propter quam, ut idem ait in libro *Contra Maximinum* 5, non tantum Patre, sed etiam

2 est *om.* LRW. 15 sicut] secundum OPR. 25 eodem] Augustinus *add.* OP. ‖ ait] dicens OP.

1 Cap. 7, n. 14 (PL 42, 828s; CCL 50, 45). 2 Ioan. 14, 28. 3 Phil. 2/7; 4 Cap. 1, ŋ. 2 (PL 42, 845s; CCL 50, 81). 5 Immo in Alypii et August., *Epist. 170 (Ad Maximum medicum),* n. 9 (PL 33, 750; CSEL 44, 629); cf. *Contra Maximinum,* I, c. 8 (PL 42, 750).

Num, 1-3: Eadem quaestio et in parte eaedem auctoritates in Glossa in Phil. 2, 6-7 (PL 192, 234 A-B). — Ad num. 4, cf. *Glossa* in Ps. 138, 16 (PL 191, 1217 B).

se ipso et Spiritu Sancto minor factus est, et etiam *minoratus paulo minus ab Angelis* 1 ». « Est ergo Dei Filius, ut ipse ait in 1 libro *De Trinitate*2, Deo Patri natura aequalis, habitu minor, id est in forma servi quam accepit ». — His auctoritatibus aperte ostenditur Filius secundum formam servi minor Patre et se ipso et Spiritu Sancto.

4. **Hilarius aliter, scilicet quod Pater sit maior, nec Filius tamen minor.** **Hilarius** autem dicere videtur quod Pater sit maior Filio, nec tamen Filius sit minor Patre. Pater enim dicitur maior propter auctoritatem, quia in eo est auctoritas generationis, secundum quam dicit 3: *Pater maior me est;* et Apostolus 4: *Donavit ei nomen quod est super omne nomen.* Cum ergo ait: *Pater maior me est,* hoc est acsi diceret: *Donavit mihi nomen.* « Si igitur, inquit **Hilarius** in libro IX *De Trinitate* 5, donantis auctoritate Pater maior est, numquid per doni confessionem Filius minor est ? Maior itaque donans est, sed minor iam non est cui unum esse donatur. Ait enim6: *Ego et Pater unum sumus.* Si non hoc donatur Iesu, ut confitendus sit *in gloria Dei Patris*2, minor Patre est; si autem in ea gloria ei donatur esse qua Pater est, habes et in donantis auctoritate quia maior est, et in donati confessione quia unum sunt. Maior itaque Pater Filio est, et plane maior, cui tantum donat esse quantus est ipse; cui innascibilitatis esse imaginem sacramento nativitatis impertit, quem ex se in forma sua generat ». Audisti, lector, quid super hoc dicat **Hilarius**, cuius verba, ubicumque occurrunt, diligenter nota pieque intellige.

DISTINCTIO XVII

Cap. 1 (60).

1. **De missione Spiritus Sancti qua invisibiliter mittitur.** Iam nunc accedamus ad assignandam missionem Spiritus Sancti qua invisibiliter mittitur in corda fidelium. Nam ipse Spiritus Sanctus qui Deus est ac

7 sit maior *trp.* BMVX. ' 11 hoc est om.. OP.

1 Resp. Hebr. 2, 9, 2 Cap. 7, n. 14 (PL 42, 829; CCL 50, 46). 3 ioan. 14, 28. 4 Phil. 2, 9. Num. 54 (PL 10, 325 A-B), ubi et praemissa quoad sensum (324 B-325 B). 6 loan. 10, 30. 7 Resp. Phil. 2, 11.

Cap. 1: Cf. J. Schupp, *Die Gnadenlehre des Petrus Lombardus,* 216-242; A. M. Landgraf, *Caritas und Heiliger Geist,* in *Dogmengeschichte der Friihscholastik* 1-1, Regensburg 1952,220-237; et J. Schneider, *Die Lehre vom Dreieinigen Gott...,* 105-111.

tertia in Trinitate persona, ut supra ostensum est i, a Patre et Filio ac se ipso temporaliter procedit, id est mittitur ac donatur fidelibus. Sed quae sit ista missio sive donatio, vel quomodo fiat, considerandum est.

2. **Praemittitur quiddam ad hanc ostensionem necessarium, scilicet quod Spiritus Sanctus est caritas qua diligimus Deum et proximum.** Hoc autem ut intelligibilius doceri ac plenius perspici valeat, praemittendum est quiddam ad hoc valde necessarium. Dictum quidem est supra[2] et sacris auctoritatibus ostensum quod Spiritus Sanctus amor est Patris et Filii, quo se invicem amant et nos. His autem addendum est quod ipse idem Spiritus Sanctus est amor sive caritas, qua nos diligimus Deum et proximum; quae caritas cum ita est in nobis ut nos faciat diligere Deum et proximum, tunc Spiritus Sanctus dicitur mitti vel dari nobis; et qui diligit ipsam dilectionem qua diligit proximum, in eo ipso Deum diligit, quia ipsa dilectio Deus est[3], id est Spiritus Sanctus.

3. **Auctoritatibus ita esse confirmat.** Ne autem in re tanta aliquid de nostro influere videamur, sacris auctoritatibus quod dictum est corroboremus. — De hoc **Augustinus** in VIII libro *De Trinitate* 4 ait: « Qui proximum diligit, consequens est ut ipsam praecipue dilectionem diligat. *Deus* autem *dilectio est* 5; consequens ergo est ut praecipue Deum diligat ». — Item in eodem[6]: «.*Deus dilectio est,* ut ait Ioannes apostolus[7]. Ut quid ergo imus et currimus in sublimia caelorum et ima terrarum, quaerentes eum qui est apud nos, si nos esse velimus apud eum ? » « Nemo dicat: Non novi quid diligam. Diligat fratrem, et diligat eandem dilectionem. Magis enim novit dilectionem qua diligit, quam fratrem quem diligit. Ecce iam potest notiorem Deum habere quam fratrem, plane notiorem, quia praesentiorem, quia interiorem, quia certiorem. Amplectere dilectionem Deum, et dilectione amplectere Deum. Ipsa est dilectio quae omnes bonos angelos et omnes Dei servos consociat vinculo sanctitatis. Quanto igitur sanctiores sumus, quanto a tumore superbiae inaniores, tanto sumus dilectione pleniores; et quo nisi Deo plenus est, qui

12 etq ac BCMNTW. 13 Deum] eum OP, *quod corr.* O2. 22 esse velimus *trp.* BCX. 29 sanctiores] saniores MNR *(Aug.).*

1 In Dist. 14, cc. 1-2, et Dist. 15, c. 1 (pp. 126-129, 130-131). 2 Dist. 10 (pp. 110-114). 3 Resp. I Ioan. 4, 8; 4, 16: *Deus caritas est, et qui manet in caritate, in Deo manet et Deus in eo.* — Lubet autem notare quod Biblia Augustini legit: *Deus dilectio est, et qui manet in dilectione...·,* cf. August., *In I Ioan.,* tr. 8, n. 14 (PL 35, 2044); ita etiam in I Ioan. 4, 8: *Deus dilectio est,* ubi Vulgata: *Deus charitas est·,* v. ibid., tr. 7, n. 4 (PL 35, 2031). » Cap. 7, ŋ. 10 (PL 42, 957; CCL 50, 285). 5 I Ioan. 4, 8; 4, 16. « Ibid., cc. 7-8, nn. 11-12 (PL 42, 957s; CCL 50, 286s). 7 I Ioan. 4, 8; 4, 16.

plenus est dilectione ? » His verbis satis ostendit **Augustinus** quod dilectio ipsa, qua diligimus Deum vel proximum, Deus est.

4. Sed adhuc apertius in eodem libro [1] subdit dicens: « Dilectionem fraternam quantum commendet Ioannes apostolus, attendamus. *Qui diligit,* inquit [2], *fratrem, in lumine manet, et scandalum in eo non est.* Manifestum est quod justitiae perfectionem in fratris dilectione posuerit; nam in quo scandalum non est, utique perfectus est. Et tamen videtur dilectionem Dei tacuisse, quod numquam faceret, nisi quia in ipsa fraterna dilectione vult intelligi Deum. Apertissime enim in eadem Epistola, paulo post [3], dicit ita: *Dilectissimi, diligamus invicem, quia dilectio ex Deo est: et omnis qui diligit, ex Deo natus est et cognovit Deum. Qui non diligit, non cognovit Deum, quia Deus dilectio est.* Ista contextio satis aperte declarat eandem ipsam fraternam dilectionem (nam fraterna dilectio est qua diligimus invicem) non solum ex Deo, sed etiam Deum esse, tanta auctoritate », scilicet Ioannis, « praedicari. Cum ergo de dilectione diligimus fratrem, de Deo diligimus fratrem; nec fieri potest ut eandem dilectionem non praecipue diligamus, qua fratrem diligimus, quoniam *Deus dilectio est* [4]. Item [5]; «Qui non diligit fratrem, non est in dilectione; et qui non est in dilectione, non est in Deo, quia *Deus dilectio est* ». Ecce apertissime dixit fraternam dilectionem Deus esse.

Cap. 2 (61).

Quod fraterna dilectio, cum sit Deus, non est Pater vel Filius, sed tantum Spiritus Sanctus. Cum autem fraterna dilectio sit Deus, nec Pater est, nec Filius est, sed tantum Spiritus Sanctus, qui proprie in Trinitate dilectio vel caritas dicitur. — Unde **Augustinus** in libro XV *De Trinitate* [6]; « Si in donis Dei nihil maius est caritate, et nullum est maius donum Dei quam' Spiritus Sanctus, quid consequentius est quam ut ipse sit caritas quae dicitur et Deus et ex Deo?» «Ita[7] enim ait Ioannes: *Dilectio ex Deo est;* et paulo post: *Deus dilectio est.* Ubi manifestat eam se dixisse dilectionem *Deum,* quam dixit *ex Deo.* Deus ergo ex Deo est

13 dilectionem] parentesis, animadverte (adverte M, attende N) *rubr. mg. codd.* 15 scii. Ioannis *om.* MN, mg. W. 18 quoniam] quia OP. ‖ non nec OP. 26 est maius *trp.* MNW. 29 manifestat] manifestavit OP *(Aug.).*

1 Ibid., c. 8, 12 (PL 42, 958; CCL 50, 287s). 2 I Ioan. 2, 10. 3 I Ioan. 4, 7-8. 4 I Ioan. 4, 8. 5 Ibid. (PL 42, 958; CCL 50, 288). « Cap. 19, n. 37 (PL 42, 1086; CCL 50A, 513). 7 August, ibid., c. 17, n. 31 (PL 43, 1082; CCL 50A, 505); resp. I Ioan. 4, 7-8.

dilectio ». — Item in eodem 1; « Ioannes, volens de hac re apertius loqui, *In hoc,* inquit, *cognovimus quia in ipso manemus et ipse in nobis, quia de Spiritu suo dedit nobis.* Spiritus itaque Sanctus, de quo dedit nobis, facit nos in Deo manere et ipsum in nobis; hoc autem facit dilectio; ipse est igitur Deus dilectio: ipse ergo significatur, ubi legitur2: *Deus dilectio est* ». Ex his apparet quod Spiritus Sanctus caritas est.

Cap. 3 (62).

Quod non est dictum per causam illud : Deus caritas est, sicut illud : Tu es patientia mea et spes mea. Sed ne forte aliquis dicat illud dictum esse per expressionem causae, *Deus caritas est,* eo scilicet quod caritas sit ex Deo, et non sit ipse Deus, sicut dicitur Deus nostra patientia et spes: non quod ipse sit ista, sed quia ista ex eo sunt, occurrit Augustinus ostendens non hoc esse dictum per causam sicut illa, in XV libro *De Trinitate* 3 ita dicens: « Non dicturi sumus caritatem non propterea esse dictam *Deum,* quod ipsa caritas sit ulla substantia quae Dei digna sit nomine, sed quod donum sit Dei, sicut dictum est Deo 4: *Tu es patientia mea.* Non utique ideo dictum est, quod Dei substantia est nostra patientia, sed quia ab ipso nobis est; unde alibi5: *Ab ipso est patientia mea.* Hunc enim sensum facile refellit Scripturarum ipsa locutio: tale est enim *Tu es patientia mea,* quale est *Domine spes mea6* et *Deus meus misericordia mea''*, et multa similia. Non est autem dictum *Domine caritas mea,* aut *Tu es caritas mea,* aut *Deus caritas mea,* sed ita dictum est 8; *Deus caritas est,* sicut dictum est 9: *Deus spiritus est.* Hoc qui non discernit intellectum a Domino, non expositionem quaerat a nobis: non enim apertius quidquam possumus dicere. *Deus* ergo *caritas est* ». Ex praedictis clarescit quod Spiritus Sanctus caritas est qua diligimus Deum et proximum; unde facilius est nobis ostendere quomodo Spiritus Sanctus mittatur sive detur nobis.

2 In hoc inquit *trp.* inquit In hoc BCOPTV. 4-5 ipse... dilectio] *mg.* VW, *interi.* N. 14-15 esse dictam *trp.* OPX. 19 est enim *trp.* MTV. 26 Deum *om.* OP.

1 Ibid., c. 17, n. 31 (PL 42, 1082; CCL 50A, 506); resp. I Ioan. 4, 13. 2 I Ioan. 4, 8. 3 Cap. 17, nn. 27-28 (PL 42, 1080; CCL 50A, 502). 4 Ps. 70, 5. 5 Ps. 61,6. 6 Ps. 90, 9. 7 Ps. 58, 18. 8 i Ioan. 4, 8; 4, 16. 9 Ioan. 4, 24.

Cap. 4 (63).

1. Quomodo Spiritus Sanctus mittatur vel detur nobis. Tunc enim mitti vel dari dicitur, cum ita in nobis est ut faciat nos diligere Deum et proximum, per quod manemus in Deo et Deus in nobis. — Unde **Augustinus,** hunc missionis modum insinuans, in XV libro *De Trinitate* 1 ait: « Deus Spiritus Sanctus, qui procedit ex Deo, cum datus fuerit homini, accendit eum ad diligendum Deum et proximum, et ipse dilectio est. Non enim habet homo unde diligat Deum, nisi ex Deo ». Ecce quomodo datur vel mittitur nobis Spiritus Sanctus, secundum quod dicitur datum sive donum.

2. **Quomodo Spiritus Sanctus detur hic [apertius] notatur.** Quod donum **Augustinus** commendat, explanans apertius quomodo detur, in eodem libro2; « *Dilectio,* inquit, *Dei diffusa est in cordibus nostris,* ut ait Apostolus 3, *per Spiritum Sanctum qui datus est nobis.* Nullum est isto Dei dono excellentius; solum est quod dividit inter filios regni et filios perditionis. Dantur et alia per Spiritum munera, sed sine caritate nihil prosunt. Nisi ergo tantum impertiatur cuique Spiritus Sanctus ut eum Dei et proximi faciat amatorem, a sinistra non transfertur ad dexteram. Nec Spiritus Sanctus proprie dicitur donum nisi propter dilectionem, quam qui non habuerit, etsi *loquatur omnibus linguis, et habuerit prophetiam et omnem scientiam et omnem fidem, et distribuerit substantiam suam, et tradiderit corpus suum ut ardeat, nihil ei prodest* 4. Quantum ergo bonum est, sine quo ad aeternam vitam neminem tanta bona perducunt! Ipsa vero dilectio vel caritas (nam unius rei nomen est utrumque) perducit ad regnum. Dilectio igitur quae ex Deo est et Deus, proprie Spiritus Sanctus est, per quem diffunditur in cordibus nostris Deus caritas, per quam nos tota inhabitet Trinitas. Quocirca rectissime Spiritus

2 enim] nobis *add.* BCMNRW. 3 Deum *om.* OP. 18 amatorem] ille *add.* BCW. 22 suum] ita *add.* LMOPX. 27 inhabitet] inhabitat VX *(Aug.), corr. in* inhabitat NT.

1 Cap. 17, η. 31 (PL 42, 1082; CCL 50A, 506). 2 Ibid., cc. 17-18, nn. 31-32 (PL 42, 1082s; CCL 50A, 507s). 3 Rom. 5, 5. 4 Resp. I Cor. 13, 1-3.

Cap. 4: Cf. *Glossa* in Rom. 11, 36, in forma antiquiori: «... ut mihi videtur (Pe[trus] *rubrica marg, in* z), dicitur Spiritus Sanctus mitti, id est dari alicui, cum incipit esse in eo per gratiam iustificantem, provehentem, consummantem, ubi tamen erat per essentiam, potentiam, praesentiam. Cum enim Spiritus Sanctus non incipiat esse, incipit tamen esse in aliquo eo modo quo ante non erat in eo » (x 58d; z 35d).

Sanctus, cum sit Deus, vocatur etiam *donum Dei* 1. Quod donum proprie quid nisi caritas intelligendum est, quae perducit ad Deum et sine qua quodlibet aliud Dei donum non perducit ad Deum?»

3. **Praedictae auctoritatis colligit summam.** Ecce hic aperitur quod supra dictum erat, scilicet quod caritas sit Spiritus Sanctus et donum excellentius, et quomodo hoc donum, id est Spiritus Sanctus, detur nobis, scilicet cum ita impertitur alicui, id est ita habet esse in aliquo, ut eum faciat Dei et proximi amatorem. Quod cum facit, tunc dicitur dari sive mitti alicui, et tunc ille dicitur proprie habere Spiritum Sanctum.

Cap. 5 (64).

1. **Utrum concedendum sit quod Spiritus Sanctus augeatur in homine et magis vel minus habeatur vel detur.** Hic quaeritur, si caritas Spiritus Sanctus est, cum ipsa augeatur et minuatur in homine, et magis et minus per diversa tempora habeatur, utrum concedendum sit quod Spiritus Sanctus augeatur vel minuatur in homine, et magis vel minus habeatur, Si enim in homine augetur et magis vel minus datur et habetur, mutabilis esse videtur; Deus autem omnino immutabilis est; videtur ergo quod vel Spiritus Sanctus non sit caritas, vel caritas non augeatur vel minuatur in homine.

2. **An Spiritus Sanctus detur habenti et non habenti.** Item, caritas et non habenti datur ut habeat, et habenti ut plenius habeat2. Si ergo Spiritus Sanctus caritas est, et non habenti datur ut habeat, et habenti ut plenius habeat. Sed quomodo datur non habenti, cum ipse ut Deus sit ubique et in omnibus creaturis totus ? Et quomodo plenius datur vel habetur sine sui mutatione ?

3. **Responsio ad primam quaestionem.** His ita respondemus, dicentes quod Spiritus Sanctus sive caritas penitus immutabilis est, nec in se augetur vel minuitur, nec in se recipit magis vel minus, sed in homine vel potius homini augetur et minuitur, et magis vel minus datur vel habetur: sicut Deus dicitur magnificari et exaltari in nobis, qui tamen in se nec magnificatur nec exaltatur. Unde Propheta 3: *Accedet homo ad cor altum, et exaltabitur Deus.* Super quem locum ait auctoritas 4: « Deus non

2 quid] quod BCMO. 4 Rubrica *om.* CLNRW. 20 Rubrica *om.* LPRW. 24 creaturis] et *add.* LOP, *quod exp.* L. 29 et1] vel LNR.i

i Resp. Act. 8, 20. 2 Resp. Ioan. 10, 10: *Ego veni ut vitam habeant, et abundantius habeant.* 3 ps, 63J-8. *4 Glossa ordin.* in h. l. (apud Lyranum, III, 173a), ex Cassiodoro in h. l. (PL 70, 441 C; CCL 97, 559); v. etiam *Glossa* Lomb. in h. l. (PL 191, 578 B).

in se, sed in corde hominis grandescit ». Sic igitur Spiritus Sanctus homini datur, et datus amplius datur, id est augetur, et magis ac minus habetur, et tamen immutabilis exsistit.

4. **Responsio ad secundam.** Cumque ubique sit et in omni creatura totus, sunt tamen multi qui eum non habent. Non enim omnes Spiritum Sanctum habent, in quibus est: alioquin et irrationabiles creaturae haberent Spiritum Sanctum, quod fidei pietas non admittit.

5. **Auctoritate confirmat utramque responsionem.** Ut autem certius fiat quod diximus, auctoritate firmamus. Quod Spiritus Sanctus magis et minus percipiatur et homini augeatur, et non habenti detur et habenti ut plus habeatur, **Augustinus** ostendit, *Super Ioannem* 1, dicens: « Sine Spiritu Sancto constat Christum nos diligere et eius mandata servare non posse, et id nos posse atque agere tanto minus, quanto illum percipimus minus; tanto vero amplius, quanto illum percipimus amplius. Ideoque non solum non habenti, verum etiam habenti non incassum promittitur: non habenti quidem ut habeatur, habenti autem ut amplius habeatur. Nam si ab alio minus et ab alio amplius non haberetur, sanctus Eliseus sancto Eliae non diceret: *Spiritus qui est in te, duplo sit in me* ».

6. In libro Regum 2 sic: *Elias dixit ad Eliseum: Postula quod vis et faciam tibi, antequam tollar a te. Dixitque Eliseus: Obsecro ut fiat spiritus tuus duplex in me.* Quod ibidem sic exponitur 3; « Elias spiritu prophetali et operatione miraculorum excellenter pollebat: geminam ergo gratiam, quam Eliseus in magistro vigere cognoscebat, sibi tribui rogavit; unde patet quod non esse discipulus super magistrum postulavit »4.*

7. « Christo 5 autem, qui est Dei Filius, *non ad mensuram datus est Spiritus 6.* Neque enim sine gratia Spiritus Sancti est *mediator Dei et*

1 Sic] si OWX, *quod corr.* W. ‖ homini] hominibus OP. 9 firmamus] confirmamus BCRWX. 12 nos] non X, non *add.* NRTz. 20-24 Glossa volatilis *om.* MOPR.

1 Tract. 74, n. 2 (PL 35, 1828; CCL 36, 513s). 2 IV Reg. 2, 9. 3 In *Glossa ordin.* super h. l. (apud Lyranum, II, 162c). 4 Resp. Matth, 10, 24: *Non est discipulus super magistrum.* 5 August., ibid., η. 3 (PL 35, 1828; CCL 36, 514). s Ioan. 3, 34.

Num. 5 et 7: Verba Augustini iam inveniuntur in *Glossa* in Rom. 12, 3 (PL 191, 1498 C-D). — Num. 6: Haec additio accipitur ut authentica in *Glossa* olim Petro Pictaviensi attributa, non autem ut opportuna, quia « in hoc aperte videtur obloqui Augustinus expositori super librum Regum, qui in fine glossae quae post editionem libri in margine apposita est dicit (ait b) in hunc modum: 'unde patet...'» (b 41r; n 13a; p 52c); vide textum apud A. M. Landgraf, *Drei Zweige der Pseudo-Poitiers-Glossa zu den Sentenzen des Lombarden,* in *Pech. de Théol. anc. et méd.* 9 (1937) 179.

hominum homo Christus i. Quod enim est unigenitus Filius aequalis Patri, non est gratiae, sed naturae; quod autem in unitatem personae Unigeniti assumptus est homo, gratiae est, non naturae. Ceteris autem ad mensuram datur, et datus additur, donec unicuique pro modo suae perfectionis propria mensura compleatur ».

8. Ecce expressum habes quod Spiritus Sanctus magis et minus datur vel accipitur, et homini datus augetur, et habenti et non habenti datur, quia Spiritus Sanctus est caritas, quae non habenti datur, et in habente augetur et proficit; immo, ut verius et magis proprie loquar, homo in ea proficit, et deficit aliquando; et tunc ipsa dicitur proficere vel deficere, quae tamen nec proficit nec deficit in se, quia Deus est. Unde **Augustinus** in homilia IX super Epistolam loannis[2] ait: «Probet se quisque quantum in illo profecerit caritas, vel potius quantum ipse in caritate profecerit; nam si caritas Deus est, nec proficit nec deficit. Sic ergo dicitur proficere in te caritas, quia tu in ea proficis ». Ecce quomodo intelligendum sit cum dicitur Spiritus Sanctus 'augeri in nobis', quia nos in eo scilicet proficimus; sic et alia htiiusmodi.

Cap. 6 (65).

1. **Quod aliqui dicunt Spiritum Sanctum non esse caritatem qua diligimus Deum et proximum.** Supra dictum est[3] quod Spiritus Sanctus caritas est Patris et Filii, qua se invicem diligunt et nos, et ipse idem est caritas quae diffunditur in cordibus nostris ad diligendum Deum et proximum. Horum alterum omnes catholici concedunt, scilicet quod Spiritus

2 unitatem] unitate BCOPxz. 7 et non habenti *om.* OP. 10-11 vel deficere *om.* BCOPTX, *add.* L2. 11 nec deficit *om.* OP. 16 in *om.* BCT, *add. interi.* V2.

1 I Tim. 2, 5. 2 *In I Ioan.,* tr. 9, n. 2 (PL 35, 2045). 3 Dist. 10, c. 1 (pp. 110-111), et hic supra, cc. 1-3 (pp. 141-145).

Num. 8: Ex hoc loco fortasse originem duxerit mare magnum quaestionum de profectu et defectu caritatis quae abundant in theologis post Lombardum; cf. A. M. Landgraf, *Unverlierbarkeit, Vollkommenheit, Vermehrung und Verminderungdor caritas, inDogmengeschichte* 1-2, 136-203.

Cap. 6: Agitur hic secundum praelaudatum J. Schupp *(Die Gnadenlehre...,* 235-238) potius de quadam oppositione orali quam scripta: « Es scheint sich nun zunachst ein miindlicher Lehrstreit um diese neue Formulierung der caritas entwickelt zu haben, deren Niederschlag wir in den Sentenzen des Lombarden vorfinden » (235). Cf. tamen A. M. Landgraf, *Caritas und Heiliger Geist,* in *Dogmengeschichte* 1-1, 228, de oppositione Magistri Odonis Cancellarii (seu Ursicampi); et verba Praepositini, ibid., 231.

Sanctus sit caritas Patris et Filii; quod autem ipse idem sit caritas qua diligimus Deum et proximum, a plerisque negatur. Dicunt enim: Si Spiritus Sanctus caritas Patris et Filii et nostra est, eadem ergo caritas est qua Deus diligit nos et qua nos diligimus eum. Hoc autem Sanctorum auctoritates negare videntur.

2. **Auctoritates quae videntur pro eis facere.** Dicit enim Augustinus in libro *De spiritu et littera* 1: « Unde est dilectio, nisi unde et ipsa fides, id est a Spiritu Sancto ? Non enim esset in nobis, nisi diffunderetur in cordibus per Spiritum 2. Caritas autem Dei dicta est diffundi in cordibus nostris, non qua nos ipse diligit, sed qua nos facit dilectores suos: sicut *iustitia Dei* dicitur qua nos iusti eius munere efficimur, et *Domini salus* qua nos salvat, et *fides Christi* 3 qua nos fideles facit ». His verbis videtur monstrari distinctio inter caritatem qua Deus diligit et qua nos diligimus. Et sicut iustitia nostra dicitur Dei, non quod ipse sit ea iustus, sed quia ea nos iustos facit, similiter et fides et salus, sic videtur dicta caritas Dei quae est in nobis, non quod ipse ea diligat, sed quia ea nos diligere facit. — De hoc etiam idem Augustinus in libro XV *De Trinitate*4 ait: «Cum Joannes commemorasset Dei dilectionem, non qua nos eum, sed qua *ipse dilexit nos et misit Filium suum liberatorem pro peccatis nostris* 5 » etc. Ecce et hic videtur manifeste dividere dilectionem qua nos diligimus Deum ab ea qua ipse diligit nos.

3. **Ex verbis auctoritatum argumentando procedit.** Si ergo, inquiunt, Spiritus Sanctus dilectio est qua Deus diligit et qua nos diligimus, duplex dilectio est, immo duo diversa est, quod absurdum et a veritate longe est. Non est ergo dilectio qua diligimus, sed qua Deus tantum diligit.

4. **Responsio ad praedicta determinans auctoritates.** His respondemus, praedictarum auctoritatum verba determinantes hoc modo: Caritas Dei dicta est diffundi in cordibus nostris, non qua ipse diligit nos, sed qua nos diligere facit etc. His verbis non dividitur, nec divisa ostenditur

1 ipse idem *trp.* NRWX. 4 nos] *om.* BCOP, *add. interi.* T2. 9 cordibus] nostris *add.* BCN *(Aug.), add. interi.* \U. 16 caritas Dei *trp.* MVX. 22 Rubrica *om.* PRW. 24 absurdum] est *add.* OP. 29 divisa] diversa NVW.

1 Cap. 32, n. 56 (PL 44, 237; CSEL 60, 215); apud *Glossam* Lombardi in Rom. 8, 15 (PL 191, 1439 C). 2 Resp. Rom. 5, 5: *Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.* 3 Resp. 1l Cor. 5, 21: *Ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso;* II Petri 1,1: *Sortiti sunt fidem in iustitia Dei;* deinde Ps. 3, 9: *Domini est salus;* Ps. 68, 30: *Salus tua, Deus, suscepit me;* postremo Gal. 2, 16: *Ut iustificemur ex fide Christi.* 4 Cap. 17, n. 31 (PL 42, 1082; CCL 50A, 506). 5 Resp. I Ioan. 4, 10.

Ad num. 4, cf. *Glossa* Lombardi in Rom. 5, 5 (PL 191, 1381 C).

caritas qua Deus diligit ab ea qua nos diligimus, sed potius, cum sit una et eadem caritas, et dicatur ipsa Dei caritas, diversis de causis et rationibus 'Dei caritas' appellari in Scriptura ostenditur. Dicitur enim 'Dei caritas' vel quia ea Deus diligit nos, vel quia nos ea sui dilectores facit. — **Determinatio primae auctoritatis.** Cum ergo ab Apostolo dicitur *caritas Dei* diffundi *in cordibus nostris* [1], non est dicta caritas Dei qua diligit nos, sed qua facit nos diligere: id est non ibi appellatur 'caritas Dei' eo quod Deus nos ea diligat, sed eo quod nos ea sui dilectores facit. Et quod ea ratione posset dici 'caritas Dei', quia nos ea diligere facit, ex simili genere locutionis ostendit[2]: «Sicut dicitur 'iustitia Dei' qua nos iustificat, et 'Domini salus' qua nos salvat, et 'fides Christi' qua nos fideles facit». — **Determinatio secundae.** Similiter et aliam exponimus auctoritatem, ubi ait dilectionem Dei commemorari, non qua nos eum, sed qua ipse dilexit nos: ac si diceret: commemorat dilectionem Dei, non secundum quod ea nos diligimus Deum, sed secundum quod ipse ea diligit nos.

5. Aliud obiciunt. Sed aliud est, inquiunt, quod magis urget. Dixit enim Augustinus [3] supra quod dilectio est a Spiritu Sancto, a quo fides. Sicut ergo fides non est Spiritus Sanctus a quo est, ita nec caritas. Quomodo enim caritas Spiritus Sanctus est, si ab ipso est? Nam si ab ipso est et ipse est, ergo Spiritus a se ipso est. — **Responsio.** Ad quod dicimus: Spiritus Sanctus quidem a se ipso non est, sed tamen et a se ipso datur nobis, ut supra dictum est [4]. Dat enim se ipsum nobis Spiritus Sanctus; et ex hoc sensu dictum est quod caritas ab ipso est, in nobis scilicet; et tamen ipsa Spiritus Sanctus est. Fides autem est a Spiritu Sancto, et non est Spiritus Sanctus, quia donum vel datum solummodo est, non Deus dans.

6. Quod alias inducunt rationes et auctoritates ad idem probandum. Alias quoque inducunt rationes ad idem ostendendum, scilicet quod caritas non sit Spiritus Sanctus, quia caritas affectio mentis est et motus animi. Spiritus Sanctus vero non est affectio animi vel motus mentis, quia Spiritus Sanctus immutabilis est et increatus; non est ergo caritas. — **Quod caritas est motus vel affectus animi.** Quod autem caritas sit affectio animi et motus mentis, auctoritatibus confirmant. Dicit enim Augustinus

4 ea Deus *trp.* MNRVX. 8 diligat] diligit LNW, *corr. in* diligit T. 9 posset] possit NRVWX. 10 ostendit] ostenditur LMT. 21 Spiritus] sanctus *add.* BLNV. 29 quoque *om.* OP. 33 affectus] affectio BCX.

1 Resp. Rom. 5, 5. 2 August., supra, p. 149, 11-12. 3 initio n. 2. 4 Dist. 15, c. 1 (pp. 130-132).

in III libro *De doctrina Christiana* i; «Caritatem voco motum animi ad fruendum Deo propter ipsum, et se ac proximo propter Deum ». Idem in libro *De moribus Ecclesiae catholicae*2, tractans illud verbum Apostoli3: *Nec mors nec vita poterit nos separare a caritate Dei:* « Caritas Dei, inquit, hic dicta est virtus quae animi nostri rectissima affectio est, quae coniungit nos Deo », qua eum diligimus. Ecce his verbis exprimitur quod caritas est affectio et motus animi, ac per hoc non videtur esse Spiritus Sanctus.

7. **Responsio determinans auctoritates.** Ad quod dicimus hoc ita dictum esse: sicut dicitur Deus esse spes nostra et patientia nostra 4 quia facit nos sperare et pati, ita caritas dicitur esse motus sive affectio animi quia per eam movetur et afficitur animus ad diligendum Deum. Non autem mireris si caritas, cum sit Spiritus Sanctus, dicatur motus mentis, cum etiam in libro Sapientiae 5 dicatur de Spiritu sapientiae, quae *attingit a fine usque ad finem,* quod est actus *mobilis, certus, incoinquinatus.* Quod non ideo dicitur, quod Sapientia sit mobile aliquid vel actus aliquis, sed quia sui immobilitate omnia attingit: non locali motu, sed ut ubique semper sit et nusquam inclusa teneatur. Sic ergo caritas dicitur motus animi: non quod ipsa sit motus vel affectio vel virtus animi; sed quia per eam, quasi esset virtus, afficitur mens et movetur.

8. Sed si caritas Spiritus Sanctus est, qui *operatur in singulis prout vult*6, cum per eum mens hominis afficiatur et moveatur ad credendum vel sperandum et huiusmodi, sicut ad diligendum: quare non sic dicitur caritas motus vel affectio mentis ad credendum vel sperandum, sicut ad diligendum ? — Ad quod sane dici potest quia alios actus atque motus virtutum operatur, caritas, id est Spiritus Sanctus, mediantibus virtutibus quarum actus sunt, utpote actum fidei, id est credere, fide media; et actum spei, id est sperare, media spe: per fidem enim et spem praedictos operatur actus. Diligendi vero actum per se tantum, sine alicuius vir-

14 finem] fortiter *add.* LMXn. ‖ quodi] que X, qui ipse T, *corr. in* qui OP. 20-3 (p. 152) Sed... tribuit om. ORX, *add. in imo folio* P2, *trp. p.* Sanctus (p. 152, 4) M.

1 Cap. 10, n. 16 (PL 34, 72; CSEL 80, 89; CCL 32, 87). 2 Lib. I, c. 11, n. 19 (PL 32, 1319); iam apud Lomb., *Glossa* in Rom. 8, 39 (PL 191, 1454 A). 3 Rom. 8, 38-39. 4 Resp. Ps. 70, 5: *Tu es patientia mea, Domine·, Domine, spes mea.* 5 Resp. Sap. 8, 1; et 7, 22. « I Cor. 12, 11.

Num. 8 omittitur in pluribus codicibus, ut in lectionibus variantibus notatur. De qua re nihil dicitur in *Glossa* pseudo-Petri, ubi post num. 7 proceditur subito ad cap. 2 sequentis distinctionis. Suspicari licet quod agatur de quadam additione a Magistro apposita quando secundo *Sententias* tradidit seu legit; cf. *Rech. de Théol. ane. et méd.* 2 (1930) 92; *Antonianum* 41 (1966) 474, nota 2.

tutis medio operatur, id est diligere. Aliter ergo hunc actum operatur quam alios virtutum actus; ideoque differenter de hoc et de aliis loquitur Scriptura, quae istum specialiter caritati tribuit.

9. Est ergo caritas vere Spiritus Sanctus. Unde **Augustinus,** praemissum Apostoli verbum tractans in eodem libro 1, caritatem dicit esse bonum quo nil melius, et per hoc ipsam esse Deum significat dicens: « Si nulla res ab eius caritate nos separat, quid esse non solum melius, sed etiam certius hoc bono potest ? » Ecce dicit quia caritate nihil est melius. Caritas ergo Spiritus Sanctus est, qui est Deus et donum Dei sive datum. Qui dividit singulis fidelibus dona nec ipse dividitur, sed indivisus singulis datur. Unde **Augustinus** 2, ubi Ioannes dicit 3 *non ad mensuram* Christo dari Spiritum, ait: « Ceteris vero dividitur, non quidem ipse Spiritus, sed dona eius ».

DISTINCTIO XVIII

Cap. 1 (66).

An concedendum sit quod per donum dentur dona. Hic quaeritur, cum Spiritus Sanctus, per quem dividuntur dona, ipse sit donum, utrum concedendum sit quod per donum dividantur ac dentur dona. — Ad quod dicimus quia per donum quod est Spiritus Sanctus singulis propria dividuntur, et ipsum communiter omnes boni habent. Unde **Augustinus** in XV libro *De Trinitate* 4 ait: « Per donum quod est Spiritus

6 melius] est *add.* MX, *add. interi.* T. 9 est melius *trp.* MNVX. 10 nec] non OP.

1 *De moribus Ecclesiae,* I, c. 11, n. 18 (PL 32, 1319); apud Lomb., *Glossa* in Rom. 8, 39 (PL 191, 1453 D). 2 *In Ioan.,* tr. 74, n. 3 (PL 35, 1828; CSEL 36, 514); cf. *Glossa* Lomb. in Rom. 12, 3 (PL 191, 1499 A). 3 Resp. Ioan. 3, 34. 4 Cap. 19, n. 34 (PL 42, 1084; CCL 50A, 510).

Dist. XVIII: Apud scholasticos antiquiores qui post Alexandrum Halensem textum Lombardi in Distinctiones dividunt (scii, ipsum Alex., Hugonem de S. Caro, pseudo-Guerricum, anonym, cod. Tuderti Commun. 121), haec Distinctio initium habet ad cap. 2 (67). Sequimur autem recentiores qui, post Odonem Rigaldi, hic eam assignant. Cf. Ign. Brady, *The Distinctions...,* in *Franc. Studies* 25 (1965) 108s. — Cap. 2: Vide verba Lombardi in prima redactione *Glossae* in Rom. 11, 36, iam praelibata in notis ad Dist. 15, cap. 6-7; cf. etiam P. Abaelardus, *Theologia « Scholarium »,* II, 17 (PL 178, 1083 A-C); et *Summa sent.,* I, 6 (PL 171, 1078 A; 176, 52 A).

Sanctus in commune omnibus membris Christi, multa dona quae sunt quibusque propria dividuntur. Non enim singuli quique habent omnia, sed hi illa, alii alia, quamvis ipsum donum, a quo cuique propria dividuntur, omnes habeant, id est Spiritum Sanctum ». Aperte dicit per donum dona dari.

Cap. 2 (67).

1. **Utrum Spiritus Sanctus eadem ratione dicatur donum et datum sive donatum.** Praeterea diligenter considerandum est, cum Spiritus Sanctus dicatur donum *et* datum, utrum eadem ratione utrumque nomen ei conveniat.

2. **Quare ita esse videatur.** Quod utique videri potest. Cum enim idem sit Spiritum Sanctum dari et Spiritum Sanctum donari, ex eadem ratione videtur Spiritus Sanctus dici datum et donum. Hoc etiam videtur Augustinus significare in XV libro *De Trinitate* i cum ait: « Spiritus Sanctus in tantum donum Dei est, in quantum datur eis quibus datur; apud se autem Deus est, etsi nemini datur ». Ecce aperte dicit Spiritum Sanctum donum appellari quia datur. — Si autem ex eo tantum appellatur donum quia datur, non ab aeterno fuit donum, quia non datur nisi ex tempore.

3. **Responsio : quare datum vel donatum dicitur Spiritus Sanctus. Ad** quod dicimus quia Spiritus Sanctus et donum dicitur et datum sive donatum; sed datum sive donatum ex eo tantum dicitur quia datur vel donatur, quod habet tantum ex tempore. — **Hic quare donum.** Donum vero dicitur non ex eo tantum quod donetur, sed ex proprietate quam habuit ab aeterno; unde et ab aeterno fuit donum. Sempiterne enim donum fuit, non quia daretur, sed quia processit a Patre et Filio. Unde Augustinus in IV libro *De Trinitate*[1]: « Sicut natum esse est Filio a Patre esse, ita Spiritui Sancto donum Dei esse est a Patre procedere et a Filio ». Hic aperte ostenditur quod Spiritus Sanctus eo donum est quod procedit a Patre et Filio, sicut Filius eo est a Patre quod natus est ab eo.

4. **Quid sit Filio esse a Patre et Spiritui** Sancto. Non est enim idem Filio esse a Patre et Spiritui Sancto, id est non ea proprietate Filius dicitur esse a Patre qua Spiritus Sanctus. Nam Filius dicitur esse a Patre

1 sunt] sint OPR. 4 habeant] habent BCLOPT. 23 tantum ex tempore *trp.* OP. 29 a *om. MTV.* *31* Rubrica om. MRW.

1 Cap. 19, n. 36 (PL 42, 1086; CCL 50A, 513). 2 Cap. 20, n. 29 (PL 42, 908; CCL 50, 199).

quia genitus est ab eo; Spiritus Sanctus vero dicitur esse a Patre et a Filio quia Spiritus est donum Patris et Filii, id est quia procedit ab utroque.

5. **Eo dicitur Spiritus Sanctus quo donum, et eo donum quo procedens?** Eo enim dicitur Spiritus quo donum, et eo donum quo procedens. Unde Augustinus inV libro *De Trinitate* 1 ait: « Spiritus Sanctus, qui non Trinitas sed in Trinitate intelligitur, in eo quod proprie dicitur Spiritus Sanctus, relative dicitur, cum et ad Patrem et ad Filium refertur, quia Spiritus Sanctus et Patris et Filii spiritus est. Sed ipsa relatio non apparet in hoc nomine; apparet autem cum dicitur donum Dei: donum est enim Patris et Filii, quia a Patre procedit et a Filio ». Ecce his verbis aperte ostenditur eadem relatione dici Spiritum Sanctum et donum, donum autem quia procedit a Patre et Filio. Proprietas ergo, qua dicitur Spiritus Sanctus vel donum, processio ipsa est, de qua post 2 plenius agemus cum aliis.

6. **Augustinus: quod semper procedit Spiritus Sanctus.** Cum ergo ab aeterno processerit ab utroque, et ab aeterno donum fuit; non ergo Spiritus Sanctus eo tantum dicitur donum quia donatur, nam et ante fuit donum quam donaretur. —1 Unde Augustinus in V libro *De Trinitate 1;* «Semper procedit Spiritus Sanctus, et non ex tempore, sed ab aeternitate procedit; sed quia sic procedebat ut esset donabile, iam donum erat antequam esset cui daretur. Aliter enim intelligitur cum dicitur donum, aliter cum dicitur donatum. Nam donum potest esse etiam antequam detur; donatum autem, nisi datum fuerit, nullo modo dici potest ». « Sempiterne 4 ergo Spiritus est donum, temporaliter autem donatum ». His verbis aperte ostenditur quod sicut Spiritus Sanctus ab aeterno procedit, ita ab aeterno donum est: non quia donaretur a Patre Filio vel a Filio Patri, sed quia ab aeterno processit donabilis.

7. **Quaeritur cui donabilis [et quomodo aliter donabilis quam Filius].** Sed quaeritur cui donabilis, utrum Patri et Filio, an tantum nobis qui nondum eramus. Si autem non erat donabilis Patri et Filio, sed tantum nobis, et ex eo donum erat quia sic donabilis procedebat, videtur quod Filius eadem ratione semper donum fuerit: quia a Patre processit ab aeterno donabilis nobis in tempore, nam et de Filio legitur quod

1 Sanctus vero *trp.* CMRVX. 2 Spiritus] sanctus *add.* CNV. 4-5 Rubrica *om.* LRW. 11 quia] et *add.* CLMNRW. 16 Rubrica *om.* MRW. ‖ Augustinus] Nota LNVX. 33-34 a Patre... aeterno *trp.* ab eterno proc, a Patre MVX.

1 Cap. 11, n. 12 (PL 42, 919; CCL 50, 219). 2 in Dist. 26, cc. 6-7. 3 Cap. 15, n. 16 (PL 42, 921s; CC 50, 224). 4 Ibid., c. 16, n. 17 (PL 42, 922; CCL 50, 224).

*datus est nobis*1. — Ad quod dicimus quia Spiritus Sanctus nobis tantum, non Patri vel Filio, donabilis processit, sicut et nobis tantum datus est. Et Filius vere datus est nobis, et ab aeterno processit a Patre non ut donabilis tantum, sed ut genitus, qui et donari posset. Processit ergo ut genitus et donabilis; sed Spiritus Sanctus non procedit ut genitus, sed tantum ut donum. Donum autem semper fuit, non solum quia donabilis, sed quia ab utroque processit et quia donabilis fuit. Unde Augustinus inV libro *De Trinitate*2: « Eo ipso quo daturus erat eum Deus, iam donum erat etiam antequam daretur », et ideo donabilis. Sed aliter donabilis quam Filius, nam et aliter datus et aliter processit quam Filius. Filii enim processio genitura est vel nativitas; Spiritus Sancti vero processio nativitas non est. Utraque vero ineffabilis est.

Cap. 3 (68).

1. **Quod sicut Filius nascendo accepit non tantum ut esset Filius sed etiam essentia, ita et Spiritus Sanctus procedendo accepit non tantum ut esset donum sed etiam ut esset essentia.** Et notandum quod sicut Filius nascendo accepit non tantum ut Filius sit, sed omnino ut sit et ut ipsa substantia sit, ita et Spiritus Sanctus a Patre et Filio procedendo accepit non tantum ut Spiritus Sanctus sit vel donum, sed etiam ut omnino sit et ut substantia sit. Quod utique non accepit ex eo quod datur, nam cum non detur nisi ex tempore, si hoc haberet eo quo datur, accepisset ergo ex tempore ut esset. — Unde Augustinus inV libro *De Trinitate* 3; « Filius non hoc tantum habet nascendo, ut sit Filius, sed omnino ut sit. Quaeritur ergo utrum Spiritus Sanctus eo quo datur habeat non tantum ut donum sit, sed omnino ut sit. Quod si non est nisi quia datur, id est si non habet esse nisi eo quo datur, sicut Filius nascendo habet non tantum ut sit Filius, quod relative dicitur, sed omnino ut sit ipsa substantia, quomodo iam Spiritus Sanctus erat ipsa substantia, cum non prius daretur quam esset cui daretur ? » Non ergo eo quo datur, sed procedendo habet ut sit donum et ut sit essentia; sicut Filius non eo quo datus est, sed nascendo accepit non tantum ut sit Filius, sed ut sit essentia. Unde Augustinus in XV libro *De Trinitate* 4 ait: «Sicut Filio praestat

4 posset] Quod filius processit ut genitus et donabilis, spiritus vero sanctus ut donum et donatum (et donatum est *add.* M) quia procedit ab utroque et quia donabilis *rubr. add.* MN. 12 estz *om.* OPX. 20 quod2] quo BLRTV. 24 quo] quod CLMNPX. 28 Sanctus *om.* LNRW.

1 Resp. Isai, 9, 6. 2 Cap. 15, n. 16 (PL 42, 921; CCL 50, 224). 3 Ibid. 4 Cap. 26, n. 47 (PL 42, 1094s; CCL 50A, 528).

essentiam sine initio temporis, sine mutabilitate naturae de Patre generatio, ita Spiritui Sancto praestat essentiam sine ullo initio temporis, sine ulla mutabilitate naturae de utroque processio ».

2. **Quaestio : ex praedictis videtur quod Filius non tantum sit Filius nativitate, sed etiam Deus vel essentia, et Spiritus Sanctus processione.** Hic oritur quaestio: Si Filius nascendo habet non tantum ut sit Filius sed ut sit essentia, et Spiritus Sanctus procedendo non tantum ut sit donum sed ut sit essentia: ergo et Filius nativitate essentia est, et Spiritus Sanctus processione essentia est; cum alibi dicatur [1] quod nec Pater eo Pater est quo Deus, nec Filius eo Filius quo Deus, nec Spiritus Sanctus eo donum quo Deus, quia, ut ait **Augustinus** in VII libro *De Trinitate* 2,* « his nominibus relativa eorum ostenduntur, non essentia »; unde post plenius agemus A — **Responsio.** Ad quod breviter respondentes, dicimus quia nec Filius nativitate essentia est, sed tantum Filius; nec Spiritus Sanctus processione essentia est, sed tantum donum; et tamen uterque, ille nascendo, iste procedendo, accepit ut esset essentia. « Non enim, ut ait **Hilarius** in V libro *De Trinitate* 4, per desectionem, aut protensionem, aut derivationem ex Deo Deus est, sed ex virtute naturae in naturam eandem nativitate subsistit » Filius, et ex virtute naturae in naturam eandem processione subsistit Spiritus Sanctus.

3. **Exponit verba Hilarii.** Quod ita intelligi potest: Ex Patre, qui est virtus ingenita, naturam quam habet eandem Filius nativitate, id est nascendo, et Spiritus Sanctus processione, id est procedendo habet. — **Expositionem confirmat per verba Hilarii.*** Unde ipse idem, apertius eloquens, quod dixerat aperit subdens[5]: « Nativitas, inquit, Dei non potest non eam de qua profecta est tenere naturam: non enim aliud quam Deus subsistit, quod non aliunde quam de Deo subsistit ». Ecce his verbis aperitur quomodo accipiendum sit illud [6]: « De Patre generatio praestat essentiam Filio, et de utroque processio praestat essentiam Spiritui Sancto »: non quia ille essentia sit Filius et iste essentia sit Spiritus Sanctus, immo proprietate personali, sed quia et ille nascendo et iste procedendo essentiam habet eandem et totam quae in Patre est.

17 desectionem P *(Hil.),* defectionem *alii.* 23-24 Rubrica *om.* MRW. 25 subdens] dicens MOP.

1 Hic, ut nobis videtur, indicatur locus Augustini, *De Trinit.,* VII, c. 6, n. 11 (PL 42 943; CCL 50, 262), qui infra legitur in Dist. 23, c. 1, n. 2. 2 Cap. 2, n. 3 (PL 42, 936; CCL 50, 250). 3 In Dist. 22-27. » Num. 37 (PL 10, 154 C-155 A). 5 Ibid. (PL 10, 155 A). « August., *De Trinit.,* XV, c. 26, η. 47 (PL 42, 1094s; CCL 50A, 528); v. supra, ad finem η. 1.

Cap. 4 (69).

1. **Quod Spiritus Sanctus dicitur donum et donatum secundum duos praedictos processionis modos.** Ex praedictis patet quod Spiritus Sanctus sempiterne donum est, et temporaliter datum vel donatum. Ex quo apparet illa distinctio geminae processionis de qua supra egimus [1]. Nam secundum alteram processionem dicitur donatum vel datum, secundum alteram vero dicitur donum.

2. **Secundum hoc quod donum est, refertur ad Patrem et Filium; secundum quod datum, ad eum qui dedit et ad eos quibus dedit.** Et secundum hoc quod sempiterne donum est, refertur ad Patrem et Filium; secundum hoc vero quod dicitur datum vel donatum, et ad eum qui dedit refertur, et ad eos quibus datur; et eius dicitur esse qui dat, et illorum quibus datur. — Unde **Augustinus** in V libro *De Trinitate*[2] ait: « Quod datum est, et ad eum qui dedit refertur, et ad eos quibus dedit. Itaque Spiritus Sanctus non tantum Patris et Filii, qui dederunt, sed etiam noster dicitur, qui accepimus. Spiritus ergo et Dei est qui dedit, et noster qui accepimus ».

3. **Quod aliter Spiritus Sanctus dicitur noster, aliter spiritus naturalis** « Non [3] ille spiritus noster quo sumus: quia ipse spiritus est *hominis, qui in ipso est* [4], quamvis et illum spiritum qui *hominis* dicitur utique accepimus; sed aliter iste, aliter ille noster dicitur. Aliud est enim quod accepimus ut essemus, aliud quod accepimus ut sancti essemus ». — Quod autem Spiritus Sanctus noster dicatur, Scriptura ostendit [5]: « Scriptum est enim de Ioanne quod *in spiritu Eliae* veniret [6]; ecce dictus est Eliae spiritus, scilicet Spiritus Sanctus quem accepit Elias. Et Moysi ait Dominus[7]: *Tollam de spiritu tuo et dabo eis,* id est dabo illis de Spiritu Sancto quem iam tibi dedi »: ecce et hic dictus est spiritus Moysi. Patet igitur quia Spiritus Sanctus noster dicitur spiritus, scilicet quia nobis datus, et datus utique ad hoc ut sancti essemus; spiritus vero creatus ad hoc est datus ut essemus.

14 ait *om.* LMNPRVX. 19 spiritus est *trp.* MNX. 28 scilicet T, sed *alii.*

1 In Dist. 14, c. 1 (p. 126-127). 2 Cap. 14, n. 15 (PL 42, 921; CCL 50, 222s); cf. Lomb. *Glossa* in I Cor. 2, 11 (PL 191, 1551 D-1552 A). 3 August., ibid. 4 Resp. I Cor. 2, 11. 5 August., ibid. 6 Resp. Luc. 1, 17. 7 Num. 11, 17.

Cap. 5 (70).

1. **An Filius, cum sit nobis datus, possit dici noster, ut Spiritus Sanctus.** Hic quaeritur utrum et Filius, cum sit nobis datus, dicatur vel possit dici noster. — Ad quod dicimus quia Filius dicitur noster panis, noster redemptor et huiusmodi; sed non dicitur noster Filius, quia Filius dicitur relative tantum ad illum qui genuit; et ideo non potest dici noster Filius, sed Patris tantum. In eo autem quod dicitur datus, et ad eum qui dedit et ad eos quibus datus est refertur, ut Spiritus Sanctus.

2. **Quod non dicitur Spiritus Sanctus noster, sed Spiritus noster? Qui** etiam cum in Scriptura, ut praedictum est 1, dicatur Spiritus noster, vel Spiritus tuus vel illius, ut de Moyse et Elia dictum est, nusquam tamen in Scriptura occurrit ita dici: Spiritus Sanctus noster vel tuus vel illius, sed Spiritus noster vel tuus Spiritus vel illius, quia Spiritus Sanctus eo dicitur quo donum, et utrumque relative dicitur ad Patrem et ad Filium, et hoc sempiterna relatione. Si tamen aliquando dicitur donum nostrum, accipitur donum pro donato vel dato. Cum vero donum accipitur eo modo quo Spiritus Sanctus, donum tantum Patris et Filii dicitur, non hominis. Ita et Filius sub hac appellatione non potest dici noster, ut dicatur Filius noster; sicut nec dicitur Spiritus Sanctus noster. Et tamen de Filio dicitur 'panis noster' et de Spiritu 'Spiritus noster': ille noster panis, quia nos reficit nobis datus; iste noster Spiritus, quia nobis inspiratur a Patre et Filio, et in nobis spirat sicut vult[2]. Unde **Augustinus** in V libro *De Trinitate* [3] ait: «Quod de Patre natum est, ad Patrem solum refertur cum dicitur Filius; et ideo Filius Patris est et non noster. Dicimus tamen et *panem nostrum da nobis* [4], sicut dicimus Spiritum nostrum ».

Cap. 6 (71).

1. **Utrum Spiritus Sanctus ad se ipsum referatur.** Post haec quaeritur utrum Spiritus Sanctus ad se ipsum referatur. Hoc enim videtur ex praedictis posse probari: si enim quod datur, refertur ad eum qui dat et

5 non dicitur *trp. p.* Filius LMX. 10 praedictum] supradictum MVX. 17 tantum] tamen OPRX. 20-21 noster panis *trp.* RVW.

1 In cap. 4, n. 3. 2 Resp. Ioan. 3, 8; I Cor. 12,11. 3 Cap. 14, n. 15 (PL 42, 921; CCL 50, 222s). 4 Resp. Matth. 6, 11; Luc. 11, 3.

ad eum cui datur, et Spiritus Sanctus datur a seipso, ut praedictum est i, ergo refertur ad se ipsum.

2. Haec quaestio non solvitur hic, sed differtur in sequentibus. Huius quaestionis determinationem in posterum differimus, donec tractemus de his quae relative dicuntur de Deo ex tempore 2, in quibus datum et donatum continentur.

DISTINCTIO XIX

Cap. 1 (72).

Hic de aequalitate trium personarum. Nunc, postquam coaeternitatem trium personarum pro modico facultatis nostrae insinuavimus, iam de earundem aequalitate aliquid eloqui superest. Fides enim catholica 3 sicut coaeternas, ita et coaequales tres personas asserit. Aequalis est enim in omnibus Patri Filius, et Patri et Filio Spiritus Sanctus. Quia, ut ait **Augustinus** in libro *De fide ad Petrum* 4, breviter aperiens quomodo intelligatur aequalitas, docet: « Nullus horum alium aut praecedit aeternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate; quia nec Filio nec Spiritu Sancto, quantum ad naturae divinae unitatem pertinet, aut anterior aut maior est Pater, nec Filius Spiritu Sancto. Aeternum quippe et sine initio est, quod Filius de Patris natura exstitit; et aeternum ac sine initio est, quod Spiritus Sanctus de natura Patris Filiique procedit. Ob hoc ergo tres unum recte credimus et dicimus Deum, quia una prorsus aeternitas, una immensitas, una naturaliter trium est personarum divinitas ». Ecce breviter assignavit **Augustinus** in quo trium personarum consistat aequalitas, scilicet quia alia aliam non excellit aut aeternitate, aut magnitudine, aut potestate.

13 ait *om.* NRV, *exp.* T. 15 docet, *supple* fides catholica (11). 22 trium est *trpt* BLMX. ‖ est *om.* RT, *trp. p.* personarum NV. 24 consistat] consistit MV, constat L.

1 In Dist. 15, c. 1 (pp. 130-132). 2 Dist. 30, c. 2. 3 ita Symbolum *Quicumque;* «Totae tres personae coaeternae sibi sunt et coaequales» (inter opp. Athanasii, PG 28, 1583 A; apud DS n. 75). 4 Cap. 1, n. 4 (opus Fulgentii, PL 65, 674 A-B; CCL 91A, 714).

Cap. 1: Vide redactionem antiquiorem *Glossae* in Rom. 1, 3, ubi citatur *De fide ad Petrum* (x 4c; z 3b).

Cap. 2 (73).

1. Quod aeternitas et magnitudo et potentia in Deo est unum, licet ponantur quasi diversa. Cumque enumerentur ista quasi diversa, in Deo tamen unum et idem sunt, scilicet essentia divina simplex et incommutabilis.

2. Quod magnitudo est Dei essentia. Unde **Augustinus** in VII libro *De Trinitate* 1; « Non alio magnus, alio Deus est, sed eo magnus quo Deus; quia non aliud illi est magnum esse, aliud Deum esse. Eadem quippe eius magnitudo quae virtus, et eadem essentia quae magnitudo ». Pater igitur et Filius simul una essentia et una magnitudo.

3. Quod potentia Dei Deus est. Ita etiam potentia Dei essentia divina est. Unde **Augustinus** in VII libro *Confessionum* 2: « Voluntas et potentia Dei Deus ipse est ».

4. Quod aeternitas Dei Deus est. Aeternitas quoque Dei essentia divina est. Quod **Augustinus** ostendit super illum locum Psalmi 3; *In generatione generationum anni tui,* dicens: « Est generatio generationum quae non transit, collecta de omnibus generationibus, id est sancti. In illa erunt anni Dei qui non transeunt, id est aeternitas Dei. Non enim aliud sunt anni Dei, aliud ipse, sed anni Dei aeternitas Dei est; aeternitas vero ipsa Dei substantia est, nihil habens mutabile ».

5. Inconcusse igitur teneamus quod unum idemque est, id est essentia divina, Dei aeternitas, potentia, magnitudo; et tamen consuevit Scriptura haec et his similia quasi distincta ponere. In his ergo verbis trium aequalitatem personarum breviter complexus est **Augustinus**[4]: « Quia alius alium nec aeternitate, nec magnitudine, nec potentia superat ».

6. Supra egit de aeternitate. Quod autem aeternitate aliqua trium personarum aliam non excedat, supra ostensum est[5], ubi coaeternitas trium personarum insinuata est.

11 etiam] et *add.* BMRTVW. 16 generationum!] et generationem MTX, *corr. in* et generat. P.

1 Cap. 1, n. 1 (PL 42, 933; CCL 50, 245). 2 Cap. 4, n. 6 (PL 32, 736; CSEL 33, 146). 3 *Enarr. in Ps. 101,* 25, serm. 2, nn. 10-12 (PL 37, 1311s; CCL 40, 1444-1447), partim verbotenus, partim ad sensum; totum locum, conflatum ex *Glossa ordin.* in h. l. (apud Lyranum, III, 237a), et ipso Augustino, Lombardus accepit a propria *Glossa* in ll. L (PL 191, 915 C-D). 4 Hic supra, p. 159, 15-16. 5 In Dist. 9, pp. 103-110.

Num. 3: Cf. Abael., *Theologia «Scholarium»,* II, 10 (PL 178, 1058 D). — Num. 4: P. Lomb., *Glossa* in Ps. 101, 25 (PL 191, 915 C-D).

Cap. 3 (74).

1. **Hic de magnitudine, quod ea aliqua personarum non excedit.** Nunc igitur superest ostendere quod magnitudine vel potentia alius alium non excedat; et prius de magnitudine videamus.

2. **Quod non est maior una persona alia, nec maius aliquid duae quam una, nec tres quam duae vel una.** Sciendum est igitur quia Pater non est maior Filio, nec Pater vel Filius maior Spiritu Sancto; nec maius aliquid duae personae simul sunt quam una, nec tres simul maius aliquid quam duae; nec maior est essentia in tribus quam in duabus, nec in duabus quam in una, quia tota est in singulis 1. Unde **Ioannes Damascenus**2 ait: « Confitemur deitatis naturam omnem perfecte esse in singula suarum hypostaseon, id est personarum: omnem in Patre, omnem in Filio, omnem in Spiritu Sancto; ideoque perfectus Deus Pater, perfectus Deus Filius, perfectus Deus Spiritus Sanctus ».

Cap. 4 (75).

1. **Quomodo dicitur Pater esse in Filio et Filius in Patre et Spiritus Sanctus in utroque et singulus in singulis.** Et inde est quod Pater dicitur esse in Filio, et Filius in Patre, et Spiritus Sanctus in utroque, et singulus in singulis. Unde **Augustinus** in libro *De fide ad Petrum* 3; « Propter unitatem naturalem totus Pater in Filio et Spiritu Sancto est, totusque Spiritus Sanctus in Patre et Filio est. Nullus horum extra quemlibet ipsorum est, propter naturae divinae unitatem». Ecce hic aperit aliquatenus (non enim plene potest tantum ab homine reserari arcanum) ex qua intelligentia dicatur singula personarum tota esse in aliis.

2. Unde etiam **Hilarius,** ista interius perquirens in III libro *De Trinitate* 4, ait: « Affert plerisque obscuritatem sermo Domini cum dicit5: *Ego in Patre, et Patre in me est;* nec immerito. Natura enim intelligentiae

2 excedit] excedat MRT. *Π* et> *om.* OPW. 20 naturalem] nature BW, *corr. in* nature V. 21 totusque] totus quoque NORW.

1 Cf. August., *De Trinit.,* VI c. 10, n. 12 (PL 42, 932; CCL 50, 243). 2 *De fide orthodoxa,* III, c. 6 (PG 94, 1003 A-B); versio Burgundionis, c. 50, n. 2 (ed. E. Buytaert, p. 187). 3 Cap. 1, n. 4 (opus Fulgent», PL 65, 674 A; CCL 91A, 714). 4 Num. 1 (PL 10, 76 A-B). 5 Ioan. 14, 10-11.

Cap. 3: In parte de *Summa sent.,* I, 8 (PL 171, 1081 B; 176, 55 A); unde etiam aliqua ad sensum in cap. 4, num. 6; cf. L. Ott, *Die Trinitiitslehre...,*in *Div. Thom.* (Fr.) 21 (1943) 166s.

humanae rationem dicti huius non capit, nec exemplum aliquod rebus divinis comparatio humana praestabit. Sed quod inintelligibile est homini, Deo esse possibile est. Cognoscendum itaque atque intelligendum est quid sit illud: *Ego in Patre et Pater in me est;* si tamen comprehendere hoc ita ut est valebimus, ut quod natura rerum pati non posse existimatur, id divinae veritatis ratio consequatur ». « Patrem [1] igitur in Filio et Filium in Patre esse, plenitudo in utroque divinitatis perfecta est». «Quia[2] plenitudo deitatis in Filio: quod in Patre est, hoc et in Filio est; quod in ingenito, hoc in genito. Alter ab altero, et uterque unum »: « is scilicet [3] qui est nihil habens quod non sit etiam in eo a quo est ». « Non [4] duo unus, sed alius in alio, quia non aliud in utroque », « ut [5] unum sint in fide nostra uterque, non unus; nec eundem utrumque nec aliud confitemur, quia Deum ex Deo natum nec eundem nativitas, nec aliud esse permittit ». « Eandem [6] igitur in utroque et virtutis similitudinem et deitatis plenitudinem confitemur, quia Veritas dicit[7]: *Ego in Patre et Pater in me est.* Omnia enim Filius accepit a Patre ». « Nam [8] si partem eiusdem qui genuit accepit, neuter ergo perfectus est: deest enim ei unde decessit, nec plenitudo in eo erit qui ex portione constiterit. Neuter ergo perfectus est, si plenitudinem suam et qui genuit amittit, nec qui natus est consequitur ».

3. « Fateamur ergo quod Pater est in Filio et Filius in Patre, Deus in Deo, ut idem **Hilarius** ait in VII libro *De Trinitate* [9], non per duplicem convenientium generum coniunctionem, nec per insitivam capacioris substantiae naturam; sed per naturae unitam similitudinem, per nativitatem viventis ex vivente naturae: dum res non differt, dum naturam Dei non degenerat nativitas, dum non aliud aliquid ex Deo quam Deus nascitur, dum nihil in his novum est, nihil alienum, nihil separabile ». Ecce his verbis, prout humana permittit infirmitas, ex quo sensu Christus dixerit se esse in Patre et Patrem in se.

2 praestabit] prestabat MOPT, *quod corr.* OT, prestat X. ‖ inintelligibile] intelligibile BLMNOPV, *quod corr. interi, addendo* in- NOV, *addendo* non LM. 5 existimatur] estimatur BLMNORWX. 18 qui] quod OP. 25 viventis] nature *add.* BLZTVW. ‖ naturae] natura BLPTVX. 28 verbis] patet *add.* B, intelligi potest *add.* N. ‖ infirmitas] intelligi potest *add.* RVW.

1 Ibid,, n. 23 (PL 10, 92 A). 2 ibid., n. 4 (PL 10, 77 C-78 A). 3 ibid., n. 23 (PL 10, 91 C). 4 Ibid., n. 4 (PL 10, 78 A). 5 Lib. I, n. 17 (PL 10, 37 C). 6 Lib. III, n. 23 (PL 10, 92 A). 7 Ioan. 14,10-11. 8 Lib. III, ŋ. 8 (PL 10, 80 A-B). 9 Num. 39 (PL 10, 232 C-233 A); verba «per naturae unitam similitudinem», ex ŋ. 38 (ibid., 231 C).

4. Ex eodem etiam sensu intelligitur Spiritus Sanctus esse in utroque et singula personarum in singulis, quia scilicet in singulis est eadem plenitudo divinitatis et unita similitudo naturae. Quia non est maior natura divina in aliqua harum personarum, sed unius et indifferentis naturae sunt hae tres personae. Ideoque altera in altera esse dicitur, ut praedictum est.

5. Unde Ambrosius [1], praedictorum verborum sententiam nobis aperiens, super Epistolam secundam ad Corinthios ait: « Per hoc intelligitur Pater esse in Filio et Filius in Patre, quia una est eorum substantia: ibi est enim unitas, ubi nulla est diversitas ». — Ecce tribus illustrium virorum testimoniis, scilicet **Augustini, Hilarii** atque **Ambrosii,** in idem concurrentibus, revelatione Spiritus Sancti in eis loquentis, pie credere volentibus ostenditur (tamen quasi *per speculum et in aenigmate'i)* qualiter accipiendum sit, cum dicitur Pater in Filio esse, vel Filius in Patre, vel Spiritus Sanctus in utroque.

6. **Ad id quod coeperat redit, ut ostendat scilicet quod magnitudine alius non superat alium.** Sed iam nunc ad propositum redeamus coeptoque insistamus, ostendentes quod magnitudine nulla trium personarum aliam superat, quia nulla maior aliis, nec maius aliquid sunt duae quam una nec tres quam duae; « nec [3] maior Deus quam singuli eorum, quia singulus illorum perfectus est, nec est quo crescat illa perfectio ».

Cap. 5-6 (76-77).

1. **Quod nulla personarum pars est in Trinitate.** Nec est aliqua trium personarum pars Dei vel divinae essentiae, quia singula harum verus et plenus Deus est et tota et plena divina essentia est; et ideo nulla istarum in Trinitate pars est.

2. **Quod tenebat haereticus ponit Augustinus et respondet.** Unde **Augustinus** in libro II *Contra Maximinum haereticum* [4] sic ait: « Putas Deum Patrem cum Filio et Spiritu Sancto unum Deum esse non

3-4 natura divina *trp.* BMNWX. 21 illorum] eorum BTVWX. 27 Rubrica om. PRW.

1 Id est Ambrosiaster, in II Cor. 5, 19: *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi* (inter opp. Ambrosii, PL 17 [1845], 297 D; CSEL 81-11 237); totum in *Glossa* Lomb. in h. l. (PL 192, 44 C). 2 Resp. I Cor. 13, 12. 3 August., *De Trinit.,* VI, c. 8, n. 9 (PL 42, 930; CCL 50, 238). 4 Cap. 10, n. 1 (PL 42, 764).

Cap. 5-6: Cf. Hugo, *De sacram.,* II, 1, 4 (PL 176, 376 D-377 B); et Lomb., *Glossa* in I Cor., 8, 4 (PL 191, 1603 A-C).

posse: times enim ne Pater sit pars unius Dei qui constet ex tribus. Noli hoc timere: nulla enim fit partium in deitatis unitate divisio. Unus est Deus Pater et Filius et Spiritus Sanctus, id est ipsa Trinitas unus est Deus ». — « Ergo 1, inquis, Deus Pater est pars Dei. Absit ! Tres enim personae sunt Pater et Filius et Spiritus Sanctus; et hi tres, quia unius substantiae sunt, unum sunt, et summe unum sunt, ubi nulla naturarum, nulla est diversitas voluntatum! Si enim natura unum essent, et consensione non essent, non summe unum essent; si vero natura dispares essent, unum non essent. Hi ergo tres, qui unum sunt propter ineffabilem conjunctionem deitatis qua ineffabiliter copulantur, unus Deus est. Pars ergo Trinitatis esse non potest quicumque unus in tribus. In Trinitate igitur quae Deus est, et Pater Deus est, et Filius Deus est, et Spiritus Sanctus Deus est; et simul hi tres unus Deus. Nec huius Trinitatis tertia pars est unus; nec maius aliquid duo quam unus est ibi, nec maius aliquid sunt omnes quam singuli, quia spiritualis, non corporalis est magnitudo. *Qui potest capere, capiat*[2]; qui autem non potest, credat, et oret ut quod credit intelligat. Verum est enim quod per Prophetam dicitur[3]: *Nisi credideritis, non intelligetis* ». His verbis aperte ostendit indifferentem magnitudinem trium personarum.

3. **Argumentatio Augustini contra haereticum qua ostendit Patrem et Filium et Spiritum Sanctum non esse partes in Trinitate.** Item in eodem[4]: « Tu nempe dixisti unum Deum non ex partibus esse compositum, et hoc de Patre vis intelligi. Ille, inquis, virtus est ingenita simplex. Et tamen in hac simplici virtute multa videris commemorare, cum dicis: Deus Deum genuit, bonus bonum genuit, sapiens sapientem, clemens clementem, potens potentem. Numquid ergo bonitas et sapientia et clementia et potentia partes sunt unius virtutis, quam simplicem esse dixisti? Si dixeris: partes sunt, simplex ergo virtus ex partibus constat; et simplex ista virtus, te definiente, unus est Deus: ergo Deum ex partibus compositum esse dicis. Non dico, inquis. Non sunt ergo partes. Si ergo in una persona Patris et illa invenis quae plura videntur, et partes non invenis quia una virtus simplex est, quanto magis Pater et Filius et Spiritus Sanctus et propter individuam deitatem unus Deus, et propter uniuscuiusque proprietatem tres personae sunt, et propter singulorum perfectionem partes

7 Si] quare tres persone dicantur summe unum *rubrica praem.* NX *ex elencho capit. Hic revera inciperet cap. 6 (seu 77).* *15* spiritualis] spiritalis OPR. 29 compositum esse *trp.* LNW. 33 Deus] est *add.* MNRWX *(Aug.).*

1 Ibid., n. 2 (PL 42, 765). 2 Matth. 19, 12. 3 isai. *7r* g, iuxta Septuaginta; in Vulgata: *non permanebitis.* 4 August., ibid., n. 3 (PL 42, 765s).

unius Dei non sunt ? Virtus est Pater, virtus est Filius, virtus est Spiritus Sanctus. Hoc verum dicis; sed quod virtutem de virtute genitam et virtutem de virtute procedentem non vis eandem habere naturam, hoc falsum dicis, hoc contra fidem rectam et catholicam dicis ». His verbis aperte docetur quod tres illae personae non sunt partes Dei vel divinae essentiae, nullaque earum Trinitatis pars dicenda est, nec una maior aliis.

Cap. 7 (78).

1. **Cum dicimus tres personas esse unam essentiam, nec ut genus de speciebus, nec ut speciem de individuis praedicamus, quia non est essentia genus et personae species, vel essentia species et personae individua.** Hic adiciendum est quod tanta est aequalitas trium personarum atque indifferens magnitudo quod, cum dicamus tres personas unam esse essentiam vel substantiam, neque ut genus de speciebus, neque ut speciem de individuis praedicamus; non enim essentia divina genus est et tres personae species, vel essentia divina species et tres personae individua.

2. **Prius probat quod non illud dicitur ut genus de speciebus.** Quod Augustinus rationibus probabilibus atque irrefragabilibus aperte demonstrat in libro VII *De Trinitate* [1] ita dicens: «Si essentia genus est, species autem persona, ut nonnulli sentiunt, oportet appellari tres substantias, ut appellantur tres personae; sicut cum sit animal genus et equus species, appellantur tres equi, iidemque tria animalia. Non enim species ibi pluraliter dicitur et genus singulariter, ut si diceretur: tres equi sunt unum animal; sed sicut tres equi speciali nomine, ita tria animalia nomine generali dicuntur ». Cum ergo tres personas unam fateamur esse essentiam, non tres essentias, cum tres equi tria animalia dicantur, non unum, patet nomine essentiae non significari genus, nec nomine personae peciem.

3. **Hic probat quod non dicitur ut species de individuis.** « Si[2] vero dicunt nomine personae non speciem significari, sed aliquid singulare

13 speciem] species BLOPWX. 17 rationibus probab. *trp.* LOPR. 24 nomine generali *trp.* LNV.

1 Cap. 6, n. 11 (PL 42, 943; CCL 50, 262s). 2 August., ibid. (PL 42, 943s; CCL 50, 263).

Cap. 7, num. 1: Partim verbotenus in P. Abael, *Theol. «Scholarium »,* II, 10 (PL 178, 1057 D), ubi vult Augustino attribuere verba « cum dicamus... praedicamus » (iin. 12-14); quae summatim revera inveniuntur in *De Trinitate,* VII, c. 4, n. 8 (PL 42, 941; CCL 50, 257s); ita etiam Hugo, *De sacram.,* II, 1, 4 (PL 176, 377 D).

atque individuum, et nomine essentiae speciem intelligi: ut persona non dicatur sicut 'homo', sed quomodo dicitur 'hic homo', velut Abraham, Isaac et Iacob, vel quis alius qui etiam digito praesens demonstrari possit: sic quoque illos eadem ratio confutabit. Sicut enim dicuntur Abraham, Isaac et Iacob tria individua, ita tres homines et tria animalia. Cur ergo Pater et Filius et Spiritus Sanctus, si secundum genus et speciem et individuum ista disserimus, non ita dicuntur tres essentiae ut tres personae ? »

4. Alio modo probat idem. Alio quoque modo idem probat Augustinus, scilicet quod essentia divina non est genus nec personae species, vel essentia non est species nec personae individua. « Una, inquit, essentia non habet species, sicut unum animal non habet species; Pater ergo et Filius et Spiritus Sanctus non sunt tres species unius essentiae: divina ergo essentia genus non est. Sed nec species est essentia divina et personae individua, sicut homo species est, individua autem Abraham, Isaac et Iacob: si enim essentia species est ut homo, sicut non dicitur unus homo esse Abraham, Isaac et Iacob, ita non dicetur una essentia esse très personae. Non itaque secundum genus et species ista dicimus».

Cap. 8 (79).

Nec secundum materialem causam dicuntur tres personae una essentia. Notandum etiam quod essentia divina non est materia trium personarum, ut Augustinus in eodem[2] docet: « tamquam secundum communem eandemque materiam tres personae dicantur esse una essentia, sicut ex eodem auro si fierent tres statuae, diceremus tres statuas unum aurum. Non autem sic Trinitatem, id est tres personas, dicimus unam essentiam et unum Deum, tamquam ex una materia tria quaedam subsistant. In statuis enim aequalibus plus auri est tres simul quam singulae, et minus auri est una quam duae. In illa vero essentia Trinitatis nullo modo ita est ». Non ergo secundum materialem causam tres personas unam dicimus esse essentiam, sicut tres statuae dicuntur unum aurum.

4 ratio] ratione OPX.

1 *De Trinit.,* VII, c. 6, n. 11 (PL 42, 944; CCL 50, 263s). 2 Ibid (PL 42, 944s; CCL 50, 264).

Cap. 8: Cf. P. Abael., *Theologia « Scholarium »,* II, 15 (PL 178, 1073 D).

Cap. 9 (80).

1. **Nec ita dicuntur tres personae una essentia ut très homines una natura vel unius naturae.** His quoque addendum est quod tres personas non ita dicimus esse unam essentiam, ut **Augustinus** in eodem i ait, vel unius essentiae, « sicut dicimus aliquos tres homines eiusdem sexus et eiusdem temperationis corporis eiusdemque animi unam esse naturam vel unius naturae. Nam in his rebus non tantum est unus homo quantum tres homines simul, et plus aliquid sunt homines duo quam unus homo, sicut et in statuis esse diximus. At in Deo non ita est: non enim maior essentia est Pater et Filius simul quam solus Pater vel solus Filius, sed tres simul illae personae aequales sunt singulis ».

2. Ex praemissis[2] patet quod tres personae dicuntur divina essentia nec secundum materialem causam, ut tres statuae unum aurum; nec secundum complexionis similitudinem, ut tres homines unius naturae; nec ut genus praedicatur de speciebus vel ut species de individuis, id est continens de contentis, maius de minoribus.

3. **Quae videntur adversa praedictis.** His autem videntur adversari quae quidam sacrae Scripturae tractatores catholici in suis scriptis tradiderunt, in quibus significare videntur quod essentia divina sit quoddam commune et universale velut species, tres vero personae sint tria particularia, tria individua numero differentia. — Unde **Ioannes Damascenus,** inter Graecorum doctores magnus, in libro quem de Trinitate scripsit[3], quem et Papa **Eugenius** transferri fecit: « Communia et universalia praedicantur de subiectis sibi ipsis particularibus. Commune

3 vel unius naturae *om.* OP. ‖ addendum] adiciendum OP. 19 quoddam] quiddam MN. 20 sint] sunt OPT, *om.* M.

1 *De Trinit.,* VII, c. 6, n. 11 (PL 42, 944s; CCL 50, 263, 265). 2 Summa haec est num. 1 et cap. 7-8. 3 *De fide orthodoxa,* III, c. 6 (PO 94, 1002 C); versio Burgundionis, c. 50, n. 1 (ed. E. Buytaert, p. 186). Quae de Eugenio III († 1153) hic refert Magister, leguntur in titulo quem suae praemisit translationi ipsemet Burgundio: « Iohannis presbyteri Damasceni qui Mansur Liber incipit, in quo est traditio certa orthodoxae fidei, capitulis divisa centum, a Burgundione iudice, cive Pisano, de graeco in latinum Domino tertio Eugenio beatae memoriae Papa translatus» (ed. cit., p. 11).

Cap. 9, num 3: Quamvis omnibus notum sit, hic addi lubet commentum *Glossae* olim Pictaviensi attributae: « A libro isto [id est *De fide orthodoxa]* sumpsit Magister hanc auctoritatem dum Romae esset » (b 43c; n 14a; p 53v). De quo itinere Lombardi cf. Ign. Brady, *Peter Lombard: Canon of Notre-Dame,* in *Rech, de Théol. anc. et méd.* 32 (1965) 291ss.

igitur substantia est, particulare vero hypostasis, id est persona. Particulare autem dicitur non quoniam partem naturae habet, sed particulare numero, ut atomum, id est individuum. (**Diligenter attende**.) Numero enim, et non natura, differre dicuntur hypostases». — Item in eodem 1; « Substantia significat communem et circumplectivam speciem homoideon, id est similium specie, hypostaseon, id est personarum, ut puta Deus, homo; hypostasis autem individuum demonstrat, scilicet Patrem, Filium, Spiritum Sanctum, Petrum, Paulum » et huiusmodi. — Ecce aperte dicit substantiam esse universale, hypostasim vero particulare; et quod Deus est species ut homo, et quod Pater et Filius et Spiritus Sanctus sunt individua sicut Petrus, Paulus, et quod numero differunt. Quae praemissae sententiae **Augustini** penitus contradicere videntur. Quid ergo dicemus ad haec ?

4. **Verba Augustini tenenda dicit.** Hoc utique dicere possumus atque debemus, quod ea quae **Augustinus** tradidit superius, sine omni haesitatione tenenda sunt.

5. **Quod sane possunt intelligi quae Ioannes dicit, et quomodo ostendit.** Haec autem quae hic dicuntur, licet in sermonis superficie aliquid a fide alienum resonare videantur, sane tamen intelligi queunt, piumque lectorem ac intellectorem plurimum efflagitant. In quorum explanatione mallem silens alios audire, quam loquendo malevolis detrahendi occasionem praestare.

6. **Ex quo intellecto dixerit quod substantia Dei sit species vel universale et personae individua.** Videtur tamen mihi ita posse accipi: Cum ait 'substantia est commune et hypostasis est particulare', non ita haec accepit, cum de Deo dicantur, ut accipiuntur in philosophica disciplina; sed per similitudinem eorum quae a philosophis dicuntur locutus est: ut sicut ibi commune vel universale dicitur, quod praedicatur de pluribus, particulare vero vel individuum, quod de uno solo, ita hic essentia divina dicta est universale quia de omnibus personis simul et de singulis separatim dicitur, particulare vero singula quaelibet personarum quia nec de aliis communiter, nec de aliqua aliarum singulariter praedicatur. Propter similitudinem ergo praedicationis substantiam dixit universale, et personas particularia vel individua. — Propter hoc idem etiam eandem divinam essentiam dixit esse 'speciem communem et circumplectivam similium

3 Diligenter attende *om.* LMNRVW. 26 accepit] accipit MNR. 31 vero *om.* BOP, *add. interi.* T.

1 Cap. 4 (PG 94, 998 A); versio Burgundionis, c. 48, n. 1 (ed. Buytaert, p. 180).

specie personarum': quia sicut haec species 'homo' de suis praedicatur individuis, velut de Petro et Paulo et aliis, nec ista specie differunt sed conveniunt, ita Deus de tribus praedicatur personis, quae in divinitate non differunt, sed per omnia conveniunt. Hanc ergo similitudinem inter res sempiternas et res temporales perpendens Ioannes, universalitatis et particularitatis nomina, quae rebus temporalibus proprie conveniunt, ad res aeternas transtulit. Augustinus vero, maiorem videns dissimilitudinem quam similitudinem inter res praedictas, ab excellentia Trinitatis praedicta nomina removit.

Cap. 10 (81).

1. **Ex quo sensu dixerit personas differre numero.** Quod autem Ioannes dicit, 'hypostases differre numero, non natura', in eo quod 'non differre natura' ait, verissime et sine ullo scrupulo loquitur; quod vero dicit, 'differre numero', cavendum est quomodo intelligatur. Diversis enim modis dicuntur aliqua differre numero.

2. **Quibus modis dicatur differre numero, et secundum quem modum possit convenire personis.** Dicuntur enim aliqua differre numero, quando ita differunt ut hoc non sit illud, nec aliquid quod illud est vel in ipso est, qualiter differunt Socrates et Plato et huiusmodi, quae apud philosophos dicuntur individua vel particularia; iuxta quem modum non possunt dici tres personae differre numero. — Dicuntur quoque differre numero, quae in enumeratione sive computatione non sibi adiunguntur, sed a se invicem discernuntur, ut cum de aliquibus rebus loquentes dicimus: una, duae, tres; et secundum hunc modum forte dixit Ioannes hypostases, id est personas, differre numero. Possumus enim dicere: Pater est unus, et Pater et Filius sunt duo, et Pater et Filius et Spiritus Sanctus sunt tres; et item: Haec persona est una, et haec et illa sunt duae, et haec et illa et alia sunt tres. Convenientius tamen tres illae personae proprietatibus tantum distingui dicuntur; de quarum distinctione secundum proprietates in sequenti tractabitur T

3. Nunc vero ad inceptum redeamus, quae dicta sunt repetentes, ut « saepius2 versando familiarius innotescant ».†

13 ullo *om.* MNRVW. 22 enumeratione] numeratione BOP, *corr. ex* numerat T. 23 a] ad OPRW.

1 In Dist. 26. 2 August, De *Trinit.,* VIII, η. 1 (PL 42, 947; CCL 50, 268).

Cap. 10: Fons videtur esse P. Abael., *Theologia Christiana,* III (PL 178, 1250 D); cf. etiam *Theol. «Scholarium»,* II, 10; necnon et *Sic et non,* c. 8 (PL 178, 1057s; 1359-1364).

Cap. 11 (82).

1. **Quod una persona non est maior alia nec tres simul quam una, et hoc ratione ostendit catholica.** Sciendum est igitur « tantam aequalitatem esse in Trinitate, ut ait Augustinus in VIII libro *De Trinitate* i, ut non solum Pater non sit maior quam Filius, sed nec Pater et Filius simul maius aliquid sint quam Spiritus Sanctus, aut quaelibet persona minus aliquid sit quam ipsa Trinitas ». — Quod autem ita sit, aliquo modo, si fieri potest, demonstrandum est. « Quantum ergo ipse Creator adiuvat, attendamus, inquit Augustinus in eodem2, quomodo in hac Trinitate duae vel tres personae non sunt maius aliquid quam una earum ».

2. **Ratione subtilissima utitur ad ostendendum quod ita sit.** « Quod 3 ibi magnum dicitur, aliunde magnum non est quam eo quod vere est, quia ibi magnitudo ipsa veritas est, et veritas essentia; non ergo ibi maius est, quod verius non est. Non autem verius est Pater et Filius simul, quam Pater solus vel Filius; non igitur maius aliquid utrumque simul quam singulus eorum. Et quia aeque vere est etiam Spiritus Sanctus, ideo Pater et Filius simul non sunt aliquid maius quam ipse, quia nec verius sunt ».

3. **Item aliter probat idem.** Item 4: « In essentia veritatis, hoc est verum esse quod est esse, et hoc est esse quod est magnum esse; hoc est ergo magnum esse quod verum esse. Quod igitur ibi aeque verum est, et aeque magnum est; quod ergo ibi plus veritatis non habet, non habet plus magnitudinis. Plus autem veritatis non habet, quod verius non est; non est autem verius una persona alia, vel duae quam una, vel tres simul quam singula; non ergo plus veritatis habet una quam alia, vel tres simul quam singula. Sic ergo et ipsa Trinitas non est maius aliquid quam unaquaeque ibi persona, sed tam magnum quam singula. Non enim ibi maior est, quae verior non est, ubi ipsa veritas est magnitudo ». — Ecce modo convenienti et ratione catholica ostensum est quomodo indifferens sit magnitudo trium personarum, quia nec una maior est alia, nec duae una, nec tres simul maius aliquid quam singula.

3-4 aequalitatem esse *trp.* NRX. 10 sunt] sint BMNTVWX. 19 Rubrica *om.* NR WX. 24 persona] quam *add.* LNRVWX. 26 maius aliquid *trp.* OPV,

1 Ibid. 2 ibid. 3 August, ibid., c. 1, η. 2 (PL 42, 947s; CCL 50, 269). 4 Ibid. (PL 42, 948; CCL 50, 270, 269).

Cap. 12 (83).

1. **Quod Deus non est dicendus triplex sed trinus.** Propterea, cum Deus dicatur trinus, non tamen debet dici triplex; ibi enim non est triplicitas, ubi summa est unitas et indifferens aequalitas. — Unde **Augustinus** in libro VI *De Trinitate* 1 ait: « Non quoniam Deus Trinitas est, ideo triplex putandus est: alioquin minor esset Pater solus, vel Filius solus, quam simul Pater et Filius ». « Cum 2 itaque tantus est solus Pater, vel solus Filius, vel solus Spiritus Sanctus, quantus est simul Pater et Filius et Spiritus Sanctus, nullo modo triplex dicendus est Deus. Non enim Pater cum Filio et Spiritu Sancto maior Deus est quam singuli eorum, quia non est quo crescat illa perfectio. Perfectus autem est et Pater et Filius et Spiritus Sanctus, et perfectus Deus singulus eorum; et ideo Trinitas potius quam triplex dici debet».

2. **Quod non est ita in rebus corporeis ut in Trinitate.** « In rebus 3 corporeis non tantum est una quantum tres simul, et plus sunt duae quam una res. In Trinitate vero summa tantum est una persona quantum tres simul, et tantum sunt duae quantum una. Et in se infinitate sunt », quia *non est finis magnitudinis earum* 4. Ac per hoc aperitur quod supra diximus, scilicet « quomodo 5 et singula sunt in singulis et omnia in singulis, et singula in omnibus et omnia in omnibus, et unum in omnibus est et unum omnia ». — Ecce iam ostendimus sufficienter qualiter in Trinitate aliqua persona aliam non superet magnitudine.

14 est ita *trp.* BLNVWX.

1 Cap. 7, n. 9 (PL 42, 929; CCL 50, 237). 2 Ibid., c. 8, n. 9 (PL 42, 929s; CCL 50, 238). 3 August., ibid., c. 10, n. 12 (PL 42, 932; CCL 50, 242s). 4 Resp. Ps. 144, 3. 5 August., ibid.

Cap. 12: Cf. P. Abael., *Theologia « Scholarium »*, II, 10 (PL 178, 1057 B-D); et *Summa sent.,* I, 8 (PL 171, 1081 A; 176, 55 A).

DISTINCTIO XX

Cap. 1 (84).

1. **Ostenso quod aliqua personarum aliam non superat magnitudine, nunc ostendit quod alia non excellit aliam potentia.** Nunc ostendere restat quomodo aliqua harum personarum aliam non excellat potentia: ut sicut una *et* indifferens est magnitudo trium, ita una et indifferens monstretur potentia trium.

2. Sciendum est igitur quia non est potentior Pater Filio, nec Filius vel Pater Spiritu Sancto; nec maiorem potentiam habent duo vel tres simul quam singulus eorum, quia nec plus potest Pater simul et Filius quam solus Spiritus Sanctus; nec hi tres simul plus possunt quam singulus eorum, quia omnipotentiam quam habet Pater, et Filius accepit nascendo, et Spiritus Sanctus procedendo. — Quod **Augustinus** rationibus et auctoritatibus probabiliter adstruit in libro *Contra Maximinum* 1, qui dicebat Patrem potentiorem ac meliorem Filio.

Cap. 2 (85).

Quod non minus potest Filius quam Pater. « Nihil, inquit2, Patre minus habet ille qui dicit 3; *Omnia quae habet Pater, mea sunt;* nam si minus habet in potestate aliquid quam Pater, non sunt eius *omnia* quae habet Pater. Sed eius sunt *omnia* quae habet Pater; tantam igitur habet potestatem quantam Pater». «Aequalis ergo est Patri»: «non enim potest qui accepit, inaequalis esse ei qui dedit ».

Cap. 3 (86).

1. **Hic ponit falsam traditionem haeretici** « Tu 4 autem hoc de potentia sapis, quod potens sit Filius, sed potentior Pater: ut secundum doctri-

22 accepit] accipit LMR.

1 Lib. II, cc. 12-18 (PL 42, 766-787). 2 August., ibid., c. 14, tin. 7 et 9 (PL 42, 775, 776, 774s). 3 Ioan. 16, 15. 4 August., ibid., c. 12, η. 1 (PL 42, 766).

Dist. XX: De hac Distinctione verbis Augustini contexta vide Gualt. de Mauritania, *Epistola ad Petrum Abaelardum,* ed. Henr. Ostlender, in *Florilegium Patristicum* XIX, Bonnae 1929, 34-40, et eius *De Trinit.,* c. 5 (PL 209, 579 C-581 A); necnon et L. Ott, *Untersuchungen zur theol. Briefliteratur,* 254-266.

nam vestram potens potentem potuerit gignere, et non omnipotens omnipotentem. Habet ergo Pater omnipotentiam, quam non habet Filius; et si hoc est, falsum est quod ait Filius i; *Omnia quae habet Pater, mea sunt* ».

2. **Hoc verum fatebatur haereticus, ex quo progrediebatur ad falsa.** «Sed2, inquis, Pater a nemine potentiam accepit, Filius autem a Patre. Fatemur et nos Filium accepisse potentiam ab illo de quo natus est potens, Patri vero potentiam nullus dedit, quia nullus eum genuit. Gignendo enim dedit Pater potentiam Filio, sicut omnia quae habet in substantia sua, gignendo dedit ei quem genuit de substantia ».

3. **Quaestio Augustini quae arctat haereticum.** « Sed 3 quaeritur utrum tantam, quanta ipsi est, potentiam Pater Filio dederit, an minorem. Si tantam, non solum potentem, sed etiam omnipotentem genuisse omnipotens intelligitur; si vero minorem, quomodo *omnia* quae habet Pater Filii sunt ? Si Patris omnipotentia Filii non est, non *omnia* procul dubio quae habet Pater Filii sunt ». At *omnia* Filii sunt; omnipotentia ergo Patris etiam Filii est; non est ergo Pater potentior Filio.

4. **Aliter probat Filium aequalem Patri.** Item, alio modo probat Filium aequalem Patri contra **Maximinum**, ita dicens 4: « Tu dicis quod Pater genuit Filium minorem se ipso, in quo et Patri derogas, qui, si Filium unicum minorem genuit, aut non potuit, aut non voluit gignere aequalem ». « Si 5 autem dicis quia non voluit, eum invidum esse dixisti; si autem non potuit, ubi est omnipotentia Dei Patris ? »

5. **Si Pater non potuit vel noluit gignere aequalem Filium, infirmus vel invidus invenitur.** « Prorsus6, ad hunc articulum res colligitur: ut Deus Pater aequalem sibi gignere Filium aut non potuerit, aut noluerit. Si non potuit, infirmus; si noluit, invidus invenitur. Sed utrumque hoc falsum est; Patri igitur Filius verus aequalis est ». Genuit ergo Pater sibi aequalem Filium, et ab utroque procedit utrique aequalis Spiritus Sanctus. Si enim formam suam, ait **Augustinus** contra eundem 7, Pater in unico Filio plenam gignere potuit, nec tamen plenam genuit, sed minorem, cogimini Patrem invidum dicere ». Plenum ergo Deum et aequalem genuit sibi Filium.

6. **Per simile ostendit quod non minorem Pater genuit Filium.** Hoc autem per similitudinem humanam ita esse demonstrat, inquiens8: « Homo

1 potuerit] potuit PRT. 16 etiam] et MOP. 23-24 Rubrica *om.* PRW. 29 suam ut *add.* BMNTVW. 32 genuit sibi OPT, *trp.* alii. 33 genuit Filium OPT, *trp.* alii.

1 Ioan. 16, 15. 2 August., ibid. (PL 42, 767). 3 August., ibid. 4 Lib. II, c. 19, n. 4 (PL 42, 787). 5 August., ibid., c. 7 (PL 42, 762). 6 August, ibid. 7 Ibid., c. 15, n. 1 (PL 42, 777). 8 Ibid., c. 18, n. 3 (PL 42, 786).

pater, si potuisset, aequalem filium genuisset. Quis ergo audeat dicere quod hoc Omnipotens non potuit ? Addo etiam quia, si posset homo, maiorem melioremque se ipso gigneret filium; sed maius vel melius Deo, quidquam esse non potest ». « Deus [1] ergo cur non aequalem, ut ais, genuit Filium, cui nec anni necessarii fuerunt per quos adimpleretur aequalitas, nec omnipotentia defuit ? An forte noluit ? Ergo, quod absit, invidit. Sed non invidit; aequalem igitur genuit». «Credamus[2] ergo ei Filium esse aequalem ».

7. **Opinionem haeretici ponit ut destruat.** « Sed [3] forte dices: Eo ipso maior est Pater Filio, quia de nullo genitus, genuit tamen aequalem, Ad quod cito respondebo: Immo, ideo non est maior Pater Filio, quia aequalem genuit. Originis enim quaestio est ista: quis de quo sit; aequalitatis autem: qualis aut quantus sit ». Quod est dicere: Ad originem pertinet quaestio qua quaeritur quis de quo sit; ad aequalitatem vero illa qua quaeritur qualis aut quantus quis sit. Nec [4] cum dicitur Filius a Patre genitus, ostenditur « inaequalitas substantiae, sed ordo naturae: non quo alter prior esset altero, sed quo alter est ex altero ». Non ergo secundum hoc quod Pater genuit et Filius genitus est vel Spiritus Sanctus ab utroque procedit, aequalitas vel inaequalitas ibi exsistit, quia non secundum hoc alia persona alii aequalis vel inaequalis dicitur.

8. Ecce «aequalitas[5] Trinitatis et una eademque substantia, quantum breviter potuimus, demonstrata est » in superioribus [6], qualiter scilicet aliqua trium personarum quamlibet aliam nec aeternitate, nec magnitudine, nec potentia excellat.

DISTINCTIO XXI

Cap. 1 (87).·

1. **Quaeritur quomodo possit dici : solus Pater vel solus Filius vel solus Spiritus Sanctus, cum sint inseparabiles.** Hic oritur quaestio trahens originem ex praedictis. Dictum est enim supra[7] quod tantus est solus Pater,

11 maior Pater *trp.* MWX. 17 quo2] quod LNRW.

1 Ibid., c. 15, n. 5 (PL 42, 780). 2 Ibid., c. 18, n. 3 (PL 42, 786). 3 August., ibid. (PL 42, 786). 4 August., ibid., c. 14, π. 8 (PL 42, 775). s August., *De Trinit.,* VI, c. 9, η. 10 (PL 42, 931; CCL 50, 240). 6 De aequalitate in aeternitate: Dist. 9 (pp. 103-110); in magnitudine: Dist. 19 (pp. 159-171); in potentia: in hac praesenti Distinctione. 7 Dist. 19, c. 12, η. 1 (p. 171).

vel solus Filius, vel solus Spiritus Sanctus, quantum simul illi tres, et quod duae vel tres personae simul non sunt maius aliquid quam una sola. Ideo quaerit **Augustinus** in VI libro *De Trinitate* i « quomodo haec sane dici possint, cum nec Pater sit solus, nec Filius, nec Spiritus Sanctus, sed semper et inseparabiliter et Filius cum Patre, et Pater cum Filio, et Spiritus Sanctus cum utroque: inseparabiles enim sunt hae tres personae ».

2. **Responsio Augustini**[1]. Ad quod ita respondet **Augustinus** in eodem2; «Solum Patrem dicimus, non quia separatur a Filio» vel Spiritu Sancto, sed hoc dicentes significamus quia « illi simul cum eo non sunt Pater ». Solus enim Pater pater est: quod non dicitur quia ipse sit solus, id est sine Filio vel Spiritu Sancto, sed per hoc Filius et Spiritus Sanctus a paternitatis consortio excluduntur. Ita et cum dicitur: solus Filius filius est, vel solus Spiritus Sanctus spiritus sanctus est, non dividitur Filius a Patre vel Spiritus Sanctus ab utroque, sed a consortio filialis proprietatis excluduntur Pater et Spiritus Sanctus, et a consortio processibilis proprietatis Pater et Filius. — Cum ergo dicitur: 'tantus est solus Pater quantum simul illi tres', per hoc quod dicitur 'solus' non separatur Pater ab aliis; sed hic est sensus: Solus Pater, id est Pater, qui ita pater est quod nec Filius nec Spiritus Sanctus, tantus est etc. Similiter intellige cum dicitur 'solus Filius' vel 'solus Spiritus Sanctus'. « Solus ergo Pater dicitur, ut ait **Augustinus** in eodem 3, quia nonnisi ipse ibi pater est»; et 'solus Filius', quia nonnisi ipse ibi filius est; et 'solus Spiritus Sanctus', quia nonnisi ipse ibi spiritus sanctus est.

Cap. 2 (88).

1. **Utrum possit dici : solus Pater est Deus, solus Filius est Deus, solus Spiritus Sanctus est Deus, vel Pater est solus Deus, Filius est solus Deus, Spiritus Sanctus est solus Deus.** Post haec quaeritur utrum sicut dicitur: solus Pater est pater, vel solus Filius est filius, ita possit dici: solus Pater est Deus, vel solus Filius est Deus, ita et de Spiritu Sancto; aut Pater est solus Deus, Filius est solus Deus. — Ad quod dicimus quia Pater et Filius et Spiritus Sanctus dicitur et est unus Deus, et haec Trinitas simul proprie dicitur esse solus Deus, sicut solus sapiens, solus potens; sed non

2 sola] persona OP. 4 possint] possunt BNOP, *quod corr.* O. 5 et] *om.* BOPX. 7 Rubrica *om.* RW. ‖ Augustini *om.* MTX.

1 Cap. 7, n. 9 (PL 42, 929; CCL 50, 237s). 2 Ibid. (PL 42, 929; CCL 50, 238). 3 Cap. 9, n. 10 (PL 42, 930; CCL 50, 239).

videtur debere dici a nobis, verbis nostris utentibus, nisi ubi sermo auctoritatis occurrit: 'solus Pater est Deus' vel 'Pater est solus Deus'. Ita de Filio et Spiritu Sancto dicimus.

2. **Quod non dicitur: solus Pater est Deus.** Unde **Augustinus** in VI libro *De Trinitate* 1 ait: « Quoniam ostendimus quomodo possit dici 'solus Pater' vel 'solus Filius', consideranda est illa sententia, qua dicitur non esse solum Patrem Deum verum solum, sed Patrem et Filium et Spiritum Sanctum ». Ecce habes quia non solus Pater dicendus est esse solus verus Deus.

3. **Quod Pater non est solus Deus, sed Trinitas.** Item in eodem 2; « Si quis interroget: Pater solus utrum sit Deus, quomodo respondebimus non esse? Nisi forte ita dicamus, esse quidem Patrem Deum, sed non eum esse solum Deum; esse autem solum Deum dicamus Patrem et Filium et Spiritum Sanctum ». Ecce et hic habes quia Pater non debet dici 'solus Deus'.

4. Atque hic 'solum' in parte subiecti tantum accipere **quidam** volunt; in parte vero praedicati si sit, concedunt quod Pater est solus Deus. — Sed ex verbis **Augustini** videtur ostendi quod proprie 'solus Deus' dici debeat tota Trinitas. Et haec Trinitas, ut ait **Augustinus** *Contra Maximinum* 3, intelligitur, cum Apostolus dicit 4; *Beatus et solus potens;* et ibi 5: *Soli sapienti Deo; et* ibi 6: *Invisibili soli Deo.* Non enim haec de solo Patre accipienda sunt, ut contendebat **Maximinus** et alii haeretici, sed de Trinitate, sicut et illud 7: *Solus habet immortalitatem;* quia «secundum 8 rectam fidem ipsa Trinitas est unus solus Deus, beatus, potens », sapiens, invisibilis. Unde **Augustinus** in eodem 9: «Cum unus Deus sit Trinitas, haec sit nobis solutio quaestionis: ut intelligamus solum Deum sapientem, solum potentem, Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, qui est unus et solus Deus ».

5. Augustinus, ad Maximinum 10: « Non ergo Pater solus nec solus Filius nec solus Spiritus Sanctus Deus est, sed ipsa Trinitas unus solus Deus est ».

3 et] de *add.* LRW. 4 Rubrica om. MRW. 5 VI] septimo LNOP. 10 Rubrica om. MRW. 29-30 Augustinus... est LNW, *om. alii codd. Vide notam infra.*

1 Cap. 9, n. 10 (PL 42, 930; CCL 50, 239). 2 Ibid. 3 Lib. II, cc. 11-13 (PL 42, 766-770). Cf. etiam *De Trinit.,* I, c. 6, nn. 10-11 (PL 42, 826; CCL 50, 39s). 4 I Tim. 6, 15. 5 Rom. 16, 27. 6 I Tim. 1, 17. 7 I Tim. 6, 16. 8 August., *Contra Maximinum,* II, c. 12, n. 2 (PL 42, 768). 9 Ibid., c. 13, n. 1 (PL 42, 769), quoad sensum. 10 Ibid. (PL 42, 769).

Num. 4: Cf. Lombard., *Glossa* in I Tim. 1, 17 (PL 192, 333 D) et in Rom. 16, 27 (PL 191, 1531 D-1532 A). — Num. 5: Utrum ipse Magister hanc glossam apposuerit an quidam

Cap. 3 (89).

1. **Quomodo Trinitas dicatur solus Deus, cum ipsa sit cum spiritibus et animabus sanctis.** Sed iterum quaeritur quomodo ipsam Trinitatem dicimus 'solum Deum', cum sit cum spiritibus et animabus sanctis. — Ad quod respondet **Augustinus** in VI libro *De Trinitate* 1, ita dicens: « Trinitatem dicimus Deum solum, quamvis semper sit cum spiritibus et animabus sanctis; sed 'solum' dicimus, quia non aliud quam ipsa Trinitas Deus est. Non enim illi cum illa Deus sunt », vel aliqua alia; sed ipsa Trinitas tantum, non illi vel alia, Deus est.

2. **Etsi de Patre solo praedicta dicerentur, non tamen excluderetur Filius et Spiritus Sanctus.** « Verumtamen, ut ait **Augustinus**2, etsi de sola Patre praedicta dicerentur, non inde excluderetur Filius vel Spiritus Sanctus, quia *hi tres unum sunt*3. Sicut in Apocalypsi de Filio legitur 4 quod *habet nomen scriptum, quod nemo scit nisi ipse;* non inde separatur Pater vel Spiritus Sanctus. Et cum dicitur 5: *Nemo novit Patrem nisi Filius,* non inde separatur Pater et Spiritus Sanctus, quia inseparabiles sunt ». — Aliquando etiam nominantur Pater et Filius, et tacetur Spiritus Sanctus; sicut Veritas ad Patrem loquens ait 6; *Ut cognoscant te et quem misisti, Iesum Christum, esse unum verum Deum.* « Cur ergo, inquit **Augustinus**?, tacuit de Spiritu Sancto ? Quia consequens est, ut ubicumque nominatur unus, sicut Pater et Filius tanta pace uni adhaerens, intelligatur etiam ipsa Pax, quamvis non commemoretur». Uno ergo istorum nominato, etiam reliqui intelliguntur; quod in pluribus Scripturae locis occurrit.

12 inde] tamen LMWX. 14 non] tamen *add.* TVW. 18 sicut] ut LMNRX.

1 Cap. 7, n. 9 (PL 42, 929; CCL 50, 238). 2 *Contra Maximinum,* II, c. 13, n. 1 (PL 42, 769). Cf. *Glossa* ipsius Lombardi in Rom. 16, 25-27 (PL 191, 1532 A). 3 I Ioan. 5, 7. 4 Apoc. 19, 12. 5 Mattii. 11, 27. 6 Ioan. 17, 3: *Ut cognoscant te, solum Deum verum, et quem misisti Iesum Christum.* 7 *De Trinit.* VI, c. 9, n. 10 (PL 42, 930; CCL 50, 239s).

discipulus, nescimus, eo quod de ea *Glossa* pseudo-Pictaviensis modo loquitur impersonali: « Notandum post huius *(om.* p) libri editionem auctoritatem Augustini quandam *(trp.* b) hic *(trp.* p) esse *(om.* p) scriptam, quae etiam affirmat non esse concedendum Patrem esse solum Deum» (b 43r; n 14b; p 54a). Codices meliores insuper hanc notam omittunt: quod tamen in se non est argumentum validum; in margine habetur in codd. Paris. Nat. lat., 3017, 3021, 3025, Trecis Civit. 304 (secunda manu), et Vat. lat. 691 (= W); in tertia columna in codd. Paris. Nat. lat. 3018, 3024, 3026, 3027 A, 11690.

DISTINCTIO XXII

Cap. 1 (90).

1. **De nominum differentia quibus utimur loquentes de Deo.** Post praedicta disserendum nobis videtur de nominum diversitate, quibus loquentes de Unitate ac Trinitate ineffabili utimur; deinde ostendendum est quibus modis de ea aliquid dicatur.

2. « Illud igitur praecipue teneamus, quaedam esse nomina distincte ad singulas personas pertinentia, ut ait **Augustinus** in VIII libro *De Trinitate* i, quae de singulis tantum dicuntur personis; quaedam vero unitatem essentiae significantia sunt, quae et de singulis singillatim et de omnibus communiter dicuntur; alia vero sunt, quae translative ac per similitudinem de Deo dicuntur ». — Unde **Ambrosius** in II libro *De Trinitate*2 ait: «Quo purius niteat fides, tripartita videtur derivanda distinctio. Sunt enim nomina quaedam quae evidenter proprietatem deitatis ostendunt; et sunt quaedam quae perspicuam divinae maiestatis exprimunt veritatem; alia vero sunt quae translative per similitudinem de Deo dicuntur. Proprietatis itaque indicia sunt: generatio, Filius, Verbum et huiusmodi; unitatis vero aeternae: sapientia, virtus, veritas et huiusmodi; similitudinis vero: splendor, character, speculum et huiusmodi ».

Cap. 2 (91).

Praemissis addit quaedam esse nomina quae temporaliter Deo conveniunt et relative dicuntur. His adiciendum est quaedam etiam nomina esse, ut ait **Augustinus** in V libro *De Trinitate* 3, quae ex tempore

10 sunt *om.* MNX, *add. interi.* V. 14 quaedam *om.* BOPX. 16 veritatem *codd.*t unitatem *Ambr.*

1 Num. 1 (PL 42, 947; CCL 50, 268); sed v. potius lib. V, cc. 8-16 (PL 42, 916-924; CCL 50, 215-227). 2 Id est *De fide,* prologus, n. 2 (PL 16 [1845], 559 D-560 C; CSEL 78, 58). 1 Cap. 16, n. 17 (PL 42, 922ss; CCL 50, 224ss).

Cap. 1-2: Cf. P. Abael., *Theologia Christiana,* III, et *Theologia « Scholarium »,* 1,6 (PL 178, 1230 B, 988 C); *Summa sent.,* I, 10 (PL 171, 1082 D-1085 A; 176, 56 D-58 D); vide etiam Roland., *Seni.,* 43-47.

Deo conveniunt et relative ad creaturam dicuntur; quorum quaedam de omnibus dicuntur personis, ut dominus, creator, refugium; quaedam autem non de omnibus, ut donatus, datus, missus.

Cap. 3 (92).

De hoc nomine, trinitas, addit. Praeterea est unum nomen quod de nulla persona singillatim dicitur, sed de omnibus simul, id est trinitas; quod non dicitur secundum substantiam, sed quasi collectivum pluralitatem designat personarum.

Cap. 4 (93).

De aliis nominibus quae temporaliter Deo congruunt et non relative dicuntur. Sunt etiam quaedam nomina quae ex tempore Deo conveniunt nec relative dicuntur, ut incarnatus, humanatus et huiusmodi. — Ecce sex nominum differentias assignavimus quibus utimur loquentes de Deo; de quibus singulis agendum est.

Cap. 5 (94).

1. **Quod illa nomina quae ad singulas proprie pertinent personas, relative proprie dicuntur; ea vero quae unitatem essentiae significant, ad se dicuntur, et de singulis et de omnibus communiter dicuntur personis, et singulariter, non pluraliter, in summa accipiuntur.** Sciendum est igitur quod illa quae proprie ad singulas pertinent personas, relative ad invicem dicuntur, sicut Pater et Filius, et utriusque donum, Spiritus Sanctus; ea vero quae unitatem essentiae significant, ad se dicuntur. Et quae ad se dicuntur, substantialiter utique dicuntur, et de omnibus communiter et de singulis singillatim dicuntur personis, et singulariter, non pluraliter accipiuntur in summa, ut Deus, bonus, potens, magnus et huiusmodi. Quae autem relative dicuntur, substantialiter non dicuntur.

2. Unde **Augustinus** inV libro *De Trinitate* [1] ita ait: « Quidquid ad se dicitur, praestantissima illa et divina sublimitas substantialiter

[1] Cap. 8, n. 9 (PL 42, 916s; CCL 50, 215s).

Cap. 3: Verbatim de *Summa sent.,* I, 9 (PL 171, 1082 C-D; 176,56 C); cui fons erat Qualt. de Mauritania, *De Trinit.,* c. 8 (PL 209, 584 C); hac de re cf. L. Ott, *Die Trinitatslehre...,* in *Div. Thom.* (Fr.) 21 (1943) 167s.

Cap. 5: Cf. *Summa sent.,* I, 9 (PL 171, 1081 B-1082 C; 176, 55 B-56 C).

dicitur; quod autem ad aliquid dicitur, non substantialiter, sed relative dicitur. Tantaque vis est eiusdem substantiae in Patre et Filio et Spiritu Sancto, ut quidquid de singulis ad se ipsos dicitur, non pluraliter in summa, sed singulariter accipiatur. Dicimus enim: Pater est Deus, Filius est Deus, Spiritus Sanctus est Deus: quod secundum substantiam dici nemo dubitat; non tamen dicimus hanc Trinitatem esse tres deos, sed unum Deum. Ita dicitur Pater magnus, Filius magnus et Spiritus Sanctus magnus; non tamen tres magni, sed unus magnus. Ita et omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus Sanctus; non tamen tres omnipotentes, sed unus omnipotens. Quidquid ergo ad se ipsum dicitur Deus, et de singulis personis similiter dicitur, et simul de ipsa Trinitate, non pluraliter, sed singulariter dicitur. Et quoniam non est aliud Deo esse et aliud magnum esse, sed hoc idem est illi esse quod est magnum esse, propterea sicut non dicimus tres essentias, sic non dicimus tres magnitudines, sed unam essentiam et unam magnitudinem ».

3. **Quod Deus est magnus ea magnitudine quae ipse est; sic de bonitate et de omnibus quae secundum substantiam dicuntur.** « Deus [1] enim non est magnus ea magnitudine quae non est quod ipse, ut quasi particeps eius sit: alioquin maior esset illa magnitudo quam Deus; Deo autem non est aliquid maius; ea igitur magnitudine magnus est, qua ipse est. Ideoque nec tres magnitudines dicimus, sed unam magnitudinem; nec tres magnos, sed unum magnum; quia non participatione magnitudinis Deus magnus est, sed se ipso magno magnus est, quia ipse est sua magnitudo. Ita et de bonitate et aeternitate et omnipotentia Dei dicendum est, et de omnibus omnino quae de Deo possunt pronuntiari substantialiter, quibus ad se ipsum dicitur, non translative ac per similitudinem, sed proprie; si tamen de illo proprie aliquid ore hominis dici potest ».

4. Ecce aperte docuit quod nomina unitatem divinae maiestatis significantia et ad se dicuntur de Deo, id est sine relatione, et de omnibus personis communiter et de singulis divisim dicuntur, nec pluraliter, sed singulariter in summa accipiuntur. Illa vero nomina, quae proprie ad singulas pertinent personas, relative, non substantialiter dicuntur. « Quod enim proprie singula in Trinitate persona dicitur, ut ait Augustinus in eodem[2], nullo modo ad se ipsam, sed ad aliam invicem vel ad creaturam dicitur; et ideo relative, non substantialiter dici manifestum est ».

2 vis est *trp.* MVX. 5 Deusi] et *add.* BTVWX. 20 qua] que BLNOPX.

1 August., *De Triait.,* V, c. 10, n. 11 (PL 42, 918; CCL 50, 218). 2 Ibid., c. 11, n. 12 (PL 42, 918; CCL 50, 218).

DISTINCTIO XXIII

Cap. 1 (95).

1. **De hoc nomine quod est persona, quod cum secundum substantiam dicatur, tamen pluraliter, non singulariter in summa accipitur.** Praedictis adiciendum est quod, cum omnia nomina quae secundum substantiam de Deo dicuntur, singulariter et non pluraliter de omnibus in summa dicantur personis, ut supra ostensum est 1, est tamen unum nomen, scilicet persona, quod secundum substantiam dicitur de singulis personis, et pluraliter, non singulariter, in summa accipitur. Dicimus enim: Pater est persona, Filius est persona, Spiritus Sanctus est persona; et hoc secundum substantiam dicitur. Nec tamen dicitur: Pater et Filius et Spiritus Sanctus sunt una persona, sed tres personae. Hoc igitur nomen excipitur a praedicta regula nominum quae secundum substantiam de Deo dicuntur, quia cum hoc ad se dicatur et secundum substantiam, pluraliter tamen, non singulariter in summa accipitur.

2. **Auctoritas quod persona ad se dicatur et secundum substantiam.** Quod autem persona secundum substantiam dicatur, Augustinus ostendit in libro VII *De Trinitate*2 dicens: « Non est aliud Deo esse, aliud personam esse, sed omnino idem ». — **Quod Pater non eo est Pater quo est ?** Item 3: « In hac Trinitate, cum dicimus personam Patris, non aliud dicimus quam substantiam Patris. Quocirca, ut substantia Patris ipse Pater est, non quo pater est, sed quo est, ita et persona Patris non aliud quam ipse Pater est. Ad se quippe dicitur persona, non ad Filium vel Spiritum Sanctum; sicut ad se dicitur Deus, et magnus, et bonus, et iustus et huiusmodi. Et quemadmodum hoc illi est esse quod Deum esse, quod magnum, quod bonum esse, ita hoc est illi esse quod personam

19-20 Rubrica *om.* MRW. 26 magnum] esse *add.* LPT.

1 In Dist. 22, c. 5 (pp. 179-180). 2 Cap. 6, n. 11 (PL 42, 943; CCL 50, 261). 3 Ibid. (943; 262).

Dist. XXIII: Quasi tota conflatur ex verbis et dictis Augustini, ducente tamen *Summa sent.,* I, 9 (PL 171, 1081 D-1082 A; 176, 55 C-56 A); quae revera dependet a P. Abael., *Theologia « Scholarium »,* I, 6, et *Sic et non,* c. 5 et 8 (PL 178, 988 D, 1358 C, 1360 A). — Cf. J. Schneider, *Die Lehre vom Dreieinigen Gott...,* 118-123.

esse ». — Ecce expresse habes quod persona secundum substantiam dicitur, ut cum dicitur 'Pater est persona', hic sit sensus: Pater est essentia divina; similiter cum dicitur 'Filius est persona', 'Spiritus Sanctus est persona', id est essentia divina.

3. **Cur Pater et Filius et Spiritus Sanctus non dicantur una persona, ut una substantia et unus Deus.** Ideo oritur hic quaestio, difficilis quidem sed non inutilis, qua quaeritur cur non dicantur hi tres una persona, sicut una essentia et unus Deus. Quam quaestionem **Augustinus** diligenter tractat atque congrue explicat in VII libro *De Trinitate* i, ita dicens: « Cur non haec tria simul unam personam dicimus, sicut unam essentiam et unum Deum, sed dicimus tres personas, cum tres Deos aut tres essentias non dicamus ?» — **Solvit** : « Quia volumus vel unum aliquod vocabulum servare huic significationi qua intelligitur Trinitas, ne omnino taceremus, interrogati quid tres cum tres esse fateremur ». « Cum ergo quaeritur 'quid tres', ut ait **Augustinus** in V libro *De Trinitate*2, magna prorsus inopia humanum laborat eloquium. Dictum est tamen 'tres personae', non ut illud diceretur, sed ne taceretur ». Non enim rei ineffabilis eminentia hoc vocabulo explicari valet. Ecce ostendit qua necessitate dicatur pluraliter personae, videlicet ut hoc uno nomine quaerentibus de tribus responderemus.

Cap. 2 (96).

1. **Qua necessitate dictum sit tres personae a Latinis, et a Graecis tres hypostases vel substantiae.** Qua necessitate non solum latinus sermo, sed etiam graecus eadem pene super hac re laborans nominum penuria coarctatur. Unde **Augustinus,** quid a Graecis vel a Latinis necessitate de ineffabili Trinitate dictum sit aperiens, in VII libro *De Trinitate* 2 ait: « Loquendi causa de ineffabilibus, ut fari aliquo modo possemus, dictum est a Graecis: una essentia, tres substantiae » (id est una usia, tres hypostases: aliter enim Graeci accipiunt substantiam quam Latini). « A Latinis autem dictum est: una essentia vel substantia, tres personae, quia non aliter in sermone nostro, id est latino, essentia quam substantia solet intelligi. Et ut intelligatur saltem in aenigmate, placuit ita dici: ut cum quaereretur quid tria sint, aliquid diceretur; quae tria esse fides vera

14 interrogati] interroganti LOPW. 17 taceretur] omnino *add.* BNW.

1 Cap. 6, n. 11 (PL 42, 943; CCL 50, 262), ubi et pars prior solutionis. 2 Cap. 9, n. 10 (PL 42, 918; CCL 50, 217). 3 Cap. 4, n. 7 (PL 42, 939; CCL 50, 255).

pronuntiat, cum et Patrem non dicit esse Filium; et Spiritum Sanctum, scilicet Donum Dei, nec Patrem dicit esse nec Filium ».

2. **Quod Deus verius cogitatur quam praedicatur, et verius est quam cogitatur** : « Cum 1 ergo quaeritur quid tria vel quid tres, conferimus nos ad inveniendum aliquod nomen quo complectamur haec tria; neque occurrit animo, quia supereminentia divinitatis usitati eloquii facultatem excedit. Verius enim cogitatur Deus quam dicitur, et verius est quam cogitatur ».

3. «Pater2 ergo et Filius et Spiritus Sanctus, quoniam tres sunt, quid tres sunt quaeramus, quid commune habeant. Non enim possunt dici tres patres, quoniam tantum Pater ibi pater est; nec tres filii, cum nec Pater ibi sit filius nec Spiritus Sanctus; nec tres spiritus sancti, quia Spiritus Sanctus propria significatione, qua etiam Donum Dei dicitur, nec Pater est nec Filius. Quid igitur tres? Si tres personae esse dicuntur, commune est eis id quod persona est ». « Certe 3 enim quia Pater est persona, et Filius est persona, et Spiritus Sanctus est persona, ideo dicuntur tres personae ». « Propterea 4 ergo dicimus tres personas, quia commune est eis id quod persona est ». — Ex praedictis aperte intelligi potest qua necessitate dictum sit a Latinis 'tres personae', cum persona secundum substantiam dicatur; unde et tribus commune est id quod persona est.

Cap. 3 (97).

1. **Quare non dicimus tres deos esse Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, ut dicimus tres personas, cum id quod Deus est sit eis commune, quia Pater est Deus, et Filius est Deus, et Spiritus Sanctus est Deus.** Sed quaeritur hic: cum dicamus Patrem et Filium et Spiritum Sanctum esse tres personas quia commune est eis quod persona est, id est quia Pater est persona, et Filius est persona, et Spiritus Sanctus est persona, cur non dicamus similiter 'tres deos', cum et Pater sit Deus, et Filius sit Deus, et Spiritus Sanctus sit Deus ? —I Quia scilicet illud Scriptura contradicit; hoc autem, etsi non dicit, non tamen contradicit.

2. **Quaestio.** Unde **Augustinus,** movens hanc quaestionem atque definiens, in libro VII *De Trinitate* s ita ait: «Si ideo dicimus Pa-

3 praedicatur] dicatur BMX, dicitur L. 11 quoniam] quia LNRW. 30 contradicit] dicit MOPX, *quod corr.* O1X2. 31 movens hanc *trp.* MNRV.

1 August., ibid. 2 August., ibid. (PL 42, 940; CCL 50, 256s). 3 August., ibid., n. 8 (PL 42, 941; CCL 50, 257). » August., ibid. (PL 42, 940; CCL 50, 257). s Cap. 4, n. 8 (PL 42, 940s; CCL 50, 257s).

trem et Filium et Spiritum Sanctum esse tres personas quia commune est eis id quod persona est, cur non etiam tres deos dicimus ? Certe, ut praedictum est 1, quia Pater est persona, et Filius persona, et Spiritus Sanctus persona, ideo tres personae dicuntur. Quia ergo Pater Deus, et Filius Deus, et Spiritus Sanctus Deus, cur non dicuntur tres dii ?» — Ecce proponit quaestionem. Attende quid respondeat subdens 2: « An ideo non dicuntur tres dii, quia Scriptura non dicit tres deos ? Sed nec tres personas alicubi Scripturae textus commemorat. An ideo licuit loquendi et disputandi necessitate tres personas dicere, non quia Scriptura dicit, sed quia Scriptura non contradicit ? Si autem diceremus tres deos, contradiceret Scriptura dicens 3: *Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus unus est* ». Ecce absolutio quaestionis, quare potius dicamus tres personas quam tres deos, quia scilicet illud non contradicit Scriptura.

Cap. 4 (98).

1. **Alia quaestio : cur non dicimus tres essentias ut tres personas, cum Scriptura hoc non contradicat.** Verum et hic alia emergit quaestio, quam **Augustinus** consequenter adnectit dicens 4: « Cur, inquit, et tres essentias non licet dicere, quod similiter Scriptura sicut non dicit, ita non contradicit ? At si dicis quod propter unitatem Trinitatis non dicuntur tres essentiae, sed una essentia, quaero cur non propter eandem unitatem Trinitatis dicantur una persona, et non tres personae. Ut enim est illis commune nomen essentiae, ita ut singulus quisque dicatur essentia, sic illis commune est personae vocabulum ». — « Quid 5 igitur restat ? Ut fateamur loquendi necessitate a Graecis et Latinis parta haec vocabula, adversus insidias vel errores haereticorum. Cumque conaretur humana inopia loquendo proferre ad hominum sensus quod in secretario mentis de Deo tenet, sive per piam fidem, sive per qualemcumque intelligentiam, timuit dicere tres essentias, ne intelligeretur in illa summa aequalitate ulla diversitas. Rursum non poterat dicere non esse tria quaedam: quod quia dixit S a b e l l i u s, in haeresim lapsus est. Quaesivit ergo quid tria diceret, et dixit tres personas, sive tres substantias » secundum Graecos.

3 Filius] est *add.* LNR. 4 Sanctus] est *add.* LMRV. 6 proponit MOPX, proposuit *alii.* 11 Dominus *om.* BMNRTVW.

1 Supra, p. 183, 14-16. 2 Ibid. (PL 42, 941; CCL 50,258). 3 Deut. 6,4. 4 Ibid. 5 August., ibid., η. 9 (PL 42, 941s; CCL 50, 259).

2. **Sicut nos dicimus tres personas, ita Graeci tres substantias, quas dicunt hypostases, aliter accipientes substantias quam nos.** « Quod 1 enim de personis secundum nostram, hoc de substantiis secundum Graecorum consuetudinem oportet intelligi. Sic enim illi dicunt tres substantias, unam essentiam » (id est tres hypostases, unam usiam), « quemadmodum nos dicimus tres personas, unam essentiam vel substantiam ». « Quamquam 2 et illi si vellent, sicut dicunt tres substantias tres hypostases, possent dicere tres personas tria prosopa. Illud autem maluerunt dicere, quia fortasse secundum linguae suae consuetudinem aptius dicitur ».

Cap. 5 (99).

1. **Quod in Trinitate non est diversitas nec singularitas vel solitudo, sed unitas et trinitas, et distinctio et identitas.** Iam sufficienter, ut puto, ostensum est qua necessitate dicamus tres personas; et quare non similiter tres deos vel essentias: quia scilicet in altero obviat Scriptura, in altero diversitatis intelligentia. Quia ibi nulla penitus est diversitas, sicut nec singularitas vel solitudo, sed unitas et trinitas.

2. Unde **Augustinus** in libro VII *De Trinitate* 3 ait: « Humana inopia, quaerens quid diceret tria, dixit tres personas vel substantias: quibus nominibus non diversitatem intelligi voluit, sed singularitatem noluit, ut non solum ibi unitas intelligatur ex eo quod dicitur una essentia, sed trinitas ex eo quod dicuntur tres personae ».

3. **Hilarius** quoque in libro VII *De Trinitate 4* ait: «Dominus dicit 5; *Qui me videt, videt et Patrem.* Cum hoc dicitur, excluditur singularis atque unici intelligentia. Nam nec solitarium sermo significat, et indifferentem tamen naturam professio docet. Visus est enim in Filio Pater per naturae unitam similitudinem. Unum sunt enim natus et generans; unum sunt neque unus. Non itaque solitarius Filius est, nec singularis, nec dispar». — Item in eodem6; «Sicut in Patre et Filio

17 libro VII *trp.* RWX. 24 unici] id est solitarii *add.* T, *add. interi.* RV2, *mg.* W.

1 August., ibid., π. 8 (PL 42, 941; CCL 50, 259). 2 Ibid., c. 6, n. 11 (PL 42, 943; CCL 50, 261). 3 Cap. 4, n. 9 (PL 42, 941s; CCL 50, 259). 4 Num. 38-39 (PL 10, 231 B-232 B). 5 [oan. 14, 9. « Ibid., n. 39 (PL 10, 233 A), ubi et textus immediate sequens.

Cap. 5, num. 2: Partim in *Summa sent.,* I, 9 (PL 171, 1081 D-1082 A; 176, 55 C-56 A), ubi etiam ad verbum auctoritas Augustini et prima Ambrosii infra in num. 4. — Num. 3: Ut iam notaverunt in h. l. Patres Editores secundae editionis (1916), prima auctoritas Hilarii contexitur ex septem locis *De Trinit.,* VII, nn. 38-39.

credere duos deos impium est, ita Patrem et Filium singularem Deum praedicare sacrilegium est ». « Nihil in his novum, nihil diversum, nihil alienum, nihil separabile est ».

4. De hoc etiam **Augustinus** in libro *Quaestionum veteris ac novae Legis* 1 ait: « Unus est Deus, sed non singularis ». — Item **Ambrosius** in libro *De Trinitate*2 ait: «Quod unius est substantiae, separari non potest, etsi non sit singularitatis, sed unitatis ». « Deus3 unus cum dicitur, nequaquam deitatis trinitatem excludit; et ideo non quod singularitatis, sed quod unitatis est praedicatur». — Ecce ex praedictis ostenditur quod nec singularis, nec diversus, nec unicus vel solitarius confitendus est Deus, quia singularitas vel solitudo personarum pluralitatem excludit, et diversitas unitatem essentiae tollit.

5. Diversitas inducit separationem divinitatis, singularitas adimit distinctionem trinitatis. Ideo **Ambrosius ini** libro *De Trinitate* 4 ait: « Non est diversa nec singularis aequalitas »; « nec5 iuxta Sabellianos Patrem Filiumque confundens; nec iuxta Arianos Patrem Filiumque secernens. Pater enim et Filius distinctionem habent, separationem vero non habent ». — Item in eodem 6: « Pater et Filius divinitate unum sunt; nec est ibi substantiae differentia nec ulla diversitas: alioquin quomodo unum Deum dicimus ? Diversitas enim plures facit ». Constat ergo ex praedictis quia in Trinitate nulla est diversitas.

6. **Diversae dicuntur aliquando personae, id est distinctae** ? Si tamen aliquando in scriptura invenitur dictum: tres diversas personae et huiusmodi, 'diversas' dicit 'distinctas'.

Cap. 6 (100).

Quod non debet dici Deus multiplex. Et sicut in Trinitate non est diversitas, ita nec multiplicitas; et ideo non est dicendus Deus multiplex, sed trinus et simplex. Unde **Ambrosius ini** libro *De Trinitate*2 ait: « Est in Patre et Filio non discrepans, sed una divinitas; nec confusum quod unum est, nec multiplex esse potest quod indifferens est ». Multiplex itaque Deus non est.

2 sacrilegium] sacrilegum RVW *(Hit.).* 8 deitatis trinitatem] deitatem trinitatis NVW (Ambr.). 19 ibi *om.* OP. 23 aliquando in scriptura *trp.* MNX.

1 Quaest. 122 (opus Ambrosiastri, inter opp. August., PL 35, 2367; CSEL 50, 369). 2 Id est *De fide,* V, c. 3, π. 46 (PL 16 [1845], 658 D; CSEL 78, 234). 3 Ambrosius, ibid., II, c. 1, n. 18 (PL 16, 563 C; CSEL 78, 63). 4 Id est *De fide,* et rectius in lib. II, c. 8, n. 69 (PL 16, 574 B; CSEL 78, 81). 5 Ibid., c. 3, n. 33 (PL 16, 566 B; CSEL 78, 68). « Lib. I, c. 2, nn. 18-19 (PL 16, 533 A-B; CSEL 78, 11). 7 Cap. 2, n. 17 (PL 16, 533 A; CSEL 78, 10).

DISTINCTIO XXIV

Cap. unicum (101).

1. **Quid significetur his nominibus: unus, duo vel duae, tres vel tria, trinus vel trinitas, plures vel pluralitas, distinctio vel distinctae, cum his utimur de Deo loquentes.** Hic diligenter inquiri oportet, cum in Trinitate non sit diversitas vel singularitas, nec multiplicitas vel solitudo, quid significetur his nominibus: scilicet unus vel una, duo vel duae, tres vel tria, plures vel pluralitas, distinctae vel distinctio, cum dicitur: unus Deus, duae personae vel tres personae, plures personae, distinctae sunt personae; vel cum dicitur: distinctio personarum, pluralitas personarum, trinitas personarum et huiusmodi. Videmur enim haec dicentes numerorum quantitates et rerum multitudinem vel multiplicitatem in Deo ponere. Quid ergo ista ibi significent, ipso de quo loquimur aperiente, insinuare curemus.

2. **Magis illa dicuntur ad excludendum ea quae non sunt in Deo quam ad ponendum aliqua.** Si diligenter praemissis [1] auctoritatum verbis intendimus, ut dictorum intelligentiam capiamus, magis videtur horum verborum usus introductus ratione removendi atque excludendi a simplicitate deitatis quae ibi non sunt, quam ponendi aliqua.

3. **Quid per unum significatur cum dicitur unus Deus.** Cum enim dicitur 'unus Deus', multitudo deorum excluditur, nec numeri quantitas in divinitate ponitur; tamquam diceretur: Deus est, nec multi sunt vel plures dii. Unde **Ambrosius** in libro *De Trinitate*[2] ait: «Cum

12 vel] et MNR. 15 ponendum] ponenda OP.

[1] In Dist. 23, cc. 5-6 (pp. 185-186). [2] Id est *De fide,* I, c. 2, n. 19 (PL 16, 533 A-B; CSEL 78, 11); sed tantum ex parte; vide *De Spiritu Sancto,* III, c. 13, n. 93 (PL 16, 799 A-B; CSEL 79, 189).

Dist. XXIV: Cf. J. Schneider, *Die Lehre vom Dreieinigen Gott...,* 189-196. — Num. 2: Sententia hic prolata, quod unitas et numeri in divinis tantum privative et non positive accipiendi sint, communiter non tenetur ab aliis scholasticis; et quidem non solummodo a saeculo XIII, sed iam a primis glossatoribus, ut implicite monstratur apud praelaudatum J. Schneider. Vide Bonaventura, *In II libr. Sent.,* d. 44, dub. 3, ubi positio Magistri dicitur declinare a communiore opinione: « In primo libro... aliud est quod haec nomina 'trinus' et 'trinitas' non dicunt positionem, sed privationem tantum; et hoc ponit distinctione XXIV » *(Opera omnia,* II, 1016a; cf. etiam Praelocutio, ibid., 2a). Alibi, *In I libr. Sent.,* <*i.* 24, a. 1, q. 1: « In isto articulo non sustinetur communiter a magistris Parisiensibus » (I, 426a).

unum dicimus Deum, unitas excludit numerum deorum, nec quantitatem in Deo ponit, quia nec numerus nec quantitas ibi est ».

4. **Quo sensu dicitur unus est Pater vel unus est Filius.** Similiter cum dicitur 'unus est Pater' vel 'unus est Filius' et huiusmodi, ratio dicti haec est: quod non sunt multi Patres vel multi Filii; ita et de similibus.

5. **Ex qtia intelligentia dicantur personae plures.** Item cum dicimus 'plures esse personas', singularitatem atque solitudinem excludimus, non diversitatem vel multiplicitatem ibi ponimus; quasi diceretur: sine solitudine ac singularitate personas confitemur. **Unde Hilarius** in IV libro *De Trinitate* [1] sic ait: « Dixit Deus[2]: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* Quaero nunc an solum Deum sibi locutum existimes, an hunc sermonem eius intelligas ad alterum exstitisse. Si solum fuisse dicis, ipsius voce argueris dicentis: *Faciamus* et *nostram.* Sustulit enim singularitatis ac solitudinis intelligentiam professio consortii, quia aliquod consortium esse non potest ipsi solitario. Neque solitudo solitarii recipit *Faciamus,* nec alieno a se diceret *nostram* ». — Attende, lector, his verbis, et vide quia nomine consortii pluralitatem significavit; professio ergo consortii est professio pluralitatis, quam professus est dicens *Faciamus* et *nostram.* Pluraliter enim utrumque dicitur. Sed hac professione pluralitatis non diversitatem vel multitudinem posuit, sed solitudinem et singularitatem negavit. Sic ergo, cum dicimus plures personas vel pluralitatem personarum, singularitatis et solitudinis intelligentiam excludimus.

6. **Quid per ternarium significetur cum dicitur tres personae.** Ita etiam cum dicimus 'tres personas', nomine ternarii non quantitatem numeri in Deo ponimus vel aliquam diversitatem, sed intelligentiam non ad alium nisi ad Patrem et Filium et Spiritum Sanctum dirigendam significamus, ut sit haec dicti intelligentia: Tres personae sunt, vel tres sunt Pater et Filius et Spiritus Sanctus, id est nec tantum Pater, nec tantum Filius, nec tantum Pater et Filius in deitate sunt, sed etiam Spiritus Sanctus, et non alius ab his. Similiter non tantum est ibi haec persona vel illa, vel haec et illa, sed haec et illa et illa, et non alia. Et hoc ita fore intelligendum, **Augustinus** satis ostendit, ubi dicit[3] quod illo nomine « non diversitatem intelligi voluit, sed singularitatem noluit ».

7. **Quid per duo cum dicitur duae personae, vel Pater et Filius duo sunt.** Similiter cum dicimus 'duo sunt Pater et Filius', non dualitatis quantita-

1 dicimus Deum *irp.* OP. 11-12 existimes] estimes BOPW. 18 ergo] vero BOP.

1 Num. 17 (PL 10, 110 A-III A); v. supra, Dist. 2, c. 4. nn. 3-4 (pp. 64-65).
2 Gen. 1, 26. 3 Vide supra, p. 185, 19-20.

tem ibi ponimus, sed hoc significamus: quod non est tantum Pater, nec tantum Filius, sed Pater et Filius, et hic non est ille; et ita de aliis huiusmodi. — Ita etiam cum dicimus 'Pater et Filius sunt duae personae', hoc significamus: quod non tantum Pater est persona, nec tantum Filius est persona, sed Pater est persona et Filius est persona, et haec non est illa.

8. **Ex quo sensu dicitur in personis distinctio vel personae distinctae.** Cum autem dicimus 'distinctae sunt personae' vel 'distinctio est in personis', confusionem atque permixtionem excludimus, et hanc non esse illam significamus. Cumque addimus: 'distinctae sunt personae proprietatibus' sive 'differentes proprietatibus', aliam esse hanc personam, et aliam illam suis proprietatibus significamus. Et cum dicimus 'aliam et aliam', non diversitatem vel alienationem ibi ponimus, sed confusionem sabellianam excludimus.

9. **Quomodo ibi accipiatur discretio.** Ita etiam cum dicuntur 'discretae personae' vel cum dicitur 'discretio esse in personis', eandem intelligentiam facimus. Eo enim modo ibi accipitur distinctio quo discretio. Et congrue dicitur ibi esse discretio vel distinctio, non diversitas vel divisio sive separatio. — Unde Ambrosius ini libro *De Trinitate* i; « Non est ipse Pater qui Filius, sed inter Patrem et Filium expressa distinctio est ».

10. **Quomodo trinitas ibi accipiatur.** Cum vero dicitur 'trinitas', id significari videtur, quod significatur cum dicitur 'tres personae': ut sicut non potest dici: Pater est tres personae, vel Filius est tres personae, ita non debeat dici: Pater est trinitas, vel Filius est trinitas.

11. **Quod videtur contrarium praedictis.** Hic non est praetermittendum quod, cum supra dictum sit[1] Deum nec singularem nec multiplicem esse confitendum, idque Sanctorum auctoritatibus sit confirmatum, in contrarium videtur sentire Isidorus dicens 3; « Distinguendum est inter trinitatem et unitatem. Est enim unitas simplex et singularis, trinitas vero multiplex et numerabilis, quia est 'trinitas' trium unitas ». Ecce unitatem dicit esse singularem, et trinitatem multiplicem et numerabilem. — Sed ad hoc dicimus quia singularem accepit sicut et alii accipiunt unum, multiplicem vero et numerabilem sicut alii dicunt trinum.

17 dicitur ibi *trp.* BNVX. 25 praedictis] supradictis BWX. 27 idque] id quod BNX.

1 Id est *De fide,* I, c. 2, n. 16 (PL 16 [1845], 532 C; CSEL 78, 10). 2 Hic, in num. 5 (p. 188). 3 Nonnisi in parte et quoad sensum ista leguntur apud Isidorutn, *Etymologiae,* VII, c. 4, nn. 1, 2, et 8 (PL 82, 271 A, C).

DISTINCTIO XXV

Cap. 1 (102).

1. **Quid significet cum dicitur pluraliter tres personae vel duae personae.** Praeterea considerandum est, cum hoc nomen 'persona', ut praedictum est i, secundum substantiam dicatur, quae sit intelligentia dicti cum pluraliter profertur: tres personae vel duae personae, et cum dicitur: alia est persona Patris, alia persona Filii, alia persona Spiritus Sancti. Si enim in his locutionibus personae vocabulum essentiae intelligentiam facit, plures essentias confiteri videmur, et ita plures deos. Si vero essentiae significationem ibi non tenet, alia est huius nominis ratio cum dicitur: Pater est persona, Filius est persona; et alia cum dicitur: Pater et Filius et Spiritus Sanctus sunt tres personae, et cum dicitur: alia est persona Patris, alia Filii et huiusmodi.

2. **Quod videtur secundum essentiam dici: alia persona Patris, alia Filii, sive tres personae, ut cum dicitur: Pater est persona, Filius est persona.** Persona enim, ut supra[2] ait Augustinus, ad se dicitur; et idem est Deo esse personam quod esse, sicuti idem est ei esse quod Deum esse. Unde manifeste colligitur quod essentiam divinam praedicamus dicentes: Pater est persona, Filius est persona, Spiritus Sanctus est persona, id est essentia; et omnino unum et idem significatur nomine 'personae', id est essentia divina, cum dicitur: Pater est persona et Filius est persona, quod significatur nomine 'Dei' cum dicitur: Pater est Deus, Filius est Deus. Ita etiam idem significatur cum dicitur: Deus est Deus, et Deus est persona; utroque enim nomine essentia divina intelligitur, quia utrumque secundum substantiam dicitur.

3 significet] significetur LNRVW. 7 alia'] est *add,* LOPV. 11 persona'] vel *add.* RVW. 18 manifeste colligitur *trp.* OP. 20 essentia] Quod (In OP) nomine persone idem significatur cum dicitur pater est persona, quod significatur nomine dei cum dicitur pater est deus *rubr. (authent.) mg.* BLMNOPT.

1 Dist 23, c. 1 (pp. 181-182). 2 ibid., n. 2 (p. 181, 23-26).

Cap. 1: Cf. P. Abaelard, *Theologia Christiana,* IV (PL 178, 1269s); Gualterus de Mauritania, *De Trinit.,* cc. 2 et 6 (PL 209, 577 C-578 A, 581 A-582 B); *Summa sent.,* I, 9 (PL 171, 1081 D-1082 C; 176, 55 C-D). Vide J. Schneider, *Die Lehre vom Dreieinigen Gott...,* 118-136.

3. Cum vero dicitur: Pater, Filius et Spiritus Sanctus sunt tres personae, quid nomine 'personae' significamus ? An essentiam ? Hoc enim videtur, si supra posita verba **Augustini** diligenter scrutemur. Supra [1] enim dixit quod « ideo tres personas dicimus, quia id quod persona est commune est tribus »; et item « quia Pater est persona, et Filius est persona, et Spiritus Sanctus est persona, ideo dicuntur tres personae ». Videtur ergo eandem tenere significationem hoc nomen 'persona' cum dicitur 'tres personae', quam habet cum dicitur 'Pater est persona. Filius est persona, Spiritus Sanctus est persona'; quia, ut ostendit **Augustinus,** hoc dicitur, id est 'tres personae', propter illud, et 'quia id quod persona est commune est eis'. Id ergo quod commune est eis, id est Patri et Filio et Spiritui Sancto, videtur significari nomine 'personae' cum dicitur 'tres personae'.

4. **Aliter videtur posse ostendi quod secundum essentiam dicatur etiam cum pluraliter profertur.** Aliter etiam potest ostendi quod ibi nomine 'personae' significetur essentia, cum dicitur 'tres personae'. Ut enim supra[2] dixit **Augustinus,** ea necessitate diximus 'tres personas', ut responderemus quaerentibus quid tres vel quid tria. Cum ergo quaeritur 'quid tres' vel 'quid tria', convenienter respondetur cum dicitur 'tres personae'. At cum quaeritur 'quid tres' vel 'quid tria', per 'quid' de essentia quaeritur: non enim invenitur quid illi tres sint nisi essentia. Si ergo quaestioni recte respondemus, oportet ut respondendo 'essentiam' significemus: alioquin non ostendimus quid tres sint. Si vero respondentes essentiam significamus, ipsam essentiam 'personae' nomine intelligimus cum dicitur 'tres personae'.

5. **Opinio quorundam qui putant essentiam significari nomine personae cum dicimus tres personas.** **Quibusdam** videtur [3] quod nomine 'personae' significetur essentia cum dicitur 'tres personae', propterea, quia **Augustinus** dicit [4] « ideo dici tres personas, quia commune est eis id quod est persona », ut sit talis intelligentia: Pater et Filius et Spiritus Sanctus sunt tres personae, id est sunt tres id habentes commune quod est persona, id est tres sunt quorum quisque est persona, id est essentia. — Sed quomodo, iuxta hanc intelligentiam, dicetur: 'alia est persona

1 Pater] et *add.* LNRVW. 6 dicuntur *trp. p.* personae LMNRTVW. 10 et] id est LNTVW. 15 potest] videtur posse LN, videtur X. 24 personae nomine *trp.* NRX.

1 Dist. 23, c. 2, n. 3 (p. 183, 16-17). 2 Ibid., nn. 1-2 (pp. 182-183). 3 Forsitan Oualtero de Mauritania, *De Trinit.,* c. 6 (PL 209, 581 C-D). 4 Vide supra, p. 183, 16-17.

Patris, alia Filii' ? Et hoc etiam ita volunt intelligere, scilicet: alius est Pater et alius Filius, id tamen commune habentes quod est persona. Et hoc confirmant auctoritate **Augustini,** qui in VII libro *De Trinitate* i ait: « Tres personas eiusdem essentiae, vel tres personas unam essentiam dicimus. Tres autem personas ex eadem essentia non dicimus, quasi aliud ibi sit quod essentia est, aliud quod persona ». — Hac auctoritate et praemissis conantur asserere in praedictis locutionibus nomen personae essentiam significare. Sed quid respondebunt ad id quod ipse **Augustinus** in libro *De fide*2 dicit, scilicet quod «alius est Pater in persona sive personaliter, alius personaliter Filius, alius personaliter Spiritus Sanctus » ? Quomodo enim alius personaliter Pater, alius personaliter Filius, si in esse personam omnino conveniunt, id est si persona essentiae tantum intelligentiam facit ? Ideo nobis videtur aliter hoc posse dici congruentius, iuxta catholicorum doctorum auctoritates.

Cap. 2 (103).

1. **Quod hoc nomen 'persona' tripliciter in Trinitate accipitur, et haec est utilis et catholica doctrina de persona et personis.** Sciendum est igitur quod hoc nomen 'persona' multiplicem facit non unam tantum intelligentiam; et ut ait **Hilarius** in· libro *De Trinitate* 3, « intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi, quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus ». Discernentes ergo dicendi causas huius nominis, scilicet 'persona', significationem distinguimus, dicentes quod hoc nomen, scilicet persona, proprie secundum substantiam dicitur et essentiam significat, sicut supra 4 ostendit **Augustinus,** cum dicitur: Deus est persona, Pater est persona.

2. **Quid significetur cum dicitur tres personae: scilicet tres subsistentiae vel tres entes, non tres essentiae.** Quadam tamen necessitate, ut supra 5 dixit **Augustinus,** translatum est hoc nomen, ut pluraliter diceretur 'tres personae', cum quaereretur quid tres vel quid tria; ubi non significat essentiam, id est naturam divinam quae communis est tribus, sed subsistentias, vel hypostases secundum Graecos. Graeci quippe, ut

1 Et] ex BMPWX, *corr. ex ex* O. 2 et] *om.* MNR. 9 fide] ad petrum *add.* BLNTV WX. 12 Filius] alius personaliter spiritus sanctus *add,* MT, *add. interi.* R, *mg.* V. 19 ait Hilarius *trp.* BMRT.4

1 Cap. 6, n. 11 (PL 42, 945; CCL 50, 264s). 2 Id est Fulgentius, *De fide ad Petrum,* c. 1, n. 5 (PL 65, 674 C; CCL 91A, 715). 3 Lib. IV, n. 14 (PL 10, 107 C). 4 Dist. 23, c. 1, n. 2 (p. 181, 20-26). s Ibid., n. 3 (p. 182, 12-17); c. 2, n. 1 (p. 182, 27-183, 2).

supra [1] dixit **Augustinus**, aliter accipiunt substantiam, id est hypostasim, aliter nos. Nos enim substantiam dicimus essentiam sive naturam; personas autem dicimus sicut illi dicunt substantias, id est hypostases. Si ergo nos ita accipimus personas ut illi accipiunt substantias vel hypostases, at illi aliter accipiunt hypostases quam nos substantiam: aliter ergo nos accipimus personas quam substantiam. Cum ergo dicimus 'tres personas', non ibi personae nomine essentiam significamus. Quid ergo dicimus ? Dicimus quia tres personae sunt, id est tres subsistentiae, scilicet tres entes; pro quo Graeci dicunt tres hypostases.

3. **Ostendit verba Augustini convenire huic sententiae.** Et hic sensus adiuvatur ex verbis **Augustini** praemissis[2] si interius intelligantur: « Quia enim Pater est persona », id est essentia, « et Filius persona, et Spiritus Sanctus persona, ideo dicuntur tres personae », id est tres subsistentiae, tres entes. Non enim possent dici subsistentiae vel entes, nisi singulus eorum esset persona, id est essentia. « Quia ergo eis commune est id quod est persona », id est essentia, « ideo recte dicuntur tres personae », id est subsistentiae vel subsistentes: ut sicut essentia quae est eis communis vere ac proprie est, ita illi tres vere ac proprie subsistentiae vel entes intelligantur. Ideoque **Augustinus**, causas dictorum discernens, **dicit**[3] « tres personas esse unam essentiam vel eiusdem essentiae, non ex eadem essentia, ne aliud intelligatur ibi esse persona, aliud essentia ». Tres enim personae, id est subsistentiae, una sunt essentia et unius essentiae; non autem sunt una persona vel unius personae, licet persona secundum substantiam aliquando dicatur: nam si hoc diceretur, confusio fieret in personis.

4. **Obiectioni illorum hic respondet, qua nituntur probare personas secundum essentiam accipi, quia respondemus quaerentibus quid tres vel quid tria.** Ad hoc autem quod illi dicunt[4]: 'Cum quaeritur quid tres vel quid tria, de essentia quaeritur, quia non invenitur quid illi tres sint nisi essentia', — per hoc volentes nos inducere ut nomine 'personae' essentiam intelligamus, cum respondemus 'tres personas' — ita dicimus: Indubitabiliter verum est quia non invenitur unum aliquid quod illi tres sint nisi essentia: unum enim sunt illi tres, id est essentia divina. Unde Veritas **ait**[5]: *Ego et Pater unum sumus.* Verumtamen, cum quaeritur quid tres vel quid tria, non de essentia quaeritur, nec ibi 'quid' ad essentiam re-

14 dici] tres *add.* BRVW, *add. interi.* N2. 31-32 Indubitabiliter] indubitanter LOP.

1 Ibid., c. 2, n. 1 (p. 182, 27-29). 2 Supra, p. 183, 14-16; et p. 184, 2-4.
3 Supra, p. 192, 4-6. 4 Supra, p. 191, 20-21. 5 Ioan. 10, 30.

fertur; sed cum fides catholica tres esse profiteretur, sicut loannes in Epistola canonica ait 1; *Tres sunt qui testimonium perhibent in caelo,* quaerebatur quid illi tres essent, id est an essent tres res, et quae tres res, et quo nomine illae tres res significarentur. Et ideo loquendi necessitate inventum est ad respondendum hoc nomen 'persona', et dictum est 'tres personae'.

5. **Quid tres res et una res dicatur?** Non autem te moveat quod diximus 'tres res': non enim hoc dicentes, diversarum rerum numerum ponimus in Trinitate; sed ita 'tres res' dicimus, ut easdem esse unam quandam summam rem confiteamur. Unde **Augustinus ini** libro *De doctrina Christiana* 2 sic ait: « Res quibus fruendum est nos beatos faciunt ». « Res3 igitur quibus fruendum est, sunt Pater et Filius et Spiritus Sanctus; eademque Trinitas una quaedam summa res est communisque fruentibus ea, si tamen res, et non rerum omnium causa sit, si tamen et causa. Non enim facile potest inveniri nomen quod tantae excellentiae conveniat, nisi quod melius dicitur Trinitas haec 'unus Deus' ». Sicut ergo tres res dicuntur, et hae sunt una res; ita tres subsistentiae dicuntur, et hae sunt una substantia. Ecce ostensum est quae sit intelligentia huius nominis 'persona', cum dicimus 'tres personas'.

Cap. 3 (104).

1. **Ex quo sensu dicatur: Alia est persona Patris, alia Filii, alia Spiritus Sancti.** Nunc inspiciamus utrum secundum eandem rationem et causam dicatur: Alia est persona Patris, alia Filii, alia Spiritus Sancti. — Quod utique sane intelligi potest, ut sit sensus talis: Alia est subsistentia vel hypostasis Patris, alia subsistentia Filii, alia Spiritus Sancti; et alia subsistentia Pater, alia Filius, alia Spiritus Sanctus.

2. **Quomodo haec intelligantur: Alius in persona Pater, alius Filius.** Deinde quaeritur utrum secundum eandem rationem accipiatur cum dicitur 4: Alius est Pater in persona, alius Filius in persona, alius in per-

1 profiteretur] profitetur LPX. 7 res] om. OP. 14-15 si2... causa *om.* BOPX, *add. mg.* MLV. 25 alia Spiritus Sancti *om.* BMOPR, *add. mg.* LTL

1 I Ioan. 5, 7. 2 Cap. 3, n. 3 (PL 34, 20; CSEL 80, 9; CCL 32, 8). 3 Ibid., c. 5, n. 5 (PL 34, 21; CSEL 80, 10; CCL 32, 9). 4 Supra, p. 192, 9-11.

Num. 5: Hic, secundum N. Hâring, opponitur doctrina Magistri Gilberti Porreta; cf. N. Haring, *Das sogennante Glaubensbekenntnis des Reimser Konsistoriums von 1148,* in *Scholastik* 40 (1965) 62, nota 44.

sona Spiritus Sanctus; sive alius personaliter Pater, alius personaliter Filius, alius personaliter Spiritus Sanctus.

3. **Quod aliter accipitur hic persona quam supra : hic pro proprietate accipitur.** Ad quod dicimus quia, etsi posset eodem modo accipi, congruentius tamen ex ratione dicti alia variatur intelligentia, ut hic 'personae' nomine proprietas personae intelligatur, ut sit sensus talis: Alius est in persona vel personaliter Pater, id est proprietate sua Pater alius est quam Filius, et Filius sua proprietate alius quam Pater. Paternali enim proprietate distinguitur hypostasis Patris ab hypostasi Filii, et hypostasis Filii filiali proprietate discernitur a Patre, et Spiritus Sanctus ab utroque distinguitur processibili proprietate.

4. **Quod secundum hunc modum etiam in praedictis locutionibus potest accipi.** Hoc etiam modo sane potest accipi 'persona' in praemissis locutionibus !, cum dicitur: Alia est persona Patris, alia Filii, id est alia est proprietas qua Pater est Pater, alia qua Filius est Filius, alia qua Spiritus Sanctus est Spiritus Sanctus. — Ita etiam nomine 'personae' **quidam**2 proprietates intelligere volunt, cum dicuntur 'tres personae'; sed melius est ut subsistentias vel hypostases intelligamus cum dicimus 'tres personas'.

5. **Summam dictorum colligit.** Ex praedictis colligitur quod nomen personae in Trinitate triplicem tenet rationem: est enim ubi facit intelligentiam essentiae, et est ubi facit intelligentiam hypostasis, et est ubi facit intelligentiam proprietatis.

6. **Auctoritatibus Sanctorum ostendit quod dixit.** Quod autem secundum substantiam dicatur et essentiam aliquando significet, supra 3 ex dictis **Augustini** aperte ostendimus. — Quod vero pro hypostasi atque proprietate accipiatur, ex auctoritatibus Sanctorum ostendi oportet, **ne** coniecturis nostris aliquid ausi dicere videamur. De hoc **Hieronymo**

1 Sub num. 1 huius capituli. 2 Forsitan Rolandus Bandinelli: « Quod vero obiectum est: 'in personis proprietas...', hoc intransitive legendum est; et est sensus: 'in personis proprietas', id est, personae sunt ipsae proprietates; id est, res nominibus proprietatum designatae sunt ipsae personae» *(Sent.,* ed. A. M. Gietl, 20, Iss). 3 Dist. 23, cc. 1-2 (pp. 181-183).

Num. 6: Cf. Hugo, *De sacram.,* II, 1, 4 (PL 176, 379 C), ubi citantur in parte haec verba pseudo-Hieronymi; ita etiam in *Summa sent.,* I, 11 (PL 171, 1085 B; 176, 59 A), cuius conclusionem accipit Lombardus. Secundum Gualterum de Mauritania, quidam male exposuerunt ista verba Hieronymo attributa ad relationum exsistentiam affirmandum; cf. *De Trinit.,* c. 12 (PL 209, 587 D-588 B). Unde Magister vult veritatem recte proponere eisdem verbis, recurrendo ad ipsum textum *Expositionis.*

m u s in *Expositione fidei catholicae ad Alypium et Augustinum episcopos* [1] ita ait: «Non est prorsus aliquis in Trinitate gradus, nihil quod inferius superiusve dici possit, sed tota deitas sui perfectione aequalis est: ut exceptis vocabulis quae proprietatem indicant personarum, quidquid de una persona dicitur, de tribus dignissime possit intelligi. Atque ut confutantes Arium, unam eandemque dicimus Trinitatis esse substantiam et unum in tribus personis fatemur Deum, ita impietatem S a b e l l i i declinantes, tres personas expressas sub proprietate distinguimus: non ipsum sibi Patrem, ipsum sibi Filium, ipsum sibi Spiritum Sanctum esse dicentes, sed aliam Patris, aliam Filii, aliam Spiritus Sancti esse personam. Non enim nomina tantummodo, sed etiam nominum proprietates, id est personas, vel ut Graeci exprimunt hypostases, id est subsistentias, confitemur. Nec Pater Filii vel Spiritus Sancti personam aliquando excludit, nec Filius vel Spiritus Sanctus Patris nomen personamque recipit, sed Pater semper Pater, et Filius semper Filius, et Spiritus Sanctus semper Spiritus Sanctus. Itaque substantia unum sunt, sed personis ac nominibus distinguuntur ». Ecce hic aperte dicit Hieronymus proprietates esse personas, et personas esse subsistentias; unde manifestum fit quod diximus, scilicet 'personae' nomine significari et hypostasim et proprietatem. ı o a η n e s etiam Damascenus[2] personas dicit esse hypostases, et eas dicit entes, ita inquiens: « In deitate unam naturam confitemur et tres hypostases secundum veritatem entes, id est personas ».

DISTINCTIO XXVI

Cap. 1 (105).

1. **De proprietatibus personarum, sed prius de hoc nomine hypostasis.** Nunc de proprietatibus personarum, quas frequenter in hoc tractatu commemoravimus, aliquid nos loqui oportet. Sed primum audiamus quid

13 vel] nec MNVW. 21 dicit] esse *add. OP.*

1 Immo Pelagius, in *Libello fidei ad Innocentium Papam,* n. 3 (inter opp. August., PL 39, 2181s); revera textus melior invenitur inter *Scripta ad historiam Pelagianorum pertinentia* (PL 45, 1716s); denuo legitur apud Garnerium, Dissertatio V: *De libellis fidei* (opp. Marii Mercatoris praemissa, PL 48,488ss). 2 *De fide orthodoxa,* III, c. 5 (PG 94, 999 B); versio Burgundionis, c. 49 (ed. E. Buytaert, p. 183).

Cap. 1: Cf. P. Abaelardus, *Theologia Christiana,* IV (PL 178, 1269 B-D); Magister autem hic recurrit ad textum ipsius Hieronymi.

de hoc nomine, scilicet hypostasis, **Hieronymus** dicit. Ait enim sub hoc nomine venenum latere. Sed hoc dicit secundum quod haeretici eo utebantur ut simplices seducerent, scilicet pro persona et pro essentia, ut sive diceretur una tantum hypostasis sive tres, minus peritos ad inconveniens deducerent, cum non erat hoc nomen ita apud catholicos vulgatum, nec ita eius significatio determinata ut modo. Et ideo **Hieronymus** dicit hoc nomine non utendum fore sine distinctione vel expositione, tunc scilicet quando cum haereticis contendebatur, ita scribens, *De fide catholica ad Damasum Papam* 1; «Ab Arianorum praesule hypostaseon novellum nomen a me, homine romano, exigitur. Interrogamus quid tres hypostases arbitrentur intelligi: tres personas subsistentes, aiunt. Respondemus nos ita credere. Non sufficit eis sensus, ipsum nomen efflagitant, quia nescio quid veneni in syllabis latet. Clamamus: Si quis tres hypostases, id est tres subsistentes personas, non confitetur, anathema sit. Si quis autem, hypostasim usiam intelligens, non tribus personis unam hypostasim dicit, alienus a Christo est; qui scilicet tres hypostases dicens, sub nomine pietatis tres naturas conatur asserere. Sufficiat nobis dicere unam substantiam et tres personas perfectas, aequales; taceamus tres hypostases, si placet. Non bonae suspicionis est, cum in eodem verbo sensus dissentiunt. Aut si rectum putatis 'tres hypostases' cum interpretationibus suis debere nos dicere, non negamus. Sed mihi credite, venenum sub meile latet: *transfigurat enim se angelus Satanae in Angelum lucis*2». His verbis non negat utendum esse nomine 'hypostasis', sed haereticos eo prave usos ostendit; contra quos cautela opus erat in distinctione significationis. Alioquin sibi contradiceret, qui supra tres hypostases confitetur.

Cap. 2 (106).

1. **De proprietatibus personarum et de nominibus earum relativis.** Iam de proprietatibus personarum videamus, quae etiam notiones sive relationes in Scriptura plerumque dicuntur. « In illa Trinitate sancta (quae ideo a nobis repetitur, ut nostro cordi tenacius infigatur), ait **Augustinus** in libro *De fide ad Petrum*2, aliud est genuisse quam natum esse, aliudque procedere quam genuisse vel natum esse; unde manifestum est quod alius est Pater, alius est Filius, alius est Spiritus Sanctus ».

16 dicit] indicit BCLRTV, *corr. in* indicit NO2. 32 aliudque] aliud est R, est *add.* NW *(Fulg.).* 33 est3 *om.* BCMRW.

1 *Epist. 15,* nn. 3-4 (PL 22 [1859], 356s; CSEL 54, 64ss). 2 II Cor. 11, 14.
3 Cap. 1, n. 6 (opus Fulgentii, PL 65, 675 A-B; CCL 91A, 715s).

2. Quid sit proprium Patris, quid sit proprium Filii, quid sit proprium Spiritus Sancti. « Et est [1] proprium solius Patris, non quia non est natus ipse, sed quod unum Filium genuit; propriumque solius Filii, non quia ipse non genuit, sed quia de Patris essentia natus est; proprium vero Spiritus Sancti est, non quia nec natus est ipse nec genuit, sed quia solus de Patre Filioque procedit ». Ecce breviter assignavit tres proprietates trium personarum, quarum una non est alia. Hoc enim significavit cum dixit: « Aliud est genuisse quam natum esse, aliudque procedere », id est alia proprietas sive notio est generatio, et alia nativitas, alia processio; quae aliis nominibus dicuntur paternitas, filiatio.

3. **Hic de nominibus relativis quae notant ipsas relationes.** Has proprietates designant nomina illa personarum, scilicet Pater, Filius, Spiritus Sanctus, quae relativa sunt et ad se invicem dicuntur, quia notant relationes; quae non sunt Deo accidentales, sed in ipsis personis ab aeterno sunt immutabiliter: ut non modo appellationes sint relativae, sed etiam ipsae relationes sive notiones in rebus ipsis, scilicet in personis, sint.

Cap. 3 (107).

Quod non omnia quae de Deo dicuntur, secundum substantiam dicuntur; quaedam enim secundum relationem dicuntur, nihil tamen secundum accidens. Quocirca sciendum est non omne quod de Deo dicitur, dici secundum substantiam, quia quaedam dicuntur secundum relationem; quae non est accidens, quia non est mutabilis. Ut Augustinus, in V libro *De Trinitate*[2] docet, «nihil in Deo secundum accidens dicitur, quia nihil ei accidit; nec tamen omne quod dicitur, secundum substantiam dicitur. In rebus creatis atque mutabilibus, quod non secundum substantiam dicitur, restat ut secundum accidens dicatur. In Deo autem nihil quidem secundum accidens dicitur, quia nihil in eo mutabile est aut amissibile; nec tamen omne quod dicitur, secundum substantiam dicitur. Dicitur enim ad aliquid, sicut Pater ad Filium et Filius ad Patrem;

3 Filii] est *add.* BCW. 5 nec] non NRV. 11 Rubrica *om.* NRW. 18 non omnia] nomina BCMNPTX. 23-25 quia... dicitur *mg.* N2O2.

1 Ibid., c. 2, n.7 (PL 65, 675 C; CCL 91A, 716). 2 Cap. 5, n. 6 (PL 42, 913s; CCL 50, 210S).

Cap. 3: Post quaedam verba introductoria ex *Summa sent., I,* 9 (PL 171, 1081 B-C; 176, 55 B), se confert Magister ad textum Augustini plenius proferendum. Cf. L. Ott, *Die Trinitatslehre der Summa sententiarum...,* in *Div. Thom.* (Fr.) 21 (1943) 168s.

quod non est accidens, quia et ille semper Pater, et ille semper Filius; et ita semper, quia semper natus est Filius nec coepit unquam esse Filius. Quod si aliquando esse coepisset, aut aliquando desineret esse Filius, secundum accidens diceretur. Et quia Pater non dicitur Pater nisi ex eo quod est ei Filius, et Filius non dicitur nisi ex eo quod habet Patrem, non secundum substantiam haec dicuntur, sed ad invicem ista dicuntur; neque tamen secundum accidens, quia et quod dicitur Pater, et quod dicitur Filius, aeternum atque incommutabile est eis ». — Ecce ex his verbis aperte ostenditur quaedam dici de Deo secundum substantiam, quaedam secundum relationem, nihil tamen secundum accidens. Ostenditur etiam proprietas Patris esse quod habet Filium, et proprietas Filii quod habet Patrem. Ideoque, cum dixit 'aeternum et incommutabile' esse quod Pater dicitur et quod Filius dicitur, ita intelligi voluit: id est proprietas qua Pater est Pater, et proprietas qua Filius est Filius, aeterna est et incommutabilis, quia et Pater semper Pater, et Filius semper Filius.

2. **Hilarius proprietates Patris et Filii determinat.** Unde **Hilarius,** proprietates personarum assignans, in XII libro *De Trinitate* [1] ita ait: « Si semper Patri proprium est quod semper est Pater, necesse est semper Filio proprium esse quod semper est Filius. Ubi enim semper Pater est, semper et Filius est; ergo qui non semper Pater est, non semper genuit». Item in eodem[2]; «Nato Deo manifestum est proprium esse quod Filius est ».

Cap. 4 (108).

1. **Quare dicatur esse proprium Unigeniti quod Filius est Dei, cum etiam homines sint filii Dei.** Hic quaeritur quomodo dicatur esse proprium nato Deo, quod est Dei Filius vel genitus ex Deo, cum etiam homines filii Dei dicantur et sint, secundum illud [3]: *Filii Excelsi omnes;* et ad Moysen de populo Israel Dominus ait [4]: *Filius meus primogenitus Israel.*

2. **Solutio.** Sed magna est distantia: homines enim filii Dei sunt factura, non nativitatis proprietate; Deus autem Filius originis proprietate

5 dicitur] filius *add.* L^NRW. 8 ex *om.* LNRVWX. 15 sempeD] est *add.* BCNV. ‖ sempers] est *add.* CNV.

1 Num. 23 (PL 10, 447 A). 2 Num. 15 (PL 10, 442 A). 3 ps 81, 6. « Exod. 4, 22.

Cap. 4: Quaestio originem habet ex contextu Hilarii, *De Trinit.,* XII, nn. 14-15 (PL 10, 441 B-C); responsio eruitur ex aliis numeris eiusdem infra citatis.

Filius est et veritate nativitatis, non factura vel adoptione. Et illi quidem ante sunt quam filii Dei sint: fiunt enim filii, non nascuntur filii Dei.

3. **Auctoritate firmat solutionem. Aperta distinctio inter Deum Filium et homines filios : quia ille natus Filius, hi facti filii ?** Unde **Hilarius,** solum Deum natum originis proprietate Dei Filium ostendens, inter ipsum et homines filios Dei evidentissime distinguit in XII libro *De Trinitate* i ita dicens: « Vero Patri solus qui ex eo nascitur, vere Filius est. Et nos quidem filii Deo sumus, sed per facturam. Fuimus enim aliquando filii iracundiae2, sed filii Dei per adoptionem effecti sumus potius quam nascimur. Et quia omne quod fit, antequam fiat non fuit, nos cum filii non fuissemus efficimur. Ante enim filii non eramus, sed per gratiam facti sumus; non nati neque generati, sed acquisiti. Acquisivit enim nos Deus sibi, et per hoc dicitur nos genuisse: genuisse enim Deum filios nunquam cum proprietatis significatione cognoscimus dici ». « Ex adoptione 3 enim homo est filius Dei, non ex generatione; neque ei proprietas est, sed nuncupatio; ac per id non vere filius, quia nec proprie natus dicitur, nec semper filius fuit. Unigenitus autem Deus nec fuit aliquando non filius, nec fuit aliquid antequam filius, nec quidquam ipse nisi filius. Atque ita, qui semper est filius » nascibilitatis proprietate ac veritate, filius est eius solius qui genuit; et ille tantum qui genuit, pater ipsius est, quia sicut ille filius origine, ita ille pater generatione.

Cap. 5 (109).

1. **Quod homo dicitur filius Trinitatis, et Trinitas potest dici pater hominum.** Homo vero, qui filius Dei est factura, non tantum Patris, sed Filii et Spiritus Sancti filius est, id est totius Trinitatis; et Trinitas ipsa pater eius dici potest. —ı Unde **Augustinus** inV libro *De Trinitate* 4 ait: « Non potest dici Trinitas pater, nisi forte translative ad creaturam, propter adoptionem filiorum. Quod enim scriptum ests: *Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est,* non utique excepto Filio aut Spiritu Sancto oportet intelligi; quem unum Dominum Deum nostrum recte dicimus etiam patrem nostrum, per gratiam suam nos regeneran-

4 filii] homines BCX. 8 Deo] dei BCL2RVX. 24 sed] et *add.* BCRTVWX.

1 Num. 12-13 (PL 10, 440 C-441 A). 2 Resp. Eph. 2, 3. 3 Hilarius, ibid., n. 15 (PL 10, 441 C-442 A). 4 Cap. 11, n. 12 (PL 42, 918s; CCL 50, 219). 5 Deut. 6, 4.

Cap. 5: Cf. Lombardus, *Glossa* in Rom. 1, 4 (PL 191, 1310 D-1311 B).

tern ». — De hoc etiam **Hilarius** in VI libro *De Trinitate*[1] ait: « Omnibus per fidem Deus est pater, quibus est pater; per eam fidem lesum Christum Dei Filium confitemur ».

2. Ecce ostensum est quare proprium dicatur esse Dei nati quod filius est, quia scilicet ipse solus 'natus' proprie dicitur. Unde **Hilarius** in III libro *De Trinitate*[2] ait: «Dominus dicens: *Clarifica Filium tuum* 3, non solo nomine contestatus est se esse Filium, sed et proprietate. Nos filii Dei sumus, sed non talis hic filius. Hic enim verus et proprius est Filius: origine, non adoptione; veritate, non nuncupatione; nativitate, non creatione ».

Cap. 6 (110).

1. **Quod Spiritus Sanctus proprie dicitur donum Dei, quia proprietate est donum ut Filius nativitate, et utroque modo dicitur relative et secundum eandem relationem.** Ita etiam et de Spiritu Sancto dicendum est, qui proprie dicitur donum Dei, cum tamen et alia plura sint dona Dei; sed Spiritus Sanctus ita proprietate immutabili et aeterna donum est, sicut Filius proprietate Filius. Eo enim donum dicitur quo Spiritus Sanctus, et utroque utique nomine relative dicitur; eademque relatione dicitur Spiritus Sanctus et donum, licet ipsa relatio non ita appareat in hoc nomine 'Spiritus Sanctus', sicut in hoc nomine 'donum'. — Unde **Augustinus** in V libro *De Trinitate* 4 ita ait: «Spiritus Sanctus, qui non Trinitas est, sed in Trinitate intelligitur, in eo quod proprie dicitur Spiritus Sanctus, relative dicitur, cum et ad Patrem et ad Filium refertur, quia Spiritus Sanctus et Patris et Filii spiritus est. Sed ipsa relatio non apparet in hoc nomine; apparet autem cum dicitur *donum Dei*5: donum est enim Patris et Filii, quia et a Patre procedit et a Filio ».

2. **Quid sit Spiritus Sanctus?** « Ergo 6 Spiritus Sanctus ineffabilis quaedam Patris Filiique communio est. Et ideo fortasse sic appellatur, ut iam diximus nec iterare piget, quia Patri et Filio potest eadem appellatio convenire. Nam hoc ipse proprie dicitur, quod illi communiter, quia et Pater spiritus, et Filius spiritus; et Pater sanctus, et Filius sanctus. Ut ergo ex nomine quod utrique convenit, utriusque communio significetur,

6 III libro *trp.* BCMNT. 14 et *om.* LNRX. 15 qui] quod COP. 27 Rubrica *om.* LNOPRW.

1 Num. 30 (PL 10, 181 C). 2 Num. il (PL 10, 82 A-B). 3 Ioan. 17, 1. 4 Cap. 11, η. 12 (PL 42, 919; CCL 50, 219). 5 In Act. 8, 20. « August., ibid.

vocatur donum amborum Spiritus Sanctus ». — Ecce habes quare Spiritus Sanctus proprie dicatur donum, et quod relative dicitur sive donum sive Spiritus Sanctus; et quod nomen sibi proprium tenet, quod communiter Patri et Filio convenit, sed divisim. Et est sciendum quia cum Pater vel Filius dicitur 'spiritus' sive 'sanctus', neutrum relative dicitur, sed secundum substantiam.

Cap. 7 (111).

An Pater vel Filius vel Trinitas ipsa possit dici spiritus sanctus. Hic quaeri potest utrum Pater vel Filius vel etiam ipsa Trinitas possit dici spiritus sanctus, sicut disiunctim dicitur et 'spiritus' et 'sanctus'. De hoc **Augustinus** in V libro *De Trinitate* [1] sic ait: « Trinitas nullo modo potest dici filius; spiritus vero sanctus potest quidem universaliter dici, secundum id quod scriptum est [2] quoniam *Deas spiritus est.* Itaque Pater et Filius et Spiritus Sanctus, quoniam unus Deus est, et utique Deus sanctus est et Deus spiritus est, potest appellari Trinitas et spiritus sanctus; sed tamen tunc 'spiritus sanctus' relative non dicetur, sed secundum essentiam, quia proprie Spiritus Sanctus qui non est Trinitas, sed in Trinitate, dicitur relative ».

Cap. 8 (112).

Quidam putant Spiritum Sanctum non dici relative ad Patrem et Filium, quia non vicissim respondent sibi vocabula, sed falso. **Quidam** tamen putant Spiritum Sanctum vel donum non dici relative ad Patrem vel Filium. Si enim, inquiunt, haec relative ad se dicuntur, suis invicem sibi respondent vocabulis: ut sicut dicitur Pater 'Filii pater', et Filius 'Patris filius', ita dicatur Pater 'Spiritus Sancti vel Doni pater', et Spiritus vel Donum 'Patris spiritus vel donum'. — Sed non ita est in omnibus relativis: non enim omnia quae relative dicuntur, suis ad se vicissim respondent vocabulis. Unde **Augustinus,** horum elidens opinionem, in V libro *De Trinitate* [3] ait: «Non moveat, inquit, quoniam diximus Spiritum Sanctum, non ipsam Trinitatem, sed eum qui est in Trinitate, relative dici, licet non ei vicissim respondeat vocabulum eius ad quem

20 Sanctum] vel donum *add.* CVX. 27 vicissim] invicem LNV. 29 quoniam] quod CLT.

1 Cap. 11, n. 12 (PL 42, 919; CCL 50, 219). 2 Ioan. 4, 24. 3 Cap. 12, η. 13 (PL 42, 919s; CCL 50, 220).

refertur. Dicimus enim 'Spiritum Sanctum Patris', sed non vicissim dicimus 'Patrem Spiritus Sancti', ne filius eius intelligatur Spiritus Sanctus. Item dicimus 'Spiritum Sanctum Filii', sed non dicimus 'Filium Spiritus Sancti', ne pater eius intelligatur Spiritus Sanctus. In multis enim relativis hoc contingit, ut non inveniatur vocabulum quo sibi vicissim respondeant. Cum ergo dicimus 'Donum Patris et Filii', non quidem possumus dicere 'Patrem Doni' aut 'Filium Doni'; sed ut haec vicissim respondeant, dicimus 'Donum donatoris' et 'donatorem Doni', quia hic potuit inveniri usitatum vocabulum, illic non potuit ». « Donum [1] ergo donatoris et donator Doni cum dicimus, relative utrumque ad invicem dicimus ». Donator tamen non fuit Deus nisi ex tempore, cum Spiritus Sanctus sit Donum etiam ab aeterno[2].

DISTINCTIO XXVII

Cap. 1 (113).

1. **An easdem proprietates assignent Augustinus et Hilarius, et an istae sint quae dicuntur paternitas, filiatio, processio.** Hic quaeri potest utrum proprietates quas **Hilarius** supra[3] assignavit, scilicet quod Pater semper est Pater et Filius semper est Filius, sint illae eaedem proprietates quas **Augustinus** superius[4] distinxit, dicens proprium esse Patris quod genuit Filium, et proprium Filii quod genitus est a Patre, et Spiritus Sancti quod ab utroque procedit; ac deinde, utrum et istae sint illae quae dicuntur paternitas, filiatio, processio.

2. **Quod non videntur eaedem proprietates, quas ponit Hilarius et Augustinus.** Videtur quod non sint eaedem proprietates quas ponit Hilarius, et illae quas ponit **Augustinus.** Si enim eaedem sunt, idem est ergo Patri esse Patrem et genuisse Filium: quod utique qui-

23-24 Rubrica *om.* RVW.

1 Ibid., c. 11, n. 12 (PL 42, 919; CCL 50, 219). 2 Cf. August., ibid., c. 16, n. 17 (PL 42, 922; CCL 50, 224). 3 Dist. 26, c. 3, n. 2 (p. 199). 4 Seu Fulgentius; supra, Dist. 26, c. 2, n. 2 (p. 198, 2-6).

Dist. XXVII: De diversis initiis huius Distinctionis, cf. Ign. Brady, *The Distinctions...,* in *Franc. Studies* 25 (1965) 109s. — De doctrina Lombardi, vide J. Schneider, *Die Lehre vom Dreieinigen Gott...,* 166-172.

dam concedunt. Si autem hoc est, cui ergo convenit ut sit Pater, ei convenit genuisse Filium. Natura igitur divina, si Pater est, genuit Filium; si vero non genuit, Pater non est. Sed quis audeat dicere, aut quod ipsa genuit Filium, aut quod ipsa Pater non sit ? Si autem ipsa Pater est nec Filium genuit, non est ergo idem dicere aliquid esse Patrem et gignere Filium; et ita non videtur una eademque esse proprietas.

3. **Responsio ubi ostendit esse easdem proprietates. — Quomodo intelligenda sint praedicta verba Hilarii.** Ad quod, sine praeiudicio aliorum, dicimus quod easdem proprietates notavit uterque, licet diversis verbis. Quod enim **Hilarius** ait, ita intelligi debet: 'Proprium Patris est quod semper Pater est', id est proprietas Patris est qua semper Pater est; semper vero Pater est, quia semper genuit Filium. Ita et 'proprium Filii est quod semper Filius est', id est proprietas Filii qua semper Filius est; Filius vero semper est, quia semper genitus est. Ergo proprietas qua Pater est Pater, est quia semper genuit; et haec eadem dicitur paternitas vel generatio. Et proprietas qua Filius semper est Filius, est quia semper genitus est a Patre; et haec eadem dicitur filiatio, vel genitura, vel nativitas, vel origo, vel nascibilitas. Sic et proprietas qua Spiritus Sanctus est Spiritus Sanctus vel Donum, est quia procedit ab utroque; et haec eadem dicitur processio. In praemissis igitur locutionibus eaedem significatae sunt proprietates.

Cap. 2 (114).

1. **Quod non est omnino idem dicere aliquid esse Patrem et genuisse vel habere Filium ; ita et de aliis.** Nec tamen videtur nobis omnino idem esse dicere aliquid esse Patrem et genuisse Filium, vel aliquid esse Filium et habere Patrem, vel esse Spiritum Sanctum et procedere ab utroque. Alioquin Pater non esset nomen hypostasis, id est personae, sed proprietatis tantum; similiter Filius et Spiritus Sanctus; et ita non per tria nomina significarentur tres personae.

2. **Haec nomina, Pater, Filius, Spiritus Sanctus, non tantum relationes, sed etiam hypostases significant et sunt hypostasium.** Ideoque dicimus quia Patris nomen non tantum relationem notat, sed etiam hypostasim, id est subsistentiam significat; ita et Filius et Spiritus Sanctus.

3. **Relationum vocabula sunt paternitas, filiatio, processio, nec personas significant.** Relationum vero vocabula, scilicet paternitas, filiatio,

13 Filiiz] est *add.* LNRTW. 15 esti *om.* BCMPR. 16 est2 om. BLMN, *exp.* P. 25 essei *om.* MPV. 34-35 Rubrica *om.* MRW. 34 Relationum] vero *add.* BLX.

processio, vel gignere, gigni, procedere, ipsas tantum relationes, non hypostases significant, sive habere Filium et habere Patrem.

4. Quid intelligatur cum dicitur: Deus est Pater, vel Deus est Filius, vel Deus est Spiritus Sanctus? Ut verbi gratia cum dicimus 'Deus est Pater', nomine Patris et relationem notamus et divinam hypostasim significamus, ut sit intelligentia talis: Deus vel divina essentia est Pater, id est ille qui genuit, scilicet hypostasis quae habet Filium. Similiter 'Deus est Filius', id est hypostasis genita vel habens Patrem. Ita etiam 'Deus est Spiritus Sanctus', id est hypostasis procedens ab utroque, sive ille qui procedit. Cum vero nomina relationum ponimus in praedicatis, notiones ipsas tantum significamus, non hypostases, ut cum dicitur 'Deus genuit', id est habet Filium, et 'Deus genitus est', id est habet Patrem; et tunc oportet intelligi in subiectis hypostases tantum, non essentiam, quae illis proprietatibus determinantur.

Cap. 3 (115).

1. **Quae proprietates determinant hypostases, non substantiam, id est naturam.** Illae enim proprietates singulae singulis proprie conveniunt personis, et per eas personae determinantur; et a se invicem differunt, sed a se non secedunt. — Unde **Ioannes Damascenus** ait[1]: « Non differunt ab invicem hypostases secundum substantiam, sed secundum characteristica idiomata, id est determinativas proprietates; characteristica vero, id est determinativa, sunt hypostaseon, et non naturae: etenim hypostases determinant ». — Item[2]: « Esse quidem intemporaliter et aeternaliter dicimus divinam Verbi hypostasim, simplicem, omnia habentem quae habet Pater ut eius homousion, id est consubstantialem, nativitatis modo et habitudine a paternali hypostasi differentem, nunquam vero a paternali hypostasi secedentem ».

2. **Hic distinguuntur proprietates aperte?** Idem, apertius exprimens personales proprietates, in eodem ait[3]: « Differentiam hypostaseon, id est personarum, in tribus proprietatibus, id est paternali et filiali et processibili, recognoscimus; insecessibiles autem ipsas hypostases et indistabiles

1 gignere] vel *add.* LOP. 23 intemporaliter] temporaliter OPRX, *quod corr.* O. 28 Rubrica *om.* RVW.

1 *De fide orthodoxa,* III, c. 6 (PG 94, 1002 C-1003A); versio Burgundionis, c. 50, n. 1 (ed. E. Buytaert, p. 186s). 2 Ibid., c. 7 (PG 94, 1007 C-D); versio Burgundionis, c. 51, n. 1 (ed. cit., p. 191). 3 Ibid., c. 5 (PG 94, 999 B-C); versio Burgundionis, c. 49 (ed. cit., p. 183s), ubi et textus immediate sequens.

invicem et unitas, et unitas quidem inconfusibiliter: tres enim sunt etsi unitae, divisas autem indistanter ». Etenim singula « perfecta est hypostasis, et propriam proprietatem, scilicet exsistentiae modum proprium possidet; sed unitae sunt substantia, et non distant neque secedunt a paternali hypostasi ». Ecce hic habes distinctas tres illas proprietates, quae supra [1] diversis significatae sunt modis.

3. **Quod sunt alia nomina personarum easdem proprietates notantia, scilicet genitus, genitor, verbum, imago.** Hic non est praetermittendum quod, sicut Pater et Filius et Spiritus Sanctus nomina personarum sunt et proprietates personales designant, ita etiam sunt et alia nomina personarum, id est quae ipsas personas significant et earum proprietates denotant, et easdem quas et nomina praedicta: unde et relative dicuntur, scilicet genitor, genitus, verbum, imago. — Unde **Augustinus** in V libro *De Trinitate*[2]; «Videndum est, inquit, hoc significari cum dicitur genitus, quod significatur cum dicitur filius. Ideo enim filius quia genitus, et quia filius, utique genitus ». « Sicut [3] autem filius ad patrem, sic genitus ad genitorem refertur; et sicut pater ad filium, ita genitor ad genitum ».

4. **De nomine verbi et imaginis.** Idem in VI libro *De Trinitate* [4]; « Verbum quidem solus Filius accipitur, non simul Pater et Filius, tamquam ambo sint unum verbum. Sic enim verbum dicitur, quomodo imago; non autem Pater et Filius simul ambo imago, sed Filius solus imago Patris, quemadmodum et filius». Idem in VII libro *De Trinitate* 5; «Verbum, secundum quod sapientia est et essentia, hoc est quod Pater; secundum quod Verbum, non hoc est quod Pater, quia Verbum non est Pater, et verbum relative dicitur sicut filius».

5. **Quod non eo verbum dicitur quo sapientia.** Item in eodem [6]; « Sicut filius ad patrem refertur, ita et verbum ad eum cuius est verbum refertur cum dicitur verbum. Et propterea, non eo verbum quo sapientia

1 et unitasz *om.* LNPRV, *exp.* OT. 2 divisas] diversas BCW. 6 modis] vel nominibus *add.* BCW. 21 solus] est *add.* BCNTV.

1 Dist. 26, cc. 2-3 (pp. 197-199). 2 Cap. 7, n. 8 (PL 42, 915; CCL 50, 213).
3 Ibid., c. 6, n. 7 (PL42,915; CCL50,211). 4 Cap. 2, n. 3 (PL42,925; CCL50, 230).
5 Cap. 3, n. 4 (PL 42, 937; CCL 50, 251). 6 Ibid., c. 2, n. 3 (PL 42, 936; CCL 50, 249); ubi et textus qui immediate sequitur.*

Num. 3-6: Vide formam antiquiorem huius materiae in *Glossa* primitiva in Rom. 1,3: « Sed quaeritur quomodo supra imaginem Augustinus retulerit (retulit x) ad essentiam, cum ipse alibi dicat (dicit x) imaginem referri ad personam, his verbis (Augustinus in libro VI De Trinitate *rubrica irarg.y.* 'Non Pater et Filius simul ambo imago, sed Filius solus imago Patris, quemadmodum et Filius'. (Augustinus in libro VII *rubr.* x; Item in eodem *rubr.* z) Item:

dicitur, quia verbum non ad se dicitur, sed tantum relative ad eum cuius est verbum, sicut filius ad patrem ». — **Quod eo verbum dicitur quo filius** : — « Eo quippe filius quo verbum, et eo verbum quo filius, sapientia vero quo essentia; et ideo, quia Pater et Filius una essentia, et una sapientia». — Item in eodem E «Non est Pater ipse verbum, sicut nec filius nec imago ». « Quid autem absurdius quam imaginem ad se dici ? » Idem in V 2: « Dicitur relative filius, relative etiam dicitur verbum et imago, et in omnibus his vocabulis ad Patrem refertur; nihil autem horum Pater dicitur ».

6. **Breviter summam colligit praedictorum intelligentiam.** Aperte ostensum est quod sicut filius vel genitus relative dicitur ad patrem, ita verbum et imago; et quod eo dicitur verbum sive imago quo filius, id est eadem proprietate sive notione dicitur verbum et imago qua filius; sed non eo quo verbum dicitur sapientia vel essentia, quia non notione qua dicitur verbum, dicitur sapientia: nam sapientia dicitur secundum essentiam, non secundum relationem.

Cap. 4 (116).

Generalis regula eorum quae ad se et eorum quae relative dicuntur : quidquid enim ad se, simul ambo dicuntur, sed non ita in praedictis relativis. Et est hic advertenda quaedam generalis regula eorum quae ad se et eorum quae relative dicuntur de Patre et Filio. « Quidquid enim ad se dicuntur, ut ait Augustinus in VI libro *De Trinitate* 3, non dicitur alter sine altero, id est quidquid dicuntur quod substantiam eorum ostendat, ambo simul dicuntur. Ergo nec Pater est Deus sine Filio, nec Filius sine Patre, sed ambo simul Deus »; sed non ambo simul pater, non ambo simul filius vel verbum vel imago.

4 vero] eo *add.* N *(Aug.), add. interi.* RT. 22 dicuntur] dicitur CL, *corr. in* dicitur O2. 23 dicuntur] dicitur M, *corr. in* dicitur O2V. 25 non2] nec BCL.

1 Ibid., c. 1, nn. 1-2 (PL 42, 933, 934; CCL 50, 244, 247). 2 Cap. 13, n. 14 (PL 42, 920; CCL 50, 221). 3 Cap. 2, n. 3 (PL 42, 925; CCL 50, 230).

'Non ipse Pater Verbum est, sicut nec Filius nec imago'. Item; 'Quid autem absurdius quam imaginem ad se dici?' (Solutio *rubr.* z) Ad quod respondetur imaginem interdum referri ad personam, et tunc relative dici de Filio tantum; interdum vero ad essentiam, et tunc ad se dici et de tribus personis pariter enuntiari » (x 5a; z 3b).

Cap, 5 (117).

1. **An secundum substantiam dicatur Deus de Deo et huiusmodi.** Hic quaeritur, cum dicitur 'Deus de Deo', 'lumen de lumine' et huiusmodi, utrum dicantur secundum substantiam; nam secundum relationem constat ista non dici. Si vero secundum substantiam dicuntur, simul ambo, scilicet Pater et Filius, possunt dici Deus de Deo, lumen de lumine, secundum praedictam regulam.

2. **Responsio ubi nomina substantiae dicuntur aliquando poni pro personis.** Ad quod dicimus quia, licet Deus secundum substantiam dicatur et lumen et sapientia et huiusmodi, et nunquam relative accipiantur, aliquando tamen pro relativis, id est pro personis, sed non relative accipiuntur, ut cum dicitur 'Deus genuit Deum', alterum pro Patre, alterum pro Filio ponimus. Similiter cum dicitur 'Deus de Deo', 'lumen de lumine'. In aliis quoque locutionibus saepe reperiuntur nomina essentiae ad significationem personarum deducta, ut cum dicitur 'Deus natus', 'Deus mortuus', 'Deus passus', ubi Filius tantum significatur. Ita et de solo Filio intelligitur, cum dicitur 'Deus de Deo' et huiusmodi. Unde **Augustinus,** quaerens quomodo huiusmodi dicantur, in VI libro De *Trinitate*[1] ait: « Quomodo Deus de Deo, lumen de lumine dicitur ? Non enim simul ambo Deus de Deo, sed solus Filius de Deo, scilicet Patre; nec ambo simul lumen de lumine, sed solus Filius de lumine Patre ».

3. **Quod tantum secundum nomen substantiae dicitur illud de illo, non secundum nomina personarum.** Et est sciendum quod secundum nomina substantiae tantum dicitur 'illud de illo', licet illa nomina ibi substantiam non significent. Secundum vero eadem nomina personarum nunquam dicitur 'illud de illo', sicut Verbum de Verbo vel Filius de Filio, quia huiusmodi nomina diversis personis convenire non possunt. Quod **Augustinus,** licet obscure, in eodem libro ita ait[2]: « Hoc solum de eis dici non potest, illud de illo, quod simul ambo non sunt », id est illo solo nomine non possumus uti ad ostendendum unum de uno, quod simul ambobus non convenit. « Sicut Verbum de Verbo dici non potest, quia non simul ambo Verbum; nec Imago de Imagine, nec Filius de Filio, quia non simul ambo Filius vel Imago».

8-9 Rubrica *om,* LRW. 9 quia] quod LWX. 11 pro2 *om.* OP. 18 VI] septimo MOPTX. 25 eadem *om.* LNRW, *exp.* T. 28 ait] dicit BCLMRTV.

1 Cap. 2, n. 3 (PL 42, 925; CCL 50, 231). 2 Ibid. (PL 42, 925s; CCL 50, 231).

Cap. 5, num. 1: Quaestio est Augustini, ut apparet infra in fine num. 2.

4. **Quod nomina substantiae aliquando Trinitatis intelligentiam faciunt.** Et sicut nomina substantiae aliquando ad intelligentiam personarum distincte faciunt, ita etiam interdum totius Trinitatis simul. Unde Augustinus in eodem libro ait E « In Patris nomine ipse Pater per se pronuntiatur, in Dei vero nomine et ipse et Filius et Spiritus Sanctus, ut cum dicitur2; *Nemo bonus nisi Deus,* quia Trinitas est unus Deus».

DISTINCTIO XXVIII

Cap. 1 (118).

1. **Quod non tantum tres praedictae proprietates sunt in personis, sed etiam aliae, quae aliis significantur nominibus, ut ingenitus.** Praeterea considerari oportet quod non tantum tres praedictae proprietates sive notiones in personis sunt, verum etiam aliae, quae aliis notantur nominibus. Nam etiam hoc nomen ' ingenitus ' relative dicitur de Patre tantum, et aliam designat notionem quam 'pater' vel 'genitor'. Non est enim idem esse patrem et esse ingenitum, id est non ea notione pater dicitur qua ingenitus. Pater enim, ut praedictum est3, dicitur secundum proprietatem generationis, ingenitus autem secundum proprietatem innascibilitatis. Differt ergo Pater a Filio auctoritate generationis, differt etiam proprietate innascibilitatis, id est quia ingenitus. — **De ingenito plena assignatio, scilicet quod relative dicitur, et alia est notio qua dicitur ingenitus, alia qua Pater.** Unde Augustinus, distinguens inter proprietatem qua dicitur 'pater' et illam qua dicitur 'ingenitus', in V libro *De Trinitate* 4 sic ait: « Non est hoc dicere ingenitum, quod est patrem dicere; quia etsi Filium non genuisset, nihil prohiberet dicere eum ingenitum. Et si gignat quisque filium, non ex eo ipse est ingenitus, quia geniti homines gignunt alios ». Non ergo ideo dicitur 'pater' quia 'ingenitus'. Ideoque, cum «de5 Deo

2 ad *om.* BCMNV, *exp.* T.

1 *De Trinit.,* V, c. 8, n. 9 (PL 42, 917; CCL 50, 215). 2 Lue. 18, 19. 3 Dist. 26, cc. 2-3 (pp. 197-199). 4 Cap. 6, n. 7 (PL 42, 914; CCL 50, 211). 5 Ibid. (PL 42, 914s; CCL 50, 211s).

Cap. 1: Cf. P. Abael., *Theologia « Scholarium »,* I, 5-6 (PL 178, 987 A-988 C); et *Summa sent.,* I, 11 (PL 171, 1086 A-B; 176, 59 C-D); hic autem de novo nobis offert Lombardus ipsa verba Augustini. Quomodo doctrinam Magistri discipuli eius evolvunt ostendit J. Schneider, *Die Lehre vom Dreieinigen Gott...,* 172-180.

Patre utrumque dicatur, alia notio est qua intelligitur genitor, alia qua ingenitus. Genitor enim dicitur ad genitum, id est Filium; cum vero ingenitus dicitur, non quid sit, sed quid non sit dicitur».

2. **Exemplis utitur ad hoc ostendendum.** « Hoc [1] exemplis planum faciendum est. Quod dicitur ingenitus, hoc ostenditur, quod non sit filius. Sed genitus et ingenitus commode dicuntur; filius autem latine dicitur, sed ut dicatur in-filius, non admittit loquendi consuetudo. Nihil tamen intellectui demitur si dicatur non-filius; quemadmodum etiam si dicatur non-genitus pro eo quod dicitur ingenitus, nihil aliud dicitur. Ideo non est in rebus considerandum quid vel sinat vel non sinat dici usus sermonis nostri, sed quis rerum ipsarum intellectus eluceat ». — **Quod tantum valet non-genitus quantum ingenitus, et tantumdem non-filius.** — « Non ergo iam tantum dicamus ingenitum, sed et non-genitum, quod tantum valet. Numquid ergo aliud dicimus quam non-filium ? Negativa porro particula non id efficit, ut quod sine illa relative dicitur, eadem praeposita substantialiter dicatur; sed id tantum negatur, quod sine illa aiebatur. Sicut in aliis praedicamentis cum dicimus 'homo est', substantiam designamus. Qui ergo dicit 'non homo est', non aliud genus praedicamenti enuntiat, sed tantum illud negat. Sicut ergo secundum substantiam aio 'homo est', sic secundum substantiam nego cum dico 'non homo est'. At si tantum valet quod dicitur genitus, quantum valet quod dicitur filius, tantumdem ergo valet quod dicitur non-genitus, quantum valet quod dicitur non-filius. Relative autem negamus dicendo non-filius; relative igitur negamus dicendo non-genitus. Ingenitus porro quid est nisi non-genitus ? Non ergo receditur a relativo praedicamento cum ingenitus dicitur. Sicut enim genitus non ad se dicitur, sed quod ex genitore sit; ita cum dicitur ingenitus, non ad se dicitur, sed quod ex genitore non sit ostenditur; utrumque tamen relative dicitur. Quod autem relative pronuntiatur, non indicat substantiam. Quamvis ergo diversum sit genitus et ingenitus, tamen non indicat diversam substantiam, quia sicut filius ad patrem et non-filius ad non-patrem refertur, ita genitus ad genitorem et non-genitus ad non-genitorem referatur necesse est ». — Ecce evidenter ostendit quod ingenitus relative dicitur et de solo Patre accipitur, aliaque notio est qua dicitur ingenitus, alia qua pater; atque tantum valet cum dicitur ingenitus, quantum non-genitus vel non-filius.

4 Rubrica *om.* RTW. 5 hoc] hic BCOPW. 11 quis] quid BCOX, quod P. 12-13 Rubrica *om.* RTVW. 30 tamen *om.* LWX.

1 August., ibid., c. 7, n. 8 (PL 42, 915s; CCL 50, 212ss); ubi et textus immediate sequens.

Cap. 2 (119).

1. **An sicut solus Pater dicitur ingenitus, dici debeat non-genitus vel non-filius.** Ideo solet quaeri utrum sicut solus Pater dicitur ingenitus, ita ipse solus debeat dici non-genitus vel non-filius, ut nec etiam Spiritus Sanctus possit dici non-filius vel non-genitus.

2. **Quorundam opinio.** Quibusdam videtur quod Pater solus debeat dici non-genitus vel non-filius; Spiritus vero Sanctus, sicut non dicitur ingenitus, ita, inquiunt, non est dicendus non-genitus vel non-filius. Debet quidem dici et credi Spiritus Sanctus non esse genitus vel non esse filius, sed non debet dici esse non-genitus vel non-filius.

3. **Aliorum opinio.** Aliis autem videtur quod, cum Spiritus Sanctus non possit dici ingenitus, potest tamen dici non-genitus vel non-filius. Quod vero **Augustinus** supra ait [1], tantum valere cum dicitur ingenitus, quantum cum dicitur non-genitus vel non-filius, etymologiam nominis ostendendo eum hoc dixisse dicunt, non ratione praedicationis.

Cap. 3 (120).

Quae sit proprietas secundum quam dicitur ingenitus. Si autem vis scire quae sit proprietas secundum quam Pater dicitur ingenitus, audi **Hilarium** ipsam vocantem innascibilitatem, in IV libro *De Trinitate*[2] ita aientem: « Est unus ab uno, scilicet ab ingenito genitus, proprietate videlicet in unoquoque et innascibilitatis et originis. Significata ergo in Scripturis personarum intelligentia, et distincto innascibilitatis nativitatisque sensu, solitarius Deus non est opinandus. Discretio ergo vel distinctio personarum in Scripturis posita est, in nullo autem naturae distinctio ».

1 Pag. 210, 21-23. 2 Num. 33 (PL 10, 120 C-121 B).

Num. 3: «Aliis», scilicet P. Abaelardo, in *Theologia «Scholarium »,* I, 6: «Spiritus vero Sanctus ipse quoque est non-genitus... nec tamen est ingenitus »; vide etiam *Theol. christ.,* I, 4, et III (PL 178, 987 D-988 A; 1131 D-1132 A, 1230 B); necnon est discipulis eius: ex. gr., *Sententiae Hermanni,* c. 4 (PL 178, 1698 D); et anon. *Ysagogein theologiam,* III: «Non itaque licet dicere Spiritum ingenitum, cum non habet non-esse ab alio, sed potius non-genitum, hoc est non-filius » (ed. A. M. Landgraf, *Écrits théologiques de l'école d'Abélard,* in Spicil. sacrum Lovan. 14, 1934, 259).

Cap. 4 (121).

1. **Ariani nitebantur probare alterius substantiae Patrem, alterius Filium, quia ille ingenitus, ille genitus; quibus respondens Ambrosius dixit se hoc nomen in Scripturis non legisse divinis.** Illud etiam taceri non oportet, quod Ariani ex eo probare nitebantur alterius substantiae esse Patrem, alterius Filium, quia ille ingenitus et iste genitus dicitur, cum diversum sit esse ingenitum et esse genitum. — Unde Ambrosius eorum quaestioni respondens, dicit se in divinis Scripturis hoc nomen, scilicet ingenitus, non legisse, ita inquiens in IV libro *De Spiritu Sancto* 1; « Cum dudum audierint quidam, dicentibus nobis Filium Dei qui generatus est, Patri qui generavit inaequalem esse non posse, quamvis ille generatus sit, iste generavit, quia generatio est naturae: adversus quidem illam quaestionem vocem sibi arbitrantur acclusam; sed tergiversatione damnabili in eodem loco vestigium vertunt, ut putent mutationem fieri quaestionis mutatione sermonis, dicentes: Quomodo possunt ingenitus et genitus esse unius naturae atque substantiae ? Ergo ut repondeam mihi propositae quaestioni, primo omnium in divinis Scripturis ingenitum nusquam invenio, non legi, non audivi. Cuius igitur mutabilitatis sunt homines huiusmodi, ut nos dicant ea usurpare quae non sunt scripta, cum ea quae sunt scripta dicamus et ipsi obiciant quod scriptum non sit ? Nonne ipsi sibi adversantur et auctoritatem calumniae suae derogant ? ».

2. **Quare Ambrosius noluerit uti hoc nomine ingenitus, scilicet propter haereticos?** Attende, lector, quoniam hoc nomine 'ingenitus' nolebat uti Ambrosius propter haereticos. Ita et nos subticere quaedam oportet propter calumniantium insidias, quae catholicis ac piis lectoribus secure credi possunt.

3. **Regula perutilis, scilicet quod quaedam sunt quibus aliquando uti, aliquando silere religiose possumus.** Sunt etenim quaedam quae non tantae sunt religionis et auctoritatis, ut eis nos oporteat semper confitendo ac recipiendo inservire, verum silentio praeteriri queunt aliquando; nec illius tamen sunt perversitatis, quin cum opportunum fuerit, eis uti liberum habeamus.

4 etiam] autem BCL.

1 Immo *De incarnationis dom. sacramento,* c. 8, nn. 79-80 (PL 16, [1845], 838 C-D; CSEL 79, 264s).

Cap. 5 (122).

1. **An diversum sit esse Patrem et esse Filium.** Praeterea quaeri solet, cum supra [1] dictum sit quia aliud est dicere ingenitum, aliud patrem, et quod diversum sit genitus et ingenitus, utrum similiter diversum sit esse patrem et esse filium, an idem.

2. **Responsio ubi dicit esse diversum esse Patrem et esse Filium, sed non Patrem esse et Filium esse.** Ad quod dicimus quia ex eodem sensu, quo dicitur diversum genitus et ingenitus et quo dicitur non esse idem dicere genitum et ingenitum, potest dici non esse idem, sed diversum, esse Patrem et esse Filium vel esse Spiritum Sanctum; quia non ea notione Pater est pater, qua Filius est filius vel qua Spiritus Sanctus est spiritus sanctus. Ideoque ex hoc sensu concedimus quod aliud est esse Patrem, et aliud est esse Filium, quia alia notio est qua Pater est pater, alia qua Filius est filius. Sed si transponas, ut dicas: Aliud est Patrem esse, aliud Filium esse, variatur intelligentia; et ideo non conceditur. Est enim sensus talis ac si dicatur: Aliud est quo Pater est, non quidem pater, sed est; aliud quo Filius est, non quidem filius, sed est; quod penitus falsum est. Eo enim Pater est, quo Pater Deus est, id est per essentiam vel naturam. At Filius eo Deus est, quo Pater est Deus; eo igitur Filius est quo Pater est, et ita idem est Patrem esse et Filium esse; sed non est idem esse patrem et esse filium. — Unde Augustinus inV libro *De Trinitate*[2] ait: «Quamvis diversum sit esse patrem et esse filium, non est tamen diversa substantia, quia hoc non secundum substantiam dicitur, sed secundum relativum: quod tamen relativum non est accidens, quia non est mutabile». Ecce diversum esse dicit esse patrem et esse filium. Quod iuxta rationem praedictam accipi oportet, quia scilicet alia notio est qua est pater, alia qua est filius; non enim secundum essentiam Pater dicitur pater vel Filius filius, sed secundum relationem.

Cap. 6 (123).

1. **Quomodo dicatur sapientia genita vel nata, an secundum relationem vel secundum substantiam.** Sciendum quoque est quod, sicut solus Filius dicitur 'verbum' vel 'imago', ita etiam ipse solus dicitur 'sapientia nata'

16 quidem] quod BCP. 17 quidem] quod BCPW.

1 In cap. 1 (pp. 209-210). 2 Cap. 5, n. 6 (PL 42, 914; CCL 50, 211).

vel genita; et ideo quaeritur utrum hoc relative dicatur; et si relative dicitur, an secundum eandem relationem qua dicitur 'verbum' et 'imago'. — De hoc **Augustinus** in VII libro *De Trinitate* [1] ita ait: « Id dici accipiamus cum dicitur 'verbum', ac si dicatur 'nata sapientia', ut sit et Filius et imago; et haec duo cum dicuntur, id est 'nata sapientia', in uno eorum, eo quod est 'nata', et verbum et imago et Filius intelligatur, et in his omnibus nominibus non ostendatur essentia, quia relative dicuntur; at in altero, quod est ' sapientia', etiam essentia demonstretur, quoniam et ad se dicitur. Se ipsa enim sapiens est, et hoc est eius esse quod sapere; unde Pater et Filius simul una sapientia, quia una essentia ».

2. **Qualiter intelligenda sint praemissa verba Augustini,** Cave, lector, qualiter intelligas quod hic dicit **Augustinus.** Videtur enim dicere quod, cum dicitur 'nata sapientia', ibi 'sapientia' essentiam significet, et 'nata' relationem notet. Quod si ita est, cogimur dicere essentiam divinam esse natam, quod superioribus[2] repugnat. — Sed ad hoc dicimus quod in altero, id est in eo quod est 'nata', eadem notio intelligitur, quae notatur cum dicitur 'verbum' et 'imago'; in altero vero, scilicet 'sapientia', demonstratur essentia, id est demonstratur quod Filius sit essentia, quia sapientia secundum essentiam dicitur. Et ideo cum dicitur 'nata sapientia', intelligitur quod ipse qui natus est, essentia est. Ibi tamen 'sapientia' non pro essentia, sed pro hypostasi facit: **(Attende diligenter!)** ut sicut quando dicitur Verbum vel Filius, intelligitur hypostasis cum sua proprietate, ita cum dicitur 'nata sapientia', idem intelligatur, id est genita hypostasis. Ideo vigilanter ait idem esse intelligendum cum dicitur Verbum et cum dicitur 'nata sapientia', id est eadem relatio eademque hypostasis, cui inest illa proprietas. Et ex hoc adiuvatur illud quod supra diximus [3], scilicet quod cum dicitur Pater vel Filius vel Spiritus Sanctus, nec tantum illae proprietates significantur, ut cum dicitur paternitas, filiatio, sed etiam hypostases cum suis proprietatibus.

Cap. 7 (124).

Quod imago aliquando dicitur secundum essentiam. Illud etiam sciri oportet, quia cum supra dictum sit [4] imaginem relative dici de Filio, sicut verbum vel filius, interdum tamen reperitur secundum substantiam dici.

5 Filius] filius *add.* MOPT, *quod exp.* T. 28 nec] non LMNRVW, *corr. in* non T,

1 Cap. 2, n. 3. (L 42, 936; CCL 50, 250). 2 Nempe dictis in Dist. 5 (pp. 80-88).
3 Dist. 27, c. 2, nn. 2-3 (pp. 204-205). 4 Ibid., c. 3, nn. 3-6 (pp. 206-207).

Unde **Augustinus** in libro *De fide* [1] dicit quod « una est sanctae Trinitatis essentialiter divinitas» et imago, ad quam factus est homo. — **Hilarius** etiam in V libro *De Trinitate*[2] sic ait: «Homo fit ad communem imaginem. Nomen non discrepat, natura non differt: una est enim ad quam homo creatus est species ». Ex his ostenditur quod imago aliquando essentiae intelligentiam facit, et tunc ad se dicitur, et non relative.

DISTINCTIO XXIX

Cap. 1 (125).

1. **De principio : quod relative dicitur et multiplicem notat relationem.** Est praeterea aliud nomen, multiplicem notans relationem, scilicet principium. Dicitur enim principium semper ad aliquid. Et dicitur Pater principium, et Filius principium, et Spiritus Sanctus principium, sed differenter; nam Pater dicitur principium ad Filium et ad Spiritum Sanctum.

2. **Quomodo Pater principium totius deitatis dicitur?** Unde **Augustinus** in libro IV *De Trinitate* [3] ait: « Pater est principium totius divinitatis, vel si melius dicitur, deitatis », quia ipse est a nullo. « Non enim habet de quo sit vel de quo procedat »; sed ab eo et Filius est genitus, et Spiritus Sanctus procedit. Non igitur dicitur principium totius deitatis, quod vel sui vel divinae essentiae principium sit, sed quia principium est Filii et Spiritus Sancti, in quibus singulis tota divinitas est.

3. **Quomodo Filius et ad quid dicatur principium, et Spiritus Sanctus, et etiam Trinitas?** Filius ad Spiritum Sanctum, Spiritus vero Sanctus non dicitur principium nisi ad creaturas, ad quas etiam et Pater dicitur principium et Filius, et Trinitas ipsa simul et singula persona princi-

16 Rubrica *om.* RWX, 24 Filius] dicitur principium *add. vw, add. mg.* R2T2. 25 et *om.* LMN. 26 persona] personarum M, *corr. in* personarum T.

1 Id est Fulgentius, *De fide ad Petrum, c.* 1, n. 5 (PL 65, 674 D; CCL 91A, 715). 2 Num. 8 (PL 10, 134 B-C). 3 Cap. 20, nn. 29 et 28 (PL 42, 908; CCL 50, 199s).

Dist. XXIX: Cf. Abaelardus, *Theologia christ.,* IV (PL 178, 1291 ss). Doctrina autem cap. 1-3 fundatur potius immediate super textus Augustini et Hilarii.

pium dicitur creaturarum. « Pater 1 ergo principium est sine principio, Filius principium de principio, Spiritus Sanctus principium de utroque », id est de Patre et Filio.

Cap. 2 (126).

1. **Quod ab aeterno Pater est principium, et Filius, sed Spiritus Sanctus non, immo coepit esse principium.** Et Pater ab aeterno principium est Filii, et Pater et Filius principium Spiritus Sancti, quia Filius est a Patre, et Spiritus Sanctus ab utroque. Spiritus vero Sanctus non ab aeterno principium est, sed esse coepit, quia non dicitur principium nisi ad creaturas. Cum ergo creaturae esse coeperunt, et Spiritus Sanctus esse coepit principium earum. Ita etiam Pater et Filius esse coepit cum Spiritu Sancto unum principium creaturarum, quia creaturae coeperunt esse a Patre et Filio et Spiritu Sancto.

2. **Quomodo hi tres sint unum creaturae principium?** Et dicuntur hi tres non tria, sed unum principium omnium creaturarum, quia uno eodemque modo principium rerum sunt. Non enim aliter sunt res a Patre, et aliter a Filio, sed penitus eodem modo. Ideo Apostolus, intelligens hanc Trinitatem esse unum principium rerum, ait[2]: *Ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia.*

3. **Quomodo accipiendum sit omnia esse ex Deo?** « Cum vero audimus omnia esse ex Deo, ut ait Augustinus, *De natura boni* 3, omnes utique naturas intelligere debemus, et omnia quae naturaliter sunt. Non enim ex ipso sunt peccata, quae naturam non servant sed vitiant, quae ex voluntate peccantium nascuntur ». Omnium ergo quae naturaliter sunt, unum principium est Pater cum Filio et Spiritu Sancto, et hoc esse coepit.

4. **Quod ab aeterno principium Filii, et Pater et Filius Spiritus Sancti?** Ab aeterno autem Pater principium Filii est generatione, et Pater et Filius unum principium Spiritus Sancti. Unde **Augustinus** in v libro *De Trinitate* 4 ita ait: « Dicitur relative Pater, idemque relative

10 esse coeperunt] ex tempore tantum sint L. ‖ esse coepit] est ex tempore L. 11esse coepit] ex tempore LNR. 12 creaturarum] sunt *add.* LNR. ‖ coeperunt] ex tempore habent LNR. 26 esse coepit] ex tempore LR. 27 Quod] pater *add.* M. ‖ ab aeterno] pater *add.* LX.

1 August, *Contra Maximinum,* II, c. 17, n. 4 (PL 42, 784s). 2 Rom. 11, 36. 3 Cap. 28 (PL 42, 560; CSEL 25, 868); iam apud *Glossam* Magistri in Rom. 11, 36 (PL 191, 1493 A). 4 Cap. 13, n. 14 (PL 42, 920; CCL 50, 220s); cf etiam *Enarr. in Ps. 109,* n. 13 (PL 37, 1457; CCL 40, 1614).

dicitur principium; sed Pater ad Filium dicitur, principium vero ad omnia quae ab ipso sunt. Et principium dicitur Filius. Cum enim diceretur ei i; *Tu quis es?* respondit: *Principium, qui et loquor vobis.* Sed numquid Patris principium est ? Immo creatorem se voluit ostendere, cum se dixit esse principium, sicut et Pater principium est creaturae, quia ab ipso sunt omnia. Cum vero dicimus et Patrem principium et Filium principium, non duo principia creaturae dicimus, quia Pater et Filius simul ad creaturam unum principium est, sicut unus creator ».

5. **Hic adiungit de Spiritu Sancto, quod et ipse principium sit** [2]: « Si autem [2] quidquid in se manet et gignit vel operatur aliquid, principium est ei rei quam gignit vel ei quam operatur, non possumus negare etiam Spiritum Sanctum recte dici principium. Quia non eum separamus ab appellatione creatoris; quia scriptum est de illo quod operetur [3], et utique in se manens operatur: non enim in aliquid eorum quae operatur ipse mutatur et vertitur. Unum ergo principium ad creaturam cum Patre et Filio est Spiritus Sanctus, non duo vel tria principia ». — Ecce aperte ostendit **Augustinus** Patrem et Filium et Spiritum Sanctum esse unum principium rerum creatarum, id est uno eodemque modo esse principium, et illum modum satis aperuit, quia scilicet operantur omnia, et quia simul operantur hi tres, ideo unum principium esse dicuntur.

Cap. 3 (127).

1. Hic ostendit quomodo Pater sit principium Filii, et ipse et Filius principium Spiritus Sancti. Deinde in eodem libro continue ostendit quomodo Pater dicatur principium ad Filium, et ad Spiritum Sanctum ipse et Filius, dicens ideo Patrem esse principium Filii quia genuit eum, et Patrem et Filium esse principium Spiritus Sancti quia Spiritus Sanctus procedit vel datur ab utroque. Ait enim ita [4]: « Si gignens ad id quod gignit principium est, Pater ad Filium principium est, quia genuit eum. Utrum autem et ad Spiritum Sanctum principium sit Pater, quia dictum est[5]: *De Patre procedit,* non parva quaestio est. Quod si ita est, non iam principium ei tantum rei erit quam gignit aut facit, sed etiam ei quam

9 et *om.* BCM. 11 ei'] eius BCLNTVWX. ‖ ei'] eius BCTVWX, *om.* LR. 14 aliquid] aliquod BCN. 20 simul NPT, similiter *alii codd.*

1 Ioan. 8, 25. 2 August., ibid. (PL 42, 920; CCL 50, 221s). 3 Resp. I Cor. 12, 11: *Haec autem omnia operatur unus atque idem Spiritus.* 4 *De Trinit.,* V, c. 14, n. 15 (PL 42, 920s; CCL 50, 222s). 5 Ioan. 15, 26.

dat et quae procedit ab ipso. Si ergo quod datur vel quod procedit principium habet a quo datur vel procedit, fatendum est Patrem et Filium principium esse Spiritus Sancti, non duo principia; sed sicut Pater et Filius ad creaturam relative unus creator et unus dominus dicitur, sic relative ad Spiritum Sanctum unum principium; ad creaturam vero Pater et Filius *et* Spiritus Sanctus unum principium, sicut unus creator et unus dominus ».

2. **Ex his colligitur quod Pater eo est principium Filii quo Pater, scilicet generatione, et eodem etiam auctor Filii ?** Ecce habes quod Pater principium Filii dicitur quia genuit eum: qua ergo notione est pater, ea principium Filii dicitur, id est generatione. Secundum quam etiam dicitur auctor Filii. Unde **Hilarius** in IV libro *De Trinitate*[1] ait : « Ipso quo Pater dicitur, eius quem genuit auctor ostenditur, id habens nomen quod neque ex alio profectum intelligatur, et ex quo is qui genitus est substitisse doceatur ». — **Nota quia dicit Filium non esse ab initio sed ab initiali ?** — « Novit[2] Ecclesia unum innascibilem Deum, novit unigenitum Dei Filium. Confitetur Patrem ab origine liberum, confitetur et Filii originem ab initio: non ipsum ab initio, sed ab initiabili; non per se ipsum, sed ab eo qui a nemine est natum ab aeterno, nativitatem scilicet ex paterna aeternitate sumentem. Edita est hic fidei professio, sed professionis ratio nondum exposita est »; et ideo quaerenda, scilicet quomodo intelligendum sit quod ait, Filii originem esse ab initio, et non ipsum esse ab initio, sed ab initiabili.

3. **Aperit ex quo sensu illa dixerit ?** Hoc utique subdens, determinavit quomodo acceperit initium inquiens originem Filii esse ab initio, ac si diceret: Non ita intelligas originem Filii esse ab initio, quasi ipse Filius habeat initium, sed quia ipse est ab initiabili, id est a Patre, a quo sunt omnia. Nam licet Filius sit principium de principio, non est tamen concedendum quod Filius habeat principium. Cumque 3 Filius sit principium de principio, et Pater principium non de principio, non est principium de principio principium sine principio, sicut Filius non est Pater; neque duo tamen principia, sed unum, sicut Pater et Filius non duo creatores, sed unus creator.

8-9 Rubrica *om.* RVW. 12 ait *om.* OP. 18 initiabili] initiali LP, ininitiabili *Hil.* 19 ipsum] nota filium non esse per seipsum *rubr. mg.* BCTX. 23 initiabili] initiali M, *corr. ex* initiali LN, *corr. in* initiali P. 24 Rubrica *om.* RVW. 27 initiabili] initiali P, *corr. in* initiali L.

1 Num. 9 (PL 10, 102 B). 2 ibid., n. 6 (PL 10, 100 A). 3 Secundum August., supra, c. 1, n. 3 (p. 216, 1-2).

Cap. 4 (128).

1. **Cum Pater et Filius sint unum principium Spiritus Sancti, quaeritur an eadem notione.** Unum autem principium sunt Pater et Filius non tantum creaturarum, ut dictum est supra *l,* sed etiam Spiritus Sancti. Ideo quaeri solet utrum eadem notione Pater sit principium Spiritus Sancti et Filius, an sit alia notio qua Pater dicatur principium Spiritus-Sancti, et alia qua Filius. — **Responsio.** Ad quod dicimus: cum Pater dicatur principium Spiritus Sancti et Filius, quia Spiritus Sanctus procedit vel datur ab utroque, nec aliter procedit vel datur a Patre quam a Filio, sane intelligi potest Patrem et Filium eadem relatione vel notione dici principium Spiritus Sancti.

2. **Quaeritur quae sit notio qua Pater et Filius dicitur principium Spiritus Sancti.** Si vero quaeritur quae- sit illa notio, quam ibi notat 'principium', nomen eius non habemus2; sed non est ipsa paternitas vel filiatio, immo notio quaedam quae Patris et Filii est, qua ab aeterno Pater et Filius unum principium est Spiritus Sancti. Donator autem, ut praedictum est 3, dicitur Pater vel Filius ex tempore, sicut Spiritus Sanctus datum vel donatum.

7 Responsio *om.* MRW. 16 est] sunt BCV.

1 Hic supra, c. 2 (pp. 216-217). 2 Nempe authenticum, licet iam tunc nomen 'spiratio' exstiterit, ut videtur. Illo enim utitur Petrus Manducator, successor Magistri in scholis Parisius: « Dicitur illa relatio spiratio, quia Pater spirat Spiritum Sanctum, et Filius similiter» (Q. 'Nota quod principium', in cod. Trecis Civit. 964, f. 94r). Dein in h. l. notat *Glossa* Petro Pictaviensi olim attributa: « Potest tamen convenienter dici spiratio, quia Pater et Filius ab aeterno spirant Spiritum Sanctum » (n 17d). Parum postea ipse Pictaviensis de hoc nomine refert: «... a magistris nostris solet dici spiratio; quod tamen vocabulum non habent de auctoritate Sanctorum» *(Sententiae,* I, c. 28; PL 211, 895 D; ed. Moore-Dulong, I, 224); et infra, c. 30: « Illa autem notio spiratio dicitur, *et est* istud verbum in ore omnium, licet non authenticum; immo usui odiosum videtur» etc. (PL 211, 903 B; ed. Moore-Dulong, 239). Nomen postea sancitum est auctoritate Concilii Lugdun. II (1274); apud DS n. 850. 3 Dist. 18, c. 2 (pp. 153-155).

DISTINCTIO XXX

Cap. 1 (129).

1. **De his quae temporaliter de Deo dicuntur et relative, secundum accidens quod non Deo, sed creaturis accidit.** Sunt enim quaedam quae ex tempore de Deo dicuntur eique temporaliter conveniunt sine sui commutatione, et relative dicuntur secundum accidens, non quod accidit Deo, sed quod accidit creaturis, ut creator, dominus, refugium, datum vel donatum et huiusmodi. — De his Augustinus in V libro *De Trinitate* i ita ait: « Creator relative dicitur ad creaturam, sicut dominus ad servum». Item2; «Non moveat quod Spiritus Sanctus, cum sit coaeternus Patri et Filio, dicitur tamen aliquid ex tempore, veluti hoc ipsum quod donatum diximus. Nam sempiterne Spiritus est donum, temporaliter autem donatum. Et si dominus non dicitur nisi cum habere incipit servum, etiam ista appellatio relativa ex tempore est Deo. Non enim sempiterna creatura est, cuius ille dominus est; ergo dominum esse non sempiternum habet, ne cogamur etiam creaturam sempiternam dicere: quia ille sempiterne non dominaretur, nisi etiam ista sempiterne famularetur. Sicut autem non potest esse servus qui non habet dominum, sic nec dominus qui non habet servum ».

2. **Opinio quod non ex tempore sit dominus, quia est dominus temporis, quod non est ex tempore** *.* Sed hic aliquis dicet quod non ex tempore competit Deo haec appellatio qua dicitur dominus, quia non est tantum dominus rerum quae ex tempore coeperunt, sed etiam illius rei quae non

5-6 commutatione] mutatione LNRW.

1 Cap. 13, n. 14 (PL 42, 920; CCL 50, 221). 2 Ibid., c. 16, n. 17 (PL 42, 922; CCL 50, 224s).

Cap. 1: Problema ponitur quasi ut exstat in *Summa sent.,* I, 10 (PL 171, 1084 C-1085 A; 176, 58 A-C); sed iterum recurritur ad ipsissima verba Augustini. Secunda eiusdem auctoritas (« Non moveat... ») partim habetur in *Glossa* primitiva in Rom. 11, 36 (x 59b-c; z 36a). Vide etiam P. Abaelardus, *Theologia christ,,* III et IV (PL 178, 1255s, 1309s); qui tamen non est fons huius capituli.

Num. 2: De parva additione (cf. lectiones variantes) nihil determinari potest cum certitudine. Accipi videtur in *Glossa* pseudo-Pictaviensis, quatenus legitur: «temporis... incepit esse dominus, etsi non *ex tempore,* quia tempus non est ante tempus [cf. verba Augustini quae

coepit ex tempore, id est ipsius temporis, quod non coepit in tempore, quia non erat ante tempus quam inciperet; et ideo non coepit esse dominus ex tempore. — **Responsio.** Ad quod dici potest quia, licet non coeperit ex tempore esse dominus temporis, coepit tamen esse dominus temporis, quia non semper fuit tempus; et ipsius hominis ex tempore coepit esse dominus. De hoc **Augustinus** in eodem libro 1 continue ita dicit: « Quisquis exstiterit qui aeternum Deum solum dicat, tempora vero non esse aeterna, propter varietatem et mutabilitatem, sed tamen tempora non in tempore esse coepisse, quia non erat tempus antequam tempora inciperent, et ideo non in tempore acciderit Deo ut dominus esset, quia ipsorum temporum dominus erat, quae utique non in tempore esse coeperunt: quid respondebit de homine, qui in tempore factus est, cuius utique dominus non erat antequam esset? Certe, ut dominus hominis esset, ex tempore accidit Deo; et ut omnis amoveatur controversia, certe ut tuus dominus esset vel meus, qui modo esse coepimus, ex tempore habuit ».

3. **Quomodo intelligendum sit nihil de Deo dici secundum accidens et quae sint accidentia relativa.** « Quomodo 2 igitur obtinebimus nihil secundum accidens dici Deum? nisi quia ipsius naturae nihil accidit quo mutetur: ut ea sint accidentia relativa, quae cum aliqua mutatione rerum de quibus dicuntur accidunt, sicut amicus relative dicitur. Non enim amicus esse incipit, nisi cum amare coeperit: fit ergo aliqua mutatio voluntatis ut amicus dicatur ».

4. **Per similitudinem ostendit quod potest Deus dici ubi ante non dicebatur sine sui mutatione, ut nummus dicitur pretium.** « Nummus3 vero, cum dicitur pretium, relative dicitur; nec tamen mutatus est cum esse coepit pretium, neque cum dicitur pignus et huiusmodi. Si ergo nummus potest nulla sui mutatione toties dici relative, ut neque cum incipit dici, neque cum desinit, aliquid in eius natura vel forma, qua nummus est,

3 Responsio om. MNRWX. 6 dominus] Quando cepit tempus, detis cepit esse dominus, nec ante tempus fuit dominus, sed cum tempore, non ex tempore vel in tempore, quia non ante fuit tempus quam ipse dominus, sed simul *add. mg.* LX, *add. in tertia columna* BCW. Cf. nota infra. 7 dicit) ait OP. 10 accederit] accidit NRW *(Aug.).* 24-25 Rubrica *(inauthent.)* NT, *om. alii.*

1 Cap. 16, n. 17 (PL 42, 922; CCL 50, 225). 2 August., ibid. 3 August., ibid. (PL 42, 922s; CCL 50, 226).

sequuntur hanc additionem], id est antequam inceperit esse tempus, sed *cum tempore* incepit esse dominus temporis, *non ex tempore vel in tempore* » (n 18a; p 58b). Haec additio autem contradicere videtur verba Augustini infra in libro II, dist. 2, c. 2, n. 1, proposita. Ex alia parte, licet meliores codices eam omittant, nihil inde deduci potest.

mutationis fiat: quanto facilius de illa incommutabili Dei substantia debemus accipere quod ita dicatur relative aliquid ad creaturam, ut quamvis temporaliter incipiat dici, non tamen ipsi substantiae Dei accidisse aliquid intelligatur, sed illi creaturae ad quam dicitur ».

5. **Quod Deus dicitur refugium relative ex tempore sine sui mutatione** « Qualiter [1] etiam *refugium nostrum* dicitur[2]: refugium enim nostrum dicitur Deus relative: ad nos enim refertur, et tunc refugium nostrum fit cum ad eum refugimus. Numquid tunc fit aliquid in eius natura, quod antequam refugeremus ad eum non erat? In nobis ergo fit aliqua mutatio, qui ad eum refugiendo efficimur meliores; in illo autem nulla ».

6. **Quod et pater dicitur relative** : « Sic [3]*et pater noster esse incipit cum per eius gratiam regeneramur, qui *dedit* nobis *potestatem filios Dei fieri* [4]. Substantia igitur nostra mutatur in melius cum filii eius efficimur; simul *et* ille pater noster esse incipit, sed nulla suae commutatione substantiae. Quod ergo temporaliter dici incipit Deus quod antea non dicebatur, manifestum est relative dici, non tamen secundum accidens Dei, quod ei aliquid acciderit, sed plane secundum accidens eius ad quod dici aliquid Deus incipit relative ».

7. **Summatim praedictorum intelligentiam perstringit** : Ex his aperte ostenditur quod quaedam de Deo temporaliter dicuntur relative ad creaturas sine mutatione deitatis, sed non sine mutatione creaturae; et ita accidens est in creatura, non in Creatore. Et appellatio qua creatura relative dicitur ad Creatorem relativa est, et relationem notat quae est in ipsa creatura; appellatio vero illa qua Creator relative dicitur ad creaturam, relativa quidem est, sed nullam notat relationem quae sit in Creatore.

Cap. 2 (130).

Hic solvitur quaestio qua quaerebatur an Spiritus Sanctus dicatur datum relative ad se, cum ipse det se. Hic potest solvi quaestio superius proposita [5], ubi quaerebatur: cum Spiritus Sanctus dicatur datum vel donatum (« quod autem datur, refertur et ad eum qui dat et ad illum cui datur »[6]); et cum Spiritus Sanctus det se ipsum, utrum ad se ipsum relative dicatur cum dicitur dari vel donari. — **Solutio** : Cui quaestioni

3-4 accidisse aliquid *trp.* BNVW. 14 simul] similiter MVN. 28 ad... se2 *om.* BCR. 30 eti *om.* LNR, *interi.* T. ‖ illum] eum LPX. 31 cum *om.* LMNX. 32 Solutio *om.* MRWX.

1 August., ibid. (PL 42, 923; CCL 50, 226). 2 Ps. 17, 3; 30, 4; 31, 7; etc. 3 August., ibid. (PL 42, 923s; CCL 50, 226s). 4 ioan. 1, 12. 5 Dist. 18, c. 6 (pp. 158-159). 6 ut dicit August., supra, p. 157, 13-14.

respondentes, dicimus Spiritum Sanctum dici datum vel donatum relative et ad dantem et ad illum cui datur. Dans autem sive donator est Pater cum Filio et Spiritu Sancto. Nec tamen dicimus Spiritum Sanctum referri ad se, sed appellatio dati vel donati refertur et ad dantem et ad recipientem, quia non potest aliquid dici datum, nisi ab aliquo et alicui detur. Cum autem Spiritus Sanctus dari a se vel datus a se dicitur, relative quidem dicitur ad illum cui datur, et est appellatio relativa, et in illo cui datur mutatio fit, non in dante.

DISTINCTIO XXXI

Cap. 1 (131).

1. **Quomodo dicatur Filius aequalis Patri, an secundum substantiam, an secundum relationem ; ita et similis.** Praeterea considerari oportet, cum tres personae coaequales sibi sint, utrum relative hoc dicatur an secundum substantiam; et si relative, utrum secundum relationem an secundum essentiam consideranda sit aequalitas; deinde quid sit ipsa aequalitas. — **Docet** Ad quod dicimus quia, sicut simile nihil sibi est: «similitudo enim, ut ait **Hilarius**[1], sibi ipsi non est », ita et aequale aliquid sibi non dicitur; ac per hoc, sicut simile, ita et aequale relative dicitur. Dicitur ergo relative Filius aequalis Patri, et utrique Spiritus Sanctus. — Est tamen aequalis Patri Filius, et utrique Spiritus Sanctus, propter summam simplicitatem essentiae et unitatem; aequalis est igitur Filius Patri secundum substantiam, non secundum relationem. Unde **Augustinus** in V libro *De Trinitate*[2] ait: «Quaerimus secundum quid aequalis sit Patri Filius. Non secundum hoc quod ad Patrem dicitur, Filius aequalis est Patri; restat igitur ut secundum id aequalis sit quod ad se dicitur. Quidquid autem ad se dicitur, secundum substantiam dicitur; restat ergo ut secundum substantiam sit aequalis. Eadem est igitur utriusque substan-

to Docet MOPT, *om. alii.*

1 *De Trinit.,* III, n. 23 (PL 10, 02 B). z Cap. 6, n. 7 (PL 42, 915; CCL 50, 212).

Cap. 1: Quaestio agitur ab Hugone, *De sacram.,* 11,1,4 (PL 176, 379 A); deinde expressius in *Summa sent.,* I, 8 (PL 171, 1080 D-1081 B; 176, 54 C-55 A), quae fons seu inspiratio Magistri videtur.

tia ». Item in VI libro 1; «Satis est videre nullo modo Filium aequalem esse Patri, si in aliquo, scilicet quod pertineat ad significandam eius substantiam, inaequalis invenitur; in omnibus ergo aequalis est Patri Filius, et est eiusdem substantiae». «Aequalis2 est etiam Spiritus Sanctus, et in omnibus aequalis, propter summam simplicitatem illius substantiae ». Ex his perspicuum fit quod secundum substantiam Filius est aequalis Patri, et utrique Spiritus Sanctus; et appellatio tantum relativa est.

2. **Quid sit aequalitas ?** Aequalitas ergo Patris et Filii non est relatio vel notio, sed propter naturae unitatem indisparitas.

3. **Hic quomodo dicitur similis et quid sit similitudo.** Hoc idem etiam dicimus de simili *et* similitudine. Cum enim dicitur Filius similis Patri, relative quidem dicitur, sed similis est Patri propter unitatem essentiae; est ergo appellatio tantum relativa, similitudo vero est indifferentia 3.

1 VI] vii BCOPTW, *quod corr.* C. 4 Sanctus] patri et filio *add.* TV, *add. interi.* W. 9 propter., disparitas (ed. 2tt)] nature unitas et identitas LMOPX, *sed corr. inferi.* L2O2. *Cf. Prolegomena.* ‖ indisparitas] exclusive dicitur non positive ita et similis *add.* BC, *add. mg.* T2. 13 indifferentia (ed. 2“)] indifferens essentia (ed. 1·) LMOPX, *quod corr.* O2P2. *Cf. Prolegomena et nota hic infra posita.*

1 Cap. 4, n. 6 (PL 42, 927; CCL 50, 234s). 2 Ibid., c. 5, n. 7 (PL 42, 928; CCL 50, 236). 3 Resp. Hilarius, *De synodis,* n. 73: « Similitudo res ipsas naturalis coaequat per similitudinem non (!) indifferentis essentiae » (PL 10, 528 B).

Num. 2: «... propter naturae unitatem indisparitas» nobis correctio esse videtur quam fecit Magister in secunda « traditione » seu editione *Sententiarum,* secundum *Glossam* saepius iam laudatam pseudo-Petri Pictaviensis. Ad verba enim Augustini in dist. 5, c. 1, in fine num. 2: « Quod relative dicitur, non indicat substantiam » (supra, p. 81, 11-12), glossator ille anonymus commentum apponit: « Sed nunquid huiusmodi nomina: ‘simile’, ‘aequale’, relative *(om.* n) dicuntur? Ita. Et tamen indicant substantiam... Huiusmodi tamen obiectiones non tangunt Magistrum Petrum (om. b). Non enim dicit haec nomina et similia dici de Deo secundum essentiam vel praedicare divinam essentiam. Non enim aliquid ponunt, sed tantum excludunt [cf. num. 4 infra]. Cum enim dicitur: ‘Pater et Filius sunt similes’ vel ‘aequales’, cum videantur habere vim affirmationis, vim habent (videatur affirmare, vim habet b) negationis; et est idem ac si dicatur: ‘In nullo dissimiles, in nullo inaequales’. Magister tamen (qui b) in **prima traditione** Sententiarum tradidit quod cum dicitur ‘Tres personae sunt similes’, sensus est: ‘Unius essentiae sunt’, et praedicatur ibi divina essentia. Sed postea hoc **correxit,** et quod secundo traditum (dictum n) est, est tutius dictum (tutius traditur n), utrumque tamen catholice» (b 34b; n 7d); cf. J. Schneider, *Die Lettre vom Dreieinigen Gott...,* 197, nota 57, ubi textus integer offertur.

Num. 3: « similitudo est indifferentia »: hic certo certius distingui debet inter traditionem seu editionem primam *Sententiarum* et secundam; testimonium enim habemus Magistri Praepositini (c. 1190-1194), quod pluribus correctionibus codicum omnino corroboratur. In sua enim *Summa* « Qui *producit ventos »,* I, q. 1, « quaeritur quare concedamus nomina quae notant respectum unius personae ad aliam, et verba et participia dici in plurali de tribus personis et non de aliis adiectivis similiter... Sunt alii qui dicunt quod haec vocabula: ‘aequalis’,

4. **Quibusdam videtur quod nomine aequalitatis vel similitudinis non ponitur aliquid, sed removetur.** Unde quibusdam[1] non indocte videtur nomine aequalitatis vel similitudinis non aliquid poni, sed removeri: ut ea ratione dicatur Filius aequalis Patri, quia nec maior est eo nec minor, et hoc propter unitatem essentiae. Ita et similis dicitur, quia nec diversus, nec alienus, nec in aliquo dissimilis, et hoc propter essentiae simplicitatem. Non ergo secundum quod Filius est genitus a Patre, aequalis vel inaequalis est Patri, nec similis vel dissimilis, sed aequalis et similis secundum substantiam.

Cap. 2 (132).

1. **De sententia S. Hilarii qua in Trinitate personarum propria ostendit.** Non est hic praetereundum quod illustris vir **Hilarius** proprietates personarum assignans dicit[2] aeternitatem esse in Patre, speciem in Imagine, usum in Munere.

2. **Augustinus. De Hilario qui ait: Aeternitas est in Patre, species in Imagine, usus in Munere. Ex quo sensu illa intelligenda sint verba Hilarii hic docet Augustinus, et prius quare Patri aeternitas tribuatur.** Quae tantae difficultatis sunt verba, ut in eorum intelligentia atque explanatione vehementer laboraverit **Augustinus,** ut ipse ostendit in VI libro *De Trinitate*[3] ita dicens: « Quidam, cum vellet brevissime singularum in Trinitate personarum insinuare propria: Aeternitas est, inquit, in

2 Unde... indocte] Quibusdam tamen (ed. Ie?) LMPRTX. 11 in *om.* LMOP. ‖ Trinitate] trinitatem MO, trium L. 12 praetereundum] pretermittendum BCLN. 15-17 Rubricae *om.* MRW.

1 Inter quos P. Abaelardus, *Tlieol. christ.,* IV (PL 178, 1265 D-1266 C). 2 *De Trinit.,* II, n. 1 (PL 10, 51 A). 3 Cap. 10, n. 11 (PL 42, 931; CCL 50, 241).

'similis' (etc. *Eri.),* tantum remotive accipiantur (accipiuntur *Tud.),* ut cum dicitur 'Pater et Filius sunt aequales', id est non sunt inaequales, et 'sunt similes' (consimiles *Tol.),* id est non sunt dissimiles [cf. verba pseudo-Pictaviensis in nota praecedenti]. In qua sententia visus est fuisse summus *(om. Eri.)* Magister Petrus Lombardus *(om. Tud.).* In prima namque Sententiarum editione dixit: 'Similitudo est indifferens essentia'; et in secunda quasi corrigens dixit: 'Similitudo est indifferentia'; quasi dicat: 'Pater et Filius dicuntur similes, quia non sunt differentes » (ex codd. Erlangen Univ. 260, 2c; Tolosae Civit. 159, 142r; Tuderti Commun. 71, ld-2a). Cf. *Rech. de Théol. anc. et mid.* 2 (1930) 90; *Mediaeval Studies* 8 (1946) 52, nota 1; J. Schneider, *Die Lehre...,* 199, nota 62. — Non pauci codices adhuc legunt *indifferens essentia·,* in aliis haec lectio originalis aut raditur aut cancellatur et illa nova lectio inseritur; alii codd. lectionem secundam solum portant. De hoc nihil in *Glossa* pseudo-Pictaviensis praeter lectionem 'indifferentia'.

Cap. 2, num. 2: Partim in *Glossa* in Rom. 11, 36 (PL 191, 1495 A).

Patre, species in Imagine, usus in Munere. Et quia non mediocris auctoritatis in tractatione Scripturarum et assertione fidei vir exstitit – Hilarius enim hoc in libris suis posuit – horum verborum, id est Patris et Imaginis et Muneris, aeternitatis, speciei et usus, abditam scrutatus intelligentiam quantum valeo, non eum secutum arbitror in 'aeternitatis' vocabulo, (Attende !) nisi quod Pater non habet patrem de quo sit, Filius autem de Patre est ut sit atque ut illi coaeternus sit ». — **Hic quare Imagini species ?** « Imago [1] enim si perfecte implet illud cuius imago est, ipsa coaequatur ei, non illud imagini suae. In qua imagine 'speciem' nominavit, credo, propter pulchritudinem: ubi est tanta congruentia et prima aequalitas et prima similitudo, nulla in re dissidens et nullo modo inaequalis et nulla ex parte dissimilis, sed ad identidem respondens ei cuius imago est. Ubi est prima et summa vita, cui non est aliud vivere et aliud esse, sed idem; et primus ac summus intellectus, cui non est aliud vivere et aliud intelligere, sed idem, hoc est unum, tamquam verbum perfectum cui non is desit aliquid, et ars quaedam omnipotentis et sapientis Dei plena omnium rationum viventium incommutabilium; et omnes unum in ea, sicut ipsa unum de uno, cum quo unum. Ibi novit omnia Deus quae fecit per ipsam ». — **Hic de Spiritu Sancto, quare usus dicatur ?** « Est[2] autem ineffabilis quidam complexus Patris et Imaginis, qui non est sine perfruitione, sine caritate, sine gaudio. Illa ergo dilectio, delectatio, felicitas vel beatitudo, si tamen aliqua humana voce digne dicitur, 'usus' ab illo appellata est breviter; et est in Trinitate Spiritus Sanctus, non genitus, sed genitoris genitique suavitas, ingenti largitate atque ubertate perfundens omnes creaturas pro captu earum. Itaque illa tria et a se invicem determinari videntur, et in se infinita sunt. Qui videt hoc, vel ex *parte* vel *per speculum et in aenigmate* [3], gaudeat cognoscens Deum et gratias agat; qui vero non videt, tendat per pietatem ad videndum, non per caecitatem ad calumniandum, quoniam unus est Deus, sed tamen Trinitas ».

3. **Quod non modo illa verba Hilarii, sed explanatio super his Augustini obscurissima est ?** Ecce habes qualiter verba **Hilarii** praemissa accipienda sint, licet tantae sint profunditatis, ut etiam adhibita expositione vix aliquatenus ea intelligere valeat humanus sensus, cum et ipsa eorum explanatio, quam hic **Augustinus** edidit, plurimum in se habeat difficultatis et ambiguitatis.

6 Attende *om.* LMRW. 7-8 Rubrica om. MRW; supple 'tribuatur' (p. 225, 17). 12 identidem] identitatem BC, *corr. in* identitatem TX, *quod add. mg,* V. 24 ingenti] ingeniti CLPRV, *quod corr.* PV. 25 a] ad LPR. 30 modo *om.* BCX.

1 August., ibid. 2 August., ibid., nn. 11-12 (PL 42, 932; CCL 50, 242s).
3 Resp. I Cor. 13, 12.

4. **Quod secundum hanc expositionem non distinguuntur ibi proprietates personarum tres.** Non enim secundum praemissam expositionem distinguuntur hic tres illae proprietates superius assignatae 1, sed ipsae hypostases distinctae ab invicem monstrantur. — **Quod nomine aeternitatis ibi significatur illa notio quam notat ingenitus ?** Aeternitatis tamen nomine eadem videtur designata proprietas, quam notat hoc nomen 'ingenitus'.

5. **Ex quo sensu dixerit illud : Imago si perfecte implet etc. ?** Sed videamus quid sit quod ait 2; « Imago si perfecte implet illud cuius imago est, ipsa coaequatur ei, non illud imagini suae ». Videtur enim dicere quod Filius, qui est imago Patris, coaequatur Patri, non Pater Filio, cum et Filius dicatur aequalis Patri in Scriptura et Pater Filio; sed Filius hoc habet a Patre, ut sit ei aequalis, Pater autem non habet a Filio; et tamen Filius plene ac perfecte aequalis est Patri, id est imago ei cuius est imago.

6. **Hilarius** in libro *De synodo* 3: «Imago eius ad quem imaginatur species indifferens est. Neque enim ipse sibi quisquam imago est, sed eum cuius imago est, necesse est ut imago demonstret. Imago igitur est rei ad rem coaequandam et imaginata et indiscreta similitudo. Est ergo Pater, est et Filus, quia imago Patris est Filius; et quia imago est, ut rei imago sit, speciem necesse est et naturam et essentiam, secundum quod imago est, in se habeat auctoris ».

7. **Quare dicatur Hilarius propria personarum assignasse in verbis praedictis, cum ibi non sint expressae proprietates.** Propria igitur personarum in praedictis verbis 4 assignasse dicitur **Hilarius**, quia relativa nomina personarum posuit, scilicet Patris, Imaginis, Muneris, quae relative dicuntur de personis, et proprietates notant quibus distinguuntur personae. Ita enim dicitur Spiritus Sanctus 'munus' relative, sicut 'donum'. Verumtamen ipsas proprietates aliis tribus nominibus non significavit, iuxta praedictam **Augustini** expositionem, nisi solo nomine 'aeternitatis': quo non ipsam paternitatem, sed eam voluit intelligi notionem, qua dicitur 'ingenitus'.

14-19 Glossa volatilis *in textu* MT, mg. LNRX, *in tertia col.* BCW, *om.* OPV. 14 synodo] synodis LNRTWX. ‖ quem] quam BCRWX.

1 Dist. 26, cc. 2-3 (pp. 197-199), vel hic supra, n. 1. 2 August., supra, p. 226, 7-9. 3 Num. 13 (PL 10, 490 B-C). 4 Supra, n. 1 (p. 225, 13-14).

Num. 6: Iam ad num 2: « Imago enim... » (supra, 226, 7ss) notat *Glossa* pseudo-Petri: « Nota quod perfecte tunc (tunc perfecta b; nunc p) implet imago (illud cuius est imago *add.* b), cum (imago *add.* n) est idem cum eo cuius est imago in specie et natura et essentia, ut p o s t dicet Hilarius in quadam glossa volatili quam Magister posuit » (b 49v; n 18a-b; p 58c). Tunc infra: « *Hilarius in libro De synodo* : Volatilis glossa est » (b 49v; n 18c; p 58d-59a). Invenitur etiam ut additio marginalis in quibusdam codd. *Glossae* in Rom. 11, 36.

8. **Hilarius** in libro *De synodo* i: « Si quis innascibilem et sine initio dicat Filium, quasi duo sine principio et duo innascibilia et duo innata dicens, duos faciat deos, anathema sit. Caput enim quod est principium omnium, Filius; caput autem quod est principium Christi, Deus. Sic enim ad unum initiabilem, omnium initium, per Filium universa referimus. Filium innascibilem confiteri impiissimum est. Iam enim non erit unus Deus, quia Deum unum praedicari natura unius innascibilis Dei exigit. Cum ergo Deus unus sit, duo innascibiles esse non possunt: cum idcirco Deus unus sit (cum et Pater Deus sit et Filius Dei Deus sit), quia innascibilitas sola penes unum sit; Filius autem idcirco Deus, quia ex innascibili essentia natus exsistat. Caput enim omnium Filius est, sed caput Filii Deus est; et ad unum Deum omnia hoc gradu et hac confessione referuntur, cum ab eo sumant universa principium, cum ipse principium sit ». — Idem in eodem2: « Omnibus creaturis substantiam voluntas Dei attulit, sed naturam Filio dedit ex impassibili ac non nata substantia perfecta nativitas. Talia enim cuncta creata sunt, qualia esse Deus voluit; Filius autem natus ex Deo talis subsistit, qualis et Deus est. Nec dissimilem sui edidit natura naturam, sed ex substantia Dei genitus naturae secundum originem attulit, non secundum creaturas voluntatis essentiam ».

9. **Quod eandem personarum distinctionem notat Augustinus aliis verbis sine expositione trium proprietatum.** Illud etiam sciri oportet, quod earundem trium personarum distinctionem **Augustinus** ostendere volens sine expressione illarum trium proprietatum superius commemoratarum, in I libro *De doctrina Christiana?*· sic ait: « In Patre est unitas, in Filio aequalitas, in Spiritu Sancto unitatis aequalitatisque concordia: et tria haec unum omnia propter Patrem, aequalia omnia propter Filium, connexa omnia propter Spiritum Sanctum. Itaque Pater et Filius ac Spiritus Sanctus, et singulus quisque horum Deus est, et simul omnes unus Deus; et singulus quisque horum plena substantia est, et simul omnes una substantia. Pater nec Filius est nec Spiritus Sanctus; Filius nec Pater est nec Spiritus Sanctus; Spiritus Sanctus nec Pater est nec Filius; sed Pater tantum Pater, et Filius tantum Filius, et Spiritus Sanctus tantum

1-17 Glossa volatilis (N»T) *in textu* MNT, *mg.* LRX, *in tertia coi.* BCW, *om.* OPV. 1 synodo] synodis LTWX. 4 initiabilem *codd. (corr.* T2), ininitiabilem *Hil.* 6 Deum unum *trp.* BCX. 7 Deus unus2 *trp.* BCLNRWX. 11 eo] ea BCX. 19 expositione) expressione BCW. 25 ac] et LRWX.

1 Num. 59-60 (PL 10, 521 A-C). 2 Num. 58 (PL 10, 520 C). 3 Cap. 5, η. 5 (PL 34, 21; CSEL 80, 10s; CCL 32, 9).

Num. 8: De his notulis nihil dicitur in *Glossa* praelaudata quae olim Petro Pictav. attribuebatur. In diversis codicibus diversimode etiam disponuntur; nam quandoque hic, quandoque post num. 9, quandoque etiam inveniuntur post sequens capitulum tertium. — Num. 9: Verba Augustini hic posita inveniuntur etiam in *Glossa* in Rom. 11, 36 (PL 191, 1494 C-D).

Spiritus Sanctus. Eadem tribus aeternitas, eadem incommutabilitas, eadem maiestas, eadem potestas». In his verbis aperte insinuatur personarum trium distinctio.

Cap. 3 (133).

Quare Patri attribuitur unitas et Filio aequalitas. Sed plurimos movet, quod Patri attribuit unitatem, Filio aequalitatem. Cum enim unitas dicatur secundum substantiam, non tantum in Patre est, sed et in Filio et in Spiritu Sancto; et aequalitas una est Patris et Filii et Spiritus Sancti. Cur ergo Patri attribuitur unitas et Filio aequalitas ? — Forte eadem ratione attribuitur Patri unitas secundum **Augustinum**, qua supra eidem aeternitas secundum **Hilarium**: quia videlicet Pater ita est ut ab alio non sit, et quia Filium genuit unum secum Deum, et Spiritus ab eo procedit unus cum eo Deus. Unitas ergo in Patre esse dicitur, quia nec est aliquid aliud a quo sit: non enim ab alio est, nec ab eo aliquid vel aliquis est ab aeterno quod unum cum eo non sit. Filius enim et Spiritus Sanctus unum sunt cum Patre; unde Veritas ait E *Ego et Pater unum sumus.*

Cap. 4 (134).

1. **Quare Pater et Filius dicantur esse unum vel unus Deus, sed non unus: quia res eiusdem naturae recte possunt dici esse unum simpliciter et cum adiectione, res vero diversae naturae non possunt dici unum nisi dicatur quid unum.** Hic dici oportet quod Pater et Filius et Spiritus Sanctus

5 attribuitur] attribuatur NRVX.

1 Ioan. 10, 30.

Cap. 3: Cf. L. Ott, *Untersuchungen zur theol. Briefliteratur...,* 569-576; J. Schneider, Die *Lehre vom Dreieinigen Gott...,* 112s.

Cap. 4: Principium hic enuntiatum (ad initium num. 1) iam proponitur in *Glossa* in I Cor. 6, 17: « Diligenter attende quod quando de rebus duabus vel pluribus dicitur 'unus est' vel 'una est', et additur quid unus vel quid una, et de his quae diversae et de his quae sunt unius substantiae dici potest » (PL 191, 1583 A-B; x 84a; z 51a); quae verba, ut recte indicat rubrica marginalis in cod. z, Augustini sunt, *Contra Maximinum,* II, 20, 1 (PL 42, 788). Hic Magister quodam modo dependet a Gilberto Porreta, *Glossatara* in h. l. (cf. A. M. Landgraf, *Mitteilungen zur Scitule Gilberts de la Porrée,* in *Collectanea Franc.* 3 1933 191). — Verba Augustini quae sequuntur partim inveniuntur in eadem *Glossa* Lombardi. Alius fons videtur esse *Glossa* eius in Ps. 5, 3 (PL 191, 95 D), ubi citantur verba Augustini *Super loannem* (hic in num. 2).

recte dicuntur esse unum et unus Deus, sed non unus. Res enim duae vel plures recte possunt dici unum esse, si sint unius essentiae et earum una sit natura; unus autem vel una non potest dici de diversis rebus, nisi addatur quid unus vel una: quo addito, recte potest dici de rebus et unius et diversae substantiae. — Unde Augustinus in VI libro *De Trinitate* i ait sic: « Nescio utrum inveniatur in Scripturis dictum, unum sunt, quorum est diversa natura. Si autem et aliqua plura eiusdem naturae sint et diversa sentiant, non sunt unum in quantum diversa sentiunt. Cum ergo sic dicitur unum ut non addatur quid unum, et plura unum dicuntur, eadem natura atque essentia, non dissidens neque dissentiens, significatur ». — **Exemplum ponit** : « Unde Paulus et Apollo, qui et ambo homines erant et idem sentiebant, unum esse dicuntur cum dicitur2: *Qui plantat et qui rigat unum sunt.* Cum vero additur quid unum, potest aliquid significari ex pluribus unum factum, quamvis diversis natura; sicut anima et corpus non possunt utique dici unum (quid enim tam diversum?), nisi addatur vel subintelligatur quid unum, id est unus homo. Unde Apostolus 3: *Qui adhaeret,* inquit, *Domino, unus spiritus est;* non dixit *unus est* vel *unum sunt,* sed addidit *spiritus.* Diversi sunt enim natura spiritus hominis et spiritus Dei, sed inhaerendo fit spiritus hominis unus spiritus cum Deo », quia particeps fit veritatis beatitudinis illius. Si ergo de his quae diversae substantiae sunt recte dicitur quod sint, *unus spiritus,* quanto magis qui unius substantiae sunt recte dicuntur unus Deus esse. « Pater ergo et Filius unum sunt, utique secundum unitatem substantiae, et unus Deus ».

2. **De haeresi Arii** : In quo Ariana haeresis damnatur, quae « Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, ut ait Augustinus in libro *De haeresibus 4,* non vult esse unius eiusdemque substantiae atque naturae, vel, ut expressius dicatur, essentiae, quae graece dicitur 'usia', sed Filium esse creaturam ». — **De haeresi Sabellii** : Necnon et Sabelliana, quae, ut Augustinus ait in eodem libro 5, dicebat « Christum eundem ipsum et Patrem et Spiritum Sanctum esse », ut esset trinitas nominum sine substantia personarum. — « Utramque pestem, ut ait Augustinus

6 ait sic *trp.* LMVX. 11 Exemplum ponit *om.* CPRVW. 20 veritatis] et *add.* L, *add. interi.* PTW, 23 substantiae] essentie LM. 25 Rubrica om. CPRVW. 29 Rubrica om. CPRVW. 30 Aug. ait *trp.* LNVX. 32 substantia] subsistentia BCL, *corr. in* subsistentia T.

t Cap. 3, n. 4 (PL 42, 926; CCL 50, 231s); ubi et textus immediate sequens. 2 I Cor. 3, 8. 3i Cor. 6, 17. 4 Num. 49 (PL 42, 39). 5 Num. 36 et 41 (PL 42, 32s).

Super loannem 1, elidit Veritas dicens2: *Ego et Pater unum sumus.* Utrumque audi et adverte, et *unum* et *sumus,* et a Charybdi et a Scylla liberaberis. Quod enim dixit *unum,* liberat te ab Ario; quod dixit *sumus,* liberat te a Sabellio. Si *unum,* ergo non diversum; si *sumus,* ergo et Pater et Filius; *sumus* enim non diceret de uno, nec *unum* de diverso. Erubescant ergo Sabelliani, qui dicunt ipsum esse Patrem qui est Filius, confundentes personas; qui et dicti sunt Patripassiani, quia dicunt Patrem fuisse passum. Ariani vero dicunt aliud Patrem esse, aliud Filium, non unam substantiam, sed duas: Patrem maiorem, Filium minorem. Noli hoc dicere tu, catholice. In medio ergo naviga; utrumque periculosum latus devita, et dic: Pater pater est, et Filius filius est; alius Pater, alius Filius, sed non aliud, immo hoc ipsum, quia unus Deus est ». — Ecce ostensum est quare unitas esse in Patre dicatur, cum tres illi unum sint.

3. **Hilarius** in libro *De synodo*3: «Minus forte expresse videtur de indifferenti similitudine Patris et Filii fides locuta esse, cum de Patre et Filio et Spiritu Sancto ita senserit significatam in nominibus propriam uniuscuiusque nominatorum substantiam et ordinem et gloriam, ut sint quidem per substantiam tria, per consonantiam vero unum. Volens igitur congregata Sanctorum Synodus impietatem eam perimere, quae veritatem Patris et Filii et Spiritus Sancti nominum numero eluderet, ut non subsistente causa uniuscuiusque nominis, triplex nuncupatio obtineret sub falsitate nominum unionem, et Pater solus atque unus idem et ipse haberet et Spiritus Sancti nomen et Filii: idcirco tres substantias esse dixerunt, subsistentium personas per substantias edocentes, non substantiam Patris et Filii diversitate dissimilis essentiae separantes. Quod autem dictum est, 'ut sint quidem per substantiam tria, per consonantiam vero unum', non habet calumniam, quia connominato Spiritu, id est Paraclito, consonantiae potius quam essentiae, per similitudinem substantiae, praedicari convenit unitatem». — Idem in eodem4: «Cum Deum Patrem confitemur et Christum Dei Filium praedicamus, et inter haec duum deorum sit irreligiosa confessio, non possunt secundum naturae indifferentiam et nomen indifferens, non unum esse in essentiae genere, quorum essentiae nomen non licet esse nisi unum. Non enim religiosa unitas nominis, ex indifferentis naturae essentia, constitutam personam genitae ademit essentiae, ut unica ac singularis Dei substantia per unionem nominis intelligatur, cum utriusque essentiae nomen unum, id est Deus unus, ob indiscretae in utroque naturae indissimilem substantiam praedicetur ».

12 est om. LMX. 15-31 (35) Glossa volatilis (T) *in textu* M (in *fine c. 3)* N *(in fin. c.* 6) T *(hic), mg.* LX, *in tertia col.* BCW, *om.* OPRV. 15 synodo] synodis LTWX. 19 eam] illam TW, vero CX. 26 connominato] cognominato BNW. 31-35 Non enim... praedicetur *in textu* N, *mg.* C, in imo folio W, *va-cat* T, *om.* BLMX.

1 Tract. 36, nn. 8-9 (PL 35, 1667s; CCL 36, 328ss). 2 Ioan. 10, 30. 3 Num. 31-32 (PL 10, 504 A-505 A). 4 Num. 41-42 (PL 10, 513 C-514 A).

Num. 3: De hac glossa volatili nihil allegatur a pseudo-Petro Pictaviensi.

Cap. 5 (135).

Quare dicitur aequalitas esse in Filio, cum sit una aequalitas trium. Nunc videamus quare aequalitas dicatur esse in Filio, cum una et summa sit aequalitas trium. — Hoc ideo forte dictum est 1, quia Filius genitus est a Patre aequalis gignenti et dono quod ab utroque procedit, et ideo illa tria dicuntur esse aequalia propter Filium. Filius enim habet a Patre ut sit ei aequalis et Spiritui Sancto, et Spiritus Sanctus ab utroque habet ut sit aequalis utrique. Haec autem sine assertionis supercilio et maioris intelligentiae praeiudicio dicimus, malentes in apertione tam clausorum sermonum peritiores audire quam aliquid aliis influere. «

Cap. 6 (136).

Quare in Spiritu Sancto dicitur esse utriusque concordia vel connexio. Quod^ autem in Spiritu Sancto dicitur esse utriusque concordia et per eum omnia connexa, facilior est intelligentia nobis praemissa ad mentem revocantibus. Supra enim 2, secundum auctoritates Sanctorum, dictum est quod Spiritus Sanctus amor est quo Pater diligit Filium et Filius Patrem. Recte igitur Spiritus Sanctus dicitur connexio vel concordia Patris et Filii, et per eum omnia connexa. — Unde **Augustinus** in XV libro *De Trinitate* 3: « Communio quaedam consubstantialis Patris et Filii est amborum Spiritus». Idem in VII libro4: «Spiritus Sanctus est summa caritas utrumque conjungens, nosque subiungens ».

DISTINCTIO XXXII

Cap. 1 (137).

1. **Utrum Pater vel Filius Spiritu Sancto diligat, cum diligere idem Deo sit quod esse.** Hic oritur quaestio ex praedictis deducta. Dictum est

I Supra, in c. 2 (p. 228, 22-23), ubi etiam Spiritus Sanctus dicitur esse concordia (ut infra in c. 6). 2 Dist. 10 (pp. 110-114). 3 Cap. 27, n. 50 (PL 42,1097; CCL 50A, 532). 4 Cap. 3, n. 6 (PL 42, 938; CCL 50, 254).

Cap. 1: Cf. L. Ott, *Untersuchungen zur theol. Briefliteratur...,* 624-631.

enim supra 1, atque Sanctorum auctoritatibus ostensum, quod Spiritus Sanctus est communio Patris et Filii, et amor quo Pater et Filius se invicem diligunt. Ideo quaeritur utrum Pater vel Filius per Spiritum Sanctum vel Spiritu Sancto diligat. — Quod utique videtur oportere dici secundum auctoritates supra positas, quibus ostenditur Spiritum Sanctum esse « quo 2 genitus a gignente diligatur genitoremque suum diligat ». — Sed econtra: Si Pater vel Filius dicatur diligere per Spiritum Sanctum, videtur esse per Spiritum Sanctum, quia non est aliud Deo esse et aliud diligere, sed idem; quia, ut ait **Augustinus** in XV libro *De Trinitate* 3, « quidquid secundum qualitates in illa simplici natura dici videtur, secundum essentiam est intelligendum », ut bonus, magnus, immortalis, sapiens, diligens et huiusmodi. Ideoque, si Pater vel Filius diligit per Spiritum Sanctum, per ipsum Spiritum esse videtur; neque tantum essentia sua diligit, sed etiam Dono.

2. **Haec quaestio insolubilis est, humanum superans sensum, in qua auctoritates sibi occurrunt.** Huic quaestioni, cum altitudinem nimiae profunditatis contineat, id solum respondemus quod **Augustinus** significare videtur, scilicet quod Pater et Filius se diligant et unitatem servent non solum essentia sua, sed suo Dono proprio. Quod licet supra 4 positum sit, iterare tamen non piget, quia sic expedit.

3. **Aperte dicit quod Pater et Filius et essentia et Dono suo diligunt se et pacem servant.** Ait ergo in VI libro *De Trinitate* 5 ita: « Manifestum est quod non aliquis duorum est, quo uterque coniungitur, quo genitus a gignente diligatur genitoremque suum diligat; suntque non participatione, sed essentia sua neque dono superioris alicuius, sed suo proprio *servantes unitatem pacis* 6 ». Ecce hic dicit quod essentia sua et Dono suo servant unitatem. — Idem in XV libro *De Trinitate* 7: « In illa Trinitate quis audeat dicere Patrem nec se nec Filium nec Spiritum Sanctum diligere nisi per Spiritum Sanctum ? » Hic aperte ostendit Patrem non tantum per Spiritum Sanctum diligere; non autem simpliciter dicit Patrem non diligere per Spiritum Sanctum.

13 Spiritum2] sanctum *add.* TV, *add. interi.* N. 23 coniungitur] coniungantur MX.

1 Supra, in c. 6; et plenius in Dist. 10 (pp. 110-114). 2 Verba sunt August., infra, ad initium n. 3. 3 Cap. 5, n. 8 (PL 42, 1062; CCL 50A, 470). 4 Dist. 10, c. 2, n. 5 (p. 113). 5 Cap. 5, n. 7 (PL 42, 928; CCL 50, 235). 6 Resp. Eph. 4, 3. 7 Cap. 7, n. 12 (PL 42, 1065; CCL 50A, 475).

Cap. 2 (138).

1. **Utrum Pater sit sapiens sapientia quam genuit, sicut diligit amore qui ab ipso procedit.** Praeterea diligenter investigari oportet utrum Pater sit sapiens sapientia quam genuit, quae tantum Filius est. — Quod videtur a simili posse probari: si enim diligit amore qui ab ipso procedit, cur non et sapientia vel intelligentia quam genuit sapit vel intelligit ? — Hanc quaestionem urgere videtur, ut ait **Augustinus** in VII libro *De Trinitate* 1, quod scripsit Apostolus dicens 2; *Christum Dei virtutem et Dei sapientiam;* ubi quaeritur « utrum ita sit Pater sapientiae et virtutis suae, ut hac sapientia sapiens sit quam genuit, et hac virtute potens quam genuit ».

2. **Hic determinat dicens Patrem non esse sapientem sapientia quam genuit** ‡ « Sed absit3 ut ita sit: quia si hoc est ibi esse quod sapere, non per illam sapientiam quam genuit sapiens est Pater; alioquin non ipsa ab illo, sed ille ab ipsa est. Si enim sapientia quam genuit causa est illi ut sapiens sit, etiam ut sit ipsa illi causa est; quod fieri non potest nisi gignendo eum aut faciendo. Sed nec genitricem, nec conditricem Patris ullo modo quisquam dixerit sapientiam: quid enim est insanius ? Ergo Pater ipsa sapientia est qua sapiens est. Filius vero dicitur sapientia Patris et virtus Patris: non quia Pater per eum sit sapiens vel potens, sed quia Filius, sapientia et virtus, est de Patre sapientia et virtute ». Ex his patet quod Pater non est sapiens sapientia genita, sed se ipso, sapientia ingenita.

3. **Augustinus** in libro *84 Quaestionum* «Cum sapiens Deus dicitur, et sapientia sapiens dicitur sine qua eum vel fuisse aliquando vel esse posse nefas est

5 diligit] pater *add.* LMNRVW. 10-11 et... genuit *mg.* CMV. 12-13 Rubrica *om.* MNRW. ‖ Hic] Augustinus *praem.* OP. 23-6 (p. 235) Nota (M) *in textu* LMNT, *mg.* O2X, *in tertia col.* BCW, *om.* PRV. 23 Deus dicitur *trp.* BLNX.

I Cap. 1, n. 1 (PL 42, 933; CCL 50, 244). 2 I Cor. 1, 24. 3 August., ibid., η. 2, et c. 3, n. 4 (PL 42, 935s, 937; CCL 50, 249, 251). ‡ Scil. *De div. quaest. 83,* q. 23 (PL 40, 16).

Num. 1: Quaestio proponitur in *Summa sent.,* 1, 11 (PL 171, 1086 C; 176, 60 A); sed ea inspirante Magister se confert ad textum Augustini ut solutionem inveniat. Cf. etiam Lomb., *Glossa* in I Cor. 1, 24 (PL 191, 1545 B-D).

Num. 3: De hac Nota sic loquitur *Glossa* pseudo-Petri: « Sed notandum quod praedictis videtur contradicere Augustinus in libro *84 Quaestionum;* sed (se n; et p) in libro *Retractationum* correxit. Et hoc est quod scriptum invenitur in margine librorum» (b 51v; n 19b; p 60a). Codices sequentes Notam hic apposuimus, licet *Glossa* praelaudata eam post capitulum quintum velle videatur.

credere, non participatione sapientiae sapiens dicitur, sicut anima quae et esse et non esse sapiens potest, sed quod eam ipse genuerit qua sapiens dicitur sapientiam ». — Animadverte, lector: Patrem dicit sapientem genita sapientia; quod aliis obviat testimoniis. Verum hoc Augustinus corrigit in libro *Retractationum*[1] inquiens: « Dixi in libro *84 Quaestionum* de Patre, quod eam ipse genuit qua sapiens dicitur sapientiam; sed melius istam quaestionem in libro postea *De Trinitate* tractavi ».

4. **Utrum Filius sit sapiens sapientia genita vel ingenita.** Post haec quaeri solet a quibusdam utrum Filius sit sapiens sapientia genita vel ingenita. Si enim non est sapiens sapientia genita, nec se ipso sapiens est; si vero sapientia genita sapiens est, non videtur esse sapiens sapientia ingenita, et ita non videtur esse sapiens a Patre, cum a Patre habeat omnia[2]. — **Responsio.** Ad quod dicimus quia una est sapientia Patris et Filii et Spiritus Sancti, sicut una essentia, quia sapientia in illius naturae simplicitate est essentia. Et tamen Filius tantum est sapientia genita, et Pater sapientia ingenita; et sapientia genita est de sapientia ingenita vel a sapientia ingenita. Et cum idem sit ibi esse quod sapientem esse, relinquitur ut sapientia genita sit sapiens de sapientia ingenita. — Non ergo Filius dicitur sapientia Dei, tamquam ipse solus sit intelligens vel sapiens, sibi et Patri et Spiritui Sancto; quia, ut ait Augustinus in XV libro *De Trinitate*[3], «si solus ibi Filius intelligit, et sibi et Patri et Spiritui Sancto, ad illam reditur absurditatem, ut Pater non sit sapiens de se ipso, sed de Filio; nec sapientia sapientiam genuerit, sed ea sapientia Pater dicatur sapiens esse quam genuit. Ubi enim non est intelligentia, nec sapientia potest esse. Ideoque, si Pater non intelligit ipse sibi, sed Filius intelligit Patri, profecto Filius Patrem sapientem facit. Et si hoc

2 sapiens dicitur *trp.* BCX. ‖ sapientiam] sapientia BCLX. 6 sapientiam] sapientia BCLX. 11 esse sapiens *trp.* BCL. 15 Pater] tantum *add.* LTV.

1 Lib. I, c. 26 (PL32, 625; CSEL36, 118). 2 Resp. Ioan. 16, 15. 3 Cap. 7, n. 12 (PL 42, 1065s; CCL 50A, 476).

Num. 4: Quaestio innuitur in *Summa sent.,* I, 11 (PL 171, 1086 C; 176, 60 A); planius proponitur ab ipso Lombardo in *Glossa* in I Cor. 1, 24: « Cave ne intelligas Filium dici sapientiam Dei tamquam ipse solus sit intelligens vel sapiens sibi et Patri et Spiritui Sancto. Augustinus, De Trinitate *(rubr. marg.):* 'Si enim ibi solus... de qua genitus est' » (PL 191, 1545 B-D). Quae verba Augustini aliqualiter fusius infra leguntur in hoc num. et in sequenti. Magister hic certo dependet a *Glossatura* Gilberti in h. l.: « Attende quod ait: 'Dei sapientiam', et cave ne intelligas Patrem esse sapientem ex Filio... »; deinde citat in parte tantum eadem verba Augustini (Cf. A. M. Landgraf, *Commentarius Porretanus in primam epistolam ad Corinthios,* in *Studi e Testi* 117, Vaticano 1945, 21, nota 15 et V. Maiano, *Il Commento alie letters di S. Paolo di Gilberto Porretano,* in *Scholastica ratione historico-critica instauranda,* Romae 1951, 180).

est Deo esse quod sapere et ea illi essentia est quae sapientia, non Filius a Patre, quod verum est, sed a Filio potius Pater habet essentiam: quod absurdissimum est atque falsissimum ».

5. Pater est sapiens ea quae ipse est sapientia, et de ea Filius est genitus et sapiens: illa ingenita, haec genita, una tamen sapientia. « Est ergo [1] Deus Pater sapiens ea quae ipse est sua sapientia; et Filius, sapientia Patris, est sapiens de sapientia quae est Pater, de quo est genitus Filius. Ita et Pater est intelligens ea quae ipse est sua intelligentia: non enim esset sapiens, qui non esset intelligens; Filius autem, intelligentia Patris, de intelligentia genitus est quae est Pater, de qua et intelligens est ». — Proinde Pater est sapientia, et Filius sapientia, et uterque una sapientia; et tamen solus Pater est ingenita sapientia, et Filius solus genita sapientia; nec tamen alia sapientia Pater, alia Filius, sed una eademque. Sicut Pater est Deus ingenitus, et Filius est Deus genitus, neque Deus genitus est Deus ingenitus: non ideo tamen alius Deus est Pater, alius Filius, sed unus Deus uterque; non autem 'unus': alius est enim genitus, alius ingenitus, sed non 'alius Deus', immo uterque unum sive unus Deus. Ita non est sapientia genita sapientia ingenita, sed alia est sapientia genita, alia ingenita; non est tamen alia sapientia, sed una eademque sapientia.

Cap. 3 (139).

1. **An Filius sit sapiens se ipso vel per se ipsum.** Ex praedictis constat quod Filius non est sapiens a se neque de se, sed a Patre et de Patre. Quaeri autem solet utrum Filius sit sapiens se ipso vel per se ipsum.

2. **Solutio secundum quosdam.** **Quidam** dicunt multiplicem hic fieri intelligentiam, et ideo distinguendum fore: ita ut cum dicis Filium esse sapientem se ipso vel per se ipsum, si sui natura et essentia sapientem intelligas, verus sit intellectus; si vero a se ipso vel de se ipso sapientem esse intelligas, falsitati subiectam habes intelligentiam.

3. **Aliorum determinatio.** Alii vero simpliciter et absque determinatione concedunt huiusmodi locutiones: 'Filius est sapiens per se, sed non a se vel de se', et 'Filius est Deus per se et est per se, sed non a se vel 'de se'; hoc confirmantes verbis **Hilarii,** qui Filium non a se, sed per se agere, in libro IX *De Trinitate*[2] ait: «Naturae, inquit, cui contradicis,

4-5 Rubrica *om.* NRVW. 5 haec genita *om.* BCX. ‖ sapientia] intelligentia BCX. 24 Rubrica *om.* BCM.RWX. 28 esse *om.* OPV.

1 August., ibid. (PL 42, 1066; CCL 50A, 476). 2 Num. 48 (PL 10, 319 C-D).

haeretice, haec unitas est: ut ita per se agat Filius ne a se agat, et ita non a se agat ut per se agat. Intellige Filium agentem, et per eum Patrem agentem. Non a se agit, cum Pater in eo manere monstratur i; per se agit, cum secundum nativitatem Filii agit ipse quae placita sunt 2. Infirmus sit non a se agendo, nisi adeo ipse agit; non sit vero in unitate naturae, si quae agit et in quibus placet, non per se agit ». Sicut ergo, inquiunt, Filius per se agit, sed non a se; ita Filius debet dici sapiens per se, sed non a se. Sic et per se Deus est vel esse dicendus est, ut aiunt, sed non a se vel de se.

Cap. 4 (140).

1. **An una tantum sit sapientia Patris.** Post haec a quibusdam quaeri solet utrum una tantum sit sapientia Patris.

2. **Quomodo nituntur quidam probare quod non una tantum est sapientia Patris?** Quod non esse, nituntur probare hoc modo: Filius, inquiunt, est sapientia Patris genita, qua Pater sapiens non est; est igitur aliqua sapientia Patris qua sapiens non est. Est autem et sapientia Patris ingenita, et ea Pater sapiens est; est ergo quaedam sapientia Patris qua sapiens est; et ipsa non est illa sapientia Patris qua Pater sapiens non est; non est ergo una tantum sapientia Patris. Item, sapientia ingenita est sapientia Patris, et sapientia genita est sapientia Patris; non est autem sapientia ingenita sapientia genita; non est igitur una tantum sapientia Patris.

3. **Quod responso indigna sunt haec et huiusmodi?** Haec et his similia tamquam sophistica et a veritate longinqua, cunctisque in theologia peritis patentia, abicimus, responso indigna advertentes; id tamen adicientes quia una est tantum sapientia Patris, sed non uno modo dicitur. Nam sapientia Patris dicitur illa quam genuit, et sapientia Patris dicitur ea qua sapiens est. Diversa est ergo ratio dicti. Illa enim dicitur Patris quia eam genuit, et ea dicitur Patris quia ea sapit. Una est tamen sapientia Patris, quia sapientia genita est eadem sapientia et ea qua sapiens est, sive ea qua sapiens est intelligatur persona Patris, sive essentia Patris; quia persona Patris quae intelligitur cum dicitur 'sapientia ingenita', et persona Filii quae significatur cum dicitur 'sapientia genita', una eademque sapientia est, quae essentia divina intelligitur communis tribus personis.

1 ne] non LMOP. 5 adeo CMNP, a deo *alii.* ‖ sit^] fit CRTW. 8 estq esse BC NOPW. 13-14 Rubrica *om.* NRW. ‖ est] sit BCX. 22 Rubrica *om.* NRW.

1 Resp. Ioan. 14, 10: *Pater autem in me manens, ipse facit opera.* 2 Resp. Ioan. 8, 29: *Ego quae placita sunt ei facio semper.*

Cap. 5 (141).

Ut in Trinitate est dilectio quae est Trinitas, et tamen Spiritus Sanctus est dilectio quae non est Trinitas, nec ideo duae sunt dilectiones : ita et de sapientia. Et sicut in Trinitate dilectio est quae est Pater, Filius et Spiritus Sanctus, quae est ipsa essentia deitatis; et tamen Spiritus Sanctus dilectio est quae non est Pater vel Filius, nec ideo duae dilectiones sunt in Trinitate [1] quia dilectio quae proprie Spiritus Sanctus est, est dilectio quae Trinitas est, non tamen ipsa Trinitas est; sicut Spiritus Sanctus est essentia quae Trinitas est, non tamen ipse Trinitas est – ita in Trinitate sapientia est quae est Pater, Filius et Spiritus Sanctus, quae est essentia divina, et tamen Filius est sapientia quae non est Pater vel Spiritus Sanctus; nec ideo duae sapientiae ibi sunt, quia sapientia quae proprie est Filius, est sapientia quae est Trinitas, ipsa tamen non est Trinitas; sicut Filius est essentia quae est Trinitas, ipse tamen non est Trinitas.

Cap. 6 (142).

1. **Qua ratione Pater non dicitur sapiens ea sapientia quam genuit, eadem videtur debere dici quod non sit diligens Pater vel Filius dilectione quae ab utroque procedit.** Praeterea diligenter notandum est quod ea ratione qua Pater non dicitur esse sapiens sapientia quam genuit, videtur fore dicendum quod Pater non diligat Filium vel Filius Patrem ea dilectione quae ab utroque procedit, scilicet quae proprie Spiritus Sanctus est. Sicut enim idem est Deo sapere quod esse, ita idem est ei diligere quod esse. Ideoque, sicut negatur Pater esse sapiens sapientia quam genuit, quia si ea diceretur sapiens, non ipsa ab eo, sed ipse ab ea intelligeretur esse; ita videtur non debere concedi quod Pater vel Filius diligat dilectione quae tantum Spiritus Sanctus est, quia si ea diligit Pater vel Filius, non Spiritus Sanctus videtur esse a Patre et Filio, sed Pater et Filius a Spiritu Sancto, quia idem est ibi diligere quod esse. — **Augustinus in VI libro De Trinitate :** At supra[2] dictum est, atque auctoritate sancitum Augustinis, quod in Trinitate « tria sunt: unus diligens

4 Pater] et *add.* NRVWX. 9 ipse] ipsa BCL. 12 quia] quoniam NRW. 28 quia] quod BCMP, *quod corr.* C.

1 Vide supra, Dist. 10, c. 1 (pp. 110-111). 2 Dist. 10, c. 2, n. 5 (p. 113), et in parte hic supra, c. 1, n. 3 (p. 233). 3 *De Trinit.,* VI, c. 5, n. 7 (PL 42, 928; CCL 50, 235).

eum qui de illo est, et unus diligens eum de quo est, et ipsa dilectio »; et « non est aliquis duorum, quo genitus a gignente diligitur et genitorem suum diligit ». Quibus verbis aperte significatur Patrem Filium et Filium Patrem diligere ea etiam dilectione quae non est aliquis eorum, sed tantum Spiritus Sanctus. Cum igitur idem sit ibi diligere quod esse, quomodo dicitur Pater vel Filius non esse ea dilectione qua alter alterum diligit, cum ideo Pater negetur sapere sapientia quam genuit, ne ea esse intelligatur ?

2. **Quod et haec quaestio inexplicabilis est, quoniam excellit infirmitates hominis.** Difficile est mihi hanc fateor quaestionem solvere, praecipue cum ex dictis oriatur quae similem videntur habere rationem; quod meae intelligentiae attendens infirmitas turbatur, cupiens magis ex dictis Sanctorum referre quam afferre. — **Hilarius in I libro De Trinitate** : « Optimus enim lector est, inquit **Hilarius** in I libro *De Trinitate* i, qui dictorum intelligentiam exspectet ex dictis potius quam imponat, et retulerit magis quam attulerit, neque cogat id videri dictis contineri, quod ante lectionem praesumpserit intelligendum. Cum igitur de rebus Dei sermo est, concedamus Deo sui cognitionem, dictisque eius pia veneratione famulemur». Investiget ergo diligenter pius lector dictorum rationem, si forte dictorum aliquam valeat reperire causam, qua nota, praemissa quaestio aliquatenus explicari valeat.

3. **Aliquid tamen dicit** : Ego autem, quaestionem non absolvens, sed errorem excludens, profiteor non ita dictum esse 'Patrem diligere Filium vel Filium Patrem ea dilectione quae ab utroque procedit, quae non est aliquis eorum, sed tantum Spiritus Sanctus', tamquam ea dilectione Pater sit vel Filius; sed sic ea Pater diligit Filium et Filius Patrem, ut etiam Pater per se ea quae ipse est dilectione diligat, sic et Filius; non autem sic ut Pater per se non diligat et Filius, sed per eam tantum. « Quis haec in illa Trinitate, inquit **Augustinus**2, opinari vel affirmare praesumat ? » Eam tamen quaestionem lectorum diligentiae plenius diiudicandam atque absolvendam relinquimus, ad hoc minus sufficientes.

5 sit ibi *trp.* BCMNTX. 9 et *om.* BCOPX. ‖ quoniam] que RVW. 9-10 infirmitates] infirmitatem LNRW. 10 Difficile... hanc] Difficilem hanc mihi esse *(om.* NRW) B2LNRT2WX. ‖ solvere C2O2V2W, exsolvere P, *om. alii.* 11 videntur] videtur R, videretur W (cf. *Rech. de Théol. anc. et méd.* 2 1930 98, nn. 63-64). 15 exspectet] exspectat NRT. 20-21 praemissa quaestio... explicari] premissam questionem... explicare PX. 22 Rubrica *om.* MNRW. 31 absolvendam] solvendam NVW.

1 Num. 18 (PL 10, 38 B). 2 Vide supra, c. 1, n. 3 (p. 233, 27-29).

DISTINCTIO XXXIII

Cap. 1 (143).

1. **Utrum proprietates personarum sint ipsae personae et Deus, id est divina essentia.** Post supradicta, interius considerari atque subtiliter inquiri oportet utrum proprietates personarum, quibus ipsae personae determinantur, sint ipsae personae et sint Deus, id est divina essentia, an ita sint in personis ut non sint personae, ac per hoc nec divina essentia. Quod enim in personis sint proprietates, nemo inficiari audet, cum aperte clamet auctoritas[1] quod « in personis est proprietas, et in essentia unitas ». Superius quoque[2] multis Sanctorum testimoniis adstruximus personas proprietatibus distingui atque determinari, ipsasque proprietates, tres scilicet, propriis expressimus vocabulis.

2. **Quod proprietates sint personae.** Cum ergo proprietates ipsae ab aeterno fuerint, quibus ipsae personae determinantur et differunt, quomodo essent si in eis non essent ? et quomodo in eis essent et ipsae personae non essent, quin ibi esset multiplicitas ? — **Breviter tangit quae**

1 Praefatio 'de Ss. Trinitate' (PL 74, 1136 D; *Sacramentarium Gelasianum,* ed. C. Mohlberg, Romae 1960, n. 680, 105); v. P. Bruylants, *Les préfaces du missel romain,* in *La Maison-Dieu* 87 (1966) 127. 2 In Dist. 26 et 27.

Dist. XXXIII: Cf. J. Schneider, *Die Lehre vom Dreieinigen Gott...,* 166; N. Hâring, *Petrus Lombardus und die Sprachlogik in der Trinitaetslehre der Porretanerschule,* in *Miscellanea Lombardiana* 120s; id., *Das sogennante Glaubensbekenntnis des Peimser Konsistoriums,* in *Schol.* 40 (1965) 55-90; id., *The Case of Gilbert de la Portée Bishop of Poitiers (1142-1154),* in *Med. Studies* 13 (1951) 1-40. — Cap. 1: Secundum N. Haring, hoc capitulo Magister positionem S. Bernardi defendit contra Giibertum Porretanum *(Das sogennante Glaubensbekenntnis,* loc. cit., 65, nota 53). Vide Bernard., *De consideratione,* V, 8, 18: « Personarum proprietates non aliud quam personas... Catholica confitetur » (PL 182,799 A; *Opera,* III, ed. J. Leclercq, 482).

Num. 1: Quaestio partim proponitur in *Summa sent.,* I, 11 (PL 171, 1085 B; 176, 58 D), ubi offeruntur etiam auctoritas Praef. de Trinitate et illa Hieronymi; cf. L. Ott, *Die Trinitcitslehre der Summa sententiarum ais Quelle des Petrus Lombardus,* in *Div. Thom.* (Fr.) 21 (1943) 177. Quod proprietates non sint ipsae personae acceperunt Gilbertus Universalis, Albericus Remensis, et alii; cf. L. Ott, loc, cit., et clarius in *Der Trinitatstraktat Walters von Mortagne ais Quelle der Summa sententiarum,* in *Schol.* 18 (1943) 229s; et N. Haring, *The Case of Gilbert...,* in *Med. Studies* 13 (1951) 25; eandem positionem sed suo modo tenuit etiam Gilbertus Porreta (cf. infra, nùm. 6).

supra posita sunt ut aliud addat. Quocirca, sicut proprietates esse in personis, ita et eas esse personas confitemur, sicut supra [1] auctoritate **Hieronymi**[2], ut non pigeat revocare ad mentem, protestati sumus, in *Expositione fidei* ita dicentis: « Sabellii haeresim declinantes, tres personas expressas sub proprietate distinguimus. Non enim nomina tantummodo, sed etiam nominum proprietates, idest personas, vel ut Graeci exprimunt hypostases, hoc est subsistentias, confitemur». Ecce aperte dicit personas proprietatibus distingui et ipsas proprietates esse personas; cuius hic verba perstringimus, quia supra latius posuimus.

3. **Quod proprietates sint divina essentia.** Cumque de simplicitate deitatis supra [3] dissereremus, auctoritatibus Sanctorum, scilicet **Augustini, Hilarii, Isidori** necnon et **Boethii,** evidenter monstravimus Deum hoc esse omnino quod in se habet, excepto quod Pater habet Filium nec est Filius, et Filius habet Patrem nec est Pater; et sic esse in natura trium ut qui habet, hoc sit quod habet, et totum quod ibi est unum esse, unam vitam esse: quae modo non iteramus, ne fastidium lectori ingeramus.

4. **Ex praedictis concludit proprietates esse personas et unam essentiam.** Si ergo proprietates ibi sunt, singula earum est id in quo est, et unum eademque vita singulae sunt. Fateamur ergo et proprietates esse in tribus personis, et ipsas esse personas atque divinam essentiam.

4. **Auctoritate adstruit quod proprietas sit natura.** Quod enim proprietas etiam natura divina sit, ostendit **Hilarius,** dicens nativitatem Filii esse naturam unde ipsa est, in VII libro *De Trinitate* [4]: « Utriusque natura non differt: unum sunt Pater et Filius. Habet igitur hoc sacramenti nativitas, ut complectatur in se et nomen et naturam et potestatem, quia nativitas non potest non esse ea natura unde nascatur Filius». — Idem in **VI**[5]: «Nativitas proprietas est, veritas est». — Idem in VII [6] dicit quod « naturae nativitas sit intelligenda esse in naturae Dei ». — Supra

10 Rubrica om. NRW. 18-19 Rubrica *om.* NRVW. 23 natura divina *trp.* LNP. 24 ipsa] ipse *mg.* \V, etiam M, *om.* LMPRX, *in corr.* O. ‖ est *om.* LM, *exp.* VW. 27 ea om. BCOPX (ed. Ia?). 28 VI] libro *add.* NVX. 29 naturae nativitas *trp.* OP.

1 Dist. 25, c. 3, n. 6 (pp. 195-196). 2 immo Pelagii, *in Libello fidei,* n. 3 (PL45,1717). 3 Dist. 8, c. 8 (pp. 101-102). 4 Num. 21 (PL 10, 216 B-217 A). 5 Num. 40 (PL 10, 190 B). 6 Num. 22 (PL 10, 218 A).

Num. 5: Notare lubet iudicium Magistri Alexandri de Hales in h. l.: « Magister in isto capitulo ponit quasdam auctoritates ad probandum proprietatem esse naturam; et non valent ad hoc. Unde Magister non semper bene ducit auctoritates » *(Magistri Alex, de Hales Glossa... in librum primum,* Quaracchi 1951, 333).

etiam dicit i quia « proprium Patris est quod semper Pater est, et proprium Filii quod semper Filius est », significans quod proprietas Patris est Pater, et proprietas Filii est Filius. His aliisque pluribus auctoritatibus aperte significari videtur quod proprietas Filii Filius sit, sic et Deus; ita et proprietas Patris et proprietas Spiritus Sancti.

6. **Quidam negant, scilicet proprietates esse personas et divinam naturam, et quare.** Hoc autem aliqui[1] negant, dicentes quidem proprietates in personis esse, sed non esse personas ipsas, quia ita dicunt esse in personis vel in essentia divina, ut non sint interius, sicut ea sunt, quae secundum substantiam de Deo dicuntur, ut bonitas, iustitia, sed extrinsecus affixa sunt. Atque ita esse, rationibus probare contendunt.

7. **Obiectio eorum prima, qua volunt probare proprietates non esse personas.** Si enim, inquiunt, proprietates personae sunt, non eis personae determinantur. — Contra quod dicimus quia etiam se ipsis personae differunt, sicut supra **Hieronymus**[3], loquens de Patre et Filio et Spiritu Sancto, dicit: « Substantia unum sunt, sed personis ac nominibus distinguuntur ».

8. **Secunda.** Sed iterum addunt: Si proprietates ipsae divina essentia sunt, cum essentia non differant tres personae, nec proprietatibus differunt. Quomodo enim differt Pater a Filio eo quod divina essentia est, cum in essentia unum sint? — **Responsio ad praemissa auctoritate nitens.** Horum doctrinis novis et humanis commentis verbo Hilarii[4] respondeo: « Immensum est quod exigitur et incomprehensibile; extra significantiam sermonis est, extra sensus intentionem; non enuntiatur, non attingitur, non tenetur. Verborum significantiam rei ipsius natura consumit; sensus contemplationem imperspicabile lumen obcaecat; intelligentiae capacitatem quod fine nullo continetur excedit. Mihi ergo in

1 quia] quod CLN. 6 scilicet om. LNX. 9 ea] que *add.* MOPT, *quod exp.* T. ‖ sunt *om.* BCLNRX. 10 de Deo dicuntur *trp.* BCN. 12-13 Rubrica *om.* RVW. 13 personae2] personis BCNOPTW, *quod corr.* ÛT. 18 Secunda *om.* MNRVW.

1 Dist. 26, c. 3, n. 2 (p. 199); ex *De Trinit.,* XII, n. 23 (PL 10, 447 A). 2 Scilicet Gilbertus Porreta, *Expositio in Boethii De Trinitate,* I, 5, n. 43: «Theologicae vero personae quoniam eius, quo sunt, singularitate unum sunt et simplicitate id quod sunt, essentiarum oppositione a se invicem aliae esse non possunt. Sed harum, quae dictae sunt, extrinsecus affixarum rerum oppositione a se invicem aliae et probantur et sunt », necnon et II, 1, n. 37: «... illorum substantiae esse non possunt quia non secundum rem sed extrinsecus affixa praedicamenta sunt » *(The Commentaries on Boethius by Gilbert of Poitiers,* ed. N. M. Haring, Toronto 1966, 148, et 170s). 3 Immo Pelagius, *Libelius fidei,* n. 3 (PL 45, 1717); v. supra, p. 196, 16-17. *4 De Trinit.,* II, n. 5 (PL 10, 53 C-54 C); de 'novis doctrinis et humanis commentis' loquitur ipse Hilarius, ibid., n. 4 (PL 10, 52 B).

sensu labes est, in intelligentia stupor est; in sermone vero non iam infirmitatem, sed silentium confitebor. Periculosum nimis est de rebus tantis ac tam reconditis aliquid ultra praescriptum caeleste proferre: ut ultra praefinitionem Dei sermo de Deo sit. Forma fidei certa est: non ergo aliquid addendum est, sed modus constituendus audaciae; quidquid ultra quaeritur, non intelligitur ».

9. Quomodo improbi haeretici insistant alia addentes. — Tertia obiectio : Ceterum haereticorum improbitas « instinctu 1 diabolicae fraudulentiae excitata », nondum quiescit; sed « in 2 tanta rerum quaestione » addit: Si paternitas et filiatio in Deo sive in divina essentia sunt, eadem igitur res sibi pater est et filius. Nam in quo paternitas est, Pater est; et in quo filiatio, Filius est. Si igitur una eademque res habet in se paternitatem et filiationem, ipsa et generat et generatur. — Quod dicentes 3, in Sabellianam haeresim pertrahuntur, « extendentes 4 Patrem in Filium, cum ipsum sibi Filium, ipsum proponant et Patrem ». Si vero negaverint in una Dei essentia paternitatem esse et filiationem, quomodo ergo dicunt esse Deum ? His atque aliis argumentorum aculeis utuntur in suae opinionis assertionem, ut veritatis formam dissecent.

10. **Responsio contra hanc eorum oppositionem, ubi traditur quod proprietates non penitus ita esse in Dei essentia sicut in hypostasibus dicitur.** Quorum audaciae resistentes atque ignorantiae providentes, audebimus aliquid super hoc loqui. Paternitas et filiatio non ita esse omnino dicuntur in divina substantia sicut in ipsis hypostasibus, in quibus ita sunt quod eas determinant, ut ait **Ioannes Damascenus**5: « Characteristica idiomata sunt (id est determinativae proprietates) hypostaseos, et non naturae: etenim hypostasim determinant», et non naturam. Ideoque, licet paternitas et filiatio sint divina essentia, cum eam non determinent, non ideo potest dici quod divina essentia et generet et generetur, vel quod eadem res sit sibi pater et filius. Ita enim proprietas determinat personam, ut hac proprietate hypostasis sit generans, et illa alia, hypostasis alia sit genita; et ita non idem generat et generatur, sed alter alterum.

8 Ceterum] Veterum PX, vel veterum *add. mg.* O2. 12 filiatio] est *add.* CNR. 20 esse] sunt NW. ‖ dicitur] dicuntur VX, *om.* NW. 22 omnino dicuntur *trp.* MRW. 23 substantia] essentia LT. 27 sint] in *add.* LMNO2RVW (ed. 2a?). 31 alia *om.* BCR, *exp.* P2T2.

1 Hilarius, ibid., n. 5 (PL 10, 54 A). 2 Ibid. (PL 10, 54 C). 3 Hilarius, ibid,, n. 4 (PL 10, 52 B). 4 ibid., n. 5 (PL 10, 54 B). 5 *ne fide orthodoxa,* III, 6 (PG 94, 1002 C-D); versio Burgundionis, c. 50, n. 1 (ed. E. Buytaert, p. 187); v. supra, p. 205, 21-23.

Cap. 2 (144).

1. Quaeritur quomodo proprietates possint esse in natura nec eam determinent. Sed forte quaeres, cum hae proprietates non possint esse in personis quin eas determinent, quomodo in essentia divina esse possunt ita ut non eam determinent. — Respondeo tibi et hic cum Hilario i; « Ego nescio, non requiro; et consolabor me tamen. Archangeli nesciunt, Angeli non audierunt, saecula non tenent, Propheta non sensit, Apostolus non interrogavit, Filius ipse non edidit. Cesset ergo dolor querelarum. Non putet homo sua intelligentia generationis sacramentum posse consequi. Absolute tamen intelligendus est Pater et Filius » et Spiritus Sanctus, « Stat in hoc fine intelligentia verborum: est Filius a Patre, qui est unigenitus ab ingenito, progenies a parente, vivus a vivo; non natura deitatis alia et alia, quia ambo unum ». Hoc credendo « incipe, procurre, persiste; etsi non perventurum sciam, tamen gratulabor profecturum. Qui enim pie infinita persequitur, etsi non contingat aliquando, tamen proficiet prodeundo. Sed ne te inseras in illud secretum, et arcano inopinabilis nativitatis ne te immergas, summam intelligentiae comprehendere praesumens; sed intellige incomprehensibilia esse ». His aliisque multis evidenter ostenditur nobis nullatenus licere maiestatem perscrutari2, ius ponere potestati, modum circumscribere infinito.

2. Quibus auctoritatibus opinionem suam, scilicet quod proprietas Patris vel Filii non sit Deus, muniant. Verumtamen nondum desistunt, impatientiae spiritu agitati, sed opinionem suam etiam Sanctorum auctoritatibus munire conantur. Quibus ostendere volunt proprietatem qua Pater est Pater et proprietatem qua Filius est Filius non esse Deum; ad hoc inducentes verba **Augustini,** super illum locum Psalmi3: *Et*

13 procurre] percurre MNRTV, curre OP. 15 persequitur] prosequitur LTV, *corr. in* prosequitur B.

1 *De Trinit.,* II, nn. 9-11 (PL 10, 58 A-59 B). 2 prov. 25, 27: *Qui scrutator est maiestatis, opprimetur a gloria.* 3 *Enarr. in Ps. 68,* 3, sermo 1, n. 5 (PL 36, 844s; CCL 39, 905s).

Num. 2: Omnino obscurum est utrum his verbis Gilbertus Porreta accusetur an potius discipuli eius. Isti autem auctoritatem Augustini hic inductam suam faciunt, ut manifeste apparet in duobus eorum operibus: in uno, quod confecit Adhemarus de S. Rufo Valentiae (cf. N. Haring, *Die Vatersammlung des Adhemar von Saint-Ruf in Valence,* in *Schol.* 38 1963 406, num. 3 sub tertia distinctione), et in altero anonymo paucis abhinc annis in lucem prodito (vide M. L. Colker, *The Trial of Gilbert of Poitiers, 1148: A previously unknown Record,* in *Mediaeval Studies* 27 1965 174, num. 11).

non est substantia, ita dicentis: « Deus est quaedam substantia. Unde etiam in fide catholica sic aedificamur, ut dicamus Patrem et Filium et Spiritum Sanctum unius esse substantiae. Quid est 'unius substantiae' ? Quidquid est Pater quod Deus est, hoc est Filius, hoc Spiritus Sanctus. Cum autem Pater est, non illud est quod est. Pater enim non ad se, sed ad Filium dicitur; ad se autem Deus dicitur. Eo ergo quod vel quo Deus est, substantia est. Et quia eiusdem substantiae est Filius, proculdubio et Filius est Deus. At vero quod Pater est, quia non substantiae est, sed refertur ad Filium, non sic dicimus Filium Patrem esse sicut dicimus Filium Deum esse ».

3. **Qualiter retorquent verba Augustini ad suam pravitatem.** Ex his verbis significari dicunt quod proprietas Patris vel proprietas Filii non sit Deus vel essentia divina. Cum enim dicit: 'Eo quod Deus est, substantia est, sed quod Pater est, substantiae non est', aperte, inquiunt, ostendit id esse substantiam quo Deus est, id vero quo Pater est nec esse substantiam. — Item cum ait: 'Pater non illud est quod est', ostendit eum non esse Patrem eo quod substantia est. Non enim simpliciter dixit: 'Pater non est illud quod est', sed ait: 'Cum Pater est, non illud est quod est', significans quo Pater est non esse illud quo est, id est essentiam. Haec illi ita exponentes, sua commenta simplicibus et incautis vera videri faciunt.

4. **Quod aliter illa sunt intelligenda quam dicant.** Nos autem aliter ista intelligenda fore dicimus. Dicens enim: 'Eo quod Deus est, substantia est, sed quod Pater est, substantiae non est', hoc intelligi voluit, quia essentia Deus est, et deitate substantia est. Eo enim substantia est, quo Deus est; et e converso: cuius ea est deitas quae substantia, et substantia quae deitas. Sed 'quod Pater est, non est substantiae', id est non quo Pater est, eo substantia est, quia proprietate generationis Pater est, qua substantia non est; ipsam tamen proprietatem substantiam esse non negavit. Ita etiam illud intelligendum est quod ait: 'Cum Pater est, non illud est quod est', id est non illo Pater est, quod vel quo ipse est, id est essentia, sed notione.

5. **Aliis etiam verbis Augustini utuntur ut asserant quod dicunt, scilicet proprietates personarum non esse Dei substantiam.** Item illis verbis Au-

4 hoc2] est *add.* LNVX. 5 quod] vel quo *add. interi.* NO2R2, *corr. in* quo B. 6 quod vel *om.* LW. ‖ vel quo *codd. {praeter* LW), *om. Aug.* 11 Rubrica *om.* RVW. 15 nec] non LRTVW. 22 Rubrica *om.* NRVW. ‖ illa *om.* BCTX. ‖ sunt *om.* TX. 28 qua] que COX. 33-34 scilicet... substantiam *om.* BCLOPRW.

Num. 5: Haec verba Augustini quibus « vehementer insistunt » non inveniuntur in compilationibus supra laudatis (ad num. 2).

gustini vehementer insistunt superius positis 1, scilicet: « Verbum, secundum quod sapientia est et essentia, hoc est quod Pater; secundum quod Verbum, non hoc est quod Pater ». Si, inquiunt, Verbum non est hoc quod Pater secundum quod est Verbum, id ergo quo Verbum est, non est illud quod Pater est; proprietas igitur qua Verbum est, non est id quod Pater est: non est igitur divina essentia. — **Responsio**: Ad quod dicimus quia, licet secundum quod Verbum non sit hoc quod Pater est, ea tamen proprietas qua Verbum est, est id quod Pater est, id est divina essentia, sed non est hypostasis Patris.

DISTINCTIO XXXIV

Cap. 1 (145).

1. **Opinio quorundam non idem personam et essentiam vel naturam dicentium, et eandem essentiam non posse esse Patris et Filii et Spiritus Sancti.** Praedictis est adiciendum quod quidam perversi sensus homines in tantam prosilierunt insaniam, ut dicerent non idem esse naturam Dei et personam sive hypostasim, dicentes eandem essentiam non posse esse Patrem et Filium sine personarum confusione. Si enim, inquiunt, ea essentia quae Pater est, Filius est, idem sibi pater est et filius. Si hanc rem

6 Responsio *om.* NRVW. 8 est id1 *trp.* BCTVW. ‖ est3 *om.* MPW, *interl.* O2. 12 idem] esse *add.* MNVWX. 13-14 Patris... Filii... Sp. Sancti] Pater... Filius... Sp. Sanctus MOTVW, Patrem... Filium... Spiritum Sanctum CLX. 15 prosilierunt] prosiluerunt MOPRW, *quod corr.* OP.

1 Dist. 27, c. 3, n. 4 (p. 206, 23-24).

Cap. 1: In Consistorio Remensi (1148), teste Ottone episcopo Frisingensi, Magister Giibertus Porreta, tunc episcopus Pictaviensis, « ratione et auctoritate probare nitebatur » quod « inter naturam et personam non mathematica abstractione sed theologica consideratione quoquo modo divideret ratio » *(Oesta Friderici I Imperatoris,* MGH SS 20, 383). Ad hunc finem, ut omnibus notum est, faciebat lectitari quaedam capitula Hilarii, quem semper magnum habuit (vide auctoritates apud N. Haring, *The Porretans and the Greek Fathers,* in *Mediaeval Studies* 24 1962 184s) Inter quae capitula probabiliter enumerari debet illud hic (in num. 2) citatum, quatenus discipuli Gilbert! idem adiunxerunt cuidam repertorio textuum (cf. M. L. Colker, *The Trial of Gilbert of Poitiers...,* in *Med. Studies* 27 1965 171). Tam contra Gilbertum quam sequaces eius hic Magister acriter se commovet ad Hilarium orthodoxe interpretandum, sicut et in Consistorio, ut videtur, « suam et aliorum linguas » in Gilbertum acuebat, secundum loannem Sarisberiensem *(Historia Pontificalis,* ed. R. L. Poole, Oxoniae 1927, 17).

dicis esse Patrem, et aliam quaere quam dicas Filium. Si vero aliam non quaesieris, sed eandem dixeris, idem genuit et genitus est. Propter haec et huiusmodi inter naturam et personam dividunt, ita ut non recipiant unam deitatis naturam et simplicem esse tres personas.

2. **Auctoritatem quae pro eis videtur facere ponit.** Idque testimonio **Hilarii** defendere nituntur, qui in VII libro *De Trinitate* i, quaerens utrum Apostolus nominans *spiritum Dei* et *spiritum Christi,* idem significaverit utroque verbo, inquit ita: « Gentium praedicator, volens naturae unitatem in Patre et Filio docere, ait[2]; *Spiritus Dei in vobis est: Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si autem spiritus eius qui suscitavit Christum* etc. Spiritales omnes sumus, si in nobis est spiritus Dei. Sed et hic spiritus Dei est et spiritus Christi. Et cum Christi spiritus in nobis est, eius spiritus in nobis est qui suscitavit Christum. Et cum eius qui suscitavit Christum in nobis est spiritus, et spiritus in nobis est Christi; nec tamen non Dei est spiritus qui in nobis est. Discerne ergo, o haeretice, spiritum Christi a spiritu Dei, et excitati a mortuis spiritum Christi a spiritu Dei Christum a mortuis excitantis: cum qui habitat in nobis spiritus Christi, spiritus Dei sit; et spiritus Christi a mortuis excitati, spiritus Dei tantum sit Christum a mortuis excitantis. Et quaero nunc: in *spiritu Dei,* utrum naturam an rem naturae significatam existimes. Non idem est enim natura quod res naturae; sicut non idem est homo et quod hominis est, nec idem est ignis et quod ipsius ignis est; et secundum hoc non idem est Deus et quod Dei ».

3. **Hic ostendit quem sensum trahunt ex illis verbis.** Huius dicti occasione praefati haeretici dogmatizarunt non idem esse personam et naturam Dei, asserentes naturam Dei non esse tres personas: intelligentes in his praemissis verbis **Hilarii** per 'rem naturae' personam, et nomine 'naturae' divinam naturam. Et ideo dicunt **Hilarium** interrogasse haereticum, utrum per *spiritum Dei* putaret significatam esse 'naturam' an 'rem naturae', ut sic ostenderet distinguendum esse inter naturam et rem naturae, id est personam.

4. Quod eis obviat ipsius Scripturae circumstantia et qualiter praedicta debeant intelligi, et quod Spiritus Sanctus est res unius naturae Patris et

1 et *om.* LRW. *exp.* NT. 5 Rubrica *om.* RVW. ‖ Idque] Ad quod OP, Ad que M, Id quod N, Id quidem X. 11 Spiritales] spirituales LV (cf. *Recti. de Théol. anc. et mid.* 2 1930 98). 13 spiritus] qui *add.* BC, quidem *add.* N. 13-14 Et... Christum *om.* BC, *mg.* V. 16 ergo] igitur LRWX. 20 Et] questio hylarii *rubr. mg.* LO. 21 existimes] estimes BC LNV, *quod corr.* V. 23 Dei] est *add.* LPTV *(Hit.),* 24 Rubrica *om.* RVW. 25 dogmatizarunt] dogmatizaverunt LNVWX. 32 Quod] Hic docetur *praem.* MNTW. 33 debeant] debeat MTVW.1

1 Immo lib. VIII, tin. 21-22 (PL 10, 252 A-253 A). 2 Rom. 8, 9-11.

Filii, et est ipsa natura. Hoc quidem dicunt, non intelligentes pia diligentia Scripturae circumstantiam, qua considerata percipi potest quomodo praemissa dixerit **Hilarius.** Subsequenter enim, in eadem serie 1, ostendit in *spiritu Dei* aliquando significari Patrem, ut cum dicitur 2; *Spiritus Domini super me;* aliquando significari Filium, ut cum dicit 3; *In spiritu* s *Dei eicio daemonia,* naturae suae potestate se daemones eicere demonstrans; aliquando Spiritum Sanctum, ut ibi 4: *Effundam de spiritu meo super omnem carnem,* quod dicit consummatum fuisse cum Apostoli, misso Spiritu, omnibus linguis locuti sunt 5.

5. **Verba Hilarii ponit quibus praemissorum intelligentia aperitur,** i Deinde quare hanc distinctionem fecerit, et quod in superioribus verbis Apostoli idem *spiritus* significatus sit, et quod ipse sit res unius naturae Patris et Filii, aperte ostendit, inquiens ita 6: « Haec idcirco sunt demonstrata, ut quacumque parte haeretica falsitas se contulisset, finibus veritatis concluderetur. Habitat enim in nobis Christus, quo habitante habitat i Deus; et cum habitat in nobis *spiritus Christi,* non alius tamen habitat quam *spiritus Dei*7. Quod si per Spiritum Sanctum Christus in nobis intelligitur esse, hunc tamen ita *spiritum Dei* ut *spiritum Christi* esse noscendum est. Et cum per naturam Dei natura ipsa habitet in nobis, indifferens natura Filii creditur esse a Patre, cum Spiritus Sanctus, qui est 2 *spiritus Christi* et *spiritus Dei,* res naturae demonstretur unius. Quaero nunc igitur quomodo non ex natura unum sunt. A Patre procedit Spiritus veritatis, a Filio mittitur8, et a Filio accipit. Sed omnia quae habet Pater, Filii sunt 9; et idcirco, qui ab eo accipit, *Dei spiritus* est, et idem *spiritus Christi* est. Res naturae Filii est, sed et eadem res et naturae 2 Patris est. Et Dei excitantis Christum a mortuis spiritus est, et idem spiritus Christi est a mortuis excitati. In aliquo differt Christi et Dei natura ne eadem sit, si praestari potest ut spiritus qui Dei est, non sit et Christi ». « Est ergo 10 in nobis *spiritus Dei,* et est in nobis *spiritus Christi;* et cum spiritus Christi inest, inest spiritus Dei. Ita, cum quod Dei est et Christi 3 est, et quod Christi est Dei est, non potest quid aliud diversum Christus esse quam Deus est. Deus igitur Christus est unus cum Deo spiritus »,

1 et] is *add.* M, his *add.* V, hiis *add.* W. 10 Rubrica *(inauthent.')* V, *om. alii.* 19 habitet] habitat BCN. 28 et] etiam TX, etiam *add.* M2.

i *De Trinit.,* VIII, n. 25 (PL 10, 254 A-255 A). 2 Isai. 61, 1. 2 Mattii. 12, 28 4 Act. 2,17; loel 2,28. 5 Resp. Act. 2,3-21. « Hilarius, ibid., n. 26 (PL 10,255 A-C). 7 Resp. Rom. 8, 9-11, de quo supra, p. 247, 9-11. 8 Resp. Ioan. 15, 26: *Quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit.* 9 Resp. Ioan. 16,14-15: *Quia de meo accipiet... Omnia quaecumque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi: Quia de meo accipiet.* 10 Hilarius, ibid., nn. 27-28 (PL 10, 256 A-B).

« secundum illud 1; *Ego et Pater unum sumus.* In quo docet Veritas unitatem esse naturae, non solitudinem unionis ». Ecce, si haec verba diligenter attendas, invenis Spiritum Sanctum rem naturae dici Patris et Filii, et eundem dici esse naturam Dei, ubi dicitur2: «Per naturam Dei natura ipsa habitat in nobis », si per Spiritum Sanctum Christus est in nobis.

6. **Discutit praedicta verba, et non ita esse distinguendum in Trinitate sicut in creaturis tradit.** Itaque in Trinitate non ita distinguendum est inter naturam et rem naturae sicut in rebus creatis, quia ut ait Hilarius3, « comparatio terrenorum ad Deum nulla est; et si qua comparationum exemplа interdum afferuntur, nemo ea existimet absolutae in se rationis perfectionem continere»: «non4 enim humano sensu de Deo loquendum est ».

7. **Quod propter res creatas illud dixerit: Non idem est natura etc.** Ad naturam ergo rerum creatarum respiciens inquit5: « Non idem est natura quod naturae res », subiciens exempla de ipsis creaturis. Inde ostendens erroris esse sub mensura creaturarum metiri Creatorem, addit6: « Et secundum hoc non idem est Deus et quod Dei est »; ac si diceret: Si ad instar creaturarum de Creatore sentis, cogeris fateri quia non idem est Deus et quod Dei est. Quod dicere impium est, cum Spiritus Dei Deus sit, et Dei Filius sit Deus.

8. **Quod non aliud est Deus et quae sua sunt ita ut insint: alia enim sua sunt quae insunt, alia quae non insunt.** Non ergo secundum corporales modos, ut in eadem serie subdit, accipienda sunt haec quae de Deo dicuntur. Ubi evacuans opinionem eorum qui ita putant aliud esse Deum et aliud quod Dei est, aliudque naturam Dei et rem naturae, ut est in creaturis, aperte docet non aliud esse Deum et quae sua sunt ita ut insint illi, sic dicens7: « Homo, aut aliquid ei simile, cum alicubi erit, alibi non erit, quia id quod est illic, continetur ubi fuerit in forma, ut non ubique sit, qui insistens alicubi sit. Deus autem, immensae virtutis, vivens potestas, quae nusquam non adsit nec desit usquam, se omnem per sua edocet, et sua non aliud quam se esse significat: ut ubi sua insint, ipse esse per sua intelligatur. Non autem corporali modo, cum alicubi sit,

6-7 Rubrica *om,* RW, *trp. ad lin. 2* MOPV. 6 Discutit] discunt CT, disserit L, discutiunt X. 7 tradit NV, *om. alii.* 10 existimet] estimet CLNRTW. 12 est *om.* BCM. 13 etc.] et res nature LNVW, rem nature M. 25 aliudque] et aliud L, aliud quod NO, alium quoque P. 31 significat] ita *add.* BCNWX, *add. interi.* LV.

1 Ioan. 10, 30. 2 Supra, p. 248, 19. 3 *De Trinit.,* I, n. 19 (PL 10, 38 B). 4 Ibid., VIII, n. 14 (PL 10, 247 A). 5 Vide supra, p. 247, 21. 6 Vide supra, p. 247, 23. 7 Hilarius, *De Trinit.,* VIII, n. 24 (PL 10, 253 B-254 A).

non etiam ubique esse credatur, cum per sua in omnibus esse non desinat, non aliud autem sunt quam quod est ipse quae sua sunt. Et haec propter naturae intelligentiam dicta sunt ». — His verbis aperte significat, si tamen intelligis, haeretice, quia divina natura non aliud est ab his quae sua sunt ita ut insint, et per illa in omnibus est suis quae non insunt. — **Augustinus**: Sua enim sunt etiam quae non insunt, id est omnes creaturae; et sua sunt quae insunt, ut tres personae, quae sunt eiusdem naturae et eadem natura, sicut supra **Augustini** testimonio firmavimus [1], dicentis « tres personas esse eiusdem essentiae vel eandem essentiam, sed non ex eadem essentia, ne aliud intelligatur essentia, aliud persona ».

9. **Quod aliqua est in ratione intelligentiae distinctio cum dicitur hypostasis et cum dicitur essentia.** Nec tamen diffitemur distinctionem habendam fore secundum intelligentiae rationem, cum dicitur hypostasis, et cum dicitur essentia: quia ibi significatur quod est commune tribus, hic vero non. Est tamen hypostasis essentia, et e converso. Fateamur ergo unum atque idem esse tres personas secundum essentiam, differentes autem proprietatibus. — Unde **Augustinus** super locum Psalmi praetaxatum ait[2]: «Quaeris quid sit Pater; respondetur: Deus. Quaeris quid sit Filius; respondetur: Deus. Quaeris quid sit Pater et Filius; respondetur: Deus. De singulis interrogatus, 'Deum' responde. De utroque interrogatus, non 'deos', sed 'Deum' responde. Non sic in hominibus. Tanta enim ibi est substantiae unitas, ut aequalitatem admittat, pluralitatem non admittat. Si ergo tibi dictum fuerit: 'cum dicis Filium esse quod Pater est, profecto Filius Pater est', responde: secundum substantiam tibi dixi hoc esse Filium quod Pater est, non secundum id quod ad aliud dicitur: ad se enim dicitur Deus, ad Patrem Filius dicitur; rursumque Pater ad se dicitur Deus, ad Filium dicitur Pater. Quod Pater ad Filium dicitur, non est Filius; quod dicitur Filius ad Patrem, non est Pater; quod dicitur Pater ad se, Filius ad se, hoc est Pater et Filius, id est Deus ».

2 sunti] sint BCL *(Hil.)*. 12-13 Rubrica *(inauthent.)* V, *om. alii codd.* 13 diffitemur] aliquam *add.* NTW, *add. interi.* L. 28-29 Pater... dicitur *trp.* dic. ad Fil. Pater LMR *(Aug.)*, dic. Pater ad Fil. W, ad Fil. dic. Pater X.

1 Vide supra, p. 192, 4-6. 2 *Enarr. in Ps. 68,* 3, sermo 1, n. 5 (PL 36, 845; CCL 39, 906); verbotenus sed fusius apud *Glossam* Lombardi in h. l. (PL 191, 627 C-D); vide etiam supra, Dist. 33, c. 2, n. 2 (pp. 244-245).

Cap. 2 (146).

Utrum ita possit dici unus Deus trium personarum vel tres personae unius Dei, ut dicitur una essentia trium personarum et tres personae unius essentiae. Hic considerandum est, cum Deus sit divina essentia, et ita dicatur unus Deus esse tres personae sicut una essentia dicitur tres personae, utrum ita valeat sane dici 'unus Deus trium personarum' vel 'tres personae unius Dei', sicut dicitur 'una essentia trium personarum' et 'tres personae unius essentiae'. — In his locutionibus Scripturae usus nobis aemulandus videtur, ubi frequenter reperitur ita dictum 1; 'una est essentia trium' et 'tres sunt personae unius essentiae'; nusquam autem occurrit legisse 'unum Deum trium personarum' vel 'tres personas unius Dei'. Quod ideo puto sanctos doctores vitasse, ne ita forte acciperetur in divinis personis ut accipitur cum de creaturis simile quid dicitur. Dicitur enim *Deus Abraham, Isaac et Iacob*2 et *Deus omnis creaturae*3; quod utique dicitur propter principium creationis vel gratiae privilegium et creaturae subiectionem vel servitutem. Cum ergo in Trinitate nihil sit creatum vel serviens vel subiectum, non admisit fides in Trinitate talem locutionis modum. Ita etiam e converso non dicitur de Dei essentia quod ipsa sit essentia Abraham, Isaac et Iacob, vel alicuius creaturae, ne Creatoris et creaturae naturam confundere videamur.

Cap. 3 (147).

Quod licet potentia, sapientia, bonitas de Deo secundum substantiam dicantur, in Scriptura tamen solent haec nomina distincte ad personas in-

8 In] usum scripturae in his sequendum tradit *rubr. mg.* LNV. ‖ nobis *trp. p.* videtur OP. 9 est *om.* OPX. 10 trium] personarum *add.* LV, *add. mg.* M, *add. interi.* T2.

1 Minime in Scriptura, sed apud Ss. Patres huiusmodi reperiuntur; ex. gr., apud August., *De Trinit.,* I, c. 2, n. 4; c. 4, n. 7 (PL 42,822,824; CCL 50, 31, 35); VII, c. 6, n. 11 (PL 42, 945; CCL 50, 264s). 2 Exod. 3, 6. 3 Iudith 9, 17: *Dominus totius creaturae.*

Cap. 3: Recolantur verba Bernardi ad Gilbertum in Consistorio Remensi: « Scribatur stilo ferreo, in ungue adamantino, vel sculpatur in silice, quod divina essentia, forma, natura, deitas, bonitas, sapientia, virtus, potentia, magnitudo vere est Deus » *(Ep. Gaufridi ad Albinum Card.,* PL 185, 590 A-B; vide etiam ipsum Bernardum, *In Cantica,* sermo 80, nn. 6-7, PL 183, 1169 C-1170 A; *Opera,* II, Romae 1958, 281s). — Fons ultimae sententiae huius capituli, ubi quaestio de appropriatione aperitur: *Glossa* in Rom. 1, 20 (PL 191, 1329 A).

terdum referri. Ex praedictis i constat quod sicut essentia, ita potentia, sapientia, bonitas de Deo dicuntur secundum substantiam. Quae autem secundum substantiam de Deo dicuntur, tribus personis pariter conveniunt. Una est ergo potentia, sapientia, bonitas Patris et Filii et Spiritus Sancti; et hi tres eadem potentia, eadem sapientia, eadem bonitas. Unde aperitur in Trinitate summa esse perfectio. Si enim ibi deesset potentia, vel sapientia, vel bonitas, non esset summum bonum; sed quia ibi est perfecta potentia, infinita sapientia, incomprehensibilis bonitas, recte dicitur et creditur summum bonum. Cumque unum et idem penitus sit in Deo potentia, sapientia, bonitas, in sacra tamen Scriptura2 frequenter solent haec nomina distincte ad personas referri, ut Patri potentia, Filio sapientia, Spiritui Sancto bonitas tribuatur; quod quare fiat, non est otiosum inquirere.

Cap. 4 (148).

1. Quare id fiat, scilicet Patri potentia, Filio sapientia tribuatur. Id is ergo sacri eloquii prudentia facere curavit, ne Dei immensitatem similitudine creaturae metiremur. Dixerat enim Scriptura sancta quia Deus Pater est, et quod Deus Filius est; et audivit hoc homo qui hominem patrem viderat, Deum Patrem non viderat; et cogitare coepit ita esse in Creatore ut viderat in creaturis, a quibus haec nomina translata sunt ad Crea-

17 metiremur] metiretur BVX.

1 Dist. 22, c. 5 (pp. 9-180). 2 Testimonia Scripturae ad rem videantur apud Abaelardum, *Theologia «Scholarium »,* I, cc. 10-12 (PL 178, 994 B-998 C), et apud Hermannum, *Sententiae,* cc. 8-10 (PL 178, 1703 B-1712 A).

Cap. 4: In eadem *Glossa,* in forma eius antiquiori, non autem in textu edito, immediate sequitur responsio: « Sciendum itaque est hoc ideo fore ne ita videatur esse in Creatore sicut est in creaturis a quibus haec nomina translata sunt ad Creatorem. In hominibus pater prior est filio, filius posterior patre, et ex antiquitate in patre defectus, ex posterioritate in filio imperfectio sensus solet notari (nominari z). Attribuitur igitur Patri potentia, ne videatur prior Filio et ideo impotentior; Filio sapientia, ne videatur posterior et inde minus sapiens; spiritus (sanctus *add. interi,* x) solet poni ad rigorem et crudelitatem notandam, ideoque Spiritui Sancto bonitas et benignitas frequentius attribuitur, ut omnis ferocitas ab eo relegata ostendatur... Potentiam itaque et sapientiam et bonitatem Dei per ea quae facta sunt (non *add. x)* intellexerunt aut intelligere potuerunt. Sicut enim... » (ut in PL 191,· 1329 A-B) (x 13b-c; z 7d-8a). — Quae responsio quasi verbotenus sumitur ex *Summa sent., I,* 10 (PL 171, 1083 C-D; 176, 57 C-D), quae unacum Hugone, *De sacram.,* I, 2, 8 (PL 176, 209 C-210 A), denuo fons est praesentis capituli, ut apte demonstrat L. Ott, *Die Trinitatslehre...,* in *Div. Thom.* (Fr.) 21 (1943) 170ss. Vide etiam eiusdem *Untersuchungen zur theol. Briefliteratur...,* 576-594, et praesertim 583ss.

torem: in quibus pater est prior filio, filius est posterior patre; et ex antiquitate in patre defectus, ex posteritate in filio imperfectio sensus solet notari. Ideo occurrit Scriptura dicens Patrem potentem, ne videatur prior Filio, et ideo minus potens; et Filium sapientem, ne videatur posterior Patre, et ideo minus sapiens.

2. **Quare Spiritui Sancto bonitas *** Dictus est etiam Spiritus Deus, et dictus est habere spiritum Deus 1; et videbatur hoc quasi nomen inflationis et tumoris: unde humana conscientia ad Deum, pro rigore et crudelitate, accedere metuit. Ideo Scriptura temperavit sermonem suum, Spiritum bonum nominans2, ne crudelis putaretur qui mitis erat. Non quod Pater solus sit potens vel magis potens, et Filius solus sapiens vel magis sapiens, et Spiritus Sanctus solus bonus vel magis bonus. Una est ergo potentia, sapientia, benignitas trium, sicut una essentia; ideoque, sicut dicitur Filius homousios, id est consubstantialis Patri, ita et coomnipotens.

Cap. 5 (149).

1. **De hoc nomine, homousion, ubi firmatur, et quid significet.** Hic non est praetermittendum quod **Augustinus** in libro II *Contra Maximinum* 3 dicit de hoc nomine 'homousion', quo latini tractatores frequenter utuntur: « Pater, inquit, et Filius unius sunt eiusdemque substantiae. Hoc est illud 'homousion', quod in Concilio Nicaeno adversus haereticos Arianos a catholicis Patribus veritatis auctoritate firmatum est; quod postea in Concilio Ariminensi, propter novitatem verbi minus quam potuit intellectam, quam tamen' fides antiqua pepererat, multis paucorum fraude deceptis, haeretica impietas sub haeretico imperatore Constantio labefactare tentavit. Sed post non longum tempus, libertate fidei catholicae praevalente, postquam vis verbi sicut debuit intellecta est, 'homousion' illud catholicae fidei sanitate longe lateque defensum est et diffusum. Quid enim est 'homousion', nisi unius eiusdemque substantiae ? Quid est, inquam, 'homousion', nisi *Ego et Pater unum sumus* 4? Non ergo inter *profanas vocum novitates* 5 hoc vitandum est ».

6 Spiritui Sancto] spiritus sanctus (sit *add.* PX) LMPVWX. ‖ bonitas] tribuatur *add.* VW. ‖ Spiritus] sanctus *add.* BCLNRVW. 13 benignitas] bonitas CNTV. 14 homousios] homousyon BCMVX. 17 firmatur] confirmatur BCX, in auctoritatem receptum est RTVW. 26 Constantio] Constantino LNOPRTVX, *quod corr.* VX.

1 Resp. Ioan. 4, 24: *Spiritus est Deus; de* Spiritu Dei, v. Gen. 1, 2; Iob 33, 4; Sap. 1, 7; Isai. 11, 2; I Cor. 2, 11; etc. 2 Resp. Sap. 1, 6 : *Benignus est enim spiritus* ; Ps. 142, 10: *Spiritus tuus bonus.* 3 Cap. 14, n. 3 (PL 42, 772). 4 Ioan. 10, 30. 5 I Tim. 6, 20.

2. **De nominibus quae translative et per similitudinem de Deo dicuntur.** Praeterea sciendum est quod in assignatione distinctionis nominum, inter alia quae supra 1 diligenter exsecuti sumus, quaedam diximus 2 translative ac per similitudinem de Deo dici, ut speculum, splendor, character, figura et huiusmodi. De quibus pio lectori breviter trado quod sentio: s
ut scilicet, ratione similitudinis considerata, ex causis dicendi dictorum intelligentiam assumat3, sed catholicam.

3. **Nihil dignum excellentia ineffabilis Trinitatis se tradidisse dicit, ad alia transiturus.** De sacramento Unitatis atque Trinitatis summae et ineffabilis multa iam diximus; nihil tamen eius ineffabilitate dignum u
tradidisse profitemur, sed potius ex nobis mirificatam eius scientiam, nec potuisse nos ad illam 4.

DISTINCTIO XXXV

Cap. 1-6 (150-155).

1. **De quibusdam quae secundum substantiam de Deo dicuntur, quae** n
specialem efflagitant tractatum, scilicet de scientia et praescientia, providentia et dispositione, praedestinatione, voluntate et potentia. Cumque supra5 disseruerimus ac plura dixerimus de his communiter quae secundum substantiam de Deo dicuntur, eorum tamen quaedam specialem efflagitant tractatum; de quibus amodo tractandum est, scilicet de scien- 2
tia, praescientia, providentia, dispositione, praedestinatione, voluntate et potentia.

2. **Quod sapientia Dei cum sit una, tamen propter varios status rerum plura sortitur vocabula.** Sciendum est igitur quod sapientia vel scientia Dei, cum sit una et simplex, tamen propter varios status rerum et di- 2

8-9 Rubrica *om.* BCLNOPX. 8 Nihil] Quod *praem.* RV. 16 praescientia] et *add.* BCL. 23-24 Rubrica *(inauthent.)* LV, *om. alii.*

1 In Dist. 22-34. 2 Secundum August, et Ambrosium, supra, Dist. 22, c. 1, n. 2 (p. 178). 3 Secundum Hilarium; v. supra, p. 192, 19-20. 4 Resp. Ps. 138, 6: *Mirabilis facta est scientia tua ex me... et non potero ad eam.* 5 Dist. 8-9, 19-20, 22-34.

Cap. 1-6: Definitionum quae hic abundant fontes sunt Hugo, *De sacram.,* I, 2, 9, necnon et 21, ubi providentia dicitur etiam dispositio (PL 176, 210 B, 214 A); et *Summa sent.,* I, 12 (PL 171, 1088 A; 176, 61 C).

versos effectus, plura ac diversa sortitur nomina. Dicitur enim non tantum scientia, sed etiam praescientia vel praevidentia, dispositio, praedestinatio et providentia. — Et est praescientia sive praevidentia de futuris tantum, sed de omnibus: de bonis scilicet et malis; dispositio vero de faciendis; praedestinatio de hominibus salvandis, et de bonis quibus et hic liberantur et in futuro coronabuntur. — Praedestinavit enim Deus ab aeterno homines ad bona eligendo, et praedestinavit eis bona praeparando. Quod homines praedestinavit, Apostolus ostendit dicens 1; *Praedestinavit quos praescivit fieri conformes imaginis Filii sui;* et alibi2: *Elegit nos ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati.* Quod autem eis bona praeparavit, propheta Isaias ostendit dicens *Oculus non vidit, Deus, absque te, quae praeparasti diligentibus* vel *exspectantibus te.* Ergo ab aeterno praedestinavit quosdam futuros bonos et beatos, id est elegit ut essent boni et beati, et bona eis praedestinavit, id est praeparavit. — Providentia autem est gubernandorum, quae utique eodem modo videtur accipi quo dispositio; interdum tamen providentia accipitur pro praescientia. — Sapientia vero vel scientia de omnibus est: scilicet bonis et malis, et de praesentibus, praeteritis et futuris, et non tantum de temporalibus, sed etiam de aeternis. Non enim ita scit Deus ista temporalia ut se ipsum nesciat, sed ipse solus se ipsum perfecte novit, cuius scientiae comparatione omnis creaturae scientia imperfecta est.

Cap. 7 (156).

1. **Utrum scientia vel praescientia vel dispositio vel praedestinatio potuerit esse in Deo si nulla fuissent futura.** Hic considerari oportet utrum scientia vel praescientia, vel dispositio vel praedestinatio, potuerit esse in Deo, si nulla fuissent futura. Cum enim « praescientia 4 sit futurorum, et dispositio faciendorum, et praedestinatio salvandorum », si nulla essent futura, si nihil esset facturus Deus vel aliquos salvaturus, non videtur po-

3 providentia] de quibus sit prescientia vel previdentia *rubr. add.* LV. 4 et] de *add.* LMVW. ‖ dispositio] de quibus dispositio *rubr. add.* LV. 5 praedestinatio] de quibus predestinatio *rubr. add.* LV. ‖ hominibus... quibus] omnibus... qui MX. 6 coronabuntur] quod et homines predestinantur ad bona et bona hominibus *rubr. add.* LV. 14 praeparavit] de quibus providentia *rubr. add.* LV. 17 scientia] que *add.* CMOPRX, qua *add.* N. ‖ omnibus] hominibus BCOP, *quod corr.* OP.

1 Rom. 8, 29. 2 Eph. 1, 4. 3 Isai. 64, 4; item I Cor. 2, 9. 4 Definitio Hugonis, *De sacramentis,* I, 2, 9 (PL 176, 210 B).

Cap. 7: Inter fontes enumerari debet Hugo, *De sacram.,* I, 2, 14 (PL 176, 211 D-212 B); alii autem nos evadunt.

fuisse in Deo esse praescientia vel dispositio vel praedestinatio. Potuit autem Deus nulla praescire futura, potuit non creare aliquid, vel non salvare aliquos; potuit ergo non esse in Deo praescientia vel dispositio vel praedestinatio.

2. **Oppositio contra ℣** Ad hoc autem ita a quibusdam opponitur: Si, s
inquiunt, potuit praescientia Dei non esse in Deo ab aeterno, et potuit non esse; si vero potuit non esse, cum praescientia Dei sit eius scientia, et scientia sit eius essentia, potuit ergo non esse ab aeterno id quod est divina essentia. Ita et de dispositione et de praedestinatione, quae est divina essentia, obiciunt. 10

3. **Alia oppositio ℣** Addunt quoque et alia, ita dicentes: Si potuit Deus non praescire aliqua cum idem sit Deo praescire quod scire, et scire quod esse, potuit ergo non esse. Item, cum idem sit Deo praescium esse et Deum esse, si potuit non esse praescius, potuit non esse Deus. Potuit autem non esse praescius, si potuit nulla praescire; at potuit nulla is
praescire, quia potuit nulla facere.

4. **Responsio : quod praescientia et dispositio et praedestinatio relative dicuntur ad futuras res vel faciendas.** Ad hoc, iuxta modulum nostrae intelligentiae, ita dicimus: praescientia et dispositio vel praedestinatio ad aliquid dici videntur. Sicut enim creator ad creaturam relative dicitur, ita 20
praescientia vel praescius ad futura referri videtur, et dispositio ad facienda, ac praedestinatio ad salvanda. Verumtamen creator ita relative dicitur ut essentiam non significet; praescientia vero vel praescius et in respectu futurorum dicitur, et essentiam designat. Ita etiam dispositio et praedestinatio. 25

5. Ideoque, cum dicitur 'si nulla essent futura, non esset in Deo praescientia vel non esset Deus praescius', quia varia est ibi causa dicendi, distingui oportet rationem dicti. Cum ergo dicis: 'si nulla essent futura, non esset in Deo praescientia vel non esset praescius', si in dicendo hanc causam attendis, scilicet quia nulla essent subiecta eius scien- 30
tiae, unde ipsa possit dici praescientia vel ipse praescius: quod utrumque dicitur propter futura, verus est intellectus. Sin autem ex ea ratione id dicis, quod non sit in eo scientia qua praescit futura, vel quod ipse non sit Deus qui est futurorum praescius, falsa est intelligentia.

6. Similiter et illae locutiones determinandae sunt: 'potuit non esse 35
praescientia Dei vel potuit non esse praescius' et 'potuit Deus non prae-

5 Rubrica *(inauthent.)* V, *om. alii.* 8 sit eius *trp.* BCL. 9 eti *om.* NRW. 11 Rubrica *(inauthent.)* RV, *om. alii.* 14 praescius] et *add.* LMRVW. 17 dispositio et praed. *trp.* BCX. ℣ praedestinatio] si *add.* BCMO, si quasi *add.* T, quasi *add.* NW. 18 hoc] hec NRW. 28 rationem] ratione BCM. 30-31 scientiae] prescientie (ed. Ia?) BCLOPTW, *quod corr.* T.

scire aliqua', id est potuit esse quod nulla futura subiecta essent eius scientiae, et ita non posset dici 'praescius' vel 'praescire', vel eius scientia 'praescientia'; non eo tamen ipse minus esset vel eius scientia, sed non posset dici 'praescius' vel 'praescire' vel 'praescientia', si eius scientiae futura nulla forent subiecta. Similiter de dispositione et praedestinatione vel providentia; haec enim, ut dictum est i, ad temporalia referuntur et de temporalibus tantum sunt.

Cap. 8 (157).

Quod scientia Dei non tantum est de temporalibus, sed etiam de aeternis. Scientia vero vel sapientia non tantum de temporalibus, sed etiam de aeternis est; ideoque, etsi nulla fuissent futura, esset tamen in Deo scientia eadem quae modo est, nec minor esset quam modo, nec maior est quam esset. Scivit ergo Deus ab aeterno aeternum et omne quod futurum erat, et scivit immutabiliter. Scit quoque non minus praeterita vel futura quam praesentia. Et sua aeterna sapientia et immutabili scit ipse omnia quae sciuntur. « Omnis enim ratio supernae et terrenae sapientiae, ut ait Ambrosius2, in eo est, quia omnem sapientiam et scientiam capit sua immensa scientia ».

Cap. 9 (158).

1. Quare omnia dicuntur esse in Deo, et quod factum est vita est in eo. Propterea omnia dicuntur esse in Deo et fuisse ab aeterno. Unde Augustinus, *Super Genesim* 3: « Haec visibilia, inquit, antequam fierent non erant. Quomodo ergo Deo nota erant quae non erant ? Et rursus: Quomodo ea faceret, quae sibi nota non erant ? Non enim quidquam fecit ignorans. Nota ergo fecit, non facta cognovit. Proinde antequam fierent, et erant, et non erant: erant in Dei scientia, non erant in sua

11 est] sunt OPX, *om.* B, *interi. C.* 20 est] esse BCLNTVX. 22 visibilia] invisibilia NRT, *quod corr.* T.

1 Hic supra, cc. 1-6 (pp. 254-255). 2 Id est Ambrosiaster, *In Epistolas B. Pauli,* Coi. 2, 3: *In quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae* (inter opp. Ambrosii, PL 17 [1845], 427 B). 3 *De Genesi ad litt., V,* c. 18, n. 36 (PL 34, 334; CSEL 28-1, 161).

Cap. 8: Cf. *Glossa* in Rom. 11, 33 (PL 191, 1492 B-C); quae tamen non est fons. — Cap. 9, num. 1: Auctoritas Augustini iam exstat in *Glossa* in Hebr. 11, 3 (PL 192, 489 D-490 A). — Num. 2: Verba Augustini super Ps. 49, 11, inveniuntur in *Glossa* in h. l. (PL 191, 479 A).

natura. Ipsi autem Deo non audeo dicere alio modo innotuisse cum ea fecisset, quam illo quo ea noverat ut faceret, *apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio* 1 ». Ecce hic habes quia haec visibilia, antequam fierent, in Dei scientia erant. Ex hoc igitur sensu omnia dicuntur esse in Deo, et omne *quod factum est* dicitur esse *vita in ipso*2: non ideo, quod creatura sit Creator, vel quod ista temporalia essentialiter sint in Deo, sed quia in eius scientia semper sunt, quae vita est.

2. Quod eadem ratione dicuntur omnia ei praesentia. Inde est etiam quod omnia dicuntur ei esse praesentia, non solum ea quae sunt, sed etiam ea quae praeterierunt et ea quae futura sunt, secundum illud 3; *Qui vocat ea quae non sunt, tamquam ea quae sunt:* quia ut ait Ambrosius in libro *De Trinitate* 4, ita cognoscit ea quae non sunt, ut ea quae sunt. Et hac ratione omnia dicuntur esse in eo vel apud eum, sive ei praesentia. Unde **Augustinus,** super illum locum Psalmi 5: *Et pulchritudo agri mecum est:* « Ideo, inquit, *mecum est,* quia apud Deum nihil praeterit, nihil futurum est. Cum illo sunt omnia futura, et ei non detrahuntur iam praeterita. Cum illo sunt omnia cognitione quadam ineffabili sapientiae Dei ». Ecce hic aperit **Augustinus** ex qua intelligentia accipienda sint huiusmodi verba: 'omnia sunt Deo praesentia', 'in Deo sunt omnia', vel 'cum Deo', vel 'apud Deum', vel 'in eo vita': quia ineffabilis omnium cognitio in eo est.

DISTINCTIO XXXVI

Cap. 1 (159).

1. **Utrum concedendum sit omnia esse in Dei essentia vel in Deo per essentiam, ut omnia dicuntur esse in cognitione Dei vel praesentia.** Solet hic quaeri, cum omnia dicantur esse in Dei cognitione seu praesentia, vel

4 igitur] ergo LRW. 8 Inde] Unde BCMT. 16 praeterit] preteriit LRV. 25 praesentia] prescientia BCOX.

1 lac. 1, 17. 2 Resp. Ioan. 1, 3-4: *Et sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat,* etc. Auctores medii aevi legere solebant: *Et... nihil. Quod factum est in ipso vita erat,* post August., *In Ioan.,* tr. 1, n. 16 (PL 35, 1387; CCL 36, 9); *De Genesi ad Utt.,* V, c. 14, n. 31 (PL 34,332; CSEL 28-1,157s); etc. 3 Rom. 4,17. 4 Id est *De fide,* c. 16, n. 198 (PL 16 [1845], 689 B-C; CSEL 78, 298s). 5 *Enarr. in Ps. 49,*11, n. 18 (PL 36, 577; CCL38,589),

Cap. 1, num. 2: Verba Augustini iam apud *Glossam* in Rom. 4, 17 (PL 191, 1375 D-1376 A), ubi tamen, etiam in codicibus, rubricantur ut in sermone *De verbis Domini.*

in Deo per cognitionem, et eius cognitio vel praesentia sit divina essentia, utrum concedendum sit omnia esse in divina essentia vel in Deo per essentiam.

2. **Responsio.** Ad quod dicimus quia Dei cognitio eius utique essentia est, et eius praesentia, in qua sunt omnia, ipsius cognitio est; nec tamen omnia quae sunt in eius praesentia vel cognitione, in eius essentia esse dici debent. Si enim hoc diceretur, intelligerentur esse eiusdem cum eo essentiae. In Deo enim dicitur esse per essentiam, quod est divina essentia, quod est Deus. Habet ergo Deus apud se, in praesentia sua, quae non habet in sui natura. — Unde **Augustinus**, *De verbis Apostoli* 1, ita ait: « *Elegit nos ante mundi constitutionem* 2; Quis sufficit hoc explicare? Eliguntur qui non sunt, nec errat qui eligit nec vane eligit. Eligit tamen et habet electos, quos creaturus est eligendos; quos habet apud semetipsum, non in natura sua, sed in praesentia sua ». Nondum erant quibus promittebatur, sed et ipsi promissi sunt quibus promittebatur. — Ecce hic aperte dicit Deum apud semetipsum habere electos ante mundum, non in natura sua, sed in praesentia; cum tamen eius praesentia non sit aliud quam natura, quia ipsius praesentia est eius notitia. Potest tamen ad electos referri cum ait 'in natura sua', id est illorum. Illos quippe habuit ab aeterno apud se, non in natura sui, id est illorum, quia nondum erant, sed in sua praesentia, quia eos ita novit ac si essent.

Cap. 2 (160).

1. **Utrum mala debeant dici esse in Deo ut sunt omnia bona, cum utraque sint in eius cognitione et praesentia: omnia enim cognoscit.** Post praedicta quaeritur, cum omnia dicantur esse in Deo non per essentiam naturae, sed per cognitionem scientiae, et Deus sciat bona et mala, utrum concedendum sit simpliciter mala esse in Deo, sive esse in Deo per cognitionem. — Scit enim Deus et scivit semper omnia, tam bona quam mala, etiam antequam fierent, et praescivit ab aeterno ea futura. Ideoque, cum omnia bona dixerimus esse in Deo propter praesentiam cognitionis, eadem

4 Responsio *om.* OPRVWX. 12 errat] erat OPX, *quod corr.* O. ‖ qui2] quem P, quod X. ‖ ĕligit eligit2] elegit... elegit BCMOPTVX, *quod corr.* TV. ‖ Eligit] elegit BCMVX. 15 promittebatur] regnum *add.* BCLVW. 17 praesentia1] sua *add.* LMV, *add., interi.* T. 18 quam] eius *add.* LMNRVW, *add. interi.* C.

1 *Sermo 26,* c. 4, n. 4 (PL 38, 173; CCL 41, 351)), ubi autem legitur: « Elegit nos... sed in praescientia sua ». 2 Eph. 1, 4.

Cap. 2: Cf. *Summa sent.,* I, 4 (PL 171, 1074 B; 176, 48 C), ubi quaestio innuitur; et Lombardus, *Glossa* in Rom. 8, 29 (PL 191, 1450 A).

ratione videtur dicendum omnia mala esse in eo, cum ea semper noverit et per cognitionem ei praesentia fuerint. Praecognovit enim Deus ab aeterno quosdam futuros malos; et eorum malitiam, ut ait Augustinus i, praescivit, sed non praeparavit. Cum ergo peccata omnium sciat, numquid intelligendum est ea includi in illa generalitate locutionis, qua dicit Apostolus[1] omnia esse in Deo ? *Ex ipso,* inquit, *et per ipsum, et in ipso sunt omnia.*

2. **Quae in Deo intelligantur esse.** Sed quis, nisi insanus, dixerit mala esse in Deo ? Illa enim esse in Deo intelliguntur, quae *ex ipso* et *per ipsum* sunt; ea vero *per ipsum* sunt et *ex ipso,* quorum auctor est. Sed non est auctor nisi bonorum; non ergo *ex ipso* vel *per ipsum* sunt nisi bona; ita ergo nec *in ipso* sunt nisi bona.

3. **Quod non omnino ita noscit Deus mala ut bona, quia mala tantum per scientiam, bona vero etiam per approbationem et beneplacitum.** Non ergo mala in Deo sunt, quia licet ea noscat, non tamen ita omnino noscit ut bona. Mala quasi de longe cognoscit, ut ait Propheta [3]; *Et alta de longe cognoscit,* id est superbiam. Et alibi, ad Deum loquens, de malis ait [4]; *De absconditis tuis adimpletus est venter eorum.* Quod exponens Augustinus [5]: « Abscondita, inquit, peccata sunt, quae a lumine tuae veritatis absconduntur ». Sed quomodo peccata a lumine veritatis divinae absconduntur, cum a Deo sciantur? Si enim non sciret, quomodo de illis iudicaret et pro illis malos damnaret? Alibi Propheta dicit [6]: *Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente* deest. Quod exponens Cassiodorus inquit[7]: «Neque a bonis, neque a malis deest Deus, sed omnibus praesens et cognitor est ».

4. Cognoscit ergo Deus et bona et mala per scientiam; sed bona cognoscit etiam per approbationem, per beneplacitum, mala vero non. Unde Cassiodorus super Psalmum dicit [8]; « Peccata abscondita Deo sunt, quia non novit, id est non approbat ». Et ex eo sensu Augustinus dixit ea abscondi a lumine Dei. Qui etiam in libro *Ad*

8 Rubrica *om.* RVW. 13-14 Rubrica *om.* MRW. 14 et beneplacitum *om.* BCX. 16 de2] a CMNRW. 20 tuae] divine M (mg.) VW. 29 Deo sunt *trp.* BCNRV.

1 *De praedest. sanctorum,* c. 10, n. 19 (PL 44, 975); *Hypognosticon,* VI, c. 6, n. 8 (inter opp. August., PL 45, 1661-1662). 2 Rom. 11, 36. 3 Ps. 137, 6. 4 Ps. 16, 14. 5 *Enarr. in Ps. 16,* n. 13 (PL 36, 147; CCL 38, 94). 6 Ps. 74, 7. 7 *In Psalterium,* in h. l. (PL 70, 538 B-C; CCL 98, 688); v. *Glossa* Lombardi super h. l. (PL 191, 701 C). 8 *In Ps. 16,* 16 (PL 70, 122 A; CCL 97, 149); cf. *Glossa* Magistri in h. l.: « Quia de absconditis tuis, id est de immunditiis, quas utique Deus non novit, id est prohibet » (PL 191, 183 D-184 A).

Helvidium [1] insinuat cognitionem Dei variis modis accipiendam, inquiens: « Si ad scientiam referas, non ignorat Deus aliquos vel aliqua, qui tamen in iudicio quibusdam dicet[2]: *Non novi vos;* sed eorum improbatio hoc verbo insinuata est ». — Ecce non cognoscere dicitur Deus quae non approbat, quae ei non placent. Apparet itaque verum esse quod diximus, scilicet quia quodam modo cognoscit Deus bona, quo non cognoscit mala. Pariter quidem utraque eodemque modo noscit quantum ad notitiam, sed bona etiam approbatione et beneplacito cognoscit.

5. Hic aperit quare bona tantum dicuntur esse in Deo, non mala. Et inde est quod bona tantum dicuntur esse in Deo, non mala, et illa prope, haec longe. Quia licet in Deo aliqua dicantur esse propter cognitionis praesentiam et Deus bona et mala cognoscat, mala tamen non cognoscit nisi per notitiam; bona vero non solum per scientiam, sed etiam per approbationem et beneplacitum. Et ob talem cognitionem aliqua dicuntur esse in Deo, scilicet quia ita ea scit ut etiam approbet et placeant, id est ita scit ut eorum sit auctor.

Cap. 3 (161).

Quod idem est omnia esse ex Deo et per ipsum et in ipso. Proinde, si diligenter inspiciamus, idem videtur esse omnia esse ex Deo, et per ipsum, et in ipso. Unde **Ambrosius** in II libro *De Spiritu Sancto* [3]: « Haec tria: *Ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia* [4], unum esse supra diximus. Cum dicit *per ipsum* esse omnia, negavit *in ipso* esse omnia ? Eandem vim habent omnia haec, scilicet *in ipso* et *cum ipso* et *per ipsum;* et unum in his atque consimile, non contrarium intelligitur ». Ecce habes quia ex eadem intelligentia Scriptura dicit omnia esse *in ipso* et *per ipsum* et *ex ipso* vel *cum ipso.* — Cum ergo ex ea ratione omnia dicantur esse ex Deo vel per ipsum: non solum quia scit, sed etiam quia auctor est eorum, consequitur ut eadem ratione ea esse in Deo dicantur, scilicet

15 ita ea *trp.* LNWX. 22 omnia1] non *add.* PX, *add. interi.* CW. 28 scilicet] sed BCLOP, *quod corr.* BOP.

1 Id est *Epist. 169 (Ad Evodium),* c. 1, n. 2 (PL 33, 743; CSEL 44, 613). 2 Matth. 7, 23; item Luc. 13, 27. 3 Rectius lib. III, c. 11, n. 84 (PL 16 [1845], 796 B-C; CSEL 79, 185). 4 Rom. 11, 36.

Cap. 3-5: Cf. *Glossa* in Rom. 11, 36 (PL 176, 1493), ubi traduntur eaedem tres auctoritates Augustini necnon et verba introductoria cap. 5.

quia scit et eorum auctor est. Dicitur i quia *in illo vivimus et movemur et sumus,* quia eo auctore sumus et movemur et vivimus. Cum ergo non sit auctor nisi bonorum, merito sola bona *in eo* esse dicuntur, sicut *ex ipso* vel *per ipsum*. — Cum igitur in eius cognitione vel praesentia sint omnia, scilicet bona et mala, in eo tamen non dicuntur esse nisi bona quorum auctor est. Unde **Augustinus** in libro *De natura boni* 2; « Cum audimus, inquit, *ex Deo* et *per ipsum* et *in ipso* esse omnia, omnes utique naturas intelligere debemus, et omnia quae naturaliter sunt. Neque enim ex ipso sunt peccata, quae naturam non servant, sed vitiant, quae ex voluntate peccantium nascuntur ». Hic aperte dicitur quod in illa generalitate locutionis bona tantum continentur.

Cap. 4 (162).

Quod omnia ex Patre et per Patrem sunt et in Patre : et ita de Filio et Spiritu Sancto est dicendum, licet propter personas fiat distinctio. Praeterea sciendum est quod, licet ibi indicetur distinctio personarum, cum dicitur *ex ipso, per ipsum, in ipso,* omnia tamen ex Patre et per Patrem et in Patre sunt; similiter de Filio et Spiritu Sancto accipiendum est. Unde **Augustinus** in libro *De Trinitate*3: « Non confuse, inquit, accipiendum est quod ait Apostolus 4; *Ex ipso et per ipsum et in ipso* »: « *ex* 5 *ipso* dicens propter Patrem, *per ipsum* propter Filium, *in ipso* propter Spiritum Sanctum ». Vigilanter autem attende, ne quia Patrem volens intelligi dixit *ex ipso,* sic intelligas omnia esse ex Patre, ut neges omnia esse ex Filio vel ex Spiritu Sancto. Cum ex Patre et per Patrem et in Patre omnia esse sane dici possit, similiter et de Filio et de Spiritu Sancto sentiendum est.

Cap. 5 (163).

1. **Quod non omnia quae ex Deo sunt, etiam de ipso sunt, sed e converso.** Illud etiam hic adnectendum est, quod non omnia quae dicuntur esse *ex Deo,* etiam *de ipso* esse dici debent. Quia, ut ait **Augustinus**†

2 eo] ex BCOP, *quod corr.* BO, ex eo LX. 10 nascuntur] omnia *add.* BCLNOPRWX, *quod exp.* O. 13 sunt *trp. p.* Patre2 RV, *post* omnia WX. 21 ne quia] neque BCL, *quod corr.* B. 24 possit] possint CMW, *quod corr.* C.

1 Act. 17, 28. 2 Cap. 28 (PL 42, 560; CSEL 25, 868). 3 Lib. VI, c. 10, ŋ. 12 (PL 42, 932; CCL 50, 243). 4 Rom. 11, 36. 5 Ut feliciter nos advertit rubrica in *Glossa* in Rom. 11, 36 (x fol. 58a; PL 191, 1493 D), non autem codd. *Sentent.,* verba sunt August., *Contra Maximinum,* II, c. 23, n. 5 (PL 42, 800).

in libro *De natura boni* 1, « non hoc significat penitus *ex ipso* quod *de ipso.* Quod enim *de ipso* est, potest dici *ex ipso;* sed non omne quod *ex ipso* est, potest dici esse *de ipso,* quia non est de sua substantia. *Ex ipso* enim sunt caelum et terra, quia ipse fecit ea; non autem *de ipso,* quia non de sua substantia. Sicut aliquis homo si gignat filium et faciat domum: ex ipso est filius, ex ipso est et domus; sed filius de ipso, domus vero de terra et ligno », non de se ipso.

2. **Quae dicta sunt summatim colligit,** in praemissis apertum est quod in Dei cognitione sive praesentia sunt omnia, scilicet bona et mala, sed non omni modo sunt ibi mala, quo bona; et quod in Deo bona tantum sunt, sicut *ex ipso* et *per ipsum,* non mala, et ex quo sensu haec accipienda sint assignatum est; et quod *de ipso* non dicitur esse proprie quod aliud est ab ipso, *ex ipso* autem dicuntur esse omnia quae eo auctore sunt.

DISTINCTIO XXXVII

Cap. 1 (164).

1. **Quibus modis dicatur Deus esse in rebus.** Et quoniam demonstratum est ex parte quomodo omnia dicantur esse in Deo, addendum hic videtur quibus modis Deus dicatur esse in rebus; si tamen humana mens vel ex parte digne valeat cogitare, vel lingua sufficit eloqui.

2. **Quod Deus in omni re est essentia, potentia, praesentia, et in sanctis per gratiam, et in homine Christo per unionem.** Sciendum igitur est quod Deus, incommutabiliter semper in se exsistens, praesentialiter, potentialiter, essentialiter est in omni natura sive essentia sine sui definitione, et in omni loco sine circumscriptione, et in omni tempore sine mutabilitate. Et praeterea in sanctis spiritibus et animabus est excellentius, scilicet per

5 sua substantia *trp.* LRTW. ‖ gignat] generat MOPTVX. 7 et] de *add.* NRVW. 18 tamen] id *add.* NRV. 19 valeat] valet NRW. 20-21 Rubrica *om.* PRW. 21 igitur est *trp.* RVWX.

1 Cap. 27 (PL 42, 560; CSEL 25, 868).

Dist. XXXVII: Cf. L. Ott, *Untersuchungen zur theol. Briefliteratur...,* 188-213, et propius de Lombardo 208ss; id., *Die Trinitatslehre der Summa sententiarum..., in Div. Thom.* (Fr.) 21 (1943) 172ss. — Cap. 1: Fons partialis: Hugo, *De sacram.,* I, 3, 17 (PL 176, 223 B); ad num. 4 cf. Lombard., *Glossa* in I Cor. 12, 7 (PL 191, 1652 C), ubi verba Augustini ad Dardanum. Vide etiam *Summa sent.,* I, 4 (PL 171, 1075 C; 176, 49 C-D); de qua etiam infra.

gratiam inhabitans; et in homine Christo excellentissime, *in quo plenitudo divinitatis corporaliter habitat,* ut ait Apostolus L In eo enim Deus habitavit non per gratiam adoptionis, sed per gratiam unionis.

3. **Auctoritatibus ita esse confirmat.** Ne autem ista, quia capacitatem humanae intelligentiae excedunt, falsitatis arguere aliqui praesumant, Sanctorum auctoritatibus munienda mihi videntur. Beatus **Gregorius** super Cantica Canticorum 2 inquit: « Licet Deus communi modo omnibus rebus insit praesentia, potentia, substantia, tamen familiari modo dicitur inesse per gratiam illis qui mirificentiam operum Dei acutius et fidelius considerant ».

4. De hoc eodem **Augustinus** ad Dardanum in libro *De praesentia Dei*3 ait: « Cum Deus sit natura incorporea et incommutabiliter viva, aeterna stabilitate in se ipso manens, totus adest rebus omnibus et singulis totus; sed in quibus habitat, habent eum pro sua capacitatis diversitate, alii amplius, alii minus, quos ipse sibi dilectissimum templum gratia suae bonitatis aedificat ». — **Hilarius** quoque in libro VIII *De Trinitate* 4 apertissime docet Deum esse ubique: « Deus, inquit, immensae virtutis, vivens potestas, quae nusquam non adsit nec desit usquam, se omnem per sua edocet, ut ubi sua sint, ipse esse intelligatur. Non autem corporali modi, cum alicubi sit, non et ubique esse credatur, cum et in omnibus esse non desinat ».

5. **Ambrosius** etiam, in libro I *De Spiritu Sancto* 5, Spiritum Sanctum probat non esse creaturam, quia ubique est, quod est proprium divinitatis, ita dicens: « Cum omnis creatura certis naturae suae sit circumscripta limitibus, quomodo quis audeat creaturam appellare Spiritum Sanctum, qui non habeat circumscriptam determinatamque virtutem, qui et in omnibus et ubique semper est ? quod utique divinitatis et dominationis est proprium ». — Idem in eodem 6: « Domini est omnia complere, qui dicit?: *Ego caelum et terram compleo.* Si Dominus est, qui caelum complet et terram, quis ergo potest Spiritum Sanctum iudicare domina-

7 Cantica] canticis BCRT, *corr. ex* canticis L2. 8 familiari] familiariori BLNTVW. 14 sua] sue NRTVWX *(Aug.).* 20 eV] etiam CMTV. ‖ et2 *om.* RVW. 29 Si] ergo *add.* MNRVW *(Ambr.), add. interi.* T.

1 Coi. 2, 9. 2 Immo *Glossa ordin.* in Cant. 5, 17: *Quo abiit dilectus tuus* (apud Lyranum, III, 363a); inter sententias scholae Anselmi Laudunensis, ηθ 286; apud O. Lottin, *Psychologie et morale aux XIP et XIIP siècles,* V: *L'École d'Anselme de Laon et de Guill. de Champeaux,* Gembloux 1959, 232. 3 *Epist. 187,* c. 6, n. 19 (PL 33, 839; CSEL 57, 98). 4 Num. 24 (PL 10, 253 B-254 A); v. supra, p. 249, 29ss. 3 Cap. 7, n. 81 (PL 16 [1845], 723 D-724 A; CSEL 79, 48s). « Ibid., n. 86 (PL 16, 725 A; CSEL 79, 51). 7 1er. 23, 24.

tionis *et* divinae potestatis exsortem, qui replevit orbem i, et quod plus est, replevit lesum2, mundi totius redemptorem?» Ex his aliisque pluribus auctoritatibus aperte monstratur quod Deus ubique et in omni creatura essentialiter, praesentialiter, potentialiter est.

Cap. 2 (165).

1. **Quod in sanctis non modo est, sed etiam habitat: qui non ubicumque est habitat.** In sanctis vero etiam habitat, in quibus est per gratiam. Non enim ubicumque est, ibi habitat; ubi vero habitat, ibi est. In solis bonis habitat, qui sunt templum eius et sedes eius. — Unde per Isaiam 3 Dominus ait: *Caelum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum:* quia in electis, qui sunt *caelum,* habitat Deus et regnat, qui eius voluntati devoti obtemperant; malos vero, qui sunt *terra,* iudicii districtione calcat. Unde etiam in libro Sapientiae 4 dicitur thronus sapientiae anima iusti, quia in iustis specialius est quam in aliis rebus, in quibus tamen omnibus totus est.

2. Quemadmodum anima, ut ait **Augustinus** in epistola ad **Hieronymum** *De origine animae* 5, « per omnes particulas corporis tota adest simul, nec minor in minoribus, nec in maioribus maior est, sed tamen in aliis intensius, in aliis remissius operatur, cum in singulis particulis corporis essentialiter sit »; ita et Deus, cum sit in omnibus essentialiter ac totus, in illis tamen plenius esse dicitur quos inhabitat, id est in quibus ita est ut faciat eos templum suum. — Et hi tales cum eo sunt iam ex parte, sed in beatitudine perfecte; mali vero, etsi ibi sint ubi ipse est, qui nusquam deest, non tamen sunt cum eo. Unde **Augustinus**, *Super loannem 6*: « Non satis fuit dicere 7: *Ubi ego sum, et illi*

8 ibi habitat] inhabitat BCMOP. 18 maior *trp. p.* nec2 NRW. 20 essentialiter] tota *add. mg. C, add. interi.* T. 23 iam... perfecte *(additio ad ed.* 2?) *mg.* LT, *om.* BCOPX.

1 Resp. Sap. 1, 7: *Spiritus Domini replevit orbem terrarum.* 2 Resp. Luc. 4, 1: *lesus autem ptenus Spiritu Sancto.* 3 Isai. 66,1; cf. *Glossa ordin.* in h. l. (apud Lyranum, IV, 106b). 4 Resp. Sap. 7, 27; 9, 10; 10, 16; sed vix quoad sensum ubique. 5 *Epist. 166,* c. 2, n. 4 (PL 33, 722; CSEL 44, 551). 6 Tract. **III**, nn. 2-3 (PL 35, 1927; CCL 36, 630); sed verbotenus ex *Glossa ordin.* in Ioan. 17, 24 (apud Lyranum, V, 235c). 7 Ioan. 17, 14.

Num. 1: Cf. *Glossa* in Coi. 2, 9 (PL 192, 272 C), ex August., *Epist. 187 (ad Dardanum),* c. 5, n. 16 (PL 33, 837; CSEL 57,93s). — Num. 2: Verba Augustini ad Hieron. inveniuntur in *Summa sent.,* I, 4 (PL 171, 1075 D; 176, 49 D-50 A), sed conclusio inde deducta Magistri est. Cf. L. Ott. *Die Trinitdtsletire...,* in *Div. Thom.* (Fr.) 21 (1943) 183s.

sunt, sed addidit *mecum,* quia et miseri possunt esse ubi et ille est, qui nusquam deest; sed beati [soli] cum illo, quia non sunt beati nisi ex eo ». Cum illo sunt qui fruuntur eo, vident illum sicut est; mali vero cum illo, ut in luce non sunt cum luce. Nec boni ita nunc sunt cum eo ut videant per speciem, etsi aliquo modo cum eo per fidem.

3. **Si vis intelligere quomodo habitet, require praedicta de Spiritu Sancto.** Quomodo autem Deus habitet in bonis, ex illis aliquatenus intelligere valebis quae supra dicta sunt 1, cum de Spiritus Sancti processione temporali ageretur; ubi, licet ex parte, exponitur – *ex parte enim cognoscimus et ex parte prophetamus2* -- quomodo Spiritus habitet in nobis, qui non sine Patre et Filio inhabitat.

Cap. 3 (166).

1. **Ubi erat vel habitabat Deus ante quam esset creatura.** Sia utem quaeris ubi habitabat Deus antequam sancti essent, dicimus quia in se habitabat. Unde **Augustinus,** *Contra Maximinum* 3; « In templo, inquit, suo habitat Deus », scilicet in sanctis, « qui 4 sunt templum Dei modo secundum fidem ambulantes, et templum Dei erunt aliquando etiam secundum speciem, qualiter etiam nunc templum Dei sunt Angeli. Sed dicit aliquis: Antequam faceret Deus caelum et terram, antequam faceret sanctos, ubi habitabat ? In se habitabat Deus: apud te habitat et apud se est. Non ergo sic sunt sancti domus Dei, ut ipsa subtracta cadat Deus; immo sic habitat Deus in sanctis, ut si ipse discesserit cadant ».

2. **Multa hic breviter docet quae confirmant praedicta.** Sciendum etiam quia, ut ait **Augustinus** in libro *Ad Dardanum 5,* « dici nisi stultissime nequit Spiritum Sanctum non habere locum in nostro corpore,

1 sunt] sint RWX (Aug.), *corr. in* sint N. 2 soli *suppi, ex Aug. et Glossa ord.* 3 qui] quia LM *(Glossa), corr. in* qui N. ‖ vero] non *add.* LN, *add. interi.* BT, non sunt *add. Gl. ord.* 4 ut] ceci *add.* VX *Gl. ord., add. interi.* BOT, *add. mg.* W (cf. *Rech. de Théol. anc. et méd. 2* 1930 99). 6-7 Rubrica om. PRW. ‖ habitet] in bonis *add.* BCX. 9 exponitur] et *add.* BCLMOPT, *quod exp.* OT. 15 Aug.] in libro *add.* NRW, *add. interi.* T. 20 te] se BRWX, *quod corr. mg.* B, *corr. in* se T.

1 Dist 14 (pp. 126-130). 2 I Cor. 13, 9. 3 Lib. II, c. 21, n. 1 (PL 42, 791). 4 August., *Enarr. in Ps. 122,* 1, n. 4 (PL 37, 1632; CCL 40, 1817). 5 *Epist. 187,* cc. 4-5, nn. 15-16 (PL 33, 837s; CSEL 57, 93s).

Cap. 3: Quaestio elicitur verbis Augustini parum infra citatis. Num. 1-3 iam verbotenus traduntur in *Glossa* in I Cor. 3, 16 (PL 191, 1562 B-D), ubi (etiam in codicibus x et z) verbis Augustini *Contra Maximinum* adiungitur sine nova rubrica auctoritas *Enarr. in Psalmos.* Cf. etiam *Summa sent.,* I, 4 (PL 171, 1075 C; 176, 49 C-D). — Num. 4: Verba Chrysostomi iam apud *Glossam* in Hebr. 1, 3 (PL 192, 403 A).

quod totum nostra anima impleverit. Stultius etiam dicitur angustiis alicubi impediri Trinitatem, ut Pater et Filius et Spiritus Sanctus alicubi simul esse non possint. Verum illud est multum mirabilius, quod cum Deus ubique sit totus, non tamen in omnibus habitat. Quis porro audeat opinari, nisi inseparabilitatem Trinitatis penitus ignoret, quod in aliquo possit habitare Pater aut Filius, in quo non habitet Spiritus Sanctus; aut in aliquo Spiritus Sanctus, in quo non habitet Pater et Filius? Fatendum est igitur ubique esse Deum per divinitatis praesentiam, sed non ubique per inhabitationis gratiam. Propter hanc enim habitationem non dicimus *Pater noster* qui es ubique, cum et hoc verum sit, sed *qui es in caelis* [1], id est in sanctis, in quibus est quodam excellentiori modo.

3. **Quod Deus habitator est quorundam nondum cognoscentium Deum, et non est habitator quorundam cognoscentium.** « Illud quoque mirabile est, quia, ut ait **Augustinus** in eodem [2], Deus est inhabitator quorundam nondum cognoscentium Deum, et non quorundam cognoscen um Deum. Illi enim ad templum Dei non pertinent, qui cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificant [3]. Ad templum Dei pertinent parvuli sanctificati sacramento Christi et remunerati Spiritu Sancto, qui nondum valent cognoscere Deum. Igitur quem potuerunt illi nosse nec habere, isti potuerunt habere antequam nosse. Beatissimi autem sunt illi quibus hoc est Deum habere quod nosse ». Hic aliquatenus aperit **Augustinus** quomodo Deus habitet in aliquo, id est habeatur, cum videlicet ita est in aliquo ut ab eo cognoscatur et diligatur.

4. **Quomodo Deus totus sit ubique per essentiam, non potest intelligi ab humano sensu.** Ex praedictis patet quod Deus ubique totus est per essentiam, et in sanctis habitat per gratiam. Cumque superius [4], licet tenuiter, ostensum sit qua ratione dicatur habitare in quibusdam, efflagitaret ordinis ratio id etiam assignari, quomodo ubique per essentiam et totus sit, nisi huius considerationis sublimitas atque immensitas humanae mentis sensum omnino excederet. Ut enim ait **Chrysostomus**, *Super epistolam ad Hebraeos* [5], « sicut multa de Deo intelligimus quae loqui penitus non valemus, ita multa loquimur quae intelligere non sumus idonei. Verbi gratia, quod ubique Deus est, scimus et dicimus; quomodo

9 habitationem] gratie *add.* MNTW.

1 Resp. Mattii. 6, 9. 2 Cap. 6, n. 21 (PL 33, 840; CCL 57, 99s). 3 Resp. Rom. 1, 21: *Cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt.* 4 Scii., in c. 2 (pp. 265-266). 5 *Horn. 2,* n. 1 (PG 63, 19); resp. Hebr. 1, 3.

autem ubique sit, intellectu non capimus. Item, quod est incorporea quaedam virtus quae omnium est causa bonorum, scimus; quomodo autem vel quae ista sit, penitus ignoramus ».

5. Quorundam opinio, qui praesumunt ostendere quomodo Deus ubique sit per essentiam, potentiam, praesentiam. Quidam i tamen, immensa s ingenio suo metiri praesumentes, hoc ita fore intelligendum tradiderunt: quod Deus ubique esse per essentiam dicitur, non quod Dei essentia proprie sit in omni loco et in omni creatura, sed quia omnis natura atque omne quod naturaliter est, in quocumque loco sit, per eum habet esse, et omnis locus in quo illud est. — Ipsi iidem etiam dicunt ideo Deum 10 ubique dici esse per praesentiam vel per potentiam, quia cuncta loca sunt ei praesentia et quae in eis sunt, nec in eis aliquid operari cessat. Nam et ipsa loca, et quidquid in eis est, nisi ipse conservet, manere non possunt. In eis ergo per substantiam Deus esse dicitur, ut aiunt, quia per virtutem propriae substantiae suae facit ut etiam loca sint et omnia 15 quae in eis sunt. — Sed licet haec vera sint, quae asserunt in explanandis intelligentiis praedictorum, in illis tamen verbis, quibus dicitur Deus ubique esse per essentiam, plus contineri credendum est, quod homo vivens capere non valet.

Cap. 4 (167). 20

1. **Quod Deus, cum insit omnibus rebus, non tamen inquinatur sordibus rerum.** Solet etiam ab eisdem quaeri quomodo substantialiter insit omnibus rebus, et corporalium sordium inquinationibus non contingatur. — Quod tam frivolum est, ut nec responsione sit dignum, cum etiam spiritus creatus sordibus corporis, etiam leprosi vel quantumcumque pol- 25 luti, inquinari non possit. — **Per similia et minus ostendit** [2] — Sol2 quoque radios suos sine sui pollutione effundit super loca et corpora,

4 Deus ubique *trp.* BCX. 10 Ipsi *om.* MNWX, *exp.* L. 22 quomodo] deus *add.* NRVW. *add. interi. C.* 25 corporis] corporeis BCT.

1 Id est Petrus Abaelardus, *Theologia « Scholarium »,* III, c. 6 (PL 178, 1105 A, 1106 A); cf. L. Ott, *Die Trinitatslehre der Summa sent...,* in *Div. Thom.* (Fr.) 21 (1943) 172s. 2 Resp. August., *De agone Christiano,* c. 18, n. 20 (PL 40, 300; CSEL 41, 120s).

Num. 1: Conflatur, ut iam monstrat L. Ott, *Untersuchangen zur theol. Briefliteratur,* 209, nota 40, et *Die Trinitatslehre der Summa sent...,* in *Div. Thom.* (Fr.) 21 (1943) 172s, ex verbis Hugonis, *De sacram.,* I, 3, 17 (PL 176,223 C), *Summae sent.,* I, 4 (PL 171, 1074 B-C; 176,48 C), necnon et paraphrasi Magistri verborum Augustini *De agone Christiano.* — Cf. A. Olivar, *Sol intaminatus,* in *Analecta sacra Tarraconensia* 25 (1952) 209-220, cum bibliog. adiecta.

non solum munda, sed etiam immunda ac sordibus foetentia, quorum contactu homines ac quaedam aliae res inficiuntur; solis vero radii impolluti et incontaminati ea contingentes exsistunt. Non est igitur mirandum si essentia divina omnino simplex et incommutabilis omnia replet loca et omnibus creaturis essentialiter inest, nec tamen cuiusquam rei sordibus contaminetur vel contingatur. — Unde **Augustinus** in libro *De natura boni* 1; « Cum in Deo, inquit, sint omnia quae condidit, non tamen inquinant eum illi qui peccant; de cuius etiam sapientia, quae *attingit a fine usque ad finem fortiter*2, dicitur: *Attingit omnia propter suam munditiam, et nihil inquinatum in eam incurrit* 3 ».

2. Augustinus, *De agone Christiano* ‖ « Timent quidam quod fieri non potest, scilicet ne humana carne veritas et substantia Dei inquinetur. Et tamen praedicant istum visibilem solem radios suos per omnes faeces et sordes spargere, et eos mundos et sinceros servare. Si ergo visibilia munda visibilibus immundis contingi possunt et non inquinari, quanto magis invisibilis et incommutabilis Veritas ».

3. **Per inconveniens ostendit Deum ubique esse** ‡ Postremo respondeant quid potius de Deo respondendum aestiment: vel quod nusquam per essentiam sit, vel quod ubique, vel alicubi ita quod non ubique. Sed quis audeat dicere quod nusquam divina essentia sit, vel quod alicubi et non ubique ? Si enim ita est alicubi quod non ubique, ergo localis est. Est ergo ubique tota, quae continet totum et penetrat totum; quae nec pro sui simplicitate dividi, nec pro sui puritate maculari, nec pro sui immensitate ullo modo comprehendi potest. Unde **Augustinus**5: « Deus ubique est, cui non locis, sed actionibus propinquamus ».

8 illi om. RWX. ‖ etiam *om.* MRX. 11-15 Notula *mg.* LNRTX. *in tertia coi.* BCW, *om.* MOPV. 14 munda] in *add.* NW, a *add. Aug.* 17 aestiment] existiment LMRX. 19 et] quod *add.* OP.

1 Cap. 29 (PL 42, 560; CSEL 25, 869). 2 Resp. Sap. 8, 1. 3 Sap. 7, 24-25. » Vide p. 268, nota 2. 5 ita et *Summa sent.,* I, 4 (PL 171, 1074 D; PL 176, 48D); cf. August., *Enarr. in Ps. 34,* 14, sermo 2, n. 6: « Neque enim, fratres, Deo qui ubique est et nullo continetur loco, aut per loca propinquamus aut ab illo per loca removemur. Propinquare illi, est similem illi fieri; recedere ab illo, dissimilem illi fieri » (PL 36, 337; CSEL 38, 316). Vide etiam *De Trinit.,* VII, c. 6, n. 12 (PL 42, 946; CCL 50, 266); *Enarr. in Ps. 94,* 1, n. 2: «... bonis moribus propinquatur Deo » (PL 37, 1217; CCL 39, 1331); et *De doctrina christ.,* I, c. 10, n. 10 (PL 34, 23; CSEL 80, 13; CCL 32, 12).

Num. 2: Ita *Glossa* pseudo-Pictav. in h. l.: « De eodem etiam in margine librorum apposita est alia auctoritas Augustini, haec scilicet: Augustinus, *De agone Christiano*·. 'Timent quidam etc.' » (b 54r; n 21a; p 62b). — Num. 3: Sumitur partim de Hug., *De sacram.,* loc. cit., partim ex *Summa sent.,* ibid.

Cap. 5 (168).

Quod Deus, cum sit ubique et in omni tempore, non tamen localis est nec circumscriptibilis, nec loco nec tempore movetur. Cumque divina natura veraciter et essentialiter sit in omni loco et in omni tempore, non tamen movetur per loca vel per tempora, nec localis est nec temporalis L s Localis non est, quia penitus non circumscribitur loco: quia nec ita est in uno loco quod non sit in alio, neque dimensionem habet sicut corpus, cui secundum locum assignatur principium, medium et finis, et ante et retro, dextra et sinistra, sursum et insum, « quod 2 sui interpositione facit distantiam circumstantium ». io

Cap. 6 (169).

1. **Quibus modis aliquid dicatur locale vel circumscriptibile** *: Duobus namque his modis dicitur in Scriptura aliquid locale sive circumscriptibile, et e converso, scilicet vel quia dimensionem capiens longitudinis, altitudinis et latitudinis, distantiam facit in loco, ut corpus3; vel quia loco is definitur ac determinatur, quoniam cum sit alicubi, non ubique invenitur: quod non solum corpori, sed etiam omni creato spiritui congruit.

2. **De spiritu creato : quod secundum alterum modum nec localis nec circumscriptibilis est, secundum alterum vero est ; corpus vero omnino locale et circumscriptibile; Deus vero omnino inlocalis et incircumscriptibilis** *: Omne igitur corpus omni modo locale est; spiritus vero creatus quodam modo localis est, et quodam modo non est localis. Localis quidem dicitur, quia definitione loci terminatur, quoniam cum alicubi praesens sit totus, alibi non invenitur; non autem ita localis est, ut dimensionem capiens, distantiam in loco faciat. 20 25

5 per2 om. BCLMNRW.

1 Vide auctoritates August., supra, p. 97, 21ss, et infra, p. 271, 5ss. 2 Ut dicit Abaelardus, *Theol. « Scholarium »*, III (PL 178, 1105 B-C). 3 Vide auctoritatem August., infra, c. 9, n. 2; et *De Genesi ad Utt.,* VIII, c. 21, n. 27 (PL 34, 365; CSEL 28-1, 217); necnon et Boethium, *In Categorias Aristotelis,* II (PL 64, 202 B-C).

Cap. 6, num. 1: Praeter August., cf. Hugo, *De sacram.,* 1,3,18 (PL 176,224 B). — Num. 2: Cf. Hugo, loc. cit. (224 B-C), et *Summa sent.,* I, 5 (PL 171, 1076 B; 176, 50 B-C), unde etiam conclusio huius capituli; cf. L. Ott, *Die Trinitatslehre...,* in *Div. Thom.* (Fr.) 21 (1943) 173s. — Num. 3: Auctoritas Augustini iam apud *Glossam* in Hebr. 1, 3 (PL 192, 406 A).

3. Divina ergo sola essentia omnino inlocalis et incircumscriptibilis est, quae nec locis movetur aliquo modo: scilicet vel determinatione finita vel dimensione suscepta; nec temporibus: scilicet affectu et cogitatione. His enim duobus modis, scilicet loco vel tempore, fit mutatio creaturae, quae longe est a Creatore. — Unde **Augustinus**, *Super Genesim 1:* « Deus, inquit, omnipotens, incommutabili aeternitate, voluntate, veritate semper idem, movet per tempus creaturam spiritualem; movet etiam per tempus et locum creaturam corporalem, ut eo motu naturas quas condidit administret. **(Quod Deus est interior et exterior, antiquior et novior omnibus.)** Cum ergo tale aliquid agit, non debemus opinari eius substantiam, quae Deus est, temporibus locisque mutabilem, sive per tempora et loca mobilem, cum sit ipse et interior omni re, quia in ipso sunt omnia; et exterior omni re, quia ipse est super omnia; et antiquior omnibus, quia ipse est ante omnia; et novior omnibus, quia ipse idem est post omnia », scilicet post omnium initia. — Ecce hic aperte ostenditur quod nec locis nec temporibus mutatur vel movetur Deus; spiritualis autem creatura per tempus movetur, corporalis vero etiam per tempus et locum.

Cap. 7 (170).

1. **Quid sit mutari secundum tempus.** Mutari autem per tempus est variari secundum qualitates interiores vel exteriores quae sunt in ipsa re quae mutatur, ut quando suscipit vicissitudinem gaudii, doloris, scientiae, oblivionis, vel variationem formae sive alicuius qualitatis exterioris. Haec enim mutatio, quae fit secundum tempus, variatio est qualitatum quae fit in corporali vel spirituali creatura, et ideo vocatur tempus.

2. **Opinio quorundam, qui dicunt spiritus creatos non moveri loco nec esse locales.** De mutatione vero loci magna inter conquirentes disceptatio versatur. Sunt enim qui dicunt nullum spiritum aliquo modo posse mutari loco, ab omni spiritu locum universaliter removere volentes. Quo-

1 ergo] igitur BCLNTVW. 3-4 cogitatione] cognitione LMPV, vel cognitione *add. interi.* CT. 11 quae] qua MNRW. 24 variatio est] variatione L, fit variatione P, variationem M, *corr. ex* variationem O.

1 *De Genesi ad Utt.,* VIII, c. 26, n. 48 (PL 34, 391s; CSEL 28-1, 265).

Cap. 7: Unde conficitur apte monstrat L. Ott, *Die Trinitâtslehre...,* loc. cit., 174; scilicet ex eisdem locis Hugonis et *Summae sententiarum;* quibus infra impugnat Magister positionem P. Abaelardi et sequacium eius.

niam secundum dimensionem tantum et circumscriptionem locum constare asserunt; atque id solum locale vel in loco esse dicunt, quod dimensionem recipit et distantiam in loco facit. — **Augustini verba praedicta pro se facere dicunt?** Et hoc dicunt Augustinum sensisse, mutationem temporis tantum spirituali creaturae tribuentem, loci vero et temporis corporeae.

3. **Hic respondetur eis.** Sed ut supra diximus i, dupliciter dicitur res esse localis vel circumscriptibilis, scilicet vel quia dimensionem recipit et distantiam facit, vel quia loci termino definitur; quorum utrumque convenit corporeae creaturae, alterum vero tantum spirituali. Nam, ut supra diximus2, corporalis creatura ita est localis vel circumscriptibilis, quod terminatur definitione loci, et dimensionem recipiens distantiam facit. Spiritualis vero tantum definitione loci concluditur, cum ita sit alicubi quod non alibi; sed nec dimensionem recipit, nec distantiam in loco facit, quia si multi spiritus essent hic, non coangustarent locum quo minus de corporibus contineret. Ideoque Augustinus attribuit mutationem loci corpori, non spiritui, quia licet spiritus transeat de loco ad locum, non tamen ita ut dimensionibus circumscriptus, interpositione sui faciat distantiam circumstantium, sicut corpus.

Cap. 8 (171).

Conclusio ex praedictis: quod spiritus creati sunt locales et circutnscriptibiles quodam modo, spiritus vero Dei omnino incircumscriptibilis. Sunt ergo spiritus creati in loco, et transeunt de loco ad locum, et quodam modo locales et circumscriptibiles; sed non omni eo modo quo creaturae corporeae. Spiritus autem increatus, qui Deus est, in loco quidem est et in omni loco, sed omnino inlocalis et incircumscriptibilis est. — Unde Beda *Super Lucam* 3 ait: « Cum ad nos Angeli veniunt, sic exterius implent ministerium, ut tamen ante Deum interius per contemplationem assistant; quia etsi Angelus est spiritus circumscriptus, summus tamen spiritus qui Deus est, incircumscriptus est, intra quem currit Angelus,

5 tribuentem] tribuens CLMOPTV. 12 et] quod *add.* C^RTW.

1 Cap. 6, n. 1 (p. 270). 2 Cap. 6, n. 2 (p. 270). 3 In Luc. 1, 19: *Et missus sum loqui ad te;* Lib. I, c. 1 (PL 92, 313 D; CCL 120, 27); ex Gregorio, *In Evangelia,* hom. 34, n. 13 (PL 76, 1255 A-B).

Cap. 8: Auctoritas Ambrosii sumitur de *Summa sent.,* I, 5 (PL 171, 1076 C; 176, 50 D); cf. L. Ott, *Die Trinitatslehre...,* 182s.

quocumque mittatur ». Ecce hic dicitur quia spiritus angelicus circumscriptus est, spiritus autem qui Deus est, incircumscriptus. — Alibi etiam **Ambrosius**, distantiam ostendens inter spiritum increatum et spiritum creatum, dicit Séraphin de loco ad locum transire, ita inquiens in libro *De Trinitate* E « Dixit Isaias[2]: *Quia missus est unus ad me de Séraphin.* Et Spiritus quidem Sanctus missus dicitur[3], sed Seraph ad unum, Spiritus ad omnes. Seraph mittitur in ministerio, Spiritus operatur mysterium. Seraph de loco ad locum transit: non enim complet omnia, sed ipse repletur a Spiritu». Hic aperte monstratur quod Angeli quodam modo locales sunt.

Cap. 9 (172).

1. **Cum repetitione superiorum, confirmat auctoritatibus Deum esse ubique sine locali motu.** Fateamur itaque divinam naturam pro immensitate sui nusquam deesse, eamque solam omnino inlocalem et incircumscriptibilem nullo concludi loco, sed *a fine usque ad finem* attingere [4]; non tamen spatiosa magnitudine nec locali motu, sed immensitate atque immobilitate suae essentiae. — Unde **Augustinus** *Ad Dardanum* [5] ait: « Non quasi spatiosa magnitudine opinemur Deum per cuncta diffundi, sicut humus aut lux ista diffunditur; sed potius sicut in duobus sapientibus, quorum alter altero corpore grandior est, sed sapientior non est, una sapientia est, nec est in maiore maior nec in minore minor, nec minor in uno quam in duobus: ita Deus, sine labore regens et continens mundum, in caelo totus est, in terra totus, et in utroque totus, et nullo contentus loco, sed in se ipso ubique totus». — Idem quoque super Psalmum ait:

2 incircumscriptus] est *add.* LNR. 4 Séraphin] seraphim BMR, seraph V. 5-6 Séraphin] seraphim MT. 6 Seraph] séraphin LRWX, seraphim M, *corr. ex* séraphin T. 7 Spiritus!] sanctus *add.* LNVW. ‖ Seraph] seraphim MW, séraphin LRTWX, *quod corr.* TX. 8 mysterium] ministerium CTVWX, *corr. in* ministerium OR. ‖ Seraph] séraphin LNRTW, *quod corr.* NT. 14 Inlocalem] illocalem CLW.

1 Immo *De Spiritu Sancto,* I, cc. 10-11, nn. 115-116 (PL 16 [1845], 731 C-732A; CSEL 79, 65). 2 Isai. 6, 6. 3 Resp. Ioan. 16, 7; item Gal. 4, 6. 4 Sap. 8, 1. 5 *Epist. 187,* c. 4, nn. 11 et 14 (PL 33, 836s; CSEL 57, 90, 92).

Cap. 9, num. 1: Verba introductoria partim sunt Hugonis, *Desacram.,I,* 3, 17 (PL 176, 224 A), partim *Glossae* in Ps. 147, 15 (PL 191, 1281 A), unde etiam infra sumitur auctoritas Aug. in h. l. Illa *Ad Dardanum* transcribitur ex *Summa sent.,* I, 4 (PL 171, 1074 D; 176, 49 A), ut iam indicavit L. Ott, *Die Trinitatslehre der Summa sent...,* in *Div. Thom.* (Fr.) 21 (1943) 184. — Num. 3: Eadem obiectio quasi verbotenus in *Summa sent.,* I, 4 (PL 171, 1075 A; 176,49 B); de qua cf. L. Ott, art. cit., 179.

« Ad 1 Verbum Dei pertinet non esse in parte, sed ubique esse perse ipsum. Haec est enim sapientia Dei quae *attingit a fine usque ad finem fortiter* 2, non tamen motu locali, sed immobilitate sui: velut si moles aliqua saxea impleat aliquem locum, dicitur quod attingit a fine illius loci usque ad finem, cum tamen alterum non deserat alterum occupando. Non ergo habet motum localem Verbum illud et sapientia illa: solida est et ubique ». Ex praedictis innotescit quod Deus ita est ubique per essentiam, quod nec spatiosa magnitudine diffunditur, nec uno deserto loco alium occupat, quia localem motum non habet.

2. Ideoque **Augustinus,** volens praecidere a Dei puritate omnem localem motum et localem circumscriptionem, potius dicit omnia esse in illo quam ipsum esse alicubi, nec tamen ipsum esse locum, qui non est in loco, in libro *84 Quaestionum* 3 ita inquiens: « Deus non alicubi est. Quod alicubi est, continetur loco; quod continetur loco, corpus est. Deus autem non est corpus; non igitur alicubi est. Et tamen quia est, et in loco non est, in illo sunt potius omnia quam ipse alicubi; nec tamen ita in illo, ut ipse sit locus. Locus enim in spatio est, quod longitudine et latitudine et altitudine corporis occupatur; nec Deus tale aliquid est. Et omnia igitur in ipso sunt, et locus non est nec in loco est. Locus tamen Dei, sed improprie, dicitur templum Dei; non quod eo contineatur. Id autem nihil melius quam anima munda intelligitur ». — Ecce hic dicit Deum non esse in loco. Sed intelligendum est eum non esse in loco localiter, scilicet quia nec circumscriptionem nec localem motum habet.

3. **Oppositio qua videtur probari quod Deus mutetur loco.** Ad hoc autem solet opponi sic: Quotidie fiunt creaturae quae ante non erant, et in eis Deus est, cum ante non esset in eis; est ergo ubi ante non erat, ideoque mutabilis videtur. — **Responsio.** Sed licet quotidie incipiat esse in creaturis in quibus ante non erat, quia illae non erant, hoc tamen fit sine sui mutatione: qualiter in mundo coepit esse quem fecit, tamen sine mutabilitate. Similiter et desinit esse in quibus ante erat sine sui mutatione, nec tunc ipse deserit locum, sed locus desinit esse.

4. **Epilogus ubi exponitur quare in praedictam veniant disputationem.** Iam sufficienter demonstratum videtur quomodo omnia dicantur esse in

13 84 BCL, 83 MNTVW, 85 OPR. 28 Responsio om. PRVW. 31 Similiter *om.* MNX, *add. interi.* L. 33 veniant CNOP, veniunt BTVX, evenitur LMRW.

1 *Enarr. in Ps. 147,* 15, n. 22 (PL 37, 1931; CCL 40, 2158). 2 Sap. 8, 1.
3 Scii. *De diversis quaesi. 83,* q. 20 (PL 40, 15s).

Deo et Deus in omnibus. Quam disceptationem quasi incidenter suscepimus !, quia id videbatur postulare res circa quam noster versabatur sermo. Disserebamus enim de scientia sive sapientia Dei, et quasi cum doceremus Deum scire omnia, quaesitum est utrum per cognitionem quam de omnibus habet, dicerentur omnia esse in Deo, an alia ratione qua hoc diceret Scriptura. Huius ergo quaestionis occasio in praemissam nos deduxit disputationem.

DISTINCTIO XXXVIII

Cap. 1 (173).

1. **Hic redit ad propositum, repetens superius dicta ut addat alia.** Nunc ergo ad propositum revertentes, coepto insistamus. Supra dictum est[2] quod praescientia Dei futurorum tantum est, sed omnium, tam bonorum quam malorum; scientia vero vel sapientia non modo de futuris, sed etiam de praesentibus et futuris; nec tantum de temporalibus, sed etiam de aeternis, quia se ipsum novit Deus.

2. **Quaestio an scientia vel praescientia sit causa rerum, vel res sint causa praescientiae.** Hic oritur quaestio non dissimulanda, utrum scilicet scientia vel praescientia sit causa rerum, an res sint causa scientiae vel praescientiae Dei.

3. **Quare scientia vel praescientia videtur causa rerum.** Videtur enim praescientia Dei causa esse eorum quae ei subsunt ac necessitatem eveniendi eis facere, quia nec aliqua futura fuissent, nisi ea Deus praescisset; nec possunt non evenire, cum Deus ea praesciverit. Si autem impossibile est ea non evenire quia praescita sunt, videtur igitur ipsa praescientia qua praescita sunt eis esse causa eveniendi. Impossibile est autem ea non evenire cum praescita sint, quia si non evenirent, cum praescita sint,

3 quasi *om.* LMNRVW, *exp.* CT. 4 per] propter LNRVW. 5 qua mg. L, *del.* BCT, *om.* NRVW. 13 futuris] preteritis V (ei *ed.* 1916).

1 In Dist. 36, cc. 1-2 (pp. 258-261). 2 Dist. 35, cc. 1-6 (pp. 254-255).

Num. 2: Quaestio proponitur in *Summa sent.,* I, 12 (PL 171, 1088 B; 176, 61 C). — Num. 3: Cf. Hugo, *De sacram.,* I, 2, 14 (PL 176, 211 D); et *Dicta Gratiani* ad C. 23, q. 4, c. 23 *(Corpus luris Canonici* I, ed. Ae. Friedberg, 907s); qui tamen auctores non videntur esse fontes.

falleretur Dei praescientia. At Dei praescientia falli non potest; impossibile est ergo ea non evenire cum praescita sint. Sic ergo praescientia causa eorum videtur esse quae praescita sunt. Hoc idem et de scientia dicitur, scilicet quod quia Deus aliqua novit, ideo sint.

4. **Auctoritates proponit quae videntur hoc asserere.** Cui sententiae Augustinus attestari videtur in XV libro *De Trinitate* i, sic dicens: « Non ista ex aliquo tempore cognovit Deus, sed futura omnia temporalia, atque in eis etiam quid et quando ab illo petituri fueramus, et quos et de quibus rebus vel exauditurus vel non exauditurus esset, sine initio ante praescivit. Universas autem creaturas, et spirituales et corporales, non quia sunt, ideo novit, sed ideo sunt quia novit. Non enim nescivit quae fuerat creaturus. Quia ergo scivit creavit, non quia creavit scivit. Nec aliter scivit creata quam creanda. Non enim eius sapientiae aliquid accessit ex eis, sed illis exsistentibus sicut oportebat et quando oportebat, illa mansit ut erat. Unde in Ecclesiastico 2; *Antequam crearentur, omnia nota sunt illi; sic et postquam consummata sunt* ». Ecce his verbis videtur Augustinus innuere scientiam vel praescientiam Dei causam esse eorum quae fiunt, cum dicit ideo ea esse quia Deus novit. — Idem quoque in VI libro 3 dicere videtur: « Cum, inquit, decedant et succedant tempora, non decedit aliquid vel succedit scientiae Dei, in qua novit omnia quae fecit per ipsam. Non enim haec quae creata sunt, ideo sciuntur a Deo quia facta sunt; potius ideo facta sunt quia immutabiliter ab eo sciuntur ». Et hic etiam significare videtur Dei scientiam causam esse eorum quae fiunt, dicens 'non ideo Deum ea novisse quia facta sunt, sed ideo facta quia novit ea Deus'. Ideoque videtur Dei scientia vel praescientia causa eorum esse quae novit.

5. **Inconvenientia ostendit quae sequerentur si diceretur scientia vel praescientia causa rerum omnium quae eis subsunt.** Quod si ita est, igitur causa est omnium malorum, cum omnia mala sciantur et praesciantur a

2 ergo] igitur BCMV, *om.* T. 3 esse *trp. p.* causa BMT, *post* praescientia V, *om.* CNR. 5 Rubrica *om.* PRW. 21 haec] ea M, *om.* BCNOPX, *add. interi.* T. 22 sunt1] sed *add.* VX, *add. interi. O2, add. mg.* T. 28 subsunt] subdunt BLX. 29 est *om.* BCM, *trp. p.* est (28) LNRTWX.

1 Cap. 13, n. 22 (PL 42, 1076; CCL 50A, 495). 2 Eccli. 23, 29; in Vulgata: *Antequam crearentur omnia sunt agnita; sic et post perfectum respicit omnia.* 3 Cap. 10, n. 11 (PL 42, 931s; CCL 50, 241).

Num. 5-6: Fundantur super *Summam sent.,* I, 12 (PL 171, 1088 B; 176, 61 C-D), ubi etiam invenitur auctoritas Origenis (num. 7). — Num. 8 aequo modo dependet ab eadem *Summa sent.,* pluribus autem adiunctis a parte Magistri. — Num. 9: Cf. *Glossa* in Rom. 10, 16 (PL 191, 1478 C), ubi verbotenus auctoritas Augustini *Super Ioannem.*

Deo; quod longe est a veritate. Si enim Dei scientia vel praescientia causa esset malorum, esset utique Deus auctor malorum; quod penitus falsum est; non igitur scientia vel praescientia Dei causa est omnium quae ei subsunt.

6. **Quod res futurae non sunt causa scientiae vel praescientiae Dei.** Neque etiam res futurae causa sunt Dei praescientiae: licet enim non essent futurae nisi praescirentur a Deo, non tamen ideo praesciuntur quia futurae sunt. Si enim hoc esset, tunc eius quod aeternum est aliquid exsisteret causa ab eo alienum, ab eo diversum, et ex creaturis penderet praescientia Creatoris, et creatum causa esset increati.

7. **Hoc videtur praedictis contrarium.** Origenes tamen *Super epistolam ad Romanos* i ait: « Non propterea aliquid erit, quia id scit Deus futurum; sed quia futurum est, ideo scitur a Deo antequam fiat ». Hoc videtur praemissis verbis Augustini obviare. Hic enim significare videtur quod res futurae causae sint praescientiae; ibi vero quod praescientia causa sit rerum futurarum.

8. **Quid ex praedictis tenendum sit, cum determinatione auctoritatum.** Hanc igitur quae videtur repugnantiam de medio tollere cupientes, dicimus res futuras nullatenus causam esse praescientiae Dei vel scientiae Dei, nec ideo praesciri vel sciri, quia futurae vel factae sunt; ita exponentes quod ait Origenes: 'Quia futurum est, ideo scitur a Deo antequam fiat', id est quod futurum est, scitur a Deo antequam fiat, neque sciretur nisi futurum esset: ut non notetur ibi causa, nisi sine qua non fit. — Ita etiam dicimus scientiam vel praescientiam Dei non esse causam eorum quae fiunt, nisi talem, sine qua non fiunt; si tamen scientiam ad notitiam tantum referamus. Si vero nomine scientiae includitur etiam beneplacitum atque dispositio, tunc recte potest dici causa eorum quae Deus facit. His enim duobus modis, ut superius praetaxatum est[2], accipitur cognitio vel scientia Dei, scilicet pro notitia sola, vel pro notitia simul et beneplacito. Hoc modo forte accepit Augustinus, dicens[3]: 'Ideo sunt quia novit', id est quia scienti placuit et quia sciens disposuit. Et hic sensus ex eo adiuvatur, quia de bonis ibi tantum agit Augustinus, scilicet de creaturis, de his quae Deus facit; quae omnia novit non solum scientia, sed etiam beneplacito ac dispositione. Sic ergo ibi

14 significare] significari LRV, corr. *in* significari T. 19 Deii *om.* LRVWX. 21 Quia] quod BCM, *sed corr.* BC, *del.* T. 23 fit] sit LW, est X, vel fieret *add. interi.* T.

i Lib. VII, n. 8, in Rom. 8, 30: Quos *autem praedestinavit,* etc. (PG 14, 1126 B-C)« 2 Dist. 36, c. 2, nn. 4-5 (pp. 260-261). 3 Supra, p. 276, 12.

accipitur Dei cognitio, ut non modo notitiam, sed etiam beneplacitum Dei significet.

9. Mala vero scit Deus, et praescit antequam fiant, sed sola notitia, non beneplacito. Praescit enim Deus et praedicit etiam quae non est ipse facturus, sicut praescivit et praedixit infidelitatem ludaeorum, sed non fecit. Nec ideo quia praescivit, ad peccatum infidelitatis eos coegit; nec praescisset vel praedixisset eorum mala, nisi essent ea habituri. Unde **Augustinus,** *Super loannem* 1; « Deus, inquit, futurorum praescius, per Prophetam praedixit infidelitatem ludaeorum, sed non fecit»; neque praescisset mala eorum, nisi ea haberent. « Non enim ideo quemquam ad peccandum cogit, quia futura hominum peccata praenovit: illorum enim peccata praescivit, non sua. Ideoque, si ea quae ille praescivit ipsorum, non sunt ipsorum, non vera ille praescivit; sed quia illius praescientia falli non potest, sine dubio non alius, sed ipsi peccant, quos Deus peccaturos esse praescivit. Et ideo si non malum, sed bonum facere voluissent, non malum facturi praeviderentur ab eo qui novit quid sit quisque facturus». — His verbis aperte ostenditur, si diligenter intendamus, praescientiam Dei non· esse causam malorum quae praescit, quia non ea praescit tamquam facturus, nec tamquam sua, sed illorum qui sunt ea facturi vel habituri. Praescivit ergo illa sola notitia, non beneplacito auctoritatis. Unde datur intelligi quod Deus e converso praescit bona tamquam sua, tamquam ea quae facturus est: ut in illa praesciendo simul fuerint ipsius notitia et auctoritatis beneplacitum.

Cap. 2 (174).

1. Contra hoc quod dictum est, praescientiam Dei non posse falli, oppositio. Ad hoc autem quod supra dictum est 2, scilicet praescientiam Dei falli non posse, solet a quibusdam sic opponi: Deus praescivit hunc

7 praedixisset] scisset LMNWX. 12 peccata praescivit *trp.* LMRxz *(Aug.).* 15 peccaturos] peccatores BCMNOPRTX, *quod corr.* NRT. 22 in *om.* PX, *add. interi.* T, *add. mg.* 02. 23 fuerint MO2, fiant BCX, fiunt OP, fuerit LNRVW, sint T. ‖ beneplacitum] beneplacito BC, vel beneplacito *add. interi.* O.

1 Tract. 53, n. *4* (PL 35, 1776; CCL 36, 453s); ubi et textus immediate sequens; resp. Ioan. 12, 38, et Isai. 53, 1. 2 In cap. 1, n. 3 (p. 276, Is).

Num. I: Obiectio quorundam ignotorum iam recitatur quasi eisdem verbis in *Summa sent.,* I, 12 (PL 171, 1089 D-1090 A; 176, 63 B). De qua vide etiam P. Abael., *Theologia « Scholarium »,* III, 7 (PL'178,T112ss), et *Sententiae Hermanni,* 21 (PL 178, 1729s); cf. J. Schupp, *Die Gnadenlehre des Petrus Lombardus,* 148, nota 31.

lecturum, vel aliquid huiusmodi; sed potest esse ut iste non legat; ergo potest aliter esse quam Deus praescivit; ergo potest falli Dei praescientia. — Quod omnino falsum est. Potest equidem non fieri aliquid, et illud tamen praescitum est fieri; non ideo tamen potest falli Dei praescientia, quia si illud non fieret, nec a Deo praescitum esset fieri.

2. Sed adhuc urgent quaestionem dicentes: Aut aliter potest fieri quam Deus praescivit, aut non aliter. Si non aliter, ergo necessario cuncta eveniunt; si vero aliter, potest igitur Dei praescientia falli vel mutari. Sed potest aliter fieri, quia potest aliter fieri quam fit; ita autem fit ut praescitum est; aliter ergo potest fieri quam praescitum est. — **Responsio.** Ad quod dicimus illam locutionem multiplicem facere intelligentiam, scilicet 'aliter potest fieri quam Deus praescivit' et huiusmodi: ut 'potest non esse quod Deus praescivit', et 'impossibile est non esse quod Deus praescivit', et 'impossibile est non esse praescita omnia quae fiunt' et huiusmodi. Possunt enim haec coniunctim intelligi, ut conditio sit implicita, et disiunctim. Si enim ita intelligas: 'Non potest aliter fieri quam Deus praescivit', id est non potest utrumque simul esse, scilicet quod Deus praesciverit ita fieri et aliter fiat, verum intelligis. Si autem per disiunctionem intelligas, ut dicas hoc aliter non posse evenire quam evenit, quo modo futurum Deus praescivit, falsum est. Hoc enim aliter potest evenire quam evenit, et tamen Deus hoc modo futurum praescivit. — Similiter et alia determina, scilicet 'impossibile est id non evenire quod Deus praescivit vel cum Deus praescierit': si coniunctim intelligas, verum dicis; si disiunctim, falsum. — Ita etiam et illud 'impossibile est non esse praescitum omne quod fit', id est non potest esse utrumque simul, scilicet ut fiat et non sit praescitum: hic sensus verus est. Si vero dicis Deum non potuisse non praescire omne quod fit, falsum est. Potuit enim facere ut non fieret, et ita non esset praescitum.

8 Dei praescientia *trp.* LNR. 9 fit1] fiat LMNW, *corr. in* fiat T. 10-11 Responsio *om.* PRVW. 20 futurum Deus *trp.* LMRV. 22 determina] determinas O, determines P. ‖ scilicet *om.* BCOP. 24 et *om.* MTVW.

DISTINCTIO XXXIX

Cap. 1 (175).

1. **Utrum scientia Dei possit augeri vel minui, vel aliquo modo mutari: utrumque enim videtur posse probari.** Praeterea solet quaeri utrum scientia Dei possit augeri vel minui: utrumque enim videtur posse probari. Quod divina scientia possit augeri vel mutari, hoc modo probatur: quia potest Deus scire quod nunquam scit. Est enim aliquis qui non est lecturus hodie, et tamen potest esse ut legat hodie: potest enim hodie legere. Nihil autem potest fieri, quod non possit a Deo sciri. Potest ergo Deus scire hunc lecturum hodie; potest igitur aliquid scire quod non scit; ergo potest eius scientia augeri vel mutari. — Eademque videtur posse minui. Est enim aliquis hodie lecturus, quem Deus scit lecturum; at potest esse ut non legat; ergo potest Deus non scire hunc lecturum. Potest igitur non scire aliquid quod scit; ergo potest minui eius scientia vel mutari.

2. **Responsio cum determinatione.** Ad quod dicimus quia Dei scientia omnino immutabilis est, nec augeri potest vel minui. Nam, ut ait Augustinus in XV libro *De Trinitate* 1, « scientia Dei est ipsa sapientia, et sapientia est ipsa essentia sive substantia Dei; quia in illius naturae simplicitate mirabili non est aliud sapere, aliud esse, sed quod est sapere, hoc est et esse». Ideoque «novit2 omnia Verbum, quae novit Pater; sed ei nosse de Patre est, sicut esse. Nosse enim et esse ibi unum est. Et ideo Patri, sicut esse non est a Filio, ita nec nosse. Proinde tamquam se ipsum dicens Pater genuit Verbum sibi aequale per omnia. Non enim se ipsum integre perfecteque dixisset, si aliquid minus aut amplius esset in eius Verbo quam in se ipso. Hoc est ergo omnino Verbum quod Pater, non tamen Pater est, quia iste Filius, ille Pater. Sciunt ergo invicem

4 solet quaeri *trp.* LMNR. 11 mutari] minui V, minui vel mutari R. 15 quia] quod CLW.

1 Cap. 13, n. 22 (PL 42, 1076; CCL 50A, 495). 2 Ibid., c. 14, n. 23 (PL 42, 1076s; CCL 50A, 496s).

Cap. 1: Quaestio quodam modo ponitur ut in *Summa sent.,* I, 12 (PL 171, 1089 A-B; 176, 62 B-C); vide etiam P. Abael., *Theol. « Scholarium »,* III, 5 (PL 178, 1103s); et Rolandus, *Sententiae,* 80ss.

Pater et Filius, sed ille gignendo, iste nascendo. Et omnia quae sunt in eorum scientia, in eorum sapientia, in eorum essentia, unusquisque eorum simul videt, non particulatim aut singillatim, velut alternante conspectu hinc illuc, et inde huc et rursus inde, vel inde in aliud atque aliud, ut aliqua videre non possit nisi non videns alia; sed omnia simul videt, quorum nullum est quod non semper videat » et sciat. Eius itaque scientia inamissibilis et invariabilis est. — « Nostra | vero scientia et amissibilis est et receptibilis, quia non hoc est nobis esse quod scire. Propter hoc, sicut nostra scientia illi scientiae Dei, sic et nostrum verbum, quod nascitur de nostra scientia, dissimile est illi verbo, quod natum est de Patre scientia ».

3. Ex hac auctoritate clare ostenditur scientiam Dei omnino invariabilem esse, sicut ipsa essentia Dei omnino invariabilis est; et quod Pater et Filius cum Spiritu Sancto simul omnia sciunt et vident. Sicut ergo non potest augeri vel minui divina essentia, ita nec divina scientia. Et tamen conceditur posse scire quod non scit, et posse non scire quod scit; quia posset aliquid esse subiectum eius scientiae quod non est, et posset non esse subiectum aliquid quod est, sine permutatione ipsius scientiae.

Cap. 2 (176).

1. **Oppositio : an Deus possit noviter vel ex tempore scire vel praescire aliquid.** Hic opponitur a quibusdam ita: Si Deus potest aliquid scire vel praescire quod nunquam scivit nec praescivit, potest ergo ex tempore aliquid scire vel praescire.

2. Ad quod dicimus: Potest quidem Deus scire vel praescire omne quod potest facere, et potest facere quod nunquam fiet; potest igitur scire vel praescire quod nunquam fiet, nec est, nec fuit. Nec illud scit vel scivit, neque praescit vel praescivit, quia scientia eius non est nisi de his quae sunt vel fuerunt vel erunt; et praescientia non est nisi de futuris. Et licet possit scire vel praescire quod nunquam est nec erit, non tamen potest aliquid scire vel praescire ex tempore. Potest utique scire vel praescire quod nunquam est nec erit, nec illud scitum vel praescitum est ab aeterno; non tamen potest incipere scire vel praescire illud; sed ita potest modo scire vel praescire, sicut potest scisse vel praescivisse ab aeterno. Si

34 praescivisse] prescisse BCLMTVX.

1 August., ibid., c. 13, n. 22 (PL 42, 1076; CCL 50A, 495).

enim dicas eum modo posse scire vel praescire quod ab aeterno non scivit vel praesciit, id est ita quod ab aeterno non sciverit vel praescisciverit, quasi utrumque simul esse possit, falsum eSt. Si vero dicis eum modo posse scire vel praescire quod ab aeterno non scivit vel praescivit, id est habere potentiam sciendi et praesciendi ab aeterno et modo aliquid, nec illud tamen praescitum est vel futurum, verum est. Non potest ergo noviter vel ex tempore scire vel praescire aliquid, sicut nec potest noviter vel ex tempore velle aliquid; et tamen potest velle quod nunquam voluit.

Cap. 3 (177).

Utrum Deus possit plura scire quam scit. Item a quibusdam dicitur Deus posse plura scire quam sciat, quia potest scire omnia quae scit, et potest aliqua facere quae nunquam erunt, et illa potest scire: non enim aliqua incognita facere potest. Si vero omnia essent quae modo sunt, et alia quaedam faceret quae non sunt nec erunt, et illa omnia sciret, pro certo plura sciret quam modo sciat. Nec tamen eius scientia augeri potest, quia hoc totum fieri posset sine mutabilitate scientiae. Constat ergo Dei scientiam omnino esse immutabilem, nec augeri posse vel minui, sed ei subiecta.

Cap. 4 (178).

1. **Quod videatur adversum illi sententiae, qua supra dictum est Deum semper et simul scire omnia.** Ei vero quod praedictum est 1, scilicet quod Deus omnia semper videt et simul, videtur obviare quod ait **Hieronymus** in *Expositione Habacuc*[2]: « Absurdum est, inquit, ad hoc deducere Dei maiestatem, ut sciat per momenta singula quot culices nascantur quotve moriantur, quota pulicum et muscarum sit multitudo, quotve pisces natent in aquis, et similia. Non simus tam fatui adulatores Dei, ut dum providentiam eius etiam ad ima retrudimus, in nos ipsos

2 praesciit] prescivit MRT. ‖ sciverit] scivit MOPW. 2-3 praesciverit] prescivit MP, *in corr.* O. 3 dicis] dicas LNRW. 7 nec] non LRW. 21 Quod] Quid BCMTWX. ‖ videatur] videtur LNRV. 22 Ei] Si BCLM, *quod corr.* B. ‖ praedictum] supradictum BMR.

1 Vide auctoritatem August., supra, p. 281, 5-6. 2 Lib. I, c. 1, vers. 13-14 (PL 25 [1845], 1286 A-B).

Num. 1: Cf. *Summa sent.,* I, 12 (PL 171, 1088 D; 176, 62 A-B), quae fons est auctoritatis Hieronymi.

iniuriosi simus, eandem irrationabilium et rationabilium providentiam esse dicentes ». Hic videtur dicere **Hieronymus** quod Deus illorum minimorum scientiam sive providentiam non habeat; quod si est, tunc non omnia simul scit et semper.

2. **Quomodo praemissa verba Hieronymi intelligenda sint.** Ex tali itaque sensu illud dictum esse noverimus, ut Deum illa alternatim vel particulatim scire neget. Neque per diversa temporum momenta sic illa cognovit, sicut per varia momenta illorum quaedam deficiunt, quaedam incipiunt. Neque illis aliisque irrationabilibus ita providet, quemadmodum rationabilibus. *Numquid enim,* ut ait Apostolus 1, *cura est Deo de bobus?* Et sicut non est cura Deo de bobus, ita nec de aliis irrationabilibus. Dicit tamen Scriptura2 quia ipsi *est cura de omnibus.* Providentiam ergo et curam universaliter de cunctis quae condidit habet, ut habeat unumquodque quod sibi debetur et convenit. Sed specialem providentiam atque curam habet de rationabilibus, de quibus praecepta tradidit, eisque recte vivendi legem praescripsit ac praemia promisit. Hanc providentiam et curam de irrationabilibus non habet. Ideo Apostolus dicit quia non *est cura Deo de bobus.* Providet tamen omnibus, et curat, id est gubernat omnia, *qui* omnibus *solem suum facit oriri* et pluviam dat 3. Scit itaque Deus quanta sit multitudo pulicum, culicum et muscarum ac piscium, et quot nascantur quotve moriantur; sed non scit hoc per momenta singula, immo simul et semper omnia; neque ita scit, ut eandem habeat providentiam irrationabilium et rationabilium, id est ut eodem penitus modo provideat irrationabilibus et rationabilibus. Rationabilibus enim et praecepta dedit, et Angelos ad custodiam delegavit.

3. **Brevis summa praedictorum cum additione quorundam.** Simul itaque et immutabiliter scit Deus omnia quae fuerunt et sunt et erunt, tam bona quam mala; praescit quoque omnia futura, tam bona quam mala.

4. Quid sit praedestinatio et in quo differat a praescientia. Praedestinatio vero de bonis salutaribus est et de hominibus salvandis. Ut enim ait **Augustinus** in libro *De praedestinatione sanctorum* 4, « praedestinatio

12 est cura *trp.* CTW. 15 <le2 *om.* CNX.

1 I Cor. 9, 9. 2 Sap. 12, 13. 3 ReSp. Matth. 5, 45. 4 Cap. 10, n. 19 (PL 44, 9748).

Num. 2: Potitis fundari videtur super verba Hugonis, *De sacram.,* I, 2,19 (PL 176,213 B) quam super laudatam *Summam* (ubi supra). — Num. 4: Auctoritas Augustini verbotenus in *Glossa* in Rom. 8, 29 (PL 191, 1449 C), et partim in eadem *Glossa* in Eph. 2, 10 (PL 192,183 B). In codicibus antiquioribus hic numerus pertinet ad idem capitulum Lombardi

est gratiae praeparatio, quae sine praescientia esse non potest; potest autem sine praedestinatione esse praescientia. Praedestinatione quippe Deus ea praescivit quae fuerat ipse facturus; sed praescivit Deus etiam quae non est ipse facturus, id est omnia mala ». Praedestinavit eos quos elegit, reliquos vero reprobavit, id est ad mortem aeternam praescivit peccaturos.

DISTINCTIO XL

Cap. 1 (179).

1. **An aliquis praedestinatorum possit damnari vel reproborum salvari.** Praedestinatorum nullus videtur posse damnari, nec reproborum aliquis posse salvari. Unde **Augustinus** in libro *De correctione et gratia* 1; « In Apocalypsi, inquit, dicitur 2; *Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam*. Si alius non est accepturus nisi iste perdiderit, certus est electorum numerus », id est non potest augeri vel minui.

2. **Oppositio ?** Ad hoc autem obiciunt quidam, nitentes probare numerum electorum posse minui et augeri, sic: Posset Deus non apponere gratiam quibus apponit, et posset subtrahere quibus non subtrahit; quod si fieret, utique damnarentur. Possent ergo damnari isti, qui tamen salvabuntur; posset itaque minui electorum numerus. Ita posset etiam augeri, quia posset apponi gratia quibus non apponitur, per quam salvarentur; possent ergo salvari habita gratia, qui tamen sine ea damnabuntur; posset itaque augeri numerus electorum.

11 correctione] correptione LPV. 15 Oppositio *om.* LNPRW.

1 Seu *De correptione et gratia,* c. 13, n. 39 (PL 44, 940). 2 Apec. 3, 11.

ac num. 3, ut etiam manifeste apparet ex rubrica ad num. 3; proinde contra Editores primae et secundae editionis haec verba reliquimus sub cap. quarto huius distinctionis. De qua quaestione cf. Ign. Brady, *The Distinctions of Lombard's Book of Sentences and Alexander of Hales,* in *Franc. Studies* 25 (1965) 110s.

Dist. XL: De praedestinatione in doctrina Lombardi, cf. *Glossa* in Rom. 1, 4, in 8, 29, necnon et in 9, 18 (PL 191, 1309 B, 1449 B-D, 1462 Bss), unde desumuntur quampiura infra exposita; vide etiam J. Schupp, *Die Gnadenlehre des Petrus Lombardus,* 141-158; J. Schneider, *Die Lehre vom Dreieinigen Gott...,* 55-60. — Cap. 1 inspirationem suam invenit in *Summa sent.,* I, 12 (PL 171, 1089 B-C; 176, 62 D-63 A), unde verbotenus trahitur num. 1 necnon et quaedam in num. 3 et 4.

3. **Responsio.** Quibus respondemus ex ea ratione dictum esse, et verum esse, numerum electorum non posse augeri vel minui, quia non potest utrumque simul esse, scilicet ut aliquis salvetur et non sit praedestinatus, vel ut aliquis praedestinatus sit et damnetur. Intelligentia enim conditionis implicitae veritatem facit in dicto et impossibilitatem in vero. Si vero simpliciter intelligatur, impossibilitas non admittitur, ut cum dicitur: 'Praedestinatus potest vel non potest damnari' et 'reprobus potest salvari'. In his enim et huiusmodi locutionibus ex ratione dicti diiudicanda est sententia dictionis. Alia namque fit intelligentia si per coniunctionem haec accipiantur dicta, atque alia si per disiunctionem, ut supra, cum de praescientia agebatur, praetaxatum est [1]. Si enim cum dicis 'praedestinatus non potest damnari', intelligas ita: id est non potest esse ut praedestinatus sit et damnetur, verum dicis, quia coniunctim intelligis; falsum autem si disiunctim, ut si intelligas istum non posse damnari quem dico praedestinatum. Potuit enim non esse praedestinatus, et ita damnaretur.

4. **Quomodo adhuc instent quaestioni.** Verumtamen adhuc instant, et secundum coniunctionem argumentando ita procedunt: Non, inquiunt, potest esse ut aliquis praedestinatus sit et damnetur. Utrumque istorum simul esse non potest; sed alterum horum non potest non esse; scilicet quin iste sit praedestinatus: ab aeterno enim praedestinatus est, et non potest modo non esse praedestinatus. Cum ergo impossibile sit simul utrumque esse, et impossibile sit alterum non esse, videtur non posse alterum esse, scilicet ut damnetur. Quod si est, ergo non potest esse ut non salvetur.

5. **Solutio, in qua magis vellet alios audire quam docere.** In huius quaestionis solutione mallem alios audire quam docere. Dicimus tamen similem de praescientia posse moveri quaestionem; ideoque; tam hic quam ibi, unam facimus responsionem, dicentes determinandum fore illud cui innititur tota haec quaestio, scilicet 'impossibile est alterum non esse, scilicet quin iste modo sit praedestinatus: ab aeterno enim iste praedestinatus est'. Distinguendum enim est cum ait: 'iste non potest modo non esse praedestinatus' vel 'non potest modo esse quin sit praedestinatus'. Hoc enim et coniunctim et disiunctim intelligi potest. Non enim potest esse ut ab aeterno sit praedestinatus et modo non sit praedestinatus, nec potest esse simul ut sit praedestinatus et non sit praedestinatus; sed

l Responsio *om,* PRW. 21 sit praedestinatus *trp.* OPX.

1 Dist 38, c. 2, n. 2 (p. 279, 15ss).

tamen potuit esse ab aeterno quod non esset praedestinatus, et potuit ab aeterno non esse praedestinatus. Et sicut ab aeterno Deus potuit eum non praedestinare, ita conceditur a quibusdam quod et modo potest Deus eum non praedestinasse ab aeterno. Ergo potest Deus non praedestinasse eum; ergo potest iste non fuisse praedestinatus. Si vero non fuisset praedestinatus, nec esset praedestinatus; ergo potest modo non esse praedestinatus. Ita et de praescientia *et* praescitis dicunt. Quod in actionibus vel operationibus Dei et hominum nullatenus concedunt. Ex quo enim aliquid factum est vel dictum, non concedunt quod possit non esse vel non fuisse; immo impossibile est non esse vel non fuisse quod factum est vel dictum, referentes possibilitatem vel impossibilitatem ad naturam rei exsistentis. Cum vero de praescientia vel praedestinatione Dei agitur, possibilitas vel impossibilitas ad potentiam Dei refertur, quae semper eadem fuit et est, quia praedestinatio, praescientia, potentia unum in Deo est. is

Cap. 2 (180).

1. Quid sit reprobatio Dei et in quibus consideretur, et quis sit praedestinationis effectus. Cumque praedestinatio sit gratiae praeparatio, id est divina electio, qua elegit quos voluit *ante mundi constitutionem,* ut ait Apostolus 1; reprobatio e converso intelligenda est praescientia iniquitatis quorundam et praeparatio damnationis eorundem. — **Hic dicitur quid sit praedestinationis effectus.** Sicut enim praedestinationis effectus illa gratia est qua in praesenti iustificamur atque ad recte videndum et in bono perseverandum adiuvamur, et illa qua in futuro beatificamur; **(Hic secundum quae consideretur reprobatio.)** ita reprobatio Dei, qua ab aeterno non eligendo quosdam reprobavit, secundum duo consideratur: quorum alterum praescit et non praeparat, id est iniquitatem; alterum praescit et praeparat, scilicet aeternam poenam. — Unde **Augustinus** *Ad Prosperum et Hilarium*2: « Haec, inquit, regula inconcusse tenenda est, pecca-

4 ab aeterno. Ergo] Ab eterno ergo B (et *ed. 1916*). 6 nec] non BCMN, modo *add. LNW, mg. add. T.* ‖ esset] modo *add.* RVX. 24 beatificamur] beatificabimur BCMNRVW. 24-25 Rubrica *om.* RVW.

1 Eph. 1, 4. 2 Haec verba non leguntur ibi, scii, in *De praedest. sanctorum* (PL 44, 959-992), sed in Ps-August, *Hypognosticon,* VI, c. 6, n. 8 (PL 45, 1661s).

Num. 1-2: Conficiuntur magna in parte ex *Glossa* in Rom. 8, 29 (PL 191, 1450 A, et 1449 C), ubi citatur Augustinus *Ad Prosperum et Hilarium* (rubrica marg, in z 28b).

tores in peccatis praescitos esse, non praeparatos, poenam autem esse praeparatam ». « Praeparavit enim Deus, ut **Augustinus** ait in libro *De bono perseverantiae* 1, in praescientia sua quibus voluit bona sua; et quibuscumque donat, proculdubio se donaturum esse praescivit ». « Praeparavit etiam Deus, ut ait **Fulgentius**2, malis ignem aeternum, illis utique quos iuste praeparavit ad luenda supplicia, nec tamen praeparavit ad facienda peccata. Praeparavit enim Deus quod divina aequitas redderet, non quod humana iniquitas admitteret. Non enim, sicut praeparavit sanctos ad iustitiam percipiendam, sic praeparavit iniquos ad iustitiam amittendam, quia pravitatis praeparator nunquam fuit ». — **Augustinus in libro De bono perseverantiae** 3 *: Sicut ergo praedestinatio Dei proprie « est praescientia et praeparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur quicumque liberantur »; ita reprobatio Dei est praescientia malitiae in quibusdam non finiendae et praeparatio poenae non terminandae.

2. **Quod obduratio quodam modo effectus est reprobationis** *: Et sicut praedestinationis effectus est gratiae appositio, ita reprobationis aeternae quodam modo effectus esse videtur obduratio.

3. **Quomodo dicatur Deus obdurare** *: « Nec obdurat Deus, ut ait **Augustinus**, *Ad Sixtum* 4, impertiendo malitiam, sed non impertiendo gratiam », sicut nec digni sunt. « Quibus enim non impertitur, nec digni sunt, nec merentur; potius ut non impertiatur, hoc digni sunt, hoc merentur ». Unde Apostolus ait5: *Cuius vult miseretur Deus, et quem vult indurat:* misericordiam appellans praedestinationem, et praecipue praedestinationis effectum, id est gratiae appositionem; obdurationem vero, gratiae privationem. — Non enim, ut ait **Augustinus**, *Ad Simplicianum* 6, intelligendum est quod Deus ita induret, « quasi quemquam peccare cogat, sed tantum quibusdam peccatoribus misericordiam justificationis suae non largitur; et ob hoc eos obdurare dicitur, quia non eorum miseretur, non quia impellit ut peccent. Eorum autem non

2 enim] autem BCV. ‖ Aug. ait *trp.* LNRX.

1 Id est *De dono perseverantiae,* c, 17, n. 41 (PL 45, 1018). 2 *Ad Monimum, I,* cc. 23 et 25 (PL 65, 169 B, 172 C; CCL 91, 21, 25); sed tota auctoritas sumitur ut iacet ex *Glossa* Lombardi in Rom. 8, 29 (PL 191, 1450 A). 3 Id est *De dono perseverantiae,* c. 14, n. 35 (PL 45,1014). 4 *Epist. 194,* c. 3, n. 14 (PL 33,879; CSEL 57,187). 5 Rom. 9,18. 6 Id est *De div. quaest. ad Simplic.,* I, q. 2, n. 16 (PL 40, 121).

Num. 3 (praeter « Unde Apostolus... gratiae privationem ») verbotenus in *Glossa* in Rom. 9, 18 (PL 191, 1462 B, deinde C-D).

miseretur, quibus gratiam non esse praebendam aequitate occultissima et ab humanis sensibus remotissima iudicat »; « quam 1 non aperit, sed miratur Apostolus dicens 2; *O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei* ».

DISTINCTIO XLI

Cap. 1 (181).

1. **Utrum aliquod sit meritum obdurationis vel misericordiae. — Augustinus in libro Ad Sixtum** * : Si autem « quaerimus 3 meritum obdurationis et misericordiae, obdurationis meritum invenimus; misericordiae vero meritum non invenimus, quia nullum est » misericordiae meritum, « ne gratia vacuetur si non gratis donatur, sed meritis redditur ». — **Augustinus, Contra Iulianum** * : « Miseretur 4 itaque secundum gratiam quae gratis datur, obdurat autem secundum iudicium quod meritis redditur ». « Unde5 datur intelligi ut sicut reprobatio Dei est nolle misereri, ita obduratio Dei sit non misereri: ut non ab illo irrogetur aliquid quo sit homo deterior, sed tantum quo sit melior non erogetur».

2. **Hic summatim colligit praemissa ut addat alia** *: Ex his aperte ostenditur quid misericordiam, quid obdurationem intellexerit Apostolus 6; et quia misericordiam nullum advocat meritum, obduratio vero non est sine merito. Et 'misericordiae' verbo hic accipitur praedestinatio, et praecipue praedestinationis effectus; 'obdurationis' vero, non ipsa Dei aeterna reprobatio, quia eius nullum est meritum, sed gratiae privatio sive subtractio, quae quodam modo est reprobationis effectus. Accipitur

6 aliquod] aliquid CMR. 11 itaque] utique xz (Aug.). 19 est] semper *add.* LRW, *add. interi.* T.

1 *Epist. 194 (ad Sixtum),* c. 2, n. 5 (PL 33, 876; CSEL 57, 179s). 2 Rom. 11, 33. 3 *Epist. 194,* c. 3, n. 14 (PL 33, 879; CSEL 57, 187). *4 Contra secundam Juliani responsionem opus imperfectum,* I, n. 141 (PL 45, 1140). 5 August., *De div. quaest. ad Simptic.,* I, q. 2, n. 15 (PL 40, 120). « Rom. 9, 18; supra, p. 287, 23-24.

Cap. 1: Cf. J. Schupp, *Die Gnadenlehre,* 95-100, 151-153. — Num. 1: Verbotenus in eadem *Glossa* in Rom. 9, 18 (PL 191, 1462 B, 1463 B). — Num. 2 fundatur super eandem *Glossam·,* cf. etiam *Glossa* in Rom. 1, 4 (PL 191, 1309 D), et in Eph. 1, 4 (PL 192, 172 A). ⊢ Num. 3 (necnon et cap. 2, num. 1-4): Cf.*Summa sent.,* I, 12 (PL 171, 1090 B; 176, 63 C), cui plura addit Lombardus ex ipsis verbis Augustini; ex qua *Summa* transcribit etiam auctoritatem Augustini ad finem num. 2 cap. 2, et illam in principio num. 3.

tamen aliquando reprobatio pro obduratione, sicut et praedestinatio pro suo effectu, quod est gratia apposita: gratia enim quae apponitur, effectus est praedestinationis. — Cum igitur gratiae quae apponitur homini ad iustificationem nulla sint merita, multo minus et ipsius praedestinationis, qua ab aeterno elegit Deus quos voluit, aliqua possunt exsistere merita; ita nec reprobationis, qua ab aeterno quosdam praescivit futuros malos et damnandos.

3. **Exemplum ponit de Iacob et Esau, dicens quia nec illum elegit, nec illum reprobavit Deus pro meritis.** Sicut elegit Iacob, et Esau reprobavit E quod non fuit pro meritis eorum quae tunc haberent, quia nulla habebant, quoniam nec ipsi exsistebant; nec propter futura merita quae praevideret, vel illum elegit, vel illum reprobavit.

Cap. 2 (182).

1. **Opinio quorundam in qua fuit aliquando Augustinus, sed post retractavit.** Opinati sunt tamen quidam Deum ideo elegisse Iacob, quia talem futurum praescivit, qui in eum crederet et ei serviret. Quod aliquando se Augustinus sensisse dicit in libro *Retractationum* [1] – ubi aperte ostendit quod si propter futura merita electus esset, iam non ex gratia esset electio: non ergo ideo electus est a Deo, quia talis futurus erat, sed ex electione talis est factus – ita dicens: « Disputans quid elegerit Deus in nondum nato cui dixit serviturum esse maiorem, et quid in eodem maiore similiter nondum nato reprobaverit, ad hoc perduxi ratiocinationem, ut dicerem: *Non ergo elegit Deus opera cuiusquam in praescientia, quae ipse daturus est, sed fidem elegit in praescientia, et quem sibi creditorum esse praescivit, ipsum elegit, cui Spiritum Sanctum daret, ut bona operando etiam aeternam vitam consequeretur* ».

2. **Explanat sententiam praedictorum.** Ecce hic aperte dicit non propter opera eum elegisse, sed propter fidem qua eum praescivit creditorum. — **Augustini in eodem retractatio.** Sed quia et in fide meritum est, sicuti et in operibus, hoc retractavit dicens[3]: « Nondum diligentius quaesiveram, nec adhuc inveneram qualis sit electio gratiae de

2 quod] qui LNRVW, corr. *in* qui T. 12 praevideret] previderent OPR, *quod corr.* OR.

1 Resp. Malach. 1, 2-3; item Rom. 9, 13. 2 Lib. I, c. 23, n. 2 (PL 32, 621; CSEL 36,107s), ubi retractat August, ea quae dixerat *In Epist adRom.,* nn. 60-61 (PL 35,2079). Cf. de eodem, *De div. quaesi, ad Simplic.,* I, q. 2, n. 8 (PL 40, 115s); *De praedest. sanctorum,* c. 3, n. 7 (PL 44, 964). 3 *Retract.,* ibid., nn. 2-3 (PL 32, 621s; CSEL 36, 108s).

qua dicit Apostolus 1; *Reliquiae per electionem gratiae salvae fient.* Quae utique non est gratia si ex meritis procedit, ut iam quod datur non secundum gratiam, sed secundum debitum, reddatur potius meritis quam donetur. Proinde quod continuo dixi: *Dicit enim idem Apostolus2: Idem Deus qui operatur omnia in omnibus; nusquam autem dictum est: Deus credit omnia in omnibus;* ac deinde subiunxi: *Quod ergo credimus, nostrum est; quod vero bonum operamur, illius est qui credentibus dat Spiritum Sanctum,* profecto non dicerem, si iam scirem etiam ipsam fidem inter Dei munera reperiri quae dantur in eodem Spiritu. Utrumque ergo nostrum est propter arbitrium voluntatis, et utrumque datum est per Spiritum fidei et caritatis. — Et quod paulo post dixi: *Nostrum est enim credere et velle, illius autem dare credentibus et volentibus facultatem bene operandi per Spiritum Sanctum, per quem caritas diffunditur in cordibus nostris* 3, verum est quidem, sed eadem regula, et utrumque ipsius est, quia ipse praeparat voluntatem; et utrumque nostrum, quia non fit nisi volentibus nobis ». Ergo et meritum fidei de misericordia Dei venit. Non ergo propter fidem vel aliqua merita elegit Deus aliquos ab aeterno vel apposuit gratiam Justificationis in tempore, sed gratuita bonitate sua elegit ut boni essent. Unde **Augustinus** in libro *De praedestinatione sanctorum 4:* « Non quia futuros nos tales esse praescivit, ideo elegit, sed ut essemus tales per ipsam electionem gratiae suae, qua *gratificavit nos in dilecto Filio suo 5*6.

3. **Quod his videtur contrarium quod alibi ait Augustinus.** His tamen videtur adversari quod dicit Augustinus 6 super Malachiam prophetam, ubi scriptum est7: *Iacob dilexi, Esau autem odio habui: « Cui vult,* inquit, *miseretur, et quem vult indurat*8. Sed haec voluntas Dei iniusta esse non potest. Venit enim de occultissimis meritis: quia et ipsi peccatores cum propter generale peccatum unam massam fecerint, non tamen nulla inter eos est diversitas. Praecedit ergo aliquid in peccatoribus, quo quamvis nondum sint justificati, digni efficiantur iustificatione; et item praecedit in aliis peccatoribus, quo digni sunt obtusione ». Ecce hic videtur **Augustinus** dicere quod et ipsa Dei voluntas, qua alios elegit, alios reprobat, ex meritis veniat, sed occultissimis; id est quod pro meritis

2 est... si] ex... sed LMOPTX, *quod corr.* T. 5 credit] condidit BC, erit MOPX, *quod corr. in* credidit O2. 24 videtur adversari *trp.* LNR. 32 elegit *corr. in* eligit PT.

1 Rom. 11, 5. 2 I Cor. 12, 6. 3 Resp. Rom. 5, 5. 4 Cap. 19, n. 38 (PL 44, 988). 5 Eph. 1, 6. 6 *De div. quaest. 83,* q. 68, n. 4 (PL 40, 72). 7 Malach. 1, 2-3. 8 Rom. 9, 18.

alios voluerit eligere, alios reprobare; et quod pro meritis aliis apponitur gratia justificationis, aliis non, unde obtunduntur.

4. **Potest dici hoc retractasse.** Sed quid intelligere voluerit ignoratur, nisi forte dicatur hoc intellexisse quod supra diximus eum retractasse. Nam ibidem [1] etiam quaedam alia continue subdit, quae in libro *Retractationis*[2] aperte retractat; quod utrumque legenti patebit. Unde verisimile est in praemissis etiam hoc retractasse.

5. **Potest etiam ex tali sensu dictum intelligi.** Potest tamen ex eo sensu accipi fore dictum: non quia aliquis praedestinetur pro meritis vel iustificationis gratiam mereatur, sed quia aliqui non adeo mali sunt, ut mereantur sibi gratiam non impertiri. Nullus enim Dei gratiam mereri potest, per quam iustificatur; potest tamen mereri ut non apponatur, ut penitus abiciatur. Et quidem aliqui in tantum profundum iniquitatis devenerunt, ut hoc mereantur, ut hoc digni sint; alii vero ita vivunt, ut etsi non mereantur gratiam iustificationis, non tamen merentur omnino repelli et gratiam sibi subtrahi. Ideoque dixit 'in quibusdam peccatoribus praecedere quo digni sint iustificatione, et in aliis quo digni sint obtusione'. Sed hoc frivolum est.

6. **Opinio quorundam falsa de occultis Dei disserentium carnaliter. — Augustinus, De verbis Apostoli** : « Multi[3] vero, de isto profundo quaerentes reddere rationem atque secundum coniecturas cordis sui inscrutabilem altitudinem iudiciorum Dei cogitare conantes, in fabulas vanitatis abierunt, dicentes quia animae sursum in caelo peccant, et secundum sua peccata ad corpora pro meritis diriguntur et dignis sibi quasi carceribus includuntur 4. Ierunt hi tales post cogitationes suas[5], et volentes disputare

4 hoc] hic NVW. 8-9 Potest2... accipi] Quidam... accipiunt BCNVW. 13 profundum iniquit. *trp.* LMRX. 16 peccatoribus *om.* LT, *del.* C, *add. interi.* V. 18 Sed... est *om.* BCMOPWX.

1 Scii. *De div. quaest. 83,* q. 68, n. 5 (PL 40, 73). 2 Lib. I, c. 26 (PL 32, 628; CSEL 36, 127). 3 *Sermo 165,* c. 5, n. 6 (PL 38, 905). 4 Error fuit Origenis, ut refert August., *De civit. Dei* XI, c. 23, n. 1 (PL 41, 336; CSEL 40-1, 544s; CCL 48, 341s). 5 Resp. 1er. 18, 12: *Post cogitationes enim nostras ibimus.*

Num. 5: Quid hic intelligere velit Magister, nescimus. In *Summa sent,,* I, 12 (uti iacet in PL 176, 64 A-C, non autem in PL 170) additio quaedam invenitur, de qua agit H. Weisweiler, *La « Summa Sententiarum », source de Pierre Lombard,* in *Pedi, de Thiol, anc. et mid.* 6 (1934) 157, nota 30; ubi nominatim impugnatur Gilbertus Porreta. Quae proinde iudicatur esse aetatis Lombardo posterioris, circa finem saec. XII. Ad rem quod attinet nihil invenimus in *Glossatura* Gilberti in Rom. 9, 13; cf. A. M. Landgraf, *Untersuchungen zu den Eigenlehren Gilberts de la Porrie,* in *Zeitschr. /. hath. Theol.* 54 (1930) 211s. — Num. 6 sumitur ad litteram de *Glossa* in Rom. 9, 18 (PL 191, 1463 A); super quam etiam fundatur num. 7.

de Dei profundo, versi sunt in profundum, dicentes animas in caelo ante conversatas et ibi aliquid boni vel mali egisse, et pro meritis ad corpora terrena detrusas esse. Hoc autem respuit catholica fides, propter evidentem Apostoli sententiam, qua ait [1]: *Cum nondum nati essent, aut aliquid boni vel mali egissent* » etc. «Melior[2] est ergo fidelis ignorantia, quam temeraria scientia».

7. **Ex praecedentibus capitulis concludit propositum de praedestinatione et reprobatione, scilicet quod non sunt ex meritis.** Elegit ergo quos voluit gratuita misericordia, non quia fideles futuri erant, sed ut fideles essent; eisque gratiam dedit non quia fideles erant, sed ut fierent. — n **Augustinus in libro Retractationum** [3] * : « Ait enim Apostolus [4]: *Misericordiam consecutus sum ut fidelis essem,* non ait: *quia fidelis eram.* Datur quidem et fideli, sed data est etiam prius ut esset fidelis ». Ita etiam reprobavit quos voluit, non propter merita futura quae praevideret, « veritate [5] tamen rectissima et a nostris sensibus remota ». l=

8. **Quaestio.** Sed quaeritur utrum sicut dicitur elegisse quosdam ut boni fierent et fideles, ita etiam concedi debeat reprobasse quosdam ut mali essent et infideles, et obdurare ut peccent. — **Responsio** * Quod nullatenus concedi oportet: non enim reprobatio ita est causa mali, sicut praedestinatio causa boni; neque obduratio ita facit hominem malum, 2c quemadmodum misericordia facit bonum.

Cap. 3 (183).

1. **An ea quae semel scit Deus vel praescit, semper sciat et praesciat, et semper scierit et praescierit.** Praeterea considerari oportet utrum ea omnia quae semel scit vel praescit Deus, semper sciat et scierit, et praesciat ac 25 praescierit, an olim scierit vel praescierit quod modo non scit vel praescit.

2. **De praescientia prius respondet dicens Deum non semper praescire quae olim praesciit** * De praescientia primo respondemus, dicentes multa

5 vel] aut CPX. 7-8 Rubrica *(inauthent.)* V, *om. alii.* 13 est *om.* MOP. 18 Responsio *om.* RVW. 23-24 Rubrica *om.* RVW.

1 Rom. 9, 11. 2 August., *Sermo 27,* c. 3, n. 4 (PL 38, 179; CCL 41, 362). 3 Lib. I, c. 23, n. 4 (PL 32, 622; CSEL 36, 110), allegata in *De praedest. sanctorum,* c. 3, n. 7 (PL 44, 965). 4 I Cor. 7, 25. 5 Cf. August., *De div. quaest. ad Simplic.,* I, q. 2, n. 16 (PL 40, 121).

Num. 1-2: Cf. Hugo, *De sacram.,* I, 2, 16s (PL 176, 212 C-213 A); et Rolandus, *Sententiae,* 84. — Num. 3-4 dependent, aliquando ad verba, a Petro Abael., *Theologia « Scholarium»,* III, 5 (PL 178, 1103 A-B, 1104 A).

eum praescisse, quae modo non praescit. Cum enim eius praescientia non sit nisi de futuris, ex quo illa quae futura erant praesentia fiunt vel praetereunt, sub Dei praescientia esse desinunt; sub scientia vero semper sunt. Praescivit ergo Deus omnia ab aeterno quae futura erant, neque praescire desinit nisi cum futura esse desinunt. Neque, cum praescire desinit aliqua quae ante praesciebat, minus ea noscit quam ante cognoscebat. Non enim dicitur ex defectu scientiae eius, quod aliqua praescierit aliquando, quae modo non praesciat, sed ex ratione verbi quod est praescientia: praescire enim est ante scire quam fiat aliquid; ideoque non potest dici Deus praescire nisi quae futura sunt.

3. **Hic de scientia, dicens Deum semper scire quod semel scit. De** scientia autem aliter dicimus. Scit enim Deus semper omnia quae aliquando scit: omnem enim scientiam quam aliquando habet, semper habuit et habet et habebit.

4. **Oppositio.** Ad hoc autem opponitur ita: Olim scivit hunc hominem nasciturum, qui natus est; modo non scit eum nasciturum; scivit ergo aliquid quod modo non scit. Item scivit mundum esse creandum; modo non scit eum creandum; aliquid ergo scivit quod modo non scit. Et alia huiusmodi infinita induci possent. — **Solvit.** Sed ad hoc dicimus quia idem de nativitate huius hominis et mundi creatione nunc etiam scit, quod sciebat antequam fierent, licet tunc et nunc hanc scientiam eius diversis exprimi verbis oporteat. Nam quod tunc futurum erat, nunc praeteritum est; ideoque verba commutanda sunt ad ipsum designandum. Sicut diversis temporibus loquentes, eandem diem modo per hoc adverbium 'cras' designamus, dum adhuc futura est; modo per 'hodie', dum praesens est; modo per 'heri', dum praeterita est. Ita antequam crearetur mundus, sciebat Deus hunc creandum; postquam creatus est, scit eum creatum. Nec est hoc scire diversa, sed omnino idem de mundi creatione. Sicut antiqui Patres crediderunt Christum nasciturum et moriturum, nos autem credimus eum iam natum et mortuum; nec tamen diversa credimus nos et illi, sed eadem. « Tempora enim, ut ait **Augustinus** variata sunt», et ideo verba mutata, «non fides ». Indubitanter igitur teneamus Deum semper omnia scire, quae aliquando scit.

11 quod] que RWX. 19 possent] possunt RTX. 21 nunc] et inter *add.* M, omnia *add.* BC. 22 oporteat] oporteret LMW.

l In Ioan., tr. 45, n. 9 (PL 35, 1722; CCL 36, 392); cf. etiam *Epist. 102 (ad Deogratias),* q. 2, n. 12 (PL 33, 374s; CSEL 34-11, 554s).

DISTINCTIO XLII

Cap. 1 (184).

De omnipotentia Dei : ubi prius consideratur quare dicatur omnipotens. Nunc de omnipotentia Dei agendum est: ubi prima consideratio occurrit quomodo vere Deus dicatur omnipotens: an quia omnia possit, an tantum quia ea possit quae vult. — Quod enim Deus omnia possit, pluribus auctoritatibus probatur. Ait enim **Augustinus** in libro *Quaestionum veteris et novae Legis* L « Omnia quidem potest Deus, sed non facit nisi quod convenit veritati eius et iustitiae ». Idem in eodem[1]: «Potuit Deus cuncta simul facere, sed ratio prohibuit », id est voluntas. Rationem nempe ibi voluntatem appellavit, quia Dei voluntas rationabilis est et aequissima. Fatendum est ergo Deum omnia posse.

Cap. 2 (185).

1. **Quomodo Deus dicatur omnia posse, cum nos multa possimus quae ipse non potest.** Sed quaeritur quomodo omnia posse dicatur, cum nos quaedam possimus quae ipse non potest: non enim potest ambulare, loqui et huiusmodi, quae a natura divinitatis penitus sunt aliena, cum horum instrumenta nullatenus habere queat incorporea et simplex substantia. — **Responsio.** Quibus id respondendum arbitror, quod huiusmodi actiones, ambulatio scilicet et locutio et huiusmodi, a Dei potentia alienae non sunt, sed ad ipsam pertinent. Licet enim huiusmodi actiones in se Deus habere non possit: non enim potest ambulare vel loqui et huius-

7 probatur] comprobatur LNR, corroboratur MX. 8 et] ac LMRT. 19 Responsio *om.* LRWX.

1 Quaest. 97 (opus Ambrosiastri, PL 35, 2291; CSEL 50, 172). 2 Quaest. 106 (PL 35, 2320; CSEL 50, 244).

Dist. XLII: Magna ex parte fundatur super P. Abael., *Theologia « Scholarium »*, III, 4 (PL 178, 1091 C-1093 D); vide etiam eius *Theol. christ.,* V (PL 178, 1321 A-1324 A). — Cap. 1: Post verba introductoria ab Abaelardo sumpta, reliqua transcripta sunt ex *Summa sent.,* I, 14 (PL 171, 1094 A; 176, 68 A). — Cap. 2 conflatur ex verbis Abaelardi (1091 C-1092 B) et *Summae sent.* (1094 B-C; 68 B); unde etiam auctoritates Augustini.

modi, eas tamen in creaturis potest operari. Facit enim ut homo ambulet et loquatur et huiusmodi. Non ergo per istas actiones divinae potentiae detrahitur aliquid quia et haec potest facere Deus omnipotens.

2. **De aliis obicitur.** Sed sunt alia quaedam, quae Deus nullatenus facere potest, ut peccata: non enim potest mentiri, non potest peccare. — **Solvit.** Sed non ideo omnipotentiae Dei in aliquo detrahitur vel derogatur, si peccare non posse dicitur, quia non esset hoc potentiae, sed infirmitatis: si enim hoc posset, omnipotens non esset. Non igitur impotentiae, sed potentiae imputandum est, quod ista non potest. Unde **Augustinus** in XV libro *De Trinitate* F «Magna, inquit, Dei potentia est, non posse mentiri». Sunt enim quaedam quae in aliis rebus potentiae deputanda sunt, in aliis vero minime; et quae in aliis laudabilia sunt, in aliis reprehensibilia sunt. Non ergo ideo Deus minus potens est, quia peccare non potest, cum omnipotens nullatenus sit qui hoc potest.

3. **item de aliis opponit.** Sunt etiam et alia quaedam, quae Deus, non potest; unde videtur non omnia posse: non enim potest mori vel falli. — Unde **Augustinus** in libro *De symbolo*[2] «Deus omnipotens non potest mori, non potest falli, non potest miser fieri, non potest vinci. Haec utique et huiusmodi, absit ut possit omnipotens! » Si enim huiusmodi passionibus atque defectibus subici posset, omnipotens minime foret. Et inde monstratur omnipotens, quia ei haec propinquare non valent; potest tamen haec et in aliis operari.

Cap. 3 (186).

1. **Quod omnipotentia Dei secundum duo consideratur.** Hic igitur diligenter considerantibus omnipotentia eius secundum duo apparet, scilicet quod omnia facit quae vult, et nihil omnino patitur. Secundum utrumque Deus omnipotens verissime praedicatur, quia nec aliquid est quod ei ad patiendum corruptionem inferre valeat, nec aliquid ad faciendum impedimentum afferre. Manifestum est itaque Deum omnino nihil posse pati, et omnia facere posse, praeter ea sola quibus eius dignitas laede-

22 propinquare] appropinquare PTX. 23 et *om.* LRTVWX. 30 posse *om.* BMOP, *add. interl.* C2. 31 facere posse *trp.* LRT.

1 Cap. 15, n. 24 (PL 42, 1078; CCL 50A, 498). 2 *Sermo 214,* n. 4 (PL 38, 1068); cf. August., *Sermo ad catechumenos de symbolo,* c. 1, n. 2 (PL 40, 627).

Num. 1: Quasi verbotenus sumitur ex Hugon., *De Sacram.,* I, 2, 22 (PL 176, 214 B).

retur eiusque excellentiae derogaretur; in quo tamen non est minus omnipotens: hoc enim posse non esset posse, sed non posse. Nemo ergo Deum impotentem in aliquo dicere praesumat, qui omnia potest quae posse potentiae est; et inde vere dicitur omnipotens.

2. **Quibusdam auctoritatibus traditur quod ideo dicitur omnipotens quia potest quidquid vult** Ex quibusdam tamen auctoritatibus traditur ideo vere dici omnipotens, quia quidquid vult, potest. Unde **Augustinus** in *Enchiridion* 1; « Non ob aliud veraciter vocatur omnipotens, nisi quoniam quidquid vult, potest, nec voluntate cuiuspiam creaturae voluntatis omnipotentis impeditur effectus». — Idem in libro *De spiritu et littera*[2]: « Non potest Deus facere iniusta, quia ipse summa iustitia et bonitas est. Omnipotens vero est, non quod possit omnia facere, sed quia potest efficere quidquid vult, ita ut nihil valeat eius voluntati resistere quin compleatur, aut aliquo modo impedire eandem ». — **Ioannes Chrysostomus** in homilia quadam *De expositione Symboli*[3] ait: « Omnipotens dicitur quia posse illius non potest invenire non posse; dicente Propheta[4]: *Omnia, quaecumque voluit, fecit;* ipse est ergo omnipotens, ut totum quod vult possit ». Unde Apostolus[5]: *Eius,* inquit, *voluntati quis resistet?* His auctoritatibus videtur ostendi quod Deus ex eo tantum dicatur omnipotens, quod omnia potest quae vult, non quia omnia possit.

3. **Determinatio praemissarum auctoritatum.** Sed ad hoc potest dici quod **Augustinus,** ubi dicit: Omnipotens non dicitur quod omnia possit' etc., tam ample et generaliter accepit 'omnia', ut etiam mala includeret, quae Deus nec vult nec potest. Non ergo negavit eum posse

3 qui] quia TX. 11 est *trp. p.* ipse LR, *post* iustitia T. 12 vero] deus *add,* OP. 24 neci] non LRTX. 24-1 (p. 297) posse omnia *trp.* BMR.

1 Cap. 96 (PL 40, 276). 2 Ita et Abaelardus, ut infra notatur (in altera serie notarum), sed auctoritas non occurrit in libro *De spiritu et littera* (PL 44, 201-246; CSEL 60, 155-299). 3 Immo loannis Mediocris, *Sermo 27 (De expositione Symboli* II): « Omnipotens dicitur quia posse illius non potest invenire non posse... Ipsa ergo omnipotentia, ut totum quod vult possit» (PLS 4, 822). 4 Ps. 113, 11. 5 Rom. 9, 19.

Num. 2: Auctoritates omnes in Abael., *Theol. «Scholarium»,* III, 4 (PL 178, 1092 D-1093 A). — Num. 3: Ad hanc determinationem praemissarum auctoritatum (rubrica) recte intelligendum, sciat lector quod Magister hic manifestat suam dependentiam a *Summa sententiarum.* Nam supra, in num. 2, auctoritas Augustini legitur cum Abaelardo: « Omnipotens vero est, non quod omnia possit facere » ; hic autem eandem interpretando sese refert Lombardus ad *Summam sent.,* I, 14 (PL 171, 1094 B; 176, 68 A-B), ubi auctoritas Augustini in parte traditur, et quidem sub formula: « Omnipotens non dicitur Deus quod omnia possit facere ».

omnia quae convenit ei posse. — Similiter, cum dicit: 'Non ob aliud veraciter dicitur omnipotens, nisi quoniam quidquid vult, potest', non negat eum posse etiam ea quae non vult, sed adversus illos qui dicebant Deum multa velle quae non poterat, affirmat eum posse quidquid vult, et ex eo vere dici omnipotentem, non ob aliud, quia potest quidquid vult.

4. **Quomodo intelligendum sit : potest quidquid vult.** Sed cave quomodo intelligas 'potest quidquid vult', an quidquid vult se posse, an quidquid vult facere, an quidquid vult fieri. Si enim dicas ideo omnipotentem vocari, quia potest quidquid vult se posse, ergo et Petrus nunc omnipotens similiter dici potest, vel quilibet sanctorum Beatorum, quia potest quidquid vult se posse, et potest facere quidquid vult facere. Non enim vult facere nisi quod facit, nec posse nisi quod potest. Sed non potest facere quidquid vult fieri: vult enim salvos fieri qui salvandi sunt; verumtamen eos salvare non valet. Deus autem quidquid vult fieri, potest facere. Si enim vult aliquid fieri per se, potest illud per se facere, et per se facit; sicut caelum et terram per se fecit quia voluit. Si autem vult fieri per creaturam, et per eam operatur: sicut per homines facit domos et huiusmodi artificialia. Et Deus quidem ex se et per se potest; homo autem vel Angelus, quantumcumque beatus, non est potens ex se vel per se.

5. **Oppositio.** Sed forte dices: Nec Dei Filius potest a se, nec Spiritus Sanctus, sed solus Pater. Ille enim potest a se, qui est a se; Filius autem, quia non est a se, sed a Patre, non potest a se, sed a Patre, et Spiritus Sanctus ab utroque. — **Solvit.** Ad quod dicimus quia, licet Filius non possit a se nec operetur a se, potest tamen et operatur per se, sicut et Spiritus Sanctus. Unde **Hilarius** in libro IX *De Trinitate*[1]: «Naturae, inquit, cui contradicis, haeretice, haec unitas est, ut ita per se agat Filius ne a se agat, et ita non a se agat ut per se agat». Per se autem dicitur agere et potens esse, quia naturalem habet potentiam eandem quam et Pater, qua potens est et operatur; sed quia illam habet a Patre, non a se, ideo a Patre, non a se, dicitur posse et agere. Homo autem vel Angelus gratuitam habet potentiam qua potens est.

6. **Hic plene ostenditur quare omnipotens dicatur.** Ideo igitur vere ac proprie Deus Trinitas omnipotens dicitur, quia per se, id est naturali potentia, potest quidquid vult fieri, et quidquid vult se posse. Nihil enim

5 aliud] nisi *add.* PX, *add. interi.* O2. 6 potest] et *add.* BCX. 14 valet] potest LRX. 25 sicut CNOPRV, sic *alii codd.*

1 Num. 48 (PL 10, 319 C).

vult fieri, quod non possit facere per se vel per creaturam; et nihil vult se posse, quod non possit. Et omne quod vult fieri, vult se posse; sed non omne quod vult se posse, vult et fieri: si enim vellet, et fieret, quia voluntati eius nihil resistere potest.

DISTINCTIO XLIII

Cap. unicum (187).

1. **Opinio quorundatn dicentium Deum nil posse nisi quod facit.** Quidam tamen, de suo sensu gloriantes, Dei potentiam coarctare sub mensura conati sunt. Cum enim dicunt: 'hucusque potest Deus, et non amplius', quid est hoc aliud quam eius potentiam, quae infinita est, concludere et restringere ad mensuram ? Aiunt enim: Non potest Deus aliud facere quam facit, nec melius facere id quod facit, nec aliquid praetermittere de his quae facit. Istamque suam opinionem verisimilibus argumentis causisque commentitiis, necnon et sacrarum auctoritatum testimoniis munire nituntur, dicentes: **(Ratio illorum prima.)** Non potest Deus facere nisi quod bonum est et justum fieri; non est autem iustum

10 est hoc *trp.* BCLNR.

Dist. XLIII: Quod per totam hanc Distinctionem Magister oppugnat doctrinam Petri Abaelardi manifeste apparet tam ex textibus eiusdem infra adiunctis quam ex testimonio cuiusdam eius auditoris: « Magister Pfetrus] AfbaelardusJ dicebat quod Deus non potest facere nisi quod facit, nec dimittere nisi quod dimittit. Quod sic volebat probare: 'Nihil facit Deus sine ratione, nihil dimittit sine ratione. Itaque si faceret quid quod modo dimittit, iam ageret contra illam rationem qua modo illud dimittit; et si dimitteret quod modo facit, contra illam ageret qua se facturum illud proposuit'. Sic a u d i v i illum docentem » *(Quaestiones Magistri Odonis Suessionenis,* Pars II,n. 298; ed. I. B. Card. Pitra, in *Analecta novissima Spicilegii Solesmensis* II, Tusculum 1888, 113; et cod. Cameracensis, Bibi. Civit., 561 [olim 519], 65a-b). Minus recte autem Qq. 288-334 Magistro Odoni Suessionensi seu Ursicampi ab earum ili. editore assignantur; sunt potius, ut nobis videtur, reportationes disputationum Magistri Petri Manducatoris; de qua quaestione cf. Ign. Brady, *Peter Manducator and the Oral Teachings of Peter Lombard,* in *Antonianum* 41 (1966) 461-465.

Num. 1: Quaestio introducitur (lin. 8-13) verbis Hugonis, *De sacram.,* I, 2, 22 (PL 176, 214 B-C); et dein discutitur auxiliante *Summa sent.,* I, 14 (PL 171, 1094 C-1095 D; 176, 68 C-69 C). De qua quaestione vide P. Abael., *Theologia christ.,* \/, et *Theologia «Scholarium»,* III, 5 (PL 178, 1324 A-1330 C, 1093 D-1101 A), necnon et eius *Apologia seu fidei confessio* (PL 178, 107, 7-8), et elenchum eius errorum (DS nn. 721°, 726). — 'Prima illorum ratio' et 'Secunda' proponuntur in *Theologia «Scholarium»,* III, 5 (PL 178, 1095 C).

et bonum fieri ab eo nisi quod facit. Si enim aliud iustum est et bonum eum facere quam facit, non ergo facit omne quod iustum est et bonum est eum facere. Sed quis hoc audeat dicere ? — **Secunda.** Addunt etiam: Non potest facere nisi quod iustitia eius exigit; sed non exigit eius iustitia ut faciat, nisi quod facit; non ergo potest facere nisi quod facit. Eademque iustitia exigit ut id non faciat quod non facit; non autem potest facere contra iustitiam suam; non igitur potest aliquid eorum facere quae dimittit.

2. **Responsio ad prius dictum.** His autem respondemus, duplicem verborum intelligentiam aperientes et ab eis involuta evolventes, sic: ' Non potest Deus facere nisi quod bonum est et iustum', id est non potest facere nisi illud quod, si faceret, bonum esset et iustum, verum est; sed multa potest facere quae nec bona sunt nec iusta, quia nec sunt nec erunt, nec bene fiunt vel fient, quia nunquam fient. — **Responsio ad id quod secundo dictum est.** Item, quod secundo propositum fuit: 'Non potest facere nisi quod iustitia sua exigit, et non potest id facere quod iustitia sua exigit ut non fiat', dicimus quia exactionis verbum de Deo congrue non dicitur, nec proprie accipitur. Et in illis locutionibus duplex est sensus. — Si enim intelligas : 'Non potest facere nisi quod iustitia sua exigit', id est nisi quod iusta voluntas sua vult, falsum dicis. Iustitia enim Dei ipsius aequissima voluntas accipitur, qualiter accipit **Augustinus**[1] illa verba Domini in Genesi loquentis ad Loth[2]: *Non possum quidquam facere, donec illo introeas,* exponens: « Non posse, inquit, se dixit, quod sine dubio poterat per potentiam, sed non poterat per iustitiam »; quasi: poterat quidem, sed non volebat, et illa voluntas iusta erat. — Si vero per haec verba intelligas eum non posse facere nisi illud quod, si fieret, iustitiae eius conveniret, verum dicis. — Similiter distingue illud: 'Non potest facere quod iustitia eius exigit ut non faciat': id est non potest facere id quod ipse, qui est summa iustitia, non vult facere, falsum est. Si autem intelligas his verbis eum non posse facere id quod iustitiae eius convenire non potest, verum dicis.

3. **Tertia illorum ratio.** Addunt quoque et alia, dicentes: Non potest Deus facere nisi quod debet; non autem debet facere nisi quod facit. Si

16 id facere *trp.* BCN. 26 intelligas] intelligis BCLW. 30 intelligas *trp. p.* verbis BCLMR.

1 *Contra Gaudentium,* I, c. 30, n. 35 (PL 43, 727; CSEL 53, 233). 2 Gen. 19, 22.

Num. 3: Tertia ratio breviter citatur in *Summa sent.,* I, 14 (PL 171, 1095 D; 176, 69 B-C), sed sub hac forma non invenitur ad litteram apud Abaelardum; cf. tamen eius *Theol. « Scho-*

enim debet alia facere, non ergo facit omne quod debet; si vero facit omne quod debet nec potest facere nisi quod debet, non ergo potest facere nisi quod facit. — Item, aut debet dimittere quod dimittit, ne faciat, aut non debet. Si non debet, non recte dimittit; si vero debet dimittere, ergo non debet facere. Si autem non debet, nec decet nec oportet eum facere; et si non decet nec oportet eum facere, ergo non potest facere. Non ergo potest facere nisi quod facit. Nec potest illud dimittere quod facit, quin faciat, quia debet illud facere; et quod debet facere, non potest illud dimittere. — **Responsio.** Sed, ut mihi videtur, hoc verbum 'debet' venenum habet. Multiplicem enim et involutam tenet intelligentiam. Nec Deo proprie competit, qui non est debitor nobis, nisi forte ex promisso; nos vero ei debitores sumus ex commisso. Ut autem venenum evacuetur, distingue verbi sensus: 'Non potest Deus facere nisi quod debet', id est nisi quod vult, falsum est: sic enim potest ipse dici debere aliquid quia vult illud. Si autem dicatur: 'Non potest nisi quod debet', id est non potest nisi illud quod, si faceret, ei bene conveniret, verum est.

4. **Quarta illorum ratio.** Adiciunt quoque illi, dicentes: Nihil facit aut dimittit nisi optima et rationabili causa, licet nobis occulta sit, secundum quam oportet eum facere et dimittere quae facit vel dimittit. Ratio enim penes eum est, qua illa facit et illa dimittit; quae ratio aeterna est et semper manens, praeter quam non potest aliquid facere vel dimittere. Illa ergo manente, non potest quod facit dimittere, nec quod dimittit facere; et ita non potest facere nisi quod facit. — **Responsio.** Et ad hoc respondemus ambiguitatem locutionis determinantes. Cum enim dicitur: 'Ratio vel causa optima penes Deum est, qua facit cuncta quae facit et dimittit ea quae dimittit', verum quidem est, quia in eo voluntas est aequissima et rectissima, qua facit et dimittit quae vult, contra quam facere non potest, nec praeter eam facere potest. Nec utique contra eam faceret nec praeter eam, si quae facit dimitteret vel quae dimittit faceret, sed eadem manente ratione et causa, alia potuit facere et ista dimittere. Licet ergo ratio sit penes eum qua alia facit, alia dimittit, potest tamen secundum eandem rationem et dimittere quae facit et facere quae dimittit.

9 facere *om.* OPW. 20 quam] quod BCL.

larium », III, 5 (PL 178, 1095 C-1096 B). Quod sub verbo'debet'latet venenum dicit etiam auctor *Summae sententiarum.*

Num. 4: Rationem quartam Magister invenit in *Theologia «Scholarium»,* III, 5 (PL 178, 1094 D). Quoad num. 5, vide Abael. parum infra (1095 B).

5. **Adhuc addunt quaestioni.** Ipsi autem addunt: Ratio est eum facere quae facit, et non alia; et non potest facere nisi quod ratio est eum facere; et ita non potest facere nisi quod facit. Item ratio est eum dimittere quod dimittit; et non potest non dimittere quod ratio est eum dimittere; et ita non potest non dimittere quod dimittit. — **Responsio.** Et ad hoc dicimus locutiones ambiguas esse, et ideo determinandas. Si enim cum dicitur: 'Non potest facere nisi quod ratio est eum facere', intelligas eum non posse facere nisi ea quae rationabilia sunt, et ea quae, si fierent, rationabilia essent, verus est sensus. Si autem intelligas eum non posse facere alia rationabilia et bona, nisi ea quae vult et facit, falsus est intellectus.

6. **Alia illorum ratio.** Item aliud adiungunt, dicentes: Si potest aliud Deus facere quam facit, potest igitur facere quod non praescivit; et si potest facere quod non praescivit, potest sine praescientia operari. Quia omne quod facturum se praescivit, facit; nec facit aliquid quod non praescivit. Quod si praeter praescientiam eius aliquid fieri impossibile est, omne quod praescitum est, fieri necesse est; igitur aliud fieri quam fit, nulla ratione possibile est; non ergo potest a Deo fieri nisi quod fit. — **Haec quaestio ex praedictis facile determinatur.** Haec autem quaestio de praescientia facile determinari potest per ea quae superius dicta sunt, cum de praescientia ageretur [1].

7. **Auctoritatibus utuntur in assertione suae opinionis.** His autem illi scrutatores, qui *defecerunt scrutantes scrutinia*[2], Sanctorum annectunt testimonia. Dicit enim **Augustinus** in libro *De Symbolo* [3]: « Hoc solum non potest Deus, quod non vult ». Per quod videtur non posse facere aliquid nisi quod vult. Sed non vult nisi quod facit; et ita videtur non posse nisi quod facit. — **Quomodo intelligenda sit auctoritas.** Illud autem ita intelligendum est: 'Id solum non potest Deus, quod non vult', scilicet se posse.

5 Responsio om. ORTW. 12-13 aliud Deus *trp.* BCV. 19 Rubrica *om.* RTW. 27 Rubrica *om.* LRVW.

1 Dist. 38-39 (pp. 275-284). 2 ps. 63, 7. 3 *Sermo 274,* n. 3 (PL 38, 1067).

Num. 6: Haec nova ratio proponitur uti iacet in Hugon., *De sacram.,* I, 2, 22 (PL 176, 214 C-D). — Num. 7-8: Testimonia Sanctorum, scii. Augustini, quibus utitur Abaelardus, sumuntur ex *Summa sent.,* I, 14 (PL 171, 1095 A-B; 176, 68 D-69 A); apud ipsum Abaelardum illud *De symbolo* invenitur solummodo in *Sic et non,* c. 35 (PL 178, 1396 A); aliud, de libro VII *Confessionum,* exstat in *Theol. «Scholarium»,* II, 10 (PL 178, 1058 D).

8. **Augustinus** [1]. Idem in libro VII *Confessionum* 1, ad Deum loquens, ait: « Nec cogeris invitus ad aliquid, quia voluntas tua non est maior quam potentia; esset autem maior, si te ipso tu ipse maior esses ». Ex hoc videtur quod Deus non possit plura quam vult: sicut non vult plura quam potest. Sicut enim voluntas non est maior potentia; ita nec potentia maior est voluntate; ideoque, sicut plura non vult quam potest, ita eum non plura posse quam velle dicunt. — **Responsio.** Sed ad hoc dicimus quia nec voluntas potentia, nec potentia voluntate maior est, quia una et eadem res est potentia, voluntas, scilicet ipse Deus, qui esset maior se ipso, si voluntas esset maior potentia vel potentia voluntate. Nec hac auctoritate negatur Deum plura posse quam velle, quia plura sunt subiecta eius potentiae quam voluntati. Fateamur itaque Deum multa posse facere quae non vult, et posse dimittere quae facit.

9. Auctoritatibus confirmat Deum plura quam faciat posse facere [2]. Quod ut certius firmiusque teneatur, Scripturae testimoniis asseramus Deum plura facere posse quam faciat. Veritas ipsa secundum Matthaeum ait[2]: *An putas quia non possum rogare Patrem meum, et exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones Angelorum?* Ex quibus verbis patenter innuitur quia et Filius poterat rogare quod non rogabat, et Pater exhibere quod non exhibebat. Uterque igitur poterat facere quod non faciebat. — **Augustinus** etiam in *Enchiridion* [3] ait: « Omnipotentis voluntas multa potest facere, quae nec vult nec facit. Potuit enim facere ut duodecim legiones Angelorum pugnarent contra illos qui Christum ceperunt». — Item in eodem[4]: «Cur apud quosdam non factae sunt virtutes, quae si factae fuissent, egissent illi homines poenitentiam [5], et factae sunt apud eos qui non fuerant crediturí ? Tunc non latebit quod nunc latet. Nec utique Deus iniuste noluit salvos fieri, cum possent salvi

9 potentia] et *add.* BCRTW2. 11 Deum] deus LOR, deo M. 14 Rubrica *om.* CRW. 16 faciat] facit BLN. 24 sunt] sint L *(Aug.),* vel sint *add. interi.* O.

1 Cap. 4, n. 6 (PL 32, 736; CSEL 33, 145s). 2 Matth. 26, 53. 3 ita et *Summa sent.,* ut infra in altera serie notatur; sed non habetur apud August, nisi quoad sensum, partim in *Enchiridion,* c. 95 (PL 40, 276), partim in *De spiritu et littera,* c. 35, n. 62 (PL 44, 241; CSEL 60, 221s). 4 *Enchiridion,* c. 95 (PL 40, 275s). 5 Resp. Matth. 11, 21: Si *in Tyro et Sidone factae essent virtutes quae factae sunt in vobis... poenitentiam egissent.*

Num. 9: Auctoritas Matthaei unacum commento transcribitur ex *Theologia « Scholarium »,* ubi ea utebatur contra seipsum Magister Abaelardus (PL 178, 1097 B-C). Quod sequitur, de *Enchiridion,* verbotenus habetur in *Summa sent.,* I, 14 (PL 171, 1094 C; 176, 68 C). quae idem exsculpserat de *Theol. christ.,* V (PL 178, 1328 C). Secunda auctoritas de eodem solum in parte citatur in *Summa sent.,* unde sumitur etiam reliquum huius numeri.

esse si vellet. Tunc in clarissima sapientiae luce videbitur, quod nunc piorum fides habet antequam manifesta cognitione videatur, quam certa et immutabilis et efficacissima sit voluntas Dei, quae multa possit et non velit, nihil autem quod non possit velit ». — Idem in libro *De natura et gratia* 1; «Dominus Lazarum suscitavit in corpore2. Numquid dicendum est: non potuit ludam suscitare in mente ? Potuit quidem, sed noluit ». Hi auctoritatibus multisque aliis aperte docetur quod Deus multa possit facere, quae non vult.

10. **Quod sine mutabilitate potentiae vel voluntatis potest Deus et alia velle et alia facere quam vult vel facit.** Quod etiam ratione probari potest. Non enim vult Deus omnes homines iustificare, et tamen quis dubitat eum posse ? Potest ergo Deus aliud facere quam facit; et tamen, si aliud faceret, alius ipse non esset. Et potest aliud velle quam vult, et tamen eius voluntas nec alia, nec nova, nec mutabilis aliquo modo esse potest. Etsi enim possit velle quod nunquam voluit, non tamen noviter nec nova voluntate, sed sempiterna tantum velle potest; potest enim velle quod potest ab aeterno voluisse. Habet enim potentiam volendi et nunc et ab aeterno; quod tamen nec modo vult, nec ab aeterno voluit.

DISTINCTIO XLIV

Cap. 1 (188).

1. **An Deus possit facere aliquid melius quam facit.** Nunc illud restat discutiendum, utrum melius aliquid Deus possit facere quam facit.

1 sapientiae luce *trp.* BCRTW. 3 et3] que BCL.

1 Cap. 7, n. 8 (PL 44, 250s; CSEL 60, 237). 2 Resp. Ioan. 11, 43-44.

Num. 10: Partim in *Summa sent.,* ibidem, partim in *De sacram.,* I, 2, 22 (PL 176, 215 C); conclusio autem Magistri est.

Cap. 1 magna ex parte conflatur ex textibus Hugon., *De sacram.,* I, 2, 22 (PL 176, 215 D-216 B), unde num. 1 et 3; et *Summae sent.,* I, 14 (PL 171, 1096 A-C; 176, 69 D-70 A), unde num. 2, auctoritas Aug. in num. 3, et quaedam in num. 4; ultima auctoritas Augustini invenitur ibidem, sed parum supra; quae omnia praeter ultimum ad oculos demonstrat H. Weisweiler, *La « Summa Sententiarum », source de Pierre Lombard,* in *Rech, de Théol. anc. et méd.* 6 (1934) 166s. — Hoc capitulum dirigitur contra quosdam « scrutatores », scii. P. Abaelardum; cf. *Theol. christ.,* V, et *Theologia « Scholarium »,* III, 5 (PL 178, 1326 D; 1093 D, 1094 C), et etiam *Sententiae Hermanni,* c. 18 (PL 178, 1725 C).

2. **Illi dicunt non posse.** Soient enim illi scrutatores dicere quod ea quae facit Deus, non potest meliora facere, quia si posset facere et non faceret, invidus esset et non summe bonus. Et hoc ex simili adstruere conantur. Ait enim Augustinus in libro *Quaestionum 84* [1]; « Deus quem genuit, quoniam meliorem se generare non potuit: nihil enim Deo melius, debuit aequalem. Si enim voluit et non potuit, infirmus est; si potuit et noluit, invidus. Ex quo conficitur aequalem genuisse Filium ». A simili volunt dicere quod, si potest Deus rem meliorem facere quam facit, invidus est. — Sed non valet huius similitudinis inductio, quia Filium genuit de substantia sua; ideoque, si posset gignere aequalem et non gigneret, invidus esset. Alia vero, quae non de substantia sua facit, meliora facere potest.

3. **Quaestio qua illi arctantur.** Verum hic ab eis responderi deposco, cur dicant rem aliquam, sive etiam rerum universitatem, in qua maior consummatio expressa est, non posse esse meliorem quam est: sive ideo, quia summe bona est, ita ut nulla omnino boni perfectio ei desit; sive ideo, quia maius bonum quod ei deest, capere ipsa non valeat. Sed si ita summe bona dicitur ut nulla ei perfectio boni desit, iam creatura Creatori aequatur. Si vero ideo non potest melior esse, quia bonum amplius quod ei deest, capere ipsa non valet, iam hoc ipsum non posse defectionis est, non consummationis; et potest esse melior, si fiat capax melioris boni, quod ipse potest qui eam fecit. Potest ergo Deus meliorem rem facere quam faciat. Unde Augustinus, *Super Genesim*[2]: «Talem potuit Deus hominem fecisse, qui nec peccare posset nec vellet; et si talem fecisset, quis dubitat eum meliorem fuisse? » Ex praedictis constat quod potest Deus et alia facere quam facit, et quae facit, meliora ea facere quam facit.

4. **Utrum alio vel meliori modo possit facere quam facit.** Post haec considerandum est utrum alio modo vel meliori quam facit, possit ea facere quae facit. — **Responsio.** Si modus operationis ad sapientiam opificis referatur, nec alius, nec melior esse potest. Non enim potest facere aliquid aliter vel melius quam facit, id est alia sapientia vel maiori sapientia: nihil enim sapientius potest facere quam facit. Si vero referatur modus ad rem ipsam quam facit Deus, dicimus quia et alius et melior

3 ex] a MRTX. 7 conficitur] convincitur T, confitetur M, connicitur W. 13 Verum] verumtamen LT. 17 valeat] valet LRVW. 28 facit] faciat OP. ‖ haec] que BCLMX.

1 Scii. De *div. quaest. 83,* q. 50 (PL 40, 31s); cf. etiam *Contra Maximinum,* II, c. 7 (PL 42, 762). 2 *De Genesi ad Utt,* XI, c. 7, n. 9 (PL 34, 433; CSEL 28-1, 340), quoad sensum.

potest esse modus. Et secundum hoc concedi potest quia ea quae facit, potest facere melius et aliter quam facit, quia potest quibusdam meliorem modum exsistendi praestare, et quibusdam alium. Unde **Augustinus** in XIII libro *De Trinitate* [1] dicit quod fuit et alius modus nostrae liberationis possibilis Deo, qui omnia potest; sed nullus alius nostrae miseriae sanandae fuit convenientior. Potest igitur Deus eorum quae facit quaedam alio modo meliori, quaedam alio modo aeque bono, quaedam etiam minus bono facere quam facit: ut tamen modus referatur ad qualitatem operis, id est creaturae, non ad sapientiam Creatoris.

Cap. 2 (189).

1. **Utrum Deus semper possit omne quod olim potuit.** Praeterea quaeri solet utrum Deus semper possit omne quod olim potuit. Quod quibusdam non videtur, dicentibus: Potuit Deus incarnari, potuit mori et resurgere, et alia huiusmodi, quae modo non potest. Potuit ergo quae modo non potest, et ita habuit potentiam quam modo non habet: unde videtur eius potentia imminuta.

2. **Responsio : sicut semper scit quae aliquando scit, et semper vult, ita semper potest quod olim potuit.** Ad quod dicimus quia, sicut omnia semper scit quae aliquando scivit, et semper vult quae aliquando voluit, nec unquam aliquam scientiam amittit vel voluntatem mutat quam habuit, ita omnia semper potest quae aliquando potuit, nec unquam aliqua potentia sua privatur. Non est ergo privatus potentia incarnandi vel resurgendi, licet non possit modo incarnari vel resurgere. Sicut enim potuit olim incarnari, ita et potest modo esse incarnatus; in quo eiusdem rei potentia monstratur.

3. Ut enim olim scivit se resurrecturum, et modo scit se resurrexisse; nec est alia scientia illud olim scivisse, et hoc modo scire, sed eadem omnino. Et sicut voluit olim resurgere, et modo resurrexisse; in quo unius rei voluntas exprimitur. Ita potuit olim nasci et resurgere,

9 operis id est *om.* BCLMRWX, *add. interi.* V. 13 incarnari] et *add.* LNTW. 17 scita] scivit BCMX. 24 potest modo *trp.* CMTX. ‖ esse incarnatus *trp.* BCLPRW. 26 resurrecturum] ita *add.* MT.

[1] Cap. 10, n. 13 (PL 42, 1024; CCL 50A, 399s).

Num. 1-2 dependent aliqualiter ad litteram ab Abaelardo, *Theologia « Scholarium »,* III, 5 (PL 178, 1102 B-1103 D), pluribus omissis. Vide etiam Roland., *Sententiae,* 58s.

et modo potest natus fuisse et resurrexisse; et est eiusdem rei potentia. Si enim posset modo nasci et resurgere, non esset idem posse. Verba enim diversorum temporum, diversis prolata temporibus et diversis adiuncta adverbiis, eundem faciunt sensum, ut modo loquentes dicimus: Iste potest legere hodie; cras autem dicemus: Iste potest legisse, vel potuit legere heri; ubi unius rei monstratur potentia. Si autem diversis temporibus loquentes, eiusdem temporis verbis et adverbiis utamur, dicentes hodie: Iste potest hodie legere; et dicentes cras: Iste potest hodie legere, non idem, sed diversa dicimus eum posse.

4. Fateamur igitur Deum semper posse et quidquid semel potuit, id est habere omnem illam potentiam quam semel habuit, et illius omnis rei potentiam cuius semel habuit; sed non semper posse facere omne illud quod aliquando potuit facere: potest quidem facere aut fecisse quod aliquando potuit. Similiter quidquid voluit, et vult, id est omnem quam habuit voluntatem, et modo habet; et cuiuscumque rei voluntatem habuit, et modo habet; non tamen vult esse vel fieri omne quod aliquando voluit esse vel fieri, sed vult fuisse vel factum esse. Ita et de scientia Dei dicendum est.

DISTINCTIO XLV

Cap. 1 (190).

De voluntate Dei, quae essentia Dei dicitur una et aeterna, et de signis eius. Iam de voluntate Dei aliquid pro sensus nostri imbecillitate dicendum est. Sciendum est igitur quia voluntas sive volens de Deo secundum essentiam dicitur. Non est enim ei aliud velle et aliud esse, sed omnino idem. Et sicut idem est ei esse bonum quod esse Deum, ita idem est ei esse volentem quod esse Deum: nam voluntas qua semper volens est, non affectus vel motus est, qui in Deum cadere non valet, sed divina usia, qua volens est, Deus est, et hujuscemodi.

10 et *om.* BCLNVWX. 14 quidquid] enim *add.* BCLMOP, *quod exp.* O. 21 dicitur] est LT.

Cap. 1-2: Cf. *Glossa* in Rom. 12, 2 (PL 191, 1497 B-C), quae signatur in marg. cod. Vatie, lat. 695 [= z], 36c, ut « Pe[tri] », id est commentum proprium Magistri; et etiam *Summa sent.,* I, 13 (PL 171, 1090 D; 176, 64 D).

Cap. 2 (191).

1. **Quod licet idem sit Deo velle quod esse, non tamen potest dici Deus esse omnia quae vult.** Et licet idem sit Deo velle quod esse, non tamen dicendum est Deum esse omnia quae vult.

2. **Obiectio quorundam.** Quod quidam, de Dei voluntate non recte sentientes, nobis obiciunt, dicentes: Si idem est Deo velle quod esse, ergo cum dicimus Deum velle omnia quae facit, dicimus eum esse omnia quae facit; alioquin non ibi illo verbo idem significatur, quod significatur hoc verbo 'esse', cum de Deo dicitur. Et si ita est, non semper dicitur de Deo 'velle' secundum essentiam. Si vero secundum essentiam non dicitur aliquando, quomodo ergo dicitur de Deo ? Relative enim nunquam dicitur.

3. **Responsio plenam continens solutionem.** Ad quod dicimus quia, licet idem penitus sit Deo velle quod esse, non tamen potest dici esse omnia quae vult; sicut idem est Deo esse quod scire, nec tamen sicut dicitur scire omnia, ita quoque potest dici esse omnia.

Cap. 3 (192).

Quis sit sensus horum verborum: Deus scit vel Deus vult; item Deus scit omnia vel vult aliquid, et quid de Deo in his praedicetur. Et ubicumque Deus dicitur scire vel sciens, et velle vel volens, haec de eo secundum essentiam dicuntur. Cum enim dicitur: Deus scit vel Deus vult, sive Deus est sciens vel volens, essentia divina praedicatur et Deus esse enuntiatur. Cum autem additur: omnia, vel aliquid, vel aliqua, et dicitur: Deus scit omnia, vel vult aliquid vel aliqua, essentia quidem divina praedicatur non simpliciter et absolute, sed ita ut scientiae quae ipsa est, omnia subiecta monstrentur; et voluntati quae ipsa eadem est, aliquid vel aliqua subiecta dicantur. Ut talis fiat sensus: Deus scit omnia, id est Deus est, cuius scientiae, quae ipsius essentia est, omnia subiecta sunt; similiter: Deus vult haec vel illa, id est Deus est, cuius voluntati, quae ipse est, haec sive illa subiecta sunt. Volens ergo sive velle dicitur Deus secundum essentiam, cuius voluntas essentia est sempiterna et immutabilis, licet ea varientur et transeant quae ei subiecta sunt; quae non potest esse iniusta nec mala, quia Deus est.

3 esse omnia *trp.* BCX. ‖ sit Deo *trp.* CNX. 5 Rubrica *om.* RVW, 8 idem significatur *trp.* OPV. 19 Et] At BR, Ut O. 20 eo] deo LRTV. 23 aliqua] facere *add.* P, *add. interi.* O. 23-24 et... aliqua *om.* COPX, *add. mg,* V.

Cap. 4 (193).

1. **Quod Dei voluntas summe bona causa est omnium quae naturaliter sunt, cuius causa non est quaerenda, quia nullam habet cum sit aeterna.** Haec itaque summe bona voluntas causa est omnium quae naturaliter fiunt, vel facta sive futura sunt; quae nulla praeventa est causa, quia aeterna est. Ideoque causa ipsius quaerenda non est.

2. **Hic dicit quare eius causa non est quaerenda.** Qui enim eius causam quaerit, aliquid ea maius quaerit, cum nihil maius ea sit. Unde **Augustinus** in libro *84 Quaestionum* h « Qui quaerit quare voluerit Deus mundum facere, causam quaerit voluntatis Dei. Omnis autem causa efficiens maior est eo quod efficitur; nihil autem maius est voluntate Dei; non ergo eius causa quaerenda est». Idem in libro *Contra Manichaeos*^: « Si qui dixerint: Quid placuit Deo facere caelum et terram ? respondendum est eis qui voluntatem Dei nosse desiderant, causas et voluntatem Dei scire quaerunt, quod voluntas Dei omnium quae sunt ipsa sit causa. Si enim habet causam voluntas, est aliquid quod antecedat voluntatem Dei: quod nefas est credere. Qui ergo dicit: Quare fecit Deus caelum et terram ? respondendum est illi: quia voluit. Voluntas enim Dei causa est caeli et terrae, et ideo maior est voluntas Dei quam caelum et terra. Qui autem dicit: 'quare voluit facere caelum et terram', maius aliquid quaerit quam est voluntas Dei; nihil autem maius inveniri potest. Compescat se ergo humana temeritas, et id quod non est non quaerat, ne id quod est non inveniat ». Ecce his auctoritatibus aperte insinuatur quod voluntatis Dei causa nulla est, et ideo quaerenda non est.

3. **Quod voluntas Dei prima et summa causa omnium est.** « Voluntas igitur Dei, ut ait **Augustinus** in III libro *De Trinitate*3, prima et summa causa est omnium specierum atque motionum. Nihil enim fit, quod non de interiore atque intelligibili aula summi Imperatoris egrediatur secundum ineffabilem iustitiam ». « Ubi 4 enim non operatur

3 aeterna] essentia OP. 8 ea maius *trp.* LTVX. 9 84 LNTW, 85 BCMOPR, 83 VX. 22 se ergo *trp.* BCRTX. 24 voluntatis *corr. ex* voluntas MOTV.

1 Scii. *De div. quaest. 83,* q. 28 (PL 40, 18). 2 *De Genesi contra Manichaeos,* I, c. 2, n. 4 (PL 34, 175). 3 Cap. 4, ŋ. 9 (PL 42, 873; CCL 50, 136). 4 Ibid., c. 1, n. 6 (PL 42, 871; CCL 50, 132).

Cap. 4: Cf. *Summa sent.,* I, 13 (PL 171, 1090 D; 176, 64 D), quae aliqualiter fons esse videtur; et P. Abaelardus, *Theol. christ.,* IV, et *Sic et non,* c. 13 (PL 178, 1291 B, 1368 C).

quod vult Dei omnipotentis sapientia, quae *praetendit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter* 1 ? » Et non solum ea quae « perseverantia 2 consuetudinis admirationem » non admittunt, sed etiam ea quae propter raritatem et insolitum eventum mira videntur, « ut sunt defectus luminarium, et terrae motus, et monstruosi animantium partus, et his similia; quorum nihil fit nisi Dei voluntate, sed plerisque non apparet. Ideoque placuit vanitati Philosophorum etiam causis aliis ea tribuere, cum omnino videre non possent superiorem ceteris omnibus causam, id est voluntatem Dei». Itaque nonnisi «Dei3 voluntas causa prima est sanitatis, aegritudinis, praemiorum atque poenarum, gratiarum et retributionum ». Haec igitur sola est unde ortum est quidquid est, et ipsa non est orta, sed aeterna.

Cap. 5 (194).

1. **Quibus modis in Scriptura accipitur Dei voluntas.** Hic non est praetereundum nobis quod sacra Scriptura de voluntate Dei variis modis loqui consuevit; et non est Dei voluntas diversa, sed locutio diversa est de voluntate, quia nomine voluntatis diversa accipit.

2. **Quae vere et proprie dicitur Dei voluntas, et ea dicitur beneplacitum.** Nam voluntas Dei vere ac proprie dicitur, quae in ipso est, et ipsius essentia est; et haec una est, nec multiplicitatem recipit nec mutabilitatem, quae inexpleta esse non potest. De qua Propheta ait4: *Omnia, quaecumque voluit, Dominus fecit.* Et Apostolus5: *Voluntati eius quis resistet?* Et alibi6: *Ut probetis quae sit voluntas Dei bona et beneplacens et perfecta.* Et haec voluntas recte appellatur beneplacitum Dei sive dispositio.

1 praetendit] pertendit LNW (Aug.), tendit R, pertingit T. 6 nisi] sine TX. 23 resistet] resistit BCTWX.

1 Sap. 8, 1. 2 August., ibid., c. 2, n. 7 (PL 42, 871; CCL 50, 132). 3 ibid., c. 3, n. 8 (causa aegritudinis), et c. 4, n. 9 (PL 42, 872, 873; CCL 50, 134, 136). 4 Ps. 113, 11. 5 Rom. 9, 19. 6 Rom. 12, 2.

Cap. 5-6 conflantur ex verbis Hugonis, *De sacram.,* I, 4, 2 (PL 176, 235 A-B), et *Summae sent.,* I, 13 (PL. 171, 1090 D-1091 C; 176, 64 D-65 C). — Quod proinde in lucem editur tamquam sententia scholae Anselmi Laudunensis de voluntate Dei reapse excerptio est cap. 5-7 huius Distinctionis (cf. O. Lottin, *L'École d'Anselme de Laon et de Guillaume de Champeaux,* in *Psychologie et morale aux XII' et XIII' siècles* V, Gembloux 1959, 236-238).

Cap. 6 (195).

1. Quod secandum figuram dicitur voluntas Dei praeceptio, prohibitio, consilium, permissio, operatio, et ideo pluraliter dicit Scriptura: voluntates. Aliquando vero, secundum quandam dicendi figuram, voluntas Dei vocatur quod secundum proprietatem non est voluntas eius: ut praeceptio, prohibitio, consilium, necnon permissio et operatio. Ideoque pluraliter aliquando Scriptura 'voluntates Dei' pronuntiat. Unde Propheta [1]; *Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius.* Cum non sit nisi una voluntas Dei, quae ipse est, pluraliter tamen dicit 'voluntates', quia voluntas Dei variis modis ac pro diversis accipitur, ut dictum est[2]. Ita etiam idem Propheta, propter multos effectus misericordiae et iustitiae, pluraliter dicit [3]; *Misericordias Domini in aeternum cantabo·,* et alibi [4]: *Justitiae Domini rectae, laetificantes corda;* cum tamen in Deo una sit misericordia, una sit iustitia, eademque sit misericordia quae iustitia, scilicet divina usia.

2. Quare praeceptio et prohibitio et consilium dicantur Dei voluntas. Ideo autem praeceptio et prohibitio atque consilium, cum sint tria, dicitur tamen unumquodque eorum 'Dei voluntas', quia ista signa sunt divinae voluntatis. Quemadmodum et signa irae dicuntur ira, et dilectionis signa dilectio appellantur. Et dicitur iratus Deus, et non est ira in eo aliqua; sed signa tantum quae foris fiunt, quibus iratus ostenditur, ira ipsius nominantur. Et est figura dicendi secundum quam non est falsum quod dicitur; sed verum quod dicitur, sub tropi nubilo obumbratur. Et secundum hos tropos diversae voluntates Dei dicuntur, quia diversa sunt illa quae per tropum 'voluntas Dei' dicuntur.

3. **Ubi voluntas Dei pro praecepto et consilio accipiatur.** Pro praecepto Dei atque consilio potest accipi voluntas ibi[5]: *Fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra;* et ibi [6]: *Qui facit voluntatem Patris mei qui in caelis est, ipse frater meus et soror et mater est.* Et contra hanc voluntatem multa fiunt. Unde **Augustinus** in libro *De spiritu et littera*[7]; « Infideles, inquit, contra voluntatem Dei faciunt, cum eius Evangelio non credunt ».

21 in eo *trp. p.* aliqua BCLT, *post* est R. ‖ fiunt] sunt LNV, *quod corr.* N. 29 frater meus *trp.* BCLMTX. 31 vol. Dei *trp.* BCL.

1 Ps. 110, 2. 2 Supra, c. 5, n, 1. 3 ps. 88, 2. ‹ Ps. 18, 9. 5 Matth. 6, 10. 6 Matth. 12, 50. ? Cap. 33, n. 58 (PL 44, 238; CSEL 60, 216).

Cap. 7 (196).

1. **Quod Deus non vult ab hominibus fieri omnia quae praecipit, vel non fieri quae prohibet.** Etsi illa tria dicantur Dei voluntas ideo quia signa sunt divinae voluntatis, non est tamen intelligendum Deum omne illud fieri velle quod cuicumque praecepit, vel non fieri quod prohibuit. Praecepit enim Abrahae immolare filium 1, nec tamen voluit; nec ideo praecepit ut id fieret, sed ut Abrahae probaretur fides. Et in Evangelio praecepit sanato ne cui diceret2, ille autem praedicavit ubique, intelligens Deum non ideo prohibuisse, quin vellet opus suum praedicari, sed ut daret formam homini laudem humanam declinandi.

2. **De permissione et operatione, ubi dicatur Dei voluntas.** Permissio quoque Dei et operatio voluntas Dei appellantur, qualiter accipit Augustinus in *Enchiridion* 3, dicens: « Non fit aliquid nisi Omnipotens fieri velit, vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo. Nec dubitandum est Deum facere bene etiam sinendo fieri quaecumque fiunt male: non enim hoc nisi iusto iudicio sinit, et profecto bonum est omne quod iustum est ». — Ecce manifeste hic habes Dei voluntatem appellari ipsius operationem vel permissionem, cum dicit 'non fieri aliquid nisi Omnipotens fieri velit', ubi includit et bona et mala omnia quae fiunt. Ideoque aperte distinguit quomodo Deum velle dixerit, ne eadem ratione intelligeretur velle bona et mala, subdens: 'vel sinendo ut fiat': hoc quantum ad mala dicit, 'vel ipse faciendo': hoc quantum ad bona. Mala enim sinit fieri, sed non facit; bona vero ipse facit. Ideoque dixit 'eum velle', quia volens mala sinit, et volens bona operatur; et ob hoc permissio et operatio 'voluntas Dei' dicuntur.

3. **Quinque supra posita sunt quae dicuntur secundum tropum, et ideo distinguat lector ubicumque pro unoquoque eorum accipiatur voluntas.** Quinque igitur supra posita sunt, quae dicuntur secundum tropum 'Dei voluntas', quia signa sunt divinae voluntatis, quae una est et immuta-

3 Etsi] Et sicut BCLOPX. || dicantur) dicuntur BCLMOPX. 11 dicatur] dicantur BCNTV. 12 accipit] accepit BCL. 23 quia] et *add.* LRTVW. 26 secundum tropum] signa NRTW.

1 Resp. Gen. 22, 2-12. 2 Resp. Marc. 1, 44. 3 Cap. 95-96 (PL 40, 276).

Num. 2: Auctoritas Augustini, unacum verbis introductoriis, ex *Summa sent.,* I, 13 (PL 171, 1091 C-D; 176, 65 B-C); commentum vero Magistri est. — Num. 3: Quatuor signa *Summae sent.,* ibidem, in quinque mutantur, quatenus supra (cap. 6) consilium additur. Praeter eandem *Summam* dependet hic numerus ab Hugone, *De sacram.,* I, 4, 8 (PL 176, 237 A-B).

bilis, scilicet Dei beneplacitum. Ideoque diligenter distinguat lector, ubi de voluntate Dei Scriptura commemorat, iuxta quem modum accipi oporteat, utrum scilicet pro beneplacito Dei, an pro aliquo signo eius. Magna enim est adhibenda discretio in cognitione divinae voluntatis, quia et beneplacitum Dei est voluntas eius, et signum beneplaciti eius dicitur voluntas eius. Sed beneplacitum eius aeternum est, signum vero beneplaciti eius non. Et consonat rerum effectibus beneplacitum ipsius, et ipsi effectus rerum ab illo non discordant: fit enim omne quod beneplacito vult fieri; et omne quod vult non fieri, nequaquam fit. Non ita autem est de signis, quia praecepit Deus multis ea quae non faciunt, et prohibet quae non cavent, et consulit quae non implent.

DISTINCTIO XLVI

Cap. 1 (197).

Illi sententiae, qua dictum est Dei voluntatem non posse cassari, quae ipse est, quaedam videntur obviare. Hic oritur quaestio. Dictum est enim in superioribus 1, et auctoritatibus communitum, quod voluntas Dei, quae ipse est vocaturque beneplacitum eius, cassari non potest, quia illa voluntate *quaecumque voluit fecit in caelo et in terra*2; cui, teste Apostolo 3, *nihil resistit.* — **Augustinus in Enchiridion** 4 *: « Quaeritur ergo quomodo accipiendum sit quod Apostolus de Domino ait* 5: *Qui vult omnes homines salvos fieri.* Cum enim non omnes salvi fiant, sed plures damnentur, videtur utique non fieri quod Deus vult fieri, humana scilicet voluntate impediente voluntatem Dei. Dominus quoque in Evangelio 6, impiam civitatem compellans: *Quoties,* inquit, *volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos, et noluisti.* Ita haec dicuntur, tamquam Dei voluntas superata sit hominum voluntate, et infirmissimis nolendo

3 signo] signorum LMNRVW. 6 signum] signa BCV. 7 ipsius] eius BCV. 25 suos] sub alas *add.* NTV, *add. interi.* W. ‖ Ita haec] Hec ita T. Ita etiam (et N) hec NV.

1 Dist. 45, c. 5, n. 2 (p. 309). 2 Ps. 113, 11. 3 Rom. 9, 19. 4 Cap. 97 (PL 40, 276s). 5 1 Tim. 2, 4, 6 Matt. 23, 37.

Cap. 1-2: De hac quaestione cf. Lombardus, *Glossa* in I Tim. 2, 4 (PL 192, 338 A-D); et P. Abael., *Theologia «Scholarium»,* III, 5 (PL 178, 1093 A-B). Vide etiam J. Schupp, *Die Gnadenlehre des Petrus Lombardus,* 116-121.

impedientibus, non potuerit facere potentissimus quod volebat. Ubi est ergo illa omnipotentia, qua *in caelo et in terra,* secundum Prophetam, *omnia quaecumque voluit fecit?* et quomodo *voluntati eius,* secundum Apostolum, *nihil resistit,* si colligere filios Jerusalem voluit, et non fecit? ». Haec enim praedictis plurimum obviare videntur.

Cap. 2 (198).

1. **Solutio : quomodo intelligendum sit illud : Volui congregare et noluisti.** Sed audiamus solutionem; ac primum, quomodo accipiendum sit illud quod Dominus ait, videamus. « Non enim ex eo sensu illud dictum est, ut ait **Augustinus** in *Enchiridion* 1, praedictam solvens quaestionem, quasi Dominus voluerit colligere filios Jerusalem, et non sit factum quod voluit quia ipsa noluerit; sed potius illa quidem filios suos ab ipso colligi nolùit; qua tamen nolente, filios eius collegit ipse omnes quos voluit: quia *in caelo et in terra* non quaedam voluit et fecit, quaedam vero voluit et non fecit, sed *omnia quaecumque voluit fecit* »; ut sit sensus[2]; « *Quoties volui congregare filios tuos, et noluisti,* id est quotquot congregavi voluntate mea semper efficaci, te nolente feci ». Ecce in evidenti positum est quia illa Domini verba superioribus non repugnant.

2. **Quomodo intelligendum sit illud : Qui vult omnes homines salvos fieri.** Nunc videre restat quomodo etiam praemissa verba Apostoli praedictis non contradicant, qui de Deo loquens ait[3]; *Vult omnes homines salvos fieri.* Quorum occasione verborum multi a veritate deviarunt, dicentes Deum multa velle fieri, quae non fiunt. Sed non est intelligendum ea ratione illud esse dictum, quasi Deus voluerit aliquos salvari, et non salventur. — **Augustinus in Enchiridion** [4] * : « Quis enim tam impie desipiat, ut dicat Deum malas hominum voluntates, quas voluerit, et quando voluerit, et ubi voluerit, in bonum non posse convertere ? » « Non[5] est utique verum quod in Psalmo dicitur, *Quaecumque voluit fecit,* si aliqua voluit et non fecit; et quod est indignius, ideo non fecit, quoniam ne fieret quod volebat Omnipotens, voluntas hominis impedivit ».

3. Ideoque, « cum *6* audimus, et in sacris litteris legimus, quod velit omnes homines salvos fieri, non tamen ideo debemus omnipotentissimae

18 quia] quod LRVW.

1 Cap. 97 (PL 40, 277); Ps. 113, 11. *1 Glossa ordin.* in Matth. 23, 37 (apud Lyranum, V, 72c). 3 I Tim. 2, 4. 4 Cap. 98 (PL 40, 277). 5 Ibid., c. 95 (PL 40, 276); resp. Ps. 113, 11. 6 Ibid., c. 103 (PL 40, 280s).

Dei voluntati aliquid derogare, sed ita intelligere quod scriptum est 1; *Vult omnes homines salvos fieri,* tamquam diceretur nullum hominem fieri salvum, nisi quem fieri ipse voluerit: non quod nullus sit hominum, nisi quem salvum fieri velit; sed quod nullus fiat salvus, nisi quem velit salvari; et ideo rogandus est ut velit, quia necesse est fieri si voluerit ». Non est enim credendus Omnipotens aliquid voluisse fieri, quod factum non sit. — **Sic etiam intelligitur illud : Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum :** « Sic etiam intelligitur illud 2; *Illuminat omnem hominem vementem in hunc mundum·,* non quia nullus hominum est qui non illuminetur, sed quia nisi ab ipso nullus illuminatur. Potest et alio modo illud intelligi, dum tamen credere non cogamur Omnipotentem aliquid voluisse fieri factumque non esse, qui, sine ullis ambiguitatibus, si *in caelo et in terra,* sicut Veritas cantat 3, *omnia quaecumque voluit fecit,* profecto facere non voluit quaecumque non fecit ». Ex his aperte ostenditur quoniam Deus, ea voluntate quae ipse est, non vult aliquid fieri quod non fiat, neque non fieri quod fiat.

Cap. 3 (199).

1. **Utrum mala Dei voluntate fiant, an eo nolente.** Ideoque, cum constet omnia bona quae fiunt eius fieri voluntate, quae si fieri nollet, nullatenus fierent, recte quaeri solet utrum et mala omnia quae fiunt, id est peccata, Dei fiant voluntate, an eo nolente fiant.

2. **Quod super hoc a diversis dicuntur. Alii dicunt Deum velle mala esse vel fieri. Alii non :** Super hoc diversi varie sentientes et sibi contradicere inveniuntur. Alii 4 enim dicunt quod Deus vult mala esse vel fieri, non tamen vult mala; alii 5 vero quod nec vult mala esse vel fieri.

3 quem] salvum *add.* LTV. 7-8 Rubrica *om.* RTVW. 13 si] sicut BC, sive MNOP, *quod exp.* P. 14 quaecumque] quodcumque BCLWX *(Aug.).* 16 quod2] non *add.* MOPR, *quod exp.* MPR. 18 Dei *om.* BCX. 22-23 Rubrica *om.* MTW. 23 varie] varia MR, diversa V. ‖ et *om.* LRTVW, *del.* N. 25 vel] nec RTVW.

1 I Tim. 2, 4. 2 Ioan. 1, 9. 3 Ps. 113, 11. 4 jta Hugo de S. Victore, *De sacramentis,* I, 4, 5 et 13 (PL 176, 236 A, 239 C-240 A); auctor *Summae sent.,* I, 13 (PL 171, 1091 D; 176, 65 C-66 C); vide notam infra positam ad hunc numerum. 5 Scii, ipse Lombardus, ut apparet infra et in *Glossa* in Rom. 12, 2 (PL 191, 1497 B-C).

Num. 2: De opinionibus hic propositis, cf. A. M. Landgraf, *Die Abhdngigkeit der Sünde von Gott,* in *Dogmengeschichte der Frühscholastik.* 1-2, Regensburg 1953, 204-281; de prima opinione agitur 217ss; de secunda, scilicet ipsius Magistri, 238ss, potius revera in contextu libri II, Dist. 35-37.

In hoc tamen conveniunt et hi et illi, quod utrique fatentur Deum mala non velle. Utrique vero rationibus atque auctoritatibus innituntur ad muniendam suam assertionem.

3. **Quare dicunt quidam Deum velle mala esse vel fieri.** Qui enim dicunt Deum mala velle esse vel fieri, suam his modis muniunt intentionem.

4. **Prima ratio eorum qui dicunt Deum velle fieri mala.** Si enim, inquiunt, mala non esse vel fieri vellet, nullo modo essent vel fierent. Quia si vult ea non esse vel fieri, et non potest id efficere, scilicet ut non sint vel fiant, voluntati eius et potentiae aliquid resistit. Et non est omnipotens, quia non potest omne quod vult; sed impotens, sicuti et nos sumus, qui quod volumus, quandoque non valemus. Sed quia omnipotens est et in nullo impotens, certum est non posse fieri mala vel esse nisi eo volente. Quomodo enim, eo invito et nolente, posset ab aliquo malum fieri, cum scriptum sit [1]; *Voluntati eius quis resistet?*

5. **Secunda.** Supra etiam dixit **Augustinus** [2]: « Quia necesse est fieri si voluerit». Sed vult mala fieri, aut non fieri; si vult non fieri, non fiunt; fiunt autem: vult igitur fieri.

6. **Tertia.** Item bonum est mala esse vel fieri: alioquin summe bonus non permitteret ea fieri. Unde **Augustinus** in *Enchiridion* [3]: « Quamvis ea, inquit, quae mala sunt, in quantum mala sunt non sunt bona, tamen ut non solum bona, sed etiam sint et mala, bonum est. Nam, nisi esset hoc bonum, ut essent et mala, nullo modo esse sinerentur ab omnipotenti bono, cui proculdubio quam facile est quod vult facere, tam facile est quod non vult esse non sinere. Hoc nisi credamus, periclitatur nostra confessio, qua nos in Patrem omnipotentem credere confitemur ». — Ecce hic aperte habes quod bonum est mala esse; omnis autem boni Deus auctor est, qui vult omne bonum esse quod est. Cum ergo bonum sit mala fieri vel esse, et vult mala fieri vel esse. His atque aliis huiusmodi rationibus et auctoritatibus utuntur, qui dicunt Deum velle mala esse vel fieri.

2 atque] et OP. 6 Rubrica *om,* MRW. 7 vell] non *add.* T, *add. mg.* W. 8 vel] non *add.* NRT. 10 impotens] est *add.* MNV. ‖ sicuti] sicut BMTVX. 14 resistet] resistit CLTX, *corr. ex* resistit O, 15 Secunda *om.* MRVW. ‖ etiam] enim BCX, *om.* L. 18 Tertia *om.* M.RVW. 21 etiam] ut *add.* OP, *add. interi, C.*

1 Rom. 9, 19. 2 vide supra, p. 314, 5-6. 3 Cap. 96 (PL 40, 276).

Num. 4: Ratio est *Summae sent.,* I, 13 (PL 171, 1092 A-B; 176, 66 A). — Num. 6: Cf. Hugo, *De sacram.,* 1, 4, 13 (PL 176, 239 D); ratio tamen fundatur super verba Augustini quae sequuntur.

7. **Hic exponit rationes illorum qui dicunt Dei voluntate non fieri mala.** Illi vero qui dicunt Dei voluntate mala non fieri vel non esse, inductionibus praemissis ita respondent, dicentes Deum nec velle mala fieri, nec velle non fieri vel nolle fieri, sed tantum non velle fieri.

8. **Quare non sit verum Deum velle mala fieri?** Si enim velit ea fieri vel esse, faceret utique ea fieri vel esse, et ita esset auctor malorum. Non est autem auctor malorum, ut Sanctorum protestantur auctoritates; non ergo eius voluntate fiunt mala.

9. **Hic quare non sit verum Deum velle non fieri mala vel nolle fieri** Item, si nollet mala fieri vel vellet non fieri, et tamen fierent, omnipotens non esset, cum eius voluntas humanae voluntatis effectu impediretur. Ideoque non concedunt Deum velle mala fieri, ne malorum auctor intelligatur; nec concedunt eum velle mala non fieri vel nolle fieri, ne impotens videatur.

10. **Quod verum sit Deum non velle mala fieri?** Sed tantum dicunt eum non velle mala fieri, ut non auctor, sed permissor malorum monstretur. Unde et Evangelista, ubi ostendit Deum auctorem esse omnium bonorum dicens E *Omnia per ipsum facta sunt,* consequenter malorum auctorem esse negat dicens: *Et sine ipso factum est nihil,* id est peccatunU. Non dixit per eum factum esse, vel eo nolente et invito, sed tantum *sine eo,* id est sine eius voluntate, quia non eius voluntate fit peccatum.

11. **Quod non Deo volente vel nolente, sed non volente fiunt mala?** Non ergo Deo volente vel nolente, sed non volente fiunt mala, quia non subest Dei voluntati ut malum fiat vel non fiat, sed ut fieri sinat, quia bonum est sinere mala fieri; et utique volens sinit, non volens mala, sed volens sinere ut ipsa fiant, quia nec mala sunt bona, nec ea fieri vel esse bonum est.

1 exponit] ponit LRTW. ‖ illorum] eorum BCX. 2 nonz *om.* LRVW. 3 velle mala *trp.* BCL. 5 Rubrica *om.* MRW. ‖ velit] vellet LNRTVW. 8 fiunt mala] mala sunt LV. 9 Rubrica *om.* MRW. 15 Rubrica om. MRVW. ‖ tantum] tamen BCVX, *quod corr. CV.* 22 Rubrica *om.* MRW.

1 Ioan. 1, 3. 2 Cf. August., in h. l., tr. 1, n. 13 (PL 35, 1385; CCL 36, 7).

Num. 7-9 fundantur super *Glossam* in Rom. 12, 2 (PL 191, 1497 B-C), de qua iam locuti sumus in Dist. 45, cap. 1-2.

Cap. 4 (200).

1. **Quomodo sit intelligendum illud Augustini : Mala fieri bonum est.** Quod vero **Augustinus** ait 1, « Mala fieri bonum est, nec sinerentur mala ab omnipotenti bono fieri, nisi hoc esset bonum ut ea essent », ea ratione dictum esse asserunt, quia ex malis quae fiunt Deus bona elicit; nec ipse permitteret ea fieri, nisi de eis bene aliquid faceret.

2. **Confirmat illum sensum alia auctoritate eiusdem ?** Unde **Augustinus** in eodem libro *Enchiridion* 2, aperte indicans praedictorum verborum talem esse intelligentiam, ait: « Deus omnipotens, cui rerum est summa potestas, cum summe bonus sit, nullo modo sineret aliquid mali esse in operibus suis, nisi usque adeo esset omnipotens et bonus, ut bene faceret etiam de malo ». — Item in eodem 3: « Melius iudicavit Deus de malis bona facere, quam mala nulla permittere ». Ex hoc itaque sensu dictum est, ac verum est, bonum esse mala fieri, quia ex malis quae fiunt, bonis *qui secundum propositum vocati sunt sancti* 4 accedit bonitas, id est utilitas. Talibus enim, ut ait Apostolus 5, *in bonum cooperantur omnia,* etiam mala, quia eis prosunt, quae aliis facientibus obsunt. Unde etiam aliquando in Scriptura legitur malum appellari bonum, ut **Hieronymus,** *Super Marcum 6;* Malum, inquit, ludae bonum fuit, scilicet nobis. Nec si bonum est illi vel illi, inde sequitur quod simpliciter bonum sit. Proprie enim ac simpliciter bonum est, quod in se et facienti bonum est.

Cap. 5 (201).

Quadripartita boni acceptio. Est enim aliquid quod in se bonum est et cui fit, sed non est bonum facienti, ut cum subvenitur pauperi, sed non propter Deum. Et aliquid bonum in se et facienti, sed non ei cui fit, ut cum veritas propter Deum alicui non obedienti praedicatur. Et

3 vero] ergo V, autem X, *om.* N. 16 utilitas] humilitas MV^xz, patientia OPX, patientia humilitas R, vel humilitas *add. interi.* V2 *(de quibus lectionibus cf. PL 191,* 7443 C).

1 Vide supra, p. 315, 21-23. z Cap. 11 (PL *40,* 236). 3 Cap. 27 (PL 40, 245). 4 Rom. 8, 28. s Rom. 8, 28. *6 Glossa interi,* in Marc. 14, 21: *Vae autem homini:* « Multi bonum, ut ludas, faciunt, sed omnino illis non proficit » (apud Lyranum, V, 115c); ex Ps-Hieron. in h. l. (PL 30 [1846], 631 D).

Cap. 5: Cf. Hugo, *De sacram.,* I, 4, 17-20 (PL 176, 241 C-243 A).

aliquid in se et facienti et cui fit bonum, ut cum veritas praedicatur propter Deum credenti; unde Apostolus b *Bonus odor sumus Deo, aliis odor vitae, aliis odor mortis.* Est autem aliud quod nec in se bonum est et Jacienti nocet, et damnat nisi poeniteat, ut malum; valet tamen ad aliquid. Ut enim ait **Augustinus** in *Enchiridion*^, «a summe et aequaliter et immutabiliter bona Trinitate creata sunt omnia, nec summe, nec aequaliter, nec immutabiliter bona, sed tamen bona etiam singula; simul vero universa *valde bona* 3, quia ex omnibus consistit universitatis admirabilis pulchritudo. In qua etiam illud quod malum dicitur, bene ordinatum et in loco suo positum, eminentius commendat bona, ut magis placeant et laudabiliora sint dum comparantur malis ».

Cap. 6 (202).

1. **Quod mala universitati valent, et facientibus sua propria vel patientibus aliena prosunt electis tamen.** Hinc patet quod ex malis quae fiunt aliquod provenit bonum, dum bona magis placent et laudabiliora exsistunt. Ipsis etiam facientibus, ex malis quae faciunt interdum bona veniunt, si *secundum propositum vocati sunt sancti 4.* « Talibus enim, ut ait **Augustinus** in libro *De correctione et gratia* 5, usque adeo Deus *omnia* cooperatur *in bonum* 6, ut si qui horum deviant et exorbitant, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum, quia humiliores redeunt atque doctiores», ut Petrus7. «Illa etiam mala quae ab iniquis fideles pie perferunt, ut ait **Augustinus** in libro *De Trinitate* 8, ipsis utique prosunt, vel ad demenda peccata, vel ad exercendam probandamque justitiam, vel ad demonstrandam huius vitae miseriam ». Ideoque et lob Dei manum 9, et Apostolus satanae stimulum K› sensit; et uterque profecit, quia malum bene portavit.

u

2. **Ex praedictis concludit ostendens etiam esse bonum fieri mala multis modis.** Si quis igitur diligenter attendat quae scripta sunt, facile

4 et facienti nocet om. NTW. ‖ et2] facientem *add,* NTVW. 10 in om. LMRTVWX *(Aug.).* 14 prosunt] prosint BCX. ‖ Hinc] Sicut BCP, *quod corr.* CP. 18 correctione] correptione CN. 19 horum] eorum LRTV *(Aug.).* 23 demenda] emenda M, delenda T, emendanda *Aug.* 27 etiam] non LRWX.

1IICor.2,15. 2 Cap. 10-11 (PL 40, 236). 3 Resp. Gen. 1, 31. 4Rom.8,28. 5 Id est *De correptione et gratia,* c. 9, n. 24 (PL 44, 930). 6 Resp. Rom. 8, 28. 7 Resp. Luc. 22, 61-62. 8 Lib. XIII, c. 16, n. 20 (PL 42, 1030; CCL 50A, 409). ' Resp. lob. 19, 21: *quia manus Domini tetigit me.* 10 Resp. II Cor. 12, 7.

Cap. 6-7: Cf. *Summa sent.,* I, 13 (PL 171, 1093 D-1094 A; 176, 67 D); et ipse Lombardus, *Glossa* in Rom. 6, 9, et in 8, 18 (PL 191, 1406 C, 1448 D-1449 A).

est ei percipere ex malis bona provenire, et ex ea ratione dictum esse quod bonum est mala fieri vel esse; non quia malum sit bonum, vel quia bonum sit malum fieri. Non est enim bonum malum fieri ab aliquo, quia non est bonum ut aliquis faciat malum. Si enim hoc esset bonum, profecto huius Deus auctor esset, qui est auctor omnis boni. Quod si huius Deus auctor est, ergo eo auctore homo agit malum; et ita eo auctore homo fit deterior. Et si eo auctore homo fit deterior, tunc eo volente homo fit deterior.

3. **Quod Deo auctore non fit homo deterior. Quid sit dicere Deo auctore, id est Deo volente.** Idem enim est dicere aliquid fieri Deo auctore quod Deo volente. Deo autem auctore non fit homo deterior; ergo nec Deo volente, ut Augustinus in libro *84 Quaestionum* [1] aperte adstruit a minori, dicens ita: « Nullo sapiente homine auctore fit homo deterior: tanta enim est ista culpa, quod in sapientem hominem cadere nequit. Est autem Deus omni homine sapiente praestantior; multo minus igitur Deo auctore fit homo deterior. Multo enim est praestantior Dei voluntas quam hominis sapientis. Illo autem auctore cum dicitur, illo volente dicitur; est ergo vitium voluntatis, quo est homo deterior. Quod vitium, si longe abest a Dei voluntate, ut ratio docet, a quo sit quaerendum est ». Ecce aperte dicit hic Augustinus Deo auctore vel volente hominem non fieri deteriorem, sed vitio voluntatis suae. Non est ergo Deo auctore quod malum fit ab aliquo; et ita Deo volente mala non fiunt.

Cap. 7 (203).

1. **Quod in Deo non est causa ut sit homo deterior.** Deinde idem Augustinus, quaerens quae sit causa ut sit homo deterior, in Deo non esse asserit, in eodem libro [2] sic dicens: « Ut sit homo deterior, aut in ipso est, aut in alio, aut in nihilo. Si in nihilo, nulla causa est. Si in alio, aut in Deo, aut in aliquo quolibet homine, aut in eo quod neque Deus neque homo sit. Sed non in Deo: bonorum enim Deus tantum causa est; ergo aut in homine est, aut in eo quod nec Deus nec homo, aut in nihilo ». Ex his aperte ostenditur quod non est bonum ut sit homo deterior, quia non est Deus eius rei causa, qui tantum causa

9 Quod... deterior *om.* MRVW. 10 enim est *trp.* BCLRTX. 12 84 LT, 83 VX, 85 *alii codd.* 14 enim est *trp.* CTX. 20 hic *om.* OP. || dicit hic *trp.* BLRVWX. 31 est2 *am.* LNTV. 33 eius] eiusdem M, huius BT.i

i Scii. *De div. quaest. 83,* q. 3 (PL 40, 11). 2 Ibid., q. 4 (PL 40, 12).

bonorum est. Et si non est bonum ut homo fiat deterior, non est igitur bonum ut ab eo fiat malum; non igitur vult Deus ut ab eo fiat malum.

2. **Aliter probat quod Deo auctore non fiunt mala.** Item, aliter etiam ostenditur quod Deo auctore, id est volente, non fiunt mala, quia ipse non est causa tendendi ad non-esse. Tendere enim ad non-esse malum est; ipse autem auctor mali non est. Tendit vero ad non-esse, qui operatur malum; non ergo Deo auctore est quod aliquis operatur malum. Non est ergo bonum quod aliquis operatur malum, quia tantum boni Deus auctor est. Hoc autem **Augustinus** in eodem libro [1] aperte explicat, ita dicens: « Qui omnium quae sunt auctor est, et ad cuius bonitatem id pertinet, ut sit omne quod est, boni tantummodo causa est. Quocirca mali auctor non est, et ideo ipse summum bonum est, a quo in nullo deficere bonum est, et malum est deficere; non est igitur causa deficiendi, id est tendendi ad non-esse, qui, ut ita dicam, essendi causa est, quia omnium quae sunt auctor est, quae in quantum sunt, bona sunt ». Ecce aperte habes quod deficere a Deo, qui est summum bonum, malum est; mala ergo facere malum est; non ergo Deo auctore vel volente mala fiunt.

3. **Obiectio quorundam sophistica, qua probare nituntur ex Deo esse quod mala fiunt.** Iam sufficienter ostensum est quod Deo auctore non fiunt mala. Quidam tamen sophistice incedentes, et ideo Deo odibiles [2], probare conantur ex Deo auctore esse quod mala fiunt, hoc modo: Quod mala fiunt, verum est; omne autem verum quod est, est a veritate quae Deus est; a Deo igitur est quod mala fiunt. Quod autem omne verum a Deo sit, confirmant auctoritate **Augustini** in libro *84 Quaestionum* [3] ita dicentis: « Omne verum a veritate verum est; est autem veritas Deus; Deum igitur habet auctorem omne verum ». Est autem verum quod mala fiunt vel sunt; Deo ergo auctore est quod sunt vel fiunt mala.

4. **Responsio, ubi concedit omne verum esse a Deo et sophisma aperit.** Quibus facile est nobis respondere, sed indignum responsione videtur quod dicunt. Omne namque verum a Deo est, ut ait **Augustinus.** Cui consonat **Ambrosius** [4], qui tractans illud verbum Apostoli [5]:

16 quia] qui T *(Aug.)*. 26 84 LNT, 83 VX, 85 *alii*. 29 ergo] igitur MNR, autem C.

1 Quaest. 21 (PL 40, 16). 2 Resp. Eccli. 37, 23: *Qui sophistice loquitur, odibilis est.* 3 Scii. *De div. quaest. S3,* q. 1 (PL 40, 11). 4 Id est Ambrosiaster, in I Cor. 12, 3 (PL 17 [1845], 245 B; CSEL 81-IΓ, 132); cf. etiam *Glossa* Lombardi in h. l. (PL 191, 1651 A). 5 I Cor. 12, 3.

Nemo potest dicere; Dominus Iesus, nisi in Spiritu Sancto, dicit quod « omne verum, a quocumque dicitur, a Spiritu Sancto est ». Cum itaque verum sit quod mala fiunt, hoc verum quod dicitur illa locutione, scilicet mala fiunt, a Deo est; sed non inde sequitur quod a Deo sit ut mala fiant. Si enim hoc diceretur, auctor malorum Deus esse intelligeretur. — **Per simile ostendit illud esse falsum** *:* Quod ex simili manifeste falsum ostenditur: Deus prohibet furtum fieri; sed furtum fieri verum est; ergo prohibet verum. Non sequitur.

5. Partem quaestionis approbat illorum qui dicunt Deum non velle mala fieri. Hoc igitur et alia huiusmodi inania relinquentes, praemissae quaestionis parti saniori faventes, quae Sanctorum testimoniis plenius approbatur, dicamus Deum non velle mala fieri, nec tamen velle non fieri neque nolle fieri. Omne enim quod vult fieri, fit; et omne quod vult non fieri, non fit. Fiunt autem multa, quae non vult fieri, ut omnia mala.

DISTINCTIO XLVII

Cap. 1 (204).

1. **Quod voluntas Dei semper impletur de homine, quocumque se vertat.** Voluntas quippe Dei semper efficax est, ut fiat omne quod velit, et nihil fiat quod nolit; quae de homine semper impletur, quocumque se vertat. « Nihil enim, ut ait **Augustinus** 1, in libero arbitrio constitutum, superat voluntatem Dei; etsi faciat contra eius voluntatem», tamen contra eius voluntatem quae ipse est, nihil putandum est ita fieri, tanquam velit fieri et non fiat, vel nolit fieri et fiat. Illa enim voluntas, ut ait **Augustinus** in *Enchiridion* 2, semper impletur, aut de nobis, aut a nobis. De nobis impletur, sed tamen non implemus eam, quando peccamus. A nobis impletur quando bonum facimus: ideo enim facimus, quia scimus placere Deo. Ita de homine semper Deus suam

10 Hoc] Hec LPTX. 18 Voluntas... voluntatem (p. 323, 8) om. M. 22 tamen] non *add.* LOPX. 27-1 (322) suam implet *trp.* BCNR.

1 *Enarr. in Ps. 110,* n. 2 (PL 37, 1464; CCL 40, 1622). 2 Cap. 100-101 (PL 40, 279).

Num. 1-2 conflantur ex *Glossa* Magistri in Ps. 110, 2 (PL 191, 1008 D-1009 A) et *Summa sent.,* I, 13 (PL 171, 1092 D-1093 A; 176, 66 D-67 A).

implet voluntatem, quia nihil facit homo de quo Deus non operetur quod vult. — **Augustinus, Super Psalmum** [illegible] : « Non enim vult Deus ut peccet homo quilibet; si autem peccaverit, poenitenti vult parcere ut vivat; in peccatis vero perseverantem punire ut iustitiae potentiam contumax non evadat ». Sicut alios ab aeterno praeparavit ad poenam, alios praeparavit ad gloriam.

2. **Augustinus in Enchiridion** 2 * : «Et haec sunt *magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius*[3], et tam sapienter exquisita, ut cum angelica et humana creatura peccasset, id est non quod ille, sed quod voluit ipsa fecisset, etiam per eandem creaturae voluntatem, qua factum est quod Creator non voluit, impleret ipse quod voluit: bene utens et malis, tanquam summe bonus, ad eorum damnationem quos iuste praedestinavit ad poenam, et ad eorum salutem quos benigne praedestinavit ad gloriam. Quantum enim ad ipsos attinet, quod Deus noluit fecerunt; quantum vero ad omnipotentiam Dei, nullo modo id facere valuerunt. Hoc quippe ipso quod contra eius voluntatem fecerunt, de ipsis facta est voluntas eius. Propterea namque *magna opera Domini* sunt *exquisita in omnes voluntates eius,* ut miro et ineffabili modo non fiat praeter eius voluntatem, quod etiam fit contra eius voluntatem; quia non fieret, si non sineret; nec utique nolens sinit, sed volens; nec sineret bonus fieri male, nisi omnipotens et de malo posset facere bene ». His verbis evidenter monstratur quod voluntas Dei aeterna semper impletur de homine, etiam si faciat homo contra Dei voluntatem.

3. **Inquirit sensum praedictorum verborum.** Sed attendendum est diligenter quomodo superioribus dicitur fieri aliquid contra Dei voluntatem, quod tamen non fit praeter eam; et qualiter intelligendum sit illud: 'Quantum ad se, fecerunt quod Deus noluit; quantum vero ad omnipotentiam Dei, nullo modo id facere valuerunt'. Videntur enim ista superioribus obviare, ubi dictum est 4 voluntati eius nihil resistere.

4. **Hic aperit dicens diversis modis supra accipi Dei voluntatem.** Verum, ut supra diximus 5, voluntas Dei diversis modis accipitur, quae diversitas in praedictis verbis si diligenter notetur, nihil ibi contradictionis reperietur. Ubi enim dicit 'non fieri praeter eius voluntatem etiam

4 punire *(subaudi* vult)] punit BCLT. 10 voluit] ut *add.* BCOPX, *quod exp.* P. 19 quod etiam] etiam illud quod BC, illud etiam quod V. 24 Rubrica *om.* NPRVW. ‖ sensum] verba BCLOTX. 25 quomodo] in *add.* BCLNRVWX, *add. interi.* T. 29 nihil resistere] quis resistet? OP. 33 eius voluntatem] voluntatem dei NVW.

1 *Enarr. in Ps. 110,* n. 2 (PL 37, 1464; CCL 40, 1622). 2 Cap. 100 (PL 40, 279). 3 Ps. 110, 2. 4 Dist. 46, c. 1 (p. 312s). 5 Dist. 45, c. 5-6 (pp. 309-310).

quod fit contra eius voluntatem', dissimiliter accepit voluntatem; et non ipsam voluntatem quae Deus est et sempiterna est, sed eius signa praedictis verbis intelligi voluit, id est prohibitionem sive praeceptionem et permissionem.

Cap. 2 (205).

1. **Ex quo sensu quaedam dicuntur fieri contra Dei voluntatem, quae tamen non fiunt praeter eius voluntatem, et ex quo sensu verum sit nihil fieri contra eius voluntatem.** Multa enim fiunt contra Dei praeceptum vel contra prohibitionem, quae tamen non fiunt praeter eius permissionem. Ipsius namque permissione omnia fiunt mala, quae tamen praeter eius voluntatem sempiternam fiunt, sicut **Augustinus** dicit super illum locum Psalmi 1; *Ut non loquatur os meum opera hominum.* Opera enim hominum dicit ea quae mala sunt, quae praeter Dei voluntatem fiunt quae ipse est, sed non praeter eius permissionem, quae ipse non est; appellatur tamen ipsa 'Dei voluntas', quia Deus volens sinit mala fieri. Fiunt et contra eius praeceptionem vel prohibitionem, sed non contra eius voluntatem quae ipse est, nisi dicantur contra eam fieri quia praeter eam fiunt: contra eam quippe nihil ita fit, ut velit fieri et non fiat, vel nolit fieri et fiat.

2. Quod evidentur ibi **Augustinus** notavit 2, ubi ait: « Quantum ad ipsos attinet, quod Deus noluit fecerunt; quantum vero ad omnipotentiam Dei, nullo modo id facere valuerunt »; ac si diceret: Fecerunt contra Dei praeceptum, quod appellatur 'voluntas', sed non fecerunt contra Dei voluntatem omnipotentem, quia hoc non valuerunt, illud valuerunt; et ita, per hoc quod fecerunt contra Dei voluntatem, id est praeceptum, de ipsis facta est voluntas eius, id est impleta est voluntas eius sempiterna, qua eos aamnan volebat. — Unde **Cregorius** super Genesim 3; « Multi [inde] voluntatem Dei peragunt, unde [eam] mutare contendunt, et consilio eius resistentes obsequuntur; quia hoc

9 contra *om.* LNRTV.

1 *Enarr. in Ps. 16,* 4, n. 4 (PL 36, 146; CCL 38, 92). 2 Supra, p. 322, 14-16. 3 *Moralia,* VI, c. 18, n. 28 (PL 75, 745 B); resp. Gen. 37, de loseph vendito a suis fratribus. Vide notam infra positam ad hunc numerum.

Num. 1: Cf. *Glossa* Lombardi in Ps. 16, 4 (PL 191, 179 C). — Num. 2: Auctoritas Gregorii sumitur de *Summa sent.,* I, 13 (PL 171, 1093 B; 176, 67 A); invenitur in Paterio, *Expositio super Gen.* 37, 7 (PL 79, 718 C-D).

eius dispositioni militat, quod per humanum studium resultat ». Hic aperte ostenditur quia dum mali consilio ac praecepto Dei resistunt, quod 'Dei voluntas' appellatur, ea faciunt unde voluntas eius quae ipse est impletur, quae dispositio vel beneplacitum vocatur.

3. Nam, ut ait Augustinus in *Enchiridion* i, « quantaelibet sint voluntates Angelorum vel hominum, bonorum vel malorum, vel illud quod Deus vel aliud volentium quam Deus, Omnipotentis voluntas semper invicta est; quae mala esse nunquam potest, quae etiam dum mala irrogat iusta est, et profecto quae iusta est, mala non est. Deus igitur omnipotens, sive per misericordiam *cuius vult misereatur,* sive per iudicium *quem vult obduret* 2, nec inique aliquid facit, nec nisi volens quidquam facit, et *omnia quaecumque vult facit* 3 ».

Cap. 3 (206).

Summatim perstringit sententiam praedictorum, addens quare Deus praecipit omnibus bona facere et mala vitare, cum non velit hoc ab omnibus impleri. Ex praedictis liquet quod voluntas Dei quae ipse est, semper invicta est, nec in aliquo cassatur, sed per omnia impletur. Consilium vero eius atque praeceptio sive prohibitio non ab omnibus implentur, quibus proposita et data sunt. Neque ideo praecepit omnibus bona, vel prohibuit mala, vel consuluit optima, quod vellet ab omnibus bona quae praecepit fieri, vel mala quae prohibet vitari – si enim vellet, utique et fierent, quia in nullo potest ab homine superari vel impediri eius voluntas – sed ut iustitiam suam hominibus ostenderet et mali essent inexcusabiles; denique ut boni ex obedientia gloriam, mali ex inobedientia poenam sortirentur, sicut utrisque ab aeterno praeparavit. Ea igitur quae omnibus praecepit vel prohibuit, a quibusdam voluit fieri vel vitari, sed non ab omnibus; et quaedam personaliter praecepit, et in veteri et in nova Lege, quae ab eis quibus praecepit fieri noluit, ut Abrahae de immolatione filii 4, et in Evangelio quibusdam curatis, quibus praecepit ne cui dicerents.

11 obduret] obdurat MOP, induret T, 21 praecepit] precipit NWX. 26 voluit] noluit MOWX.

i Cap. 102 (PL 40, 279s). 2 Rom. 9, 18. 3 ps. Π3, n, 4 Resp. Gen. 22, 2-12. 5 Resp. Marc. 1, 44; v. supra, Dist. 45, c. 7, η. 1 (p. 311).

DISTINCTIO XLVIII

Cap. 1 (207).

1. **Quod aliquando homo bona voluntate aliud vult quam Deus, et aliquando mala idem quod Deus bona voluntate vult.** Sciendum quoque est quod aliquando mala est voluntas hominis idem volentis quod Deus vult fieri, et aliquando bona est voluntas hominis aliud volentis quam Deus.

2. **Quod secundum duo consideratur bona voluntas hominis** [1]. Ut enim bona sit hominis voluntas, oportet attendere quid congruat ei velle, et quo fine. Tantum enim interest inter voluntatem Dei et voluntatem hominis, ut in quibusdam aliud congruat Deo velle, aliud homini. Unde **Augustinus** in *Enchiridion* L « Aliquando, inquit, bona voluntate homo vult aliquid, quod Deus non vult bona multo amplius multoque certius voluntate, nam illius mala voluntas esse nunquam potest; tanquam si bonus filius patrem velit vivere, quem Deus bona voluntate vult mori. Et rursus fieri potest ut hoc velit homo voluntate mala, quod Deus vult bona: velut si malus filius velit mori patrem, velit etiam hoc Deus. Nempe ille vult quod non vult Deus, iste vero id vult quod vult et Deus; et tamen bonae Dei voluntati pietas illius potius consonat, quamvis aliud volentis, quam huius idem volentis impietas. Multum enim interest quid velle homini, quid Deo congruat, et ad quem finem suam quisque referat voluntatem ut approbetur vel improbetur ». Potest enim velle bonum quod non congruit ei velle; et potest velle bonum quod congruit, sed non refert ad finem rectum, et ideo non est bona voluntas.

Cap. 2 (208).

1. **Quod bona Dei voluntas per malas hominum voluntates impletur, ut in passione Christi contigit, ubi quiddam factum est quod Deus**

8 Rubrica *om.* MNRW. 14-15 tamquam] exemplum ponit *rubr. (authent.) add. mg.* BCLOPX. 17 velut] item exemplum ponit in opposito *rubr. (authent.) add. mg.* BCLOPX.

i Cap. 101 (PL 40, 279).

Cap. 2: Vide *Summam sent.,* I, 13 (PL 171, 1092 C-D; 176, 66 B-C), unde aliqua; et Hugonem, *De sacram.,* I, 4, 15 (PL 176, 240 D).

bona et ludaei mala voluntate voluerunt; voluerunt tamen et aliquid quod Deus non voluit. Illud quoque non est praetermittendum, quod aliquando Dei voluntas bona per malam hominis voluntatem impletur, ut in crucifixione Christi factum est: quem Deus bona voluntate mori voluit, ludaei vero impia voluntate eum crucifixerunt. Et volebant ludaei mala voluntate quiddam quod Deus bona voluntate volebat, scilicet ut Christus pateretur, moreretur; sed volebant et aliquid aliud, quod Deus non volebat, scilicet occidere Christum, quod fuit mala actio et peccatum. Actum quippe ludaeorum non voluit Deus, passionem vero Christi voluit; sicut in Psalmo Christus ad Patrem ait *kTu cognovisti sessionem meam,* « id est voluisti et approbasti » passionem meam: tibi enim placuit. Voluit itaque tota Trinitas ut Christus pateretur, nec tamen voluit ut ludaei occiderent; quia voluit poenam Christi, sed non voluit culpam ludaeorum; nec tamen noluit: si enim noluisset, nec fuisset.

2. **Oppositio.** Sed ad hoc opponitur sic: Si voluit Deus ut Christus pateretur, voluit utique ut pateretur a ludaeis, vel non. Si voluit ut non pateretur a ludaeis, cum passus sit, factum est itaque quod voluit Deus non fieri. Si ergo voluit eum pati a ludaeis, ergo voluit eum occidi a ludaeis; voluit itaque ut ludaei occiderent eum.

3. **Responsio.** Ad quod respondentes, dicimus simpliciter concedendum esse quod Deus voluit Christum pati, mori, quia eius passio bonum fuit et causa nostrae salutis. Cum autem dicitur: 'Volebat eum pati vel occidi a ludaeis', hic distinguendum est. Si enim intelligitur sic: Volebat eum sustinere passionem sive crucifixionem a ludaeis illatam, verus est sensus. Si vero intelligitur sic: Volebat ut ludaei occiderent eum, falsum est; non enim volebat Deus actionem ludaeorum, quae mala erat, sed volebat passionem bonam, et haec voluntas per malas ludaeorum voluntates impleta est. — Unde **Augustinus** in *Enchiridion*[2]: « Deus quasdam voluntates suas, utique bonas, implet per malorum hominum voluntates malas, sicut per malivolos ludaeos bona voluntate Patris Christus pro nobis occisus est; quod tantum bonum fuit, ut apostolus Petrus, quando id fieri nolebat, *satanas* ab ipso qui occisus est diceretur [3] ». Ecce manifeste habes magnum bonum fuisse quod Christus occisus est; et hoc bonum quia Petrus nolebat, ideo redargutus est.

16 utique] itaque COP. 17 itaque] ita C, utique LX. 18 ergoq autem LNRTVW.

[1] Ps. 138, 2; et August., in h. l. (PL 37, 1786; CCL 40, 1992); apudLombardum, *Glossa* in h. l. (PL 191, 1212 A). [2] Cap. 101 (PL 40, 279). [3] Resp. Matth. 16, 23.

Cap. 3 (209).

Utrum placuerit viris bonis quod Christus pateretur et moreretur: placuit quidem intuitu nostrae liberationis, sed non ipsius cruciatus. Ex quo solvitur quaestio qua quaeri solet utrum viris sanctis placere debuerit quod Christus pateretur vel occideretur. Debuit enim eis placere intuitu nostrae redemptionis, sed non intuitu eius cruciatus. Voluerunt ergo ac vehementer cupierunt Christum mori propter liberationem hominis et impletionem divinae voluntatis, sed non voluerunt delectatione ipsius afflictionis. De eodem ergo laetabantur et tristabantur, sed ob aliud gaudebant, et propter aliud dolebant. Volebant igitur Christum mori pro hominis redemptione, et tamen de morte ipsius diversis de causis corda eorum varie movebantur.

Cap. 4 (210).

1. **Quomodo sentiendum sit de passionibus sanctorum, an velle, an nolle debeas.** Si vero quaeritur utrum eodem modo sentiendum sit de passionibus et martyriis sanctorum, dicimus aliquam esse differentiam inter passionem capitis ac membrorum. Christi namque passio causa est nostrae salutis, quod non est passio alicuius sancti. Nullius enim passione redempti sumus nisi Christi. Profuerunt quidem non modo eis qui passi sunt, verum etiam aliis fidelibus ipsorum passiones; verumtamen nostra redemptio non sunt: hoc enim illius sola passio potuit, qui Deus est et homo. Illius ergo passionem credentium piae mentes voluerunt et optaverunt fieri sicut futuram credebant.

2. **Quod passiones sanctorum possumus velle et nolle, et utrumque bona voluntate.** Passiones vero sanctorum possumus velle et nolle, et utrumque bona voluntate, si rectos nobis proponamus fines. Cui enim placuit Pauli passio eo fine, quia praemium eius per hoc auctum et paratum cernebat, bonam videtur habuisse voluntatem; quae voluntati eius congruebat, qua cupiebat *dissolvi et esse cum Christo* 1. Qui autem voluit eum declinare passionem et effugere manus iniquorum compassione pietatis, et ille bonam habuit voluntatem. — Unde Augustinus in

7 liberationem] mortis *add.* MOPX. 15 debeas] debeamus LNTW, debeant X, *corr. in* debeamus V. 17 ac] et LTV. 24-25 Rubrica *om.* MNRW.

1 Phil. 1, 23.

Enchiridion i; « Bonae apparebant voluntates piorum fidelium, qui nolebant apostolum Paulum lerusalem pergere, ne ibi pateretur mala quae Agabus propheta praedixerat 2; et tamen hoc illum Deus pati volebat pro annuntianda fide Christi, exercens martyrem Christi. Neque bonam voluntatem suam ipse implevit per Christianorum voluntates bonas, sed per ludaeorum malas; et ad eum potius pertinebant qui nolebant quod volebat, quam illi per quos volentes factum est quod volebat, quia id ipsum mala voluntate fecerunt, quod Deus bona voluntate voluit».

3. Ita et in passione Christi factum est. Quod enim Deus voluit, hoc idem ludas, ludaeus et diabolus; sed illi mala voluntate, Deus vero bona voluntate, scilicet ut Christus moreretur. Verumtamen illi actum voluerunt, quem Deus non voluit.

Hic finitur primus liber de mysterio Trinitatis.

5 ipse *trp. p.* Neque (4) LNR. 13 Hic... Trinitatis *om.* NV. ‖ Hic finitur] explicit LW, finit X. ‖ Primus Liber *trp.* TWX.

1 Cap. 101 (PL 40, 279). 2 Resp. Act. 21, 10-14.

INCIPIT LIBER SECUNDUS

De rerum creatione et formatione corporalium et spiritualium et aliis pluribus eis pertinentibus

Quae ad mysterium divinae unitatis atque trinitatis, licet *ex parte* 1, cognoscendum pertinere noscuntur, quantum valuimus, diligenter exsecuti sumus. Nunc ad considerationem creaturarum transeamus.

DISTINCTIO 1

Cap. 1.

1. **Unum esse rerum principium ostendit, non plura, ut quidam putaverunt. — Beda2.** Creationem rerum insinuans Scriptura, Deum esse creatorem initiumque temporis atque omnium, visibilium vel invisibilium creaturarum, in primordio sui ostendit dicens 3; *In principio creavit Deus*

1 Incipit Lib. Sec. *om.* T. ‖ Liber *om.* BCLMPX. 2-3 De... pertinentibus *om.* N, *trp. ante elenchum capp.* T. 4 Quae] incipit prologus libri secundi *praem.* T. 4-6 Quae... transeamus *trp. ad finem primi libri* BCNX. 6 transeamus] explicit prologus *add.* T. 10 Beda BOT, *om. alii.*

1 Resp. I Cor. 13, 9: *Ex parte enim cognoscimus.* 2 *Libri quatuor in principium Genesis,* I, 1 (PL91,13A; CCL 1ISA, 3); cf. Ambrosius, *Hexaemeron,* I, cc. 1-2 (PL 14 [1845], 123ss; CSEL 32, 3-7). 3 Qen. 1, 1.

Dist. I. Quod in Dist. 1-24 necnon et in Dist. 29 Magister dependeat a *Glossa ordinaria in Gen.* 1-3, et non viceversa, alibi ostendetur. Hic sufficiat, ut nobis videtur, rubricas eius inspicere, ubi *Beda, Strabus, Alcuinus,* modo satis obscuro citantur, nominatim utpote sed sine titulo operis. Insuper, quod nunquam prae oculis habuerit *De Genesi ad litteram* beati Augustini, sed semper idem cognoverit mediante aut eadem *Glossa* in Genesim aut quandoque opere Flori Lugdunensis in Epistolas s. Pauli, evidentissimum est. Illud enim opus Augustini simpliciter vocatur *Super Genesim,* sine altera designatione sive tituli sive numeri librorum. Semel etiam vel ex defectu rubricae in *Glossa ordinaria* in Gen. 1, 26, vel ex mala eiusdem interpretatione, verba Bedae Augustino erronee attribuuntur (cf. Dist. 19, c. 6, nn. 1-2). — Ad *Glossam ordin.* in Gen. citandum, praeter textum in *Biblia sacra cum glossis, interlineari et ordinaria, etc.* I, Venetiis 1588 [= apud Lyranum], adhibetur etiam codex Vatie, lat. 53, ff. lv-31v, saec. XII (cf. *Codices Vaticani Latini* I, 63s) [= v].

Cap. 1, num. 1: Partim (Beda) ex *Glossa ordin.* in Gen. 1, 1 (apud Lyranum, I, 23c; v 2d); partim (« His... opinantium ») ex eius *Prothematibus* seu ex verbis Strabi (apud Lyr., I,

caelum et terram. His etenim verbis Moyses, Spiritu Dei afflatus, in uno principio a Deo creatore mundum factum refert, elidens errorem quorundam plura sine principio fuisse principia opinantium.

2. **Strabus : Plato tria dixit principia : Plato** namque tria initia existimavit, Deum scilicet, et exemplar, et materiam; et ipsa increata, sine principio, et Deum quasi artificem, non creatorem.

Cap. 2.

Ex qua ratione proprie dicitur creator, et quid sit creare, quid facere. Creator enim est, qui de nihilo aliqua facit, et creare proprie est de nihilo aliquid facere; facere vero, non modo de nihilo aliquid operari, sed etiam de materia. Unde et homo vel angelus dicitur aliqua facere, sed non creare; vocaturque factor sive artifex, sed non creator. Hoc enim nomen soli Deo proprie congruit[2], qui et de nihilo quaedam, et de aliquo aliqua facit. Ipse est ergo creator et opifex et factor. Sed creationis nomen sibi proprie retinuit, alia vero etiam creaturis communicavit. In Scriptura[3] tamen saepe creator accipitur tanquam factor et creare sicut facere, sine distinctione significationis.

Cap. 3.

1. **Quod haec verba, scilicet facere et agere et huiusmodi, non dicuntur de Deo secundum eam rationem qua dicuntur de creaturis.** Verumtamen sciendum est haec verba, scilicet facere, creare, agere et huiusmodi

4 Rubrica *om.* MRVW. 5 existimavit] estimavit BCLTVWX. 8 Rubrica om. MRVW. 11 vel] et LNT.

1 In *Timaeo* 48s, et in Chalcidii commento, n. cccvii: « Sunt igitur initia deus et silva et exemplum » (ed. I. Wrobel, Leipzig 1876, 60, 336). 2 cf. August., *De Trinit.,* III, c. 9, nn. 16-18 (PL 42, 877ss; CCL 50, 143ss). 3 Ex. gr. Gen. 1, 26: *Faciamus hominem...*', 1, 27: *Masculum et feminam creavit eos; 2,* 7: *Formavit igitur... hominem de limo terrae;* Eccli. 17, 1: *Deus creavit de terra hominem, et secundum imaginem suam fecit illum;* quasi eadem verba in Sap. 2, 23. Cf. August., *Contra advers. Legis et Prophet.,* I, c. 23, nn. 48-49 (PL 42, 632ss).

22a; v le-d) et cuiusdam ignoti (21d; desunt in v); de quo cf. J. de Blic, *L'oeuvre exégétique de Walafrid Strabon et la Glossa ordinaria,* in *Rech. de Théol. anc. et méd.* 16 (1949) 18ss. — Num. 2: Ex eisdem *Prothematibus* (22a; v le-d).

Cap. 2. Cf. Hugo de S. Victore, *De sacram.,* I, p. 1, c. 1 (PL 176, 187 A-B); qui tamen non est fons Magistri. — Vide E. Bertoia, *La dottrina della creazione nel Liber Sententiarum di Pier Lombardo,* in *Pier Lombardo* I, n. 1 (Novariae 1957) 27-44.

Cap. 3, num. 1-3. Magna ex parte sumuntur ex P. Abaelardo, *Theologia « Scholarium »,* III, c. 6 (PL 178, 1104 D-1105 B). — Num. 4: Ex *Proihemat. Glossae ordin.* in Gen. (22a; v

alia, de Deo non posse dici secundum eam rationem qua dicuntur de creaturis. Quippe cum dicimus eum aliquid facere, non aliquem in operando motum illi intelligimus inesse, vel aliquam in laborando passionem, sicut nobis solet accidere, sed eius sempiternae voluntatis novum aliquem significamus effectum, id est aeterna eius voluntate aliquid noviter exsistere.

2. **Ex quo sensu dicitur Deus aliquid facere** ℣ Cum ergo dicitur aliquid facere, tale est ac si dicatur iuxta eius voluntatem vel per eius voluntatem aliquid noviter contingere vel esse: ut in ipso nihil novi contingat, sed novum aliquid sicut in eius aeterna voluntate fuerat fiat, sine aliqua sui motione vel mutatione. Nos vero operando mutari dicimur, quia movemur: non enim sine motu aliquid facimus. — Deus ergo facere vel agere aliquid dicitur, quia causa est rerum noviter exsistentium, dum eius voluntate res novae esse incipiunt quae ante non erant, absque ipsius agitatione: ut actus proprie dici non queat, cum videlicet actus omnis in motu consistat, in Deo autem motus nullus est.

3. **Per simile ostendit** ℣ Sicut ergo ex calore solis aliqua fieri contingit, nulla tamen in ipso vel in eius calore facta motione vel mutatione, ita ex Dei voluntate nova habent esse sine mutatione auctoris, qui est unum et solum principium omnium.

4. **Aristotiles tria. — Strabus** ℣ Aristotiles[1] vero duo principia dixit, scilicet materiam et speciem, et tertium 'operatorium' dictum; mundum quoque semper esse et fuisse.

5. **Quod catholicum est docet. — Beda** ℣ Horum[2] ergo et similium errorem Spiritus Sanctus evacuans, veritatisque disciplinam tradens, « Deum[3] in principio temporum mundum creasse et ante tempora aeternaliter exstitisse significat: ipsius aeternitatem et omnipotentiam commendans, cui voluisse facere est », quia, ut praediximus[4], ex eius voluntate et bonitate res novae exsistunt. — **Augustinus in Enchiridion** ℣

7 Rubrica *am.* MRW. 10 voluntate fuerat *trp.* LRT. 17 Rubrica *om.* MRW. 21 Rubrica *om.* MNRW. 24 catholicum] caro factum BCX. ‖ Beda om. MRVW.

1 *De gener, et corrupt.,* II, tt. 51-52 (ed. I. Bekker, I, Berolini 1831,335a 28-31,335b 7-8; ed. Iuntina, V, Venetiis 1550, 173v). 2 Aristotelis scii, et Platonis, de quo supra, c. 1, n. 2. 3 Beda, *In Gen.,* I, 1 (PL 91, 13 A; CCL 118A, 3). 4 In lib. I, dist. 45, c. 4 (p. 308s), et hic supra, n. 2.

Id). — Num. 5: Verba Bedae sumuntur ex *Glossa ordin.* in Gen. 1, 1 (apud Lyranum, I, 23c; v 2d). Cetera autem, praeter verba Augustini, partim excipiuntur ex *Summa sent.,* tr. II, c. 1 (PL 171, 1106 D; 176, 79 C), partim ex Hugone, *De sacram.,* I, 2, 4 (PL 176, 208 A).

Credamus igitur « rerum 1 creatarum, caelestium vel terrestrium, visibibilium vel invisibilium, causam non esse nisi bonitatem Creatoris, qui est Deus unus et verus ». Cuius tanta est bonitas, ut summe bonus beatitudinis suae, qua aeternaliter beatus est, alios velit esse participes: quam vidit et communicari posse et minui omnino non posse. Illud igitur s bonum, quod ipse erat et quo beatus erat, sola bonitate, non necessitate, alii communicari voluit, quia summe boni erat prodesse velle, et omnipotentissimi noceri non posse.

Cap. 4.

1. **Quare rationalis creatura facta sit. Et** quia non valet eius beatitu- io dinis particeps exsistere aliquis nisi per intelligentiam, quae quanto magis intelligitur, tanto plenius habetur, fecit Deus rationalem creaturam, quae summum bonum intelligeret, et intelligendo amaret, et amando possideret, et possidendo frueretur.

2. **Quomodo distincta sit rationalis creatura.** Eamque hoc modo 15 distinxit, ut pars in sui puritate permaneret nec corpori uniretur, scilicet angeli; pars corpori iungeretur, scilicet animae. Distincta est itaque rationalis creatura in incorpoream et corpoream; et incorporea quidem angelus, corporea vero homo vocatur, ex anima rationali et carne subsistens. Conditio ergo rationalis creaturae primam causam habuit Dei 20 bonitatem.

3. **Quare creatus sit homo vel angelus.** Ideoque si quaeritur quare creatus sit homo vel angelus, brevi sermone responderi potest: propter bonitatem eius. Unde **Augustinus** in libro *De doctrina Christiana 2:* « Quia bonus est Deus, sumus; et in quantum sumus, boni sumus ». 25

4. **Ad quid creata sit rationalis creatura.** Et si quaeritur ad quid creata sit rationalis creatura, respondetur: ad laudandum Deum, ad serviendum ei, ad fruendum eo. In quibus proficit ipsa, non Deus. Deus enim, per-

5 vidit] videt BCX, videri OP, *quod corr.* P. 7 alii] aliis CRTV. 8 noceri CMOPT, nocere alii, *trp. p,* posse OP. 13 et2] ac MNRVW. 15 Rubrica *om.* MRW. 24 bonitatem eius *trp.* OPR. ‖ eius] dei LT.

1 Cap. 9 (PL 40, 236; CCL 46, 53). z Lib. I, c. 32, n. 35 (PL 34, 32; CSEL 80, 27; CCL 32, 26). Vide etiam supra, Lib. I, dist. 1, c. 3, n. 6 (p. 59, 15ss).

Cap. 4, num. 1-2: Fons est eadem *Summa sent.,* II, 1 (PL 171, 1106 D-1107 A; 176, 79 C-80 C), ut iam monstravit H. Weisweiler, *La « Summa Sententiarum » source de Pierre Lombard,* in *Rech, de Théol. anc. et méd.* 6 (1934) 144s.

Num. 4-5: Suggeruntur ab Hugone, *De sacram.,* I, 2, 1 (PL 176, 205 C).

fectus et summa bonitate plenus, nec augeri potest, nec minui. Quod ergo rationalis creatura facta est a Deo, referendum est ad Creatoris bonitatem et ad creaturae utilitatem.

5. Brevissima responsio cum quaeritur quare vel ad quid facta sit rationalis creatura. Cum ergo quaeritur quare vel ad quid facta sit rationalis creatura, brevissime responderi potest: propter Dei bonitatem et suam utilitatem. Utile nempe ipsi est servire Deo et frui eo. Factus ergo angelus sive homo propter Deum dicitur esse: non quia creator, Deus et summe beatus, alterutrius indiguerit officio, qui bonorum nostrorum non eget 1; sed ut serviret ei ac frueretur eo, cui servire regnare est 2. In hoc enim proficit serviens, non ille cui servitur.

6. **Sicut factus est homo ut Deo serviret, sic mundus ut serviret homini.** Et sicut factus est homo propter Deum, id est ut ei serviret, ita mundus factus est propter hominem, scilicet ut ei serviret. Positus est ergo homo in medio, ut et ei serviretur et ipse serviret; ut acciperet utrinque et reflueret totum ad bonum hominis: et quod accepit obsequium, et quod impendit. Ita enim voluit Deus sibi ab homine serviri, ut ea servitute non Deus, sed homo serviens iuvaretur; et voluit ut mundus serviret homini, et exinde similiter iuvaretur homo.

7. **Quomodo omnia nostra sunt.** Totum igitur bonum hominis erat, et quod factum est propter ipsum, et propter quod factus est ipse. — **Augustinus** *Omnia enim,* ut ait Apostolus 3, *nostra sunt,* scilicet superiora et aequalia et inferiora. Superiora quidam nostra sunt ad perfruendum, ut Deus Trinitas; aequalia ad convivendum, scilicçt angeli, qui, etsi modo nobis sint superiores, in futuro erunt aequales; qui et modo nostri sunt, quia ad usum nobis sunt, sicut res dominorum dicuntur esse famulorum, non dominio, sed quia sunt ad usum eorum. Ipsique angeli in quibusdam Scripturae locis 4 nobis servire dicuntur, dum propter nos in ministerium mittuntur.

7 ipsi] ipsius P, illi N, om. M. ‖ ipsi est *trp.* CLRT. ‖ Factus] est *add.* MOT, *sed exp.* MO. 8 dicitur esse *om.* T. 12 Deo serviret *trp.* BCX. ‖ ut2 om. OP. 22 scilicet] et *add.* LRW.

1 Resp. Ps. 15, 2: *Bonorum meorum non eges.* 2 *Gregorius in Collecta* (ut notat marg. cod. T), scii, *pro pace* (PL 78, 206 A). 3 I Cor. 3, 22: *Omnia enim vestra sunt-* item Rom. 8, 32: *Omnia nobis donavit.* 4 Hebr. 1, 14: *In ministerium missi propter eos qui haereditatem capient salutis.* Cf. etiam Ps. 90, 11-12.

Num. 6: Omnia verbotenus ex Hugone, ibid. (PL 176, 205 C-206 A); unde etiam prima verba num. 7. — Num. 7: Fons est *Glossa* Lombardi in Rom. 8, 32: *Cum illo tradidit omnia* (PL 191, 1451 C-D; z 28d), ubi rubrica nos dirigit ad August., *ex* (in) *libro Quaestionum evan-*

Cap. 5.

Quomodo dicitur aliquando in Scriptura homo factus propter reparationem angelici casus. De homine quoque in Scriptura 1 interdum reperitur quod factus sit propter reparationem angelicae ruinae. Quod non ita est intelligendum, quasi non fuisset homo factus si non peccasset angelus; sed quia inter alias causas praecipuas, haec etiam nonnulla exstitit. — Nostra igitur sunt superiora et aequalia; nostra etiam sunt inferiora, quia ad serviendum nobis facta.

Cap. 6.

1. **Quare anima sit unita corpori.** Solet etiam quaeri, cum maioris dignitatis esse videretur anima si absque corpore permansisset, cur unita sit corpori.

2. **Prima causa ?** Ad quod primo dici potest: quia Deus voluit, et voluntatis eius causa quaerenda non est2.

3. **Secunda ♦.** Secundo autem dici potest quod ideo Deus voluit eam corpori uniri, ut in humana conditione ostenderet novum exemplum beatae unionis quae est inter Deum et spiritum, in qua diligitur ex *toto corde* et videtur *facie ad faciem* 3. Putaret enim creatura se non posse

6 causas] scilicet ut *add.* BC, ita sit homo institutus scilicet ut *add.* OP, *sed dei.* O, ut *add.* T (inferi.) X. 10 Quare... corpori] quare ita sit homo institutus (constitutus L) ut unita sit *(trp. p.* corpori NW) anima corpori (ex *elencho capp.)* LNWX. 13 Prima causa *om.* MRWX. 15 Secunda *om.* MRVWX, causa *add.* T.

1 Col. 1, 12: Qui *dignos nos fecit in partem sortis sanctorum;* Deut. 32, 8: *Statuit fines gentium secundum numerum angelorum Dei,* iuxta versionem antiquiorem (CSEL 12, 665, lin. IIs). Cf. August., *Enchiridion,* c. 29 (PL 40, 246; CCL 46, 65); *De civit. Dei,* XXII, c. 1, n. 2 (PL 41, 752; CSEL 40-1,583; CCL48,807); Gregorius, *InEvang.,* hom.34,n. 11 (PL76, 1252 B-1253 C). 2 Cf. supra. Lib. I, dist. 45, c. 4, n. 2 (p. 308). 3 Matth. 22, 37; et I Cor. 13, 12.

gelii, II, q. 33 (PL 35, 1348); sed textus potius exhibetur ut exstat in *Glossa ordin.* in h. 1. (apud Lyranum, VI, 20a). — Unde patet quod compilatio *De diligendo Deo* (Alcheri Claraevallensis?), ubi in cap. 2-3 (PL 40, 849s) excerpta sunt cap. 3, num. 5, et totum cap. 4, rivulus est et non fons.

Cap. 5. Cf. Hugo, *De sacram.,* I, 5, 30 (PL 176, 260 D); et *Summa sent.,* II, 5 (PL 171, 1114 C-D; 176, 87 B). Ex utroque quaedam sumuntur; quaedam in fine potius ex eadem *Glossa* ac supra in cap. 4, num. 7.

Cap. 6, num. 1 et 3 fundantur in *Summa sent.,* II, 1 (PL 171, 1107 A-B; 176, 79 D-80 C). — Num. 4, quibusdam omissis, verbotenus derivatur ex Hug., *De sacram.,* I, 6, 1 (PL 176, 263 C-264 C).

uniri Creatori suo tanta propinquitate ut eum tota mente diligeret et cognosceret, nisi videret spiritum, qui est excellentissima creatura, tam infimae, id est carni, quae de terra est, in tanta dilectione uniri ut non valeat arctari ad hoc ut velit eam relinquere, sicut Apostolus ostendit dicens[1]: *Nolumus* corpore *exspoliari, sed supervestiri:* per quod ostenditur spiritum creatum Spiritui increato ineffabili amore uniri.

4. Pro exemplo igitur futurae societatis quae inter Deum et spiritum rationalem in glorificatione eiusdem perficienda erat, animam corporeis indumentis et terrenis mansionibus copulavit, luteamque materiam fecit ad vitae sensum vegetare: ut sciret homo quia, si potuit Deus tam disparem naturam corporis et animae in foederationem unam et in amicitiam tantam coniungere, nequaquam ei impossibile futurum rationalis creaturae humilitatem, licet longe inferiorem, ad suae gloriae participationem sublimare. — Quia ergo pro exemplo rationalis spiritus in parte usque ad consortium terreni corporis humiliatus est, ne forte in hoc nimis depressus videretur, addidit Dei providentia ut postmodum cum eodem corpore glorificato ad consortium illorum qui in sua perstiterant puritate sublimaretur: ut quod minus ex dispensatione Creatoris sui acceperat conditus, postmodum per gratiam eiusdem acciperet glorificatus. Sic ergo conditor Deus, rationales spiritus varia sorte pro arbitrio voluntatis suae disponens, illis quos in sua puritate reliquerat sursum in caelo mansionem, illis vero quos corporibus terrenis sociaverat deorsum in terra habitationem constituit; utrisque regulam proponens obedientiae, quatenus et illi ab eo ubi erant non caderent, et isti ab eo ubi erant, ad id ubi non erant ascenderent. Fecit itaque Deus hominem ex duplici substantia, corpus de terra fingens, animam vero de nihilo faciens.

5. **Tertia** *.* Ideo etiam unitae sunt animae corporibus, ut in eis Deo famulantes, maiorem mereantur coronam.

6. **Post sacramentum Trinitatis de creatura tripartita agendum est, et prius de digniori, id est angelica.** Ex praemissis apparet rationalem creaturam in angelicam et humanam fuisse distinctam, quarum altera tota

14 pro] hoc *add.* OP. 19-20 glorificatus] glorificandus X *(Hugo),* vel glorificandus *add.* RV *(mg.).* 21 voluntatis suae *trp.* NOP. 28 Tertia LMT, *om. alii,* causa *add.* T.

1 II Cor. 5, 4.

Num. 5. Haec ratio est *Summae sent.,* II, 1 (PL 171, 1107 B; 176, 80 C); ubi et num. 6 suggeri videtur.

est spiritualis, id est angelica; altera, ex parte spiritualis, ex parte corporalis, id est humana. — Cum itaque de his tractandum sit, scilicet de spirituali et corporali creatura, de rationali et de non rationali, primo de rationali et spirituali, id est de angelis, agendum videtur, ut a contuitu Creatoris ad cognitionem creaturae dignioris ratio nostra intendat; deinde ad considerationem corporeae, tam illius quae est rationalis quam illius quae non est rationalis, descendat, ut Trinitatis increatae sacramentum tripartitae creaturae eique concretorum atque contingentium sequatur documentum.

DISTINCTIO II

Cap. 1 (7).

1. **Quae consideranda sunt de angelis.** De angelica itaque natura haec primo consideranda sunt: quando creata fuerit, et ubi, et qualis facta dum primo conderetur; deinde qualis effecta aversione quorundam et conversione quorundam; de excellentia quoque et ordinibus et donorum differentia, et de officiis ac nominibus aliisque pluribus aliqua dicenda sunt.

2. **Quando facti sunt angeli prius dicit, in quo videntur sibi obviare auctoritates.** Quaedam auctoritates innuere videntur quod ante omnem creaturam creati sunt angeli. Unde illud 1; *Primo omnium creata est sapientia,* quod intelligitur de angelica natura, quae in Scriptura saepe vita, sapientia et lux dicitur 2. Nam sapientia illa quae Deus est, creata non est: Filius enim sapientia Patris est genita, non facta nec creata; et tota Trinitas una sapientia est, quae nec facta nec creata est, nec genita vel procedens 3. De angelica igitur vita illud accipiendum est, de qua

3 rationali?] rationabili COPW, *quod corr.* P. 14 conderetur] consideretur LM, *quod corr.* L. 17 Quando] Quare BCMNOP. 19 sunt] sint BCVW, *corr. in* sint T. 20 quod] que COP, *quod corr.* P. 23 nec·] non LNW.

1 Eccli. 1, 4. 2 Secundum Augustinum, *Confessiones,* XII, c. 15, n. 20 (PL 32, 833; CSEL 33,322s); *De Genesi ad Utt.,* I, c. 9, n. 17 (PL 34,252s; CSEL 28-1,13); et Isidorum, *Sententiae,* I, c. 10, n. 3 (PL 83, 554 B). 3 Cf. supra, Lib. I, dist. 32, cc. 2-6 (pp. 234-239).

Cap. 1. Cf. E. Bertoia, *Il problema dette creature angeliche in Pier Lombardo,* in *Pier Lombardo* I, n. 2 (1957) 33-54. — Num. 1 praeter paucissima verba sumitur ex Hugone, *De sacram.,* I, 5,1 (PL 176, 245 D-246 D); sed « ubi » invenitur in *Summa sent.,* II, 1 (PL 171, 1107 B; 176, 80 D). — Num. 2 conficitur ex *Summa sent.,* II, 1 (PL 171, 1107 B-C; 176, 80 D-81 A), et Hug., *De sacram.,* I, 5, 2 (PL 176, 247 A-B).

dicit Scriptura quando facta est, scilicet *primo omnium* i. — Sed rursus alia Scriptura dicit2: *In principio creavit Deus caelum et terram;* et in Propheta 3: *Initio tu, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt caeli.* — Et videtur quaedam contrarietas oriri ex assertionibus istis. Nam si *primo omnium creata est sapientia,* omnia post ipsam facta videntur; et ita post ipsam facta videntur caelum et terra, et ipsa facta ante caelum et terram. Iterum, si *in principio creavit Deus caelum et terram,* nihil factum est ante caelum et terram, nec ipsa sapientia facta est ante caelum et terram. Cum igitur haec contraria videantur, nec in divina Scriptura fas sit sentire aliquid esse contrarietatis, requiramus intelligentiam veritatis.

3. **Quid sit tenendum docet, praemissas auctoritates determinans.** Videtur itaque hoc esse tenendum, quod simul creata est spiritualis creatura, id est angelica, et corporalis, secundum quod potest accipi illud Salomonis 4: *Qui vivit in aeternum creavit omnia simul,* id est spiritualem et corporalem naturam. Et ita non prius tempore creati sunt angeli quam illa corporalis materia quatuor elementorum. Et tamen *primo omnium creata est sapientia,* quia etsi non tempore, praecedit tamen dignitate.

4. **Quod simul creata fuerit corporalis et spiritualis creatura firmat auctoritate.** Quod autem simul creata fuerit spiritualis corporalisque creatura, **Augustinus,** *Super Genesim*5, aperte ostendit, dicens per *caelum et terram* spiritualem corporalemque creaturam intelligi; et haec creata *in principio,* scilicet temporis; vel *in principio,* quia primo facta sunt.

12 determinans] determinando P, determinandas BCMO. 21 auctoritate] auctoritatibus BCX.

1 Cf. *Glossa ordin.* in Oen. 1, 3 (apud Lyranum, I, 24a; v 3b); ex August., *De Genesi ad Utt.,* I, c. 17, n. 32 (PL 34, 258; CSEL 28-1, 24). 2 Gen. 1, 1. 3 Ps. 101, 26. 4 Eccli. 18, 1. 5 *De Genesi ad Utt.,* I, c. 1, nn. 2-3, et c. 3, n. 7 (PL 34, 247, 249; CSEL 28-1, 4s, 7). Cf. etiam *De civit. Dei,* XI, c. 33 (PL 41, 347; CSEL 40-1, 564; CCL 48, 354); *Confessiones,* XII, c. 13 (PL 32, 831s; CSEL 33, 320).

Num. 3 sumitur de *Samma sent.,* II, 1 (PL 171, 1107 C; 176, 81 A); vide etiam Hug., *De sacram.,* I, 1, 2 et 5 (PL 176, 188 A, 189 D). — Num. 4. Auctoritas Augustini legitur in *Prothematibus Glossae ordin.* (apud Lyranum I, 22d; v Ic).

Cap. 2 (8).

Quod nihil factum est ante caelum et terram, nec etiam tempus: cum tempore enim creata sunt, sed non ex tempore. Ante ea enim nihil factum est. Nec etiam tempus factum est ante spiritualem, scilicet angelicam naturam, et ante corporalem, scilicet materiam illam quatuor elementorum confusam. Illa enim cum tempore creata sunt, non ex tempore, vel in tempore; sicut nec tempus in tempore creatum est, quia non fuit tempus prius quam esset caelum et terra. — Unde **Augustinus** in libro *De Trinitate* 1 dicit quod Deus fuit dominus antequam esset tempus, et non in tempore coepit esse dominus, quia dominus fuit temporis quando esse coepit tempus; nec utique tempus coepit esse in tempore, quia non erat tempus antequam inciperet tempus.

Cap. 3 (9).

1. **Quod simul cum tempore et cum mundo coepit corporalis et spiritualis creatura.** Simul ergo cum tempore facta est corporalis et spiritualis creatura, et simul cum mundo; nec fuit antea angelica creatura quam mundus, quia, ut ait **Augustinus**2,» nulla creatura est ante saecula, sed a saeculis », cum quibus coepit.

2. **Hieronymus contradicere videtur, quasi angeli fuerint ante tempus.** **Hieronymus** tamen, *Super Epistolam ad Titum* 3, aliud videtur sentire, dicens: « Sex millia necdum nostri temporis implentur annorum, et quantas prius aeternitates, quanta tempora, quantas saeculorum origines fuisse arbitrandum est, in quibus Angeli, Throni, Dominationes

3 Ante ea] Ante eam M, Antea X, *corr. in* Antea N. 6 non] nec CMTVW. 7 vel] nec MTV2W. 11 esse coepit *trp.* CNRW. ‖ tempus' *om.* LMPTX. 19 Rubrica *om.* BCRVWX.

1 Lib. V, c. 16, n. 17 (PL 42, 922; CCL 50, 225). Cf. etiam *Sermo 5,* c. 5 (PL 38, 25; CCL 41, 5); *Confessiones,* XII, c. 12 (PL 32, 831; CSEL 33, 319s); et hic supra, lib. I, dist. 30, c. 1, nn. 1-2 (pp. 220s). 2 *De Genesi ad liti.,* V, c. 19, n. 38 (PL 34, 335; CSEL 28-1, 162). 3 In Tit. 1, 2: *Ante tempora saecularia:* «Sed mille necdum nostri orbis implentur anni, et quantas... substiterunt» (PL 26 [1845], 560 A).

Cap. 2. Cf. *Summa sent.,* III, 1 (PL 171, 1116 C; 176, 89 A); necnon et Hugo, *De sacram.,* I, 1, 6 (PL 176, 192 B); utrobique questio innuitur. — Cap. 3, num. 1. Cf. *Glossa* Lombardi in Eph. 3, 10 (PL 192, 190 C). — Num. 3 ex eodem fonte derivatur, praeter verba «pro captu... asserendum est», quae sumuntur ex Hugone, *De sacram.,* I, 5, 4 (PL 176, 249 A). De hisce duobus numeris cf. etiam P. Abaei., *Sic et non,* c. 46 (PL 178, 1412 D).

ceterique ordines servierunt Deo absque temporum vicibus atque mensuris, et Deo iubente substiterunt ? » His verbis quidam 1 adhaerentes, dixerunt cum mundo coepisse tempus saeculare, sed ante mundum exstitisse tempus aeternum sine mutabilitate, et in eo immutabiliter et intemporaliter adstruunt angelos, Deo iubente, substitisse eique servisse.

3. Nos autem quod prius dictum est, pro captu intelligentiae nostrae magis approbamus, salva tamen reverentia secretorum, in quibus nihil temere asserendum est; et illud **Hieronymum** dixisse non ita sentiendo, sed aliorum opinionem referendo, arbitramur.

Cap. 4 (10).

1. **Ubi angeli mox creati fuerint : in empyreo scilicet, quod statim factum, angelis fuerit repletum.** Iam ostensum est quando creata fuerit angelica natura; nunc attendendum est ubi facta fuerit.

2. Testimoniis quarundam auctoritatum evidenter monstratur angelos ante casum fuisse in caelo, et inde corruisse qtiosdam propter superbiam, alios vero qui non peccaverunt illic perstitisse. Unde in Evangelio Dominus ait 2: *Videbam Satanam sicut fulgur de caelo cadentem.* Nec appellatur hic *caelum* firmamentum, quod secunda die factum est3, sed caelum splendidum quod dicitur empyreum, id est igneum, a splendore, non a calore, quod statim factum, angelis est repletum, quod est supra firmamentum.

3. Et illud empyreum quidam expositorum sacrae Scripturae nomine *caeli* intelligi volunt, ubi Scriptura dicit4: *In principio creavit Deus*

4 eo] angelos *add.* BCLNOPRVX, *quod exp.* CO. 5 angelos *om. seu trp.* NRVX. 12 fuerit] fuit RVWX. 17 de caelo cadentem *trp.* LNOPRW.

1 Quamvis (Magistro non obstante) his verbis Hieronymi Origenes non adhaeserit, secundum *Summam sent.,* II, 1 (PL 171, 1107 C-1108 A; 176, 81 A-B), quae fons est huius numeri, haec sententia est Origenis, *Periarchon,* II, c. 3, et III, c. 5 (PG 11, 188ss, 327ss); cf. etiam Gregorius Nazianzenus, *Oratio 38,* nn. 8-10; *Oratio 41,* nn. 4-6 (PG 36,319 A-322C; 627 B-630 D); quam improbat August., *De civit. Dei,* XI, c. 6 (PL 41, 321s; CSEL 40-1, 519s; CCL 48, 326); quam tamen inter Latinos probat loan. Cassianus, *Conlationes,* coni. 8, c. 7 (PL 49, 730 B-733 A; CSEL 13, 222s). 2 Luc. 10, 18. 3 Resp. Gen. 1, 8. 4 Gen. 1, 1.

Num. 1-2. Quaestio proponitur ut in *Summa sent.,* II, 1 (PL 171, 1108 A-B; 176, 81 C), unde etiam verba: « Unde in evangelio... est repletum », praeter « id est... a calore », de quo cf. num. 3 et *Glossa* Lomb. in Ps. 113B,15ss (PL 191,1026 A), etjn II Cor. 12,2(PL 192,80 A). — Num. 3 fundatur in *Glossam ordin.* in Gen. 1, 1 et 2, ut indicatur in altera serie notarum.

caelum et terram. — **Strabus** «Caelum, inquit **Strabus**1, **non** visibile firmamentum hic appellat, sed empyreum, id est igneum vel intellectuale, quod non ab ardore, sed a splendore dicitur, quod statim factum, repletum est angelis. Unde2: *Cum me laudarent astra matutina»* etc. — **Beda**3: De hoc quoque Beda 3 ita ait: « Hoc superius caelum, quod a volubilitate mundi secretum est, mox ut creatum est, sanctis angelis impletum est: quos in principio, cum caelo et terra, conditos testatur Dominus dicens 4: *Ubi eras cum me laudarent astra matutina, et iubilarent omnes filii Dei?* Astra matutina et filios Dei eosdem angelos vocat. Caelum enim in quo posita sunt luminaria », non in principio, sed seeunda die factum est 5. — Ex his liquet quod in empyreo omnes angeli fuerunt ante quorundam ruinam, simulque creati sunt angeli cum caelo empyreo et cum informi materia omnium corporalium.

Cap. 5 (11).

Quod simul creata est visibilium rerum materia et invisibilium natura, et utraque informis secundum aliquid, et formata secundum aliquid. Simul ergo visibilium rerum materia et invisibilium natura condita est, et utraque informis fuit secundum aliquid, et formata secundum aliquid. Sicut enim corporalium materia confusa et permixta, quae secundum graecum chaos dicta est, in illo exordio conditionis primariae et formam confusionis habuit, et non habuit formam distinctionis et discretionis donec postea formaretur atque distinctas reciperet species, ita spiritualis et angelica natura in sua conditione secundum naturae habitum formata fuit, et tamen illam, quam postea per amorem et conversionem ad Creatorem suum acceptura erat, formam non habuit, sed erat informis sine

4 etc.] ubi eras BC, et iubilarent omnes filii dei M. 18 *et2*... aliquid *om.* BCP, *mg.* V. 20 graecum] grecos CMNRV. 24-25 ad Creatorem suum] a creatore suo BCNOPV.

1 *Glossa ordin.* in Gen. 1, 1 (apud Lyranum I, 23c; v 2b); ex Ps-Retnigio Altiss. (Strabo?) in h. 1. (PL 131, 54s). Cf. J. de Blic, in *Rech. de Tliéol. anc. et méd.* 16 (1949) 12, 20. 2 Iob 38, 7. 3 *Glossa ordin.* in Gen. 1, 2 (apud Lyr., I, 23d; v 2d); contracta ex Beda, *InGen.* 1,2 (PL 91,13 D-14 A; CCL 118A, 4). 4 Iob 38, 7. 5 Resp. Gen. 1, 6-8.

Cap. 5. Prima pars ex Hugone, *De sacram.,* I, 5, 5 (PL 176, 249 B); sed « confusa... quae... chaos dicta est » sumitur de *Summa sent.,* III, 1 (PL 171, 1116 C; 176, 89 A), de quo textu v. infra Dist. 12, c. 1, n. 2. — Auctoritas Augustini invenitur in *Prothem. Glossae ordin.* in Gen. (I, 22d; v Ic). — Cap. 6: Ex *Summa sent.,* II, I (PL 171, 1108 B; 176, 81 D).

illa. — Unde **Augustinus**[1], multipliciter exponens praemissa verba Genesis, per *caelum* dicit intelligi «informem naturam spiritualis vitae, sicut in se potest exsistere, non conversa ad Creatorem in quo formatur; per *terram* corporalem materiam sine omni qualitate quae apparet in materia formata ».

Cap. 6 (12).

Quomodo dicat Lucifer secundum Isaiam : Ascendam in caelum etc., cum esset in caelo. Hic quaeri solet, si in caelo empyreo fuerunt angeli quam statim facti sunt, quomodo, ut legitur in Isaia[2], dicit Lucifer: *Ascendam in caelum et exaltabo solium meum, et ero similis Altissime.* — **Solvit *** Sed ibi *caelum* vocat Dei celsitudinem, cui parificari volebat; et est tale *ascendam in caelum,* id est ad aequalitatem Dei.

DISTINCTIO III

Cap. 1 (13).

1. **Quales facti fuerint angeli : quatuor eis attributa sunt in ipso initio suae conditionis.** Ecce ostensum est ubi angeli fuerint mox ut creati sunt; nunc consequens est investigare quales facti fuerint in ipso primordio suae conditionis.

2. Et quatuor quidem angelis videntur esse attributa in initio subsistentiae suae, scilicet essentia simplex, id est indivisibilis et immaterialis; et discretio personalis; et per rationem naturaliter insitam intelligentia, memoria et voluntas sive dilectio; liberum quoque arbitrium, id

2 Genesis] in principio creavit deus celum et terram *add.* BCN. 4 apparet] appareret COPRTV, *quod* corr. T 7 dicat] dicit MVX, dixit L. 9 quam statim] quod statim BCO, statim quando M, statim ex quo P. 11 Solvit] solutio L, *om.* RW. ‖ caelum vocat *trp.* MTVX. 15 fuerint] fuerunt BCMX, sunt LR. 15-16 quatuor... conditionis *om.* LR. 15 initio *trp. p.* conditionis BCX. 16 fuerint] fuerunt LMV.

1 *De Genesi ad liti.,* I, c. 1, n. 2 (PL 34, 247; CSEL 28-1, 4). 2 isaj. 14, 13-14.

Cap. 1 conficitur ex *Summa sent.,* II, 2 (PL 171, 1108 C-D; 176, 81 D), et praesertim ex Hug., *De sacram.,* I, 5, 7-8 (PL 176, 250 A-B); cum Hugone enim non tria (ut in *Summa* cit.) sed quatuor attributa angelis assignantur. De hoc cap. vide H. Weisweiler, *La « Summa Sententiarum » source de P. Lombard,* in *Peck. de Théol. anc. et méd.* 6 (1934) 146s. — Cap. 2 compendium est Hugonis, *De sacram.,* I, 5, 8-11 (PL 176, 250 B-251 B).

est libera inclinandae voluntatis sive ad bonum sive ad malum facultas: poterant enim per liberum arbitrium, sine violentia et coactione, ad utrumlibet propria voluntate deflecti.

Cap. 2 (14).

1. **An omnes angeli fuerint aequales in tribus, scilicet in essentia, in sapientia, in libertate arbitrii.** Hic considerandum est utrum in substantia spirituali et sapientia rationali et libertate arbitrii, quae omnibus inerant, omnes aequales fuerint: ut sit prima consideratio de substantia, secunda de forma, tertia de potestate. Persona quippe substantia est, sapientia forma, arbitrium potestas; et ad substantiam quidem pertinet naturae subtilitas, ad formam vero intelligentiae perspicacitas, et ad potestatem voluntatis rationalis habilitas.

2. **Hic dicit quod differentes fuerunt in illis.** Illae igitur essentiae rationales, quae personae erant et spiritus erant, naturaque simplices ac vita immortales, differentem essentiae tenuitatem, et differentem sapientiae perspicacitatem, atque differentem arbitrii habilitatem recte habuisse intelliguntur.

3. **Per similitudinem corporum ita esse ostendit.** Sicut in corporibus nonnulla differentia est secundum essentiam ac formam et pondus: quaedam enim aliis meliorem ac digniorem essentiam et formam habent, et alia aliis leviora atque agiliora sunt. Ad hunc igitur modum credendum est illas spirituales naturas convenientes suae puritati et excellentiae et in essentia et in forma et in facultate differentias accepisse in exordio suae conditionis, quibus alii superiores, alii inferiores Dei sapientia constituerentur, aliis maiora, aliis minora dona praestantis: ut qui tunc per naturalia bona aliis excellebant, ipsi etiam post per munera gratiae eisdem praeessent. Qui enim natura magis subtiles et sapientia amplius perspicaces creati sunt, hi etiam maioribus gratiae muneribus praediti sunt, et dignitate excellentiores aliis constituti. Qui vero natura minus subtiles et sapientia minus perspicaces conditi sunt, minora gratiae dona habuerunt inferioresque constituti sunt, sapientia Dei aequo moderamine cuncta ordinantis.

4. **Secundum quid consideranda est differentia facultatis arbitrii.** In ipsa facultate arbitrii differentia animadvertenda est secundum differentem naturae virtutem, et differentem cognitionis et intelligentiae vim. &

3 deflecti] flecti BCLMOPX (ed. Ia?). 6 substancia] id est materia *add.* BC, *sed exp.* C, *add. interi.* 02, vel materia *add.* P. 11 subtilitas] sublimitas OP. 13 Rubrica *om.* RVW. 33 Rubrica *om.* MVW.

5. **Quod nec minor tenuitas naturae infirmitatem, nec minor cognitio sapientiae ignorantiam, nec inferior libertas necessitatem inducit.** Et sicut differens vigor et subtilitas naturae infirmitatem non adducit, minorque cognitio sapientiae ignorantiam non ingerit, sic libertas inferior nullam arbitrio necessitatis voluntatem imponit.

Cap. 3 (15).

Quae communia et aequalia habuerunt angeli. Et sicut in praedictis angeli differebant, ita et quaedam communia et aequalia habebant. Quod spiritus erant, quod indissolubiles et immortales erant, commune omnibus et aequale erat. In subtilitate vero essentiae, et intelligentia sapientiae, et libertate voluntatis differentes erant. Has discretiones intelligibiles invisibilium naturarum ille solus comprehendere potuit et ponderare, qui cuncta fecit *in pondere, numero et mensura* 1.

Cap. 4 (16).

1. **An boni vel mali, iusti vel iniusti creati sint angeli, et an aliqua mora fuerit inter creationem et lapsum.** Illud quoque investigatione dignum videtur, quod et a pluribus quaeri solet, utrum boni vel mali, iusti vel iniusti creati sint angeli, et an aliqua mora fuerit inter creationem et lapsum, vel sine mora in ipso creationis exordio ceciderint.

2. **Opinio quorundam dicentium angelos in malitia creatos et sine omni mora fuisse.** Putaverunt enim quidam2 angelos qui ceciderunt,

1-2 Rubrica *om.* MRW. 10 omnibus *trp. p.* aequale OP. 15 sint] sunt MRTVX. 17 et *om.* BCNPX. ‖ vel] an LMNRT. 18 sint] sunt MRVX. 19 ceciderint] ceciderunt LMNOPRVX (ed. Is?). 21 Putaverunt] Putant LNRT.

1 Sap. 11, 21. 2 Hic male iungit Magister duas opiniones: illam scilicet eorum qui dicunt daemones in malitia creatos fuisse, et illam eorum qui censent eos mox creatos sine mora ruisse. Primum refert ac refellit Augustinus, *De Genesi ad Hit.,* XI, cc. 27-30 (PL 34,

Cap. 3: Fere totum de Hug., *De sacram.,* I, 5, 12 (PL 176, 251 B-C). ⊢ Cap. 4. Cf. J. Schupp, *Die Gnadenlehre des Petrus Lombardus,* Freib. im Br. 1932, 49ss. Quaestio huius cap. proponitur ab Hugone, *De sacram.,* I, 5, 19 (PL 176, 254 A-B), et *Summa sent.,* II, 2 (PL 171, 1108 C-D; 176,81 D-82 A); forsitan una cum summa illa quae incipit: *Principium et causa omnium Deus,* olim autem intitulata *Sententiae Anselmi* (ed. F. Bliemetzrieder, in BQPTMA XVIII, Heft 2-3, 52s); et illa *Deus de cuius principio* (ed. H. Weisweiler, in *Rech. de Théol. anc. et méd.* 5 1933 256, lin. 6-18). — Num. 3: Duae auctoritates Augustini trahuntur de *Glossa ordin.* in Gen. 3, 1 (apud Lyranum, I, 40d et 41a; v 24c et 25b). Prima legitur, quibusdam mutatis, etiam in *Summa sent.,* II, 3 (PL 171, 1110 C; 176, 83 D).

creatos esse malos; et non libero arbitrio in malitiam declinasse, sed in malitia a Deo factos esse; nec aliquam fuisse moram inter creationem et lapsum, sed ab initio apostatasse; alios vero creatos fuisse plene beatos.

3. Qui opinionem suam muniunt auctoritate **Augustini,** *Super Genesim l,* ita dicentis: « Non frustra putari potest ab initio temporis diabolum cecidisse, nec cum sanctis angelis pacatum aliquando vixisse et beatum, sed mox apostatasse. Unde Dominus ait2: *Ille homicida erat ab initio, et in veritate non stetit,* ut intelligamus quia in veritate non stetit ex quo creatus est, qui staret si stare voluisset ». — Idem in eodem 3; « Non frustra, inquit, putandum est ab ipso initio temporis vel conditionis suae diabolum cecidisse, et nunquam in veritate stetisse. Unde quidam in hanc malitiam libero arbitrio non esse flexum, sed in hac, quamvis a Deo, putant esse creatum, secundum illud beati Iob4; *Hoc est,* inquit, *initium figmenti Dei, quod fecit Deus ut illudatur ei ab angelis eius.* Et Propheta aits: *Draco iste, quem formasti ad illudendum ei,* tanquam primo factus sit malus, invidus et diabolus, non voluntate depravatus ».

4. His aliisque testimoniis utuntur, qui dicunt angelos qui ceciderunt creatos fuisse malos et sine mora corruisse. — Eos vero qui perstiterunt, perfectos et beatos fore creatos adstruunt auctoritate **Augustini,** qui *Super Genesim* 6 dicit per *caelum* significari « creaturam spiritualem, quae ab exordio quo facta est, et perfecta et beata est semper ».

5. Aliorum sententia probabilis, qui dicunt omnes angelos creatos esse bonos et aliquam fuisse morulam inter creationem et casum. Aliis autem videtur omnes angelos creatos esse bonos, et in ipso creationis

2 fuisse moram *trp.* CMN. 8 et *interi.* PR, *om.* BCNO *(Glossa).*

439ss; CSEL 28-1, 359-364); alteri econtra favet (vide num. 3 huius capituli), eamque tenent *Summa* « *Deus de cuius principio et fine tacetur* » (ed. H. Weisweiler, in *Recti, de Théol. anc. et méd.* 5 1933 256), et *Summa sent.,* II, 3 (PL 171, 1110 B-C; 176, 83 C). Cf. etiam Hugo, *De sacram.,* I, 5, 19 (PL 176, 254 B).

Ï *De Genesi ad Utt.,* XI, c. 16, n. 21 (PL 34, 437; CSEL 28-1, 349). z Ioan. 8, 44. 3 Lib. XI, ce. 19-20, nn. 26-27 (PL 34, 439s; CSEL 28-1, 351ss). 4 Iob. 40, 14, iuxta versionem antiquiorem apud Augustinum. s ps. 103, 26. *6 De Genesi ad Utt.,* I, c. 1, n. 3 (PL 34, 247; CSEL 28-1, 4).

Num. 4. Auctoritas Augustini invenitur in *Prothem. Glossae ordin.* in Gen. (apud Lyranum, 1,22d; v 1c). — Num. 5-7 respiciunt opinionem auctoris *Summae sent.,* II, 2-3 (PL 171, 1108 C-1110 C; 176, 81 D-83 C), ex qua quaedam verba repetuntur in num. 5-6; et Hugonis, *De sacram.,* I, 5, 19-20 (PL 176, 254 B-255 A), cuius est ratio in num. 7 (ibid., 254 C). Vide etiam Rob. Pullum, *Sentent.,* II, 5 (PL 186, 724 B).

primordio bonos exstitisse: id est sine vitio; iustosque fuisse: id est innocentes; sed non iustos: id est virtutum exercitium habentes. Nondum enim praediti erant virtutibus, quae stantibus appositae fuerunt in confirmatione per gratiam; aliis per liberum arbitrium superbientibus, et ideo cadentibus. — Aliquam etiam fuisse morulam aiunt inter creationem et lapsum vel confirmationem. Et in illa brevitate temporis omnes boni erant, non quidem per usum liberi arbitrii, sed per creationis beneficium. Et tales erant qui stare poterant, id est non cadere, per bona creationis, et cadere per liberum arbitrium. Poterant enim peccare et non peccare, sed non poterant proficere ad meritum vitae nisi gratia superadderetur, quae addita est quibusdam in confirmatione.

6. **Auctoritate confirmant ita esse.** — **Augustinus.** Et ad hoc confirmandum utuntur testimonio **Augustini,** qui *Super Genesim* [1] dicit angelicam naturam primo informiter creatam et *caelum* dictam, postea formatam et *lucem* appellatam, quando ad Creatorem est conversa, perfecta dilectione ei inhaerens. Unde prius dictum est [2]; *In principio creavit Deus caelum et terram·,* et postea subditum *Dixit Deus: Fiat lux, et facta est lux,* quia primo agitur de creatione spiritualis naturae informis, postea de formatione eiusdem.

7. Ratione idem adstruunt. Ratio quoque obviat illis qui dicunt angelos creatos fuisse malos. Non enim potuit Creator optimus auctor mali esse. Et ideo totum bonum erat, quod ex ipso illis erat; et totum bonum erat, quoniam ex ipso totum erat. Hoc modo probatur quod boni erant omnes angeli quando primo facti sunt, sed ea bonitate quam natura incipiens acceperat.

8. **Probationem Augustini contra illos inducit qui dicunt angelos factos malos; verba in lob determinat quae illi pro se inducebant,** ideoque **Augustinus,** exterminans opinionem eorum qui angelos creatos fuisse malos putant, auctoritate et ratione probat bonos fuisse creatos;

1 primordio] exordio CNR. 6 in *om.* BCV. 10 superadderetur] adderetur LR, *quod corr. interi.* L. 12 Rubrica *om.* BRVW. ‖ confirmant] confirmat CLOT, firmat X. 14 informiter] id est sine caritate *add.* BCN. 17 subditum] subditur RTV. 18 quia] in *add.* LMR. 20 Rubrica *om.* RVW. 24 primo] primum LNRW. 27 determinat] determinant OPW, *quod corr. in* determinantis P2.

1 *De Genesi ad lilt.,* I, c. 3, n. 7 (PL 34, 248s; CSEL 28-1, 7). 2 Gen. 1, L 3 Gen. 1, 3.

Num. 8-9. Auctoritates Augustini, quibusdam tamen omissis et aliis interiectis, sumuntur de *Glossa ordin.* in Gen. 3, l (apud Lyranum, I, 41a; v 25b-c).

et verba praemissa beati Iob, quae illi pro se inducebant, quomodo sint intelligenda aperit, ita dicens *Super Genesim* 1; « Omnia, inquit, fecit Deus *valde bona* 2»; naturam igitur angelorum bonam fecit. Et «quia iniustum est ut nullo merito hoc in aliquo Deus damnet quod creavit, non naturam, sed voluntatem malam puniendam esse credendum est; nec eius naturam esse significatam cum dicitur 3: *Hoc est initium figmenti Dei* etc., sed corpus aerium, quod tali voluntati aptavit Deus; vel ipsam ordinationem Dei, in qua eum etiam invitum fecit utilem bonis; vel ipsius angeli facturam, quia etsi praesciret Deus voluntate malum futurum, fecit tamen eum, providens quanta de illo sua bonitate esset facturus. *Figmentum* ergo *Dei* dicitur, quia cum sciret Deus eum voluntate malum futurum ut bonis noceret, creavit tamen illum ut de illo bonis prodesset. Hoc autem fecit *ut illudatur ei.* Illuditur enim ei, cum sanctis proficit tentatio eius; sicut et mali homines (quos Deus malos futuros praevidens, creavit tamen ad sanctorum utilitatem) luduntur, cum praestatur sanctis eorum tentatione profectus. Sed ipse est *initium,* quia praecedit antiquitate et principatu malitiae. Haec autem illusio fit angelis malis et hominibus per angelos sanctos, quia subdit eis angelos malos et homines malos, ut non quantum nituntur, sed quantum sinuntur possint ». — Ecce aperte ostendit qualiter praedicta verba Iob intelligenda sint, et angelicam naturam bonam creatam asseruit.

9. Quomodo intelligenda sint verba Domini praemissa disserit, evidenter tradens angelos esse creatos bonos et post creationem cecidisse. Deinde qualiter verba Domini, quae supra 4 posuit, accipienda sint aperit; ubi etiam sua quae praedixit verba determinat, evidenter docens angelos fuisse creatos bonos, et post creationem, interposita aliqua morula5, cecidisse, ita inquiens6: « Quod putatur diabolus nunquam in veritate stetisse, nunquam beatam vitam duxisse, sed ab initio cecidisse, non sic accipiendum est ut malus a bono Deo creatus esse putetur, quia ab ini-

4 Deus damnet *trp. p.* creavit LOPW. damnet] dampnavit OX, *quod corr. in* dampnat O. 6 esse *om.* MNWX. 10 providens] previdens T (Aug., Glossa). 11 Deus eum *trp.* NRX. 13 ei**I***om.* M, *interi.* R, *mg. W.* 15 luduntur] illuduntur VX, luditur M. 16 est *om.* LMX *(Glossa),* dicitur NR *(interi.) VW.* 21 asseruit] asserit OP, asserunt MN. 29 esse *om.* MNRW *(Aug., Glossa).*

I *De Genesi ad litt.,* XI, cc. 21-22, nn. 28-29 (PL 34, 440s; CSEL 28-1, 353ss). 2 Gen. 1, 31. 3 Iob 40, 14; de quo supra, in num. 3. 4 Initio num. 3 (p. 344), scii. Ioan. 8, 44: *Ille homicida erat ab initio, et in veritate non stetit.* 5 Hoc non probant auctoritates adductae; videatur etiam *De civitate Dei,* XI, cc. 13-15 (PL 41, 328ss; CSEL 40-1, 531-535; CCL 48, 333-336); et nota infra posita (in altera serie) ad Dist. 4, num. 4 (p. 350). « *De Genesi ad litt.,* XI, c. 23, n. 30 (PL 34, 441; CSEL 28-1, 355).

tio non cecidisse diceretur: non enim cecidit, si talis, id est malus, factus est. A quo enim caderet ? Factus ergo prius, statim a veritate se avertit propria potestate delectatus, beataeque vitae dulcedinem non gustavit, quam non acceptam fastidivit, sed nolendo accipere amisit. Sui ergo casus praescius esse non potuit, quia sapientia fructus est pietatis 1. Continuo autem ut factus est cecidit, non ab eo quod accepit, sed quod acciperet si Deo subdi voluisset ». Ecce hic aperte declarat angelos bonos esse creatos et post creationem cecidisse.

10. Et fuit ibi aliqua morula, licet brevissima. Quod **Origenes** confirmat *Super Ezecfiiel*2 dicens: « Serpens hostis contrarius veritati, non tamen a principio; neque statim super pectus et ventrem suum ambulavit 3. Sicut Adam et Eva non statim peccaverunt, ita et serpens aliquando non serpens, cum in paradiso deliciarum moraretur. Deus enim malitiam non fecit ». Ecce aperte dicit post creationem interposita morula cecidisse.

11. Ideoque illa verba 4 sic accipienda videntur 5; *Homicida erat ab initio* vel *mendax,* id est statim post initium, quando sibi Dei aequalitatem promisit 6 et se ipsum occidit, qui *homo* dicitur in Evangelio 7. Nec *in veritate stetit,* quia in ea non fuit, sed *ab initio* temporis, id est statim post initium temporis, apostatavit. — Potest etiam et sic accipi illud: *Ab initio homicida fuit* vel *mendax,* id est éx quo homo conditus fuit, quem per invidiam in mortem praecipitavit et fallaciter seduxit8. — Ex praedictis igitur liquet angelos omnes bonos esse creatos, et post creationem quosdam cecidisse a bono quod habuissent, si perstitissent.

1 id est malus *om.* M (Glossa), *mg.* R. 4 non acceptam *trp.* BCM. 6 sed] ab eo *add.* LNX *(Aug.), add. interi. V.* 10 Ezechiel] Ezechielem NVX, ita *add.* TVW. 17-18 Dei aequalitatem *trp.* CLN. 20 etiam *om.* LMRW.

1 Cf. Eccli. 43,37: *et pie agentibus dedit sapientiam·, et* August., *Enchiridion,* c. 2 (PL 40, 231s; CCL 46, 49). 2 Hom. 1, n. 3 (PG 13, 671 B). 3 Resp. Gen. 3,14. 4 scii. Ioan. 8, 44. 5 Utramque expositionem habet August., *De Genesi ad litt.,* XI, c. 16, n. 21 (PL 34, 437s; CSEL 28-1, 348s); *In Ioan.,* tr. 42, n. 11 (PL 35, 1703s; CCL 36, 370); *De civit. Dei,* XI, c. 13 (PL 41, 329; CSEL 40-1, 532; CCL 48, 334). 6 Resp. Isai. 14, 13-14; vide supra, Dist. 2, c. 6 (p. 341). 7 Resp. Matth. 13, 28: *Inimicus homo hoc fecit.* s Resp. Gen. 3, 1-6; Sap. 2, 24.

Num. 10. Verba Origenis (seu potius paraphrasis) ex quodam fonte ignoto; non inveniuntur in *Glossa ordin.* in Ezech. 28, 12. — Num. 11 fundatur super *Summam sent.,* II, 3 (PL 171, 1110 C; 176, 83 C).

Cap. 5 (17).

Quod triplex fuit in angelis sapientia ante casum vel confirmationem. Hic inquiri solet quam sapientiam habuerint ante casum vel confirmationem. — Erat in eis naturalis cognitio triplex: qua sciebant quod facti erant, et a quo facti erant, et cum quo facti erant. Et habebant aliquam boni et mali notitiam, intelligentes quid appetendum vel respuendum illis foret.

Cap. 6 (18).

An aliquam Dei habuerint dilectionem vel sui invicem. Solet etiam quaeri utrum aliquam Dei vel sui invicem dilectionem habuerint. — Ad quod dici potest quoniam naturalem habebant dilectionem, ut memoriam, intellectum et ingenium, qua Deum et se aliquatenus diligebant, per quam tamen non merebantur.

DISTINCTIO IV

Cap. unicum (19).

1. **An perfectos et beatos creaverit Deus angelos, an miseros et imperfectos.** Post haec videndum est utrum perfectos et beatos creavit Deus angelos, an miseros et imperfectos. — Ad quod dici potest quod nec in beatitudine, nec in miseria creati sunt. Miseri enim ante peccatum esse non potuerunt, quia ex peccato miseria est i; nam si non fuisset peccatum, nulla esset miseria. Beati quoque nunquam fuerunt illi qui ceciderunt, quia sui eventus ignari fuerunt, id est peccati et supplicii futuri. Si enim lapsum suum praescierunt, aut vitare voluerunt sed non potuerunt, et ita erant miseri; aut potuerunt sed noluerunt, et ita erant stulti et maligni 2.

3 inquiri] queri LMTV. ‖ habuerint] habuerunt MTV, habuit BO. 11-12 memoriam] et *add.* LRTW. 16 creaverit] creavit CMV.

1 Resp. Prov. 14, 34: *Miseros autem facit populos peccatum.* 2 Cf. August., *De Genesi ad Utt.,* XI, c. 18, n. 23 (PL 34, 438; CSEL 28-1, 350).

Cap. 5 recapitulatio est Hugonis, *De sacram.,* I, 5, 14 (PL 176, 252 B). — Cap. 6. Cf. *Summa sent.,* II, 2 (PL 171, 1109 A; 176, 82 B).

Num. 1. Quaestio originem habet ex dictis *Summae sent.,* II, 2 (PL 171, 1108 C; 176, 82 B), et Hugonis, *De sacram.,* I, 5, 18 (PL 176, 253 C-D), unde etiam responsio partim derivatur.

2. **Quod non fuerunt mali angeli praescii sui casus, boni vero forte fuerunt praescii futuri boni.** Ideoque dicimus quia non erant praescii eventus sui, nec eis data est cognitio eorum quae futura erant super eos. Boni vero et qui perstiterunt forte suae beatitudinis praescii fuerunt. — Unde **Augustinus**, *Super Genesim* 1; « Quomodo, inquit, beatus inter angelos fuit, qui futuri peccati atque supplicii praescius non fuit ? Quaeritur autem cur non fuerit. Forte Deus diabolo revelare noluit quid facturus vel passurus esset; ceteris vero revelare voluit quod in veritate mansuri essent ». — His verbis videtur **Augustinus** significare quod angeli qui corruerunt, non fuerunt praescii sui casus, ideoque beati non fuerunt; et quod angeli qui perstiterunt, beatitudinem sibi affuturam praescierunt, atque de ea certi spe exstiterunt: unde quodam modo iam beati erant. Et revera, si ita fuisset, posset illos dici aliquo modo fuisse beatos; alios vero non, qui nescierunt eventum suum.

3. **Quod opinando hoc dixerit, non asserendo, scilicet quod angeli qui perstiterunt praescii fuerunt sui boni.** Sed haec magis opinando et quaerendo dicit **Augustinus** quam asserendo. Unde et huic opinioni opponens, consequenter subdit2: « Sed quare discernebantur illi a ceteris, ut Deus istis quae ad ipsos pertinerent non revelaret, aliis vero revelaret, cum non prius sit ipse ultor quam aliquis peccator ? Non enim damnat ipse innocentes ». Hic videtur innuere quod non peccaturis futurum malum, nec permansuris futurum bonum revelaverit. — Ideoque nec illi qui ceciderunt unquam, nec illi qui perstiterunt usque ad consummationem beati fuerunt; quia beati non poterant esse, si de beatitudine certi non erant, vel si damnationis incerti erant. Unde **Augustinus** in eodem 3; «Dicere, inquit, de angelis quod in suo genere beati esse possunt, damnationis vel salutis incerti, quibus nec spes esset quod

4 forte suae *trp.* LMNR. 12 praescierunt] presciverunt L, prescierint NOPW, *quod corr.* P. ‖ exstiterunt] exstiterint NW. 13 illos dici *trp.* BCLNTVW. 14 qui] quod OPW, *quod corr.* PW. 18 subdit] dicit MX. 21 non] nec MNVW.

1 *De Genesi ad Utt.,* XI, c. 17, n. 22 (PL 34, 438; CSEL 28-1, 349). 2 Ibid. (PL 34, 438; CSEL 28-1, 349s). 2 *L>e Qenesi ad* /iff„ XI, c. 19, n. 25 (PL34,439; CSEL 28-1, 351).

Num. 2. Vide *Summam sent.,* II, 4 (PL 171, 1112 C; 176, 85 C). Auctoritas Augustini, sub inspiratione eiusdem *Summae,* sumitur de *Glossa ordin.* in Gen. 3, 1 (apud Lyr., I, 40d; v 24c et 25b). — Num. 3. Prima auctoritas ex eadem *Glossa* (40d; 25b); secunda mixtim de eadem (41a et 40d; 25b).

mutandi essent in melius, nimia praesumptio est ». « Quomodo 1 enim beati esse possunt, quibus est incerta sua beatitude ? »

4. **Summam colligit praedictorum confirmans omnes angelos ante confirmationem vel lapsum non fuisse beatos, nisi per beatitudinem accipiat illum statum innocentiae in quo fuerunt ante casum.** Ex praedictis consequitur quod angeli qui corruerunt, nunquam beati fuerunt, nisi beatitudinem aliquis accipiat illum statum innocentiae in quo fuerunt ante peccatum. Illi vero qui perstiterunt, aut suam beatitudinem futuram Deo revelante praescierunt, et ita spei certitudine aliquo modo beati fuerunt; vel incerti exstiterunt suae beatitudinis, et ita aliter beati non fuerunt quam reliqui qui ceciderunt. Mihi autem quod posterius dictum est probabilius videtur.

5. Responsio ad id quod quaerebatur, an angeli essent creati perfecti an imperfecti ; et dicitur quod perfecti fuerunt secundum aliquid et imperfecti secundum aliquid. Ad hoc autem quod quaerebatur, utrum perfecti vel imperfecti fuerint creati, dici potest quia quodam modo perfecti fuerunt, et quodam alio imperfecti. Non enim uno modo dicitur aliquid perfectum, sed pluribus.

6. **Quod tribus modis dicitur perfectum : secundum tempus, secundum naturam, et universaliter perfectum.** Dicitur namque perfectum tribus modis: est enim perfectum secundum tempus, et est perfectum secundum naturam, et est universaliter perfectum. Secundum tempus perfectum est, quod habet quidquid tempus requirit et convenit secundum tempus haberi; et hoc modo angeli erant perfecti ante confirmationem vel lapsum. Secundum naturam perfectum est, quod habet quidquid debitum est vel expedit naturae suae ad glorificationem; et hoc modo perfecti fuerunt angeli post confirmationem, et erunt sancti post resurrectionem. Univer-

4 per] qui MW. ‖ accipiat] accipiant BCX; *supple* quis *vel* aliquis (l. 7). 14 fuerunt] fuere P, fuerint MW. 16 fuerint] fuerunt RTV. | quia] quod BCLTW.

1 Ibid. (PL 34, 438; CSEL 28-1, 349).

Num. 4. Patet quod Magister Petrus nunquam in manibus habuit originale seu textum integrum Augustini *De correptione et gratia,* ubi eandem quaestionem tractans, Augustinus dicit quod « diabolus et angeli eius... beati erant antequam caderent...; minore quidem, sed tamen beatitudine sine ullo vitio fruebantur » (cap. 10, n. 27; PL 44, 933). Eadem doctrina proponitur in *De civitate Dei,* XI, 13 (PL 41, 328s; CSEL 40, 531; CCL 48, 333s); quem librum Magister novit solum mediantibus aliis fontibus. — Num. 6 excerpitur ad litteram de *Summa sent.,* II, 2 (PL 171, 1109 B; 176, 82 C), praeter ultimam phrasim, quae de verbis sumitur Hugonis, *De sacram.,* I, 5, 16 (PL 176, 253 B).

saliter et summe perfectum est, cui nihil unquam deest et a quo universa proveniunt bona; quod est solius Dei. Prima igitur perfectio est naturae conditae, secunda naturae glorificatae, tertia naturae increatae.

7. Praedicta breviter tangit, addens quales fuerunt angeli in conversione et aversione. Quales fuerunt angeli in creatione ostensum est, boni scilicet, et non mali; et iusti, id est innocentes; et perfecti quodam modo, alio vero imperfecti. Beati vero non fuerunt usque ad confirmationem, nisi beatitudo accipiatur, ut iam dictum est 1, ille status innocentiae et bonitatis in quo conditi sunt.

DISTINCTIO V

Cap. 1 (20).

De conversione et confirmatione stantium et aversione et lapsu cadentium. Post haec consideratio adducit inquirere quales effecti sint, dum dividerentur aversione et conversione. Post creationem namque, mox quidam conversi sunt ad Creatorem suum, quidam aversi. Converti ad Deum fuit ei caritate adhaerere; averti, odio habere vel invidere: invidiae namque mater est superbia 2, qua voluerunt se parificare Deo 3. In conversis quasi in speculo relucere coepit Dei sapientia, qua illuminati sunt; aversi vero excaecati sunt. Et illi quidem conversi sunt et illuminati a Deo gratia apposita; isti vero sunt excaecati non immissione malitiae, sed desertione gratiae: a qua deserti sunt non ita quod prius dedita subtraheretur, sed quia nunquam est apposita ut converterentur. Haec est ergo conversio et aversio qua divisi sunt qui natura boni erant: ut sint alii supra illud bonum per iustitiam boni, alii illo corrupto per culpam mali. Conversio iustos fecit, et aversio iniustos. Utraque fuit voluntatis, et voluntas utrinque libertatis.

5 fuerunt] fuerint OPW. 13 sint] sunt LNV. 16 adhaerere] inherere BCL.

1 Sub num. 5. 2 August., *De Genesi ad Utt.,* XI, c. 14: « Causa invidendi superbia » (PL 34, 436; CSEL 28-1, 346); in *Glossa ordin.* in Gen. 3, 1 (apud Lyranum, I, 41a; v 25c). 3 Vide supra, Dist. 2, c. 6 (p. 341).

Cap. 1. Conficitur ex dictis Hugonis, *De sacram.,* I, 5, 23 (PL 176, 256 D), et *Summae sent.,* II, 3 (PL 171, 1109 C; 176, 82 D). Cf. etiam *De sacram.,* I, 5, 24 (PL 176, 257 A).

Cap. 2 (21).

De libero arbitrio breviter tangit, docens quid sit. Habebant enim omnes liberum arbitrium, quod est libera potestas et habilitas voluntatis rationalis. Poterant enim voluntate eligere quodlibet, et ratione iudicare, id est discernere: in quibus constat liberum arbitrium. Nec creati sunt volentes averti vel converti, sed habiles ad volendum hoc vel illud; et post creationem, spontanea voluntate alii elegerunt malum, alii bonum. Et ita discrevit *Deus lucem a tenebris,* sicut dicit Scriptura 1, id est angelos bonos a malis; et *lucem appellavit diem, tenebras* vero *noctem,* quia bonos angelos gratia sua illuminavit, malos vero excaecavit.

Cap. 3 (22).

Post creationem aliquid datum est stantibus per quod converterentur, nec merito aliquo, scilicet gratia cooperans. Si autem quaeritur utrum post creationem conversis aliquid collatum sit per quod converterentur, id est diligerent Deum, dicimus quia est eis collata gratia cooperans, sine qua non potest proficere rationalis creatura ad meritum vitae. Cadere enim potest per se, sed proficere non potest sine gratia adiuvante.

Cap. 4 (23).

Qua gratia indigebat angelus et qua non. Non indigebat angelus gratia per quam iustificaretur, quia malus non erat, sed qua ad diligendum Deum perfecte et obediendum adiuvaretur. — **Quae sit gratia operans et quae cooperans?** Operans quidem gratia dicitur, qua iustificatur impius, id est de impio fit pius, de malo bonus; cooperans vero, qua iuvatur ad bene volendum efficaciter et Deum prae omnibus diligendum, et ad

2 tangit] tangens MNORTV, tangitur et L. ‖ docens] docet N, *om.* BC. 13 aliquo] solo BCX. ‖ scilicet... cooperans] sed... coopérante LM. 21-22 Rubrica *om.* LVW.

1 Gen. I, 4-5.

Cap. 2. Cf. Hugo, *De sacram.,* 1,5,21 (PL 176,255 C-D), unde quaedam verba; et *Summa sent.,* II, 3 (PL 171, 1109 C; 176, 82 D), unde sumitur ultima phrasis. — Cap. 3: Ex *Summa sent.,* II, 3 (PL 171, 1109 D; 176, 83 A).

Cap. 4 doctrinam Hugonis summatim proponit, ex *De sacram.,* I, 5, 24-25 (PL 176, 257 A-C). Cf. J. Schupp, *Die Gnadenlehre des Petrus Lombardus,* 49-52. — Cap. 5. Fere verbotenus, quibusdam adjunctis, ex *Summa sent.,* II, 3 (PL 171, 1110 A-B; 176, 83 A-B).

operandum bonum, et ad perseverandum in bono, et huiusmodi, de quibus postea plenius agemus h Data est ergo angelis qui perstiterunt cooperans gratia, per quam conversi sunt ut Deum perfecte diligerent. Conversi ergo sunt a bono quod habebant non perdito, ad maius bonum quod non habebant; et est facta ista conversio per gratiam cooperantem libero arbitrio; quae gratia aliis qui ceciderunt apposita non fuit.

Cap. 5 (24).

1. **An sit imputandum illis quod aversi sunt.** Ideoque a quibusdam obici solet non esse imputandum illis qui aversi sunt et non conversi, quia sine gratia converti non poterant. Sed illa non est data; nec culpa illorum fuit quod non est data, quia in eis nulla culpa adhuc praecesserat.

2. Ad quod dici potest quoniam quibus apposita est ipsa gratia, non fuit ex meritis eorum: alioquin iam non esset gratia[1], si ex merito quod esset ante gratiam daretur.

3. **Qua culpa gratia non est data eis qui ceciderunt.** Quod vero aliis non est data, culpa eorum fuit, quia cum stare possent, noluerunt, quousque gratia apponeretur; sicut alii perstiterunt donec, illis cadentibus per superbiam, eis gratia est apposita. Aperte ergo cadentium culpa in hoc deprehendi potest: quia licet sine gratia nequirent proficere, quam nondum acceperant, per id tamen quod eis collatum erat in creatione poterant non cadere, id est stare, quia nihil erat quod ad casum eos compelleret, sed sua spontanea voluntate declinaverunt; quod si non fecissent, quod datum est aliis, utique daretur et istis.

Cap. 6 (25).

1. **Quod angeli in ipsa confirmatione beati fuerint, sed utrum eam meruerint per gratiam tunc sibi datam, ambiguum est: de hoc enim diversi diversa sentiunt.** Hic quaeri solet utrum in ipsa confirmatione beati fuerint angeli, et an ipsam beatitudinem aliquo modo meruerint. — Quod

6 aliis] iliis RTX. 9 obici] dici LMNT. ‖ qui] quod LN, *corr. in* quod V. 13 si] sed MN. 14 esset] si *add.* BCM, *add. interi.* N. 25 fuerint] fuerunt LMRVWX. 26 meruerint] meruerunt BLM. ‖ enim om. LNR. 28 fuerint] fuerunt LMR.

1 In Dist. 26 et 27 (pp. 470-487). 2 Resp. Rom. 11, 6: Si *autem gratia, iam non ex operibus; alioquin gratia iam non est gratia.* Cf. verba Augustini, supra, Lib. I, dist. 41, c. 2, n. 2 (pp. 289s).

in ipsa confirmatione beati fuerint, plures contestantur auctoritates 1, et ideo pro constanti habendum est.

2. Utrum vero per gratiam tunc sibi datam ipsam beatitudinem meruerint, ambiguum est. Quibusdam2 enim placet quod eam meruerint per gratiam quam in confirmatione perceperunt; simulque in eis meritum et praemium fuisse dicunt, nec meritum praecessisse praemium tempore, sed causa. —- Aliis autem videtur quod beatitudinem quam receperunt in confirmatione, per gratiam tunc appositam non meruerint, dicentes tunc non fuisse eis collatam gratiam ad merendum, sed ad beate vivendum; non tunc eis datum esse bonum quo mererentur, sed quo feliciter fruerentur. Quod autem tunc in praemium acceperunt, per obsequia nobis exhibita ex Dei obedientia et reverentia mereri dicunt; et ita praemium praecessit merita. Et hoc mihi magis placere fateor.

DISTINCTIO VI

Cap. 1 (26).

1. **Quod de maioribus et minoribus quidam ceciderunt, inter quos unus fuit celsior, scilicet Lucifer.** Praeterea sciri oportet quoniam sicut de maioribus et minoribus quidam perstiterunt, ita de utroque gradu quidam corruerunt; inter quos unus fuit omnibus aliis cadentibus excellentior; nec inter stantes aliquis eo fuit dignior, sicut testimoniis auctoritatum monstratur.

2. Ait enim lob 3: *Ipse principium viarum Dei.* Et in Ezechiele legitur4: *Tu signaculum similitudinis, plenus scientia et perfectione decorus, in deliciis paradisi Dei fuisti.* Quod **Gregorius**3 exponens ait:

4 meruerint] meruerunt BLM. 8 meruerint] meruerunt LMVX. 10 non] nec BCRTV. 18 et] de *add.* LNW.

1 August., *De Genesi ad Utt.,* XI, c. 23 (PL 34, 441; CSEL 28-1, 355); *De civit. Dei,* XI, c. 11, et XXII, c. 1, n. 2 (PL 41, 327 et 751s; CSEL 40-1, 528s, et 40-11, 582s; CCL 48, 332 et 806s); Isidorus, *Sententiae,* I, c. 10, n. 12 (PL 83, 555s). Cf. P. Abaelardus, *Sic et non,* c. 46 (PL 178, 1414 C-D). 2 Auctori *Summae sent.,* II, 3 (PL 171, 1110 A; 176, 83 B); cf. infra, Dist. 11, c. 2 (pp. 381ss). 3 lob 40, 14. 4 Ezech. 28, 12-13. s /n *Evang.,* hom. 34, n. 7; *Moralia,* XXXII, c. 23, n. 47 (PL 76,1250 B, 665 B).

Cap. 1. Quasi totum capitulum praeter verba introductoria sumitur de *Summa sent.,* II, 4 (PL 171, 1110 D-1111 B; 176, 83 D-84 A).

« Quanto in eo subtilior est natura, eo magis in illo imago Dei similis insinuatur impressa». — Item in Ezechiele legitur1: *Omnis lapis pretiosus operimentum eius,* id est omnis angelus quasi operimentum eius erat, quia, ut dicit **Gregorius**2, «in aliorum comparatione ceteris clarior fuit ». Unde et vocatus est Lucifer, sicut testatur Isaias3: *Quomodo,* inquit, *cecidisti, Lucifer, qui mane oriebaris* etc.

3. Qui non unus ordo, sed unus spiritus accipiendus est; qui teste **Isidoro**4, postquam creatus est, eminentiam naturae et profunditatem scientiae suae perpendens, in suum Creatorem superbivit, in tantum quod etiam Deo se aequare voluit, ut in Isaia dicitur5: *In caelum ascendam, super astra caeli exaltabo solium meum, et ero similis Altissimo.* Similis quidem Deo esse voluit non per imitationem, sed per aequalitatem potentiae.

Cap. 2 (27).

1. **Unde et quo deiectus fuerit merito suae superbiae.** Et tantae superbiae merito, *de caelo,* id est de empyreo, in quo cum aliis fuerat, deiectus est in istum caliginosum aerem cum omnibus suae pravitatis consortibus. Nam, ut loannes ait in Apocalypsi 6, *draco,* de caelo cadens, *secum traxit tertiam partem stellarum;* quia Lucifer ille, aliis maior, non solus cecidit, sed cum eo alii multi, qui ei in malitia consenserunt, eosque cadentes huius caliginosi aeris habitaculum recepit.

2. Et hoc ad nostram probationem factum est, ut sit nobis causa exercitationis. Unde Apostolus7: *Colluctatio est nobis adversus principes et potestates mundi huius, et adversus rectores tenebrarum, spiritualia ne-*

15 merito *trp. p.* quo OP. ‖ suae superbiae *trp.* BLNX. 22 sit] sint BCV *(Summa Sent.).* 24 tenebrarum] harum contra *add.* LT, *add. interi.* OV, *add. mg.* R.

1 Ezech. 28, 13. 2 *Moralia,* XXXII, c. 23, n. 48 (PL 76,665 C). 3 Isai. 14, 12. 4 *Sententiae,* I, c. 10, nn. 7-8 (PL 83, 555 A-B). 5]sai. 14, 13-14. 6 Apoc. 12, 3-4: *et ecce draco magnus... et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum caeli, et misit eas in terram.* 7 Eph. 6, 12.

Cap. 2. Cf. *Summa sent.,* II, 4 (PL 171, 1111 B; 176, 84 B), unde quaedam verba; deinde (ad num. 2), *Glossa* Lomb. in Eph. 6, 12 (PL 192, 219 B-C). — Cap. 3. Paucis additis, sumitur ex *Summa sent.,* II, 4 (PL 171, 1111 C; 176, 84 B). De doctrina hic proposita, cf. August., *De Genesi ad Utt.,* III, c. 10, n. 15, et XI, c. 26, n. 33 (PL 34, 285,443; CSEL 28-1, 73s, 359); *De civit. Dei,* XI, 33 (PL 41, 346; CSEL 40, 562ss; CCL 48, 352ss); *Summa tDeus de cuius principio et fine tacetur* », ed. H. Weisweiler, in *Rech. de Thiol. anc. et mid.* 5 (1933) 257, lin. 13-20.

quitiae in caelestibus. Quia daemones, qui sunt spirituales et nequam, in hoc turbulento aëre nobis propinquo, quod *caelum* appellatur 1, habitant; unde et diabolus *princeps aeris* dicitur 2.

Cap. 3 (28).

Quod non est concessum eis habitare in caelo vel in terra. Non enim est eis concessum habitare in caelo, quia clarus locus est et amoenus; nec in terra nobiscum, ne homines nimis infestarent; sed iuxta apostoli Petri doctrinam, in Epistola canonica 3 traditam, in aëre isto caliginoso, qui eis quasi career usque ad tempus iudicii deputatus est. Tunc autem detrudentur in baratrum inferni, secundum illud 4: *Ite maledicti in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo et angelis eius.*

Cap. 4 (29).

Quod daemones alii aliis praesunt et habent etiam alias praelationes. Et sicut inter bonos angelos alii aliis praesunt, ita et inter malos alii aliis praelati sunt, et alii aliis subiecti. Quamdiu enim durat mundus, angeli angelis, et homines hominibus, et daemones daemonibus praesunt; sed in futuro omnis evacuabitur praelatio, ut docet Apostolus 5. — Habent quoque, secundum modum scientiae maioris vel minoris, praelationes alias maiores vel minores. Quidam enim uni provinciae 6, alii uni homini, aliqui uni vitio praesunt2. Unde dicitur spiritus superbiae, spiritus luxuriae et huiusmodi, quia de illo vitio maxime potest homines tentare a quo nominatur. Inde est etiam quod nomine daemonis divitiae

5 vel] et BCL. 11 praeparatus] paratus LT. 15 enim *om.* BCOPRVW.

1 Quodam modo resp. *Glossa ordin.* in Matth. 13, *4: Et venerunt volucres caeli:* « Daemones dicuntur volucres» etc. (apud Lyranum, V, 44a). 2 Resp. Eph. 2, 2. 3 II Petri 2, 4: *Carcerlbus caliginis inferni retrudens, tradidit in iudicio puniendos servari,* iuxta textum Augustini, *In Ps. 148,* 7 (PL 37, 1943; CCL 40, 2171); cf. *Glossa ordin.* in II Petri 2, 4 (apud Lyranum VI, 225r). 4 Matth. 25, 41. 5 Resp. I Cor. 15, 24: *Deinde finis... cum evacuaverit omnem principatum et potestatem et virtutem.* e Cf. Dan. 10, 13. 2 Cf. Origenes, *In losue* 11, 20, hom. 15, n. 5 (PG 12, 903 B); in *Glossa ordin.* in h. 1. (apud Lyranum, II, 18c).

Cap. 4. Quaedam (« Quamdiu... praelatio ») ex *Glossa* auctoris in I Cor. 15, 24 (PL 191, 1679 C). Quae sequuntur («Habent... luxuriae»), ex *Summa sent.,* II, 4 (PL 171, 1111 C; 176, 84 C); reliqua ex *Glossa ordin.* in Matth. 6, 24 (apud Lyranum, V, 26c).

vocantur, scilicet mammona 1. Est enim Mammona nomen daemonis, quo nomine vocantur divitiae secundum Syram linguam. Hoc autem non ideo est, quod diabolus in potestate habeat dare vel auferre divitias cui velit, sed quia eis utitur ad hominum tentationem et deceptionem.

Cap. 5 (30).

An omnes daemones sint in hoc aëre caliginoso, an aliqui sint in inferno. Solet autem quaeri utrum omnes in isto aëre caliginoso sint, an aliqui iam sint in inferno. — Quod in inferno quotidie descendant aliqui daemonum, verisimile est, qui animas illuc cruciandas deducunt. Et quod illic aliqui semper sint, alternatis forte vicibus, non procul est a vero, qui illic animas detinent atque cruciant. Quod autem animae malorum illuc descendant atque ibi puniantur, ex eo constat, quod Christus ad inferos descendit, ut iustos qui ibi tenebantur educeret: si enim iusti illuc descendebant, multo magis iniusti; et sicut tradit auctoritas 2, cum iustos eduxit, iniquos ibi reliquit. Momordit enim infernum, non absorbuit.

Cap. 6 (31).

1. **Quidam putant Luciferum in inferno religatum ex quo tentavit Christum et victus est, quem dicunt primum hominem tentasse et vicisse.** De Lucifero autem quidam opinantur 3 quod ibi religatus sit et ad nos tentandos non habeat nunc accessum, quia in Apocalypsi legitur 4: *Cum consummati fuerint mille anni, solvetur Satanas de carcere suo, et exiet et seducet gentes;* quod erit novissimo tempore Antichristi, quando erit tanta tribulatio, ut etiam, si fieri potest, moveantur electi 5. Quem ibi

9 inferno2] infernum MNTV. 19 victus] vinctus MOP, *quod corr.* P.

1 Resp. Matth. 6, 24; et Luc. 16, 9. 2 *Glossa interlin.* (ut videtur) in Osee 13, 14: *Morsus tuus ero, inferne:* « meos electos educendo, reprobos vero ibidem relinquendo » (apud Lyranum, IV, 349v); in parte ex Gregor., *Moralia,* XII, c. 11, n. 15 (PL 75, 993 D-994 A); *In Evang.,* hom. 22, n. 6 (PL 76, 1177 C). 3 Non invenimus; cf. Magistri *Sermo in Natali Domini* (PL 171, 386 D-387 D). 4 Apoc. 20, 7. 5 Resp. Matth. 24, 21-24; Mare. 13, 19-22.

Cap. 5. Quaestio proponitur ut in *Summa sent.,* II, 4 (PL 171, 1111 C; 176, 84 C); sed solutio est Magistri. — Cap. 6. Paucissima, ut in alia serie notarum indicatur, apud Summam sent., II, 4 (PL 171, 1111 D; 176, 84 C).

religatum dicunt ab eo tempore quo tentavit Christum in deserto 1 vel in passione et victus est ab eo. Ipsum putant primum hominem tentasse et vicisse2, et secundo Deum, sed ab eo victum esse et ideo in inferno religatum. — **Alii putant ex quo cecidit illuc demersum.** Alii autem putant3 ex quo cecidit, pro peccati sui magnitudine, illuc fuisse demersum,

2. **Quod Lucifer non habet potestatem quam habebit tempore Antichristi.** Sed sive in infernum demersus sit sive non, credibile est eum non habere facultatem accedendi ad nos quam habebit in tempore Antichrist!, in quo fraudulenter ac violenter operabitur; et ideo forte dicitur 4 tunc solvendus, quia tunc dabitur ei a Deo potestas tentandi homines quam modo non habet.

Cap. 7 (32).

Quod daemones semel victi a sanctis, non accedunt amplius ad alios. Aliis quoque, qui a sanctis iuste et pudice viventibus vincuntur, potestas alios tentandi videtur adimi. Unde **OrigenesS**; « Puto, inquit, sane quia sancti, repugnantes adversus istos incentores et vincentes, minuant exercitum daemonum, velut quam plurimos eorum interimant, nec ultra fas sit illi spiritui, qui ab aliquo sancto caste et pudice vivendo victus est, impugnare iterum alium hominem ». — Hoc autem quidam 6 putant intelligendum tantum de illo vitio in quo superatus est: ut si de superbia aliquem virum sanctum tentât et vincitur, ultra non liceat ei illum vel alium de superbia tentare.

7-8 eum non *trp.* BCLMOP. 16 quia] quod MNR. 17 nec] ne BCMNOPRX, *quod corr.* NR. 18 qui] quia BCOX. 21 ultra] ulterius LNT.

1 Matth. 4, 1-11. 2 Resp. Gen. 3, 1-6. 3 Ut refert *Summa sent.,* 11,4 (PL 171, 1111 D; 176, 84 C). 4 Resp. Apoc. 20, 3 et 7. 5 *In Iosue* n, 17-18, hom. 15, n. 6 (PG 12, 903 C); cf. *Glossa ordin.* in h. 1. (apud Lyranum, II, 18d), quae tamen non est fons. 6 Ita *Glossa ordin.* in Matth. 4, 9 (apud Lyranum, V, 16a).

Cap. 7. Verba introductoria et auctoritas Origenis, ex *Summa sent.,* II, 4 (potius sub forma in PL 171, 1111 D-1112 A, quam in PL 176, 84 C-D).

DISTINCTIO VII

Cap. 1 (33).

Quod boni angeli adeo sunt confirmati per gratiam ut peccare non possint, et mali ita obdurati in malo ut bene vivere nequeant. Supra dictum est i quod angeli qui perstiterunt, per gratiam confirmati sunt; et qui ceciderunt, a gratia Dei deserti sunt. Et boni quidem in tantum confirmati sunt per gratiam, quod peccare nequeunt; mali vero per malitiam adeo sunt obstinati, quod bonam voluntatem habere sive bene velle non valent, etsi bonum sit quod aliquando volunt. Volunt enim aliquando aliquid fieri, quod Deus vult fieri; et utique illud bonum est et iustum fieri; nec tamen bona voluntate illud volunt, nec bene illud volunt.

Cap. 2 (34).

1. **Quod utrique liberum arbitrium habent, nec tamen ad utrumque flecti possunt.** Sed cum nec boni peccare possint, nec mali bene velle vel bene operari, videtur quod iam non habeant liberum arbitrium, quia in utramque partem flecti non possunt, cum liberum arbitrium ad utrumque se habeat. — Unde **Hieronymus** in tractatu *De prodigo filio*[2] dicit: « Solus Deus est in quem peccatum cadere non potest; cetera, cum sint liberi arbitrii, in utramque partem flecti possunt ». Hic videtur dicere quod omnis creatura in libero arbitrio constituta, potest flecti ad bonum et ad malum. Quod si est, ergo et boni angeli et mali ad utrumque flecti possunt; ergo et boni possunt fieri mali, et mali boni.

3-4 Rubrica *abbrev.* NRX. 14 possint] possunt BCMOPT, *quod corr.* T. 15 quia] cum NOP, eo quod M, si X, *om.* BC.

1 In Dist. 5, *c.* 1 (p. 351). 2 *Epist. 25 (ad Damasum),* n. 40 (PL 22 [1859], 393).

Cap. 1. Partim ad litteram ex *Summa sent.,* 11,4 (PL 171,1112 A; 176,84 D). — Cap. 2, num. 1: Partim ex *Summa sent.,* II, 4 (PL 171, 1112 A; 176,84 D-85 A); auctoritas Hieronymi invenitur etiam in *Glossa* Lomb. in Ps. 142, 2 (PL 191, 1249 A). — Responsio (in num. 2) quodam modo dependet, etiam ad litteram, de schola Anselmi Laudunensis; ex. gr., de *Summa e Prima rerum origo»,* ed. O. Lottin, in *Rech. de Théol. ane. et méd.* 10 (1938) 110; vide etiam *Summam « Deus de cuius principio... »,* ed. H. Weisweiler, in *Rech. de Théol. anc. et méd.* 5 (1933) 257, lin. 5-10; *Summam « Principium et causa » (Sent. Anselmi),* ed. F. Bliemetzrieder, 54. De libero arbitrio *depresso, v.* etiam textus ab O. Lottin allatos, in *L'école d'Anselme de Laon,* etc., in *Psych, et morale aux XIIe et XIIIe siècles, V,* 201s, 259s.

2. Ad quod dicimus quia boni tanta gratia confirmati sunt ut non queant fieri mali, et mali adeo in malitia obdurati sunt ut non valeant fieri boni; et tamen utrique habent liberum arbitrium, quia et boni non aliqua cogente necessitate, sed propria ac spontanea voluntate, per gratiam quidem adiuta, bonum eligunt et malum respuunt; et mali similiter spontanea voluntate, a gratia destituta, bonum vitant et malum sequuntur. Et habent mali liberum arbitrium, sed depressum atque corruptum, quod surgere ad bonum non valent.

Cap. 3 (35).

1. **Quod boni post confirmationem liberius habent arbitrium quam ante.** Boni vero arbitrium habent multo liberius post confirmationem quam ante. Ut enim **Augustinus** tradit in *Enchiridion* i, « non ideo carent libero arbitrio, quia mala velle non possunt. Multo quippe liberius est arbitrium quod non potest servire peccato 2. Neque culpanda est voluntas, aut voluntas non est, aut libera dicenda non est, qua beati esse sic volunt, ut esse miseri non solum nolint, sed nec prorsus velle possint ».

2. Non possunt itaque boni angeli velle malum, vel velle esse miseri; neque hoc habent ex naturae, sed gratiae beneficio. Ante gratiae namque confirmationem potuerunt peccare angeli, et quidam etiam peccaverunt et daemones facti sunt. Unde **Augustinus** in libro *Contra Maximinum*3: « Creaturarum natura caelestium mori potuit, quia peccari potuit. Nam et angeli peccaverunt et daemones facti sunt, quorum diabolus est princeps; et qui non peccaverunt, peccare potuerunt. Et cuicumque creaturae rationali praestatur ut peccare non possit, non est hoc naturae propriae, sed Dei gratiae. Ideoque solus Deus est qui non gratia cuiusquam, sed natura sua, nec potuit, nec potest, nec poterit peccare ». Ecce hic insinuatur quod angeli ante confirmationem peccare potuerunt, sed post confirmationem non possunt; et quod potuerunt, fuit eis ex libero arbitrio, quod est eis naturale; quod vero modo non

1-2 non queant] nequeant NTX. 2 fieri mali *trp.* BCV.

1 Cap. 105 (PL4O.281; CCL 46, 106). 2 Cf. Ioan.8,34. 3 Lib. II, c. 12, n. 2 (PL 42,768).

Cap. 3. Cf. *Summa sent.,* II, 4 (PL 171, 1112 B; 176, 85 A-B); et *Glossa* Lombardi in I Tim. 6, 13 (PL 192, 361 A).

possunt peccare, non est eis ex natura, id est ex libero arbitrio, sed ex gratia: ex qua gratia etiam est ut ipsum liberum arbitrium iam non possit servire peccato 1.

Cap. 4 (36).

1. **Quod post confirmationem angeli non possunt ex natura peccare sicut ante: non quod debilitatum sit eorum arbitrium, sed confirmatum.** Non ergo post confirmationem angeli de natura, sicut ante, peccare potuerunt: non quod liberum arbitrium eorum debilitatum sit per gratiam, sed ita potius confirmatum, ut iam per illud non possit bonus angelus peccare; quod utique non est ex ipso libero arbitrio, sed ex gratia Dei.

2. **Aperit quomodo praedicta verba Hieronymi sint intelligenda.** Quod ergo **Hieronymus** ait[2]: «Cetera, cum sint liberi arbitrii, possunt flecti in utramque partem», accipi oportet secundum statum in quo creata sunt. Talis enim et homo et angelus creatus est, qui ad utrumque flecti poterat; sed postea boni angeli per gratiam ita sunt confirmati ut peccare non possint, et mali ita vitio obdurati ut bene vivere nequeant.

3. **Eodem modo intelligendum est hoc aliud.** Similiter etiam illud Isidori[3] intelligendum est: «Angeli mutabiles natura, immutabiles sunt gratia». Quia ex natura in primordio suae conditionis mutari potuerunt ad bonum sive ad malum; sed post per gratiam ita bono addicti sunt, ut inde mutari nequeant: ad hoc enim repugnat gratia, non natura.

Cap. 5 (37).

Quod mali angeli vivacem sensum non perdiderunt et quibus modis sciant. Et licet mali angeli ita per malitiam sint obstinati, vivaci tamen sensu non penitus sunt privati. Nam, ut tradit Isidorus[4], «triplici

5 peccare *trp. p.* angeli BCX. 15 sunt confirmati *trp.* BCPT. 18 Rubrica *om.* MVW. ‖ aliud *om.* BCX. 21 per *om.* BCW.

1 Resp. Ioan. 8, 34. 2 Supra, c. 2, n. 1 (p. 359). *3 Sententiae,* I, c. 10, n. 2 (PL 83, 554 A). * *Sententiae,* I, c. 10, n. 17 (PL 83, 556 C).

Cap 4. Cf *Summa sent.,* II, 4 (PL 171, 1112 B; 176, 85 A-B), unde auctoritates Hieronymi et Isidori.

Cap 5. Omnia ex *Summa sent.,* ibid.

acumine scientiae vigent daemones, scilicet subtilitate naturae, experientia temporum, revelatione supernorum spirituum ». — De hoc etiam **Augustinus** ait k « Spiritus mali quaedam vera de temporalibus rebus noscere permittuntur, partim subtilitate sensus, partim experientia temporum callidiores, propter tam magnam longitudinem vitae, partim sanctis angelis quod ipsi ab omnipotenti Deo discunt, iussu eius sibi revelantibus. Aliquando autem iidem nefandi spiritus et quae ipsi acturi sunt velut divinando praedicunt ».

Cap. 6 (38).

Quod magicae artes virtute et scientia diaboli valent, quae virtus et scientia est ei data a Deo, vel ad fallendum malos, vel ad monendum vel ad exercendum bonos. Quorum scientia atque virtute etiam magicae artes exercentur. Quibus tamen tam scientia quam potestas a Deo data est 2, vel ad fallendum fallaces, vel ad monendum fideles, vel ad exercendam probandamque iustorum patientiam. — Unde **Augustinus** in libro III *De Trinitate*3: «Video, inquit, infirmae cogitationi quid possit occurrere, cur scilicet ista miracula etiam magicis artibus fiant: nam et magi Pharaonis 4 serpentes fecerunt et alia. Sed illud est amplius admirandum, quomodo magorum potentia, quae serpentes facere potuit, ubi ad muscas minutissimas, scilicet cinifes, ventum est, omnino defecit: qua tertia plaga Aegyptus caedebatur. Ibi certe defecerunt magi dicentes 5: *Digitus Dei est hic.* Unde intelligi datur nec ipsos quidem transgressores angelos et aërias potestates, in imam istam caliginem tanquam in sui generis carcerem ab illius sublimis aethereae puritatis habitatione detrusos, per quos magicae artes possunt quidquid possunt, valere aliquid, nisi data desuper potestate. Datur autem vel ad fallendos fallaces, sicut in Aegyptios et in ipsos etiam magos data est: ut in eorum spirituum operatione viderentur admirandi, a quibus fiebant damnandi; vel ad monendos fideles, ne tale aliquid facere pro magno desiderent: propter quod etiam nobis in Scriptura sunt prodita; vel ad exercendam, probandam manifestandamque iustorum patientiam ».

29 monendos] monendum NW, admonendos T.

1 *De Genesi ad Utt.,* II, c. 17, n. 37 (PL 34, 278s; CSEL 28-1, 61). 2 Resp. Eccli. 1, 1: *Omnis sapientia a Domino Deo est;* Rom. 13, 1: *Non est enim potestas nisi a Deo.* 3 Cap. 7, n. 12 (PL 42,875; CCL 50, 138s). 4 Resp. Exod. 7-8. 5 Exod. 8, 19.

Cap. 7 (39).

Transgressoribus angelis non servit ad nutum materia rerum visibilium. « Nec l putandum est istis transgressoribus angelis ad nutum servire hanc visibilium rerum materiam, sed Deo potius, a quo haec potestas datur, quantum incommutabilis iudicat ».

Cap. 8 (40).

1. **Quod non sunt creatores, licet per eos magi ranas et alia fecerunt, sed solus Deus.** « Nec sane creatores illi mali angeli dicendi sunt quia per illos magi ranas et serpentes fecerunt: non enim eas ipsi creaverunt ».

2. **De seminibus omnium corporum, quorum creator ipse solus creator est :** « Omnium quippe rerum quae corporaliter visibiliterque nascuntur, occulta quaedam semina in corporeis mundi huius elementis latent, quae Deus originaliter eis indidit. Ipse ergo creator est omnium rerum, qui creator est invisibilium seminum. Quia quaecumque nascendo ad oculos nostros exeunt, ex occultis seminibus accipiunt progrediendi hic primordia, et incrementa debitae magnitudinis distinctionesque formarum ab originalibus, ut ita dicam, regulis sumunt ».

3. **Sicut parentes non dicuntur creatores filiorum nec agricolae frugum, ita nec boni angeli nec mali, etsi per eorum ministerium fiant creaturae.** « Sicut ergo nec parentes dicimus creatores hominum, nec agricolas creatores frugum, quamvis eorum extrinsecus adhibitis motibus ista creanda Dei virtus interius operetur: ita non solum malos, sed nec bonos angelos fas est putare creatores. **(Nota : hic innuit eos habere corpus ?)** Sed pro subtilitate sui sensus et corporis, semina istarum rerum nobis occultiora noverunt, et ea per congruas temperationes elementorum latenter spargunt, atque ita et gignendarum rerum et accelerandorum incrementorum praebent occasiones. Sed nec boni haec nisi quantum Deus iubet, nec mali haec iniuste faciunt nisi quantum iuste ipse permittit ».

4. **Iniquus habet a se voluntatem malam, a Deo vero potestatem iuste accipit.** « Nam iniqui malitia voluntatem suam habet iniustam,

24 Sed] Hi O, Si P *(Aug.),* Aug. habet si *add. interi.* V1. ‖ sui *am.* OP, *add. interi.* R. 30 Rubrica *om.* LRVW. 31 habet] habent LMTVX.

1 August., *De Trinit.,* III, c. 8, n. 13 (PL 42, 875s; CCL 50, 139ss), unde et totum seq. cap. desumptum est.

potestatem autem non nisi iuste accipit, sive ad suam poenam sive ad aliorum, vel poenam malorum vel laudem bonorum».

Cap. 9 (41).

Sicut justificationem mentis, ita creationem rerum solus Deus operatur, licet creatura exterius serviat. « Sicut[1] ergo mentem nostram iustificando formare non potest nisi Deus, praedicare autem extrinsecus Evangelium etiam homines possunt, non solum boni *per veritatem,* sed etiam mali *per occasionem*[2], ita creationem rerum visibilium Deus interius operatur; exteriores autem operationes » atque contemperationes sive occasiones ab angelis tam bonis quam malis vel etiam hominibus adhibentur. — « Sed[3] haec ab hominibus tanto difficilius adhibentur, quantum desunt sensuum subtilitates et corporum mobilitates in membris terrenis et pigris. Unde qualibuscumque angelis vicinas causas ab elementis contrahere quanto facilius est, tanto mirabiliores in huiusmodi operibus eorum exsistunt celeritates. Sed non est creator nisi qui principaliter ista format; nec quisquam hoc potest nisi unus creator Deus ». — «Aliud[4] est enim ex intimo ac summo causarum cardine condere ac ministrare creaturam, quod facit solus creator Deus; aliud autem pro distributis ab illo viribus et facultatibus aliquam operationem forinsecus admovere, ut tunc vel tunc, sic vel sic exeat quod creatur. Ista quippe originaliter ac primordialiter in quadam textura elementorum cuncta iam creata sunt, sed acceptis opportunitatibus prodeunt ».

Cap. 10 (42).

1. Quod angeli mali multa possunt per naturae vigorem, quae non possunt propter Dei vel bonorum angelorum prohibitionem, id est quia non permittuntur. Illud quoque sciendum est, quod angeli mali quaedam possunt per naturae subtilitatem, quae tamen non possunt propter Dei vel bonorum angelorum prohibitionem, id est quia non permittuntur illa facere a Deo vel ab angelis bonis: possent utique fecisse cinifes, qui ranas serpentesque fecerunt. Quaedam vero non possunt facere etiam si permittantur ab angelis superioribus, quia non permittit Deus.

1 accipit] accipiunt TVX. 12 quantum] quanto BCNRT (Aug.).

1 August., *De Trinit.,* III, c. 8, n. 14 (PL 42, 876; CCL 50, 141). 2 Resp. Phil. 1, 18: *sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuntietur.* 3 August., ibid., c. 9, nn. 17-18 (PL 42, 878; CCL 50, 144s). 4 August., ibid., n. 16 (PL 42, 877s; CCL 50, 143).

2. **Quare non potuerunt producere cinifes qui ranas et serpentes fecerunt.** Unde Augustinus in libro III *De Trinitate* U « Ex ineffabili potentatu Dei fit, ut quod possent mali angeli si permitterentur, ideo non possunt quia non permittuntur. Neque enim occurrit alia ratio cur non potuerunt facere cinifes, qui ranas serpentesque fecerunt, nisi quia maior aderat dominatio prohibentis Dei per Spiritum Sanctum; quod etiam magi confessi sunt dicentes2: *Digitus Dei est hic.* Quid autem possint per naturam nec possint propter prohibitionem, et quid per ipsius naturae suae conditionem facere non sinantur, homini explorare difficile est, immo impossibile. **(Per simile ostendit 3)** Novimus hominem posse ambulare, et neque hoc posse si non permittatur; volare autem non posse etiam si permittatur. Sic et illi angeli quaedam possunt facere si permittantur ab angelis potentioribus ex imperio Dei; quaedam vero non possunt etiam si ab eis permittantur, quia ille non permittit, a quo illis est talis naturae modus; qui etiam per angelos suos illa plerumque non permittit, quae concessit ut possint ».

DISTINCTIO VIII

Cap. 1 (43).

1. **Utrum angeli omnes corporei sint: quod quibusdam visum est, quibus Augustinus consentire videtur, dicens omnes angelos ante casum habuisse corpora tenuia et spiritualia, sed in casu mutata in deterius malorum corpora ut in eis possent pati.** Solet etiam in quaestione versari apud doctos utrum angeli omnes, boni scilicet ac mali, corporei sint, id est corpora habeant sibi unita. — Quod aliqui putant 3, innitentes verbis

2 libro III *trp.* RWX. ‖ III *om.* OP. 5 potuerunt] potuerint LM (Aug.). 10 Rubrica *om.* MNVW. ‖ simile] similitudinem OP. 19 angeli omnes *trp.* LMVX. 20 omnes angelos *trp.* BCLMNTW.

i Cap. 9, n. 18 (PL 42, 878s; CCL 50, 145). 2 Exod. 8, 19. 3 Inter quos Fulgentius, *De Trinit.,* c. 9 (PL 65, 505 A; CCL 91A, 642); Rupertus Tuitiensis, *De Trinit. et operibus eius: In Genesim,* I, c. 11 (PL 167, 208 C, 209 A), et *De victoria Verbi Dei,* I, c. 28 (PL 169, 1242 A), tacito tamen nomine Augustini. Cf. etiam Bernardus, *De consideratione,* V, c. 4, n. 7 (PL 182, 791 B-C; ed, Romana, III, 1963, 471s); *Serm. in Cant.,* serm. 5, nn. 2-7 (PL 183,799ss; ed. Romana, I, 1957, 22ss).

Cap. 1. Cf. P. Glorieux (ed.), *Autour de la spiritualité des anges. Dossier scripturaire et patristique,* Tournai 1959. — Fons huius cap. est *Glossa ordin.* in Gen. 1, 20, ut satis indicatur in aliis notis.

Augustinii, qui dicere videtur quod angeli omnes ante confirmationem vel lapsum corpora aëria habuerint, de puriore ac superiore aëris parte formata, ad faciendum habilia, non ad patiendum. Et angelis bonis, qui perstiterunt, talia conservata sunt corpora ut in eis possint facere et non pati; quae tantae sunt tenuitatis ut a mortalibus videri non valeant, nisi supervestita aliqua grossiori forma, qua assumpta videntur, depositaque videri desinunt. Angelis vero malis mutata sunt in casu corpora in deteriorem qualitatem spissioris aëris. Sicut enim a loco digniori in inferiorem locum, id est in caliginosum aerem, deiecti sunt, ita illa corpora tenuia transformata sunt in deteriora corpora et spissiora, in quibus possent pati a superiori elemento, id est ab igne.

2. Et hoc **Augustinus** sensisse videtur, *Super Genesim*[1] ita dicens: « Daemones aëria dicuntur animalia, quia corporum aëriorum natura vigent; nec per mortem dissolvuntur, quia praevalet in eis elementum aptius ad faciendum quam ad patiendum. Ad patiendum enim humor et humus, ad faciendum aër et ignis aptitudinem praebent. Transgressores vero angeli, cum principe suo (nunc diabolo, tunc archangelo), non mirum si post peccatum in hanc caliginem detrusi sunt. Neque etiam hoc mirum est, si conversi sunt ex poena in aeriam qualitatem qua possint ab igne pati. Caliginosa tamen aëris tenere tantum permissi sunt, qui eis quasi career sit usque ad tempus iudicii ». Ecce his verbis videtur **Augustinus** id tradere quod quidam opinantur de corporibus angelorum.

3. **Quibusdam videtur Augustinus illud non ita sentiendo dixisse, sed opinionem referendo.** Hoc autem eum alii dixisse adstruunt non ita sentiendo, sed opinionem aliorum referendo[3]. Quod ex ipsius verbis diiudicare volunt, quibus ait: 'Daemones *dicuntur* aëria animalia', non ait

11 possent] possunt NRT, possint V. 20 etiam hoc *trp.* LNV. 25 sentiendo] sentiendum BCT. 26 eum alii *trp.* MRTX.

1 Hic inferius citatis. 2 Verba sunt *Glossae ordin.* in Gen. 1, 20: «Daemones aëria dicuntur animalia» etc. (apud Lyranum, I, 27b; v 9b), quae fons est huius numeri; ex August., De *Genesi ad Utt.,* III, c. 10, nn. 14-15: « Quapropter, etsi daemones aëria sunt animalia » etc. (PL 34, 284s; CSEL 28-1, 72ss). 3 De sententia Augustini v. *De div. quaest. 83, q.* 47 (PL 40, 31); De *civit. Dei,* VIII, c. 15, et XXI, c. 10 (PL 41, 239s, 724s; CSEL 40-1, 428ss, et 40-11, 537s; CCL 47, 232s, et 48, 775s); *Epist. 9 (ad Nebridium),* n. 3 (PL 33, 72; CSEL 34-1, 20s); *Contra Academicos,* I, c. 7, n. 20 (PL 32,916; CSEL 63, 18); *Sermo 277,* c. 9 (PL 38, 1262); *Retract.,* I, c. 26 (PL 32, 626; CSEL 36, 121).

sunt i; ita enim quidam dicebant2. De habitatione vero caliginosi aëris in quem detrusi sunt, non opinando, sed rei veritatem asserendo, eum tradidisse dicunt; quod ipsius locutionis distinctio ostendit. Dicunt quoque plurimos catholicos tractatores in hoc convenisse atque id concorditer docuisse, quod angeli incorporei sunt, nec corpora habent sibi unita; assumunt autem aliquando corpora, Deo praeparante, ad impletionem ministerii sibi a Deo iniuncti, eademque post expletionem deponunt. In quibus corporibus hominibus apparuerunt atque locuti sunt; et aliquando quidem locuti sunt ex persona Dei sine distinctione alicuius personae, aliquando ex persona Patris vel Filii sive Spiritus Sancti.

Cap. 2 (44).

1. **Quod Deus in corporalibus illis antiquis formis apparuit.** Nec dubitandum est Deum in corporalibus formis apparuisse hominibus, sicut **Augustinus** in II libro *De Trinitate* ostendit, conferens diversa Scripturae testimonia, ex quibus Deum in corporeis figuris hominibus apparuisse probat; et aliquando ex persona Dei sine distinctione, aliquando sub distinctione personarum, sermonem esse factum eis.

2. **De perplexa quaestione quam ponit Augustinus, quaerens an ad exhibendum has corporales apparitiones creatura nova sit formata, an angeli qui ante erant missi ; et si ipsi missi sunt, utrum servata qualitate sui spiritualis corporis, aliquam speciem corporalem de corpulentiori materia assumpserint, an suum proprium corpus mutaverint in speciem suae actioni aptam.** Sed ubi Deum hominibus in corporalibus imaginibus apparuisse asserit, perplexam quaestionem proponit 4, quam nec absolvit, quaerens «utrum in illis corporalibus apparitionibus creatura aliqua crearetur ad illud opus tantum, in qua Deus hominibus appareret; an angeli qui ante erant ita mitterentur, ut manentes in suis spiritalibus corporibus, assumerent ex corpulenta inferiorum elementorum materia aliquam speciem corporalem, quam coaptatam quasi aliquam vestem

5 habent] habeant MNW. 18-23 Rubrica *abbrev.* RX.

i Legitur econtra in originali *sunt,* ut liquet ex nota 2 (p. 366); unde iterum concludi debet Magistrum *De Genesi ad litt.* non cognovisse directe sed solummodo mediante *Glossa ordin.* in Genesim. 2 Nempe Apuleius, *De deo Socratis* (ed. P. Thomas, Lipsiae 1908, III, 21); de quo August., *De civit. Dei,* VIII, cc. 15-16 (PL 41, 239ss; CSEL 40-1, 379-382; CCL 47, 232ss). 3 Cap. 7-18 (PL 42, 853ss; CCL 50, 96-126); cf. etiam Lib. III, c. 11, n. 26 (PL 42, 886; CCL 50, 157s). 4 August., *De Trinit.,* II, c. 7, n. 13 (PL 42, 853; CCL 50, 97s).

mutarent in quaslibet species corporales, veras quidem; an corpus suum proprium verterent in species aptas actionibus suis per virtutem sibi a Deo datam».

3. Ait enim Augustinus ita in III libro *De Trinitate* 1; Quaerendum est, « in illis antiquis corporalibus formis et visis », « utrum ad hoc opus tantum creatura formata sit, in qua Deus, sicut tunc oportuisse iudicavit, humanis ostenderetur aspectibus; an angeli qui iam erant ita mittebantur, ut ex persona Dei loquerentur, assumentes corporalem speciem de creatura corporea in usum ministerii sui; aut ipsum corpus suum, cui non subduntur, sed subditum regunt, mutantes atque vertentes in species quas vellent, accommodatas atque aptas actionibus suis, secundum attributam sibi a Creatore potentiam».

4. **Concedit angelos mitti, sed reliqua expedire non sufficit.** « Sed 2 fateor excedere vires intentionis meae, utrum angeli, manente spiritali sui corporis qualitate, per hanc occultius operantes assumant ex inferioribus elementis corpulentioribus, quod sibi coaptatum quasi aliquam vestem, mutent et vertant in quaslibet species corporales, et ipsas veras, sicut aqua vera in verum vinum conversa est a Domino 3; an ipsa propria corpora et sua transforment in id quod volunt, accommodatum ad id quod agunt. Quod horum sit, quoniam homo sum, nullo experimento comprehendere valeo, sicut angeli qui agunt ».

5. Attende, lector, quia quaestionem propositam non solvit, sed indiscussum relinquit utrum angeli qui mittebantur, servatis suis propriis spiritalibus corporibus, supervestirentur aliqua corpulentiori specie in qua possent videri, an ipsum corpus mutarent et transformarent in quamcumque speciem vellent, in qua possent cerni. In quibus verbis videtur Augustinus attestari4 angelos esse corporeos, ac propria et spiritalia habere corpora.

Cap. 3 (45).

Quod Deus in specie qua Deus est nunquam mortalibus apparuit.

Ceterum haec velut nimis profunda atque obscura relinquentes, illud

4 Augustinus *om.* LMNRX. 16 corpulentioribus] corpus *add. mg.* NT, *add. interi.* V. 23 indiscussum] indiscussam BCTV. ‖ propriis *om.* OPW. 24 spiritalibus] spiritualibus LOWX.

1 Prooemium, nn. 3-4 (PL 42, 870; CCL 50, 130). 2 Ibid., n. 5 (PL 42, 870s; CCL 50, 131). 3 Resp. Ioan. 2, 9. 4 Vide locos supra citatos, p. 366, nota 3; praesertim *De civit. Dei,* XXI, c. 10 (PL 41, 724s; CSEL 40-11, 537s; CCL 48, 775s).

indubitanter teneamus, quod Deus in specie essentiae suae nunquam mortalibus apparuit, sicut famulo suo Moysi dicit [1]; *Non videbit me homo et vivet.* Et in Evangelio Ioannis legitur [2]; *Deum nemo vidit unquam.* «Visibile[3] enim quidquam non est, quod non sit mutabile». Ideo «substantia sive essentia Dei, quoniam nullo modo mutabilis est, nullo modo potest per se ipsam esse visibilis. Proinde illa omnia quae Patribus visa sunt, cum Deus illis praesentaretur, per creaturam facta esse manifestum est. Etsi nos latet quomodo ea ministris angelis fecerit Deus, per angelos tamen esse facta dicimus». «Audeo [4] igitur fiducialiter dicere nec Deum Patrem, nec Verbum eius, nec Spiritum eius, qui est unus Deus, per id quod est atque idipsum est ullo modo esse mutabilem, ac per hoc multo minus visibilem».

Cap. 4 (46).

1. **Utrum daemones intrent corpora hominum substantialiter et illabantur mentibus hominum.** Illud etiam consideratione dignum videtur, utrum daemones, sive corporei sive incorporei sint, hominum substantialiter intrent corpora eorumque animabus illabantur; an ideo intrare dicantur, quia malitiae suae effectum ibi exercent, Dei permissione opprimendo atque vexando eas, vel in peccatum pro voluntate sua trahendo. — Quod in homines introeant atque ab eis expulsi exeant, Evangelium aperte declarat[5], commemorans daemonia in quosdam ingressa et per Christum deiecta; sed utrum secundum substantiam fuerint ingressa, an propter mali effectum dicantur ingressa, non adeo perspicuum est.

2. **Quod daemones substantialiter non illabuntur animis hominum, sed ob malitiae effectum dicuntur intrare.** De hoc autem **Gennadius** in *Definitionibus ecclesiasticorum dogmatum* [6] ait: «Daemones per inergiam (operationem) non credimus substantialiter illabi animae, sed applicatione et oppressione uniri. Illabi autem menti illi soli possibile est qui creavit, qui natura subsistens incorporeus, capabilis est suae facturae». Ecce hic videtur insinuari quod substantialiter non illabantur daemones vel introeant corda hominum.

8 latet] lateat NTVW. 11-12 mutabilem... visibilem] mutabile... visibile OP. 15 mentibus] cordibus MN. || hominum] an (ac M, aut V) per effectum id dicatur *rubr. add.* LMNVW. 22 deiecta] electa MNTVWX. 24-25 Rubrica *om.* MVW.

2 Exod. 33, 20. 2 Ioan. 1, 18. 3 August., *De Trinit.,* III, cc. 10-11, n. 21-22 (PL 42, 881s; CCL 50, 150s). 4 ibid., c. 10, n. 21 (PL 42, 881; CCL 50, 150). s Resp. Matth. 8, 16; Marc. 1, 23-26; Luc. 4, 41; etc. 6 Cap. 83 (PL 58, 999 B; c. 50 in PL 42,1221).

3. **Beda** quoque super illum locum Actuum Apostolorum i, ubi Petrus ait Ananiae: *Cur tentavit* vel *implevit Satanas cor tuum,* dicit: « Notandum quod mentem hominis iuxta substantiam nihil implere possit nisi creatrix Trinitas; quia tantummodo secundum operationem et voluntatis instinctum anima de his quae sunt creata impletur. Implet vero Satanas cor alicuius, non quidem ingrediens in eum et in sensum eius, neque introiens aditum cordis: siquidem potestas haec solius Dei est; sed callida et fraudulenta deceptione animam in affectum malitiae trahens per cogitationes et incentiva vitiorum, quibus plenus est. Implevit ergo Satanas cor Ananiae non intrando, sed malitiae suae virus inserendo ». — Idem[2]: «Spiritus immundus, flamma virtutum de cordibus fidelium expulsus, doctoribus veritatis venenum persecutionis infundit ».

4. His auctoritatibus ostenditur quod daemones non substantialiter intrant corda hominum, sed propter malitiae effectum; de quibus pelli dicuntur, cum nocere non sinuntur.

DISTINCTIO IX

Cap. 1 (47).

De ordinum distinctione, et quot sint. Post praedicta superest cognoscere de ordinibus angelorum quid Scriptura tradat; quae in pluribus locis[2] novem esse ordines angelorum promulgat, scilicet Angelos, Archangelos, Principatus, Potestates, Virtutes, Dominationes, Thronos, Chérubin et Séraphin. — Et inveniuntur in istis ordinibus tria terna esse, et

7 cordis] eius add. OP. 10 virus] vires LMNOPRTX, *quod corr.* N. 12 persecutionis] persecutionum BCOPX (ed. 1»?). 22 Séraphin] seraphim MTX.

1 In Act. 5, 3: « *Cur tentavit...* In alia translatione: *...quare implevit Satanas cor tuum?* Ubi notandum... virus inserendo » (PL 92, 954 D); ex Didymo, *De Spiritu Sancto,* n. 60 (PQ 39, 1082 D-1083 B; inter opp. Hieron., PL 23 [1845], 151 A-B). 2 In Act. 28, 3 (PL 92, 993 B). 3 Cf. Isai. 6, 6, et 37, 16; Ps. 17, 11, et 79, 2; Dan. 3, 55, et 10, 21; Tob. 3, 25; Eph. 1, 21; Col. 1, 16.

Num. 3. Auctoritates Bedae ex *Glossa ordin.* in Act. Apost. 5,3, et 28, 3 (apud Lyranum, VI, 172c, 207c).

Cap. 1. Conficitur ex *Summa sent.,* II, 5 (PL 171, 1112 D; 176, 85 C-D), et Hugone, *De sacram.,* I, 5, 30 (PL 176, 260 C), necnon et ex *Glossa* Lombardi in II Cor. 12,4 (PL 192, 82 D). — Cap. 2. Totum ex *Summa sent.,* 11,5 (PL 171, 1113 A-B; 176,85 D-86A). Cf. etiam ipse Lombardus, *Glossa* in Ps. 79, 2 (PL 191, 759 B), quoad interpretationem *Cherubim.*

in singulis tres ordines, ut Trinitatis similitudo in eis insinuetur impressa. Unde **Dionysius**[1] tres ordines angelorum esse tradit, ternos in singulis ponens. Sunt enim tres superiores, tres inferiores, tres medii; superiores: Séraphin, Chérubin, Throni; medii: Dominationes, Principatus, Potestates; inferiores: Virtutes, Archangeli, Angeli.

Cap. 2 (48).

1. **Quid appellatur ordo et quae sit ratio nominis cuiusque.** Hic considerandum est quid appelletur ordo; deinde[1] utrum ab ipsa creatione fuerit distinctio illorum ordinum.

2. Ordo angelorum dicitur multitudo caelestium spirituum, qui inter se in aliquo munere gratiae similantur, sicut et in naturalium datorum munere conveniunt. Ut verbi gratia *Séraphin* dicuntur qui prae aliis ardent caritate: séraphin interpretatur ardens vel succendens[3]; *Chérubin,* qui prae aliis in scientia eminent: chérubin enim interpretatur plenitudo scientiae[4]. Thronus dicitur sedes; *Throni* autem vocantur, ut beatus **Gregorius ait**[5], qui divinitatis gratia replentur, ut in eis sedeat Deus et per eos iudicia decernat atque informet. *Dominationes* vocantur qui Principatus et Potestates transcendunt. *Principatus* dicuntur qui sibi subiectis quae sunt agenda disponunt, eisque ad explenda divina mysteria principantur. *Potestates* nominantur hi qui hoc ceteris potentius in suo ordine acceperunt, ut virtutes adversae, eis subiectae, eorum refrenentur potestate, ne homines tentare tantum valeant quantum desiderant. *Virtutes* vocantur illi per quos signa et miracula frequenter fiunt; *Archangeli* qui maiora nuntiant, *Angeli* qui minora.

12 munere] participatione NW, vel participatione *add. interl.* T, *om.* CMX. 17 decernat] discernat BCNOPVX. ‖ atque informet *om.* LMRTX. 22 tentare tantum *trp.* LMT.

1 *De cael, hierarchia,* c. 6, § 2 (PG 3, 199 D-202 A; PL 122, 1049 C-1050 A; *Dionysiaca* II, Solesmis 1950, 830ss). 2 Infra, c. 4. 3 Hieron., *Liber interpr. hebraic. nominum:* «Seraphim, ardentes vel incendentes» (PL 23 [1845], 830; CCL 72, 121s). 4 Hieron., ibid. (PL 23, 787 et 813; CCL 72, 74 et 103); *Glossa ordin.* in Ps. 79, 2: *Qui sedes super Cherubim:* « In plenitudine scientiae » (apud Lyranum, III, 204r). 5 *In Evang.,* hom. 34, n. 10 (PL 76, 1251 C-1252 B), unde remote proveniunt omnia fere dicta huius cap.

Cap. 3 (49).

1. **Quod haec nomina non propter se, sed propter nos eis data sunt, quae sumpta sunt a donis gratiae quae non habent singulariter, sed excellenter, et a praecipuis nominantur.** Haec nomina illis non propter se, sed propter nos data sunt. Qui enim sibi noti sunt contemplatione, nobis innotescunt cognominatione. Et nominantur singuli ordines a donis gratiarum quae non singulariter, sed excellenter data sunt in participatione. In illa enim caelesti patria, ubi plenitudo boni est, licet quaedam data sint excellenter, nihil tamen possidetur singulariter. Omnia enim in omnibus sunt, non quidem aequaliter, quia alii aliis sublimius possident, quae tamen omnes habent. Cumque omnia dona gratiarum superiores ordines sublimius et perfectius perceperint, tamen ex praecipuis sortiti sunt vocabula, inferioribus cetera relinquentes ordinibus ad cognominationem. Ut Séraphin, qui ordo excellentissimus aestimatur, tam dilectionem quam cognitionem divinitatis et cetera virtutum dona ceteris omnibus sublimius percepit; et tamen ab excellentiori dono, id est a caritate, nomen accepit ille superior ordo: maius enim donum est caritas quam scientia [1]. Item maius est scire quam iudicare: scientia namque informat indicium; ideoque secundus ordo a secundo dono, id est cognitione veritatis appellatus est, scilicet Chérubin. Ita et de aliis intelligendum est.

2. Assignatur ergo excellentia ordinum secundum excellentiam donorum ; et tamen, sicut **Gregorius ait**[2], illa dona omnibus sunt communia. Omnes enim ardent caritate et scientia pleni sunt; sic et de aliis. Sed superiores aliis excellentius, ut iam dictum est, ipsa acceperunt, a quibus et nominantur. Unde Gregorius[3]; « In illa summa civitate quisque ordo eius rei censetur nomine, quam plenius accepit in munere ».

3. **Quaestio ex verbis Gregorii orta.** Sed oritur hic quaestio talis: Si quisque ordo ab illo dono nominatur quod plenius possidet, tunc Che-

2 nos] illos CMOTW. 4 et om. BCX. 19 est] a *add.* \'*W, add. interi.* R. 28 ex] de BCX.

1 Resp. I Cor. 8, 1; et 13, 8-13. 2 *In Evang.,* hom. 34, n. 14 (PL 76, 1255 B-C). 3 Ibid.

Cap. 3, num. 1: Quasi totum de Hugone, *De sacram.,* I, 5, 32 (PL 176, 261 D-262 A); alia sed pauca, ad finem, ex *Summa sent.,* II, 5 (PL 171, 1113 B; 176, 86 A). — Num. 2-5: Praeter quaedam adiecta, omnia ex *Summa sent.,* II, 5 (PL 171, 1113 B-D; 176, 86 A-C).

rubin in scientia praeminet omnibus, quia a scientia nominatur. Sed qui magis diligit, plus cognoscit: tantum enim, ut tradit auctoritas i, cognoscit ibi quisque quantum diligit; itaque Séraphin non solum in caritate, sed etiam in scientia praeminent.

4. Explanatio illius auctoritatis. Ideoque auctoritas illa 2 sic videtur intelligenda, ut comparatio non referatur ad omnes ordines, sed ad quosdam, scilicet inferiores. Ille enim ordo non plenius Séraphin accipit scientiam in munere, sed plenius aliis ordinibus qui sunt inferiores; nec nominatur quisque ordo ab omni re quam plenius aliis accepit, sed ab aliqua rerum quas accepit.

5. Alia determinatio eiusdem. Vel potest comparatio referri non ad ipsos ordines, sed ad alia dona; nec ad omnia alia dona, sed ad quaedam. Sicut enim homines cum plura habeant dona, quaedam aliis excellentius possident, ita forte et angeli quibusdam muneribus magis pollent et aliis quibusdam minus.

Cap. 4 (50).

1. **Utrum ordines ab initio creationis ita distincti fuerint.** Iam nunc inquirere restat utrum isti ordines a creationis initio ita distincti fuerint. — Quod ita fuerint distincti a primordio suae conditionis, videtur testimonio auctoritatis3 insinuari, quae tradit de singulis ordinibus aliquos cecidisse. De ordine namque superiori Lucifer ille fuit, quo nullus dignior conditus est4. Apostolus etiam *Principatus* et *Potestates tenebrarum* nominat s, ostendens de ordinibus illis cecidisse, qui cum in malis ministerium exerceant, non tamen penitus nominibus ordinum suorum privati sunt.

11 Rubrica *om.* LRW. 17 Utrum) hii *add.* MW.

l En verba fontis, scii. *Summae sent.,* II, 5: «Sed qui magis diligit plus cognoscit (tantum enim cognoscitur quantum diligitur Deus); sed Seraphim non solum in charitate, sed etiam in scientia praeeminet» (PL 171, 1113 C; 176, 86 B); quae verba (in parentesi) auctoritas esse videntur ad quam appellat Magister; non inveniuntur in homilia Gregorii iam citata. t Gregorii, scilicet, p. 372, 26-27. s Scii, auctoritatibus Scripturae hic et superius adductis, Dist. 6, c. l (p. 354s). 4 Resp. Ezech. 28, 12-19; Gregorius, *In Evang.,* hom. 34, n. 7 (PL 76, 1250 B). Vide supra, Dist. 6, c. 1, n. 2 (p. 354s). s Eph. 6, 12.

Cap. 4, num. 1-2: Partim ex *Summa sent.,* II, 5 (PL 171, 1113 D; 176, 86 C-D). — Num. 3. Prima pars videtur esse opinio Magistri; altera vero («Alii... ») sumitur ex *Summa sent.,* II, 5 (PL 171, 1114 A; 176, 86 D); auctoritas autem Augustini invenitur in *Glossa* Magistri in Ps. 146, 5 (PL 191, 1276 A), necnon et potius in *Glossa ordin.* in Gen. 2, 2 (apud Lyranum, I, 34 b; v 13c).

2. Sed non videtur illud posse stare. Non enim tunc caritate ardebant, nec sapientia pollebant, neque in eis Deus sedebat: si enim haec habuissent, non cecidissent; non ergo tunc erant Séraphin vel Chérubin vel Throni.

3. **Quod ante casum non fuerunt hi ordines, quia non ante habebant dona gratiae, quae quibusdam cadentibus, aliis apposita fuerunt.** Ad quod dicimus quia ante casum quorundam non erant isti ordines, quia nondum habebant dona in quorum participationibus conveniunt; sed quibusdam cadentibus, aliis apposita sunt; eisque qui ceciderunt collata fuissent eadem dona si perstitissent. Ideoque Scriptura dicit de singulis ordinibus aliquos cecidisse, non quia fuissent in ordinibus et postea corruerint, sed quia si perstitissent, eorum aliqui in singulis fuissent ordinibus, qui et in naturae tenuitate et in formae perspicacitate differentes gradus habebant, sicut illi qui perstiterunt. — Alii enim, ut praediximus i, superiores, alii inferiores conditi sunt; superiores, qui natura magis subtiles et sapientia amplius perspicaces; inferiores, qui natura minus subtiles et intelligentia minus perspicaces facti sunt. Has autem invisibiles differentias invisibilium solus ille ponderare potuit, qui *omnia in numero et mensura et pondere disposuit*2: (**Augustinus, Super Genesim** 3) « id est in se ipso, qui est mensura omni rei modum praefigens, et numerus omni *rei* speciem praebens, et pondus omnem rem ad stabilitatem trahens, id est terminans et formans et ordinans omnia ».

Cap. 5 (51).

1. **Utrum omnes angeli eiusdem ordinis sint aequales.** Praeterea considerari oportet utrum omnes angeli eiusdem ordinis aequales sint. — Ita esse quibusdam placuit; sed non est hoc probabile nec assertione dignum, quia Lucifer, qui fuit de collegio superiorum, ipsis etiam dignior exstitit qui aliis excellentiores creati fuerant. Ex quo percipitur quod si perstitisset, in ordine superiori fuisset, et aliis eiusdem ordinis dignior exstitisset.

7 quia>] quod LRVX.

1 In Dist. 3, cc. 2-3 (p. 342s). 2 Sap. 11, 21. 3 *De Genesi ad Utt.,* IV, c. 3, n. 7 (PL 34, 299; CSEL 28-1, 99).

Num. 1 fundatur supra *Summam sent.,* II, 5 (PL 171, 1114 B; 176, 86 D-87 A).

2. **Per simile ostendit non omnes eiusdem ordinis pares esse.** Sicut enim unus est ordo Apostolorum et alter Martyrum, et tamen in Apostolis alii sunt aliis digniores, similiter et in Martyribus alii aliis sunt superiores: ita et in ordinibus angelorum recte creditur esse.

Cap. 6 (52).

1. **Quomodo dicat Scriptura decimum ordinem ex hominibus compleri, cum non sint nisi novem ordines.** Notandum etiam quod decimus ordo legitur 1 de hominibus restaurandus. Sed cum non sint nisi novem ordines, nec plures fuissent etiam si illi perstitissent qui ceciderunt, moventur lectores quomodo Scriptura dicat2 decimum ordinem compleri ex hominibus.

2. **Gregorius** namque dicit 3 homines assumendos in ordine angelorum: quorum alii assumuntur in ordine superiorum, qui scilicet magis ardent caritate; alii in ordine inferiorum, qui scilicet minus perfecti sunt. Ex quo apparet non esse de hominibus formandum decimum ordinem, tanquam novem sint angelorum et decimus hominum, sed homines pro qualitate meritorum statuendos in ordinibus angelorum.

3. Quod ergo legitur decimus ordo complendus de hominibus, ex tali sensu dictum fore accipi potest: quia de hominibus restaurabitur quod in angelis lapsum est; de quibus tot corruerunt unde posset fieri decimus ordo. Propter quod Apostolus dicit 4 restaurari *omnia in Christo, quae in caelis et quae in terris sunt;* quia per Christum redemptum est humanum genus, de quo fit reparatio ruinae angelicae; tamen non minus salvaretur homo, etsi angelus non cecidisset.

1 Rubrica *om.* LVW. 3 aliis sunt *trp.* BOP. 9 perstitissent *trp. p.* ceciderunt LMTX.

1 Ex. gr. in *Decreto* Gratiani, de consecrat., d. 1, c. 55: « Decimus ordo per superbiam corruens, angelicum numerum imminuit... Quorum recuperationi et consolationi consulens... Deus creator primum hominem de limo terrae formavit» (I, 1309). z Id est *Glossa ordin.* in Luc. 15, 8: *Quae mulier habens drachmas decem*·. « Decem ergo drachmas mulier habuit, cum novem ordinibus angelorum additus est homo, ut compleretur decimus electorum numerus » (apud Lyranum, V, 164c); ex Gregorio, *In Evang.,* hom. 34, n. 6 (PL 76, 1249 C-D). 3 Gregorius, ibid., ŋ. 11 (PL 76, 1252s). « Eph. 1, 10.

Cap. 6. Praeter quaedam adiecta, sumitur ex *Summa sent.,* II, 5 (PL 171, 1114 B-D; 176,87 A-C); cf. Hugo, *De sacram.,* 1,5,30 (PL 176, 260 D). Vide etiam Honorium Augustod., *Liber XII quaestionum,* q. 5 (PL 172, 1180s).

Cap. 7 (53).

1. **Quod homines assumuntur iuxta numerum stantium, non lapsorum.** Non enim iuxta numerum eorum qui ceciderunt, sed eorum qui permanserunt, homines ad beatitudinem admittuntur. Unde Gregorius E « Superna illa civitas ex angelis et hominibus constat; ad quam credimus tantum humani generis ascendere, quantos illic contigit angelos remansisse, sicut 'scriptum est in Cantico Deuteronomio: *Statuit terminos populorum iuxta numerum angelorum Dei* »2.

2. **Quidam dicunt secundum numerum lapsorum angelorum homines reparandos.** A quibusdam 3 tamen putatur quod homines reparentur iuxta numerum angelorum qui ceciderunt, ut illa caelestis civitas nec suorum civium numero privetur, nec maiori copia regnet. — Quod **Augustinus** in *Enchiridion* 4 sentire videtur, non asserens de hominibus plus salvari quam corruit de angelis, sed non minus, ita dicens: « Superna Ierusalem, *mater nostra* s, civitas Dei, nulla civium suorum numerositate fraudabitur, aut uberiore etiam copia fortasse regnabit. Neque enim numerum aut sanctorum hominum, aut immundorum daemonum novimus, in quorum locum succedentes filii catholicae matris, quae sterilis apparebat in terris 6, in ea pace de qua illi ceciderunt, sine ullo temporis termino permanebunt. Sed illorum civium numerus, sive qui est, sive qui fuit, sive qui futurus est, in contemplatione eius artificis est *qui vocat ea quae non sunt tanquam ea quae sunt* 7 ». Ecce aperte dicit non minus de hominibus salvari quam corruit de angelis, sed plus non asserit.

7 in Cant. Deuteronomio *om.* LMWX, *interi.* T. 21 eius artificis est *trp.* est eius art. MX, eius est art. L.

1 Ibid., n. 11 (PL 76, 1252 B-C). 2 Deut. 32, 8 (vide supra, p. 334, nota 1). 3 Cf. Hugo, *De sacram., I,* 5,31 (PL 176, 261 B-C); Robertas Pullus, *Sententiae,* II, c. 16 (PL 186, 742 C-743 A); Rolandus, *Sententiae* (ed. Gietl, 102). 4 Cap. 29 (PL 40, 246; CCL 46, 65); cf. etiam *De civit. Dei,* XXII, c. 1, n. 2 (PL 41, 752; CSEL 40-11, 583; CCL 48, 807). 5 Resp. Gal. 4, 26. 6 Resp. Gal. 4, 27; Isai. 54, 1. 7 Rom. 4, 17.

Cap. 7. Cf. L. Ott, *Uniersuchungen zur theologischen Briefliteratur der Früihscholastik* (BGPTMA XXXIV, Münster 1937), 480ss. — Num. 1 sumitur ex *Summa sent.,* II, 5 (PL 171, 1114 D; 176, 87 C).

DISTINCTIO X

Cap. 1 (54).

1. **An omnes spiritus caelestes mittantur, et ponit duas opiniones et auctoritates quibus innituntur.** Hoc etiam investigandum est, utrum omnes illi caelestes spiritus ad exteriora nuntianda mittantur. — Quidam putant aliquos in illa multitudine esse qui foras pro officio exeunt, alios qui semper intus assistunt, sicut scriptum est in Daniele 1; *Millia millium ministrabant ei, et decies centena millia assistebant ei.* Item **Dionysius** in *Hierarchia* 2, quae sacer principatus dicitur, de praelatione spirituum ait: « Superiora illa agmina ab intimis nunquam recedunt, quoniam ea quae praeminent, usum exterioris officii nunquam habent ». His auctoritatibus nituntur, qui angelos mitti nisi inferiores infitiantur.

2. **Obiectio contra illos.** Quibus obicitur quod Isaias ait3: *Volavit ad me unus de Séraphin,* qui ordo superior est et excellentior. Ideoque, si de illo ordine mittuntur, non est ambigendum quin etiam et de aliis mittantur. Apostolus quoque ait 4: *Omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi.* His testimoniis asserunt quidam omnes angelos mitti. Nec debet indignum videri si etiam superiores mittantur, cum et ille qui creator est omnium, ad haec inferiora descenderit.

3. **Quaestio: si omnes mittuntur, cur unus tantum ordo nomine angelorum censetur.** Hic oritur quaestio: si omnes mittuntur et nuntii Dei exsistunt, quare unus tantum inter novem ordines angelorum nomine censetur? — Ad quod quidam s dicunt omnes quidem mitti, sed alios

12 nituntur] utuntur B X. 14 Séraphin] seraphim MRTWX. 15 et om. BCLM.

1 Dan. 7, 10. 2 *De cael, hierarchia,* cc. 6-7 (PG 3, 199 D, 206 C; PL 122, 1049 s; *Dionysiaca,* II, 831s, 838ss). Sed verba sunt Gregorii sententiam Dionysii referentis, *In Evang.,* hom. 34, n. 12 (PL 76, 1254 B). 3 Isai. 6, 6. 4 Hebr. 1, 14. s Cf. Gregorius, *In Evang.,* hom. 34, nn. 12-13 (PL 76,1254 C-1255 A); P. Abaelardus, *Sic et non,* c. 49 (PL 178, 1420 D); R. Pullus, *Sententiae,* VI, cc. 32-33 (PL 186, 884 A, D).

Cap. 1. Textus conficitur ex *Summa sent.,* II, 6 (potius sub forma PL 171, 1115 A-C, quam 176, 87 C-88 A), et ex Hugone, *De sacram.,* I, 5, 33 (PL 176, 262 B-C); quorum fons communis est Gregorius Magnus, *In Evang.,* hom. 34, n. 12 (PL 76, 1254 A-C). Cf. etiam P. Abaelardus, Sic *et non,* 49 (PL 178, 1420 C-1421 C); Rob. Pullus, *Sententiae,* VI, cc. 33-34 (PL 186, 884s); et Haymo, *In Epist. S. Pauli,* Hebr. 1, 14 (PL 117, 832 A).

saepius et quasi ex officio iniuncto, qui proprie Angeli vel Archangeli nominantur; alios vero rarius mitti, scilicet maiores, causa extra communem dispensationem oborta, qui cum Angelorum ministerium suscipiunt, etiam nomen assumunt. Unde in Psalmo E *Qui facit angelos suos spiritus,* quia illi qui natura spiritus sunt, aliquando angeli, id est nuntii fiunt.

Cap. 2 (55).

1. **Putant quidam Michael, Gabriel, Raphael de superiori ordine fuisse, et sunt nomina spirituum, non ordinum.** Et putant illi Michael, Gabriel, Raphael de superiori ordine fuisse. « Michael [2] interpretatur 'quis ut Deus'; Gabriel, fortitudo Dei; Raphael, medicina Dei ». Nec sunt ista nomina ordinum, sed spirituum. — Et dicunt quidam singulum horum unius proprie ac singulariter spiritus esse nomen; alii vero non unius singulariter et determinate, sed tunc huius, nunc illius esse nomen, secundum qualitatem eorum ad quae nuntianda vel gerenda mittuntur. Sicut et daemonum quaedam nomina sunt, quae quidam putant unius esse propria, alii vero pluribus communia. *Diabolus* quippe, qui graece ita vocatur, et criminator interpretatur vel deorsum fluens, hebraice dicitur *Satan,* id est adversarius. Dicitur et *Belial,* id est apostata et absque iugo. Dicitur etiam *Leviathan,* id est additamentum eorum[3]. Et alia plura reperies nomina, quae vel unius spiritus sunt propria, vel pluribus communia.

2. **Quomodo determinent praedictas auctoritates, quae videntur adversari, qui dicunt omnes angelos mitti.** Qui autem omnes angelos mitti asserunt, praemissas auctoritates, Danielis scilicet et Dionysii [4], ita determinant: dicuntur superiora agmina Deo assistere et ab intimis nunquam recedere, non quin aliquando mittantur, sed quia rarissime ad exteriora prodeunt; neque tunc ab intimis recedunt, sed Dei

1 Ps. 103, 4. 2 Gregorius, *in Evang.,* hom. 34, n. 9 (PL 76, 1251 A). 3 Diabolus: Apoc. 12, 9, et 20, 2; Satan: Zach. 3, 1; Belial: II Cor. 6, 15; Leviathan: Iob 40, 20, et Isai. 27,1. De nominum interpretatione, cf. Isidorus, *Etymologiae,* VIII, c. 11, nn. 18, 19 (PL 82, 316s). 4 Supra, c. 1, n. 1 (p. 377).

Num. 1. Fons primae opinionis est *Summa sent.,* II, 6 (PL 171, 1115 C; 176, 88 A); cf. etiam Rolandus, *Sententiae* (ed. A. Gietl), 100, 103. Vide etiam *Glossam* Magistri in II Cor. 6, 15 (PL 192, 49 D).

praesentiae et contemplationi semper assistunt; quod etiam faciunt qui frequenter mittuntur 1.

3. **Quos alii dicant mitti et quos dicant non mitti, cum determinatione auctoritatum quae videntur sibi adversari.** Alii vero dicunt tres ordines supremos, scilicet Séraphin, Chérubin et Thronos, ita Creatori assistere quod ad exteriora non exeunt; inferiores autem tres ad exteriora mitti; tres vero medios inter utrosque consistere, non modo dignitate vel loco, sed etiam officio, quia praeceptum divinum a superioribus accipiunt et deferunt ad inferiores. Ideoque, cum supremi mediis, et medii imis, atque hi hominibus praeceptum Dei nuntient, merito omnes angelos nominari dicunt. Et ob id forte Apostolus dixit 2 *omnes spiritus administratores* esse Filii et mitti *in ministerium;* vel per *omnes* non singulos ordines, sed de inferioribus ordinibus singulos angelos complexus est. Illud vero quod Isaias dicit 3, per verba **Dionysii** determinant dicentis4: « Hi spiritus qui mittuntur, percipiunt horum vocabulum quorum gerunt officium». Unde dicunt illum angelum qui missus est ad Isaiam, ut mundaret et incenderet labia Prophetae, fuisse de ordine inferiorum; sed ideo dictus est fore de Séraphin, quia veniebat incendere et consumere delicta Isaiae.

DISTINCTIO XI

Cap. 1 (56).

1. **Quod quaeque anima habet angelum bonum ad sui custodiam delegatum et malum ad exercitium.** Illud quoque sciendum est, quod angeli boni deputati sunt ad custodiam hominum, ita ut quisque electorum

3 Quos] Quod BCX. 17 et incenderet *om.* LMRWX *(Summa Seni.).*

1 Cf. Gregorius, *Moralia,* XVII, c. 13, n. 18 (PL 76,20 C); *In Evang., hom.* 34, nn. 12-13 (PL 76,1254s); et Beda, supra, Lib. I, dist. 37, c. 8 (p. 272s). 2 Resp. Hebr. 1, 14; supra, c. 1, n. 2 (p. 377). 3 Isai. 6, 6; supra, c. 1, n. 2 (p. 377). *4 De cael, hierarchia,* c. 13, § 2 (PG 3, 299 C; PL 122, 1061 A-B; *Dionysiaca,* II, 944s); sed verba sunt Gregorii, *In Evang.,* hom. 34, n. 12 (PL 76, 1254 B-C).

Num. 3. Partim ex Hugone, *De sacram.,* I, 5, 33 (PL 176, 262 D). — Auctoritas autem Dionysii et subsequens commentum (Gregorii) sumuntur de *Summa sent.,* II, 6 (potius sub forma in PL 171, 1115 A-B, quam in 176, 87 D).

Cap. 1, num. 1. Partim ex *Summa sent.,* II, 6 (PL 171, 1115 C-D; 176, 88 A-B); partim (Hieron.) ex *Glossa ordin.* in Matth. 18, 10 (apud Lyranum, V, 56c).

habeat angelum ad sui profectum atque custodiam specialiter delegatum. — Unde in Evangelio [1] Veritas a pusillorum scandalo prohibens ait: *Angeli eorum semper vident faciem Patris.* Angelos dicit *eorum* esse, quibus ad custodiam deputati sunt. Super quem locum **Hieronymus**[2] tradit unamquamque animam ab exordio nativitatis habere angelum ad sui custodiam deputatum, inquiens ita: « Magna dignitas animarum est, ut unaquaeque habeat ab ortu nativitatis in custodiam sui angelum delegatum ».

2. **Gregorius** quoque dicit [3] quod quisque unum bonum angelum sibi ad custodiam deputatum, et unum malum ad exercitium habet. Cum enim omnes angeli boni nostrum bonum velint communiterque saluti omnium studeant, ille tamen qui deputatus est alicui ad custodiam, eum specialiter hortatur ad bonum, sicut legitur de angelo Tobiae 4, et de angelo Petri in Actibus Apostolorum 5. Similiter et mali angeli, cum desiderent malum hominum, magis tamen hominem ad malum incitat, et ad nocendum fortius instat, ille qui ad exercitium eius deputatus est.

3. **Utrum singulis hominibus singuli angeli, an pluribus unus deputatus sit.** Solet autem quaeri utrum singuli angeli singulis hominibus, an unus pluribus ad custodiam vel exercitium deputatus sit. Sed cum electi tot sint quot et boni angeli sunt, plures constat esse omnes simul bonos et malos homines quam boni angeli sint. Et cum tot sint electi quot angeli boni, et angeli boni plures sint quam mali, pluresque sint homines mali quam boni, non est ambiguum plures esse bonos homines quam sint mali angeli, et plures esse malos homines quam sint mali angeli vel boni angeli.

4. **Confirmat unum angelum pluribus hominibus deputari, sive simul sive diversis temporibus.** Ideoque dici oportet unum eundemque angelum, bonum vel malum, pluribus hominibus deputari ad custodiam vel exercitium, sive eodem tempore, sive diversis temporibus. Ideo autem dicimus

1 Matth. 18, 10. 2 *In Matth.* 18,10 (PL 26 [1845], 130 B; CCL 77,159). 3 Nempe Nyssenus, *De vita Moysi* (PG 44, 338 D-339 A); sequens Origenem, *In Lucam,* hom. 12 (PG 13, 1829 C). Vide etiam Origenem, *Periarchon,* III, c. 2, n. 4 (PG 11, 309 B), et *In Iosue,* hom. 23, n. 3 (PG 12, 937 A); et Ioannem Cassianum, *Cantationes,* coni. 8, c. 17; et 13, c. 12 (PL 49,750s, 929; CSEL 13,233s, 380s). 4 Resp. Tob. 5-12. 5 Act. 12,15.

Num. 2. Omnia ad litteram ex *Summa sent.,* II, 6 (PL 171, 1115 C-D; 176, 88 A-B). De doctrina hic proposita, cf. J. Daniélou, *Les anges et leur mission d'après les pères de l'église,* ed. 2, Chevetogne 1953, 69-82. — Num. 3: in parte ex *Summa sent.,* ibid.

'eodem tempore vel diversis temporibus', quia videtur quibusdam [1] quod omnes homines qui sunt simul in aliquo tempore, singuli singulos angelos habere possint, bonos vel malos, quia licet maior sit numerus hominum, computatis in unum omnibus qui fuerunt et sunt et futuri sunt, quam angelorum, tamen quia homines decedentibus hominibus succedunt, et ideo nunquam simul sunt in hac vita, angeli vero nunquam decedunt, sed simul omnes sunt: esse potest ut singuli hominum, dum in hac vita sunt, singulos habeant angelos, bonos vel malos, ad sui custodiam vel exercitium destinatos. Ceterum, sive ita sit sive non, non est dubitandum unumquemque habere angelum sibi deputatum, sive pluribus simul destinatus sit, sive uni singulariter. Nec est mirandum unum angelum pluribus hominibus ad custodiam deputari, cum uni homini plurium custodia deputetur, ita ut eorum quisque suum dicatur habere dominum vel episcopum vel abbatem.

Cap. 2 (57).

1. **Utrum angeli proficiant in merito vel in praemio usque ad iudicium.** Praeterea illud considerari oportet, utrum angeli boni in merito vel in praemio proficiant usque ad iudicium.

2. **Quibusdam videtur quod proficiant in utroque.** Quod in meritis proficiant atque quotidie magis ac magis mereantur, quibusdam videtur, ex eo quia quotidie hominum utilitatibus inserviunt eorumque profectibus student. Quibus etiam nihilominus videtur quod et in praemio proficiant, scilicet in cognitione et dilectione Dei. Licet enim, ut aiunt, in confirmatione beatitudinem acceperint aeternam atque perfectam, augetur tamen quotidie eorum beatitudo, quia magis ac magis diligunt atque cognoscunt. — **Caritas eorum meritum est et praemium nunc.** Et est eorum caritas, qua Deum et nos diligunt, et meritum et praemium:

3 possint] possunt CMV. 19 Rubrica om. LVW. 22 et om. LNOP.

1 Resp. Hugo, *De sacram.,* I, 5, 31 (PL 176, 261 C).

Cap. 2. De controversia hic implicita et dissensione Magistri Odonis Suessionensis, cf. Ign. Brady, *Peter Manducator and the orat Teachings of Peter Lombard,* in *Antonianum* 41 (1966) 471. — Totum capitulum fundatur super *Summam sent.,* II, 6 (PL 171, 1116 A; 176, 88 C-D), unde num. 2-3 in parte, num. 6 et 8-10; et *Glossam* Lombardi in Eph. 3, 9-10 (PL 192, 189 B-190 D), unde num. 3-5. Cf. etiam *Glossa ordin.* in h. l. (apud Lyranum, VI, 92c), quae fons erat Magistri; et in Isai. 63, 1 (apud Lyr., IV, 101a); et P. Abaelardus, *Sic et non,* 48 (PL 178, 1417ss), qui fons videtur *Summae sent.,* et forsitan etiam ipsius Lombardi.

meritum, quia per earn et obsequia ex ea nobis impensa merentur et in beatitudine proficiunt; et ipsa eadem est praemium, quia ea beati sunt.

3. **Auctoritatibus confirmant quod dicunt.** Et quod angeli proficiant in cognitione, ac per hoc in beatitudine, testimoniis Sanctorum confirmant. Dicit enim Isaias 1, ex persona angelorum Christi ascendentis magnificentiam admirantium: *Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Basra?* Et in Psalmo 2; *Quis est iste rex gloriae?* Ex quibus apparet quod mysterium Verbi incarnati plenius cognoverunt angeli post impletionem quam ante. Et sicut in cognitione huius mysterii profecerunt, ita dicunt eos in deitatis cognitione proficere. — Quod autem in huius mysterii cognitione profecerint, evidenter docet Apostolus dicens 3: *Quae sit dispensatio sacramenti absconditi a saeculis in Deo, ut innotescat multiformis sapientia Dei per Ecclesiam Principibus et Potestatibus in caelestibus.* Super quem locum dicit **Hieronymus**4 « angelicas dignitates praefatum mysterium ad purum non intellexisse, donec completa est passio Christi et Apostolorum praedicatio per gentes dilatata ».

4. **Quod in hac sententia videtur Augustinus adversari Hieronymo.** His autem videtur contradicere **Augustinus,** super eundem locum Epistolae 5 dicens: « Non latuit angelos mysterium regni caelorum, quod opportuno tempore revelatum est pro salute nostra. Illis ergo *a saeculis* innotuit supra memoratum mysterium, quia omnis creatura non ante saecula, sed a saeculis est ».

5. **Determinatio praedictarum auctoritatum. — Haymo.** Attende, lector, quia videntur dissentire in hac sententia illustres doctores. Ideoque, ut omnis repugnantia de medio tollatur, praedicta **Haymonem** 6 sequentes ita determinemus, ut « illis angelis qui maioris dignitatis sunt, et per quorum ministerium illa nuntiata sunt, ex parte cognita *a saeculis* fuisse, utpote familiaribus et nuntiis; illis vero qui minoris dignitatis sunt incognita exstitisse » dicamus, usquequo impleta sunt et *per Ecclesiam* praedicata; et tunc ab omnibus angelis perfecte fuerunt cognita.

6. Constat itaque omnes angelos in cognitione divinorum mysteriorum secundum processum temporis profecisse. Unde non incongruenter

19 Epistolae *om.* LMRX. 23 Rubrica *om.* LVW.

1 Isai. 63, 1. Cf. *Olossa ordin.* in h. 1.: «Hoc in persona angelorum» (apud Lyranum, IV, lOlr). 2 Ps. 23, 8. 3 Eph. 3, 9-10. 4 In h. 1. (PL 26 [1845], 483 C). 5 *De Genesi ad Utt., V,* c. 19, n. 38 (PL 34, 334s; CSEL 28-1, 162). « Haymo Altiss., in Eph. 3, 10 (PL 117, 715 A).

ipsi iidem dicunt[1] angelorum scientiam ac beatitudinem augeri usque ad futuram consummationem, quando in scientia ac beatitudine perfectissimi erunt, ut nec augeatur amplius nec minuatur.

7. **Aliorum opinio qui dicunt angelos in quibusdam praedictorum non profecisse.** Alii autem dicunt angelos in confirmatione tanta deitatis dilectione atque notitia fuisse praeditos, ut in his ulterius non profecerint nec profecturi sint. Profecerunt tamen in scientia rerum exteriorum, sicut in cognitione sacramenti incarnationis et huiusmodi; sed non in contemplatione deitatis, quia trinitatem in unitate atque unitatem in trinitate non plenius intelligunt sive intellecturi sunt, quam ab ipsa confirmatione perceperunt. Ita etiam dicunt eos in caritate non profecisse post confirmationem, quia eorum caritas postea non est aucta. Et sic dicunt eos non profecisse in meritis, scilicet quantum ad vim merendi, sed non quantum ad numerum meritorum. Plura enim bona fecerunt postea, quae tunc non fecerant; sed eorum caritas, ex qua illa processerunt, non est aucta: ex qua tantum meruerunt antequam ista adderentur, quantum postea his adiectis.

8. **Quid sit probabilius.** Illud vero quod alii superius dicunt, probabilius videtur, scilicet quod angeli usque ad iudicium in scientia et in aliis proficiant.

9. **Quaedam auctoritates videntur obviare probabiliori sententiae.** Quibus tamen videntur obviare quarundam auctoritatum verba. Ait enim Isidorus in libro *De summo bono*[2]: «Angeli in Verbo Dei omnia sciunt antequam fiant». — **Determinatio.** Sed nec omnes, nec omnia perfecte angelos scire dixit; et ideo eos in scientia proficere non removit.

10. Gregorius quoque in libro *Dialogorum*[3] ait: «Quid est quod ibi nesciant, ubi scientem omnia sciunt?» Videtur dicere quod omnia sciant angeli et nihil sit quod nesciant. — **Item alia determinatio.** Sed accipiendum est hoc de his quorum cognitio beatum facit cognitorem, ut sunt ea quae ad mysterium Trinitatis et unitatis pertinent.

1 iidem *om.* BCOPV. 4 quibusdam praedictorum] predictis BCX. 11 perceperunt] perceperint BCOPX. 13 scilicet] sed X, sed hoc LNTVW, non MR, *sed exp.* R. 14 sed *om.* LNTVX. 18 Rubrica *om.* MRVW. 24 Determinatio *om.* RVWX. 28 Rubrica *om.* LMRVW.

1 Id est *Summa sent.,* II, 6 (PL 171, 1115 D-1116 A; 176, 88 C). 2 *Sententiae,* I, c. 10, n. 17 (PL 83, 556 C). 3 Lib. IV, c. 33 (PL 77, 376 B). Cf. etiam *Moralia,* II, c. 3, n. 3 (PL 75, 556 D).

DISTINCTIO XII

Cap. 1 (58).

1. **Post cognitionem de angelis habitam, agitur de aliarum rerum creatione et praecipue de operum sex dierum distinctione.** Haec de angelicae naturae conditione dicta sufficiant. Nunc superest de aliarum quoque rerum creatione, ac praecipue de operum sex dierum distinctione, nonnulla in medium proferre.

2. Cum Deus in sapientia sua angelicos condidit spiritus, alia etiam creavit, sicut ostendit supra memorata Scriptura Genesis i, quae dicit *in principio* Deum creasse *caelum,* id est angelos, *et terram,* scilicet materiam quatuor elementorum adhuc confusam et informem, quae a Graecis dicta est chaos 2; et hoc fuit ante omnem diem. Deinde elementa distinxit, et species proprias atque distinctas singulis rebus secundum genus suum dedit; quae non simul, ut quibusdam sanctorum Patrum placuit, sed per intervalla temporum ac sex volumina 3 dierum, ut aliis visum est, formavit.

Cap. 2 (59).

Quod sancti tractatores videntur super hoc quasi adversa tradidisse, aliis dicentibus omnia simul facta in materia et forma, aliis per intervalla temporum. Quidam namque sanctorum Patrum, qui verba Dei atque arcana excellenter scrutati sunt, super hoc quasi adversa scripsisse

3-4 rerum creatione *trp.* BCN. 10 scilicet] id est NOPV.

1 Resp. Gen. 1, 1; cf. supra, Dist. 2, cc. 1,2,5 (pp.336ss, 341). 2 August., *De Genesi contra Munich.,* I, c. 5, n. 9 (PL 34, 178), sed mediante *Summa sent.,* ut in alia serie notarum indicatur. 3 Hac voce utitur August., *De Genesi ad Hit.,* I, c. 17, et IV, c. 1, n. 1 (PL 34, 259, 295; CSEL 28-1, 24, 93).

Cap. 1. Partim ex *Summa sent.,* III, 1 (PL 171, 1116 C, 1117 B; 176, 89 A, 90 A-B); vide etiam infra, Dist. 15, c. 6. — Cap. 2. Quasi omnia ex Hugone, *De sacram.,* 1, 1, 2 (PL 176, 187 C, 188 A-B); cuius opinionem Magister corroborat testimoniis Patrum in *Glossa ordin.* in Genesim. Ex. gr., Gregorius legitur in *Proiltem. Glossae ordin.* (apud Lyranum, I, 22d; v 2b); Hieronymus forsitan ibidem (21 c-d; v 2b), cum alibi, ut videtur, rem pressius non tangat; Beda, in eisdem *Prothematibus* (22a; v Ic).

videntur. — Alii quidem tradiderunt omnia simul in materia et forma fuisse creata; quod **Augustinus**[1] sensisse videtur. — Alii vero hoc magis probaverunt atque asseruerunt, ut primum materia rudis atque informis, quatuor elementorum commixtionem atque confusionem tenens, creata sit; postmodum vero per intervalla sex dierum ex illa materia rerum corporalium genera sint formata secundum species proprias. Quam sententiam **Gregorius, Hieronymus, Beda**[2] aliique plures[3] commendant ac praeferunt; quae etiam Scripturae Geneseos, unde prima huius rei ad nos manavit cognitio, magis congruere videtur.

Cap. 3 (60).

1. **Quomodo per intervalla temporis res corporales conditae sint.** Secundum hanc itaque traditionem, ordinem atque modum creationis formationisque rerum inspiciamus. Sicut supra memoratum est[4], *in principio creavit Deus caelum,* scilicet angelicam naturam, sed adhuc informem, ut quibusdam placet[5]; *et terram,* id est illam confusam materiam quatuor elementorum.

2. **Quare illa confusa materies vocetur terra, abyssus, aqua.** Quam nomine *terrae,* ut ait **Augustinus,** *Contra Manichaeos*[6], ideo appellavit Moyses, « quia terra inter omnia elementa minus est speciosa »; et illa *inanis* erat *et incomposita*[7], «propter omnium elementorum commixtionem ». — Eandem etiam vocat *abyssum* dicens[8]: *Et tenebrae erant super faciem abyssi,* quia confusa erat et commixta, specie distincta

15 scilicet] id est LMR. 18 Quam] quo BC, quod OP.

1 *De Genesi ad Utt.,* I, c. 15, n. 29; IV, cc. 33-35; VII, c. 28, nn. 41-42 (PL 34, 257, 317ss, 370s; CSEL 28-1, 21s, 131-136, 226ss). 2 Gregorius, *Moralia,* XXXII, c. 12 n. 16 (PL 76, 644 D-645 C); Hieron., (forsitan) *Hebraicae quaesi, in libro Gen.* 1, 1 (PL 23 [1845], 937 C-939 A; CCL 72, 3); Beda, *In Gen.,* I (PL 91, 13 B, 35 C, 39 A-40 A; CCL 118A, 3, 32,39s). 3 Ex. gr., Isidorus, *De differentiis,* II, c. 11, nn. 27-29 (PL 83, 74C); Rabanus, *In Genesim,* I, c. 11 (PL 107, 471 A-B); *Summa sent.,* III, 1 (PL 171, 1117 C; 176, 90 B); *Sent, divinitatis,* I, 1 (ed. B. Geyer, 9s). 4 Hic supra, c. 1, n. 2. 5 Cf. supra, Dist. 2, c. 5 (p. 340s). 6 *De Genesi contra Manich.,* I, c. 7, n. 12 (PL 34, 179). 7 Resp. Gen. 1, 2; Vulgata legit: *et vacua.* 8 Gen. 1, 2.

Cap. 3: In parte fundatur super *Glossam ordin.* in Gen. 1, 1-2 (apud Lyranum, I, 23c-d, 24a; v 2c-3b); sed potius super *Glossam* Lombardi in Hebr. 11, 3 (PL 192, 489 A-D), ubi citatur August., *De Gen. contra Manichaeos,* mediante Floro Lugdunensi in h. l.

carens. — « Eadem 1 etiam materia informis dicta est *aqua,* super quam *ferebatur spiritus Domini*2, sicut superfertur fabricandis rebus voluntas artificis »; « quia3 subiacebat bonae voluntati Creatoris quod formandum perficiendumque inchoaverat », qui « sicut dominus et conditor praeerat fluitanti et confusae materiae, ut distingueret per species varias quando vellet » et sicut vellet. « Haec 4 ideo dicta est *aqua,* quia omnia quae in terra nascuntur, sive animalia, sive arbores vel herbae et similia, ab humore incipiunt formari atque nutriri ». His omnibus vocabulis vocata est illa informis materia « ut res ignota notis vocabulis insinuaretur imperitioribus; et non uno tantum, nam si uno tantum significaretur vocabulo, hoc esse putaretur quod consueverant homines in illo vocabulo intelligere. Sub his ergo nominibus significata est materia illa invisa et informis, quae nulla specie cerni aut tractari poterat », id est « nominibus3 visibilium rerum quae inde futurae erant, propter infirmitatem parvulorum, qui minus idonei sunt invisibilia comprehendere ».

3. Et tunc erant *tenebrae,* id est lucis absentia. — **Augustinus** * : « Non 6 enim tenebrae aliquid sunt, sed ipsa lucis absentia. Sicut silentium non aliqua res est, sed ubi sonus non est, silentium dicitur. Et nuditas non aliqua res est, sed in corpore ubi tegumentum non est, nuditas dicitur. Sicut et inanitas non est aliquid, sed inanis dicitur esse locus, ubi non est corpus », et inanitas absentia corporis.

Cap. 4 (61).

Quo sensu tenebrae dicantur non esse aliquid, et quo dicantur esse aliquid. Attende quia hic **Augustinus** tenebras dicit non esse aliquid, cum alibi tenebrae inter creaturas ponantur quae benedicunt Dominum; unde dicitur7: *Benedicite lux et tenebrae Domino.* — Ideoque

1 Eadem] est *add.* COPR, *sed exp.* P. ‖ est *om.* CR. 5 fluitanti] fluctuanti BCTVX, *quod corr.* TV. 16 Augustinus *om.* CMNO. 24 quia] quod LMRT. 26 unde] ubi LMNTV.

1 August., ibid. 2 Gen. 1, 2. 3 *De Genesi ad litt.,* I, c. 5, n. 11 (PL 34, 250; CSEL 28-1, 10); quod inde sequitur («sicut dominus... vellet») anonymum exstat in *Glossa ordin.* in Gen. 1, 2 (apud Lyranum I, 24a; v 3a), nec fontem eius invenimus. 4 August., *De Genesi contra Manich.,* I, c. 7, n. 12 (PL 34, 179). 5 August., ibid., c. 5, n. 9 (PL 34, 178). 6 August., ibid., c. 4, n. 7 (PL 34, 176s); cf. etiam *Confessiones,* XII, c. 3, n. 3 (PL 32, 827; CSEL 33, 31 Is). 7 Dan. 3, 72. Cf. etiam Isai. 45, 7: *Formans lucem et creans tenebras.* P.

Cap. 4. Partim ex *Glossa* in Gen. 1, 2 et 4, scii. Strabi et Augustini (apud Lyranum, I, 23d, 24 c; v 3a, 3d).

sciendum est tenebras diversis modis accipi: scilicet vel pro lucis absentia, qualiter supra accepit **Augustinus**, iuxta quam acceptionem non sunt aliquid; vel pro aëre obscurato, sive aëris obscura qualitate; et secundum hoc aliqua res creata sunt. Ideo ergo dicit tenebras tunc fuisse *super faciem abyssil*, « quia nondum erat lux; quae si esset, superesset et superfunderetur »; sed nondum lucis gratia opus suum Deus venustaverat, quae postea in primo die formata est.

Cap. 5 (62).

1. **Duo hic consideranda sunt: quare illa materia confusa sit dicta informis, et ubi ad esse prodiit quantumque in altitudine ascenderit. De** qua priusquam tractemus, duo nobis discutienda occurrunt: primum, quare illa materia confusa informis dicatur, an quia omni forma caruit an propter aliud; secundo, ubi ad esse prodierit et quantum in altum ascenderit.

2. **Ad primum brevis responsio.** Ad illud igitur quod primo positum est breviter respondentes, dicimus illam primam materiam non ideo dictam fore informem quod nullam omnino formam habuerit, quia non aliquid corporeum tale exsistere potest, quod nullam habeat formam; sed ideo non absurde informem appellari posse dicimus, quia in confusione et permixtione quadam subsistens, nondum pulchram apertamque et distinctam receperat formam, qualem modo cernimus. Facta est ergo illa materia in forma confusionis ante formam dispositionis. In forma confusionis prius omnia corporalia materialiter simul et semel sunt creata; postmodum in forma dispositionis sex diebus sunt ordinata. — Ecce absolutum est quod primo in discussione propositum fuit, scilicet quare illa materia dicatur informis.

3. **Hic ad id quod secundo quaerebatur respondet.** Nunc superest quod secundo proponebatur explicare, ubi scilicet illa materia substiterit et

4 aliqua... creata] alique... create BCLR. 12 confusa] et *add.* MVX. ‖ caruit] caruerit MNTVW. 13 secundo] secundum MRTVX. 15 Rubrica *om.* LNVW. 17 quod] quia LT. ‖ habuerit] habuit BCLNW. 21 ergo] igitur LMN.

1 Oen. 1, 2; sequitur *Glossa ordin.* ex August., *De Genesi ad Utt.,* I, c. 1, n. 3 (PL 34, 247; CSEL 28-1, 5).

Cap. 5, num. 1. Quaestio aliqualiter suggeritur ab Hugone, *De sacram.,* I, 1, 5 (PL 176,190 A). — Num. 2: Totum ex Hugone, ibid., c. 4 (PL 176, 189 C-D). — Num. 3. Prima pars ex Hugone, *De sacram.,* I, 1, 6 (PL 176, 190 B); deinde de mole supra firmamentum, cf. *Glossa ordin.* in Gen. 1, 6 et 7 (apud Lyranum, I, 24d, 25a; v 4v-5r).

quantum in altitudine porrigebatur. — Ad quod, nihil temere asserentes, dicimus quod illa prima rerum omnium moles, quando creata est, ibidem ad esse videtur prodiisse, ubi nunc formata subsistit. Eratque terreum hoc elementum in imo loco, eodemque medio subsidens, ceteris in una confusione permixtis; eisdemque circumquaque in modo cuiusdam nebulae oppansis, ita obvolutum erat, ut apparere non posset quod fuit. Illa vero tria in una permixtione confusa, circumquaque suspensa, eousque in altum porrigebantur, quousque nunc summitas corporeae naturae pertingit. — Et sicut quibusdam videtur i, ultra locum firmamenti extendebatur illa moles, quae in inferiori parte spissior atque grossior erat, ω in superiori vero rarior et levior atque subtilior exsistebat; de qua rariori substantia putant quidam fuisse aquas quae super firmamentum esse dicuntur. — Talis fuit mundi facies in principio, priusquam reciperet formam vel dispositionem.

4. Ostenso qualis fuit mundi facies in ipso primordio, incipit prosequi operum sex dierum distinctionem. Nunc superest ut dispositionem illam, qualiter perfecta sit, ordine prosequamur. Sex diebus, sicut docet Scriptura Genesis, distinxit Deus et in formas redegit proprias cuncta quae simul materialiter fecerat; perfecitque *opus suum die sexto* 2 et sic deinde *die septimo requievit ab omni opere,* id est cessavit novam creaturam facere 3. Sex enim diebus sex rerum genera distinxit, nihilque postea fecit quod in aliquo illorum non contineatur. Operatus est tamen postea, sicut Veritas in Evangelic ait *4: Pater meus operatur usque nunc, et ego operor illud.*

Cap. 6 (63).

De quatuor modis divinae operationis. Quatuor enim modis, ut ait Alcuinus, *Super Genesim 5,* operatur Deus: « Primo in Verbo omnia

1 altitudine] altum BC,- altitudinem LM. 3 terreum] terrenum NRV, *quod corr.* V. 4 in imo] uno in L, primo M, in uno PX. 5 modo] modum MVX *(Hugo).* 6 obvolutum] involutum LMNVW *(Hugo).* 13-14 reciperet formam *trp.* LMNWX. 19 deinde] demum NR *(Hugo).* 27 Alcuinus] Augustinus LMX.

1 Quorum sententiam refert August., *De Genesi ad Utt.,* II, c. 4 (PL 34, 265s; CSEL 28-1, 36ss); et post eum Beda, *In Gen.* 1, 5-8 (PL 91, 19 C-D; CCL 118A, 10s). Cf. Basilius, *In Hexaemeron,* hom. 3, n. 7 (PG 29, 67 B-71 B); et infra, Dist. 14, C. 8 (p. 398). 2 Resp. Gen. 2, 2, iuxta aliam versionem. 3 Vide infra, Dist. 15, c. 7 (p. 403s). 4 Ioan. 5, 17. 5 Interr. 19 (PL 100, 519 A).

Num. 4. Partim ex Hugone, *De sacram.,* I, 1, 7 (PL 176, 193 A).

Cap. 6. Fere totum ex *Prethematibus Glossae ordin.* in Gen. (apud Lyranum, I, 22a; v 2b, ubi recte ad initium Alcuinus signatur).

disponendo; secundo in materia informi quatuor elementorum, de nihilo eam creando, unde l; *Qui vivit in aeternum creavit omnia simul,* omnia scilicet elementa vel omnia corpora materialiter simul creavit; tertio per opera sex dierum varias distinxit creaturas; quarto ex primordialibus seminibus non incognitae oriuntur naturae, sed notae saepius reformantur ne pereant ».

DISTINCTIO XIII

Cap. l (64).

Quae fuerit prima distinctionis operatio. Prima autem distinctionis operatio fuit formatio lucis, sicut ostendit Scriptura quae, commemorata rerum informitate, earum dispositionem a luce inchoavit subdens2: *Dixit Deus·. Fiat lux, et facta est lux; et divisit lucem a tenebris, appellavitque lucem diem et tenebras noctem. Et factum est vespere et mane, dies unus.* Congrue mundi ornatus a luce coepit, unde cetera quae creanda erant viderentur.

Cap. 2 (65).

1. **Qualis fuerit lux illa, corporalis an spiritualis.** Si quaeritur qualis illa lux fuerit, corporalis scilicet an spiritualis, id respondemus quod a Sanctis traditum legimus. Dicit enim Augustinus3 quia lux illa corporalis vel spiritualis intelligi potest.

2. **De spirituali luce *** Si spiritualis accipitur, angelica natura intelligitur, quae prius informis fuit, sed postea formata est, cum ad Crea-

5-6 reformantur *trp. p.* pereant LMNX. 9 fuerit] fuit BCLNVW. 14 coepit] incepit W, *corr. in* incepit RT. 21 Rubrica *om.* RVW.

l Eccli. 18, 1. 2 Gen. 1, 3-5. 3 *De Genesi ad Utt.,* I, cc. 3-5, et c. 17 (PL 34, 248ss, et 258; CSEL 28-1, 7-10, et 23-26). Cf. etiam *De Genesi ad Hit. imperf. lib.,* c. 5, n. 20 (PL 34, 227s; CSEL 28-1, 471s); *Contra Faustum,* XXII, c. 10 (PL 42, 405; CSEL 25, 598s).

Cap. 1. Ultima phrasis ex *Glossa ordin.* in Gen. 1, 3 (apud Lyranum, I, 24b; v 3d), ubi signatur ut Augustini, sed potius est Bedae, *In Gen.,* I (PL 91, 16 C-D; CCL 118A, 7s).

Cap. 2, num. 1. Quaestio proponitur ut invenitur in Hugone, *De sacram.,* 1,1,9 (PL 176, 193 D). — Num. 2. Solutio fundatur super *Glossam ordin.* in Gen. 1, 3 (apud Lyranum, 1, 24a-b; v 3b-c), unde verba Augustini trahuntur. — Num. 3. Partim ex *Summa sent.,* III, 1 (PL 171, 1116 C: 176, 89 A), plus autem ex Hugone, *De sacram.,* I, 1, 9 (PL 176, 193 D-194 B).

torem conversa ei caritate adhaesit. Cuius informitatis creatio superius significata est, ubi dictum est k *In principio creavit Deus caelum et terram.* Hic vero eiusdem formatio ostenditur, cum ait 2: *Fiat lux, et facta est lux.* Haec ergo angelica natura prius tenebrae, et postea lux fuit; quia prius habuit informitatem et imperfectionem, deinde formationis perfectionem; et ita divisit Deus lucem et tenebras. Nam ut ait **Augustinus,** *Super Genesim* 3, huius creaturae informitas et imperfectio fuit antequam formaretur in amore Conditoris; formata vero est quando conversa est ad incommutabile lumen Verbi.

3. **Hic de corporali ?** Si vero corporalis fuit lux illa, quod utique probabile est, corpus lucidum fuisse intelligitur, velut lucida nubes; quod non de nihilo, sed de praeiacenti materia formaliter factum est, ut lux esset et vim lucendi haberet. Cum qua dies prima exorta est, quia ante lucem nec dies fuit nec nox, licet tempus fuerit.

Cap. 3 (66).

1. **Quod lux illa facta est ubi sol apparet, quae inter aquas lucere poterat. — Augustinus, Super Genesim * 4 :** « Si autem quaeritur ubi est facta lux illa, cum abyssus omnem terrae altitudinem tegeret, dici potest in illis partibus facta, quas nunc illustrat solis diurna lux. Nec mirum lucem in aquis posse lucere, cum etiam nautarum operatione saepius illustrentur; qui in profundum mersi, misso ex ore oleo aquas sibi illustrant 5; quae multo rariores fuerunt in principio quam modo sint, quia nondum congregatae fuerant in uno loco ».

2. Facta ergo lux illa vicem et locum solis tenebat, quae motu suo circumagitata, noctem diemque discernebat. Ibi ergo primum lucem ap-

16-5 (p. 391) Quod... noctem *in imo folio* O. 23 uno loco] unum locum BCX.

1 Gen. 1, 1. 2 Gen. 1, 3. 3 Lib. I, cc. 4-5, nn. 9-10 (PL 34, 249s; CSEL 28-1, 8s). 4 Rectius, Beda, *In Gen.* 1, 3 (PL 91, 17 A; CCL 118A, 8). 5 Idem exemplum affert Basilius, *In Hexaemeron,* hom. 2, n. 7 (PG 29, 46 B), et inde Ambrosius, *Hexaemeron,* I, c. 9, n. 33 (PL 14 [1845], 142 C; CSEL 32, 36).

Cap. 3, num. 1. Verba sunt Bedae (non obstante rubrica qua Augustino attribuuntur) in *Glossa ordin.* in Gen. 1, 3 (apud Lyr., I, 24b; v 3d). Vide supra, ad c. 1 huius Distinctionis. Unde iterum apparet quod Magister nunquam prae manibus habuerit *De Genesi ad litteram,* sed potius supposuerit quod omnia anonyma (seu non-signata) in *Glossa ordin.* Augustino attribuenda essent. — Num. 2. Totum ex Hugone, *De sacram.,* I, 1, 9 (PL 176, 194 B), ut iam notavit quidam glossator in cod. Vatie, lat. 688 (= V).

paruisse verisimile est, ubi sol quotidiano cursu circumvectus apparet, ut eodem tramite lux circumcurrens ac primo ad occasum descendens vesperam faceret; deinde revocata ad ortum auroram, id est mane illustraret. — Et ita *divisit* Deus *lucem* et tenebras, et *appellavit lucem diem et tenebras noctem* i.

Cap. 4 (67).

1. **Quod dies diversis modis accipitur.** Hic notandum est quod dies diversis modis in Scriptura accipitur. Dicitur enim dies lux illa quae illo triduo tenebras illuminabat. Et dicitur dies illuminatio ipsa aëris. Dicitur etiam dies spatium viginti quatuor horarum, qualiter accipitur cum ait 2; *Factumque est vespere et mane, dies unus.*

2. **Qualiter distingui debeat illud : Et factum est vespere et mane dies unus ?** Quod ita distinguendum est: factum est vespere prius, et postea mane, et ita fuit dies unus expletus viginti quatuor horarum, dies scilicet naturalis, qui habuit vesperam, sed non mane. Mane enim dicitur finis praecedentis et initium sequentis diei, quod est aurora, quae nec plenam lucem nec omnino tenebras habet. — Mane ergo primus dies non habuit, quia nec dies praecesserat qui sequentis diei initio terminaretur; et eo praecipue quia luce apparente, mox super terram plenus atque praeclarus dies exstitit; qui non ab aurora, sed a plena luce inchoavit, et mane sequentis diei consummatus est. — **Beda ?** Unde **Beda**, *Super Genesim 3:* « Decebat ut dies a luce inciperet et in mane sequentis diei tenderet, ut opera Dei a luce inchoasse et in lucem completa esse significarentur ». — Reliqui autem dies mane habuerunt et vesperam, quorum quisque, a suo mane incipiens, usque ad alterius diei mane tendebatur.

12-13 Rubrica om. MVW. 15 habuit] habuerit BCP. 21 Beda *om.* MNTVW.

1 Gen. 1, 4-5. 2 Gen. 1, 5. 3 *In (Jen,* 5 (PL 91, 18 B; CCL 118A, 10).

Cap. 4. Mixtim ex *Glossa ordin.* in Gen. 1, 5 (apud Lyranum, I, 24c; v 4b), unde auctoritas Bedae (sub nomine August, apud Lyranum; anonym, in cod. v); et ex Hugone, *De sacram.,* I, 1, 9 (PL 176, 194 B-C).

Cap. 5 (68).

1. **De naturali ordine computationis dierum et de illo qui pro mysterio introductus est.** Hic est naturalis ordo distinctionis dierum, ut distinguantur atque computentur dies a mane usque ad mane. Postea vero in mysterio factum est ut dies computentur a vespera in vesperam et adiungatur dies praecedenti nocti in computatione, cum iuxta naturalem ordinem praecedens dies sequenti nocti adiungi debeat: quia (Ecce mysterium ?) homo a luce per peccatum corruit in tenebras ignorantiae et peccatorum, deinde per Christum a tenebris ad lucem rediit. Unde Apostolus 1; *Eramus aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino.*

2. Primus itaque dies non ab aurora, sed a plena luce incipiens, et post paulatim vesperam occidente luce excipiens, mane sequentis diei expletus est. Unde **Beda**2: « Occidente luce paulatim, et post spatium diurnae longitudinis inferiores partes subeunte, factum est vespere, sicut nunc usitato cursu solis fieri solet. Factum est autem mane, eadem super terram redeunte et alium diem inchoante, et dies expletus est unus viginti quatuor horarum. Fuitque nox illo triduo omnino tenebrosa, quae post creata sidera aliqua luce claruit ».

3. **Cur sol factus est, si lux illa sufficiebat. — Augustinus ?** Solet autem quaeri « quare 3 factus est sol, si lux illa faciendo diei sufficiebat ». — Ad quod dici potest quoniam lux illa forte superiores partes illustrabat, et ad illuminationem inferiorum solem fieri oportebat; vel potius ideo, quia «facto sole, diei fulgor auctus est: ampliori enim multo luce radiavit dies postea quam ante ».

2 pro mysterio] proximo BCNOPTX (v. *elenchum capp.).* 3 Hic] Sed *proem.* L, Et *praem.* M. 7-8 Ecce mysterium *om.* NRVW. 9-10 Apostolus *om.* MN, *add. mg.* R. 12 excipiens] in *add.* N, *add. interi.* P, *add. mg.* R. 14 est *om.* LOPX, *mg.* W. 18 claruit] claruerit OPR, *quod corr.* R.

1 Eph. 5, 8. 2 *In Gen.* 1, 5 (PL 91, 17 D-18 A; CCL 118A, 9s). 2 August., *De Genesi ad Utt.,* I, c. 11, n. 23 (PL 34, 254; CSEL 28-1, 16).

Cap. 5, num. 1. Cf. Hugo, ibid.; et August., De *Trinit.,* IV, c. 6, η. 10 (PL 42, 894; CCL 50, 174), qui tamen non est fons. — Num. 2. Verba Bedae sumuntur ex *Glossa ordin.* in Gen. 1, 5 (sub nomine August, apud Lyranum, I, 24d; anonym, in v, 4b).

Num. 3 fundatur supra *Glossam ordin.* in Gen. 1, 3 (apud Lyranum, I, 24b; v 3d). — Num. 4. Quaestio proponitur ex Hugone, *De sacram.,* 1,1, 15 (PL 176,198 D), unde et prima pars responsionis (ibid., 199 A); reliqua ex *Glassa ordin.* in Gen. 1, 3, ut in num. praecedenti.

4. Si vero quaeritur quid de luce illa factum sit, cum modo non appareat, potest dici aut de ea corpus solis formatum, aut « in l ea parte caeli esse in qua sol est: non quod ipsa sit sol, sed sic ei unita ut discerni non valeat ».

Cap. 6 (69).

Quomodo accipiendum sit illud : Dixit Deus : an sono vocis id Deus dixerit an aliter. Praeterea investigandum est quomodo accipiendum sit quod ait2: *Dixit Deus,* utrum temporaliter, vel sono vocis illud dixerit an alio modo. — **Augustinus,** *Super Genesim* 3, tradit nec temporaliter, nec sono vocis Deum fuisse locutum. Quia si temporaliter, et mutabiliter; et si corporaliter dicatur sonuisse vox Dei, nec lingua erat qua loqueretur, nec erat quem oporteret audire et intelligere. Bene ergo vox Dei ad naturam Verbi, per quod omnia facta sunt, refertur. Dixit ergo Deus: *Fiat* etc. non temporaliter, non sono vocis, sed in Verbo sibi coaeterno, id est Verbum genuit intemporaliter in quo erat, et disposuit ab aeterno ut fieret in tempore, et in eo factum est.

Cap. 7 (70).

1. **Quomodo accipiendum sit quod dicitur : Pater operari in Filio vel per Filium, vel in Spiritu Sancto.** Hic quaeri solet quomodo accipiendum sit quod dicitur: Pater operari in Filio vel per Filium, vel in Spiritu Sancto. Haec enim Scriptura frequenter nobis proponit, ut 4; *Omnia in sapientia fecisti, Domine,* id est in Filio; et5: *In principio,* id est in Filio, *creavit Deus caelum et terram;* et illud 6: *Per quem jecit et saecula.* Super

1 luce illa *trp.* CLM. 8 vel] an COT.

1 August., ibid., c. 10, n. 22 (PL 34, 254; CSEL 28-1, 16). 2 Gen. 1, 3. 3 Lib. I, c. 2, nn. 4-6 (PL 34, 248; CSEL 28-1, 5ss). 4 Ps. 103, 24. 5 Gen. 1, 1. 6 Hebr. 1, 2.

Cap. 6. Quasi omnia ex *Glossa ordin.* in Gen. 1, 3 (apud Lyranum, I, 24b; v 3c).

Cap. 7, num. 1. Quaestio ex verbis Augustini eruitur, ut in fine huius numeri; deinde cf. *Glossa* Magistri in Ps. 103, 24 (PL 191, 940 A) et *Glossa ordin.* in h. 1. (apud Lyranum, III, 241r); necnon et *Glossa* Lombardi in Ps. 32, 6 (PL 191, 329 A), ubi etiam auctoritas Augustini exhibetur.

illum quoque Psalmi locum 1; *Verbo Domini caeli firmati sunt* etc., dicit Augustinus2 quod « Pater operatur per Verbum suum et Spiritum Sanctum ». Quomodo ergo hoc accipiendum est ?

2. Putaverunt quidam haeretici quod Pater velut auctor et artifex, Filio et Spiritu Sancto in rerum operatione quasi instrumento uteretur, ex praedictis verbis errandi occasionem sumentes. Quod velut blasphemum atque sanae doctrinae adversum abicit pia fides.

3. **Hic aperit ex quo sensu dicitur Pater operari in Filio vel per Filium.** Non est itaque intelligendum ideo Scripturam frequenter commemorare Patrem operari in Filio vel per Filium, tanquam Filius non posset facere si ei non porrexisset Pater dexteram, vel tanquam aliquod instrumentum fuerit Patris operantis; sed potius illis verbis Patrem intelligi voluit cum Filio et Spiritu Sancto operari, et sine eis nihil facere.

4. **Contra hanc expositionem surgit haereticus.** Sed dicit haereticus: Hac ratione posset dixisse Filium operari per Patrem vel in Patre, et « Spiritum Sanctum cum utroque vel per utrumque, quia Filius cum Patre et Spiritus Sanctus cum utroque operatur. — **Responsio.** Cui breviter respondetur ideo illud dictum esse, et non istud, ut in Patre monstraretur auctoritas 3. Non enim Pater a Filio, sed Filius a Patre operatur, et Spiritus Sanctus ab utroque. Ideoque Filius etiam per Spiritum Sanctum legitur operari, quia cum Spiritu Sancto operatur hoc ipsum a Filio habenti ut operetur.

5. Alia praedictorum expositio. Potest et aliter illud accipi, ut dicatur Pater in Filio vel per Filium operari, quia eum genuit omnium opificem; sicut dicitur per eum iudicare 4 quia genuit iudicem. Ita et per Spiritum Sanctum dicitur operari sive Pater sive Filius, quia ab utroque procedit Spiritus Sanctus factor omnium. — Unde **Joannes Chrysostomus** in *Expositione Epistolae ad Hebraeos* 5 sic ait: « Non, ut

8-9 Rubrica om. NVW. 14 dicit] dicet LMNW, *quod corr.* L. 21 Sancto om. LMN.

1 Ps. 32, 6. 2 *Enarr. II in Ps. 32,* serm. 2, n. 5 (PL 36, 288; CCL 38, 259). 3 Cf. Lib. I, d. 12, c. 2, num. 5 (p. 121); deinde Dist. 20 (pp. 172ss). 4 Resp. Ioan. 5, 22: *Neque enim Pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio.* 5 Horn. 2, n. 2 (PG 63, 21).

Num. 3. Contra haereticos (de quibus infra, in num. 5) Magister hic quaedam verba Chrysostomi sua facit quae praecedunt auctoritatem infra citatam. — Num. 5. Responsio fundatur super verba Ioannis Chysostomi, cuius verba leguntur in *Glossa* Magistri in Hebr. I, 3 (PL 192, 406 C).

haereticus inaniter suspicatur, tanquam aliquod instrumentum Patris exstiterit Filius. Neque per eum Pater dicitur fecisse tanquam ipse facere non posset. Sed sicut dicitur Pater iudicare per Filium quia iudicem genuit, sic etiam dicitur operari per Filium quia eum constat opificem genuisse. (Nota : Causa Filii hic Pater dicitur :) Si enim causa eius Pater est secundum quod Pater est, multo amplius eorum causa est quae per Filium facta sunt ». — Haec de opere primae diei dicta sunt.

DISTINCTIO XIV

Cap. 1 (71).

De opere secundae diei qua factum est firmamentum. *Dixit quoque Deus* 1; *Fiat firmamentum in medio aquarum, et dividat aquas ab aquis. Divisitque aquas quae erant sub firmamento ab his quae erant super firmamentum.*

Cap. 2 (72).

Quod caelum dicitur hic creari. — Beda : Sciendum est quod illius « caeli describitur hic creatio, sicut ait Beda, *Super Genesim*2, in quo fixa sunt sidera. Cui suppositae sunt aquae in aëre et in terra, et superpositae aliae, de quibus dicitur 3; *Qui tegis aquis superiora eius.* In medio ergo firmamentum est, id est sidereum caelum ».

Cap. 3 (73).

De qua materia sit factum illud caelum : « Quod de aquis factum esse credi potest. Crystallinus enim lapis 4, cui magna est firmitas et perspicuitas, de aquis factus est ».

5 Rubrica *om.* RVW. 15 Rubricae *om.* NRVW. 16 hic *om.* LMNRX *(Glossa).* 19 id est] scilicet LMNTW. 21 Rubrica *om.* NRVW.

1 Gen. 1, 6-7. 2 *In Oen. 1,* 6-8 (PL 91, 18 B-19 A; CCL 118A, 10s); cuius verba prosequuntur usque ad cap. 4, n. 1. s Ps. 103, 3. 4 Resp. Eccli. 43, 22: *Et gelavit crystallus ab aqua.* Cf. Basilius, *In Hexaëmeron,* hom. 3, n. 4 (PG 29, 62 B).

Cap. 2-3, et cap. 4, num. 1: Ex *Glossa ordin.* in Gen. 1, 6 (apud Lyranum, I, 24d-25a; v 4d-5a). Cf. etiam *Summa sent.,* 111,1 (PL 171,1116 C-D; 176,89 B), ubi etiam opinio Bedae commemoratur de crystallino lapide et de glaciali soliditate.

Cap. 4 (74).

1. **Quomodo aquae possint esse super caelum, et quales sint illae aquae.** « Si quem vero movet quomodo aquae, natura fluidae et in ima labiles, super caelum possint consistere, de Deo scriptum esse [1] meminerit: *Qui ligat aquas in nubibus suis.* Qui enim infra caelum ligat aquas ad tempus vaporibus nubium retentas, potest etiam super caeli sphaeram non vaporali tenuitate, sed glaciali soliditate aquas suspendere ne labantur [2]. Quales autem et ad quid conditae sint, ipse novit qui condidit ». — Ecce ostensum est his verbis quod caelum factum sit, scilicet illud in quo fixa sunt sidera, id est quod excedit aërem; et de qua materia, scilicet de aquis; et quales sint aquae quae super illud caelum sunt, scilicet ut glacies solidatae.

2. **Alii putant caelum illud esse igneae naturae, quibus consentit Augustinus.** Quidam [3] vero caelum quod excedit aëris spatia igneae naturae dicunt, asserentes « super aërem purum ignem esse, qui dicitur esse caelum; de quo igne sidera et luminaria facta esse coniectant ». Quibus **Augustinus** consentire videtur. — Utrum vero nomine firmamenti « caelum quod excedit aërem, an ipse aër hic intelligatur », idem **Augustinus**[4] quaerit nec solvit; magis tamen approbare videtur caelum illud hic accipi, quod spatia aëris excedit.

3. **Quales sint aquae quae sunt super caelum et quomodo illuc venerint secundum Augustinum.** Aquas autem quae super illud caelum sunt, dicit [5] « vaporaliter trahi et levissimis suspendi guttis, sicut aër iste nubilosus exhalatione terrae aquas vaporaliter trahit et per subtiles minutias suspendit et post corpulentius conglobatas pluvialiter refundit. Si ergo potest aqua, sicut videmus, ad tantas minutias pervenire ut feratur vaporaliter super aërem aquis naturaliter leviorem, cur non credamus etiam super illud levius caelum minutioribus guttis et levioribus immanare vaporibus ? Sed quoquo modo ibi sint, ibi esse non dubitamus ».

2-3 sint illae aquae] ille sint OP. 10 fixa sunt *trp.* OPW. 12 glacies] est *add.* OP. ‖ solidatae] soliditate P, sunt *add.* BCW. 26 feratur] referatur BCOPRW, *quod corr.* R. 28 levioribus] levibus BCOPR, *quod corr.* R.

1 Iob 26, 8. 2 Hic Beda reportat verba August., *De Genesi ad lilt.,* II, c. 5, n. 9 (PL 34, 267; CSEL 28-1, 39). 3 Quorum opinionem recitat laudatque August., *De Genesi ad litt.,* II, cc. 3-4 (PL 34, 265s; CSL 28-1, 36ss). 4 Ibid., c. 1, n. 1 (PL 34, 263; CSEL 28-1, 32). 5 Ibid., cc. 4-5, nn. 7-9 (PL 34, 266; CSEL 28-1, 38s).

Cap. 4, num. 2. Fundatur super *Glossam ordin.* in Gen. 1, 6 et 7 (apud Lyranum, I, 24d, 25d; v 4c-4d). — Num. 3 sumitur ex eadem *Glossa* in Gen. 1, 6 (apud Lyr., I, 24d; v 4b).

Cap. 5 (75).

1. **Quae sit figura firmamenti. — Augustinus, Super Genesim** [1]: « Quaeri i etiam solet cuius figurae sit caelum. Sed Spiritus Sanctus, quamvis auctores nostri sciverint, per eos dicere noluit nisi quod prosit saluti ».

2. **Utrum stet an moveatur caelum, et quare dicatur firmamentum.** «Quaeritur[2] etiam si stet an moveatur caelum. Si movetur, inquiunt, quomodo est firmamentum ? Si stat, quomodo in eo fixa sidera circumeunt ? Sed firmamentum dici potest non propter stationem, sed propter firmitatem vel terminum aquarum intransgressibilem. Si autem stat, nihil impedit moveri et circuire sidera ».

Cap. 6 (76).

Quare tacuit Scriptura de opere secundae diei quod in aliis dixit. Post haec quaeri solet quare hic non est dictum sicut in aliorum dierum operibus[3]: *Vidit Deus quod esset bonum.* Sacramentum aliquod hic commendatur: ideo enim fortassis non est hic dictum[4], quod tamen sicut in aliis est factum, quia binarius principium est alteritatis et signum divisionis[5].

Cap. 7 (77).

De opere tertii diei quando aquae congregatae sunt in unum locum. Sequitur[6]; *Dixit Deus: Congregentur aquae in locum unum et appareat*

8-9 circumeunt] circueunt BCMRTW. 21 locum unum *trp.* NVWX.

1 Lib. II, c. 9, n. 20 (PL 34, 270; CSEL 28-1, 45s). 2 August., ibid., c. 10, n. 23 (PL 34,271s; CSEL 28-1,47s). 3 Gen. 1,4; 1, 10; 1, 12; etc. 4 Secundum versionem Genesis quam sequitur Augustinus, etiam hic dictum est: *Et vidit Deus quia bonum est;* cf. *De Genesi ad litt.,* II, c. 1, n. 1 (PL 34, 263; CSEL 28-1,32). 5 Hieron., *Adv. lovinianum,* I, n. 16 (PL 23 [1845], 236 A); cf. Beda, *In Gen.* 1, 7 (PL 91, 19 C; CCL 118A, 12). 6 Gen. 1, 9.

Cap. 5. Omnia ex *Gtossa ordin.* in Gen. 1, 7 (apud Lyr., I, 25b; v 5a, 5b). — Cap. 6. Magna ex parte fundatur supra verba Hugonis, *De sacram.,* I, 1, 20 (PL 176, 201 B); sed « principium alter[n]itatis » trahitur ex auctoritate Hieron. in *Glossa ordin.* in Gen. 1, 8 (apud Lyr., I, 25a-b; v 4b-c). — Cap. 7-8. Paucis exceptis, ad litteram sumuntur ex *Glossa ordin.* in Gen. 1, 9 (apud Lyranum, I, 25c; v 5b). « Matricem » (c. 7) invenimus in Hugonis *Notulis in Gen.* (PL 175, 35 B); quod opusculum tamen Magister ignorare videtur.

arida. Tertii diei opus est congregatio aquarum in unum locum. — **Beda** « Congregatae 1 enim sunt omnes aquae caelo inferiores in unam» matricem, «ut lux, quae praeterito biduo aquas clara luce lustraverat, in puro aëre clarior fulgeat, et appareat terra, quae cooperta latebat; et quae aquis limosa erat, fieret arida et germinibus apta ». Eodem enim die *protulit terra herbam virentem lignumque faciens fructum* 2.

Cap. 8 (78).

1. **Ubi autem congregatae sunt aquae. — Beda**2: «Si autem quaeratur ubi congregatae sunt aquae, quae totum texerant spatium usque ad caelum: potuit fieri ut terra subsidens concavas partes praeberet, ubi fluctuantes aquas reciperet. Potest etiam credi primarias aquas rariores fuisse, quae sicut nebula tegerent terras, sed congregatione esse spissatas », et ideo facile in unum posse redigi locum.

2. **Quomodo omnes aquae sint in unum locum congregatae, cum multa sint maria et flumina.** « Cumque multa constet esse maria et flumina, in unum tamen locum dicit aquas congregatas, propter continuationem omnium aquarum quae in terris sunt, quia cuncta flumina et maria magno mari iunguntur. Ideoque, cum dixerit aquas congregatas in unum locum, deinde dicit pluraliter4: *congregationesque aquarum,* propter multifidos sinus earum; quibus omnibus ex magno mari principium est ».

Cap. 9 (79).

1. **De opere quarti diei quando facta sunt luminaria.** Sequitur5: *Dixit Deus: Fiat luminaria in firmamento caeli, et dividant diem ac noctem.*

2. **Quod triduo praecedenti facta est dispositio et distinctio quatuor elementorum, et triduo sequenti ornatus est mundus, (n** praecedenti

3 lustraverat] illustraverat TX. 4 cooperta] occulta V, *om,* LMNRX, *sed add.* operta *mg.* N, *interi.* R. 17-18 flumina et maria *trp.* BCWX. 18 dixerit] dixit TW, dixerat V. 19 congregationesque] congregationes LMNTW. 23 quarti] quarte CVW. 25-26 Rubrica *om.* NVW.

1 *In Gen.* 1, 9 (PL 91, 20 A-B; CCL 118A, 12s). 2 Gen. 1, 12. 3 *In Gen.,* ibid. (PL 91, 20 B-C et 20 D-21 A; CCL 118A, 13s), unde etiam num. 2; remote ex August., *De Genesi ad Utt.,* I, c. 12, n. 26 (PL 34, 255s; CSEL 28-1, 18s). 4 Resp. Gen. 1, 10. 5 Gen. 1, 14.

Cap. 9. Hic tam Albertus Magnus quam Thomas Aq. initium ponunt Dist. XV; de quo vide notam infra positam ad initium illius Distinctionis. — Num. 2: Magna in parte

triduo disposita est universitatis huius mundi machina et partibus suis distributa. Formata enim luce prima die quae universa illustraret, duo sequentes dies attributi sunt supremae et infimae parti mundi, firmamento scilicet, aeri, terrae et aquae. Nam secunda die firmamentum desuper expansum est; tertia vero, aquarum molibus intra receptacula sua collectis, terra est revelata atque aër serenatus. Quatuor igitur mundi elementa illis diebus suis locis distincta sunt et ordinata. Tribus autem sequentibus diebus ornata sunt illa quatuor elementa. Quarta enim die ornatum est firmamentum sole et luna et stellis. Quinta aër in volatilibus et aquae in piscibus ornamenta acceperunt. Sexta accepit terra iumenta et reptilia et bestias. Post quae omnia factus est homo de terra et in terra; non tamen ad terram, nec propter terram, sed ad caelum et propter caelum.

3. **Ante alia de ornatu caeli agitur, sicut prius factum est.** Quia igitur caelum ceteris elementis specie praestat priusque aliis factum est, ideo ante alia ornatur in quarto die, quo fiunt sidera.

Cap. 10 (80).

Qua utilitate facta sint luminaria. — Augustinus, Super Genesim [1] : Quae ideo facta sunt, ut per ea « illustretur inferior pars, ne esset habitantibus tenebrosa. Infirmitatique hominum provisum est, ut circumeunte sole, potirentur homines diei noctisque vicissitudine, propter dormiendi vigilandique necessitatem. Et etiam ideo, ne nox indecora remaneret, sed luna ac sideribus consolarentur homines quibus in nocte operandi necessitas incumberet; et quia quaedam animalia sunt quae lumen ferre non possunt ».

4 scilicet] et *add.* LMTVW. || aëri] et *add.* LMNTV. 8 ornata] ordinata BCX, *quod corr.* B. 20-21 circumeunte] circueunte BCLMW. 21 homines *om.* MNTX *(Glossa).*

1 Lib. II, c. 13, n. 27 (PL 34, 274; CSEL 28-1, 52s).

ex Hugone, *De sacram.,* I, 1, 24-25 (PL 176, 202 D-203 A); pauca (scilicet « duo... parti mundi»), ex *Glossa ordin.* in Gen. 1, 14 (apud Lyr., I, 26a; v 7b), quae fundatur super August., *De Gen. ad Utt.,* II, c. 13, n. 27 (PL 34, 274; CSEL 28-1, 52s). — Num. 3 sumitur de eadem *Glossa ordin.*

Cap. 10. Ex eadem *Glossa ordin.* in Gen. 1, 14 (ibid.).

Cap. 11 (81).

Quomodo accipiendum sit quod ait: Ut sint in signa et tempora. — Augustinus in eodem[1]: Quod autem subditur[2]: *et sint in signa et tempora et dies et annos,* quomodo accipiendum sit quaeri solet. Ita enim dictum videtur, quasi quarto die coepissent tempora, cum prius triduum sine tempore non fuerit. Ideoque tempora quae fiunt per sidera, non spatia morarum, sed vicissitudinem aereae qualitatis debemus accipere, quia talia motibus siderum fiunt, sicut dies et anni quos usitate novimus. Sunt enim *in signa* serenitatis et tempestatis; et *in tempora,* quia per ea distinguimus quatuor tempora anni, scilicet ver, aestatem, autumnum, hiemem. — **Beda**[3]: Vel sunt *in signa et tempora,* id est in distinctione horarum temporis, « quia priusquam fierent, ordo temporum nullis notabatur indiciis, vel meridiana hora, vel qualibet hora ». — Haec quarta die facta sunt.

DISTINCTIO XV

Cap. 1 (82).

De opere quinti diei, quando creavit Deus ex aquis volatilia et natatilia. *Dixit*[4] *etiam Deus*[5]. *Producant aquae reptile animae viventis et volatile super terram* etc. Opus quintae diei est formatio piscium et avium, quibus duo elementa ornantur; et de eadem materia, id est de aquis, pisces et aves creavit, volatilia levans in aëra, et natatilia remittens gurgiti[5].

2 Rubrica *om.* NVW. 5 cum] tamen *add.* BCVW, *add. interi.* L. 11 distinctione] distinctionem MTV. 13 quarta] quarto TVW. 17 quinti] quinte MV.

1 Lib. II, c. 14, nn. 28-29 (PL 34, 274s; CSEL 28-1, 53-56). 2 Gen. 1, 14. 3 *In Gen.* 1, 14 (PL 91, 22 B; CCL 118A, 16). 4 Gen. 1, 20. 5 Resp. hymnus « Magnae Deus potentiae... Partim remittis gurgiti, Partim levas in aëra », in *Breviario Romano,* fer. V ad Vesperas. Cf. M. Dreves-C. Blume, *Analectahymnica,* XLI, Lipsiae 1903,37s.

Cap. 11. Textus conficitur ex *Glossa ordin.* in Gen. 1, 14 (apud Lyranum, I, 26a, 26b; v 7b, 7a).

Dist. XV. De diversis initiis huius Distinctionis, cf. Ign. Brady, *The Distinctions of Lombard's Book of Sentences and Alexander of Hales,* in *Franc. Studies* 25 (1965) 112s. Tanta diversitas invenitur apud Scholasticos ut alias nostras editiones Lombardi hic sequi melius nobis videatur. — Cap. 1. Cf. *Summa sent.,* III, 1 (PL 171, 1117 A; 176, 89 C). — Cap. 2. Cf. *Glossa ordin.* in Gen. 1, 24 (apud Lyranum, I, 27c; v 10a).

Cap. 2 (83).

De opere sexti diei, quando creata sunt animalia et reptilia terrae. Sequitur 1; *Dixit Deus: Producat terra animam viventem, iumenta et reptilia et bestias terrae secundum species suas* etc. Sextae diei opus describitur, cum terra suis animalibus ornari dicitur.

Cap. 3 (84).

Utrum post peccatum venenosa animalia noxia facta fuerint, an propter peccatum nocere coeperint prius facta innoxia. — Augustinus, Super Genesim 2 *: Quaeri solet de venenosis et perniciosis animantibus utrum post peccatum hominis ad vindictam creata sint, an potius creata innoxia peccatoribus nocere coeperint. — **Solutio *** Sane dici potest quod creata nihil homini nocuissent si non peccasset. Puniendorum namque vitiorum et terrendorum, vel probandae et perficiendae virtutis causa nocere coeperunt. Fuerunt ergo creata innoxia, sed propter peccatum facta sunt noxia.

Cap. 4 (85).

Utrum minuta animalia tunc creata fuerint. — Augustinus 3 *; De quibusdam etiam minutis animantibus quaestio est, utrum in primis conditionibus creata sint, an ex rebus corruptis postea orta sint. Pleraque enim de humidorum corporum vitiis vel exhalationibus, sive de cadaveribus gignuntur; quaedam etiam de corruptione lignorum et herbarum et fructuum; et Deus auctor omnium est. — **Solutio *** — **Augustinus 4 *;** Potest autem dici quod ea quae de corporibus animalium, maxime mortuorum, nascuntur, cum animalibus creata non fuerint nisi potentialiter et materialiter; ea vero quae ex terra vel ex aquis nascuntur, vel ex eis quae terra germinante orta sunt, tunc creata fuisse non incongrue dici potest.

7 animalia] et *add.* NRW. 14 propter] per MNT. 17 minuta animalia *trp.* NTV.

1 Gen. 1,24. 2 Lib. III, c. 15, n. 24 (PL 34, 289; CSEL 28-1, 80s). 3 Ibid., c. 14, n. 22 (PL 34, 288; CSEL 28-1, 79s). 4 Ibid., n. 23 (PL 34, 288s; CSEL 28-1,80).

Cap. 3: Sumitur ex *Glossa ordin.* in Gen. 1, 24, multis omissis (apud Lyr., I, 27d; v lOd).
Cap. 4: Ex eadem *Glossa,* verbis diverse dispositis (I, 27d; v 10c).

Cap. 5 (86).

1. **Quare post omnia factus est homo.** Omnibus autem creatis atque dispositis, novissime factus est homo, tanquam dominus et possessor; qui et omnibus praeferendus erat. Unde sequitur 1; *Vidit Deus quod esset bonum, et ait: Faciamus hominem* etc.

2. **Antequam de factura hominis agat, de modo primae conditionis rerum, unde supra breviter tetigit, plenius agit: ubi viri catholici dissentire videntur, aliis dicentibus mundum in materia et forma ita fuisse simul creatum, aliis vero per intervalla temporum et dierum: secundum quos expositio praemissa hucusque deducta.** Sed antequam de hominis creatione tractemus, quod supra breviter tetigimus plenius versantes2, clarius faciamus. In hac enim rerum distinctione catholici tractatores dissentire, ut supra diximus, inveniuntur: aliis dicentibus res creatas atque distinctas secundum species suas per intervalla sex dierum; quorum sententiae quia littera Genesis magis inservire videtur atque Ecclesia magis approbat, ideo hactenus studiose docuimus quomodo ex illa communi materia prius informiter facta, postea rerum corporalium genera per sex dierum volumina distinctim sint formata.

Cap. 6 (87).

1. **Hic illorum prosequitur opinionem qui simul omnia facta contenduut.** Aliis autem videtur quod non per intervalla temporum facta sint, sed simul ita formata ad esse prodierint. Quod **Augustinus**, *Super*

9-10 secundum quos expositio] syderum positio BCMOPTX. 9 quos] quod N, -que R. 10 deducta] est *add.* LV. 15 Ecclesia] catholica *add.* BCVW. 16 ideo om. LM, *add. interi.* T.

1 Gen. 1, 25-26. 2 In Dist. 12, c. 2 (p. 384s).

Cap 5, num 1: Conficitur ex verbis Abaeiardi, *In Hexaëm.:* «Creatis ceteris omnibus sive dispositis propter hominem, eum novissime condidit» (PL 178, 759 D-760 A); et Hugonis, *De sacram.,* I, 1, 25: «Homo autem novissimo die factus est., dominus et possessor» (PL 176, 203 A); necnon et *Summae sent.,* III, 1: «...qui omnibus praeferendus est» (PL 171, 1117 A; 176, 89 D).

Cap. 5, num. 2, et cap. 6. De diversis opinionibus circa Hexaemeron, cf. *Summa sent.,* III, 1 (PL 171, 1117 A-B; 176, 90 A-B), unde etiam plura excerpsit Magister. Summarium positionis Augustini *Super Genesim* fundatur, ut videtur, supra dicta in *Giossa ordin.* in Gen. 1, 1-25; ex. gr. cf. *Prothemata* eiusdem (apud Lyranum, I, 22d; v Ic); *Glossa* in Gen. 1, 9 (I, 25b; 5c); in 2, 4 (I, 35b; 15r), summatim ex *De Gen. ad lift.,* V, c. 1-4 (PL 34, 321-324; CSEL, 28-1, 137-145).

Genesim 1, pluribus modis nititur ostendere, dicens elementa quatuor ita formata sicut modo apparent ab initio exstitisse, et caelum sideribus ornatum fuisse; quaedam vero non formaliter, sed materialiter tunc facta fuisse, quae post per temporis accessum formaliter distincta sunt, ut herbae, arbores et forte animalia. Omnia ergo in ipso temporis initio facta esse dicunt, sed quaedam formaliter et secundum species quas habere cernimus, ut maiores mundi partes; quaedam vero materialiter tantum.

2. Sed, ut dicunt, Moyses, loquens rudi et carnali populo, locutionis modum temperavit, de Deo loquens a simili hominis qui per moras temporum opera sua perficit, cum ipse simul sua opera fecerit. Unde **Augustinus**2: « Ideo, inquit, Moyses divisim refert Deum illa opera fecisse, quia non potuit simul ab homine dici, quod a Deo simul potuit fieri ». Item 3: « Potuit dividere Scriptura loquendi temporibus, quod Deus operandi temporibus non divisit ». Illi qui his auctoritatibus et aliis huiusmodi inhaerentes dicunt quatuor elementa atque caeli luminaria ita formata simul esse habuisse, illos sex dies, quos Scriptura memorat, sex rerum genera, id est distinctiones appellant, quae simul factae sunt, partim formaliter, partim causaliter.

Cap. 7 (88).

Quomodo intelligendum Deum requievisse ab omni opere suo. Iam de septimae diei requie aliquid nos eloqui oportet. Scriptum est 4 quia *complevit Deus die septimo opus suum, et requievit die septimo ab universo opere quod patrarat.* — **Beda**5 *** : Requievisse dicitur Deus die septimo, « non quasi operando lassus, sed *ab universo opere* requievit, quia novam

6 dicunt] dicuntur NRV. 11 sua opera *trp.* BCLMNV. 17 esse] et *add.* BCNOPW, *sed exp.* esse et O. 21 Quomodo] sit *add.* BCVX. ‖ intelligendum] sit *add.* LM, est *add. RW.*

1 Praeter notam in altera serie, cf. *De Genesi ad litt.,* I, çç. 14-15, nn. 28-29; IV, cc. 33-34, nn. 51-55; VII, c. 28, n. 42 (PL 34, 256s, 317ss, 371s; CSEL 28-1, 20ss, 131-136, 227s); *De Genesi ad lift, imperf. lib.,* cc. 3-4, nn. 10-11 (PL 34, 223s; CSEL 28-1, 464ss). 2 Quoad sensum (quia verba sunt *Summae sent.), De Genesi ad lilt., I, c. 15, n. 29* (PL 34, 257; CSEL 28-1, 21s). 3 Ibid. 4 Gen. 2, 2. 5 *in 2,* 2 (PL 91, 34 C-D; CCL 118A, 33s).

Cap. 7 conficitur ex *Glossa ordin.* in Gen. 2, 2 (apud Lyranum, I, 34b; v 13c), praeter quaedam verba adiuncta ex Hugone, *De sacram.,* I, 1, 5; « nihilque postea factum cuius in ipso primordio aut *materia* ut in corporibus aut *similitudo* ut in spiritibus *non praecesserit* » (PL 176, 190 A).

creaturam facere cessavit. Requiescere enim cessare dicitur; unde in Apocalypsi 1; *Non habebant requiem dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus,* id est dicere non cessabant ». — **Augustinus** 2 *: Requievisse igitur Deus dicitur, quia « cessavit a faciendis generibus creaturae, quia ultra nova non condidit. Usque nunc tamen, ut Veritas in Evangelio ait 3, operatur Pater cum Filio, scilicet administrationem eorundem generum quae tunc instituta sunt. Creatoris enim virtus causa subsistendi est omni creaturae. Quod ergo dicitur: *Pater meus usque modo operatur, et ego operor,* illud universae creaturae continuam administrationem ostendit. Die igitur septimo requievit, ut novam creaturam ulterius non faceret, cuius materia vel similitudo non praecesserit; sed usque nunc operatur, ut quod condidit continere et gubernare non cesset ».

Cap. 8 (89).

1. **Qualiter accipiendum sit quod Deus dicitur complesse opus suum septimo die, cum tunc requievit ab omni opere suo.** Sed quaeritur quomodo septimo die dicatur Deus complevisse opus suum, cum ab omni opere illo die quieverit, nec aliquod genus novum rerum fecerit.

2. **Secundum aliam litteram nihil ibi est quaestionis, quam sequitur Augustinus** *: Alia translatio 4 habet: *Consummavit Deus die sexto opera sua,* quae nihil quaestionis affert; quia manifesta sunt quae in eo facta sunt, et omnium consummatio eo die perfecta est, sicut Scriptura ostendit cum ait 5; *Vidit Deus cuncta quae fecerat, et erant valde bona.*

Cap. 9 (90).

1. **Quomodo omnia a Deo facta dicantur esse valde bona. — Augustinus in Enchiridion** 6 *: Omnia quidem naturaliter bona erant nihilque in sui natura vitii habentia. Et sunt bona quae condidit Deus « etiam singula, simul vero universa *valde bona,* quia ex omnibus consistit uni-

10 ulterius *trp. p.* faceret BCRW. 18 ibi est] inest BCP.

1 Apoc. 4, 8. 2 *De Genesi ad Utt.,* IV, c. 12, nn. 22-23 (PL 34, 304s; CSEL 28-1, 108ss). 3 Ioan. 5, 17. < Cf. August., *De Genesi ad litt.,* IV, c. 1 (PL 34,295; CSEL 28-1,93). 5 Gen. 1,31. 6 Cap. 10-11 (PL 40, 236; CCL 46, 53).

Cap. 8, num. 2. Sumitur ex *Glossa ordin.* in Gen. 2, 2 (apud Lyr., I, 34a, ubi auctoritas signatur ut *Aug.;* anonyma in v 13d). Revera est Bedae, *In Genesim,* I (PL91,33C-D; CCL 118A, 32), non obstante rubrica Magistri, qui se quasi corrigit infra in cap. 9, n. 2. — Cap. 9, num. 2: Ex *Glossa ordin.* in Gen. 2,2 (apud Lyranum, I, 34a; v 13d); et est Bedae, *In Genesim,* I (PL 91, 33 D, 34 B; CCL 118A, 32).

versitatis admirabilis pulchritudo. In qua etiam illud quod malum dicitur, bene ordinatum et loco suo positum, eminentius commendat bona, ut magis placeant et laudabiliora sint dum comparantur malis ». Sexto igitur die facta est omnium operum consummatio.

2. **Hic redit ad quaestionem propositam, scilicet quomodo verum sit Deum septimo die complesse opus suum. — Beda** 1*: Ideo praemissa oritur quaestio, « quomodo dicatur Deus die septimo opus suum complesse, quod hebraica veritas habet2, in quo tamen nihil novum creasse dicitur, (**Solvit** *:) nisi forte dicatur die septimo complevisse opus suum, quia ipsum benedixit et sanctificavit, sicut subicit Scriptura 3: *Benedixit diei septimo et sanctificavit illum.* Opus enim est benedictio et sanctificatio, sicut Salomon aliquid operis fecit cum templum dedicavit 4 ».

Cap. 10 (91).

1. **Quae sit sanctificatio et benedictio septimi diei.** Illum autem diem sanctificasse et benedixisse dicitur, quia mystica prae ceteris benedictione et sanctificatione eum donavit. Unde in Lege dicitur 5: *Memento sanctificare diem sabbati.*

2. **Quare numerando dies usque ad septimum procedimus.** Et inde est quod numerando dies usque ad septimum procedimus, et dicimus septem esse dies, quorum repetitione omne tempus agitur; non quin alius sit ab illis dies octavus, et nonus, et sic de ceteris; sed quia in sex diebus rerum genera distincta sunt, et in septimo, licet non fuerit novum genus rerum institutum, fuit tamen in eo quasi quidam novus status, sanctificationis operum et requietionis opificis.

3. **Alia solutio, qua littera exponitur** *: Potest etiam sic exponi illud *Complevit Deus die septimo opus suum,* id est completum et consummatum vidit.

9 Solvit *om.* BCMNRVWX, Beda *add.* L. ‖ complevisse] complesse NTV. 18 Rubrica *om.* RVW. 25 Rubrica *om.* RVW.

1 Quoad Bedam, cf. alia series notarum (p. 404). 2 Cf. Hieron., *Hebraicae quaest. in libro Gen.,* c. 2: « *Et consummavit Deus in die sexto opera sua quae jecit.* Pro die sexta, in Hebraeo habet diem septimam » (PL 23, 940 A; CCL 72, 4); ita et Vulgata. 3 Gen. 2, 3. 4 Resp. III Reg. 8. 5 Exod. 20, 8. 6 Gen. 2, 2.

Cap. 10, num. 1. Conficitur ex *Glossa ordin.* in Gen. 2, 2-3 (apud Lyranum, I, 34a, 35a; v 13d, 15a). — Num. 2 fundatur super *Summam sent.,* III, 1 (PL 171, 1117 D-1118 A; 176, 90 C-91 A).

DISTINCTIO XVI

Cap. 1 (92).

De hominis creatione : ubi considerandum est quare creatus sit homo et qualiter sit institutus : quae duo supra tractata sunt, et qualis factus, et qualiter lapsus, postremo quomodo sit reparatus : quae discutienda sunt.

His excursis, quod supra [1] de hominis creatione promisimus effectui mancipare atque ordine explanare nunc suscipimus. Ubi haec consideranda videntur: scilicet quare creatus sit homo et qualiter institutus, et qualis vel quomodo factus; deinde qualiter sit lapsus; postremo qualiter et per quae sit reparatus. Horum autem primo et secundo posita, id est causam creationis humanae et modum institutionis, superius pro modulo nostrae facultatis tractavimus[2]. Ideoque superest ut qualis vel quomodo factus sit discutiamus.

Cap. 2 (93).

Quomodo intelligendum sit: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. In Genesi legitur [3]; *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* — **Beda** [4]: « In eo quod dicit *faciamus,* una operatio trium personarum ostenditur; in hoc vero quod dicit *ad imaginem et similitudinem nostram,* una et aequalis substantia » trium personarum monstratur. Ex persona enim Patris hoc dicitur ad Filium et Spiritum Sanctum, non, ut quidam putant, angelis, quia Dei et angelorum non est una et eadem imago vel similitudo.

3-5 ubi... sunt *om.* X. 4-5 quae... sunt *om.* R. 5 quae disc, sunt *om.* W. 10 quae] quem MWX. 20 hoc] hic BCOP.

1 In Dist. 15, c. 5 (p. 402). 2 In Dist. 1, cc. 4-6 (p. 332-336). 3 Gen. 1, 26. 4 *In Gen.* 1, 26 (PL 91, 29 B; CCL 118A, 25), unde et reliqua potius ad sensum.

Cap. 1 conficitur quasi totum ex dictis *Summae sent.,* III, 2 (PL 171, 1118 A; 176, 91 A), dein et praesertim Hugonis, *De sacram.,* I, 6, 1 (PL 176, 263 B).

Cap. 2 sumitur ex *Glossa ordin.* in Oen. 1, 26 (apud Lyranum, I, 28a; v 11b); et est Bedae, uti in aliis notis indicatur. — Cap. 3. Cf. P. Lomb., *Glossa* in I Cor. 11, 7 (PL 191, 1631 C-D), et *Sermo de Trinitate et poenitentia* (PL 171, 435 C, 436 C); necnon et Bernardus Cluniacensis seu de Morlas (Morval), *Instructio sacerdotis,* 1,1 (PL 184,774 C), qui tamen, ut videtur, non est fons sed rivulus. — Quoad num. 1, cf. *Glossa ordin.* in Gen. 1, 26 (uti supra).

Cap. 3 (94).

1. **Quod imago et similitudo hic a diversis accipitur varie: a quibusdam increata, ab aliis creata; et increata, vel essentia Trinitatis, vel Filius et Spiritus Sanctus.** Imago autem et similitudo in hoc loco vel increata intelligitur, id est Trinitatis essentia, ad quam factus est homo; vel creata, in qua factus est homo, et ipsa homini concreta. Increatam enim imaginem quae Deus est, intellexisse videtur **Beda** >, cum dicit non esse unam imaginem Dei et angelorum, sed trium personarum; et ideo personis, non angelis, fit ibi sermo. — Improprie tamen imago dicitur, quia imago relative ad aliud dicitur, cuius similitudinem gerit et ad quod repraesentandum facta est; sicut imago Caesaris, quae ipsius similitudinem praeferebat ipsumque quodammodo repraesentabat. Improprie autem imago dicitur id ad quod aliud fit; sicut exemplum proprie dicitur, quod sumitur ex aliquo; et exemplar, ex quo sumitur aliquid. Ponitur tamen aliquando abusive alterum pro altero; ita et minus proprie accipitur imago 'essentia Trinitas', si tamen ea nomine 'imaginis' in hoc loco intelligitur.

2. **Opinio eorum qui putaverunt Filium per imaginem et similitudinem hic accipi.** Filius vero proprie imago Patris dicitur, sicut supra[1], in tractatu de Trinitate, diximus. — **Augustinus in VII libro De Trinitate** [2]. Unde fuerunt nonnulli « qui [3] ita distinguerent, ut imaginem in hoc loco intelligerent Filium; hominem vero non imaginem, sed ad imaginem factum dicerent. Quos refellit Apostolus dicens[4]: *Vir quidem est imago et gloria Dei.* Haec namque imago, id est homo, cum dicitur fieri ad imaginem, non quasi ad Filium dicitur fieri; alioquin non diceret *ad imaginem nostram*. Quomodo enim *nostram* diceret, cum Filius solius Patris imago sit ? »

3. **Aliorum opinio qui imaginem dixerunt Filium et similitudinem Spiritum Sanctum.** Fuerunt autem et alii [5], perspicacius haec tractantes, qui per *imaginem* Filium, et per *similitudinem* Spiritum Sanctum intelli-

6 concreta] concreata LNRV, *quod corr.* R. 19 hic *om.* BCMX. 28 similitudinem] similiter MNOP. 29 haec] hoc LWX.

1 Supra, in fine cap. 2. 2 Lib. I, dist. 27, c. 3, nn. 4-6 (pp. 206s). 3 Cap. 6, n. 12 (PL 42, 946; CCL 50, 266s). 4 I Cor. 11, 7. 5 Rupertus Tuitiensis, *De Trinit. et operibus eius: In Genesim,* II, c. 2 (PL 167, 248); cf. S. Otto, *Die Funktion des Biidbegriffes in der Théologie des 12. Jahrhunderts* (BGPTMA XL, Heft 1, Munster 1963) 203, et 279-282.

gerent, qui similitudo est Patris et Filii. Et ideo pluraliter putaverunt dici *nostram,* id referentes ad *similitudinem* tantum; ad *imaginem* vero subintelligendum esse *meam.* Hominem vero et imaginem esse, et ad imaginem et similitudinem factum esse tradiderunt, et imaginem imaginis esse et similitudinis.

4. **Nec horum sententiam approbat, sed imaginem et similitudinem Dei in homine quaerendam et considerandam docet, ut imago et similitudo creata intelligatur.** Verumtamen haec distinctio, licet reprobabilis penitus non videatur, quia de *medio* montium 1, id est auctoritatibus Sanctorum, non manat, congruentius in ipso homine imago et similitudo Dei quaerenda et consideranda est.

5. Quibus consideratur imago et similitudo. Factus est ergo homo ad imaginem Dei et similitudinem secundum mentem, qua irrationabilibus antecellit2; sed ad imaginem secundum memoriam, intelligentiam et dilectionem3; ad similitudinem secundum innocentiam et iustitiam quae in mente rationali naturaliter sunt. — Vel imago consideratur in cognitione veritatis, similitudo in amore virtutis; vel imago in aliis omnibus, similitudo in essentia, quia immortalis et indivisibilis. — Unde **Augustinus** in libro *De quantitate animae* « Anima facta est similis Deo, quia immortalem et indissolubilem fecit eam Deus». Imago ergo pertinet ad formam, similitudo ad naturam. Factus est igitur homo secundum animam ad imaginem *et* similitudinem, non Patris vel Filii vel Spiritus Sancti, sed totius Trinitatis.

12 Rubrica *om.* MRVW. ‖ Quibus] In *praem.* LN. 17 virtutis] vel veritatis *add.* BCT, *add. mg.* V. 19 est om. BCMOPW. 20 et *om.* CLORW, *mg. P.*

1 Resp. Ps. 103, 10: *Inter medium montium pertransibunt aquae;* cf. *Glossa* Magistri in h. l.: « Si quis aliud dicit, de suo dicit, non de medio. Et hic talis mons non est audiendus » (PL 191, 932 A); ex August., *Enarr.* in h. !., n. 11 (PL 37, 1356s; CCL 40, 1497s). 2 August., *De Genesi ad Utt.,* III, c. 20, n. 30 (PL 34, 292; CSEL 28-1, 86); Beda, *In Gen.* 1, 26 (PL 91,30 A; CCL 118A, 26). 3 Vide supra, Lib. I, dist. 3, c. 2 (pp. 71-74); et August., *Sermo 52,* cc. 6-9 (PL 38, 360-364). 4 Cap. 2, n. 3 (PL 32, 1037).

Ad num. 5, vide *Glossam ordin.* in Qen. 1, 26 (apud Lyr., 1, 28b; v 12b); et sententiam quae forsitan Anselmi Laudunensis sit: « Ad imaginem quidem in hoc quod fecit eum rationalem; ad similitudinem, quia tribuit ei sanctitatem et innocentiam » (apud O. Lottin, *Psych, et morale,* V, 123, n. 169). Deinde (« Vel... indivisibilis »; et infra: « Imago ergo... ad naturam »), vide Hug., *De sacram.,* I, 6, 2 (PL 176, 264 D). Verba Augustini sumuntur ex *Summa sent.,* III, 2 (potius sub forma in PL 171, 1119 A, quam in PL 176, 92 A); unde etiam verba eiusdem in num. 6.

6. Quod imago Dei dicitur et imago ipsa et illud in quo est. — Augustinus in libro XV De Trinitate Ita et secundum animam dicitur homo esse imago Dei, quia imago Dei in eo est; «sicut imago dicitur et tabula et pictura quae in ea est. Sed propter picturam quae in ea est, simul et tabula imago appellatur; ita propter imaginem Trinitatis, etiam illud in quo est haec imago nomine imaginis vocatur».

Cap. 4 (95).

1. **Quare homo dicitur imago et ad imaginem, Filius vero imago et non ad imaginem.** Quocirca homo et imago dicitur et ad imaginem; Filius autem imago, non ad imaginem, quia natus, non creatus, aequalis et in nullo dissimilis. Homo creatus est a Deo, non genitus; non parilitate aequalis, sed quadam similitudine accedens ei. Unde **Augustinus** in libro VII *De Trinitate*[2]: « In Genesi legitur[3]: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Faciamus* et *nostram* pluraliter dixit, et nisi ex relativis accipi non oportet, ut facere intelligantur Pater et Filius et Spiritus Sanctus ad imaginem Patris et Filii et Spiritus Sancti, ut subsisteret homo imago Dei. Sed quia non omnino aequalis fiebat illa imago, tanquam non ab illo nata, sed ab eo creata, ideo ita imago dicitur quod et ad imaginem, quia non aequatur parilitate, sed accedit quadam similitudine. Filius autem est imago, sed non ad imaginem, quia aequalis Patri. Dictus est ergo homo *ad imaginem* propter imparem similitudinem; et ideo *nostram,* ut imago Trinitatis esse homo intelligatur, non Trinitati aequalis, sicut Filius Patri». Ecce ostensum est secundum quid homo sit similis Deo, scilicet secundum animam.

2. **Quod secundum corpus potest dici factus ad similitudinem Dei. — Beda**[4]**:** Sed et « in corpore quandam proprietatem habet quae hoc indicat, quia est erecta statura, secundum quam corpus animae rationali congruit, quia in caelum erectum est».

8 Quare] Quod LNRTV. 12 ei om. LRX. 16 et2 om. OPW. 18 eo] illo BCL. 21 aequalis] est *add.* LNTV. 25-26 Rubricae *om.* NVW. 26 et *om.* MN, *interi,* V. 27 est erecta *trp.* LRV.

i Cap. 23, n. 43 (PL 42, 1090; CCL 50A, 520). 2 Cap. 6, n. 13 (PL 42, 946Î CCL 50, 266s). 3 Gen. 1, 26. 4 *In Gen.* 1, 26 (PL 91, 29 D; CCL 118A, 26).

Cap. 4, num. 1. Verba introductoria partim ex *Summa sent.,* III, 2 (PL 171, 1118 B; 176, 91 B). Auctoritas Augustini iam invenitur apud *Glossam* Magistri in I Cor. 11, 7 (PL 191, 1631 C-D), sed sumi videtur immediate ab Augustino, sicut et illa supra, cap. 3, num. 2. — Num. 2: Ex *Glossa ordin.* in Gen. 1, 26 (apud Lyranum, 1, 28a; v lib).

DISTINCTIO XVII

Cap. 1 (96).

1. **De creatione animae, utrum de aliquo facta sit vel non, et quando facta, et quam gratiam habuerit in creatione.** Hic de origine animae plura quaeri solent, scilicet unde creata fuit, et quando, et quam gratiam habuit in creatione.

2. Sicut hominis formatio secundum corpus describitur cum dicitur i; *Formavit Deus hominem de limo terrae,* ita eiusdem secundum animam factura describitur cum subditur: *Et inspiravit in faciem eius spiraculum vitae.* Corpus enim de limo terrae formavit Deus, cui animam *inspiravit,* vel secundum aliam litteram 2 *flavit* vel *sufflavit;* non quod faucibus sufflaverit vel manibus corporeis corpus formaverit: spiritus enim Deus est, nec lineamentis membrorum compositus.

3. **Quod non corporeis instrumentis formasse vel sufflasse intelligendus est Deus. — Beda** 3 *: « Non ergo carnaliter putemus Deum corporeis manibus formasse corpus vel faucibus inspirasse animam », sed potius *hominem de limo terrae* secundum corpus *formavit* « iubendo, volendo », id est voluit et « verbo suo iussit ut ita fieret; et *inspiravit in faciem eius*

4 habuerit] habuit BCLV. 5 fuit] fuerit MTV. 6 habuit] habuerit MPT. 8 Deus] dominus OPRW. 15 carnaliter putemus frp. BCL.

1 Gen. 2, 7. 2 Iuxta LXX: *Et insufflavit in faciem eius flatum vitae.* Codices hic portant nomen Augustini in marginibus; cf. *De Genesi ad litt.,* VII, c. 1, n. 2: « Nonnulli enim codices habent *spiravit* vel *inspiravit*... Sed non dubitatur *flavit* vel *sufflavit* esse dicendum » (PL 34, 356; CSEL 28-1, 201). 2 *[n Gen.* 2, 7 (PL 91, 42 C-D, et 43 B-C; CCL 118A, 44s).

Cap. 1, num. 1. Quaestio sumitur ex Hugone, *De sacram.,* I, 6, 3 (PL 176, 264 D). — Num. 2-3: Praeter paucissima verba excerpta de *Summa sent.,* III, 2 (PL 171, 1119 B; 176, 92 A), omnia sive ad litteram sive ad sensum ex *Glossa ordin.* et *interlin.* in Gen. 2, 7 (apud Lyranum, I, 36a, 35v; v 16b-c); ultima autem verba quibus negatur materia praeexsistens recapitulatio sunt Augustini, *De Gen. ad lift.,* VII, cc. 1-3 (PL 34,356ss; CSEL 28-1, 200-203), in eadem *Glossa* (apud Lyr., I, 36a-b; v 16c). — Num. 5. Non obstante rubrica, responsio est Bedae in eadem *Glossa ordin.* (36a, et 36b; v 16c, 17b); fundatur quidem super August., *De Gen. ad Utt.,* VII, c. 2. n. 3, et c. 3, n. 5 (PL 42, 356, 357; CSEL 28-1, 202, 203), et praesertim super *Contra adversarium legis et prophetarum,* I, c. 14, nn. 21-22 (PL 42, 614s). Quae rubrica quamplures scholasticos postea decepit.

spiraculum vitae, id est substantiam animae in qua viveret creavit», non de materia aliqua corporali vel spirituali, sed de nihilo.

4. **Opinio quorundam haereticorum qui putaverunt animam esse de substantia Dei.** Putaverunt enim quidam haeretici 1 Deum de substantia sua animam creasse, verbis Scripturae pervicaciter inhaerentes, quibus dicitur: *inspiravit* vel *sufflavit* etc. Cum flat, inquiunt, vel spirat homo, de se flatum emittit; sic igitur, cum dicitur Deus flasse vel spirasse spiraculum in faciem hominis, ex se spiritum hominis emisisse intelligitur, id est de substantia sua.

5. Responsio Augustini2. Qui hoc dicunt, non capiunt tropica locutione dictum esse *sufflavit* vel *flavit,* id est flatum hominis, scilicet animam fecit. Flare enim est flatum facere; flatum facere est animam facere; unde Dominus per Isaiam 3; *Omnem flatum ego feci.* — «Non 4 sunt ergo audiendi qui putant animam esse partem Dei. Si enim hoc esset, nec a se nec ab alio decipi posset, nec ad malum faciendum vel patiendum compelli, nec in melius vel deterius mutari. Flatus ergo quo hominem animavit, factus est a Deo, non de Deo; nec de aliqua materia, sed de nihilo ».

Cap. 2 (97).

1. **Hic quando facta sit anima, an ante corpus, an in corpore.** Sed utrum in corpore an extra corpus, etiam inter doctos scrupulosa quaestio est.

2. **Opinio Augustini, qui cum angelis eam creatam dicit et voluntate accessisse ad corpus.** Augustinus enim, *Super Genesim* s, tradit animam cum angelis sine corpore fuisse creatam, postea vero ad corpus

5 pervicaciter] pertinaciter RTX. 9 substantia sua *trp.* BCLMRVWX. 20 ante] extra BCX. 23-24 Rubrica *om.* NRVW.

1 Haec refert August., *De Genesi ad lilt.,* VII, cc. 2-3 (PL 34, 356s; CSEL 28-1, 201ss). 2 Vide alteram seriem notarum (p. 410). 3 Isai. 57, 16, iuxta LXX: *Et flatus ego faciam.* 4 Beda, *In Gen.* 2, 7 (PL 91, 43 B-C; CCL 118A, 45). 5 Lib. VII, c. 24, n. 35 (PL 34, 368; CSEL 28-1, 222s); quaerendo tamen, non asserendo loquitur.

Cap. 2. Quaestio (in num. 1) ponitur tum ab Hugone, *De sacram.,* I, 6,3 (PL 176, 265 A) tum ab auctore *Summae sent.,* III, 2 (PL 171, 1119 B; 176, 92 B). — Num. 2. Licet eadem *Summa* ad August., *Super Genesim,* ibidem referat, Magister recurrit potius ad *Glossam ordin.* in Oen. 2, 7 (apud Lyranum, I, 36b; v 16d-17a), unde tam ad sensum quam ad verba excerpit opinionem Augustini. — Num. 4: Partim ex *Summa sent.,* ibid. — Num. 5: Ex eadem *Glossa ordin.* (36b; 16d).

accessisse. Neque compulsa est incorporari, sed « naturaliter i illud voluit, id est sic creata fuit ut vellet, sicut naturale nobis est velle vivere. Male autem velle vivere non naturae, sed voluntatis est perversae ».

3. **Aliorum sententia, qui dicunt animam in corpore fuisse creatam.** Alii 2 vero dicunt animam primi hominis in corpore fuisse creatam, ita exponentes verba illa 3; *Inspiravit in faciem eius spiraculum vitae,* id est animam in corpore creavit, quae totum corpus animaret; *faciem* tamen specialiter expressit, quia haec pars sensibus ornata est ad intuenda superiora.

4. Sed quidquid de anima primi hominis aestimetur, de aliis certissime sentiendum est quod in corpore creentur: creando enim infundit eas Deus, et infundendo creat 4.

5. **Quod anima illa praescia non fuit operis futuri. — Augustinus *** Dicendum est « etiam 5 animam illam non sic esse creatam ut praescia esset operis futuri, iusti vel iniusti ».

Cap. 3 (98).

1. **In qua aetate Deus hominem fecerit.** Solet etiam quaeri utrum Deus hominem repente in virili aetate fecerit, an perficiendo et aetates augendo, sicut nunc format in matris utero.

2. **In aetate virili factus est homo, et hoc secundum superiores causas, non inferiores.** Augustinus, *Super Genesim 6,* dicit quod Adam in aetate virili continuo factus est; et hoc secundum superiores, non inferiores causas, id est secundum voluntatem et potentiam Dei, quam naturae generibus non alligavit; qualiter et virga Moysi conversa est in draconem λ «Nec talia contra naturam fiunt nisi nobis, quibus aliter

2 nobis est *trp,* LNRT. 17 hominem fecerit *trp.* OP. 20 causas *trp. p.* inferiores BCOP.

1 Ibid., c. 27, n. 38 (PL 34, 369; CSEL 28-1, 224s). 2 Beda, *In Gen.* 2, 7 (PL 91, 43 A; CCL 118A, 44s); Hugo, *De sacram.* I, 6, 3 (PL 176, 265 B). 3 Gen. 2, 7. 4 Cf. infra, Dist. 18, c. 7 (p. 420s); et Bernardus, *Sermo 2 in Nativ. Domini,* n. 6: « Creando immittitur, immittendo creatur » (PL 183, 122 C; ed. Romana, IV, 1966, 256). 5 *De Genesi ad Utt.,* VII, c. 26 (PL 34, 369; CSEL 28-1, 224). « Lib. VI, c. 13 (PL 34, 348s; CSEL 28-1, 187). 7 Exod. 7, 10-11.

Cap. 3. Praeter conclusionem, quae Magistri est, omnia sumuntur ex *Glossa ordin.* in Gen. 2, 7: « Quaeritur utrum Deus repente... » (apud Lyranum, I, 36a; v 17b et 17d). Cf. etiam *Summa sent.,* III, 2 (PL 171, 1119 B; 176, 92 B).

naturae cursus innotuit; Deo autem natura est quod facit ». « Non [1] ergo contra dispositionem suam illud fecit Deus. Erat enim in prima causarum conditione sic hominem posse fieri, sed non ibi erat necesse ut sic fieret. Hoc enim non erat in conditione creaturae, sed in beneplacito Creatoris, cuius voluntas necessitas est ». « Hoc [2] enim necessario futurum est, quod vult et praescit. Multa vero secundum inferiores causas futura sunt, sed in praescientia Dei futura non sunt. Si autem ibi aliter futura sunt, potius futura sunt sicut ibi sunt, ubi praescit ille qui non potest falli ». — Sic ergo factus est Adam non secundum inferiores causas, quia non erat in rerum causis seminalibus ut ita fieret; sed secundum superiores: non contra naturam operantes, quia in rerum causis naturalibus erat ut ita posset fieri.

Cap. 4 (99).

Quod homo extra paradisum creatus, in paradiso sit positus, et quare ita factum sit. *Hominem* autem ita formatum *tulit Deus,* ut Scriptura docet [3], *et posuit in paradiso voluptatis,* quem *plantaverat a principio.* His verbis aperte Moyses insinuat quod homo, extra paradisum creatus, postmodum in paradiso sit positus. Quod ideo factum dicitur, quia non erat in eo permansurus; vel ut non naturae, sed gratiae hoc assignaretur.

Cap. 5 (100).

1. Quod paradisus ille terrenus fuit et localis. Intelligitur autem paradisus localis et corporalis, in quo homo locatus est.

2. **Tres sententiae de paradiso sunt, et quae sint?** Tres enim generales de paradiso sententiae sunt: una eorum qui corporaliter intelligi volunt

1 facit] id est ex sua natura hoc habet quod facit *add.* X. 16 quem] quam LOR. 23 sint] sunt BCV.

1 August., ibid., c. 15 (PL 34, 350; CSEL 28-1,190). 2 Ibid., c. 17 (PL 34, 350; CSEL 28-1, 191). 3 Gen. 2, 8: *Plantaverat autem Dominus Deus paradisum voluptatis a principio, in quo posuit hominem quem formaverat;* 2, 15: *Tulit ergo Dominus Deus hominem et posuit eum in paradiso voluptatis.*

Cap. 4: Ex *Summa sent.,* III, 4 (PL 171, 1121 C; 176, 94 B-C); quae quandam relationem habet ad Hugonem, *Noiulae in Genesim,* c. 7 (PL 175, 39 A).

Cap. 5, num. 2: Ex *Glossa ordin.* in Gen. 2, 8 (apud Lyranum, I, 36c; v 17a); remote ex August., *De Gen. ad Utt.,* VIII, c. 1, n. 1 (PL 34, 371; CSEL 28-1, 229). — Num. 3-4: Ex eadem *Glossa* (36b-c; v 17b), quae recte *Beda* rubricatur. Verba autem: « et in alto... pertingentem » *Glossae* sunt Strabi in Gen. 2, 9 (apud Lyr., I, 36c; v 17b).

tantum; alia eorum qui spiritualiter tantum; tertia eorum qui utroque modo paradisum accipiunt. Tertiam mihi placere fateor, ut homo in paradiso corporali sit positus.

3. **A quo principio sit plantatus paradisus? — Beda 1.** Qui ab illo *principio* plantatus accipi potest, quo terram omnem, remotis aquis, herbas et ligna producere iussit[2].

4. **Qualis locus sit paradisus et ubi?** Qui etsi praesentis Ecclesiae vel futurae typum tenet, ad litteram tamen intelligendum est esse locum amoenissimum fructuosis arboribus, magnum et magno fonte fecundum. Quod dicimus *a principio,* antiqua translatio[3] dicit *ad orientem.* Unde volunt in orientali parte esse paradisum, longo interiacente spatio vel maris vel terrae a regionibus quas incolunt homines secretum; et in alto situm, usque ad lunarem circulum pertingentem. Unde nec aquae diluvii illuc pervenerunt.

Cap. 6 (101).

1. **De lignis paradisi, inter quae erat lignum vitae et lignum scientiae boni et mali.** In hoc autem paradiso erant ligna diversi generis, inter quae unum erat quod vocatum est *lignum vitae,* alterum vero *lignum scientiae boni et mali*[4].

2. **Quare sit dictum lignum vitae?** Lignum autem *vitae* dictum est, sicut docet Beda[5] et **Strabus,** quia divinitus accepit hanc vim,

5 terram omnem *trp.* LNT. 7 Qui] Quia BCOPWX. 10 Quod] autem *add.* LT, nos *add.* M. 11 longo] longe BOP. 16 erat] erant RVW. 20 Rubrica *om.* LRW.

1 *In Gen. 2,* 8 (PL 91, 43 C-44 A; CCL 118A, 45s). 2 Resp. Gen. 1, 11: *Germinet terra herbam virentem... et lignum pamiferum* etc. 3 Nempe LXX. 4 Resp. Gen. 2, 9. 5 *In Gen.* 2, 9 (PL 91, 44 B; CCL 118A, 46s), nonnullis verbis adiectis ex Strabo in h. l. (PL 131, 61 A).

Cap. 6, num. 1: Ex *Summa sent.,* III, 4 (PL 171, 1121 C; 176, 94 C). — Num. 2: Mixtim ex verbis Bedae et Strabi in *Glossa ordin.* in Gen. 2, 9 (apud Lyranum, I, 36d; v 17d, ubi non signatur ut *Strabus).* — Cap. 7, num. 1. Post verba introductoria ex *Summa sent.,* III, 4 (PL 171, 1121 D; 176, 94 C), Magister recurrit ad *Glossam ordin.* in Gen. 2, 9 (apud Lyr., I, 36d-37a; v 18b), unde auctoritas Augustini. Commentum autem quod sequitur tundatur super *Glossam ordin.* in Gen. 2, 17 (37d; 20c), ex August., *De Gen. ad litt.,* VIII, c. 14, n. 32 (PL 34, 385; CSEL 28-1, 252s); cf. etiam *Summa sent.,* ibid., et Hugo, *De sacram.,* I, 6, 32 (PL 176, 283 C-D), necnon et Lomb., *Sermo in Septuagesima* (PL 171, 849 D). — Num. 2: Auctoritas Augustini sumitur ex *Glossa ordin.* in Gen. 2, 16 (apud Lyranum, I, 37c; v 20b). Conclusio autem habetur in *Glossa* Magistri in Ps. 70, 19 (PL 191, 655 B), ex August, in h. l. (PL 36, 897; CCL 39, 966).

ut qui ex eius fructu comederet, corpus eius stabili sanitate et perpetua soliditate firmaretur, nec ulla infirmitate vel aetatis imbecillitate in deterius vel in occasum laberetur.

Cap. 7 (102).

1. **Quare vocatum sit lignum scientiae boni et mali?** Lignum autem scientiae boni et mali non a natura hoc nomen accepit, sed ab occasione rei postea secutae. — **Augustinus, Super Genesim** 1[1]: «Arbor enim illa non erat mala, sed *scientiae boni et mali* ideo dicta est, quia post prohibitionem erat in illa trangressio futura, qua homo experiendo disceret quid esset inter obedientiae bonum et inobedientiae malum. Non ergo de fructu qui nasceretur inde positum est illud nomen, sed de re transgressionem secuta». Cognovit enim homo, priusquam tangeret hoc lignum, bonum et malum; sed bonum per prudentiam et experientiam, malum vero per prudentiam tantum. Quod etiam per experientiam novit usurpato ligno vetito, quia per experientiam mali didicit quid sit inter bonum obedientiae et malum inobedientiae.

2. **Etsi primi homines non peccassent, non ideo minus diceretur scientiae boni et mali?** Si vero primi parentes obedientes essent nec contra praeceptum peccassent, non ideo tamen minus diceretur *lignum scientiae boni et mali,* quia hoc ex eius tactu accideret si usurparetur. — **Augustinus, Super Genesim** 2[2]; «A ligno igitur homo prohibitus est quod malum non erat, ut ipsa praecepti conservatio bonum illi esset, transgressio malum. Nec melius consideratur quantum malum sit inobedientia quam hoc modo, cum scilicet ideo reus factus esse homo intelligitur, quia prohibitus rem tetigit, quam si non prohibitus tetigisset, nec peccasset nec poenam sensisset. Si enim venenosam herbam prohibitus tetigeris, poena sequitur; et si nemo prohibuisset, similiter sequeretur. Si etiam prohibetur res tangi, quae non tangenti, sed prohibenti obest, sicut aliena pecunia, ideo prohibito est peccatum, quia prohibenti est damnosum. Cum vero tangitur quod nec tangenti obest si non prohibetur, nec cuilibet si tangatur, ideo prohibetur, ut per se bonum obedientiae

17-18 Rubrica *om.* CNW. 24-25. intelligitur] intelligatur BCPR. 27 sequitur] sequeretur BC, sequetur X. ‖ sequeretur] prosequeretur BCPR, *corr. in* prosequeretur LT. 28 tangenti] tantum *add.* BCNTWX, *add. interi.* R, *add. sed exp.* O. 29 prohibito] prohibitum BC, prohibitio V.

1 Lib. VIII, c. 6, n. 12 (PL 34, 377; CSEL 28-1, 240), 2 Lib. VIII, c. 13, nn. 28-29 (PL 34, 383s; CSEL 28-1, 251s).

et malum inobedientiae monstretur ». Sicut primus homo, a re bona prohibitus, poenam incurrit, ut non ex re mala, sed ex inobedientia poena esse monstretur, sicut ex obedientia palma 1,

DISTINCTIO XVIII

Cap. 1 (103).

1. **De formatione mulieris.** In eodem quoque paradiso mulierem formavit Deus de substantia viri, sicut post plantatum paradisum hominemque in eo positum, et post universa animalia ad eum ducta suisque nominibus designata, subnectit Scriptura 2; *Immisit Deus soporem in Adam, cumque obdormisset, tulit unam de costis eius* et formavit eam *in mulierem,*

2. **Quare virum prius, et postea de viro mulierem creavit, non simul utrumque?** Hic attendendum est quare non creavit simul virum et mulierem, sicut angelos, sed prius virum, deinde mulierem de viro. Ideo scilicet, ut unum esset generis humani principium, quatenus in hoc et superbia diaboli confunderetur, et hominis humilitas Dei similitudine sublimaretur. Diabolus quippe aliud a Deo principium esse concupierat, ideoque ut eius superbia retunderetur, hoc homo in munere accepit, quod diabolus perverse rapere voluit, sed obtinere non potuit. Et per hoc imago Dei in homine apparuit, quia sicut Deus omnibus rebus exsistit principium creationis, ita homo omnibus hominibus principium generationis.

3. **Alia ratio quare ex uno omnes homines?** Ideo etiam ex uno homine omnes esse voluit Deus, ut dum cognoscerent se ab uno esse omnes, se quasi unum amarent.

Cap. 2 (104).

Quare de latere viri et non de alia parte corporis formata sit. Cum autem his de causis facta sit mulier de viro, non de qualibet parte corporis viri, sed de latere eius formata est, ut ostenderetur quia in consortium

14 unum esset *trp.* **BCM. 16 concupierat] cupierat BC,** *corr. in* **cupierat L. 22 Rubrica** *om.* **MNW. 26 parte corporis** *trp.* **BCMPV.**

1 Resp. Prov. 21, 28: *Vir obediens loquetur victoriam.* 2 Gen. 2, 21-22.

Cap. 1. Mixtim ex *Summa sent.,* HI, 3 (PL 171, 1119 C; 176, 92 C), et praesertim ex Hugone, *De sacram.,* I, 6, 34 (PL 176, 284 A-B).

Cap. 2. Quasi totum ad verba ex Hugone, *De sacram.,* I, 6, 35 (PL 176, 284 B-C).

creabatur dilectionis: ne forte si fuisset de capite facta, viro ad dominationem videretur praeferenda; aut si de pedibus, ad servitutem subicienda. Quia igitur viro nec domina nec ancilla parabatur, sed socia, nec de capite nec de pedibus, sed de latere fuerat producenda, ut iuxta se ponendam cognosceret, quam de suo latere sumptam didicisset.

Cap. 3 (105).

1. **Quare dormienti et non vigilanti costa subtracta est.** Non sine causa quoque dormienti viro potius quam vigilanti detracta est costa, de qua mulier in adiutorium generationis viro est formata, sed ut nullam in eo sensisse poenam monstraretur, et divinae simul potentiae opus mirabile ostenderetur, quae hominis dormientis latus aperuit, nec eum tamen a quiete soporis excitavit.

2. **De sacramento huius operis.** In quo etiam opere sacramentum Christi et Ecclesiae figuratum est 1; quia sicut mulier de latere viri dormientis formata est, ita Ecclesia ex sacramentis quae de latere Christi in cruce dormientis profluxerunt, scilicet sanguine et aqua2; quibus redimimur a poenis atque abluimur a culpis.

Cap. 4 (106).

1. **Quod de illa costa sine additamento extrinseco facta fuit per Dei potentiam, sicut quinque panes in se multiplicati sunt.** Solet etiam quaeri utrum de costa illa sine adiectione rei extrinsecae facta sit mulier. Quod quibusdam non placuit. Ceterum si ad perficiendum corpus mulieris Deus extrinsecum augmentum addidisset, maius illud esset quam ipsa costa; ideoque potius de illo quam de costa mulier facta deberet dici, de quo plures accepisset substantiae partes. Restat igitur ut de sola ipsius costae substantia, sine omni extrinseco additamento, per divinam potentiam

1 capite] viri *add.* BCW. 3 igitur] ergo NOP. 10 sensisse poenam *trp.* BCM. 11 ostenderetur] probaretur LMNTW (Hugo), monstraretur C. 13 Rubrica *om.* MVW.

1 Resp. Eph. 5, 32. 2 Resp. Ioan. 19, 34.

Cap. 3, num. 1: Ex Hugone, *De sacram.,* I, 6, 36 (PL 176, 284 C-D). — Num. 2: Ex *Summa sent.,* III, 3 (PL 171, 1119 D; 176, 92 C-D); remote ex August., *In Ioan.* (19, 34), tract. 120, n. 2 (PL 35, 1953; CCL 36, 661).

Cap. 4, num. 1. Mixtim conficitur ex *Summa sent.,* III, 3 (PL 171, 1119 D-1120 A; 176, 92 D), et Hugone, *De sacram.,* I, 6, 36 (PL 176, 284 D). — Num. 2; «Angeli enim... per angelos», ex *Glossa ordin.* in Gen. 2, 20 (apud Lyranum, I, 38c; v 22b).

in semetipsa multiplicata, mulieris corpus factum dicatur: eo sane miraculo quo postea de quinque panibus lesu caelesti benedictione multiplicatis, quinque millia hominum satiata sunt 1.

2. **Quod licet angelico ministerio sit illud opus expletum, non tamen creatores fuerunt angeli. — Augustinus, Super Genesim 2** Illud etiam sciri oportet, quod cum angelorum ministerio facta sit mulieris formatio, non est eis tamen tribuenda creationis potentia. « Angeli enim nullam possunt creare naturam: ergo nec formare costam in mulierem, nec carnis supplementum in locum costae; non quod nihil agant ut aliquid creetur, sed non ideo creatores sunt, sicut nec agricolae segetum aut arborum ». Solus Deus, id est Trinitas, est creator. « Facta est ergo femina a Deo, etiam si costa ministrata sit per angelos ».

Cap. 5 (107).

1. **Utrum secundum superiores an secundum inferiores causas ita facta sit mulier, id est an ratio seminalis id haberet ut ita fieret, an tantum ut ita fieri posset, sed ut sic fieret in Deo tantum esset causa. — Augustinus, Super Genesim 3** Sed quaeritur an ratio quam Deus primis operibus concreavit id haberet, ut secundum ipsam ex viri latere feminam fieri necesse foret, an hoc tantum ut fieri posset.

2. **De causis rerum latius disputat: quod causae quae in Deo sunt proprie dicuntur primordiales et quare pluraliter dicitur. Ad** quod sciendum est, omnium rerum causas in Deo ab aeterno esse: ut enim homo sic fieret, vel equus et huiusmodi, in Dei potentia et dispositione ab aeterno fuit. Et hae dicuntur primordiales causae, quia istas aliae non praecedunt, sed istae alias, quae sunt causae causarum. Cumque unum sit divina potentia, dispositio sive voluntas, et ideo una omnium principalis causa, tamen propter effectus diversos pluraliter dicit **Augustinus**4 causas primordiales omnium rerum in Deo esse, inducens

18 concreavit] creavit OPRV, *quod corr. interi.* OR. 20-21 Rubrica *om.* MNVW.

1 Resp. Matth. 14, 15-21. 2 Lib. IX, c. 15, n. 26; dein c. 16, n. 30 (PL 34, 403, 405; CSEL 28-1, 286, 290). 3 Lib. IX, c. 17, n. 31 (PL 34, 405s; CSEL 28-1, 290s). 4 *De div. quaest. 83,* q. 46 (PL 40, 30); *In Ioan.,* tr. 1, n. 17 (PL 35, 1387; CCL 36, 10); *De Trinit.,* III, cc. 8-9, nn. 15-16 (PL 42, 877s; CCL 50, 142s); *Retract.,* I, c. 3, n. 2 (PL 32, 589; CSEL 36, 20s).

Cap. 5, num. 1. Quaestio sumitur ex *Glossa ordin.* in Gen. 2, 20 (apud Lyr., I, 38c; v 22b). — Num. 2-4. Responsio fundatur usque ad verbum super *Summam sent.,* III, 3 (PL 171, 1120 A-C; 176, 93 A-C).

similitudinem artificis, in cuius dispositione est qualis futura sit arca. Ita et in Deo uniuscuiusque rei futurae causa praecessit.

3. **Quod non omnium quae fiunt causae sunt in creaturis.** In creaturis vero quarundam rerum, sed non omnium causae sunt, ut ait Augustinus i, quia inseruit Deus seminales rationes rebus, secundum quas alia ex aliis proveniunt, ut de hoc semine tale granum, de hac arbore talis fructus, et huiusmodi.

4. **Quod causae etiam quae sunt in creaturis, licet improprie, tamen dicuntur primordiales, et quare.** Et hae quoque dicuntur primordiales causae, etsi non adeo proprie, quia habent ante se causam aeternam, quae proprie et universaliter prima est. Illae vero ad res aliquas dicuntur primae, quae scilicet ex eis proveniunt. — **Alia ratio quare primordiales.** Ideo etiam primordiales dicuntur, quia in prima rerum conditione rebus a Deo insitae sunt. Et sicut creaturae mutabiles sunt, ita et hae causae mutari possunt; quae autem in immutabili Deo causa est, mutari non potest.

Cap. 6 (108).

1. **Distinctio causarum rerum perutilis, scilicet quod quaedam in Deo et in creaturis, quaedam in Deo tantum.** Omnium igitur rerum causae in Deo sunt; sed quarundam causae et in Deo sunt et in creaturis, quarundam vero causae in Deo tantum sunt. Et illarum rerum causae dicuntur absconditae in Deo, quia ita est in divina dispositione ut hoc vel illud fiat; quod non est in seminali creaturae ratione.

2. **Quare dicuntur naturaliter fieri vel non.** Et illa quidem quae secundum causam seminalem fiunt, dicuntur naturaliter fieri, quia ita cursus naturae hominibus innotuit; alia vero praeter naturam, quorum causae tantum sunt in Deo. — **Augustinus, Super Genesim.** Haec autem

3 Rubrica *om.* NVW. 8-9 Rubrica *om.* RVW. 9 et quare *om.* BCX. 12 Rubrica *om.* VWX. 15 immutabili] mutabili CMRT, *quod corr.* RT. 19 Deo] sunt *add.* OP. 23 vel] que BCX.

i *De Genesi ad Hit.,* VI, cc. 10 et 18; IX, c. 17, n. 32 (PL 34, 346, 351, 406; CSEL 28-1, 183s, 192, 291s).

Cap. 6. Fere eadem in Summa *sent.,* III, 3 (PL 171, 1120 C-1121 B; 176, 93 C-94 A). Sed dictum Augustini (in num. 2-3) auctor exscripsit de *Glossa ordin.* in Gen. 2, 20 (apud Lyranum, I, 38c; v 22b-c). Ad num. 3 iuvabit etiam conferre *Glossam* Lombardi in Eph. 3, 9 (PL 192, 189 D-190 A), ubi loco *naturae subsistunt* (p. 420, lin. 13) legitur natura[s] *substituit* (cum x, 169c; z, 99b).

dicit **Augustinus**[1] esse illa quae per per gratiam fiunt, vel ad ea significanda non naturaliter, sed mirabiliter fiunt. Inter quae mulieris facturam de costa viri ponit, ita dicens: « Ut mulierem ita fieri necesse foret, non in rebus conditum, sed in Deo absconditum erat. Omnis naturae cursus habet naturales leges. Super hunc naturalem cursum Creator habet apud se posse de omnibus facere aliud quam eorum naturalis ratio habet: ut virga scilicet arida repente floreat, fructum gignat[2]; et in iuventute sterilis femina in senectute pariat[3]; ut asina loquatur[4], et huiusmodi. Dedit autem naturis ut ex his etiam haec fieri possent, non ut in naturali motu haberent ».

3. **De gemino opere providentiae.** « Habet ergo in se absconditas quorundam futurorum causas, quas rebus conditis non inseruit, easque implet non opere providentiae quo naturae subsistunt ut sint, sed quo illas administrat ut voluerit, quas ut voluit condidit. Omnium ergo quae ad gratiam significandam, non naturali motu rerum, sed mirabiliter facta sunt, absconditae causae in Deo fuerunt; quorum unum erat quod mulier facta est de latere viri dormientis. Non habuit prima rerum conditio ut femina sic fieret, sed ut fieri posset, ne contra causas quas Deus voluntarie instituit, mutabili voluntate aliquid facere putaretur ».

Cap. 7 (109).

1. **De anima mulieris: quod non est ex anima viri, ut quidam putaverunt, dicentes animas esse ex traduce.** Quemadmodum mulieris corpus de viri corpore traductum fuit, ita putaverunt aliqui ipsius animam de viri anima propagatam, et omnes animas praeter primam de traduce esse sicut corpora. — **Aliorum opinio qui putaverunt omnes simul animas ab initio creatas.** Alii autem putaverunt simul omnes animas ab initio creatas[5].

2 sed] potentialiter sed *add.* BC, potentialiter vel *add. sed exp,* R. 25-26 Rubrica *om.* MTVW.

1 Lib. IX, cc. 17-18, nn. 31-34 (PL 34, 406s; CSEL 28-1, 290-293); unde et num. 3 infra. 2 Resp. Num. 17, 8. 3 Cf. Gen. 18, 10-14; 21, 2; Luc. 1, 13-25. 4 Resp. Num. 22, 28. 5 Cf. August., *De Genesi ad lift.,* lib. VII et X (PL 34, 355ss, 407ss; CSEL 28-1, 200ss, 295ss); *Epistola 166 (ad Hieron.),* cc. 1-2 (PL 33, 720ss; CSEL 44, 545-554), et *Epist. 190 (ad Optatum),* cc. 1-2 (PL 33, 857ss; CSEL 57, 137-144). Auctoritates plures apud P. Abaelardum, *Sic et non,* c. 115 (PL 178, 1513ss).

Cap. 7, num. 1 et 4: Ex *Summa sent.,* III, 3 (PL 171, 1121 B; 176, 94 A-B); cf. etiam Magistri *Glossa* in Ps. 32, 15 (PL 191, 334 A).

2. **Sententia catholicae Ecclesiae.** Catholica autem Ecclesia nec simul nec ex traduce factas esse animas docet, sed in corporibus per coitum seminatis atque formatis infundi et infundendo creari 1.

3. **Hic eliduntur illae duae falsae opiniones et Ecclesiae sententia confirmatur. — Gennadii auctoritas.** Unde in *Ecclesiasticis dogmatibus* 2: « Animas hominum non esse ab initio, inter ceteras intellectuales naturas, nec simul creatas, sicut **Origenes** fingit, dicimus; neque cum corporibus per coitum seminari, sicut **Luciferiani** et **Cyrillus** et quidam Latinorum praesumptores affirmant. Sed dicimus corpus tantum per coniugii copulam seminari, creationem vero animae solum Creatorem nosse, eiusque iudicio corpus coagulari in vulva et compingi atque formari, ac formato iam corpore animam creari et infundi, ut vivat in utero homo ex anima constans et corpore, et egrediatur vivus ex utero, plenus humana substantia ».

4. **Hieronymus'** etiam anathematis vinculo illos condemnat qui animas ex traduce dicunt, inducens auctoritatem Prophetae 4: *Qui finxit singillatim corda eorum.* Hic satis, inquit, innuit Propheta quod non animam de anima facit Deus, sed singillatim animas de nihilo creat.

DISTINCTIO XIX

Cap. 1 (110).

1. **De primo hominis statu ante peccatum, scilicet qualis fuerit secundum corpus et secundum animam.** Solent quaeri plura de primo hominis statu ante peccatum, scilicet qualis fuerit homo priusquam peccaret et in corpore et in anima, mortalis an immortalis, passibilis an impassibilis; de termino inferioris vitae et de transitu ad superiorem; de modo propagationis filiorum, et alia multa, quae non inutiliter sciuntur, licet aliquando curiositate quaerantur.

5 Gennadii] Gignasius OPX, om. N.

1 Cf. DS nn. 360-361, 403, 456, 685. 2 *Liber sive diffinitio eccl. dogmatum,* c. 14 (PL 42, 1216). 3 *Contra Ioan. Hierosol.,* n. 22 (PL 23 [1845], 373 A); cf. *Epist. 126 (ad Marcellinum et Anapsychiam),* n. 1 (PL 22 [1859], 1086; CSEL 56, 143s); Ps-Hieron. (i. e. Pelagius), *Libellus fidei,* n. 9 (PL 45, 1718). 4 Ps. 32, 15.

Cap. 1, num. 1: Ex Hugone, *De sacram.,* I, 6, 11 (PL 176, 270 B); cf. etiam *Summa sent.,* III, 4 (PL 171, 1121 C; 176, 94 B). Deinde num. 3 ex eodem, I, 6, 18 (PL 176, 275 B-C).

2. **Ante exsecutionem ad animum pertinentium dicit qualis ante peccatum fuerit homo secundum corpus et de aliis quibusdam.** Et priusquam ad animi qualitatem pertinentia prosequamur, de qualitate eius secundum corpus et modo propagationis filiorum et de aliis quibusdam inspiciamus.

3. **Quod homo in primo statu, scilicet ante peccatum, fuit secundum corpus mortalis et immortalis; in secundo statu fuit mortalis et mortuus, scilicet post peccatum; in tertio statu erit omnino immortalis, id est non potens mori.** Primus igitur homo secundum naturam corporis terreni et immortalis fuit quodam modo, secundum aliquid, quia potuit non mori; et mortalis quodam modo, quia potuit mori. In illo namque primo statu habuit posse mori et posse non mori; et haec fuit prima humani corporis immortalitas, scilicet posse non mori. In secundo vero statu, post peccatum, habuit posse mori et non posse non mori, quia in hoc statu moriendi est necessitas. In tertio statu habebit posse non mori et non posse mori, quia ad illum statum pertinet moriendi impossibilitas; quod ex gratia erit, non ex natura.

Cap. 2 (111).

I. **Quomodo dicitur homo factus in animam viventem.** In primo statu fuit corpus hominis animale, id est egens alimoniis ciborum; unde et homo factus dicitur *in animam viventem*[1], non spiritualem, id est in animam corpus sensificantem, quod adhuc erat animale, non spirituale; quod egebat cibis ut per animam viveret. *Factus est* igitur *in animam viventem,* id est vitam corpori dantem, tamen per sustentamenta ciborum. Et tunc erat corpus mortale et immortale, quia poterat mori et poterat non mori. Post peccatum vero factum est mortuum, sicut dicit Apostolus[2]: *Corpus propter peccatum mortuum est,* id est necessitatem moriendi in se habet.

8 scilicet] id est BCX. 9 igitur *om.* NVX. 10 secundum aliquid *om. LtATVWX.* 14 peccatum] scilicet *add.* MNT.

1 Gen. 2, 7; I Cor. 15, 44-45: *Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale... sicut scriptum est: Factus est primus homo Adam in animam viventem.* 2 Rom. 8, 10.

Num. 1: Ex *Summa sent.,* III, 4 (PL 171, 1121 D-1122 A; 176, 94 D), et (quoad ultimam phrasim) *Olossa* Magistri in Rom. 8, 10 (PL 191, 1436 C). Vide etiam Magistrum in I Cor. 15, 44-45 (PL 191, 1687 B, 1687 D-1688 A), unde quaedam etiam in initio num. 2; et Anselmum Laudunensem, *Liber Pancrisis,* n. 41 (apud O. Lottin, *Psych, et morale,* V, 37). — Num. 2. Auctoritas Augustini conficitur ex *Glossa ordin.* in Gen. 2,7 (apud Lyranum, 1,35 c-d; v 16 b-c).

2. In resurrectione vero erit spirituale, scilicet agile et cibis non egens, et immortale: non sicut in statu primo tantum fuit, scilicet quod possit non mori, sed etiam quod non poterit mori. Unde **Augustinus**, *Super Genesim* 1; « Apostolus ait 2; *Corpus quidem mortuum est propter peccatum* etc. Prius de limo terrae formatum est corpus animale, non spirituale cum quali resurgemus. Renovabimur enim a vetustate non in corpus animale quale fuit, sed in melius, id est spirituale, *cum hoc mortale induet immortalitatem* 3 in quam mutandus erat Adam, nisi mortem corporis animalis peccando meruisset. Non ait Apostolus 4: Corpus *mortale* est propter peccatum, sed *mortuum* ».

Cap. 3 (112).

1. **Corpus hominis ante peccatum mortale et immortale erat.** « Illud 5 enim ante peccatum mortale et immortale erat, quia poterat mori et non mori. Aliud est autem non posse mori, aliud posse non mori. Ideo factum est per peccatum non mortale, quod erat, sed mortuum, quod non fieret nisi peccaret. Animale enim non est hoc corpus sicut primi hominis fuit, sed iam deterius est: habet enim necessitatem moriendi ». Ecce hic evidenter aperit **Augustinus** quod corpus hominis ante peccatum mortale et immortale fuit, sed non qualiter fiet in resurrectione.

2. **Quo sensu dicitur corpus mortuum.** De hoc eodem **Beda**, *Super Genesim*6, ait: « Non est credendum ante peccatum ita fuisse mortua corpora sicut modo. Ait enim Apostolus 7: *Corpus propter peccatum mortuum est.* Sed licet fuissent animalia, nondum spiritualia, non tamen mortua, quae scilicet necesse esset mori ».

2 statu primo *trp.* LNR. 6 resurgemus] et *add.* BCOP, *quod exp.* P. ‖ Renovabimur] renovabitur BCOPRX, *corr. ex* renovabitur N. 8 induet] induerit NTV, *corr. in* induerit R. 15 per] propter BCR 16 peccaret] peccasset T (Aug., *Glossa).* 20 Rubrica *om.* BWX. 23 animalia] et *add.* LMNTV.

1 Lib. VI, c. 19, n. 30; cc. 23-24, nn. 34-36 (PL 34, 351, 353s; CSEL 28-1, 192s, 196s). 2 Rom. 8, 10. 3 I Cor. 15, 54. 4 Resp. Rom. 8, 10. 5 August., *De Genesi ad Utt.,* VI, cc. 25-26 (PL 34, 354; CSEL 28-1, 197s). « *In Gen.* 2, 18 (PL 91, 48 C; CCL 118A, 53); ex August., *De Genesi ad Utt.,* IX, c. 10, n. 16 (PL 34, 399; CSEL 28-1, 278). 7 Rom. 8, 10.

Cap. 3, num. 1. Conficitur ex eadem *Glossa* in Gen. (35d; 16c). — Num. 2: Ex *Glossa ordin.* in Gen. 2, 17 (apud Lyranum, I, 37d; v 20d).

Cap. 4 (113).

1. **Utrum immortalitas quam habuit ante peccatum esset de conditione naturae, an ex gratiae beneficio.** Solet hic quaeri, cum homo primus mortale et immortale corpus habuerit, utrum ex conditione naturae ipsius corporis habuerit utrumque, an alterum beneficium esset gratiae, scilicet immortalitas, id est posse non mori.

2. **Responsio qua dicitur alterum fuisse de conditione, scilicet posse mori, alterum ex gratiae dono, scilicet posse non mori.** Ad quod dici potest quia alterum habebat in natura corporis, id est posse mori; alterum vero, scilicet posse non mori, erat ei ex ligno vitae, scilicet ex dono gratiae. Unde **Augustinus,** *Super Genesim* 1; « Quodam modo creatus est homo immortalis, quod erat ei de ligno vitae, non de conditione naturae. Mortalis erat conditione corporis animalis, immortalis beneficio Conditoris. Non enim immortale erat quod omnino mori non posset: quod non erit nisi cum fuerit spirituale ». Aperte dicit quod non ex natura, sed ex ligno vitae habebat posse non mori.

3. **Aliqui dicunt quod si non uteretur Adam ligno vitae, non semper viveret, quia peccaret.** Propter hoc aliqui[2] dicunt quod, nisi illo ligno uteretur, non semper viveret, quia peccaret. Peccaret enim si illo ligno non uteretur, quia praeceptum erat ei ut comederet de omni ligno paradisi, nisi de ligno scientiae boni et mali[3]. Sicut ergo peccavit comedendo quod erat prohibitum, ita etiam peccaret si non comederet quod erat iussum.

Cap. 5 (114).

1. **Si non foret praeceptum ut de illo ligno ederet, et aliis, non illo uteretur, an posset non mori.** Sed adhuc quaeritur, si non esset praecep-

S habuerit] habuit CLOPR. 12 de'] ex CMV.

1 Lib. VI, c. 25 (PL 34, 354; CSEL 28-1, 197). 2 Sententiam similem, sed non penitus eandem tenet *Summa sent.,* III, 4: «Ad quod dicimus quod non solum peccarent si de ligno vetito comederent, sed etiam si concessis non uterentur... In hoc enim facerent contra naturae rationem » (PL 171, 1122 D; 176, 95 C). Vide infra, c. 6, num. 2; et Dist. 20, c. 4, num. 5 (p. 430s). 3 Resp. Gen. 2, 16-17.

Cap. 4, num. 1. Quaestio eruitur ex verbis Augustini in num. 2; cf. etiam Hugo, *De sacram.,* I, 6, 18 (PL 176, 275 D-276 A). — Num. 2. Auctoritas Augustini sumitur ex *Glossa ordin.* in Gen. 2, 7 (apud Lyr., I, 35d; v 16c).

tum ut de ligno vitae ederet, et aliis et non illo vesceretur, numquid posset non mori ? Si semper viveret non utens illo ligno, non erat ei ex illo ligno posse non mori; si vero non posset semper vivere, id erat ei ex illo ligno.

2. **Opinio quorundam dicentium eum posse non mori etsi non ederet de illo ligno, dummodo aliis uteretur.** Aliqui dicunt quod, si non fuisset ei praeceptum vesci illo ligno, et aliis et non illo vesceretur, viveret semper; sic determinantes illud quod supra 1 dixit **Augustinus**, scilicet: « Erat ei de ligno vitae, non de conditione naturae », tantum scilicet; quasi: non ex conditione naturae solummodo erat ei, sed etiam ex ligno illo.

3. **Alii asserunt quod ex ligno illo erat ei posse non mori et semper vivere.** Aliis2 autem videtur quod ex ligno vitae erat ei posse non mori, non ex natura: ideo enim dicitur potuisse non mori, quia poterat uti ligno illo, de quo edens non moreretur.

Cap. 6 (115).

1. **Quaestio Augustini: quomodo immortalis factus sit homo.** De hac vero hominis immortalitate, qualis fuerit, **Augustinus**, *Super Genesim* 3 quaestionem movens, sic ait: « Quaeritur quomodo immortalis factus sit homo prae aliis animantibus, et quomodo cum illis communem acceperit alimoniam ».

2. **Solvere incipit.** « Sed alia est immortalitas carnis quam in Adam accepimus, alia quam in resurrectione speramus per Christum. Ille factus est homo immortalis, ut non posset mori si non peccaret, moreretur autem si peccaret; filii vero resurrectionis nec poterunt ultra peccare nec mori. Caro nostra non tunc egebit refectione ciborum, quia nulla

7 vesci] de *add.* BNVW. 12-13 Rubrica *om.* LVW. 24 non posset *trp.* NVW. 26 quia] tunc *add.* TW, *add. interi.* L.

1 Scii, in cap. 4, n. 2 (p. 424). 2 Ita Hugo, *De sacram.,* 1,6,18 (PL 176, 275 D-276 A). 3 Immo Beda, /n *Gen.* 1, 29-30 (PL 91, 32 B-D; CCL 118A, 30s). Vide aliam notam infra.

Cap. 6, num. 1. Hic indubitanter monstratur Magistrum nunquam habuisse ante oculos suos opus Augustini in Oenesim. Auctoritas, quae reapse Bedae est, anonyma habetur in cod. v (f. 12c), et quodam modo etiam in editione (apud Lyranum, I, 28a), ubi sequitur immediate et sine divisione aliam ex Beda sumptam. Cf. A. Landgraf, *Die Stellungnahme der Friihscholastik zur wissenschaftlichen Methode des Petrus Lombardus,* in *Collect. Franc.* 4 (1934) 519.

poterit esse defectio. Caro Adae ante peccatum ita immortalis creata est, ut per alimoniam adiuta, esset mortis et doloris expers. Sic ergo immortalis et incorruptibilis condita est caro hominis, ut suam immortalitatem et incorruptionem per observantiam mandatorum Dei custodiret. **(Attende quia in praeceptis a Deo homini primo datis et hoc continebatur, ut de omni ligno nisi de ligno scientiae boni et mali comederet.)** In quibus mandatis hoc continebatur, ut de illis lignis concessis manducaret et ab interdicto abstineret 1; per horum edulium immortalitatis dona conservaret, donec corporalibus incrementis perductus ad aetatem quae Conditori placeret, multiplicata progenie, ipso iubente sumeret de ligno vitae, quo perfecte immortalis factus, cibi alimenta non ulterius requireret ».

3. **Summatim superiorum verborum sententiam perstringit.** Ecce his verbis videtur Augustinus tradere quod caro primi hominis immortalitatem in se habuit, quae per alimoniam ciborum conservaretur usque ad tempus suae translationis in melius, quando de ligno vitae comederet et fieret omnino immortalis, ita ut non posset mori.

4. **Quod ex praedictis consequi videtur hominem de naturae suae conditione quodam modo fuisse immortalem, sed non omnino fieret immortalis nisi participato ligno vitae.** Ideo aliqui 2 dicunt quod immortalitatem de natura habebat, qua poterat non mori, quae aliorum lignorum esu poterat conservari; sed non poterat consummari nisi per assumptionem ligni vitae. — Quod videtur Augustinus sentire, *Super Genesim* 3, dicens: « Hoc quoque addo, talem cibum illam arborem praestitisse, quo corpus hominis stabili sanitate firmaretur: non sicut ex alio cibo, sed inspiratione salubritatis occulta ». Hic innuere videtur quod cum aliis cibis posset corpus sustentari, hoc cibo indeficienti sanitate firmaretur. — Ex quo consequi videtur quod, sicut in natura sui habuit mortalitatem quandam, scilicet aptitudinem moriendi, ita aliquam im-

5-6 Rubrica *om.* NRV, *abbrev.* BCX. 9 incrementis] indumentis MOP. 13 Rubrica om. MVW. 15 habuit] habuerit MNW. 18-19 naturae... quodam] natura sua indutum quo BCX. 19 quodam NORVW, quoquo LMPT. 24 addo *om.* BCP, *add. interi.* O13

1 Resp. Gen. 2, 16-17. 2 «Strabus», apud *Glossam ordin.* in Gen. 2, 9 (apud Lyranum, 1,36d; v 17d). Cf. Strabus seu Ps-Remigius Altiss., *In Genesim* (PL 131, 60 D-61 A, 62 C, 67 D); et etiam Guill. de Campellis, n. 246 (apud Lottin, *Psych, et morale,* V, 202, lin. 5-8). 3 *De Genesi ad Hit.,* VIII, c. 5, n. 11 (PL 34, 377; CSEL 28-1, 238s).

Num. 4. Sumitur auctoritas Augustini ex *Glossa ordin.* in Gen. 2, 28 (apud Lyranum, I, 36 c-d; v 18b).

mortalitatem in natura sui habuit, id est aptitudinem qua poterat non mori, cibis adiutus; sed si perstitisset, immortalitatis perfectio esset ei de ligno vitae.

5. Sed qui hoc tradunt, quomodo superiora **Augustini** verba 1, quibus dicit quod erat immortalis ex ligno vitae, huic sententiae non contradicant, diligenter inquirant.

DISTINCTIO XX

Cap. 1 (116).

1. **De modo procreationis filiorum si non peccassent et quales nascerentur filii.** Post haec videndum est qualiter primi parentes, si non peccassent, filios procréassent, et quales ipsi filii nascerentur.

2. **Opinio quorundam qui dicunt in paradiso primos homines ante peccatum misceri non potuisse. — Augustinus, Super Genesim** 2. Quidam putant ad gignendos filios primos homines in paradiso misceri non potuisse nisi post peccatum, dicentes concubitum sine corruptione vel macula non posse fieri. Sed ante peccatum nec corruptio nec macula in homine esse poterat, quoniam ex peccato haec consecuta sunt.

3. **Responsio contra illorum opinionem, ubi dicitur quod si non peccassent, sine peccato et ardore libidinis convenissent, sicut modo sine pruritu iungitur manus manui.** Ad quod dicendum est quod, si non peccassent primi homines, sine omni peccato et macula in paradiso carnali copula convenissent, et esset ibi *thorus immaculatus* 3 et commixtio sine concupiscentia; atque genitalibus membris sicut ceteris imperarent, ut ibi nullum motum illicitum sentirent. Et sicut alia membra corporis

1 habuit] habuerit MNT. 3 ligno vitae *trp.* BOPVW. 6 contradicant] sed *add.* L. scilicet *add.* OP. 12-13 Rubricae *om.* MNVW. 18-20 Rubrica *om.* MVW.

1 In cap. 4, n. 2 (p. 424). 2 Cf. Lib. IX, cc. 8-9 (PL 34, 397s; CSEL 28-1, 276ss); et etiam *De civit. Dei,* XIV, c. 21 (PL 41, 429; CSEL 40-11, 45; CCL 48, 443). 3 Resp. Hebr. 13, 4.

Num. 1. Quaestio sumitur ex Hugone, *De sacram.,* I, 6, 22 (PL 176, 277 A), et ex *Summa sent.,* III, 4 (PL 171, 1122 B; 176, 95 A). — Num. 2 fundatur super *Glossam ordin.* in Gen. 2, 18 (apud Lyranum, I, 38b; v 21c). — Num. 3. Responsio in parte conficitur ex eadem *Glossa ordin.* (38a; 21b), ut in fine huius numeri, in parte ex sententiis scholae Anselmi Laudum, ex. gr. n. 318 (apud O. Lottin, *Psych, et morale,* V, 252; v. etiam n. 254, p. 207); sequitur deinde auctoritates Augustini, ut in eadem *Glossa* in Gen. 2,18 (apud Lyr., I, 38b et 38a; v 21c et 21b).

aliis admovemus, ut manum ori, sine ardore libidinis, ita genitalibus uterentur membris sine aliquo pruritu carnis. Haec enim « lethalis aegritudo »[1] membris humanis ex peccato inhaesit. Genuissent itaque filios in paradiso per coitum immaculatum et sine corruptione. — Unde Augustinus, *Super Genesim*[2]; « Cur non credamus primos homines ante peccatum genitalibus membris ad procreationem imperare potuisse, sicut ceteris in quolibet opere sine voluptatis pruritu utuntur? Incredibile enim non est Deum talia fecisse illa corpora, ut si non peccassent, illis membris sicut pedibus imperarent, nec cum ardore seminarent vel cum dolore parerent; sed post peccatum motum illum meruerunt, quem nuptiae ordinant, continentia cohibet». « Infirmitas[3] enim prona in ruinam turpitudinis excipitur honestate nuptiali, et quod sanis esset officium, aegrotis est in remedium ». « Emissi[4] quidem de paradiso, convenerunt et genuerunt; sed potuerunt in paradiso eis esse nuptiae honorabiles et *thorus immaculatus*[5], sine ardore libidinis, sine labore pariendi ».

Cap. 2 (117).

Quare in paradiso non coierunt. — Duobus modis solvit[7]. — Augustinus, Super Genesim[6]**.** «Cur ergo non coierunt in paradiso? Quia creata muliere, mox transgressio facta est, et eiecti sunt de paradiso. Vel quia Deus nondum iusserat ut coirent, et poterat divina exspectari auctoritas, ubi concupiscentia non angebat. Deus vero non iusserat, quia casum eorum praesciebat, de quibus homo propagandus erat ». Ecce expresse habes de modo propagationis filiorum.

Cap. 3 (118).

1. **De termino illius inferioris vitae, utrum natis filiis per successiones, an simul omnes transferendi fuissent.** De termino vero temporis quo

4-5 Unde... Genesim om. BCLOPX, *interi.* T; *sed* Aug. super Genesim *add. mg.* LP, *add. mg. ad l. 13* O. 17 Duobus modis solvit *om.* NRVW.

1 Ut dicit August., *De Genesi ad litt., IX,* c. 10, n. 17 (PL 34, 399; CSEL 28-1, 279). 2 Lib. IX, c. 10, n. 18 (PL 34, 399s; CSEL 28-1, 279s). 3 Ibid., c. 7, n. 12 (PL 34, 397; CSEL 28-1, 275). 4 Ibid., c. 3, n. 6 (PL 34, 395; CSEL 28-1, 271s). 5 Resp. Hebr. 13, 4: *Honorabile cannabium... et thorus immaculatus.* 6 Lib. IX, c. 4, n. 8 (PL 34, 395s; CSEL 28-1, 272s).

Cap. 2: Ex ultima auctoritate Augustini in eadem *Glossa* in Gen. 2, 18 (38a; 21b).

Cap. 3, num. 1. Quaestio eruitur ex dictis Augustini infra positis (in num. 2); cf. etiam Hugo, *De sacram.,* I, 6, 25 (PL 176, 278 C-D), qui quaestionem discutit. — Num. 2: Ex *Glossa* in Gen. 2, 18 (38a; 21b).

transferrentur ad spiritualem caelestemque vitam, certum aliquid Scriptura non tradit. Et ideo ambiguum est utrum parentes, genitis filiis perfectaque humani officii iustitia, ad meliorem statum transferrentur, non per mortem, sed per aliquam mutationem; an patres in aliquo statu vitae manerent, ligno vitae utentes, donec filii ad eundem statum pervenirent, et sic impleto numero omnes simul ad meliora transferrentur, ut essent *sicut angeli Dei in caelis* 1.

2. De quo **Augustinus** ambigue disserit *Super Genesim2,* ita inquiens: « Potuerunt primi homines in paradiso filios gignere, non ut morientibus patribus succederent filii, sed in aliquo formae statu manentibus, et de ligno vitae vigorem sumentibus, et filii ad eundem perducerentur statum, donec impleto numero, sine morte, animalia corpora in aliam qualitatem transirent, in qua omnino regenti spiritui deservirent, et solo spiritu vivificante, sine corporeis alimentis viverent ». Vel « potuerunt 3 parentes filiis cedere, ut per successiones numerus impleretur; qui genitis filiis perfectaque humani officii iustitia, ad meliora transferrentur, non per mortem, sed per aliquam mutationem ». — Ecce hic habemus de transitu hominis ad meliora, sed incertum nobis relinquitur utrum simul transferrentur, an per successiones.

Cap. 4 (119).

1. **Quales procrearent filios, utrum perfectionem staturae et usum membrorum habentes, qualis homo primus fuit conditus. Si** vero quaeritur quales, si non peccasset homo, filios genuisset, utrum videlicet sicut ipse primus homo secundum staturam corporis et usus membrorum perfectus mox conditus exstitit, ita etiam eius filii in ipso nativitatis exordio perfecti exsisterent, qui ambulare et loqui et cuncta facere possent: responderi potest quod filios parvulos nasci oportebat, propter materni uteri necessitatem.

2. **Responsio ubi uno sine ambiguo posito, tripartitam subicit distinctionem :** Sed utrum mox nati perfectionem staturae et membrorum

7 angeli Dei] sancti angeli MNRWX. 18 habemus] habes MNT. 21 staturae] nature BCOP.

1 Matth. 22, 30. 2 Lib. IX, c. 3, n. 6 (PL 34, 395; CSEL 28-1, 271s). 3 August., ibid., c. 6, n. 10 (PL 34, 396; CSEL 28-1, 273s).

Cap. 4. Fere totum ex *Summa sent.,* III, 4 (PL 171, 1122 B-D; 176, 96 A-C); quaedam (in num. 1 et 4, et conclusio in num. 7) ex Hugone, *De sacram.,* I, 6, 26 (PL 176, 278 D-279 B); pauca quidem sunt a Magistro adiecta.

usum haberent, an parvuli et in minori aetate constituti uti possent membrorum officiis, an per intervalla temporum, eo modo quo nunc fit, perfectionem staturae et usum membrorum recepturi essent, de auctoribus definitum non habemus.

3. **Ambigua Augustini verba ponit, ubi tamen videtur innuere quod filii et parvuli possent membrorum uti officiis.** Et super hoc Augustinus i ambigue loquitur: « Movet nos, inquit, si primi homines non peccassent, utrum tales filios essent habituri, qui nec lingua nec manibus uterentur. Nam propter uteri necessitatem, forte necesse erat parvulos nasci. Sed quamvis exigua pars corporis sit costa, non tamen propter hoc parvulam viro coniugem fecit; unde et eius filios poterat omnipotentia Creatoris mox natos grandes facere. Sed ut hoc omittam, poterat certe eis praestare quod multis animalibus praestitit, quorum pulli, quamvis sint parvuli, tamen mox ut nascuntur, currunt et matres sequuntur. Econtra homini nato nec ad incessum pedes idonei sunt, nec manus saltem ad scalpendum habiles; et iuxta se mammis positis, nascentes magis possunt esurientes flere quam sugere, proprieque infirmitati mentis congruit haec infirmitas carnis ». His verbis videtur insinuari quod filii, etiam parvuli, officiis membrorum valerent uti.

4. **Quibusdam non absurde placuit quod filii parvi nascerentur et per accessum temporis in statura et in aliis sicut nunc proficerent, quod non esset vitio imputandum.** Sed cum Augustinus sub assertione de his nihil tradat, non irrationabiliter quibusdam placuit[1] primorum parentum filios nascituros parvos, ac deinde per intervalla temporum, eadem lege qua et nunc nativitatem humanam ordinatam cernimus, staturae incrementum et membrorum usum recepturos, ut in illis exspectaretur aetas ad ambulandum et loquendum, sicut modo in nobis. Quod utique non esset vitio deputandum, sed conditioni naturae; sicut a cibo non penitus abstinere valebant, nec tamen illud erat ex vitio, sed ex natura conditionis.

5. **Oppositio quorundam volentium probare eos posse vivere sine alimonia.** Ad hoc autem opponitur ita: Si non peccarent, non morerentur; sed non peccarent si non comederent; poterant igitur sine alimo-

3-4 auctoribus] auctoritatibus TX, *corr. in* auctoritatibus V. 9 uterentur] nec pedibus *add.* T (Aug.), *add. interi.* V. 12 hoc] hec LMTVW. 24 parvos] parvulos NRT.

1 *De peccat, meritis et bapt. parvulorum,* I, cc. 37-38 (PL 44, 150; CSEL 60, 69s).
2 Resp. Hugo, *De sacram.,* I, 6, 26 (PL 176, 279 A).

nia vivere. — **Responsio** Ceterum, sicut supra diximus i, non solum peccarent si de ligno vetito ederent, sed etiam si concessis non uterentur; quia sicut erat eis praeceptum non illo ligno vesci, ita aliis vesci. — **Ratio quare peccarent si non aliis uterentur concessis** : Praeterea contra naturalem rationem facerent, qua intelligebant de illis esse edendum; quod et naturaliter appetebant.

6. **Alia oppositio circa idem** Item opponitur: Cum fames sit poena peccati, si non peccarent, famem non sentirent; sed sine fame superfluum videretur comedere; unde putant quidam eos cibis non indiguisse ante peccatum, quia non poterant esurire si non peccassent. — **Responsio** : Ad quod dici potest quod fames vere defectus est et poena peccati: est enim immoderatus appetitus edendi, cui non subiacuisset homo si non peccasset. Sed procul dubio peccaret nisi hunc defectum cibo praeveniret. Habebat enim naturalem appetitum et moderatum, cui ita satisfaciendum erat ne defectum famis sentiret.

7. **Sicut non fuit ex vitio quod cibo indigebat ante peccatum, sic non esset ex vitio si statura imperfecti nati, in ea et in aliis proficerent** : Sicut igitur non ex vitio, sed ex naturae conditione erat, quod ante peccatum homo cibi indigebat, ita non ex vitio esset, sed de natura, si hominis conditio in principio suo, id est in primo parente, a perfecto inchoata, in subsequent! propagatione a modico ad maiora proficeret, ut scilicet per intervalla temporis staturae corporeae incrementa usumque membrorum susciperet.

Cap. 5 (120).

1. **Utrum sicut statura corporis, ita etiam sensu mentis parvuli nascerentur, et per accessum temporis proficerent in sensu et notitia veritatis, scilicet an mox nati in his essent perfecti.** Et cum de corpore humano non sit absurdum vel inconveniens hoc aestimare, quaeri solet utrum de sensu animae et cognitione veritatis eodem modo sentiendum sit, ut scilicet hi qui sine peccato nascerentur, sensu et intelligentia mentis imperfecti

1 Responsio LNV, *om. alii.* 7 circa idem *om.* MOP. 9 putant quidam *trp.* OPR. 10 peccassent] peccarent MNV. 15 defectum... sentiret] defectus... sentiretur LNRTVWX. 16-17 Rubrica *om.* LNW. 16 indigebat *trp. p.* peccatum BCX. 17 proficerent] proficeret BCX. 18 igitur] ergo BCV. 27 scilicet *om.* LNV.

1 In Dist. 19 c. 4, n. 3 (p. 424).

Cap. 5. Totum sumitur ex Hugone, *De sacram.,* I, 6, 26 (PL 176, 279 B-C), praeter paucissima in num. 2.

exsisterent, et per accessum temporis in his proficerent usque ad perfectionem; an mox conditi perfectionem sensus et cognitionis perciperent.

2. **Responsio ubi dicitur ita videri quibusdam, scilicet quod in his proficerent sicut in aliis.** Illi qui sentiunt 1 parvulos natos in statura corporis et usu membrorum per accessum temporis profecturos, non diffitentur eosdem in exordio nativitatis sensu imperfectos exsistere, et per intervallum temporis in sensu et cognitione proficere usque ad perfectum.

3. **Contra illorum sententiam opponunt quidam.** Ad quod quidam 2 opponunt dicentes: Si mox nati non haberent perfectionem sensus et intelligentiae, ignorantia in eis esset; ignorantia autem peccati est poena. — Sed qui hoc dicunt, non satis diligenter considerant quia non omnis qui aliquid nescit, vel minus perfecte aliquid scit, statim ignorantiam habere sive in ignorantia esse dicendus est.

4. **Quomodo ignorantia dicitur esse in aliquo.** Quia ignorantia non dicitur nisi cum id quod sciri, non ignorari debet, nescitur. Talisque ignorantia poena peccati est, cum mens vitio obscuratur, ne cognoscere valeat ea quae scire deberet.

Cap. 6 (121).

1. **De hominis translatione in meliorem statum et de duobus bonis: altero hic dato, altero promisso.** Talis erat hominis institutio ante peccatum secundum corporis conditionem. De hoc autem statu transferendus erat cum universa posteritate sua ad meliorem dignioremque statum, ubi caelesti et aeterno bono in caelis sibi parato frueretur. — Sicut enim ex duplici natura compactus est homo, ita illi duo bona Conditor a principio praeparavit: unum temporale, alterum aeternum; unum visibile, alterum invisibile; unum carni, alterum spiritui. Et quia *primum est quod* est *animale, deinde quod spirituale* 3 est, temporale ac visibile

3-4 Rubrica *om.* VW, *abbrev.* R. 11 peccati est poena] pena peccati est CNV, peccatum est M. 14 in ignorantia] ignorans BCPX. 15 Rubrica *om.* RTW. 16 sciri] et *add.* MNV, vel *add. W.* ‖ debet] deberet T, debuisset *Hugo.* 25 illi duo trp. LMNV.

1 Scii. Hugo, *De sacram.,* I, 6, 26 (PL 176, 279 B-C). 2 Ita sibi obicit ipse Hugo, et respondet: « Sed qui hoc dicunt » etc. 3 I Cor. 15, 46.

Cap. 6. Conficitur ex *Summa sent.,* III, 4 (PL 171, 1123 A-B; 176, 95 D), et Hugone, *De sacram.,* I, 6, cc. 6, 7, 28-29 (PL 176, 267s, 281 A-B, 282 D).

bonum prius dedit; invisibile autem et aeternum promisit, et meritis quaerendum proposuit.

2. **Quod rationem naturalem et praeceptum dedit Deus homini ad servandum bonum quod acceperat, et promerendum quod promissum erat.** Ad illius autem custodiam quod dederat, et ad illud merendum quod promiserat, naturali rationi in creatione animae hominis inditae, qua poterat inter bonum et malum discernere, praeceptum addidit obedientiae, per cuius observantiam datum non perderet et promissum obtineret, ut per meritum veniret ad praemium.

DISTINCTIO XXI

Cap. 1 (122).

1. **De invidia diaboli qua ad hominem tentandum accessit.** Videns igitur diabolus hominem per obedientiae humilitatem posse ascendere unde ipse per superbiam corruerat, invidit ei; et qui prius per superbiam fuerat *diabolus,* id est deorsum lapsus, zelo invidiae factus est *satan,* id est adversarius [1].

2. **Quare prius ad feminam venit?** Unde et mulierem tentavit, in qua minus quam in viro rationem vigere novit. Eius enim malitia, ad tentandam virtutem timida, humanam naturam in ea parte ubi debilior videbatur aggressa est, ut si forte illic aliquatenus praevaleret, postmodum fiducialius ad alteram, quae robustior fuit, pulsandam vel potius subvertendam accederet. Primum igitur solitariam feminam exploravit, ut in ea primum omnem suae tentationis vim experiretur.

Cap. 2 (123).

1. **Quare in aliena forma venit.** Sed quia illi per violentiam nocere non poterat, ad fraudem se convertit, ut dolo hominem supplantaret, quem virtute superare nequiret. Ne autem fraus illius nimis manifesta-

3-4 Rubrica *om.* RVW. 15 lapsus] et *add.* BCOP. 17 Rubrica *om.* MNW. 18 enim *om.* OPX (Hugo).

1 Vide supra, Dist. 10, c. 2, n. 1 (p. 378).

Cap. 1-2. Quomodo haec capitula conflantur ex *Summa sent.,* III, 4 (PL 171, 1123 B; 176, 95 D-96 A), et Hugone, *De sacram.,* 1, 7, cc. 1 et 3, ac (in c. 2) 2 (PL 176, 287-288), ad oculos demonstrat H. Weisweiler, *La « Summa Sententiarum » source de Pierre Lombard,* in *Rech, de Thëol. anc. et méd.* 6 (1934) 148s.

retur, in sua specie non venit, ne aperte cognosceretur et ita repelleretur. Iterum, ne nimis occulta foret fraus eius, quae caveri non posset, et homo simul videretur iniuriam pati si taliter circumveniri permitteret eum Deus ut praecavere non posset, in aliena quidem forma venire permissus est diabolus, sed in tali, in qua eius malitia facile posset deprehendi. Ut igitur in propria forma non venerit, voluntate sua factum est; ut autem forma suae malitiae congruenti veniret, divinitus factum est.

2. **Quare nonnisi in forma serpentis accessit?** Venit igitur ad hominem in serpente, qui forte, si permitteretur, in columbae specie venire maluisset; sed non erat dignum ut spiritus malignus illam formam homini odiosam faceret, in qua Spiritus Sanctus appariturus erat. Non ergo nisi per serpentem tentare permissus fuit diabolus, ut per illud quod foris erat, astutiam tentantis animadvertere femina quiret. Diabolus enim per serpentem tentabat, in quo loquebatur.

Cap. 3 (124).

Quare dictus est serpens callidior cunctis animantibus? — Augustinus, Super Genesim Ideoque serpens dictus est esse *callidior cunctis animantibus terrae* 1, quia, ut ait **Augustinus**[2], mali angeli, licet superbia deiecti, natura tamen sunt excellentiores omnibus bestiis propter eminentiam rationis; quamvis serpens non rationali anima, sed spiritu diabolico possit sapientissimus dici. Non ergo mirum si diabolus, spiritu suo implens serpentem, sicut vates implebat, sapientissimum reddiderat omnium bestiarum ».

Cap. 4 (125).

1. Quod non elegit serpentem ut per eum tentaret. Quem tamen ad tentandum non elegit diabolus, sed per quod animal permissus fuit tentavit. Unde **Augustinus,** *Super Genesim* 3: « Non est putandum

5 ini om. LMNX *(Hugo), interi.* RV. 7 autem] in *add.* WX, *add. interi.* R. 9 serpente] serpentem BCLOPR. 13 femina *om.* BCMX *(Summa Sent.), interi.* R. 16-17 Aug. Super. Gen. *om.* LMRVWX. 25 Rubrica *om.* BCNW. ‖ tentaret] Aug. in eodem *add.* OP.

1 Resp. Gen. 3, 1. 2 Lib. XI, c. 2, n. 4 (PL 34, 430s; CSEL 28-1, 336). 3 Ibid., *c. 3,* n. 5 (PL 34, 431; CSEL 28-1, 337).

Cap. 3. Ex *Glossa ordin.* in Gen. 3, 1 (apud Lyranum, I, 40a-b; v 24v). — Cap. 4, num. 1-2: Ex eadem *Glossa ordin.* in Gen. 3, 1 (40b; 24v). — Num. 3: Ex *Glossa ordin.* in Gen. 3, 13 (42b; 25c et 26b). — Num. 4: Ex *Summa sent.,* III, 5 (PL 171, 1123 C; 176, 96 B).

quod diabolus serpentem per quem tentaret elegerit, sed cum decipere cuperet, non potuit nisi per quod animal posse permissus est. Nocendi enim voluntas inest cuique a se, sed potestas a Deo ».

2. **Strabus** 1 : « Sic autem loquebatur diabolus per serpentem ignorantem, sicut per energumenos vel fanaticos loquitur».

3. **Augustinus, Super Genesim** 2 : « Serpente enim velut organo est usus, movens naturam eius ad exprimendos sonos verborum et signa, quibus suam monstraret voluntatem. Serpens ergo nec verba intelligebat, nec rationalis est factus. *Callidissimus* tamen dictus est 3 propter astutiam diaboli. Locutus est autem sicut asina Balaam 4; sed hoc diabolicum, illud angelicum fuit. Boni enim et mali angeli similiter operantur ».

4. Hic quaeri solet quare mulier non horruit serpentem. — Quia cum noverit creatum esse, etiam officium loquendi a Deo accepisse putavit.

Cap. 5 (126).

1. **De modo tentationis. — Quare ab interrogatione exorsus est** : Tentatio autem hoc modo facta est. Stans coram femina, hostis superbus non audet in verba persuasionis exire, metuens deprehendi; sed sub interrogatione eam aggreditur, ut ex responsione colligeret qualiter in malitia procedere posset.

2. **Verba serpentis, responsio mulieris** : *Cur,* inquit 5, *praecepit vobis Deus ut non comederetis de omni ligno paradisi? Cui respondit mulier: De fructu lignorum quae sunt in paradiso vescimur; de fructu vero ligni quod est in medio paradisi praecepit nobis Deus ne comederemus et ne tangeremus, ne forte moriamur.*

3. **Addit serpens, nactus fiduciam ex verbis mulieris, promissionem falsam** : In quo verbo dedit locum tentanti, cum dixit *ne forte moriamur;*

20 Rubrica *om.* LVW. 25-26 Rubrica *om.* NRW. 25 nactus fiduciam] subdit autem BCX. 26 tentanti] temptandi BCLNTV.

1 *Super Genesim* 3, 1 (PL 131, 64 B). Vide J. de Blic, *L'oeuvre exégétique de W. Strabon...,* in *Redi. de Thiol, ane. et mid.* 16 (1949) 13, 20. 2 Lib. XI, cc. 27-29, nn. 34-36 (PL 34, 443ss; CSEL 28-1, 360ss). 3 Resp. Gen. 3, 1. 4 Resp. Num. 22, 28-30. 5 Gen. 3, 1-3.

Cap. 5, num. 1-5. Conficitur textus mixtim ex *Summa sent.,* III, 5 (PL 171, 1123 C; 176, 96 B-C), et Hugone, *De sacram.,* I, 7, 4-6 (PL 176, 288s), uti iam praeclare ostendit H. Weisweiler, *La «Summa Sententiarum»...,* in *Redi. de Théol. anc. et méd.* 6 (1934) 151-154. — Nihilominus, in num. 6 dictis fontibus addenda est (non obstante rubrica) auctoritas Gregorii in *Glossa ordin.* in Gen. 3, 2 (apud Lyranum, I, 41b; v 26a), ex *In evang.,* hom. 16, n. 2 (PL 76, 1136 A). Vide etiam Lombardi sermonem *In Septuagesima* (PL 171, 849 A).

unde mox diabolus dixit ad mulierem b. *Nequaquam moriemini: scit enim Deus quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, et eritis sicut dii, scientes bonum et malum.*

4. Attende ordinem ac progressum humanae perditionis. Primo Deus dixerat 2; *Quacumque die comederitis ex eo, morte moriemini;* deinde mulier dixit 3; *Ne forte moriamur;* novissime serpens dixit 4: *Nequaquam moriemini.* Deus affirmavit, mulier quasi ambigendo illud dixit, diabolus negavit. Quae igitur dubitavit, ab affirmante recessit et neganti appropinquavit.

5. **De versutia diaboli qui, ut facilius persuaderet, malum removit, et bonum in pollicito duplicavit.** Qui ad suam persuasionem pleniter suffulciendam, id est ut malum quod intendebat libere persuaderet, et malum quod mulier timuit negando removit, et promissionem addidit; et ut eius persuasio citius reciperetur, promissionem duplicavit. Unam nempe comestionem suadens, duo in praemio proposuit: similitudinem Dei scientiamque boni et mali spondens.

6. **Quod homo tribus modis tentatus est, scilicet gula, vana gloria, avaritia. — Augustinus** s.* Ubi tribus modis hominem tentavit, scilicet gula in persuasione cibi, cum dixit: *In quocumque die comederitis;* inani gloria in promissione deitatis, cum dixit: *Eritis sicut dii;* avaritia in promissione scientiae, cum dixit: *Scientes bonum et malum.* Gula est immoderata cibi aviditas; vana gloria amor propriae excellentiae; avaritia immoderata habendi cupiditas, quae non est tantum pecuniae, sed etiam altitudinis et scientiae, cum supra modum sublimitas ambitur.

Cap. 6 (127).

1. **De duplici tentationis specie.** Porro sciendum est duas esse species tentationis, interiorem scilicet et exteriorem.

2 quocumque] quacumque LT. 5 comederitis... moriemini] comederis... morieris BCNRVWX. 17 Quod OPT, *om. alii.* 18 Augustinus om. LMRVWX. 19 quocumque] quacumque] CTVWX.

› Gen. 3, 4-5. 2 Gen. 2, 17. 2 Gen. 3, 3. 4 Gen. 3, 4. s Potius Gregorius, ut in alia serie notarum indicatur.

Cap. 6, num. 1-2. Textus mixtim conflatur ex *Summa sent.,* III, 5 (PL 171, 1123 D; 176, 96 C), et Hugone, *De sacram.,* I, 7, 9 (PL 176,290 B). — Doctrina autem num. 3 propria Magistri videtur (qua corrigitur illa fontium), de qua vide eius *Glossam* in II Cor. 12,7 (PL 192, 84 D), necnon et sententiam Anselmi Laudum, n. 85, et illam scholae eiusdem, n. 450 (apud O. Lottin, *Psych, et morale,* V, 73s, et 303).

2. **Quae sit exterior tentatio et a quo fiat?** Exterior tentatio est, quando nobis extrinsecus malum visibiliter suggeritur, verbo vel signo aliquo, ut ille cui fit ad peccati consensum declinet. Et talis tentatio tantum fit ab adversario.

3. **Quae sit interior tentatio et a quo fiat?** Interior vero tentatio est, quando invisibiliter malum nobis intrinsecus suggeritur. Et haec tentatio aliquando fit ab hoste, aliquando a carne. Nam et diabolus invisibiliter mala suggerit, et ex carnis corruptione suboritur motus illicitus et titillatio prava. Ideoque tentatio quae est ex carne, non fit sine peccato; quae autem est ab hoste, nisi ei consentiatur, non habet peccatum, sed est materia exercendae virtutis. Tentatio autem carnis interior difficilius vincitur, quia interius oppugnans de nostro contra nos roboratur.

Cap. 7 (128).

1. **Quare homo per alium surgere potuit et non diabolus, et hominis peccatum remediabile, diaboli vero non.** Homo igitur, qui sola exteriori tentatione pulsatus cecidit, tanto gravius plectendus erat, quanto leviori impulsu fuerat prostratus. Et tamen, quia aliquam, licet modicam, cadendi occasionem habuit, idcirco per Dei gratiam iuvari potuit ad veniam, ut qui per alium ceciderat, per alium erigeretur. Qui ergo incitatorem habuit ad malum, non iniuste reparatorem habuit ad bonum. Diabolus vero, quia sine alicuius tentatione peccavit, per alium ut surgeret iuvari non debuit; nec per se potuit, et ideo irremediabile peccatum eius exstitit. Peccatum vero hominis, sicut per alium habuit initium, ita per alium non incongrue habuit remedium.

2. **Quare homo, non angelus, sit redemptus.** Praeterea angelica natura, quoniam non tota perierat, sed ex parte perstiterat, non est redempta; humana vero tota perierat, et ideo ne penitus perderetur, ex parte est redempta, ut inde ruina suppleretur angelica. — Unde **Augustinus** in *Enchiridion* i; « Placuit universitatis creatori et moderatori, ut quoniam non tota multitudo angelorum Deum deserendo perierat, ea quae

3 peccati consensum *trp.* BCLRWX. 5 Rubrica *om.* LNVW. 10 est *om.* OP. 15 vero non] irremediabile BCX, remediabile *add.* OP. 27 penitus] repente *add.* BCOPX, vel repente *add. interi.* T.

1 Cap. 29 (PL 40, 246; CCL 46, 65).

Cap. 7, num. 1. Verba «Homo... erigeretur» (lin. 15-19) mixtim componuntur ex *Summa sent.,* III, 5 (PL 171, 1123 D; 176, 96 C), et Hugone, *De sacram.,* I, 7, 9 (PL 176, 290 C). Conclusio Magistri esse videtur.

perierat in perpetua perditione remaneret; quae autem cum Deo illa deserente perstiterat, de sua certissime cognita semper felicitate gauderet; at vero creatura rationalis quae in hominibus erat, quoniam peccatis atque suppliciis tota perierat, ex parte reparari, unde angelicae societati suppleretur quod ruina illa minuerat. Hoc enim promissum est sanctis, quod erunt *aequales angelis Dei*[1] ».

Cap. 8 (129).

1. **Quod non soli viro praeceptum fuit datum.** Illud etiam notandum est, quod non soli viro praeceptum videtur esse datum, cum ipsa mulier testetur sibi etiam esse mandatum, dicens[2]: *Praecepit nobis Deus* etc. — Supra tamen legitur[3] ante factam mulierem Deum dixisse viro: *De ligno scientiae boni et mali ne comedas;* non dixit: *Ne comedatis.* — **Augustinus, Super Genesim 4**[4]: Forte quia facturus erat mulierem, sic praecepit ut per virum ad mulierem perveniret mandatum: quia mulier, quae subiecta viro fuit, nonnisi mediante viro divinum debuit accipere praeceptum. Unde Apostolus[5]: Si *quid discere voluerint mulieres, domi viros suos interrogent.*

2. **Quomodo loqui potuerunt vel loquentem intelligere. — Augustinus, Super Genesim 6**[6]: Si quaeritur quomodo loqui potuerunt vel loquentem intelligere, qui non didicerant inter loquentes crescendo vel magisterio, dicimus quia Deus eos tales fecerat, qui possent loqui et discere ab aliis si essent.

4 parte] debuit *add.* B, debuit (vel meruit *interi.) add.* C, debuit (vel poterat *interi.) add. V,* poterat *add.* N, voluit *add. mg.* L2, meruit *add.* TW *(interi.).* ‖ reparari] repararetur P, reparata *Aug.,* debuerat *add.* X *(melius subintellige* debuit, *uti supra).* 15 fuit] erat BCV.

1 Resp. Lue. 20, 26; Matth. 22, 30. 2 Gen. 3, 3. 3 Gen. 2, 17. 4 Lib. VIII, c. 17 (PL 34, 387; CSEL 28-1, 257). 5] Cor. 14, 35. 6 Lib. VIII, c. 16, n. 35 (PL 34, 386; CSEL 28-1, 256).

Cap. 8, num. 1: Mixtim ex Hugone, *De sacram.,* I, 7, 5 (PL 176, 288 D-289 A), et *Glossa ordin.* in Gen. 2,17 (apud Lyranum, 1,37c; v 20c). — Num. 2 fundatur super eandem *Glossam* parum infra (37d; 20d).

DISTINCTIO XXII

Cap. 1 (130).

1. **De origine illius peccati.** Hic videtur diligenter investigandum esse quae fuerit origo et radix illius peccati.

2. **Opinio quorundam qui dicunt quandam elationem praecessisse in animo hominis.** Quidam 1 putant quandam elationem in animo hominis praecessisse, ex qua diaboli suggestioni consensit.

3. **Auctoritas Augustini quae videtur facere pro eis.** Quod videtur **Augustinus** innuere, *Super Genesim*2, ita dicens: « Non est putandum quod homo deiceretur, nisi praecessisset in eo quaedam elatio comprimenda: ut per humilitatem peccati sciret quam falso de se praesumpserit, et quod non bene se habet natura si a faciente recesserit ». — Item in eodem 3: « Quomodo verbis tentatoris crederet mulier, Deum se a re bona et utili prohibuisse, nisi inesset eius menti amor ille propriae potestatis et de se superba praesumptio, quae per tentationem fuerat convincenda aut perimenda ? Denique, non contenta suasione serpentis, aspexit lignum bonum esu, decorum aspectu 4; nec credens se inde posse mori, forte putavit Deum alicuius causa significationis illa dixisse. Ideo manducavit, et dedit viro suo, fortassis cum aliqua suasione, quam Scriptura intelligendam reliquit; vel forte non fuit suaderi necesse, cum eam mortuam esse illo cibo non videret vir ».

4 et radix *om.* OP. 5-6 Rubrica *om.* MVW, *abbrev.* R. 8 Rubrica *om.* CMVW. 16 contenta] contempta BCLNT. ‖ suasione] persuasione BCV.

1 Ita (post August.) Beda, *In Gen.* 3,1 (PL 91, 53 B-C; CCL 118A, 59). 2 Lib. XI, c. 5, n. 7 (PL 34, 432; CSEL 28-1, 338). 3 Ibid., c. 30, n. 39 (PL 34, 445; CSEL 28-1, 363s). 4 Resp. Gen. 3, 6: *Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, et pulchrum oculis aspectuque delectabile... et comedit deditque viro suo.*

Cap. 1, num. 1-2: Ex *Summa sent.,* III, 6 (PL 171, 1123 D-1124 A; 176, 96 C, ubi in parte etiam prima auctoritas August, in num. 3. — Num. 3: Ex *Glossa ordin.* in Gen. 3, 1 ac inde in 3, 13 (apud Lyranum, I, 40d, 42b; v 24b, et 24 d, ubi secunda auctoritas Gen. 3, 4 assignatur). — Num. 4 conficitur ex *Glossa ordin.* in Gen. 3, 13, dein in 3, 9, ac iterum in 3, 13 (apud Lyr., I, 42b, 41d, 42b; v 25c, 27a, 25c-26b). — Num. 6 sumitur ex *Summa sent.,* III, 6 (PL 171, 1124 A; 176, 96 D), unde etiam parum infra interpretatio Augustini in num. 7.

4. **Augustinus, Super Genesim: quod aliter locutus est diabolus in muliere quam in serpente.** « Sicut i ergo non est permissus diabolus tentare feminam nisi per serpentem, ita nec virum nisi per feminam »: « ut1 sicut praeceptum Dei per virum venit ad mulierem, ita diaboli tentatio per mulierem transiret ad virum ». « In muliere 3 vero, quae rationalis erat, non est ipse locutus, ut in serpente, sed persuasio eius; quamvis instinctu adiuvaret interius quod per serpentem gerebat exterius ».

5. **Quam intelligentiam quidam trahunt ex verbis praemissis.** Ex praedictis tentationis modus atque progressus insinuatur, necnon et quod praediximus innui videtur, scilicet quod tentationem praecesserit quaedam elatio et praesumptio in mente hominis.

6. **Obiectio contra illos qui dicunt elationem praecessisse in mente.** Quod si ita fuit, non igitur alterius suggestione prius peccavit, cum auctoritas 4 tradat ideo peccatum diaboli incurabile esse, quia non suggestione, sed propria superbia cecidit; hominis vero curabile, quia non per se, sed per alium cecidit, et ideo per alium resurgere potuit.

7. **Quomodo sint intelligenda illa verba hic definit.** Quocirca praedicta Augustini verba pium ac diligentem lectorem efflagitant. Quae sic intelligere sane quimus: 'Non deiceretur homo', scilicet in actum illius peccati, ut scilicet lignum vetitum ederet, et in has miserias per tentationem diaboli, 'nisi elatio comprimenda praecessisset', non utique tentationem, sed opus peccati.

8. **Vide tentationis ordinem.** Talis enim fuit ordinis processus: diabolus tentando dixit3: Si *comederitis, eritis sicut dii, scientes bonum et malum*. Quo audito, statim menti mulieris subrepsit elatio quaedam et amor propriae potestatis, ex quo placuit ei facere quod diabolus suadebat, et utique fecit. Suggestione igitur peccavit, quia tentatio praecessit, ex qua in mente eius orta est elatio, quam peccatum operis secutum est et poena peccati.

1 Aug. super Gen. *om.* BRVW. 5 virum] nisi per feminam *add. (ex l. 3)* OP, *quod exp.* P. 8 Rubrica *om.* BCVWX. 16 resurgere] surgere MNTVW *(Summa Sent.), corr. ex* surgere L. 17 Rubrica *om.* NVW. ‖ definit] distinguit OP. 23 Rubrica *om.* MVW. U processus] processio N, progressus TX.

1 Ibid., c. 27, n. 34 (PL 34, 443; CSEL 28-1, 360). 2 Ibid., c. 34, n. 45 (448; 368). 3 Ibid., c. 27, n. 34 (443; 360). 4 Hoc verbum *Summae sent,* est (ut supra notatur), sed quae auctoritas intelligenda sit non indicatur nec hic nec supra in Tract. II, cc. 3-4 (PL 171, 1109ss; 176, 82ss), ubi agitur de casu angelorum. Cf. tamen Oregorius, *Moralia,* IV, c. 3, n. 8: « Est adhuc aliud, quo et perditus homo reparari debuit, et superbiens spiritus reparari non possit, quia nimirum angelus sua malitia cecidit, hominem vero aliena prostravit » (PL 75, 642 B). s Gen. 3, 5.

Cap. 2 (131).

Quae fuit elatio mulieris. Et talis quidem elatio in mente mulieris pro certo fuit, qua credidit et voluit habere similitudinem Dei cum aequalitate quadam, putans esse verum quod diabolus dicebat 1. Et ideo specialiter mulierem commemorat **Augustinus,** inquiens2: «Quomodo crederet mulier diabolo, nisi esset in mente eius de se superba praesumptio ? » Et quod ibi sequitur, scilicet: « quae per tentationem fuerat convincenda vel perimenda », ad mulierem referendum est, ut intelligatur: 'quae' mulier, non elatio, 'fuerat per tentationem' etc.

Cap. 3 (132).

1. **Quae fuit elatio viri: an crediderit et voluerit quod mulier.** Solet quaeri utrum illa talis elatio et amor propriae potestatis in viro fuerit sicut in muliere.

2. **Quod Adam non fuit seductus sicut mulier, scilicet ut crederet verum quod diabolus suadebat; et tamen in aliquo fuit seductus, scilicet ut veniale putaret peccatum ?** Ad quod dicimus, quia Adam non fuit seductus eo modo quo mulier: non enim putavit esse verum quod diabolus suggerebat. In eo tamen fuisse seductum credi potest, quod commissum veniale putaverit, quod peremptorium erat. Sed nec prior seductus fuit, nec in eo in quo mulier, ut crederet Deum illud lignum ideo tangere prohibuisse, quoniam si tangerent, fierent *sicut dii* 3. Verumtamen praevaricator fuit Adam, ut testatur Apostolus 4. Potuit ergo aliqua elatio menti eius inesse illico post tentationem, ex qua voluit lignum vetitum experiri, cum mulierem non videret mortuam esca illa percepta.

3 pro certo fuit *trp.* BCLRWX. 4 putans] id *add.* LTV, illud *add.* N. 5 Aug. inquiens *trp.* OP. ‖ inquiens] dicens TW. 14-16 Rubrica *om.* VW, *abbrev.* NR. 16 quia] quod CNTV. 19 quod] quia BCOP, *quod corr. C.*

1 Scii. Gen. 3, 5: *Et eritis sicut dii* etc. 2 Supra, p. 439, lin. 13ss. 3 Resp. Gen. 3, 5. 4 Rom. 5, 14: *In similitudinem praevaricationis Adae.*

Cap. 2: In parte sequitur Hugonem, *De sacram.,* I, 7, 10 (PL 176,290 D); deinde exponit verba Augustini. — Cap. 3. Quaestio (in num. 1) quodam modo suggeritur in *Summa sent.,* III, 6 (PL 171, 1125 A-B; 176, 97 D-98 A), et in auctoritate Augustini infra posita, unde etiam conficitur responsio in num. 2. — Num. 3-4: Ex *Glossa* Lomb. in I Tim. 2, 14 (PL 192, 341 A-B).

3. **Auctoritate confirmat quod dixerat.** Unde **Augustinus,** *Super Genesim* i; « Cum Apostolus Adam praevaricatorem fuisse ostendat dicens[23] *In similitudinem praevaricationis Adae,* seductum tamen negat, ubi ait[3]; *Adam non est seductus, sed mulier.* Unde et interrogatus non ait: *Mulier seduxit me,* sed *dedit mihi et comedi*[4]; mulier vero inquit[5]: *Serpens seduxit me* ».

4. **Quam Apostolus vocaverit seductionem, qua mulier, non vir, seducta est — Augustinus**[6]; « Hanc autem seductionem proprie vocavit Apostolus, per quam id quod suadebatur, cum falsum esset, verum putatum est, scilicet quod Deus lignum illud ideo tangere prohibuerit, quia sciebat eos, si tetigissent, sicut deos futuros: tanquam eis divinitatem invideret, qui eos homines fecerat. Sed etsi virum propter aliquam mentis elationem, quae Deum latere non poterat, sollicitavit aliqua experiendi cupiditas, cum mulierem videret accepta illa esca non esse mortuam; nec tamen eum arbitror, si iam spirituali mente praeditus erat, ullo modo credidisse quod diabolus suggerebat ».

Cap. 4 (133).

1. **Quis plus peccavit, Adam vel Eva.** Ex quo manifeste animadverti potest quis eorum plus peccaverit, Adam scilicet vel Eva. Plus enim videtur peccasse mulier, quae voluit usurpare divinitatis aequalitatem, et nimia praesumptione elata, credidit ita esse futurum. Adam vero nec illud credidit, et de poenitentia et Dei misericordia cogitavit, dum uxori morem gerens, eius persuasioni consensit, nolens eam contristare et a se alienatam relinquere, ne periret, arbitratus illud esse veniale, non mortale delictum.

1 Rubrica *om.* LMRVW. 4 ubi] ut BCOPRX. 7 Quam] Quod LT, Quare N. 15 nec] non MWX *(Glossa in I Tim.), corr, in* non R. 19 enim *om.* OP.

1 Lib. XI, c. 42, n. 58 (PL 34, 453; CSEL 28-1, 377). 2 ROm. 5j u. 3 I Tim. 2, 14. 4 Gen. 3, 12. 5 Gen. 3, 13. 6 Ibid., n. 60 (PL 34, 454; CSEL 28-1, 378).

Cap. 4, num. 1. Quaestio sumitur ex *Summa sent.,* III, 6 (PL 171, 1125 A; 176, 97 D) et ex Hugone, *De sacram.,* I, 7, 10 (PL 176, 290 C), unde etiam parum infra argumentum huius numeri. — Num. 2-4: Ex *Glossa* Lombardi in I Tim. 2, 14 (PL 192, 341 C-D), quae quidem conficitur ex commento *Glossae ordin.* in h. L, ut in alia serie notarum indicatur, et inde ex verbis Augustini iam a Floro Lugdunensi collectis in h. 1. (apud *Ven. Bedae opera,* VI, Coloniae 1688, 716). Cf. H. Weisweiler, La *«Summa Sententiarum» source...,* in *Recti, de Théol. anc. et méd.* 6 (1934) 161s.

2. Unde **Augustinus**[1]: « Apostolus inquit[2]; *Adam non est seductus.* Quod utique ita accipi potest, ut intelligatur non esse seductus, prior scilicet; vel in eo in quo mulier, ut scilicet crederet illud esse verum[3]: *Eritis sicut dii;* sed putavit utrumque posse fieri, ut et uxori morem gereret, et per poenitentiam veniam haberet. Minus ergo peccavit, qui de poenitentia et Dei misericordia cogitavit ».

3. **Augustinus, Super Genesim**[4]: «Postquam enim mulier seducta manducavit eique dedit ut simul ederent, noluit eam contristare, quam credebat sine suo solatio contabescere, et a se alienatam omnino interire: non quidem carnali victus concupiscentia, quam nondum senserat, sed amicabili quadam benevolentia, qua plerumque fit ut offendatur Deus ne offendatur amicus. Quod eum facere non debuisse, divinae sententiae iustus exitus indicavit ».

4. **In quo Adam deceptus et in quo non**: « Ergo[5] alio quodam modo ipse etiam deceptus est». «Inexpertus[6] enim divinae severitatis, in eo falli potuit, ut veniale crederet esse commissum ». « Sed[7] dolo illo serpentino quo mulier seducta est, nullo modo arbitror illum potuisse seduci ».

5. Ex his datur intelligi quod mulier plus peccaverit, in qua maioris tumoris praesumptio fuit. Quare etiam in se et in proximum et in Deum peccavit; vir autem tantum in se et in Deum. — **Ex poena etiam plus peccasse probatur mulier**: Inde etiam colligitur quod mulier plus peccaverit, quia gravius punita est, cui dictum fuit[8]; *In dolore paries filios* etc.

7 Rubrica *om.* MRVW. 14 Rubrica *om.* MW, *del.* V. ‖ et *om.* BCX. 21-22 Rubrica *om.* RVW.

i Immo *Glossa ordin.* in I Tim. 2, 14 (apud Lyranum, VI, 119a); verba August, leguntur infra, nn. 3-4. Cf. Haymo Altiss., *In Epist. Pauli,* in h. 1.: *«Adam non est seductus,* subaudis primus» (PL 117, 791 A). Ultima pars citationis (« sed putavit... misericordia cogitavit») legitur *etiam* apud Hugonem, *De sacram.,* I, 7, 10 (PL 176, 291 A), et in *Summa sent.,* III, 6 (PL 171, 1125 B; 176, 98 A). De spe veniae, cf. August., *De Genesi ad Utt.,* XI, c. 31, n. 41 (PL 34, 446; CSEL 28-1, 364s). 2 I Tim. 2, 14. » Gen. 3, 5. 4 Lib. XI, c. 42, n. 59 (PL 34, 453s; CSEL 28-1, 378). s August., ibid., n. 60 (454; 378). « August., *De civit. Dei,* XIV, c. 11, n. 2 (PL 41, 420; CSEL 40-11, 29; CCL 48, 433). 7 August., *De Genesi ad litt.,* XI,c.42, n. 60 (PL 34, 454; CSEL 28-1, 378). 8 Gen. 3, 16.

Num. 5: Ex *Summa sent.,* III, 6 (PL 171, 1125 B-C; 176, 98 A). — Num. 6: Ex *Glossa ordin.* in Gen. 3, 12-13 (apud Lyranum, I, 42a, 42b; v 28a).

6. **Quod praedictae sententiae adversari videtur.** Sed huic videtur contrarium quod **Augustinus,** *Super Genesim* 1, de viro et muliere peccatum suum excusantibus ait: « Dixit Adam2: *Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi et comedi.* Non dicit: *Peccavi.* Superbia enim habet confusionis deformitatem, non confessionis humilitatem ». « Nec etiam mulier confitetur peccatum, sed refert in alterum dicens3; *Serpens decepit me et comedi,* impari sexu, sed pari fastu». Ecce hic dicit **Augustinus** quia parem fastum habuerit mulier cum viro; pariter ergo superbierunt, et pariter peccaverunt.

7. **Determinatio praedictae auctoritatis.** Sed hoc ita determinari potest, ut dicamus parem utriusque fuisse fastum in excusatione peccati, et etiam in esu ligni vetiti; sed disparem et in muliere multo maiorem, in eo quod credidit et voluit esse sicut Deus, quod non vir.

8. **De viro etiam legitur quod voluerit esse sicut Deus.** Verumtamen et de viro legitur quod voluit esse sicut Deus. Dicit enim **Augustinus** 4 super illum locum Psalmi: *Quae non rapui, tunc exsolvebam:* « Rapuit Adam, et Eva, praesumens ut diabolus de divinitate; rapere voluerunt divinitatem, et perdiderunt felicitatem ». — Item, super illum locum 5: *Deus, quis similis tibi?:* « Qui per se vult esse ut Deus, perverse vult esse similis Deo, ut diabolus qui noluit sub eo esse, et homo qui ut servus noluit teneri praecepto, sed voluit ut nullo sibi dominante esset quasi Deus». — Item, super illum Epistolae locum6; *Non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo:* « Quia non usurpavit quod suum non esset, ut diabolus et primus homo ».

9. **Quorundam sententia, quod Adam ambierit esse ut Deus, sed non crediderit possibile.** Ideo quibusdam2 videtur quod etiam Adam ambierit esse sicut Deus, non tamen credidit id fieri posse; et ideo falsum

7 comedi] in *add.* VW, *add. interi.* T. 8 quia] quod NTV. ‖ habuerit] habuit NRTVW. 10 Rubrica om. CNVW. 19 per se] perverse M, corr. *interi, in* perverse02, corr. *ex* perverseT. 23 esse se *trp.* BOPW. 27 credidit] crediderit CMX.

1 Lib. XI, c. 35, nn. 47-48 (PL 34, 449; CSEL 28-1, 369s); unde et verba quae sequuntur. 2 Gen. 3, 12. 3 Gen. 3, 13. *4 Enarr. in Ps. 68,* 5, serm. 1, n. 9 (PL 36, 848; CCL 39, 910). 5 *Enarr. in Ps. 70,* 19, serm. 2, n. 7 (PL 36, 896s; CCL 39, 966). 6 Scii. Phil. 2, 6; sed auctoritas legitur in August., *Enarr. in Ps. 68,* 5, serm. 1, n. 9 (PL 39, 848; CCL 39, 910), quamvis potius ad sensum tantum; cf. etiam *In Ioan.,* tr. 17, n. 16 (PL 35, 1535; CCL 36, 178s). 7 cf. Hugo, *De sacram.,* I, 7, 10 (PL 176, 290 D-291 A).

Num. 8. Conficitur ex *Glossis* Magistri in Ps. 68,5, et in Ps. 70,19 (PL 191, 629 C, 655 A); et in Phil. 2, 6 (PL 192, 233 C); ubi aliqualiter dependet a *Glossa ordin.* in hos locos.

esse quod diabolus promittebat cognovit. Et licet divinitatis aequalitatem concupierit, non tamen adeo exarsit nec tanta est affectus ambitione sicut mulier, quae illud fieri posse putavit, et ideo magis illud ambiendo superbivit. Virum autem aliqua forte ambitionis subreptio movit, sed non ita ut illud putaret verum vel possibile fore.

10. **Aliorum sententia, qui propter Evam de viro sumptam id dictum putant. — Per simile ostendunt.** Aliis 1 autem videtur ideo dictum esse quod Adam illud voluerit, quia mulier de eo sumpta illud voluit: sicut, inquiunt, peccatum dicitur *per unum hominem intrasse in mundum* 2, id est in humanam naturam, cum tamen mulier ante virum peccaverit, quia per mulierem intravit de viro factam. Vel potius ideo per hominem dicitur intrasse, quia etiam peccante muliere, si vir non peccasset, humanum genus minime peccatis corruptum periret. Minus ergo peccavit vir quam mulier.

11. Obiectio contra id quod dictum est, virum minus peccasse. His autem opponi solet hoc modo: « Tribus modis, ut ait Isidorus 3, peccatum geritur, scilicet ignorantia, infirmitate, industria; et gravius est infirmitate peccare quam ignorantia, graviusque industria quam infirmitate. Eva autem videtur ex ignorantia peccasse, quia seducta fuit; Adam vero ex industria, quia non fuit seductus », ut Apostolus ait 4.

12. Responsio qua distinguitur ignorantia Evae, scilicet in quo ignoranter peccaverit et in quo non. Ad quod dicimus quia, licet Eva in hoc per ignorantiam deliquerit, quod putavit verum esse quod diabolus suadebat; non tamen in hoc, quin noverit illud Dei esse mandatum et peccatum esse contra agere. Et ideo excusari a peccato per ignorantiam non potuit.

6-7 Rubricae om. MVW. 6 qui) quod NORT. 22-23 Rubrica *om.* VW, *abbrev.* R. 22 scilicet om. BCLX. 23 et om. BCPX.

1 Cf. Anselmus Cantuar., *De conceptu virginali,* c. 9 (PL 158, 442s). 2 Resp. Rom. 5, 12. Cf. Origenes in h. l. (PG 14, 1009 A-C); August., *De peccat, meritis,* I, c. 9, n. 9 (PL 44, 114; CSEL 60, lOs); *Glossa* Lombardi in h. l. (PL 191, 1388 A-B). 3 *Sententiae,* II, c. 17, nn. 3-4 (PL 83, 620 A-B), ex Gregorio, *Moralia,* XXV, c. 11, n. 28 (PL 76, 339 A). 4 Resp. I Tim. 2, 14.

Num. 11: Ex *Summa sent.,* III, 6 (PL 171, 1125 C; 176, 98 A-B).

Cap. 5 (134).

1. **Quod ignorantia alia excusat, alia non.** Est enim ignorantia quae excusat peccantem, et est ignorantia talis quae non excusat. Est autem ignorantia vincibilis, et ignorantia invincibilis. Excusatio omnis tollitur, ubi mandatum non ignoratur. s

2. **De triplici ignorantia: quae excuset et quae non.** Est autem ignorantia triplex: et eorum scilicet qui scire nolunt cum possint: quae non excusat, quia et ipsa peccatum est; et eorum qui volunt, sed non possunt: quae excusat, et est poena peccati, non peccatum; et eorum qui quasi simpliciter nesciunt, non renuentes vel proponentes scire: quae neminem 10* plene excusat, sed sic fortasse ut minus puniatur. — **Augustinus: Ubi non sit excusatio:** Unde **Augustinus,** *Ad Valentinum* E « Eis aufertur excusatio, qui mandata Dei noverunt, quam solent habere homines de ignorantia. Et licet gravius sit peccare scienter quam nescienter, non ideo tamen confugiendum est ad ignorantiae tenebras, ut 13 in eis quisquam excusationem requirat. Aliud est enim nescisse, aliud scire noluisse». «Quia2 in eis qui intelligere noluerunt, ipsa ignorantia peccatum est; in eis vero qui non. potuerunt, poena peccati ». « Ignorantia 3 vero quae non est eorum qui scire nolunt, sed eorum qui tanquam simpliciter nesciunt, nullum sic excusat ut aeterno igne non ardeat, sed 20 fortasse ut mitius ardeat ». — Non igitur mulier excusationem habuit de ignorantia, cum et mandatum noverit, et peccatum esse secus agere non ignoraverit.

3. **Unde processerit consensus illius peccati, cum natura hominis esset incorrupta.** Solet etiam quaeri, cum sine vitio esset natura hominis, 25 unde consensus mali processerit. — **Responsio:** Ad quod responderi potest quia ex libero arbitrio voluntatis fuit. Et in ipso enim et in alio causa exstitit ut fieret deterior. In alio, quia in diabolo qui suasit; in

3 autem *om.* LMNX. 12 excusatio] excusabile BCX. 15 confugiendum] fugiendum RVX. 19 nolunt CNV *(Glossa),* volunt *alii.* ‖ eorum *om.* LNW, *mg.* R. 21 mitius] minus BCLP. 26 Responsio *om.* LMRVWX.

1 *De gratia et lib. arbitrio,* c. 3, n. 5 (PL 44, 884s). 2 *Epist. 194 (ad Sixtum),* c. 6, n. 27 (PL 33, 883; CSEL 57, 197). 3 *De gratia et lib. arbitrio,* c. 3, n. 5 (PL 44, 885).

Cap. 5. Cf. L. Ott, *Untersachungen zur theol. Briefliteratur der Friiiischolastik,* 539-547. De influxu huius capituli in canonistas, cf. S. Kuttner, *Kanonistische Schuldiehre von Gratian bis auf die Dekretalen Gregors IX,* Studi e testi 64, Vaticano 1935,138-148. — Num. 2: Auctoritates sumuntur ex Glossa Magistri in Rom. 2, 12 (PL 191, 1343 C-D).

ipso, quia voluntate liberi arbitrii consensit. Et cum liberum arbitrium sit bonum, ex re utique bona malus ille consensus provenit, et ita ex bono malum manavit. De hoc autem in sequenti [1] plenius tractabimus, cum origo mali, et in qua re coalescat, investigabitur.

Cap. 6 (135).

An voluntas praecesserit illud peccatum. Si vero quaeritur utrum voluntas illud peccatum praecesserit, dicimus quia peccatum illud et in voluntate et in actu constitit, et voluntas actum praecessit. Sed ipsam voluntatem alia hominis voluntas mala non praeiit; atque ex diaboli persuasione et hominis arbitrio illa voluntas mala prodiit, qua iustitiam deseruit et iniquitatem inchoavit; et ipsa voluntas iniquitas fuit.

DISTINCTIO XXIII

Cap. 1 (136).

1. **Quare Deus permiserit hominem tentari, sciens eum casurum. — Augustinus, Super Genesim** [2]. Praeterea quaeri solet « cur Deus hominem tentari permiserit, quem decipiendum esse praesciebat. — Sed non esset laudabile homini si ideo bene vivere posset, quia nemo male vivere suaderet, cum in natura posse et in potestate haberet velle non consentire suadenti, Deo iuvante »; « et est [3] gloriosius non consentire quam tentari non posse ».

2. **Quare Deus creavit quos praesciebat futuros malos.** « Moventur [4] etiam quidam dicentes: Cur creavit Deus quos futuros malos praesciebat? — Quia praevidit quid boni de malis eorum esset facturus. Sic enim eos fecit, ut relinqueret eis unde aliquid facerent; et si culpabiliter aliquid

8 constitit] consistit LRV. 15 Aug. Super Oen. *om.* BMRW. ‖ Super Gen. *om.* CX. 21 Rubrica *om.* CRW, *in lac.* M, *mg.* V2.

1 In Dist. 34 (p. 525ss). 2 Lib. XI, c. 4, n. 6 (PL 34, 431; CSEL 28-1, 337). 3 Ibid., c. 6, n. 8 (432; 339). 4 Ibid., c. 9, n. 12 (434; 342).

Cap. 6. Cf. *Summa sent.,* III, 6, ubi quaestio proponitur eisdem verbis (PL 171, 1124 D; 176, 97 C); responsio autem potius Magistri est.

Cap. 1: Totum confectum ex *Glossa ordin.* in Gen. 3,1 (apud Lyranum, 1,40c-d; v 24a-d). Quaestio agitur etiam in *Summa sent.,* III, 6 (PL 171, 1126 A; 176, 98 C).

facerent, ilium de se laudabiliter operantem invenirent. A se habent voluntatem malam, ab illo naturam bonam et iustam poenam ». « Frustra [1] igitur dicitur: 'non deberet Deus creare quos praesciebat malos futuros'; sciebat enim bonis profuturos et iuste pro mala voluntate puniendos ».

3. Addunt etiam: «Talem[2] hominem deberet facere, qui nollet omnino peccare. — Concedimus quidem meliorem naturam esse, quae omnino peccare nollet. Concedant et ipsi non esse malam, quae talis facta est ut posset non peccare si vellet; et iuste punitam, quae voluntate, non necessitate peccavit. Cum ergo haec bona sit, illa melior, cur non utramque faceret, ut uberius laudaretur de utraque ? Illa enim de sanctis angelis, haec de hominibus est ».

4. Item inquiunt: «Si Deus [3] vellet, et isti boni essent. — Et hoc quidem concedimus; sed melius voluit ut quod vellent essent, et boni quidem non infructuose, mali vero non impune essent ».

5. Item inquiunt: « Posset [4] Deus voluntatem eorum vertere in bonum, quia omnipotens est. — Posset revera. Cur non fecit ? Quia noluit. Cur noluit ? Ipse novit. Non debemus *plus sapere quam oportet* [5]».

Cap. 2 (137).

Hic qualis secundum animum, et agit de scientia hominis ante peccatum. Et quidem secundum animum rationalis fuit homo, habens discretionem boni et mali. Scientiam quoque rerum creatarum et cognitionem veritatis, quae primae perfectioni congruebat, mox conditus non incongrue accepisse putatur; et ad illam non studio vel disciplina aliqua per intervallum temporis profecisse, sed ab exordio suae conditionis divinitus illam percepisse.

Cap. 3 (138).

1. Quod triplicem habuit homo ante lapsum cognitionem, scilicet rerum propter se factarum et Creatoris et sui. Fuitque homo primus ante

4 bonis] bonos BMV, *quod corr.* V. 9 haec *interi.* O, om. P. || sit) ista *add. interi.* P. 12 isti] illi OP. 20 animum] animam LNTV, *quod corr.* NV, *corr. interi.* T. 27 habuit] habuerit BTX.

[1] Ibid., c. 6, n. 8 (432s; 339s). [2] Ibid., c. 7, n. 9 (433; 340). [3] Ibid., c. 9, n. 12 (434; 342). [4] Ibid., c. 10, n. 13 (434; 342). [5] ROm. 12, 3.

Cap. 2. Tam rubrica quam textus (aliquibus omissis) ex Hugone, *De sacram.,* 1,6,12 (PL 176, 270 C-D). — Cap. 3 conflatur ex verbis Hugonis, *De sacram.,* 1,6; et quidem num. 1, ex c. 12; num. 2-3, ex c. 13; num. 4, ex c. 14; num. 5, ex c. 15 (PL 176, 270 D-272 A).

lapsum triplici cognitione praeditus, rerum scilicet propter se factarum, et Creatoris, et sui.

2. De cognitione rerum creatarum. Rerum quippe cognitionem hominem accepisse, perspicuum est, cum non ipse Creator vel angelus aliquis, sed homo omnibus animantibus nomina imposuerit 1, ut ostenderetur quod singulorum notitiam homo ipse habuit. Quae enim propter illum creata erant et ab illo regenda et disponenda erant, horum omnium Deus illi et scientiam tribuit et providentiam atque curam reliquit, quia ut ait Apostolus 2: *non est cura Deo de bobus.* Quorum aliorumque animalium Deus homini curam reliquit et providentiam, ut dominationi eius subicerentur et ratione illius gubernarentur, ut sciret illis necessaria providere, a quibus emolumentum debebat recipere.

3. **In scientia dispositionis et providentiae rerum non instruit hominem Scriptura, sicut nec in scientia providendi carni necessaria, sed in scientia animae, et quare.** Hanc autem scientiam homo peccando non perdidit, sicut nec illam qua carnis necessaria providentur; et idcirco in Scriptura homo de huiusmodi non eruditur, sed de scientia animae, quam peccando amisit.

4. **De cognitione Creatoris.** Cognitionem quoque Creatoris primus homo habuisse creditur. Cognovit enim a quo creatus fuerat, non eo modo cognoscendi quo *ex auditu* solo percipitur *i,* quo modo a credentibus absens quaeritur, sed quadam interiori aspiratione qua Dei praesentiam contemplabatur; non tamen ita excellenter sicut post hanc vitam sancti visuri sunt, neque ita *in aenigmate* 4 qualiter in hac vita videmus.

5. **De sui cognitione.** Porro sui cognitionem idem homo talem accepisse videtur, ut et quid deberet superiori, et quid aequali et inferiori, non ignoraret. Conditionem quoque suam et ordinem, scilicet qualis factus esset et qualiter incedere deberet, quid agere, quid cavere, intellexit. Si horum notitiam non habuisset, non esset reus praevaricationis, neque se ipsum cognovisset.

3 Rubrica *om.* RVWX. 5 animantibus] animalibus LNW. 6 habuit] habuerit LMNT. 13-15 Rubrica *om.* RVW. 14 carni] carnis BCX. 16 providentur] providerentur LMTX. 21 ex *om.* MNTW. 25 sui cognitionem *trp.* NRT *(Hugo).* 28 quid2] etiam *add.* MNW.

1 Resp. Gen. 2, 19-20. 2 i Cor. 9, 9: *Numquid de bobus cura est Deo?* 3 Resp. Rom. 10, 17: *Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi.* 4 Resp. I Cor. 13, 12: *Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem.*

Cap. 4 (139).

Utrum homo praescius fuerit eorum quae sibi futura erant. — Responsio qua dicitur non habuisse futurorum praescientiam. Si autem quaeritur utrum homo scientiam habuerit eorum quae circa eum ventura erant, id est si ruinam suam praesciverit, et similiter si praesciverit bona quae habiturus fuisset si in obedientia perstitisset; responderi potest quod ei magis facienda indicta sunt quam futura revelata. Accepit enim scientiam et praeceptum eorum quae facienda fuerant, sed non habuit praescientiam eorum quae futura erant. Non fuit ergo homo praescius sui casus, sicut et de angelo diximus; quod **Augustinus,** *Super Genesim* i, asserit, ratione utens quam supra posuimus2. — Haec de scientia hominis, quantum ad primum statum pertinet, dixisse sufficiat.

DISTINCTIO XXIV

Cap. 1 (140).

1. **De gratia hominis et potentia ante casum.** Nunc diligenter investigari oportet quam gratiam vel potentiam habuit homo ante casum, et utrum per eam potuerit stare vel non.

2. **Quod in gratia creatus fuit, per quam potuit stare, sed non proficere, ut angeli.** Sciendum est igitur quod homini in creatione, sicut de angelis diximus 3, datum est per gratiam auxilium, et collata potentia

4 habuerit] habuit OPV. 5 praesciverit2] praescierit BCLMRW (Hugo). 17 potuerit] potuit BCN. 18-19 Rubrica *om.* MNW.

1 Lib. XI, cc. 17-19 (PL 34, 438s; CSEL 28-1, 349-352). 2 In Dist. 4, nn. 2-4 (p. 349s). 3 In Dist. 5, c. 5 (p. 353).

Cap. 4 eodem modo sumitur ex Hugone, ibid., c. 15 (PL 176, 272 B-C), praeter quaedam circa finem textus.

Dist. XXIV. Cf. J. Schupp, *Die Gnadenlehre des Peirus Lombardus,* 57-66. — Cap. 1. Hic Magister sequitur (in num. 1-2) quaestionem prout ponitur in *Summa sent.,* III, 7 (PL 171, 1126 B; 176, 98 D); cui (in num. 3) addit auctoritates Augustini; inde de eadem *Summa* alias sumpsit in num. 4. — Deinde num. 6-7 fundantur usque ad quaedam verba super eandem (PL 171, 1126 D; 176, 99 B). Vide etiam sententiam Anselmi Laudun. vel eius scholae, n. 169 (apud O. Lottin, *Psych, et morale,* V, 123s). — Ad num. 8 cf. *Glossa* Lombardi in Ps. 33, 15 (PL 191, 343 A).

per quam poterat stare, id est non declinare ab eo quod acceperat; sed non poterat proficere in tantum, ut per gratiam creationis sine alia mereri salutem valeret. Poterat quidem per illud auxilium gratiae creationis resistere malo, sed non perficere bonum. — **Quod poterat per illam creationis gratiam bene vivere quodam modo.** Poterat tamen per illud bene vivere quodam modo, quia poterat vivere sine peccato; sed non poterat sine alio gratiae adiutorio spiritualiter vivere, quo vitam mereretur aeternam.

3. Unde **Augustinus** in *Enchiridion* 1; « Sic factus est homo rectus[2]; ut et manere in ea rectitudine posset, non sine divino adiutorio, et suo fieri perversus arbitrio: utrumlibet horum elegisset, Dei voluntas fieret, vel ab illo, vel de illo. Et quia suam maluit facere voluntatem quam Dei, de illo facta est voluntas Dei». — Item in eodem[3]; «Sic oportebat prius hominem fieri, ut et bene posset velle et male; nec frustra si bene, nec impune si male ».

4. **Augustinus.** Idem quoque in libro *De correctione et gratia*[4] ait: « Si hoc adiutorium vel angelo vel homini, cum primum facti sunt, defuisset: quoniam non talis natura facta erat ut sine divino auxilio posset manere si vellet, non utique sua culpa cecidisset: defuisset quippe adiutorium sine quo manere non posset ». — Idem[5]: « Dederat Deus homini bonam voluntatem: in illa quippe eum fecerat rectum; dederat adiutorium sine quo non posset in ea manere si vellet, et per quod posset; ut autem hoc vellet, in eius dimisit arbitrio». — In eodem[6]: «Acceperat posse si vellet, sed non habuit velle quo posset; nam si habuisset, perseverasset ». His testimoniis evidenter monstratur quod homo rectitudinem et bonam voluntatem in creatione accepit, atque auxilium quo stare poterat: alioquin non sua culpa videretur cecidisse.

5. **Qualis fuerit illa rectitudo et bonitas voluntatis in qua creatus est.** Sed quomodo rectam et bonam voluntatem habuit homo, si per eam nec mereri vitam valuit, nec ea stare voluit ? — Quia nec aliquid mali ea tunc volebat, et ad tempus stare voluit, sed non perseveranter; et ideo recta et bona fuit tunc voluntas hominis.

16 correctione] correptione L. 18 auxilio] adiutorio TX *(Aug., Summa Sent.).* 26 accepit] acceperit CTVX. 29 habuit] habuerit MNT.

1 Cap. 107 (PL 40, 282; CCL 46, 107). 2 Resp. Eccl. 7, 30: *Solummodo hoc inveni, quod jecerit Deus hominem rectum.* 3 Cap. 105 (PL 40, 281; CCL 46, 106). 4 Scii. *De correptione et gratia,* c. 11, n. 32 (PL 44,935s). 5 Ibid. (935). 6 Ibid. (936).

6. **Oppositio contra illud quod dictum est, hominem non potuisse proficere.** Ad hoc autem quod diximus, hominem non potuisse proficere vel mereri per gratiam creationis, solet opponi sic: Per illud auxilium gratiae creationis potuit stare in bono quod acceperat: potuit ergo resistere tentationi; sed resistere tentationibus atque suggestionibus malis meritum est ac bonum remunerabile; omne autem bonum meritum profectus est; per gratiam igitur creationis proficere potuit, sine adiectione alterius gratiae.

7. **Responsio.** Ad quod dicimus quia resistere malo et non consentire tentationi non fecisset illi meritum etsi non consensisset, quia nihil in eo erat quod ad malum impelleret; sicut angelis qui non ceciderunt, non fuit meritum quod steterunt, id est quod non corruerunt.

8. **Quod resistere malo aliquando meritum est, aliquando non.** Nobis autem meritum est aliquando si malum non facimus, sed resistimus: ibi dumtaxat ubi causa subest quae nos facere movet; quia ex peccati corruptela proni sunt ad lapsum gressus nostri 1. Ubi autem non intervenit causa nos ad malum impellens, non meremur si ab eo declinamus. Declinare enim a malo semper vitat poenam, sed non semper meretur palmam.

Cap. 2 (141).

De adiutorio homini in creatione dato quo stare poterat. Hic considerandum est quod fuerit illud adiutorium homini datum in creatione, quo poterat manere si vellet. — Illud utique fuit libertas arbitrii ab omni labe et corruptela immunis, atque voluntatis rectitudo, et omnium naturalium potentiarum animae sinceritas atque vivacitas.

Cap. 3 (142).

1. **De libero arbitrio.** Liberum vero arbitrium est facultas rationis et voluntatis, qua bonum eligitur gratia assistente, vel malum eadem desi-

9 Responsio *om.* MNVW. 10 etsi] etiam si BTW. ‖ consensisset] concessisset LMORW, *quod corr.* LW. 13 Rubrica *om.* MVW. 15 nos] id *add.* LMNTVW, *add. interi.* R. 18 enim] autem OP.

1 Resp. Gen. 8, 21: *Sensus enim et cogitatio humani cordis in malum prona sunt.*

Cap. 2. Cf. sententiae Anselmi Laudun. eiusque scholae, n. 172 (apud O. Lottin, *Psych, et morale,* V, 124s).

Cap. 3. Definitio liberi arbitrii sumitur ex *Summa sent.,* III, 8 (PL 171, 1129 B; 176, 101 C), ubi tamen legitur: «est habilitas rationalis voluntatis»; quae definitio sumitur, ut

stente. Et dicitur 'liberum' quantum ad voluntatem, quae ad utrumlibet flecti potest; 'arbitrium' vero quantum ad rationem, cuius est facultas vel potentia illa, cuius etiam est discernere inter bonum et malum. Et aliquando quidem, discretionem habens boni et mali, quod malum est eligit; aliquando vero quod bonum est. Sed quod bonum est nisi gratia adiuta non eligit; malum vero per se eligit. Est enim in anima rationali voluntas naturalis, qua naturaliter vult bonum, licet tenuiter et exiliter nisi gratia iuvet; quae adveniens iuvat eam et erigit ut efficaciter velit bonum. Per se autem potest velle malum efficaciter. Illa igitur rationalis animae potentia, qua velle bonum vel malum potest, utrumque discernens, liberum arbitrium nuncupatur.

2. **Quod bruta animalia non habent liberum arbitrium, sed appetitum sensualitatis.** Quod bruta animalia non habent, quia ratione carent; habent tamen sensum et appetitum sensualitatis.

Cap. 4 (143).

De sensualitate. Est enim sensualitas quaedam vis animae inferior, ex qua est motus qui intenditur in corporis sensus, atque appetitus rerum ad corpus pertinentium.

Cap. 5 (144).

1. **De ratione, quae habet duas partes quantum ad officia.** Ratio vero vis animae est superior, quae, ut ita dicamus, duas habet partes vel

10 velle *om.* MNX. 12-13 Rubrica *om.* NRW.

videtur, ex Hugone, *Miscell.,* I, n. 175 (PL 177, 574 A). Cf. O. Lottin, *Libre arbitre et liberte depuis saint Anselme jusqu'à la fin du XIIIe siècle,* in *Psych, et morale,* I, 28s. Doctrina Magistri fundari videtur in schola Anselmi Laudunensis; ex. gr.: « Libertas arbitrii est liberum ex voluntate iudicium. Iudicium vero est discretio et deliberatio rationis, utrum hoc scilicet vel illud sit faciendum vel non faciendum. Liberum, quia sine coactione potest ratio inflecti ad utrumque; per se quidem ad malum, auxilio autem gratiae ad bonum; ut, sicut omnia mala corruptioni nostrae, sic omnia bona attribuantur gratiae », in *Summa « Voluntas Dei »* (apud O. Lottin, *Psych, et morale,* V, 345, lin. 128-133). — Num. 2: Ex *Summa sent.,* ibid., parum infra.

Cap. 4. Cf. O. Lottin, *Les mouvements premiers de l'appetit sensitif de Pierre Lombard à saint Thomas d'Aquin,* in *Psych, et morale,* II, 494ss; necnon et. eiusdem *Les «Sentences» de Guillaume de Champeaux,* n. 244, in *Psych, et morale,* V, 201. — Cap. 5, num. 1-3 conflantur ex auctoritatibus Augustini subductis in num. 4-5.

differentias: superiorem et inferiorem. Secundum superiorem supernis conspiciendis vel consulendis intendit; secundum inferiorem ad temporalium dispositionem prospicit.

2. **Quid ad rationem pertineat.** Quidquid ergo in anima nostra nobis considerantibus occurrit, quod non sit commune cum bestiis, ad rationem pertinet; quod autem in ea reperis commune cum beluis, ad sensualitatem pertinet.

3. **Ubi in anima incipit ratio.** Et ubi nobis gradatim in consideratione partium animae progredientibus primum aliquid occurrit quod non est commune cum bestiis, ibi incipit ratio.

4. Haec autem **Augustinus** docet in XII libro *De Trinitate* [1], ita dicens: « Videamus ubi sit quasi quoddam hominis exterioris interiorisque confinium. Quidquid enim habemus in animo commune cum pecore, recte dicitur ad exteriorem hominem pertinere. Non enim solum corpus homo exterior deputabitur, sed adiuncta quadam vita sua, qua compages corporis et omnes sensus vigent, quibus instructus est ad exteriora sentienda ». « Ascendentibus [2] igitur introrsum quibusdam gradibus considerationis per animae partes, ubi incipit aliquid occurrere quod non sit nobis commune cum bestiis, ibi incipit ratio, ubi homo interior iam possit agnosci ».

5. **De partibus rationis. — Augustinus**: « Rationis [3] autem pars superior aeternis rationibus conspiciendis vel consulendis adhaerescit; portio inferior ad temporalia gubernanda deflectitur ». Et « illa [4] rationis intentio qua contemplamur aeterna, sapientiae deputatur; illa vero qua bene utimur rebus temporalibus, scientiae deputatur». «Cum [5] vero disserimus de natura mentis humanae, de una quadam re disserimus; nec eam in haec duo quae commemoravi, nisi per officia geminamus ». — « Carnalis [6] autem vel sensualis animae motus qui in corporis sensus intenditur, nobis pecoribusque communis est; qui seclusus est a ratione sapientiae, rationi autem scientiae vicinus est ».

4 Rubrica *om.* NVW. 6 beluis] bestiis LNVW, *quod corr.* W. 8 Rubrica *om.* NVW. 12-13 interiorisque] et interioris LOPWX. 21 Rubricae *om.* MNRW. 24-25 illa... deputatur *om.* C, *mg.* OV.

1 Cap. 1, n. 1 (PL 42, 997; CCL 50, 356). 2 ibid., c. 8, n. 13 (PL 42, 1005; CCL 50, 368). 3 ibid., c. 7, n. 12 (1005; 367). 4 Ibid., c. 14, n. 22 (1009; 375). 5 Ibid., c. 4, n. 4 (1000; 358). 6 Ibid., c. 12, n. 17 (1007; 371).

Cap. 6 (145).

Quod talis est ordo peccandi vel cadendi in nobis, qualis in primis hominibus. Illud quoque praetermittendum non est, quod talis nunc in uno homine tentationis est ordo et progressio, qualis tunc in primis
s praecessit parentibus.

Cap. 7 (146).

Quod in nobis est mulier et vir et serpens, et quomodo. Ut enim tunc serpens mulieri malum suasit ipsaque consensit, deinde viro suo dedit, sicque consummatum est peccatum; ita et nunc in nobis pro ser-
io pente est sensualis motus animae, pro muliere inferior portio rationis, pro viro superior rationis portio. Et hic est *vir* qui secundum Apostolum 1 dicitur *imago et gloria Dei;* et illa est *mulier* quae secundum eundem dicitur *gloria viri.*

Cap. 8 (147).

is 1. **De spirituali coniugio viri et mulieris in nobis.** Atque inter hunc virum et hanc mulierem est velut quoddam spirituale coniugium naturalisque contractus, quo superior rationis portio quasi vir debet praeesse et dominari; inferior vero quasi mulier debet subesse et obedire. Ideo vir, secundum Apostolum2, non debet habere velamen, sed mulier.

2 est *om.* LOPV. ‖ qualis] fuit *add.* NRVW. 4 uno] unoquoque BCTV. 7 Rubrica *om.* NRW.

1 Resp. I Cor. 11, 7; cf August., *De Trinit.,* XII, c. 7, n. 10 (PL 42, 1003s; CCL 50, 364s). 2 Resp. I Cor. 11, 7-10.

Cap. 6-12. Haec analogia fundatur super verba Augustini in *De Genesi contra Manich.,* II, c. 11, n. 15 (PL 34,204), iam inventa in *Glossa* Magistri in I Cor. 11,8-10 (PL 191,1633 D); et c. 14, n. 21 (PL 34, 207), quae leguntur infra in c. 12, num. 5. Praeter *Glossam* iam citatam (PL 191, 1633 B-1634 D), cf. Sent, scholae Anselmi Laudun., nn. 452-453 (apud O. Lottin, *Psych, et morale,* V, 304); P. Abaelardus, *Ethica,* c. 3: «Ad operationem peccati per haec tria frequenter deducimur, sicut in primis contigit parentibus» (PL 178, 645 D); necnon et Hugo, *De sacram., I, 8,* 13 (PL 176, 315 C-316 A). — Cap. 7. Cf. eadem *Glossa* Lombardi in I Cor. 11, 8-10: «Da memoriae quia secundum quosdam sensualis motus animae est pro serpente, inferior portio rationis pro muliere, superior portio rationis est pro viro» (PL 191, 1634 B).

2. **De adiutorio simili.** Et sicut in cunctis animalibus non est repertum homini *adiutorium simile sibi,* sed de illo sumptum, quod ei formaretur in coniugium; ita in partibus animae quas cum pecoribus habemus communes, nullum menti nostrae simile est adiutorium.

3. **Testimonio Augustini ita esse ostendit.** Unde Augustinus in eodem 2; « Illum nostrum quod in actione temporalium tractandorum ita versatur ut non sit nobis commune cum pecore, rationale est quidem, sed ex illa rationali mente, qua subhaeremus intelligibili et incommutabili veritati, tanquam ductum, et inferioribus tractandis gubernandisque deputatum est. Sicut enim in omnibus pecoribus non est inventum viro *adiutorium simile* illi, nisi de illo detractum in coniugium formaretur; ita menti nostrae, qua supernam consulimus veritatem, nullum est ad usum rerum temporalium, quantum naturae hominis sat est, simile adiutorium ex animae partibus quas communes cum pecoribus habemus. Ideoque rationale nostrum, non ad unitatis divortium separatum, sed in auxilium societatis quasi derivatum, in suo dispertitur officio. Et sicut una caro est duorum in masculo et in femina, sic intellectum nostrum et actionem, sive rationem et appetitum rationalem, vel si aliquo modo significantius dici possunt, una mentis natura complectitur: ut sicut de illis dictum est 3; *Erunt duo in carne una,* sic de his dici possit: duo in mente una ». — Ecce ex his intelligi potest qualiter in anima hominis exsistat imago illius coniugii, et qualiter in singulis nostrum spiritualiter sint illa tria, scilicet vir, mulier, serpens.

Cap. 9 (148).

1. **Qualiter per illa tria in nobis consummetur tentatio.** Nunc superest ostendere quomodo per haec tria in nobis consummetur peccatum: ubi agnosci poterit, si diligenter intendatur, quid sit in anima mortale vel veniale peccatum.

2. Ut enim ibi serpens suasit mulieri, et mulier viro, ita et in nobis sensualis motus, cum illecebram peccati conceperit, quasi serpens suggerit mulieri, scilicet inferiori parti rationis, id estrationi scientiae; quae

1 Rubrica *om.* NVW. 2 sibi *om.* LMTWX, *interi.* R. 11 in *om.*OPX, *interi.* R. 13 sat] satis TV *(Aug.), quod corr.* T. 21 ex *om.* OP.

1 Resp. Gen. 2, 18. - *De Trinit.,* XII, c. 3, n. 3 (PL 42, 999s;CCL 50, 357s). 3 Gen. 2, 24.

Cap. 9-12. Cf. A. Landgraf, *Partes animae, norma gravitatis peccati,* in *Bohoslavia* 2 (1924) 97-117, 269-295. — Cap. 10-11. Quaedam ad verba in eadem *Glossa* Lombardi (PL 191, 1634 C).

si consenserit illecebrae, mulier edit cibum vetitum. Post de eodem dat viro, cum superiori parti rationis, id est rationi sapientiae, eandem illecebram suggerit; quae si consentit, tunc vir etiam cum femina cibum vetitum gustat.

3. **Quando peccatum sit veniale.** Si ergo in motu sensuali tantum peccati illecebra teneatur, veniale ac levissimum est peccatum.

Cap. 10 (149).

Quando mulier sola manducat cibum vetitum. Si vero inferior pars rationis consenserit, ita ut sola cogitationis delectatione, sine voluntate perficiendi teneatur, mulier sola manducavit, non vir, cuius auctoritate cohibetur voluntas ne ad opus usque perveniat.

Cap. 11 (150).

Quando etiam vir manducat: quando est mortale peccatum. Si vero adsit plena voluntas perficiendi, ut si adsit facultas, ad effectum perducatur, vir quoque manducat, quia superior pars rationis illecebrae consensit; et tunc est damnabile et grave peccatum.

Cap. 12 (151).

1. **In gustu mulieris discerne: aliquando mortale, aliquando veniale.** Quando autem mulier sine viro, gustat, aliquando est mortale, aliquando veniale peccatum. Ut enim dictum est 1, tunc mulier sine viro gustat, cum ita delectatione cogitationis peccatum tenetur, ut faciendum non decernatur; vel cum quidam terminus et mensura peccato adhibetur a viro, ut non liceat mulieri effrenata libertate in peccatum progredi. —1 **Repetit quando mulier sine viro gustat, ubi ostendit quando veniale sit et quando mortale.** Si ergo peccatum non diu teneatur delectatione cogitationis, sed statim ut mulierem tetigit, viri auctoritate repellatur, veniale est. Si vero diu in delectatione cogitationis teneatur, etsi voluntas perficiendi desit, mortale est; et pro eo damnabitur simul vir et mulier, id est totus homo, quia et tunc vir non sicut debuit mulierem cohibuit; unde potest dici consensisse.

5 Rubrica *om.* NVW. 8 Rubrica *om.* NVW. ‖ sola *om.* BCX. 13 Rubrica oni.NVW. 16 consensit] consentit LMNRVW. 24-25 Rubrica *om.* MNRV. 25 ergo] vero BCTX. 26 repellatur] repellitur LMNTVW. 28 simul] similiter BCOPW, *quod corr.* W. 29 et *om.* BCWX.

1 Sub cap. 10.

2. **Repetitio summam perstringens.** Itaque, ut breviter summam perstringam, quando peccatum ita in anima concipitur ut illud facere disponat vel etiam perficiat, aliud frequenter, aliud vel semel, vel etiam quando delectatione cogitationis diu tenetur, mortale est. Cum vero in sensuali motu tantum est, ut praediximus 1, tunc levissimum est, quia ratio tunc non delectatur.

3. **Quare dixerit 'frequenter' vel 'semel'?** Ideo autem supra dixi 2; 'aliud frequenter, aliud semel', quia quaedam sunt quae si tantum semel fiant vel facienda disponantur, damnant; quaedam vero nonnisi saepius fiant vel facienda decernantur, ut de otioso verbo et huiusmodi.

4. **Augustinus in auctoritate ita esse confirmat.** Haec autem Augustinus in XII libro *De Trinitate* 3 tradit ita: « Sicut in illo coniugio primorum hominum serpens manducandum persuasit, mulier autem non manducavit sola, sed viro suo dedit et simul manducaverunt; ita et in quodam secreto coniugio quod in uno homine geritur et dignoscitur, cum rationi scientiae, quae in rebus temporalibus agendis ratiocinandi vivacitate versatur, animalis sensus ingerit quandam illecebram, tunc velut serpens alloquitur feminam; huic autem illecebrae consentire, de ligno vetito est edere ». — **Quando sola mulier gustat.** « Sed iste consensus si sola cogitationis delectatione contentus est, superiori vero auctoritate ita retinentur membra ut non exhibeantur *arma iniquitatis peccato* sic habendum aestimo velut lignum vetitum mulier sola comederit ». — **Quando mulier cum viro gustat.** « Si autem in consensu illo ita decernitur quodque peccatum, ut si potestas sit, etiam opere impleatur, intelligenda est mulier dedisse viro suo simul edendum illicitum cibum. Neque enim potest peccatum, non solum cogitandum suaviter, verum etiam perpetrandum efficaciter mente decerni, nisi et illa mentis intentio penes quam summa potestas est membra in opus movendi vel ab opere cohibendi, malae actioni cedat ». — **Utrum sit mortale quod in sola delectatione tenetur cogitationis.** « Nec sane cum sola cogitatione mens oblectatur illicitis, non quidem decernens esse facienda, tenens tamen et volvens libenter quae statim ut attigerunt animum, respui

7 Rubrica *om.* MNVW. 8 quia] ut quibusdam placet *add.* LNTVW, *add. interi.* R. 11 Rubrica *om.* NVW. ‖ Augustinus] Quod OP, *sed corr.* O. ‖ confirmat] firmat M, affirmat O, asserit T. ‖ autem *om.* BNT. 19 Rubrica *om.* NVW. 23 Rubrica *om.* NRVW. 25 impleatur] compleatur LT *(Aug.)*. 32 volvens *Aug.*, volens *codd. (sed corr.* TV).

i In cap. 9, n. 3. 2 Parum supra, in numero praecedenti. 3 Cap. 12, nn. 17-18 (PL 42, 1007s; CCL 50, 371ss), unde totus numerus 4. 4 Resp. Rom. 6, 13.

debuerunt, negandum est esse peccatum; sed longe minus quam si et opere statuatur implendum. Et ideo de talibus quoque cogitationibus venia petenda est, pectusque percutiendum et dicendum i; *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Neque enim, sicut in illis duobus primis hominibus personam suam quisque portabat, et ideo si sola mulier cibum edisset illicitum, sola utique mortis supplicio plecteretur, ita dici potest in homine uno, si delectationibus illicitis, a quibus continuo se deberet avertere, cogitatio libenter sola pascatur, nec facienda decernantur mala, sed tantum suaviter in recordatione teneantur, quasi mulierem sine viro posse damnari. Absit hoc credere ! Haec quippe una persona est, unus homo est, totusque damnabitur, nisi haec, quae sine voluntate operandi, sed tamen cum voluntate animum talibus oblectandi, solius cogitationis sentiuntur esse peccata, per Mediatoris gratiam remittantur ».

5. **Augustinus** Idem quoque in II libro *Contra Manichaeos*2 de hoc eodem sic ait: «Apostolus dicit 3; *Secundum principem potestatis aeris huius, spiritus qui nunc operatur in filiis diffidentiae.* Numquid ergo visibiliter eis apparet, aut quasi corporeis locis accedit ad eos et operatur ? [Non utique], sed miris modis per cogitationem suggerit quidquid potest. Quibus suggestionibus resistendum est: *Non enim ignoramus astutias eius* 4. Quomodo enim accessit ad ludam, quando ei persuasit ut Dominum traderet ? Numquid in locis aut per hos oculos ei visus est ? Sed utique, ut dictum est5, *in cor eius intravit.* Repellit autem illum homo, si paradisum custodiat. Posuit enim hominem Deus *in paradiso, ut operaretur et custodiret*6,7 quia sic Ecclesiae dicitur in Canticis canticorum?: *Hortus conclusus, fons signatus;* quo utique non admittitur perversitatis ille persuasor. Sed tamen per mulierem decepit. Non enim etiam ratio nostra deduci ad consensionem peccati potest, nisi cum delectatio mota fuerit in illa parte animi quae debet obtemperare rationi tanquam rectori viro. — Etiam in unoquoque nostrum nihil aliud agitur, cum ad peccatum quisque delabitur, quam tunc actum est in illis tribus: serpente, muliere et viro. Nam primo fit suggestio, sive per cogitationem, sive per sensus

4 nostris om. OP. 8 libenter sola *trp.* CLNT. 15 Idem quoque] ideoque BOP, ideo et C. 19 Non utique *suppi, ex Aug.* 25 custodiret] illud *add.* T, *add. interi.* V, *add. mg.* W. 27 decepit] decipit NT (Aug.). 30 agitur] nunc *add.* BC *add. interi.* V.

1 Matth. 6, 12. 2 *De Genesi contra Manich.,* II, c. 14, nn. 20-21 (PL 34, 206s). 3 Eph. 2, 2. 4 II Cor. 2, 11. 5 Resp. Luc. 22, 3; Ioan. 13, 2. « Gen. 2, 15. 7 Cant. 4, 12.

corporis: vel videndo, vel tangendo, vel audiendo, vel gustando, vel olfaciendo. Quae suggestio cum facta fuerit, si cupiditas nostra non moveatur ad peccatum, excludetur serpentis astutia. Si autem mota fuerit, quasi iam mulieri persuasum erit. Sed aliquando ratio viriliter etiam commotam cupiditatem refrenat atque compescit; quod cum fit, non labimur in peccatum, sed cum aliquanta luctatione coronamur. Si autem ratio consentiat, et quod libido commoverit faciendum esse decernat, ab omni beata vita tanquam de paradiso expellitur homo. Iam enim peccatum imputatur, etiam si non subsequatur factum, quando rea tenetur in consensione conscientia ».

6. **Quare haec de animae partibus dixit.** Haec de animae partibus interseruimus, ut ipsius animae natura plenius cognosceretur, et secundum quam sui portionem in ea sit liberum arbitrium intelligatur, scilicet secundum rationem; quo omne mortale peccatum geritur, sed non omne veniale, illud scilicet quod in solo motu sensualitatis exsistit.

Cap. 13 (152).

Quod sensualitas saepe in Scriptura aliter quam supra accipitur, scilicet ut etiam inferior rationis portio eius nomine intelligatur. Non est autem silentio praetereundum quod saepe in Scriptura [1] nomine sensualitatis, non id solum in anima quod est nobis commune cum pecore, sed etiam inferior portio rationis, quae temporalium dispositioni intendit, intelligitur [2]. Quod diligens lector in locis Scripturae ubi de ipsa fit mentio, vigilanter annotet.

3 excludetur] excluditur BCOPX. 11 haec] hoc TV, *om.* OP. ‖ dixit] dixerit NWX.

1 Id est potius in sacra pagina sive theologia. Cf. August., *De Trinit.,* XII, c. 13, n. 20: « Nec me fugit quosdam qui fuerunt ante nos egregii defensores catholicae fidei et divini eloquii tractatores, cum in homine uno, cuius universam animam bonam quendam paradisum esse senserunt, duo ista requirerent, virum mentem, mulierem vero dixisse corporis sensum... Ego non putavi pro muliere sensum corporis esse ponendum, quem videmus nobis et bestiis esse communem, sed aliquid volui quod bestiae non haberent, sensumque corporis magis pro serpente intelligendum existimavi » (PL 42, 1008s; CCL 50, 373s). 2 Vide supra, cc. 4-5 (pp. 453s.).

DISTINCTIO XXV

Cap. 1 (153).

1. **Redit ad liberi arbitrii considerationem.** Iam vero ad propositum redeamus, scilicet ad liberi arbitrii tractatum i.

2. **Definitio liberi arbitrii secundum philosophos, quae concordat ei praedictae assignationi.** Quod Philosophiz definientes dixerunt « liberum de voluntate indicium », quia potestas ipsa et habilitas voluntatis et rationis, quam supra 3 diximus esse liberum arbitrium, libera est ad utrumlibet, quia libere potest moveri ad hoc vel ad illud. Liberum ergo dicitur arbitrium quantum ad voluntatem, quia voluntarie moveri et spontaneo appetitu ferri potest ad ea quae bona vel mala iudicat, vel iudicare valet.

3. **Quod liberum arbitrium non pertinet nisi ad futurum, nec ad omne futurum.** Hoc autem sciendum est, quoniam liberum arbitrium ad praesens vel ad praeteritum non refertur, sed ad futura contingentia. Quod enim in praesenti est, determinatum est; nec in potestate nostra est ut tunc sit vel non sit, quando est. Potest enim non esse, vel aliud esse postea; sed non potest non esse dum est, vel aliud esse dum id est quod est. Sed in futuro, an hoc sit vel aliud, ad potestatem liberi arbitrii spectat. — Nec tamen omnia futura sub potestate liberi arbitrii veniunt, sed ea tantum quae per liberum arbitrium possunt fieri vel non fieri. Si quis

5-6 Rubrica *om.* LRVW. 5 ei *om.* OP. 14 quoniam] quod BCLVX.

1 Scilicet ad cap. 3 dist. praecedentis (p. 452s). 2 Boethius, *In lib. Aristotelis de interpr., ed. secunda seu maiora commentaria,* III: «Sed est liberum arbitrium, quod ipsa quoque vocabula produnt, liberum nobis de voluntate iudicium» (PL 64, 492 D). 3 Dist. 24, c. 3 (p. 452, lin. 27-28).

Dist. XXV. Cf. J. Schupp, *Die Gnadenlehre...,* 67-88; O. Lottin, *Libre arbitre et liberté depuis saint Anselme...,* in *Psych, et morale,* I, 15-30. — Cap. 1, num. 2: Conflatur ex P. Abaelardo, *Theologia « Scholarium »,* III, 7 (PL 178,1110 A), et Hugone, *De sacram.,* 1,5,21 (PL 176, 255 C-D). — Num. 3: Mixtim ex *Summa sent.,* III, 9 (PL 171, 1130 A; 176, 102 B), et Hugone, ibid., 22 (256 A); deinde ex Abaelardo (1110 B). Num. 4-5: Ex P. Abaelardo (1110 C-D, 1111 A); auctoritas autem Ambrosii sumitur de *Summa sent.,* III, 9 (PL 171, 1132 D-1133 A; 176, 104 D-105 A).

enim tale quid velit ac disponat facere, quod in eius nullatenus sit potestate, vel quod sine ipsius dispositione aeque fieret, in hoc ipse liberum non habet arbitrium.

4. **Quod supra posita descriptio liberi arbitrii non convenit Deo, nec his qui glorificat) sunt.** Et quidem secundum praedictam assignationem, in his tantum videtur esse liberum arbitrium, qui voluntatem mutare et in contraria possunt deflectere, in quorum videlicet potestate est eligere bonum vel malum, et utrumlibet secundum electionem facere vel dimittere: secundum quod nec in Deo, nec in his omnibus qui tanta beatitudinis gratia sunt roborati ut iam peccare nequeant, liberum arbitrium esse nequit.

5. **Quod in Deo sit liberum arbitrium.** Sed quod Deus liberum arbitrium habeat, Augustinus docet in libro XXII *De civitate Dei* 1, ita inquiens: « Certe Deus ipse, numquid quoniam peccare non potest, ideo liberum arbitrium habere negandus est?» — Ambrosius quoque in libro *De Trinitate*2 ait: «Paulus dicit 3 quia *omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult,* id est pro liberae voluntatis arbitrio, non pro necessitatis obsequio ».

Cap. 2 (154).

Qualiter in Deo accipitur liberum arbitrium. Sed aliter accipitur liberum arbitrium in Creatore quam in creaturis. Dei etenim liberum arbitrium dicitur eius sapientissima et omnipotens voluntas, quae non necessitate, sed libera bonitate omnia facit prout vult. — Ideoque Hieronymus, attendens non ita esse liberum arbitrium in Deo sicut est in creaturis, ab ipso videtur liberum arbitrium excludere, in homilia quadam *De prodigo filio* 4 dicens: « Solus Deus est in quem peccatum non cadit nec cadere potest; cetera, cum sint liberi arbitrii, in utramque partem flecti possunt ». Dum ait 'cetera', indicat liberum arbitrium sicut est in ceteris, non esse in Deo.

1 nullatenus] nulla BCOPX *(Abaeti)* 3 non habet arbitrium *trp.* OPR. 12 Rubrica *om.* NVW. 25 excludere *trp. p.* videtur BCLMRV.

1 Cap. 30, n. 3 (PL 41, 802; CSEL 40-11, 667; CCL 48, 864). 2 Id est *De tide,* II, c. 6, n. 48 (PL 16 [1845], 569 C; CSEL 78, 72). 3 I Cor. 12, 11. « *Epist. 21 (ad Damasum),* n. 40 (PL 22 [1859], 393; CSEL 54, 139s).

Cap. 2: Mixtim ex *Summa sent.,* III, 9 (PL 171, 1132 D-1133 A; 176, 104 D-105 A); et P. Abaelardo, *Theologia « Scholarium »,* III, 7 (PL 178, 1110C), ubi Magister titulum invenit «in homilia de prodigo filio». Cf. etiam *Olossa* eius in Ps. 142, 2 (PL 191, 2249 A).

Cap. 3 (155).

Quod angeli et sancti qui iatn beati sunt habent liberum arbitrium. Angeli vero et sancti qui iam cum Domino feliciter vivunt, atque ita gratia beatitudinis confirmati sunt ut ad malum flecti nec velint nec possint, libero arbitrio non carent. — Unde Augustinus in libro XXII *De civitate Dei* i ait: «Sicut prima immortalitas fuit, quam peccando Adam perdidit, posse non mori, ita primum liberum arbitrium posse non peccare; novissimum, non posse peccare ». — Idem in *Enchiridion*[2]: « Sic oportebat prius hominem fieri, ut bene velle posset et male; postea vero sic erit, ut male velle non possit, nec ideo carebit libero arbitrio ».

Cap. 4 (156).

1. **Quod liberius erit arbitrium quando peccare non poterit.** — Augustinus «Multo[3] quippe liberius erit arbitrium quod omnino non poterit servire peccato. Neque aut voluntas non est, aut libera dicenda non est, qua beati esse sic volumus, ut esse miseri non solum nolimus, sed nequaquam prorsus velle possimus. Sicut ergo anima nostra etiam nunc habet nolle infelicitatem, ita nolle iniquitatem semper habitura est. Sed ordo servandus fuit, quo Deus voluit ostendere quam bonum sit animal rationale quod etiam peccare possit, quamvis sit melius quod peccare non possit ». — Ecce his verbis evidenter adstruitur quod post beatitudinis confirmationem erit in homine liberum arbitrium quo peccare non poterit, et nunc in angelis est et in sanctis qui cum Domino sunt; et tanto utique liberius, quanto a peccato immunius et ad bonum pronius. Quo enim quisque ab illa peccati servitute, de qua scriptum est [4]; *Qui facit peccatum, servus est peccati,* longius absistit, tanto in eligendo bonum liberius habet iudicium.

3 Domino] deo BCM. 8 novissimum... peccare *om.* B, *mg.* N. 13 poterit] poterint BX, potuerunt C. 17 etiam *om.* BCOPVX.

1 Cap. 30, n. 3 (PL 41, 802; CSEL 40-11, 667; CCL 48, 864). 2 Cap. 105 (PL 40, 281; CCL 46, 106). 3 In *Enchiridion,* loc. cit. 4 Ioan. 8, 34.

Cap. 3. Cf. *Summa sent.,* III, 9: « Boni etiam angeli non carent libero arbitrio » (PL 171, 1132 C; 176,104 C). Prima auctoritas Augustini sumitur ex Abaelardo, *Theologia « Scholarium »,* III, 7 (PL 178, 1111 A). Textum autem *Enchiridion* (hic et in c. 4) Magister directe accepit ab originali. — Cap. 4. Conclusio Magistri, ad finem num. 1 et in num. 2, derivatur ab Abaelardo, ibid. (PL 178, 1110 D-1111 A).

2. **Evidens et sufficiens ratio quare dicatur esse liberum arbitrium.** Unde, si diligenter inspiciatur, 'liberum' videtur dici arbitrium quia sine coactione et necessitate valet appetere vel eligere quod ex ratione decreverit.

Cap. 5 (157).

De libertatis arbitrii differentia secundum diversa tempora. Ex praedictis perspicuum fit quod maior fuit libertas arbitrii prima quam secunda, et tertia multo maior quam secunda vel prima. Prima enim libertas arbitrii fuit, in qua poterat peccare et non peccare; ultima vero erit, in qua poterit non peccare et non poterit peccare; media vero est, in qua potest peccare et non potest non peccare: ante reparationem etiam mortaliter, post reparationem vero saltem venialiter 1.

Cap. 6 (158).

De quatuor statibus liberi arbitrii. Et possunt notari in homine quatuor status liberi arbitrii. Ante peccatum enim ad bonum nil impediebat, ad malum nil impellebat. Non habuit infirmitatem ad malum, et habuit adiutorium ad bonum. Tunc sine errore ratio iudicare, et voluntas sine difficultate bonum appetere poterat. — Post peccatum vero, ante reparationem gratiae, premitur a concupiscentia et vincitur; et habet infirmitatem in malo, sed non habet gratiam in bono; et ideo potest peccare et non potest non peccare, etiam damnabiliter. — Post reparationem vero, ante confirmationem, premitur a concupiscentia, sed non vincitur; et habet quidem infirmitatem in malo, sed gratiam in bono: ut possit peccare propter libertatem et infirmitatem, et possit non peccare ad mortem propter libertatem et gratiam adiuvantem; nondum tamen habet posse omnino non peccare vel non posse peccare, propter infirmitatem nondum perfecte absorptam, et propter gratiam nondum perfecte

1 De hoc cap. et seq. vide August., *De corrept. et gratia,* c. 12, n. 33 (PL 44, 936); *In Epist. ad Rom.* 3, 20 (PL 35, 2065s).

Cap. 5: Ex Hugone, *De sacram.,* I, 6, 16 (PL 176, 272 D-273 A); vide etiam August., supra in c. 3. — Cap. 6. Quomodo conflatur ex *Summa sent.,* III, 9 (PL 171, 1130 A; 176, 102 B-C), et Hugone, *De sacram.,* I, 6, 16 (PL 176, 272 C-273 B), apte illustrat H. Weisweiler, *La « Summa Sententiarum» source...,* in *Rech. de Théol. anc. et méd.* 6 (1934) 159s; cf. etiam L. Ott, *Untersuchungen zur theol. Briefliteratur...,* 463ss.

consummatam. — Post confirmationem vero, infirmitate penitus consumpta et gratia consummata, nec vinci poterit nec premi, et tunc habebit non posse peccare.

Cap. 7 (159).

1. **De corruptione liberi arbitrii per peccatum.** Unde manifestum est quod praeter alias poenalitates, pro peccato illo incurrit homo poenam in corruptione et depressione liberi arbitrii. Per illud namque peccatum naturalia bona in homine corrupta sunt, et gratuita detracta. Hic est enim ille qui a latronibus vulneratus est et spoliatus L *vulneratus* quidem in naturalibus bonis, quibus non est privatus: alioquin non posset fieri reparatio; *spoliatus* vero gratuitis, quae per gratiam naturalibus addita fuerant. Haec sunt data *optima* et dona *perfecta*[2], quorum alia sunt corrupta per peccatum, id est naturalia, ut ingenium, memoria, intellectus; alia subtracta, id est gratuita. Quamquam et naturalia ex gratia sint: ad 15 généraient quippe Dei gratiam pertinent; saepe tamen huiusmodi fit distinctio, cum gratiae vocabulum ad speciem, non ad genus refertur.

2. Corrupta est ergo libertas arbitrii per peccatum, et ex parte perdita. Unde **Augustinus** in *Enchiridion* 3; « Libero arbitrio male utens homo, et se perdidit et ipsum. Cum enim libero arbitrio peccaretur, victore peccato, amissum est et liberum arbitrium: *A quo enim quis devictus est, huic servus addictus est* 4 ». Ecce liberum arbitrium dicit hominem amisisse: non quia post peccatum non habuit liberum arbitrium, sed quia libertatem arbitrii perdidit: non quidem omnem, sed libertatem a miseria et a peccato.

2 consummata] confirmata L, *corr. ex* confirmata O, vel confirmata *add. interi.* T. 22 habuit] habuerit MNTWX.

1 Resp. Luc. 10, 30: *Et incidit in latrones, qui etiam despoliaverunt eum, et plagis impositis abierunt, semivivo relicto.* 2 Resp. Iac. 1, 17: *Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est.* 3 Cap. 30 (PL 40, 246s; CCL 46, 65). 4 n Petri 2, 19.

Cap. 7. Cf. J. Schupp, *Die Gnadenlehre des Petrus Lombardus,* 67-88. Verba introductoria huius cap. sumuntur ex *Summa sent.,* III, 8 (PL 171, 1129 A-B; 176, 101 C). Utrum autem interpretatio parabolae sumatur annon ex Bernardo Cluniacensi, *Instructio sacerdotis,* I, c. 1 (PL 184, 773 D-774 C, 775 A), non apparet, quatenus chronologia eiusdem manet aliqualiter indeterminata; opinio autem nostra potius negativa est.

Cap. 8 (160).

1. **De tribus modis libertatis arbitrii.** Est namque libertas triplex, scilicet a necessitate, a peccato, a miseria.

2. **De libertate a necessitate.** A necessitate et ante peccatum et post aeque liberum est arbitrium. Sicut enim tunc cogi non poterat, ita nec modo. Ideoque voluntas merito apud Deum indicatur, quae semper a necessitate libera est et nunquam cogi potest. Ubi necessitas, ibi non est libertas; ubi non est libertas, nec voluntas; et ideo nec meritum. Haec libertas in omnibus est, tam in malis quam in bonis.

3. **De libertate a peccato.** Est et alia libertas, a peccato scilicet, de qua dicit Apostolus E *Ubi Spiritus Domini, ibi libertas;* et Veritas in Evangelio2: *Si Filius vos liberaverit, vere liberi eritis.* — Haec libertas a servitute peccati liberat et servos iustitiae facit, sicut e converso servitus peccati liberos iustitiae facit. Unde Apostolus 3: *Liberati a peccato, servi facti estis iustitiae;* et item 4: *Cum servi essetis peccati, liberi fuistis iustitiae.* —I Hanc libertatem homo peccando amisit; ideoque **Augustinus** dicit 5 quod « homo male utens libero arbitrio, et se perdidit et ipsum », quia perdita est per peccatum libertas, non a necessitate, sed a peccato: *Qui enim facit peccatum, servus est peccati*ft.

4. **Qui habent hanc libertatem, scilicet a peccato, et per quid.** Istam libertatem, quae est a peccato, illi soli nunc habent, quos Filius per gratiam liberat et reparat: non ita quod penitus sint sine peccato in hac mortali carne, sed ut in eis peccatum non dominetur neque regnet. — Et haec est vera et bona libertas, quae bonam parit servitutem, scilicet iustitiae. Unde **Augustinus** in *Enchiridion* ?: « Ad iustitiam faciendam non erit aliquis liber, nisi a peccato liberatus, esse iustitiae

4 Rubrica *om.* MVW. 8 ubi... libertas *om. C, mg.* N. 10 Rubrica om.MVW. ll et *om.* LRVW. 13-14 sicut... facit *mg,* OW. 18 per] propter OP. 23 in eis peccatum *trp.* LMRV.

1 II Cor. 3, 17. 2 Ioan. 8, 36. 3 Rom. 6, 18. 4 Rom. 6, 20. 5 Supra, c. 7, n. 2. (p. 465, 18-19). S Ioan. 8, 34. Cap. 30 (PL 40, 247; CCL 46,66).

Cap. 8, num. 1-5. Paucis exceptis (auctoritatibus ex. gr. Augustini), textus conficitur ex *Summasent.,* III, 8-9 (PL 171, 1129 D-1130 D; 176, 102 A-D); remote ex quadam sententia Anselmi Laudunensis (vel eius scholae), ex. gr. n. 109 (apud O. Lottin, *Psych, et morale,* V, 87), et in parte ex Bernardo Claraevall., *De gratia et libero arbitrio,* cc. 2-3 (PL 182, 1004s; ed. Romana, III, 1963, 170-173). Cf. J. Schupp, *Die Gnadenlehre,* 108, nota 9.

coeperit servus; et ipsa est vera libertas propter recti facti laetitiam, simul et pia servitus propter praecepti obedientiam ».

5. Est alia libertas non vera, malae servituti adiuncta, quae est ad malum faciendum: ubi ratio dissentit a voluntate, iudicans non esse faciendum quod voluntas appetit. Ad bonum vero faciendum concordat ratio voluntati; et ideo ibi vera libertas est et pia. ⊢ De libertate autem ad malum et servitute mala ait **Augustinus** in *Enchiridion* 1: « Servi addicti quae potest esse libertas, nisi quando eum peccare delectat ? Liberaliter enim servit, qui sui domini voluntatem libenter facit; ac per hoc ad peccandum liber est, qui peccati servus est ».

6. **Quaestio de libertate ad malum, an sit ipsa libertas liberi arbitrii an alia.** Hic quaeri potest utrum haec libertas, qua quis liber est ad malum, sit libertas arbitrii. Si enim libertas arbitrii est, bonum quidem est, quia libertas arbitrii bonum naturale est. — **Responsio secundum quosdam**[2]. Quibusdam videtur quod sit ipsa libertas arbitrii, quae semper bona est; sed propter peccati servitutem, ad malum fit liberior et pronior; et ideo dicitur non esse vera libertas, quia ad malum est. — **Secundum alios** : Aliis[3] autem videtur quod haec libertas ad malum, quam supra[4] commemoravit **Augustinus**, non sit ipsa libertas arbitrii, sed sit quaedam pronitas peccandi et curvitas, quae ex peccato est, et mala est.

7. **Quaestio alia de libertate ad bonum, an ipsa sit libertas arbitrii vel non.** Similiter etiam quaeri solet utrum illa libertas vera, quae est ad iustitiam faciendam, sit ipsa libertas arbitrii. — **Responsio secundum quosdam** : — **Augustinus** : Quidam dicunt illam eandem esse, sed reparatam per gratiam, qua iuvante libera est ad bonum; sine gratia vero non est libera ad bonum. Unde **Augustinus** in *Enchiridion* 5: « Ista

8 addicti] peccato *add.* X, *add. interi.* V, *add. mg.* W. 12 an alia] vel non OP, *om.* L. 20 et mala est *om.* OP. 21 vel] an LNX. 23-24 Rubricae om. MVW. 25 reparatam *trp. p.* gratiam MRV.

1 Ibid. 2 Sententia est August., *De correpl. et gratia,* c. 1, n. 2: « Liberum itaque arbitrium et ad malum et ad bonum faciendum confitendum est nos habere » (PL 44, 917); Bernardi, *De gratia et lib. arbitrio,* c. 4, nn. 9-11 (PL 182, 1006s; ed. Romana, III, 172ss). 3 Sententia est Anselmi Cantuar., *De libertate arbitrii,* c. 1 (PL 158, 489ss); Hug. Ambianen., *Dialogorum seu Quaestionum theol. libri VII,* III, 5 (PL 192, 1168 C-1169 A); vide etiam alteram seriem notarum infra positam. 4 Scii, in num. 5. s Cap. 30 (PL 40, 247; CCL 46, 66).

Num. 6. Cf. sententias scholae Anselmi Laudum, nn. 322 et 521 (apud O. Lottin, *Psych, et morale,* V, 253, 334); et alias in *Sententiis divinae paginae,* ed. F. Bliemetzrieder, BGPTMA XVIII, Heft 2-3, 27s.

libertas ad bene faciendum unde erit homini addicto et vendito, nisi eum redimat ille qui dicit 1; *Si Filius vos liberaverit, vere liberi eritis?* Quod antequam fieri in homine incipiat, quomodo quisquam de libero arbitrio gloriatur, qui nondum est liber ad operandum bene ? » Ecce aperte ostendit liberum arbitrium per gratiam liberari, ut per illud bene operetur quis. Ideoque dicunt illam libertatem veram quae est ad bene faciendum, cuius supra2 meminit **Augustinus,** esse libertatem ipsam arbitrii gratia Dei liberatam et adiutam. — **Secundum alios *** Alii vero putant non esse ipsam arbitrii libertatem, sed aliam quandam, quae ex gratia et libero arbitrio in mente hominis Deo operante incipit esse cum reparatur.

8. **Certa determinatio utriusque quaestionis, qua dicitur libertas ad bonum et ad malum esse libertas arbitrii.** Verum nobis magis placet ut ipsa libertas arbitrii sit et illa qua quis liber est ad malum, et illa qua quis liber est ad bonum faciendum. Ex causis enim variis sortitur diversa vocabula. Dicitur enim libertas ad malum faciendum antequam per gratiam sit reparata; sed cum per gratiam fuerit reparata, dicitur libertas ad bonum faciendum; quia ante gratiam libera est voluntas ad malum, per gratiam vero libera fit ad bonum. Semper igitur voluntas hominis aliquo modo libera est, sed non semper bona est: non enim est bona, nisi a peccato liberata; est tamen a necessitate libera. Unde **Augustinus** in libro *De gratia et libero arbitrio* 3: « Semper in nobis voluntas libera est, sed non semper bona est. Aut enim libera est iustitiae quando servit peccato, et tunc est mala; aut a peccato libera est quando servit iustitiae, et tunc est bona ».

9. **De libertate a miseria.** Est iterum libertas a miseria, de qua Apostolus ait 4: *Et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei.* Hanc libertatem habuit homo ante peccatum, quia omni carebat miseria et nulla tangebatur molestia; et plenius habebit in futura beatitudine, ubi miser esse non poterit. Sed in hac vita, quae est inter primum peccatum et ultimam confirmationem, nemo a miseria liber est, quia poena peccati non caret.

4 bene] bonum BCLRV. 8 Rubrica *om.* RVW.

1 Ioan. 8, 36. 2 In num. 4 (p. 466s). 3 Cap. 15, n. 31 (PL 44, 899). » Rom. 8, 21.

Num. 8-10. Auctoritas Augustini sumitur ex *Summa sent.,* III, 9 (PL 171, 1130 D-1131 A; 176, 103 A); unde etiam, pluribus revera interjectis, num. 9, ubi eadem *Summa* iterum dependet a sancto Bernardo (PL 182, 1005 B; ed. Romana, III, 170); et num. 10.

10. **Repetit de corruptione liberi arbitrii ut addat alia.** Ex praedictis iam apparet in quo per peccatum sit imminutum vel corruptum liberum arbitrium: quia ante peccatum nulla erat homini difficultas nullumque impedimentum de lege membrorum ad bonum, nulla impulsio vel instigatio ad malum. Nunc autem per legem carnis ad bonum impeditur, et ad malum instigatur, ut non possit velle et perficere bonum, nisi per gratiam liberetur et adiuvetur, quia ut ait Apostolus 1, *peccatum habitat in carne.*

11. **Quod non est pariter liberum arbitrium in bonis et in malis, et ad bona et ad mala.** Liberum ergo arbitrium, cum semper et in singulis sit liberum, non est tamen pariter liberum in bonis et in malis, et ad bona et ad mala. Liberius enim est in bonis ubi liberatum est, quam in malis ubi liberatum non est; et liberius est ad malum quod per se potest, quam ad bonum quod, nisi gratia liberetur et adiuvetur, non potest.

Cap. 9 (161).

1. **De libertate: quae sit ex gratia et quae ex natura.** Libertas ergo a peccato et a miseria per gratiam est, libertas vero a necessitate per naturam. Utramque libertatem, naturae scilicet et gratiae, notat Apostolus cum ex persona hominis non redempti ait 2; *Velle adiacet mihi, perficere autem non invenio;* ac si diceret: Habeo libertatem naturae, sed non habeo libertatem gratiae: ideo non est apud me perfectio boni.

2. **Quid non possit per se hominis voluntas et quid per gratiam.** Nam voluntas hominis, quam naturaliter habet, non valet erigi ad bonum efficaciter volendum vel opere implendum, nisi per gratiam liberetur et adiuvetur: liberetur quidem ut velit, et adiuvetur ut perficiat; quia ut ait Apostolus 3, *non est volentis* velle, *neque currentis* currere, id est operari, *sed miserentis Dei, qui operatur in nobis velle* et operari bonum A Cuius gratiam non advocat hominis voluntas vel operatio, sed ipsa gratia voluntatem praevenit praeparando ut velit bonum, et praeparatam adiuvat ut perficiat.

20 autem *om.* BCLMNX. 22 Rubrica *om.* NVW.

1 Rom. 7, 17-18: *habitat in me peccatum. Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum.* 2 Rom. 7, 18. 3 Rom. 9, 16. 4 Phil. 2, 13: *Deus est enim qui operatur in vobis et velle et perficere.*

Cap. 9. Cf. *Summa sent.,* III, 9 (PL 171, 1131 B; 176, 103 B-C); Bernardus, *De gratia et libero arbitrio,* c. 6, n. 18 (PL 182, 1011 D; ed. Romana, III, 179s); *etGlossa* Lombardi in Rom. 9, 16 (PL 191, 1460 D-1461 A), de qua infra, Dist. 26, c. 2, num. 2.

DISTINCTIO XXVI

Cap. 1 (162).

1. **De gratia operante et coopérante.** Haec est gratia operans et coopérans. Operans enim gratia praeparat hominis voluntatem ut velit bonum; gratia coopérans adiuvat ne frustra velit. Unde **Augustinus** in libro *De gratia et libero arbitrio* V « Cooperando Deus in nobis perficit, quod operando incipit; quia ipse ut velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens. Ut ergo velimus, operatur; cum autem volumus, et sic volumus ut faciamus, nobis cooperatur. Tamen sine illo, vel operante ut velimus, vel coopérante cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valemus ».

2. **Quae sit operans gratia et quae coopérans.** Ecce his verbis satis aperitur quae sit operans gratia et quae coopérans. Operans enim est, quae praevenit voluntatem bonam: ea enim liberatur et praeparatur hominis voluntas ut sit bona, bonumque efficaciter velit; cooperans vero gratia voluntatem iam bonam sequitur adiuvando.

3. **Augustinus.** Unde **Augustinus,** *Contra Julianum haereticum*2, qui bonam voluntatem tantum esse ex libero arbitrio dicebat, atque hominem per liberum arbitrium posse bonum velle et operari sine gratia asserebat, ait: « Apertam de commendatione gratiae Apostolus protulit sententiam cum ait 3: *Non est volentis neque currentis, sed mise-*

7 qui] quod BCOP. 10 ad X *(Aug.), om. alii codd.* 12 Rubrica *om.* NRVW. 21-1 (p. 472) miserentis Dei *trp.* BCNOPWX.

1 Cap. 17, n. 33 (PL 44, 901). 2 *Contra lulianum opus imperf.,* 1, c. 141 (PL 45, 1140); sed vide etiam aliam seriem notarum infra. 3 Rom. 9, 16.

Cap. 1. Cf. J. Schupp, *Die Gnadenlehre,* 88-115; R. C. Dhont, *Le problème de la préparation à la grace. Débuts de l'école franciscaine,* Paris 1946, 53-72. — Num. 1: Auctoritas August., ex *Glossa* Magistri in Phil. 1, 3 (PL 192, 224 C, ubi deest rubrica). Cf. etiam *Summa sent.,* III, 7 (PL 171, 1127 A-C; 176, 99 C-100 A).

Num. 3: Auctoritates Augustini ex *Glossa* Lombardi in Rom. 9, 16 (PL 191, 1460 C-D). In editione et in cod. x (48d) deest rubrica *Ad Paulinum,* quae legitur in margine cod. z (30a). Ex alia parte, tam ex editione *Glossae* quam ex codicibus eiusdem (x 48c; z 29d) apparet quod auctoritas *Contra lulianum* rectius incipit ad « Hoc si attenderes... »; quod haec verba praecedit («Apertam... Dei »), reapse est Augustini, *Ad Sixtum,* id est *Epist. 194,* c. 8, n. 35 (PL 33, 887; CSEL 57, 204s). Quandoque et bonus dormitat Magister.

rentis Dei. Hoc si attenderes, Juliane, non extenderes contra gratiam merita voluntatis humanae. Non enim ideo miseretur Deus alicuius, quia voluit et cucurrit, sed ideo voluit et cucurrit, quia misertus est Deus. *Paratur* enim *voluntas* homini *a Deo* i, et *a Domino gressus hominis diriguntur*[1]·, ideoque congrue ait: *Non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei* ». — **Augustinus, De perfectione iustitiae** 3 *: « Non quia hoc sine voluntate nostra agatur, sed quia voluntas nostra nil boni agit nisi divinitus adiuvetur ». — **Augustinus, Ad Paulinum** *: Unde alibi Apostolus ait 4; « *Non autem ego, sed gratia Dei mecum.* Non ideo dicit quia nihil boni agebat, sed quia nihil boni ageret si illa non adiuvaret ». — His testimoniis aperte insinuatur quia voluntas hominis gratia Dei praevenitur atque praeparatur, ut fiat bona, non ut fiat voluntas, quia et ante gratiam voluntas erat, sed non erat bona et recta voluntas.

Cap. 2 (163).

1. **Quid sit voluntas.** Voluntatem ipsam **Augustini** in libro *De duabus animabus 5* ita definit: « Voluntas est animi motus, cogente nullo, ad aliquid non admittendum vel adipiscendum ».

2. **De operante gratia et coopérante et hominis voluntate adhuc agit** *: Haec autem, ut non admittat malum et adipiscatur bonum, praevenitur et praeparatur Dei gratia. —**Augustinus in Enchiridion**6: Unde Apostolus, gratiam praevenientem et subsequentem commendans, id est operantem et cooperantem, vigilanter dixit 7; *Non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei,* et non e converso: Non est miserentis Dei, sed volentis et currentis. Nam « si, ut quibusdam placuit, quod dictum est ita acci-

18 Rubrica *om.* RVW.

1 Prov. 8, 35, iuxta LXX: *Et paratur voluntas a Domino.* 2 Ps. 36, 23, iuxta aliam versionetn (CSEL 12, 333, 15). 3 Cap. 19, n. 40 (PL 44, 314; CSEL 42, 43). 4 I Cor. 15, 10; sequuntur verba *Epist. 186 (ad Paulinum),c.* 10, n. 36 (PL 33, 830; CSEL 57, 76), quae revera Alypii est. 3 Cap. 10, n. 14: « Voluntas est animi motus, cogente nullo, ad aliquid vel non amittendum vel adipiscendum » (PL 42, 104; CSEL 25, 68). « Cap. 32 (PL 40, 247s; CÇL 46, 67). 2 Rom. 9, 16.

Cap. 2, num. 1. Haec auctoritas Magistro innotuit ex August., *Detract.,* I, c. 15, ŋ. 3 (PL 32, 609; CSEL 36, 74s). — Num. 2 conficitur ex *Glossa* auctoris in Rom. 9, 16 (PL 191, 1460 D-1461 A). — Num. 3: Ex *Glossa* eiusdem in Rom. 5, 1 (PL 191, 1378 D), ubi, etiam in codicibus (x 27c; z 15d), rubricatur ut *Ad Bonifacium Papam,* uti eandem auctoritatem iam signaverat Florus Lugdun. (apud *Ven. Bedae opera,* VI, Coloniae 1688,82); vide J. Schupp, *Die Gnadenlehre,* 110, nota 21.

piatur: *Non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei,* tanquam diceretur: Non sufficit sola voluntas hominis, si non sit etiam misericordia Dei; econtra dicitur: Non sufficit etiam misericordia Dei, si non sit voluntas hominis. Ac per hoc, si recte dictum est illud, quia id voluntas hominis sola non implet; cur non etiam a contrario recte dicitur: Non miserentis est Dei, sed volentis est hominis, cum id misericordia Dei sola non impleat ? Homo enim credere vel sperare non poterit nisi velit, nec pervenire ad palmam nisi voluntate currat. Restat ergo ut ideo ita recte dictum intelligatur, ut totum detur Deo, qui hominis voluntatem bonam praevenit et praeparat adiuvandam, et adiuvat praeparatam Nolentem praevenit ut velit, volentem subsequitur ne frustra velit ». — Ecce his verbis, et aliis praemissis, evidenter traditur quia voluntas hominis praeparatur et praevenitur gratia Dei ut bonum velit, et adiuvatur ne frustra velit.

3. **Quod bona voluntas comitatur gratiam.** Itaque bona voluntas comitatur gratiam, non gratia voluntatem. Unde **Augustinus,** *Ad Bonifacium Papam* 1 scribens contra Pelagianos, inquit: « Cum fides impetrat iustificationem, *sicut unicuique Deus* partitus est *mensuram fidei* 2, non gratiam Dei aliquid meriti praecedit humani, sed ipsa meretur augeri, ut aucta mereatur et perfici, voluntate comitante, non ducente, pedissequa, non praevia ». Ecce hic expresse habes quod gratia praevenit bonae voluntatis meritum, et ipsa voluntas bona pedissequa est gratiae, non praevia.

Cap. 3 (164).

1. **Quae sit gratia voluntatem praeveniens, scilicet fides cum dilectione.** Et si diligenter intendas, nihilominus tibi monstratur quae sit ipsa gratia voluntatem praeveniens et praeparans, scilicet fides cum dilectione 3. — Ideoque **Augustinus** in eodem 4, tractans quomodo

10 praevenit *om.* BMRXxz *(Aug.'), mg.* L. 15 bona2 om. OP.

1 Rectius Alypius in *Epist. 786 (ad Paulinum),* c. 3, n. 10 (PL 33, 819; CSEL 57, 53). 2 Resp. Rom. 12, 3. 3 Resp. Gal. 5, 6: *fides, quae per charitatem operatur.* 4 In eadem epist., nn. 9-10 (PL 33, 819; CSEL 57, 52s).

Cap. 3. Cf. J. Schupp, *Die Gnadenlehre,* 206-215; A. M. Landgraf, *Die Erkenntnis der helfenden Gnade,* in *Dogmengeschichte,* 1-1, 51-140. — Num. 1: Auctoritas Augustini continuatur ex eadem *Glossa* in Rom. 5, 1 (PL 191, 1378 D). — Num. 2-3. Haec opera Augustini prae oculis habuit Magister, ut alibi etiam quampluries apparet.

iustificati simus ex fide et tamen gratis (utrumque enim dicit Apostolus), ait: «Apostolus qui dicit 1; *Iustificati ex fide,* alibi ait2; *Iustificati gratis per gratiam.* Hoc enim ideo dixit, ne fides ipsa superba sit; ne dicat sibi: Si ex fide iustificati, quomodo gratis ? Quod enim fides meretur, cur non potius redditur quam donatur ? (Attende !)3 Non dicat ista homo fidelis, quia cum dixerit: Habeo fidem ut merear iustificationem, respondetur ei 3; *Quid habes quod non accepisti?* Fides enim qua iustificatus es, gratis tibi data est ». Hic aperte ostenditur quod fides est causa iustificationis.

2. **De beneficio quo voluntas liberatur.** Et ipsa est gratia et beneficium quo hominis praevenitur voluntas et praeparatur. Unde Augustinus ini libro *Retractationum* 4: « Voluntas est qua et peccatur et recte vivitur. Voluntas vero ipsa nisi Dei gratia liberetur a servitute qua peccati serva facta est, et ut vitia superet adiuvetur, recte pieque vivi a mortalibus non potest. Et hoc beneficium, quo liberatur, nisi eam praeveniret, iam meritis daretur et non esset gratia, quae utique gratis datur». Praevenitur ergo bona hominis voluntas illo gratiae beneficio, quo liberatur et praeparatur.

3. Et illud beneficium fides Christi recte intelligitur, sicut Augustinus in *Enchiridion* 5 evidenter ostendit dicens: « Ipsum arbitrium liberandum est post illam ruinam a servitute peccati. Nec omnino per se ipsum, sed per solam Dei gratiam, quae in fide Christi posita est, liberatur, ut voluntas ipsa praeparetur ». Ecce aperte dicit gratiam per quam liberatur arbitrium et praeparatur voluntas, positam esse in fide Christi. « Fides enim Christi, ut in eodem ait 6, impetrat quod lex imperat ».

Cap. 4 (165).

1. **Quod voluntas bona quae praevenitur gratia, quaedam Dei dona praevenit.** Ipsa tamen eadem quaedam gratiae dona praevenit. Unde Augustinus in *Enchiridion* 7; « Praecedit bona voluntas hominis multa Dei dona, sed non omnia. Quae autem non praecedit, ipsa in eis

1 simus] sumus PTW, *quod corr.* T. 3 nel] nec MRVW. 5 Attende *om.* LMRVW. 10 Rubrica *om.* MRVW. 13 Dei gratia *trp.* LMNV. 23 ipsa *om.* BCOPT, *interi.* V. 27 Dei dona *trp.* OP.

1 Rom. 5, 1. 2 Rom. 3, 24. 3 I Cor. 4, 7. 4 Cap. 9, n. 4 (PL 32, 596s; CSEL 36, 41s). 5 cap. 106 (PL 40, 282; CCL 46, 107). 6 Cap. 117 (PL 40, 287; CCL 46, 112). 7 Cap. 32: «Praecedit enim... sed non omnia. Quae autem non praecedit ipsa, in eis est et ipsa. Nam utrumque » etc. (PL 40, 248; CCL 46, 67).

est et ipsa iuvat. Nam utrumque legitur in sanctis eloquiis, et *misericordia eius praeveniet me* 1, et *misericordia eius subsequetur me*2. Nolentem quippe praevenit ut velit, volentem subsequitur ne frustra velit. Cur enim admonemur orare pro inimicis nostris 3 nolentibus pie vivere, nisi ut Deus in eis operetur et velle ? Itemque, cur admonemur petere ut accipiamus 4, nisi ut ab illo fiat quod volumus, a quo factum est ut velimus ? » Inde Apostolus ait 5: *Non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei.* — Ex his apparet quod bona hominis voluntas quaedam dona Dei praevenit, quia eam comitatur gratia adiuvans; et quibusdam praevenitur, quia eam praevenit gratia operans, scilicet fides cum caritate.

2. **Quae praedictis videantur contraria, scilicet quod videtur dici fidem esse ex voluntate.** Non est tamen ignorandum quod alibi **Augustinus** significare videtur quod ex voluntate sit fides, de illo verbo Apostoli 6 scilicet, *Corde creditur ad iustitiam,* ita *Super loannem* 7 tractans: « Ideo non simpliciter Apostolus ait *creditur,* sed *corde creditur,* quia cetera potest homo nolens, credere non nisi volens; intrare ecclesiam et accedere ad altare potest nolens, sed non credere ». — Item super Genesim ubi Laban et Bathuel dixerunt 8; *Vocemus puellam et quaeramus eius voluntatem,* dicit expositor9: « Quia fides est voluntatis, non necessitatis ».

3. **Responsio cum determinatione.** Ad quae respondentes, dicimus non haec ita accipienda fore, ut ex voluntate hominis fides intelligatur provenire, cum ipsa sit proprie Dei donum, ut ait Apostolus 10, et ex ea bona hominis merita incipiant. «Per hanc enim, ut ait **Augustinus** super Psalmum 67 **11**, iustificatur impius, id est fit de impio pius, ut deinde ipsa fides incipiat per dilectionem operari »; unde omnia bona merita incipiunt. — Sed potius haec ideo ita dicta sunt, quia non est

1-2 et2... me] NVX *(Aug.), mg.* TWZ, *om. alii.* 2 subsequetur] subsequatur BCOP. 5 Deus in eis *trp.* RTX. 6 ut] *om.* MN, *interl.* T. 7-8 miserentis Dei *trp.* OPW. 20 quae] quod OPV, *quod corr.* V. 23 ait *om.* O, *interl.* P. 24 67] ixvi *codd. sed corr.* V2.

1 Ps. 58, 11. 2 Ps. 22, 6. 3 Resp. Matth. 5, 44: *Et orate pro persequentibus et calumniantibus vos.* 4 Resp. Matth. 7, 7-8; Lue. 11, 9. 5 Rom. 9, 16. 6 Rom. 10, 10. 7 Tract. 26, n. 2 (PL 35, 1607; CCL 36, 260). 8 Gen. 24, 57. 9 *Glossa interlin.* in h. l. (apud Lyranum, I, 82r); ex Ambrosiastro in 11 Cor. 1, 23 (PL 17 [1845], 281 A; CSEL 81-11, 204); cf. etiam *Glossa* Magistri in II Cor. 1, 23 (PL 192, 17 A). 10 Resp. Eph. 2, 8: *Gratia enim estis salvati per fidem... Dei enim donum est.* 11 *Enarr. in Ps. 67,* 32-33, n. 41 (PL 36, 838; CCL 39, 898).

Num. 2. Auctoritas August, in Ioann, legitur in *Glassa* in Rom. 10, 10 (PL 191, 1476 B).
Num. 3. Auctoritas in Ps. 37, ex eadem *Glossa* in Rom. 4, 5 (PL 191, 1367 C).

fides nisi in eo qui vult credere; cuius bonam voluntatem fides praevenit non tempore, sed causa et natura. Unde **Augustinus** supra [1] congruenter dixit quod 'bona voluntas in eis donis est quae non praecedit et ipsa iuvat': quia ea iuvat quibus praevenitur, dum eis consentit ad effectum boni; et in eis est, quia tempore ab eis non praeceditur.

4. **Quaedam adhuc addit quae graviorem faciunt quaestionem, scilicet quod cogitatio boni praecedit fidem.** Ceterum hanc quaestionem magis acuunt et urgent verba **Augustini** quibus in libro *De praedestinatione sanctorum* [2] utitur, pertractans illud verbum Apostoli [3]; *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid quasi ex nobis.* « Attendant, inquit, hic et verba ista perpendant, qui putant ex nobis esse fidei coeptum, et ex Deo esse fidei supplementum. Commendans enim istam gratiam, quae non datur secundum aliqua merita, sed efficit omnia bona merita, inquit: *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid* », boni scilicet [4], « *ex nobis.* Qui autem non videat prius esse cogitare quam credere ? Nullus quippe credit aliquid, nisi prius cogitaverit esse credendum. **(Quid sit credere ?)** Si ergo cogitare bonum non est ex nobis, ut hic Apostolus tradit, nec credere; quamquam et ipsum credere nihil est aliud quam cum assensione mentis cogitare ». — Hic videtur insinuare quod cogitatio bona praecedat fidem, et ita bona voluntas praeveniat fidem, non praeveniatur; quod praedictis adversari videtur.

5. **Determinatio.** Ad hoc autem dicimus quod aliquando cogitatio bona sive voluntas praevenit fidem, sed non est illa bona voluntas vel cogitatio qua recte vivitur. Illa enim sine fide et caritate non est. Nam, ut ait **Augustinus** *Ad Anastasium* [5], « sine Spiritu non est voluntas hominis libera, cum cupiditatibus vincatur ». Non est libera ad bonum nisi liberata fuerit; non autem liberatur nisi *per Spiritum caritas diffundatur in cordibus* [6]. — **Augustinus, De baptismo parvulorum.** Non est libera voluntas, « nisi [7] eam liberet gratia *per legem fidei* [8] », id est non

10 aliquid] ex nobis *add.* NTVWX, *add. interi.* R. 16 Rubrica *om.* RVW. 28 Rubrica *om.* RVW.

[1] Initio num. 1. [2] Cap. 2, n. 5 (PL 44, 962). [3] II Cor. 3, 5. [4] *Glossa ordin.* in h. l. (apud Lyranum, VI, 64c). [5] *Epist. 145,* nn. 2-3 (PL 33, 593; CSEL 44, 267s). [6] Resp. Rom. 5, 5. [7] Non obstante rubrica, potius *De spiritu et littera,* c. 14, nn. 25-26 (PL 44, 216s; CSEL 60, 179s) ubi et quod sequitur ad finem huius numeri. Cf. etiam De *peccat, meritis et de bapt. parvulorum,* II, cc. 18-19 (PL 44, 168ss; CSEL 60, 100-105). [8] Rom. 3, 27.

Num. 4: Ex *Glossa* in II Cor. 3, 5 (PL 192, 23 B-C). — Num. 5: Auctoritates sumuntur ex eadem *Glossa* in II Cor. 3, 6 (PL 192, 24 D, et A-B), ubi secunda rubricatur uti hic.

est libera sine fide *operante per dilectionem* i; et illa sufficienter et vere bona est. « Non est enim fructus bonus, qui de caritatis radice non surgit; si vero adsit fides operans per dilectionem, fit delectatio boni ».

Cap. 5 (166).

De illa cogitatione boni quae praecedit fidem plene disseritur. Illa autem cogitatio sive voluntas, quae fidem et caritatem aliasque justificationes praecedit, non sufficit ad salutem, nec recte vivitur ea. Hac voluntate concupiscitur illa bona voluntas quae est magnum bonum, ista vero non; alia ergo est illa voluntas sive cogitatio, alia ista.

Cap. 6 (167).

1. **Quod intellectus et cogitationem boni et voluntatem bonam praecedit.** Et sicut illa istam praecedit, ita illam praevenit intellectus. Unde **Augustinus,** ista distinguens super illum locum Psalmi2; *Concupivit anima mea desiderare iustificationes tuas,* ait 3; «*Concupivit desiderare* inquit, non *desideravi.* Videmus enim ratione nonnunquam quam utiles sunt iustificationes Dei, sed infirmitate praepediti, aliquando non desideramus. Praevolat ergo intellectus, sequitur tardus aut nullus affectus. Scimus bonum, nec delectat agere; et cupimus ut delectet. Sic iste olim desiderare concupiscebat quae bona esse cernebat, cupiens eorum habere delectationem, quorum potuit videre rationem. Ostendit itaque quibus quasi gradibus ad eas perveniatur: prius enim est ut videatur quam sint utiles et honestae; deinde ut earum desiderium concupiscatur; postremo ut proficiente gratia delectet earum operatio, quarum sola ratio delectabat ».

2. **Secundum verba Augustini gratiarum ordinem exponit.** Attende hunc ordinem gratiarum, quem hic distincte assignat **Augustinus:** qualiter scilicet intellectus bonorum praecedit concupiscentiam eorundem, et ipsa concupiscentia delectationem, quae fit per fidem et caritatem;

3 delectatio] dilectio (vel delectatio *interi.) TV,* vel dilectio *add. interi.* N, *corr. in* dilectio L2. 9 ergo est *trp.* CMNRTWX. 28 delectationem] delectatio est BC, dilectionem P.

i Resp. Gal. 5, 6. 2 Ps. 118, 20. 3 *Enarr. in Ps. II8,* 20, serm. 8, nn. 4-5 (PL 37, 1522; CCL 40, 1688s).

Cap. 6, num. 1: Ex *Glossa* Magistri in Ps. 118, 20 (PL 191, 1055 A-B).

qua habita, vere bona est voluntas qua recte vivitur; ipsaque fidei comes est, non praevia.

Cap. 7 (168).

1. **Quod ante gratiam justificationis multa in homine praecedunt bona: quaedam ex gratia et libertate arbitrii, quaedam ex libertate arbitrii tantum.** Qui verba **Augustini** praemissa 1 secundum hanc distinctionem considerat, nullam ibi repugnantiam fore animadvertit; non ignorans etiam ante gratiam praevenientem et operantem, qua voluntas bona praeparatur in homine, praecedere quaedam bona ex Dei gratia et libero arbitrio, quaedam etiam ex solo libero arbitrio; quibus tamen vitam non meretur, nec gratiam qua justificatur. — **Augustinus, De spiritu et littera. Ad Sixtum.** « Illius2 enim gratiae percipiendae, quae voluntatem hominis sanat, ut sanata legem impleat, nulla merita praecedunt. Ipsa est enim qua iustificatur impius, id est fit iustus qui prius erat impius; meritis autem impii non gratia, sed poena debetur; nec ista esset gratia, si non daretur gratuita ». Datur autem gratuita, quia nihil boni ante feceramus unde hoc mereremur.

2. **Quod ab homine bona fiunt et per liberum arbitrium tantum.** Non negamus tamen multa, ante hanc gratiam et praeter hanc gratiam, ab homine fieri bona per liberum arbitrium, ut tradit **Augustinus** in *Responsionibus contra Pelagianos*3, ubi dicit homines per liberum arbitrium agros colere, domos aedificare et alia plura bona facere sine gratia coopérante.

1 qua2] quia OP. 4-6 Rubrica *om.* RVW. 17 hoc] hec R, hanc V, *corr. in* hanc N. 18 Rubrica *om.* TVW, *abbrev.* R. 23 coopérante] operante NRVW, *quod corr.* W.

1 In cap. 4, n. 1 (p. 473s). 2 Partim ex *Epist. 194 (ad Sixtum),* c. 3, n. 7 (PL 33, 877; CSEL 57, 182); partim ex *De spiritu et iitt.,* c. 9, n. 15 (PL 44, 209; CSEL 60, 167s). 3 *Hypognostiam,* III, c. 4, n. 5 (inter opp. August., PL 45, 1623).

Cap. 7. Cf. J. Schupp, *Die Gnadenlehre,* 88-91, 160; L. Ott, *Untersuchungen zur theol. Briefliteratur,* 322ss. — Num. 1. Auctoritas Augustini conficitur ex duabus quae leguntur in *Glossa* Lombardi in Rom. 3, 24 (PL 191, 1361 C).

Cap. 8 (169).

1. **Utrum una eademque sit gratia quae dicitur operans et cooperans.** Hic considerandum est, cum praedictum sit [1] per gratiam operantem et praevenientem voluntatem hominis liberari ac praeparari ut bonum velit, et per gratiam cooperantem et subsequentem adiuvari ne frustra velit, utrum una et eadem sit gratia, id est unum munus gratis datum quod operetur et cooperetur, an diversa: alterum operans, et alterum cooperans.

2. Hic dicit quod una sit, sed propter diversos effectus, diversa sortitur nomina. Quibusdam non irrationabiliter videtur quod una et eadem sit gratia, idem donum, eadem virtus, quae operatur et cooperatur, sed propter diversos eius effectus et dicitur operans et cooperans. Operans enim dicitur[2] in quantum «liberat et praeparat voluntatem hominis ut bonum velit», cooperans in quantum eandem «adiuvat ne frustra velit», scilicet ut opus faciat bonum. Ipsa enim gratia non est otiosa, «sed meretur augeri, ut aucta mereatur et perfici».

Cap. 9 (170).

Quid sit ipsa gratia et quomodo meretur augeri quaeritur. Si vero quaeritur quomodo ipsa gratia praeveniens mereatur augeri, cum nullum meritum sit sine libero arbitrio, et quid sit ipsa gratia, an virtus annon, et si virtus, an actus vel non: ut hoc aperte insinuari valeat, praemittendum est tria esse genera bonorum.

8-9 Rubrica *om.* MVW. 11 eti *om.* MRTVWX, *exp.* N. 19 siti] *om.* OP. 19-20 annon... vel non] antequam... bonorum *(rubrica infra)* BCOP, *sed del.* O.

1 In Dist. 25, c. 9, et Dist. 26, cc. 2-4 (pp. 469, 471-476). 2 Ex dictis Augustini supra, cc. 1-2 huius Distinctionis.

Cap. 8. Olim, in aliis nostris editionibus, hic incipiebat Dist. XXVII. Vide notam infra positam ad caput eiusdem Distinctionis. — Cf. J. Schupp, *Die Gnadenlehre,* 206-215, secundum quem (p. 207) Magister Hugo de S. Victore distinctionem tenuit in num. 2 propositam (cf. *De sacram.,* I, 6, 17; PL 176, 274 B). Quae etiam Magistro Gilberto Porretano attribuitur in cod. Paris., Mazarin. lat. 758: «Nota tamen secundum magistrum Gilebertum alia est [gratia] operans, alia cooperans» (f. 78v); cf. A. Landgraf, *Untersuchangen zu den Eigenlehren Gilberts de la Porrée,* in *Zeitschr. f. kath. Theol.* 54 (1930) 192.

Cap. 10 (171).

Antequam solvat praemittit de tribus generibus bonorum. Alia namque sunt magna, alia minima, alia media, ut **Augustinus** ait in I libro *Retractationum* 1; «Virtutes, inquit, quibus recte vivitur, magna bona sunt; species autem quorumlibet corporum, sine quibus recte vivi potest, minima bona sunt; potentiae vero animi, sine quibus recte vivi non potest, media bona sunt». — Item[2]: «Virtutibus nemo male utitur; ceteris autem bonis, id est mediis et minimis, non solum bene, sed etiam male quisque uti potest. Et ideo virtute nemo male utitur, quia opus virtutis est bonus usus istorum quibus etiam non bene uti possumus; nemo autem bene utendo, male utitur. Non solum autem magna, sed etiam media et minima bona esse praestitit bonitas Dei ». Ecce habes tria genera bonorum distincta.

Cap. 11 (172).

1. **In quibus bonis sit liberum arbitrium.** Quaeritur autem in quibus bonis contineatur liberum arbitrium. — De hoc **Augustinus** in I libro *Retractationum* 3 ita ait: « In mediis quidem bonis invenitur liberum voluntatis arbitrium, quia et male illo uti possumus; sed tamen tale est ut sine illo recte vivere nequeamus. Bonus autem usus eius iam virtus est, quae in magnis reperitur bonis quibus male uti nullus potest. Et quia bona et magna et media et minima ex Deo sunt, sequitur ut ex Deo sit etiam bonus usus liberae voluntatis, qui virtus est et in magnis numeratur bonis ».

2. **Praemissas auctoritates considerari et conferri iubet, ut possit solvi quod quaerebatur.** Attende diligenter quae dicta sunt et confer in unum: sic enim aperietur quod supra 4 quaerebatur. Dixit equidem 5 opus virtutis

2 Rubrica *om.* MRTVWX. 17 ita ait *trp.* BCLMX.

1 Cap. 9, n. 4 (PL 32, 597; CSEL 36, 42). Ut rubrica marginalis in codd. melioribus indicat, « Idem dicit in II libro *De lib. arbitrio», e.* 19, n. 50 (PL 32, 1268; CSEL 74, 85). 2 August., ibid, (in utroque opere). 3 Cap. 9, ŋ. 6 (PL 32, 598; CSEL 36, 46). « In cap. 9 (p. 478). 5 Parum supra, lin. 9-10.

Cap. 10-11. Eaedem auctoritates leguntur partim in *Summa sent.,* III, 9 (PL 171, 1132 A-B; 176, 104 A-B); sed ea inspirante Magister recurrit ad originale.

esse bonum usum illorum bonorum quibus etiam non bene uti possumus, id est mediorum; in quibus posuit liberum arbitrium, cuius quoque bonum usum dixit esse virtutem. Quod si est, non est ergo opus virtutis quod supra dixit, quia aliud est virtus, aliud opus eius.

DISTINCTIO XXVII

Cap. 1 (173).

1. **De virtute: quid sit et quid actus eius.** Hic videndum est quid sit virtus et quid sit actus vel opus eius. « Virtus est, ut ait Augustinus i, bona qualitas mentis, qua recte vivitur et qua nullus male utitur, quam Deus solus in homine operatur».

2. Exemplum ponit de iustitia: quod de aliis itidem intelligendum est. Ideoque opus Dei tantum est, sicut de virtute iustitiae Augustinus docet super illum locum Psalmi 2: *Feci iudicium et iustitiam,* ita dicens3: « Iustitia magna virtus animi est, quam non facit in homine nisi Deus. Ideoque, cum ait Propheta ex persona Ecclesiae: *feci iustitiam,* non ipsam virtutem, quam non facit homo, sed opus eius intelligi voluit ». Ecce aperte insinuatur hic quod iustitia in homine non est opus hominis, sed Dei. Quod et de aliis virtutibus itidem intelligendum est.

3. **De fide itidem dicit, quod non est ex homine, sed ex Deo tantum.** Nam de gratia fidei Ephesiis scribens, Apostolus 4 similiter fidem non ex homine, sed ex Deo esse tantum asserit, inquiens: *Gratia estis salvati*

11 Rubrica om. VW, *in lac.* R. 17 insinuatur hic trp. MRTV. 19 itidem] itaque BC, idem L, et hic idem M.

1 Definitio partim fundatur super verba August, iam prolata in c. 10 praecedentis Dist. (p. 479), et alia mox citanda in n. 2-3. 2 Ps. 118, 121. 3 *Enarr. in Ps. 118,* serm. 26, n. 1 (PL 37, 1577; CCL 40, 1753). 4 Eph. 2, 8.

Dist. XXVII. « Ista distinctio (utdicitGuill.de Vaurouillon) tria habet initia secundum diversas opiniones », Alexandri scilicet Halensis ac plerumque scholasticorum (hic), S. Bonaventurae (supra, ad cap. 8), S. Thomae (supra, ad cap. 9). Cf. Ign. Brady, *The Distinctions of Lombard's Book of Sentences and Alexander of Hales,* in *Franc. Studies* 25 (1965) 104-106. — Num. 1. Cf. O. Lottin, *Les premières définitions et classifications des vertus au moyen âge,* in *Psych, et morale,* III, 100-102; qui ad rem declarat: «En réalité la définition est plutôt l'oeuvre du Lombard, qui a combiné un texte d'Augustin et une idée augustinienne. L'idée est celle de la gratuité de la grâce » (101, n. 2). — Num. 2: Ex *Glossa* in Ps. 118, 121 (PL 191, 1105 A). — Num. 3: Vide *Glossam* Magistri in Eph. 2, 8 (PL 192, 182 C).

per fidem, et hoc non ex vobis: Dei enim donum est. Quod a Sanctis ita exponitur 1; « *Hoc,* id est fides, *non est ex [vobis,* id est ex] vi naturae vestrae, quia *donum Dei* pure est ». Ecce et hic manifeste traditur quod fides non est ex libertate arbitrii sive ex arbitrio voluntatis. — Quod superioribus consonat, ubi dictum est2 gratiam praevenientem vel operantem esse virtutem quae voluntatem hominis liberat et sanat. Unde **Augustinus** in libro *De spiritu et littera* 3 ait: « Iustificati sumus non per liberam voluntatem, sed per gratiam Christi: non quod sine voluntate nostra fiat, sed voluntas nostra ostenditur infirma per legem, ut sanet gratia voluntatem, et sana voluntas impleat legem ».

Cap. 2 (174).

1. **De gratia quae liberat voluntatem, quae si virtus est, virtus non est ex libero arbitrio, et sic non est motus mentis.** Si igitur gratia quae sanat et liberat voluntatem hominis virtus est, vel una vel plures, cum ipsa gratia non sit ex arbitrio voluntatis, sed eam potius sanet ac praeparet ut bona sit, consequitur ut virtus non sit ex libero arbitrio, et ita non sit motus vel affectus mentis, cum omnis motus vel affectus mentis sit ex libero arbitrio: sed bonus ex gratia et libero arbitrio, malus vero ex libero arbitrio tantum. — Ut enim ait **Augustinus** in I libro *Retractationum 4,* « homo sponte et libero arbitrio cadere potuit, non etiam resurgere ». Item in libro *De duabus animabus 5:* «Animae si libero ad faciendum et non faciendum motu animi carent, si denique his abstinendi ab opere suo potestas nulla conceditur, earum peccatum tenere non possumus ». — Hic aperte ostenditur quod motus animi, sive ad bonum sive ad malum, ex libero arbitrio est; ideoque si gratia vel virtus motus mentis est, ex libero arbitrio est; si vero ex libero arbitrio vel ex parte est, iam non solus Deus, sine homine, eam facit.

2 vobis... ex *suppi, ex Glossa Lomb.* 3 vestrae] nostre NRTVX. 6 Unde] ut BCLMTW. 10 sana] sanata MT *(Aug.).* 23 earum] eorum LVW.

1 *Glossa interi,* in h. 1. (apud Lyranum, VI, 91r). ' 2 In Dist. 26, c. 8 (p. 478). 3 Cap. 9, n. 15 (PL 44, 209; CSEL 60, 167s). 4 Cap. 9, n. 6 (PL 32, 598; CSEL 36, 46), ubi recitantur iam dicta in *De llb. arbitrio,* II, c. 20, n. 54 (PL32, 1270; CSEL 74,88). Cf. etiam *De dono perseverantiae,* c. 11, n. 27 (PL 45, 1009). 3 Cap. 12, n. 17 (PL 42,107; CSEL 25, 73s), mediante *Retract.,* I, c. 15, n. 6 (PL 32, 610; CSEL 36, 77s).

Num. 1. Cf. J. Schupp, *Die Gnadenlehre,* 208. — Num. 3. De hac comparatione, v. J. Schupp, ibid., 110, nota 22; et A. M. Landgraf, *Die Erkenntnis der helfenden Gnade,* in *Dogmengeschichte,* I-], 119.

2. **Hic aperit ad quid praedicta tenderent, scilicet ut innotesceret an virtus sit motus mentis vel non** *: Propterea quidam 1 non inerudite tradunt virtutem esse bonam mentis qualitatem sive formam, quae animam informat; et ipsa non est motus vel affectus animi, sed ea liberum arbitrium iuvatur, ut ad bonum moveatur et erigatur; et ita ex virtute et libero arbitrio nascitur bonus motus vel affectus animi, et exinde bonum opus procedit exterius.

3. **Per simile ostendit, et est hic aperta comparatio inter tria et tria** *: Sicut2 pluvia rigatur terra ut germinet et fructum faciat, nec pluvia est terra nec germen nec fructus, nec terra germen vel fructus, nec germen fructus; (**Adaptatio comparationis** *:) ita gratis terrae mentis nostrae, id est arbitrio voluntatis, infunditur pluvia divinae benedictionis, id est inspiratur gratia – quod solus Deus facit, non homo cum eo – qua rigatur voluntas hominis ut germinet et fructificet, id est sanatur et praeparatur ut bonum velit, secundum quod dicitur operans; et iuvatur ut bonum faciat, secundum quod dicitur cooperans. Et illa gratia 'virtus' non incongrue nominatur, quia voluntatem hominis infirmam sanat et adiuvat.

Cap. 3 (175).

1. **Ex quo sensu dicuntur ex gratia incipere bona merita et de qua gratia hoc intelligatur.** Cum ergo ex gratia dicuntur esse bona merita et incipere 3, aut intelligitur gratia gratis dans, id est Deus; vel potius gratia gratis data quae voluntatem hominis praevenit: non enim esset magnum si haec a Deo dicerentur esse, a quo sunt omnia. Sed potius eius gratia gratis data intelligitur, ex qua incipiunt bona merita.

2. **Qualiter intelligatur 'cum ex sola gratia esse intelligantur'** *: Quae cum ex sola gratia esse dicantur, non excluditur liberum arbitrium, quia nullum meritum est in homine, quod non sit per liberum arbitrium. Sed

8-9 Rubrica *om.* MVW. ‖ etU.. tria2 *om.* BCNX. 10 nec3... fructus2 mg. VW, *om.* X. 11 Rubrica *om.* BCMRVWX. 12 est] libero *add.* LT. 23 esset] est OP, *om.* M, *interi.* R. ‖ esset magnum *trp.* TVX. 26 intelligantur] intelligatur BCP, dicuntur L, dicatur R.

1 Hic forsitan Magister prae oculis habet doctrinam Bernardi, *De gratia et lib. arbitrio,* c. 14, nn. 46-47 (PL 182, 1026s; ed. Romana, III, 199s). 2 Cf. Ps-Chrysost., *Opus imperf. in Matth.,* hom. 20 (PO, 56, 744). 3 Cf. supra, Dist. 26, c. 4, n. 3 (p. 474s).

Cap. 3. Cf. Lomb. *Glossa in* Rom. 4, 5, et 12, 3, ac in I Cor. 15, 10 (PL 191, 1367 C-D, 1498 C, 1676 A-C); et J. Schupp, *Die Gnadenlehre,* 111, n. 26, et 255-266.

in bonis merendis causae principalitas gratiae attribuitur, quia principalis causa bonorum meritorum est ipsa gratia, qua excitatur liberum arbitrium, et sanatur atque iuvatur voluntas hominis ut sit bona.

Cap. 4 (176).

1. **Quod bona voluntas gratiae principaliter est et etiam gratia est, sic et omne bonum meritum.** Quae ipsa etiam donum Dei est et hominis meritum, immo gratiae, quia ex gratia principaliter est, et gratia est. Unde **Augustinus,** *Ad Sixtum presbyterum* 1; « Quid est meritum hominis ante gratiam, cum omne bonum meritum nostrum non in nobis facit nisi gratia ? »

2. **Qualiter per bonum meritum bonum in homine constituitur et quid sit primum bonum meritum, in parte ostendit.** Ex gratia enim, ut dictum est2, quae praevenit et sanat arbitrium hominis, et ex ipso arbitrio procreatur in anima bonus affectus sive bonus motus mentis; et hoc est primum bonum hominis meritum. Sicut, verbi gratia, ex fide virtute et hominis arbitrio generatur in mente motus quidam bonus et remunerabilis, scilicet ipsum credere; ita ex caritate et libero arbitrio alius quidam motus provenit, scilicet diligere, bonus valde. Sic de ceteris virtutibus intelligendum est. Et isti boni motus vel affectus merita sunt et dona Dei, quibus meremur et ipsorum augmentationem et alia quae consequenter hic et in futuro nobis apponuntur.

Cap. 5 (177).

Ex qua ratione dicitur fides mereri justificationem et alia. Cum ergo dicitur fides mereri justificationem 3 et vitam aeternam, ex ea ratione dictum accipitur, quia per actum fidei meretur illa. Similiter de caritate et de iustitia et de aliis accipitur. Si enim fides, ipsa virtus praeveniens, dice-

3 iuvatur] adjuvatur LMRTVW. 11 per om. LNOPRT. ‖ bonum2 *om.* LNT.

1 EpisL 794, c. 5, n. 19 (PL 33,880; CSEL 57,190). 2 Supra, c. 2, nn. 1-2 (p. 481s). 3 Supra, Dist. 26, c. 2, n. 3, et c. 3, n. 1 (p. 472s).

Cap. 4, num. 1. Auctoritas Augustini, ex *Glossa* in Rom. 6, 23 (PL 191, 1412 C); cf. etiam in Eph. 2, 8-9 (PL 192, 182 C-D).

Cap. 5. Cf. *Glossa* in Rom. 12, 3 (PL 191, 1498 B-C). — Cap. 6, num. 1. Auctoritas August, sumitur de *Glossa* in Rom. 6,23 (PL 191,1412 C); cf. etiam in Eph. 1,4 (PL 192,171 C).

retur esse mentis actus qui est meritum, iam ipsa ex libero arbitrio originem haberet; quod quia non est, sic dicitur esse meritum quia actus eius est meritum: si tamen adsit caritas, sine qua nec credere nec sperare meritum est vitae. Unde apparet vere quia caritas est Spiritus Sanctus i; quae animae qualitates informat et sanctificat, ut eis anima informetur et sanctificetur; sine qua animae qualitas non dicitur virtus, quia non valet sanare animam.

Cap. 6 (178).

1. **De muneribus virtutum et de gratia, quae non est sed facit meritum.** Ex muneribus itaque virtutum boni sumus et iuste vivimus; et ex gratia, quae non est meritum sed facit, non tamen sine libero arbitrio, proveniunt merita nostra, scilicet boni affectus eorumque progressus atque bona opera, quae Deus remunerat in nobis. — Et haec ipsa sunt Dei dona. Unde **Augustinus,** *Ad Sixtum presbyterum*2; «Cum coronat merita nostra, nihil aliud coronat quam munera sua. Unde vita aeterna, quae in fine a Deo meritis praecedentibus redditur, quia et eadem merita quibus redditur non a nobis sunt, sed in nobis facta sunt per gratiam, recte et ipsa vita 'gratia' nuncupatur, quia gratis datur. Nec ideo gratis quia non meritis datur, sed quia data sunt per gratiam et ipsa merita quibus datur ».

2. **Epilogus ubi alia addat.** Ex praemissis iam innotescere nobis aliquatenus potest qualiter gratia praeveniens meretur augeri et alia, et quid ipsa sit, an virtus an aliud, et si virtus sit actus vel non 3. Ostensum est enim supra 4, ex parte quorundam, quod ipsa est virtus, et virtus non est actus, sed eius causa, non tamen sine libero arbitrio.

3. **Exponit quomodo intelligendum sit illud: 'bonus usus liberi arbitrii virtus est'** 5. Unde quod supra 5 **Augustinus** dixit, bonum usum liberi arbitrii esse virtutem, ita .accipi potest: id est actum virtutis. Alioquin sibi contradicere videretur, qui etiam opus virtutis supra6

4 est vitae *trp*. OP. 10 muneribus] actibus (et muneribus mg.) L, actibus vel muneribus V, actibus X, vel actibus *add. interi. O2T2,* vel actionibus *add. mg*. W. 18 vita *om*. MX *(Aug., Glossa Lomb.), exp. sed rep. mg*. O, *mg. L2, interi.* T. 21 addat] addit LMVWX. 28 accipi potest] accipitur OP. 29 videretur] videtur OP.

1 Ut ostensum est supra, L. I, d. 17 (pp. 141-152). 2 *Epist. 194,* c. 5, n. 19 (PL 33, 880s; CSEL 57, 190s). Cf. etiam *De corrept. et gratia,* c. 13, n. 41 (PL 44, 942); *In Ioan.,* tr. 3, nn. 9-10 (PL 35, 1400s; CCL 36, 24s). 3 Haec omnia quaerebantur supra, Dist. 26, c. 9 (p. 478). 4 Cap. 2, n. 2 (p. 482). 5 Dist. 26, c. 11, n. 1 (p. 479). 6 Dist. 26, c. 10 (p. 479).

dixit esse bonum usum eorum quibus non bene uti possumus; in quibus posuit liberum arbitrium 1. Si vero bonus usus liberi arbitrii opus virtutis est, iam virtus non est. Cum ergo bonum usum eius virtutem esse dixit, nomine virtutis ipsius usum significavit.

Cap. 7 (179).

1. **Quod idem usus est virtutis et liberi arbitrii, sed virtutis principaliter.** Idem nempe usus bonus ex virtute est et ex libero arbitrio, sed ex virtute principaliter; et bonus ille usus in magnis bonis annumerandus est2.

2. **Quod gratia praeveniens, quae virtus intelligitur, non est usus liberi arbitrii, sed ex ea bonus usus liberi arbitrii et omnia bona merita.** Illa autem gratia praeveniens, quae et virtus est, non usus liberi arbitrii est, sed ex ea potius est bonus usus liberi arbitrii. Quae nobis est a Deo, non a nobis. Usus vero bonus arbitrii et ex Deo est et ex nobis; et ideo bonum meritum est. Ibi enim solus Deus operatur, hic Deus et homo. — Hoc meritum ex illa purissima gratia provenit. Quod Apostolus notavit dicens 3; *Gratia Dei sum id quod sum, et gratia eius in me vacua non fuit.* — **Augustinus, De gratia et libero arbitrio:** Super quem locum **Augustinus**4 ita ait: « Recte gratiam nominat. Primum enim sola gratia dat Deus, et nonnisi gratiam, cum non praecedunt nisi mala merita; sed post per gratiam incipiunt merita bona. Et ut ostenderet etiam liberum arbitrium, addit: *Et gratia eius in me vacua non fuit* ». — **Idem** 5: «Et ne ipsa voluntas sine gratia Dei putetur aliquid boni posse, subdit: *Non autem ego* solus, scilicet sine gratia, *sed gratia Dei mecum,* id est cum libero arbitrio. Plane cum data fuerit gratia, incipiunt esse nostra merita bona; per illam tamen, quia si illa defuerit, cadit homo ».

7 bonus] et *add.* MVW. 10-11 Rubrica *om.* RVW. 13 est bonus usus *om.* BCOPRWX. 20 sola gratia] solam gratiam NTV. 21 merita bona *trp.* OP.

1 Dist. 26, C. 11, ŋ. 1 (p. 479). 2 Ibid. 3 I Cor. 15, 10. 4 Cap. 5, n. 12 (PL 44, 888s). 5 Ibid., c. 5, n. 2 (889).

Cap. 7, num. 2. Auctoritas Augustini conflatur, ut ita dicam, ex *Glossa* Magistri in I Cor. 15, 10 (PL 191, 1676 A-C). Verba enim introductoria (« Recte... merita bona») fundantur potius et in parte super *Glossam ordin.* in h. 1.: « Primum sola gratia, cum non praecederent nisi mala merita. Sed post per gratiam incipiunt merita» (apud Lyranum, VI, 58c). Reflectunt autem verba Augustini ad finem huius capituli.

Cap. 8 (180).

1. **Aliorum sententia hic ostenditur, qui dicunt virtutes esse bonos usus liberi arbitrii, id est actus mentis.** Alii vero dicunt l virtutes esse bonos usus naturalium potentiarum, non tamen omnes, sed tantummodo interiores, qui in mente sunt; exteriores vero, qui per corpus geruntur, s non virtutes esse dicuntur, sed opera virtutum.

2. **Qualiter praedicta verba Augustini huic sententiae conveniunt.** Et ideo, quod Augustinus dicit2; 'opus virtutis esse bonum usum naturalium potentiarum', de usu exteriori accipiunt; quod vero dicit 3, 'bonum usum liberi arbitrii virtutem esse et in magnis numerari bonis', io de usu interiori intelligunt. Et virtutes nihil aliud esse quam bonos affectus vel motus mentis asserunt; quos Deus in homine facit, non homo, quia licet illi motus sint liberi arbitrii, non tamen esse queunt nisi Deus ipsum liberet et adiuvet gratia sua operante et coopérante: quam Dei gratuitam voluntatem accipiunt, quia *Deus est qui* et *operatur in nobis* is *velle* et operari bonum 4.

3. **Quibus auctoritatibus muniunt quod dicunt.** Quod autem virtutes sint motus mentis, testimoniis sanctorum adstruunt. Dicit enim Augustinus, *Super Ioannem* 5; « Quid est fides? Credere quod non vides »; credere autem motus mentis est. — Idem in libro III *De doctrina christiana* 6; « Caritatem autem voco motum animi ». Si vero caritas et fides 20 motus animi sunt, virtutes ergo motus animi sunt.

4. **Quomodo alii his respondeant praedicta determinantes.** Quibus alii respondentes, praemissa verba Augustini ita intelligenda fore inquiunt: 'Fides est credere quod non vides', id est fides est virtus, qua 25 creditur quod non videtur. Item 'caritas est motus animi', id est gratia, qua movetur animus ad diligendum.

7 Rubrica *om. NtVW, abbrev.* R. 15 et *om.* MNRTVX. 17 muniunt] muniant LRVW. 23 Rubrica *om.* MVW.

1 Secundum J. Schupp, *Die Gnadenlehre des Petrus Lombardus,* 210, agitur de schola Gilberti de la Porrée. Cui addi potest schola Abaelardi; cf. *Sententiae Hermanni,* c. 32 (PL 178, 1749 D-1750 B). 2 Supra, Dist. 26, c. 10 (p. 479, 9-10). 3 Ibid., *c. 11* (p. 479, 22-23). Phil. 2, 13: *Deas est enim qui operatur in vobis et velle et perficere.* 5 Tract. 40, n. 9 (PL 35, 1690; CCL 36, 355); cf. infra, L. III, d. 23, c. 7, n. 3. 6 Cap. 10, n. 16 (PL 34, 72; CSEL 80, 89; CCL 32, 87); cf. supra, L. I, d. 17, c. 6, n.6 (p. 151, 1-2).

5. **Determinationem confirmant auctoritatibus.** — **Augustinus.** Et quod haec et his similia ita accipienda sint, ex his conicitur quae alibi Augustinus ait. Nam in I libro *Quaestionum Evangelii* i inquit: « Est fides qua creduntur ea quae non videntur, quae proprie dicitur fides ». — Item in XIII libro *De Trinitate*[2]: « Alia sunt ea quae creduntur, aliud est fides qua creduntur ».

6. Ex quibus verbis sic argumentando procedunt: Aliud est credere, aliud illud quo creditur; praedictum est autem fidem esse id quo creditur; sic igitur credere non est fides, quia credere non est id quo creditur. — Addunt quoque: Virtus opus Dei tantum est, quam ipse solus facit in nobis; ipsa ergo non est usus vel actus liberi arbitrii. Sed credere est actus liberi arbitrii; non est itaque virtus.

7. **Harum sententiarum iudicium lectori relinquit.** Praemissis aliisque rationibus ac testimoniis innituntur utrique. Horum autem iudicium diligentis lectoris relinquo examini, ad alia properans.

DISTINCTIO XXVIII

Cap. 1 (181).

1. **Praedicta repetit ut alia addat, definitam assignationem ponens de gratia et libero arbitrio contra Pelagianos.** Id vero inconcusse et incunctanter teneamus, liberum arbitrium sine gratia praeveniente et adiuvante non sufficere ad iustitiam et salutem obtinendam, nec meritis praecedentibus gratiam Dei advocari, sicut pelagiana haeresis tradidit. Nam ut ait Augustinus in I libro *Retractationum* 3, « novi haeretici Pelagiani liberum sic asserunt voluntatis arbitrium, ut gratiae Dei non relinquant locum: quam secundum merita nostra dari asserunt ».

5 Alia] aliud MVW. 9 quo] quod OP. 11-12 est actus *trp.* MRT. 13 Rubrica *om.* NVW. 18 definitam assignationem] designatam diffinitionem BCX. ‖ assignationem] assertionem NVW.

1 Potius L. II, q. 39, in Luc. 17, 5: *Adauge nobis fidem* (PL 35, 1352). 2 Cap. 2, n. 5 (PL 42, 1016s; CCL 50A, 386). 3 Cap. 9, n. 3 (PL 32, 595; CSEL 36, 38).

Num. 5: Prima auctoritas iam legitur in *Glossa* in Rom. 1, 17 (PL 191, 1323 D, ubi rubrica ponitur extra proprium locum); altera, in *Glossa* in Eph. 4, 5 (PL 192, 197 C-D), et infra, Lib. III, d. 23, c. 3, n. 1.

Dist. XXVIII. Cf. J. Schupp, *Die Gnadenlehre,* 95-105.

2. Quae sit haeresis Pelagianorum de gratia et libero arbitrio* — Augustinus in libro De haeresibus* «Pelagianorum haeresis, omnium recentissima, a **Pelagio** monacho est exorta. Hi Dei gratiae, qua praedestinati sumus et qua meruimus *de potestate tenebrarum* erui[2], in tantum inimici sunt, ut sine hac credant hominem posse facere omnia divina mandata. Denique **Pelagius**, a fratribus increpatus quod nihil tribueret adiutorio gratiae Dei ad eius mandata facienda, non eam libero arbitrio praeponebat, sed infideli calliditate supponebat, dicens ad hoc eam dari hominibus, ut quae facere per liberum arbitrium iubentur, facilius possint implere per gratiam. Dicendo utique 'facilius possint', voluit credi, etiam si difficilius, tamen posse homines sine gratia facere iussa divina. Illam vero gratiam Dei, sine qua nihil boni possumus facere, non esse dicunt nisi in libero arbitrio, quod nullis suis praecedentibus meritis ab illo accepit nostra natura; ipso ad hoc tantum iuvante nos per suam legem atque doctrinam, ut discamus quae facere et quae sperare debeamus; non autem ad hoc, per donum Spiritus Sancti, ut quae didicerimus esse facienda faciamus. Ac per hoc divinitus dari nobis scientiam confitentur, qua ignorantia pellitur; caritatem autem negant divinitus dari, qua pie vivitur: ut scilicet sit donum Dei *scientia,* quae sine caritate *inflat;* et non sit donum Dei ipsa *caritas,* quae ut scientia non inflet *aedificat*[3]. Destruunt etiam orationes quas facit Ecclesia, sive pro infidelibus et doctrinae Dei resistentibus, ut convertantur ad Deum; sive pro fidelibus, ut augeatur eis fides et perseverent in ea. Haec quippe non ab ipso accipere, sed a se ipsis homines habere contendunt: gratiam Dei, qua liberamur ab impietate, dicentes secundum merita nostra dari. Parvulos etiam sine ullo peccati originalis vinculo asserunt nasci ».

Cap. 2 (182).

1. Hic ponit ea quibus suum confirmant errorem, verbis Augustini contra ipsum utentes. Quod vero dicunt, sine gratia hominem per liberum arbitrium omnia iussa implere, huiusmodi inductionibus muniunt.

1 Rubrica *om.* LRW. 7 tribueret] tribuerit BCLOP. 14 tantum] tamen BCOPW, *corr. in* tamen R. 23 ea] eo MOPRTVW. 28 suum *om.* BCX.

1 Num. 88 (PL 42, 47s; CCL 46, 340s). 2 Resp. Col. 1, 13. 3 Resp. I Cor. 8, 1.

Cap. 2-3. Quomodo conflantur (praeter c. 3, num. 5) ex *Retractationibus* satis apparet.

2. **Testimonium Augustini quod inducit Pelagius pro se.** Si, inquiunt, non potest ea facere homo quae iubentur, non est ei imputandum ad mortem, sicut tu ipse, Augustine, in libro *De libero arbitrio* 1 asseris: « Quis, inquis, peccat in eo quod nullo modo caveri potest? Peccatur autem: caveri igitur potest ». — **Retractatio Augustini.** Hoc testimonio **Augustini Pelagius** usus est disputans adversus eum, immo adversus gratiam, sicut **Augustinus** in libro *Retractationum*2, illud et alia huiusmodi retractans, commemorat inquiens: « In his atque huiusmodi verbis meis, quia gratia Dei commemorata non est, de qua tunc non agebatur, putant Pelagiani suam nos tenuisse sententiam. Sed frustra hoc putant. Voluntas quippe est qua peccatur et recte vivitur: quod his verbis egimus. Sed ipsa nisi Dei gratia liberetur, et ut vitia superet adiuvetur, recte a mortalibus vivi non potest ». Ecce aperte determinat ex quo sensu illa dixerit, inimicos gratiae refellens.

3. **Aliud testimonium Augustini ponit, quo item Pelagius pro se utebatur.** Similiter etiam innitebatur **Pelagius** verbis **Augustini** contra gratiam, quae in libro *De duabus animabus* 3 dicit: « Peccati, inquit, reum tenere quemquam, quia non fecit quod facere non potuit, summae iniquitatis et insaniae est ». — **Pelagii quaestio.** His auditis, exsiliit **Pelagius** dicens: Cur ergo parvuli et illi qui non habent gratiam, sine qua non possunt facere mandata divina, tenentur rei?

Cap. 3 (183).

1. **Augustini determinatio.** Hoc autem qua occasione dixerit, in libro *Retractationum*4 Pelagio respondens aperit. Id enim contra Manichaeos dixit, qui in homine duas naturas esse contendunt: unam bonam ex Deo, alteram malam ex gente tenebrarum, quae nunquam bona fuit nec bonum velle potest; quod si esset, non videretur ei imputandum esse si non bonum facit.

1 et 5 Rubricae om. RVW. 19 Rubrica *om.* RVW. 21 tenentur rei *trp.* BCOPW. 23 Rubrica *om.* RVW. 28 facit] faceret NRTVWX, *corr. in* faceret M.

1 Lib. III, c. 18, n. 50 (PL 32, 1295; CSEL 74, 131), mediante *Retract.,* ut indicatur in nota sequenti. 2 Lib. I, c. 9, nn. 3-4: « Et paulo post: *Quis,* inquam, *peccat... caveri igitur potest.* Quo testimonio meo in quodam libro suo Pelagius usus est... In his atque huiusmodi verbis meis... vivi non potest » (PL 32, 596s; CSEL 36, 41s). 3 Cap. 12, n. 17 (PL 42, 107; CSEL 25, 73), iterum mediante *Retract.,* ut in nota sequenti. 4 Lib. I, c. 15, nn. 1 et 6 (PL 32, 608, et 610; CSEL 36, 71s, et 77s).

2. **Aliud quod videtur contradicere gratiae Dei addit.** Alibi etiam Augustinus dicit quae huic gratiae contradicere videntur, qua iustificamur. Ait enim in libro *Contra Adamantium* i, Manichaei discipulum: « Nisi quisque voluntatem suam mutaverit, bonum operari non potest. Quod in nostra potestate esse positum Dominus docet, ubi ait 2; *Aut facite arborem bonam* » etc. — **Determinatio Augustini in Retractatione.** Quod Augustinus in *Retractationibus* 3 « non esse contra gratiam Dei quam praedicamus» ostendit: «In potestate quippe hominis est mutare in melius voluntatem, sed ea potestas nulla est nisi a Deo detur, de quo dictum est 4: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Cum enim hoc sit in potestate, quod cum volumus facimus, nihil tam in potestate quam ipsa voluntas est; sed *praeparatur voluntas a Domino* 5. Eo ergo modo dat potestatem ».

3. **Aliud testimonium eiusdem quod videtur adversum. — Augustinus in libro De duabus animabus; in Retractationibus** 6. «Sic etiam intelligendum est » quod in eodem *t* ait, scilicet « in nostra potestate esse ut vel inseri bonitate Dei, vel excidi eius severitate mereamur. Quia in potestate nostra non est nisi quod nostram sequitur voluntatem: quae cum praeparatur a Domino, facile fit opus pietatis, etiam quod impossibile et difficile fuit ».

4. **Aliud testimonium.** In *Expositione* quoque *quarundam propositionum Epistolae ad Romanos* quaedam Augustinus interserit, quae videntur huic doctrinae gratiae adversari. Ait enim 8: «Quod credimus, nostrum est; quod autem bonum operamur, illius est qui credentibus dat Spiritum Sanctum ». Et paulo post9: « Nostrum est credere et velle; illius autem dare credentibus et volentibus facultatem bene operandi per Spiritum Sanctum». — **Retractatio qualiter haec accipi debeant.** Quae qualiter intelligi debeant, Augustinus in libro *Retractationum* 1° ape-

3 enim *om.* BOP. 4 suam *om.* MNV *(Aug.), interi.* RT. 6 Rubrica *om.* RVW. 12 voluntas a Domino *trp.* BCNOPRVW. 15 Sic] Hic CMNOP. 27 Rubrica *om.* RVW.

1 Id est *Contra Adimantum,* c. 26 (PL 42, 169; CSEL 25, 185), ex *Retract,* uti infra. 2 Matth. 12, 33. 3 Lib. I, c. 22, n. 4: «Alio loco: *Nisi quisque,* inquam, *voluntatem mutaverit...* Quod non est contra gratiam Dei quam praedicamus. In potestate quippe... dat potestatem» (PL 32, 620; CSEL 36, 103s). 4 Ioan. 1, 12. 5 Prov. 8, 35, iuxta LXX: *Et paratur voluntas a Domino.* 6 Lib. I, c. 22, n. 4: « Sic intelligendum est et quod dixi postea: *In nostra potestate esse... mereamur.* Quia in potestate... difficile atque impossibile fuit » (PL 32, 620; CSEL 36, 104). 7 *Contra Adimantum,* c. 27 (PL 42, 170; CSEL 25, 186). 8 Num. 60 (PL 35, 2079). » Num. 61 (PL 35, 2079). 10 Lib. I, c. 23, nn. 2-3 (PL 32, 621s; CSEL 36, 108s), unde et praemissas *propositiones* Magister accepit.

rit dicens: « Verum est quidem a Deo esse quod operamur bonum, sed eadem regula utriusque est, et volendi scilicet et faciendi. Et utrumque ipsius est, quia ipse praeparat voluntatem; et utrumque nostrum, quia non fit nisi volentibus nobis. Illa itaque profecto non dixissem, si iam scirem etiam ipsam fidem inter Spiritus Sancti munera reperiri ».

5. **Adhuc addit aliud quod videtur contrarium.** Illud etiam diligenter est inspiciendum, quod **Augustinus** in libro *Sententiarum Prosperi* 1 ait, scilicet quod « posse habere fidem, sicut posse habere caritatem, natura est hominum; habere autem fidem, sicut habere caritatem, gratia est fidelium ». — **Determinatio.** Quod non ita dictum est, tanquam ex libero arbitrio valeat haberi fides vel caritas, sed quia aptitudinem naturalem habet mens hominis ad credendum vel diligendum: quae Dei gratia praeventa, credit et diligit; quod sine gratia non valet.

Cap. 4 (184).

Testimonium Hieronymi, asserit, adstruit quid tenendum de gratia et libero arbitrio, ubi triplex haeresis indicatur, scilicet loviniani, Manichaei, Pelagii. Id ergo de gratia et libero arbitrio indubitanter teneamus, quod **Hieronymus** in *Explanatione fidei catholicae ad Damasum Papam*2, loviniani et Manichaei ac Pelagii errores collidens docet: « Liberum, inquit, sic confitemur arbitrium, ut dicamus nos semper indigere Dei auxilio; et tam illos errare, qui cum Manichaeo dicunt hominem peccatum vitare non posse, quam illos qui cum loviniano asserunt hominem non posse peccare. Uterque tollit arbitrii libertatem. Nos vero dicimus hominem semper et peccare et non peccare posse, ut semper nos liberi confiteamur esse arbitrii. Haec est fides quam in catholica Ecclesia didicimus et quam semper tenuimus ».

2 utriusque est *trp.* BCM. 6 Adhuc addit *trp.* OPR. ‖ aliud *om.* COP. 10 Determinatio *om.* MRVW. 15 Testimonium OP, testimonio LMNRTVW, terminatio BC. ‖ asserit *om.* NRTVW. ‖ tenendum] sit *add.* NRV. 16 scilicet *om.* BCL. 17 ergo] vero NV, quoque R.

1 Prosper Aquitanus, *Sententiae ex Augustino delibatae,* n. 316 (PL 45,1887; 51, 476 B); ex August., *De praedest. sanctorum,* I, c. 5, n. 10 (PL 44, 968). 2 Id est ipse Pelagius in *Libello fidei ad Innoc. Papam,* nn. 13-14 (inter opp. August., PL 45, 1718); de quo vide supra, p. 196, nota 1.

DISTINCTIO XXIX

Cap. 1 (185).

1. **Utrum homo ante peccatum eguerit gratia operante et coopérante.** Post haec considerandum est utrum homo ante peccatum eguerit gratia operante et coopérante.

2. **Quod operante et coopérante eguerit, sed operante non eguit secundum omnem modum quo ipsa operatur.** Ad quod breviter dicimus quia non coopérante tantum, sed etiam operante gratia indigebat; non quidem secundum omnem operandi modum operantis gratiae: operatur enim liberando et praeparando voluntatem hominis ad bonum 1. Egebat itaque homo ea non ut liberaret voluntatem suam, quae peccati serva non fuerat; sed ut praepararet ad volendum efficaciter bonum, quod per se non poterat. — Non enim poterat bonum mereri sine gratia, ut Augustinus in *Enchiridion*2 evidenter tradit: « Illam, inquit, immortalitatem in qua poterat non mori, natura humana perdidit per liberum arbitrium; hanc vero in qua non poterit mori, acceptura est per gratiam, quam fuerat si non peccasset acceptura per meritum. Quamvis sine gratia nec tunc ullum meritum esse potuisset, quia etsi peccatum in solo erat arbitrio constitutum, non tamen iustitiae habendae vel retinendae sufficiebat liberum arbitrium, nisi divinum praeberetur adiutorium». — Ecce his verbis satis ostenditur quod ante peccatum homo indigebat gratia operante et coopérante. Non enim habebat quo pedem movere posset sine gratiae operantis et coopérants auxilio; habuit tamen quo poterat stare 3.

6 sed] scilicet BCX. 11 liberaret *trp. p.* suam BCX. 16 poterit] poterat BCLMOP, *quod corr.* P. 24 poterat] potuit BCW.

1 Vide supra, Dist. 26, c. 1 (pp. 470s). 2 Cap. 105-106 (PL 40, 281s; CCL 46, 106). 3 Vide supra, Dist. 24, cc. 1-2 (pp. 450ss).

Cap. 1. Cf. *Summa sent.,* III, 7 et 9 (PL 171, 1127 A-B, 1131 B; 176, 99 C-D, 103 C), quae hic aliqualiter opponitur; vide etiam *Sent.* Rolandi (ed. A. Gietl), 118.

Cap. 2 (186).

1. **Quod homo ante lapsum virtutes habuerit.** Praeterea quaeri solet utrum homo ante lapsum virtutem habuerit. — Quibusdam videtur quod non habuerit, id ita probare conantibus: Justitiam, inquiunt, non habuit, quia praeceptum Dei contempsit; nec prudentiam, quia sibi non providit; neque temperantiam, quia aliena appetiit; nec fortitudinem, quia pravae suggestioni cessit. — Quibus respondentes, dicimus eum quidem non tunc habuisse has virtutes quando peccavit, sed ante, et tunc amisisse.

2. **Testimoniis sanctorum adstruit hominem primum habuisse virtutes.** Quod multis sanctorum testimoniis comprobatur. Ait enim Augustinus in quadam homilia 1; « Adam, perdita caritate, malus inventus est ». Item 2; « Princeps vitiorum dum vicit Adam, de limo terrae ad imaginem Dei factum, pudicitia armatum, temperantia compositum, caritate splendidum, primos parentes illis donis ac tantis bonis exspoliavit pariterque peremit ». — De hoc eodem Ambrosius, *Ad Sabinum* 3, ait: « Quando Adam solus erat, non est praevaricatus, quia eius mens Deo adhaerebat ». Super Psalmum quoque dicit 4 quod « homo ante peccatum beatissimus auram carpebat aetheream »; sed quomodo sine virtute beatissimus erat? — Augustinus quoque, *Super Genesim* 5, dicit Adam ante peccatum « spirituali mente praeditum fuisse ». Non est ergo dubitandum hominem ante peccatum virtutibus fplsisse, sed illis per peccatum exspoliatum fuisse.

Cap. 3 (187).

De electione hominis de paradiso. In illius quoque peccati poenam eiectus est de paradiso in istum miseriarum locum, sicut in Genesi legi-

2 habuerit] habuit LORVW. 3 habuerit] habuit LRX. 6 neque] nec LMNT. 9 Rubrica *om.* RVW.

1 Rectius, Quodvultdeus, *Sermo 4, Contra ludaeos, paganos et Arianos,* c. 2 (PL 42, 1118). 2 Ibid., c. 2 (1117s). 3 *Epist. 49,* n. 2 (PL 16 [1845], 1154 A). 4 *In Psalmum 118, 25,* serm. 4, n. 3 (PL 15 [1845], 1241 B; CSEL 62, 69). 5 *De Genesi ad Utt.,* XI, c. 42, n. 58 (PL 34, 452; CSEL 28-1, 377).

Cap. 2. Fere totum ex *Summa sent.,* III, 7 (PL 171, 1127 C-D; 176, 100 A-B). Auctoritas autem Ambrosii super Psalmum sumitur de *Glossa* Magistri in Ps. 118, 25 (PL 191, 1057 C); illa Augustini *Super Genesim* legitur supra, Dist. 23, c. 3, n. 4. — Cap. 3: Ex *Summa sent.,* III, 7 (PL 171,1128 C; 176,100 D).

tur [1]; *Nunc ergo, ne forte mittat manum suam et sumat de ligno vitae et comedat, et vivat in aeternum, emisit eum Deus de paradiso voluptatis.* His verbis insinuari videtur quod nunquam moreretur, si postea de illo sumpsisset ligno.

Cap. 4 (188).

Quomodo intelligendum sit illud: Ne sumat de ligno vitae et comedat, et vivat in aeternum. Sed quia per peccatum iam *mortuum corpus* habebat [2], illa verba ex tali intellectu accipi possunt: Deus modo irati loquens, de homine superbo ait [3]; *Videte ne forte mittat manum suam* etc., id est cavete, vos angeli, ne comedat de ligno vitae, quo indignus est: de quo, si perstitisset, comederet et viveret in aeternum: sed modo propter inobedientiam indignus est comedere. Et sicut verbo dixit, ita opere exhibuit: *Emisit* enim *eum Deus de paradiso voluptatis* [4] « in locum sibi congruum; sicut plerumque malus, cum inter bonos vivere coeperit, si in melius mutari noluerit, de bonorum congregatione pellitur, pondere pravae consuetudinis » pressus.

Cap. 5 (189).

De flammeo gladio ante paradisum posito. Ne vero posset ad illud accedere, *collocavit Deus ante paradisum Chérubin et flammeum gladium atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitae* [5]. — **Strabus** [*]: **Quod** iuxta litteram potest hoc modo accipi: quia « per [6] ministerium angelorum ignea custodia ibi constituta fuit ». — **Augustinus, Super Genesim** [?] [*]: «Hoc enim per caelestes potestates in paradiso visibili factum esse credendum est, ut per angelicum ministerium ibi esset quaedam ignea

24 est *om.* OP.

1 Gen. 3, 22-23; cf. August., *De Genesi ad Utt.,* XI, c. 40, nn. 54-55 (PL 34, 451s; CSEL 28-1, 374s). 2 Resp. Rom. 8, 10: *Corpus quidem mortuum est propter peccatum.* 3 Gen. 3, 22. 4 Gen. 3, 23; seq. verba August., *De Genesi contra Manich.,* II, c. 22, n. 34 (PL 34, 213). 5 Qen. 3, 24. 6 *In Genesim,* 3, 24 (PL 131, 68 A). Cf. J. de Blic, in *Rech. de Théol. anc. et méd.* 16 (1949) 13, 20. 7 Lib. XI, c. 40, n. 55 (PL 34,452; CSEL 28-1,375).

Cap. 4. Textus conficitur ex *Summa sent.,* III, 7 (PL 171, 1128 C-D; 176, 100 D-101 A), deinde ex *Glossa ordin.* in Gen. 3, 23 (apud Lyranum, I, 43d; v 31a). — Cap. 5. Simili modo conficitur ex *Summa sent.,* III, 7 (PL 171, 1128 D; 176, 101 A); inde ex *Glossa ordin.* in Gen. 3, 26 (apud Lyranum, I, 43d, ubi etiam Isidorus notatur; v 31a, sine nomine Isidori, et 31b).

custodia; non tamen frustra, sed quia aliquid significat de paradiso spirituali ». — « Chérubin 1 enim interpretatur plenitudo scientiae; haec est caritas, quia *plenitudo legis est dilectio* 2. Gladius autem flammeus poenae temporales sunt; quae versatiles sunt, quoniam tempora volubilia sunt ». Illa ergo ad custodiam ligni vitae ideo posita sunt ante paradisum, quia « ad vitam non reditur nisi per Chérubin, scilicet plenitudinem scientiae: id est caritatem, et per gladium versatilem, id est tolerantiam passionum temporalium ».

Cap. 6 (190).

1. **An homo ante peccatum comederit de ligno vitae.** Potest autem quaeri utrum de ligno vitae ante peccatum comederit homo. De hoc **Augustinus** in libro *De baptismo parvulorum* 3 sic ait: « Recte profecto intelliguntur primi homines ante malignam diaboli persuasionem abstinuisse a cibo vetito, atque usi fuisse concessis ». His verbis ostenditur quod de ligno vitae ante peccatum sumpserint; quibus praeceptum erat 4 ut de omni ligno paradisi comederent, nisi de ligno scientiae boni et mali.

2. **Quare non sunt facti immortales si comederunt de ligno vitae.** Quare ergo perpetua soliditate et beata immortalitate vestiti non sunt, ut nulla infirmitate vel aetate in deterius mutarentur? Hanc enim virtutem naturaliter illud lignum habuisse' dicitur5. — **Solutio** *.* Sed forte non hoc conferebat nisi saepe de illo sumeretur. Potuit ergo fieri ut de illo sumeret semel et non saepius, qui per aliquam moram in paradiso fuisse intelligitur, cum Scriptura dicat eum ibi soporatum fuisse 6, quando costa de latere eius assumpta est et inde formata mulier; et animalia ante eum ducta, quibus nomina imposuit 7.

1 tamen] tantum B, *om.* OP. 4 quoniam] quia VX, quando N. 20 Solutio *om.* MNRVW. 22 sumeret semel *trp.* MRTV.

1 Isidorus, *Quaest. in vet. Test.,* in Gen., c. 5, n. 14 (PL 83, 222s); remote ex August., *De Genesi contra Manich.,* II, c. 23, nn. 35-36 (PL 34, 214s). 2 Rom. 13, 10. 3 Seu *De peccat, meritis,* II, c. 21, n. 35 (PL 44, 172; CSEL 60, 106). 4 Resp. Gen. 2, 16-17: *Praecepitque ei dicens: Ex omni ligno paradisi comede; de ligno autem scientiae boni et mali ne comedas.* Cf. supra, Dist. 19, c. 4, n. 3 (p. 424). s Supra, Dist. 17, c. 6 (p. 414s). 6 Resp. Gen. *2,* 21-22. *t* Resp. Gen. 2, 19-20.

Cap. 6, num. 1: *Ex Summa sent.,* III, 7 (PL 171, 1129 A; 176,101 B). — Num. 2. Solutio fundatur super *Summam sent.,* III, 7 (PL 171, 1128 B; 176, 100 D).

DISTINCTIO XXX

Cap. 1 (191).

Quod per Adam peccatum et poena transiit in posteros. In superioribus i insinuatum est – licet ex parte: non enim perfecte sufficimus – qualiter primus homo deliquerit, et quam pro peccato poenam subierit. Quibus adiciendum est peccatum simul ac poenam per eum transisse in posteros, sicut Apostolus ostendit inquiens2: *Sicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intravit, ita in omnes homines mors pertransiit.*

Cap. 2 (192).

Utrum illud peccatum fuerit originale an actuale. Hic primo videndum est quod fuerit illud peccatum, originale scilicet an actuale; et si de originali intelligatur, consequenter quid sit originale peccatum, et quare dicatur originale, et quomodo pertransierit vel pertranseat in omnes, diligenter investigandum est.

Cap. 3 (193).

Quidam illud accipiunt de actuali. Quibusdam placuit de peccato actuali Adae illud accipere, asserentibus hoc Apostolum sensisse, cum inferius ait3: *Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita* etc. Evidenter, inquiunt, etiam ipso nomine exprimit Apostolus peccatum quod *per unum hominem intravit in mundum* 4, scilicet inobedientiam; inobedientia vero peccatum actuale est.

8 ita] et *add.* LMRTV. 13 originale *om.* OP. 16 Rubrica *om.* RVW. 19 etiam] et MN, *om.* R.

1 In Dist. 21, 22, 25, 29. 2 Rom. 5, 12. 3 Rom. 5, 19. 4 Rom. 5, 12.

Dist. XXX. Cf. J. Schupp, *Die Gnadenlehre des Petrus Lombardus,* 71-88; et praesertim O. Lottin, *Les théories sur le péché originel de saint Anselme à saint Thomas d'Aquin,* in *Psych, et morale* IV, 11-171, ubi de saec. XII tractatur.

Cap. 2. Cf. Hugo, *De sacram.,* I, 7, 25 (PL 176, 298 A).

Cap. 4 (194).

1. **Quomodo intrasse in mundum dicunt.** Hoc autem dicunt intrasse in mundum non traductione originis, sed similitudine praevaricationis 1; omnesque in illo uno peccasse dicunt, quia omnibus ille unus peccandi exemplum exstitit.

2. **Hoc dicunt Pelagiani!** * Hoc male senserunt quidam haeretici, qui dicti sunt Pelagiani, de quibus Augustinus in libro *De baptismo parvulorum*2 commemorat dicens: « Sciendum est, inquit, haereticos quosdam, qui nominati sunt Pelagiani, dixisse peccatum primae transgressionis in alios homines non propagatione, sed imitatione transisse. Unde etiam in parvulis nolunt credere per baptismum solvi originale peccatum, quod in nascentibus nullum esse omnino contendunt. Sed eis dicitur quia, si Apostolus peccatum imitationis, non propagationis, intelligi voluisset, eius principem non Adam, sed diabolum diceret, de quo in libro Sapientiae dicitur3: *Invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum.* Et quia non vult intelligi hoc esse factum propagatione, sed imitatione, continuo subiunxit Scriptura 4: *Imitantur autem eum qui sunt ex parte ipsius.* Imitantur quidem Adam quotquot per inobedientiam transgrediuntur mandatum Dei; sed aliud est quod exemplum est voluntate peccantibus, aliud quod origo est cum peccato nascentibus ». Non est igitur accipiendum peccatum Adae transisse in omnes imitationis tantum exemplo, sed propagationis et originis vitio.

Cap. 5 (195).

Hic aperit illud esse peccatum originale, quod transit in posteros. Et est illud peccatum originale, ut aperte Augustinus^ testatur, quod per Adam transivit in omnes per eius carnem vitiatam concupiscentialiter generatos.

2 dicunt' *trp. p.* Quomodo MRV. 4 dicunt] dicuntur NW, dicentur V. 6 Rubrica *om.* MNVW. 8 dicens *om.* LM, *interi.* TV. 25 est illud *trp.* LMRTV.

1 Resp. Rom. 5, 14: *In similitudinem praevaricationis Adae.* 2 Lib. I, c. 9, nn. 9-10 (PL 44,114; CSEL 60, 10s). 3 Sap. 2, 24. 4 Sap. 2, 25. 5 In auctoritate in cap. praecedenti, necnon et infra in cap. 10, nn. 1-2.

Cap. 4, num. 2. Ex *Glossa* Magistri in Rom. 5,12 (PL 191,1388 B-C); iam plenius legitur haec auctoritas apud Florum in h. I. (in *Bedae Opera,* VI, Coloniae 1688, 90-91), et partim apud *Glossam mediam* Gilberti Porretani, de qua cf. R. M. Martin, *Le péché originel d'après Gilbert de la Porrée* (f *1154) et son école,* in *Rev. Hist. Eccl.* 13 (1912) 678.

Cap. 6 (196),

1. **Quid sit originale peccatum hic inquiritur.** Quod diligenter investigandum est quid sit. De hoc enim sancti doctores subobscure locuti sunt, atque scholastici doctores varia senserunt.

2. **Quorundam de originali peccato opinio.** Quidam [1] enim putant originale peccatum esse reatum poenae pro peccato primi hominis, id est debitum vel obnoxietatem qua obnoxii et addicti sumus poenae temporali et aeternae pro primi hominis actuali peccato: quia pro illo, ut aiunt, omnibus debetur poena aeterna, nisi per gratiam liberentur. — Iuxta horum sententiam oportet dici originale peccatum nec culpam esse nec poenam. Culpam non esse ipsi fatentur. Poena quoque, secundum eos, esse non potest, quia si debitum poenae originale peccatum est, cum debitum poenae non sit poena, nec originale peccatum est poena. — Quod etiam quidam eorum admittunt, dicentes in Scriptura originale peccatum saepe nominari reatum; et 'reatum' ibi intelligunt, ut dictum est, obnoxietatem poenae. Et ea ratione asserunt peccatum originale dici esse in parvulis: quia parvuli pro illo primo peccato rei sunt poenae; sicut pro peccato iniqui parentis aliquando exsulant filii secundum iustitiam fori.

Cap. 7 (197).

1. **Quod originale peccatum est culpa auctoritatibus probat.** Sed quod originale peccatum culpa sit, pluribus Sanctorum testimoniis edocetur. — **Gregorius.** Super Exodum, ubi dicitur [2]; *Primogenitum asini mutabis*

4 doctores] lectores LMNRTVW (ed. 2"?), *quod corr.* R. 5 Rubrica *om,* MRVW.

1 P. Abaelardus, *In Epist. ad Rom.,* II, c. 5 (PL178, 866 C, 871 A-B); cf. J. Rivière, *Les «capitula» d'Abélard condamnés au concile de Sens,* in *Rech. de Théol. anc. et méd.* 5 (1933) 16, art. 8: « Quod non contraximus culpam ex Adam, sed poenam tantum »; cui quaestioni quaedam animadversiones adnectuntur in E. Buytaert, *The Anonymous Capitula Haeresum Petri Abaelardi and the Synod of Sens, 1140,* in *Antonianum* 43 (1968) 419-460. 2 Exod. 13, 13.

Cap. 6. Cf. J. Schupp, *Die Gnadenlehre,* 74-78. — Num. 2: Partim ex *Summa sent.,* III, 11 (PL 171, 1134 D-1135 A; 176, 106 B-C). De hoc cf. O. Lottin, *Les theories sur le péché originel...,* in *Psych, et morale,* IV, 27s, 68, et 74.

Cap. 7. Cf. O. Lottin, ibid., 74. — Num. 1: Ex *Glossa ordin.* in Exod. 13, 13 (apud Lyranum, 1,151a). — Num. 2: Ex *Glossa* Magistri in Rom. 3,23 (PL 191,1361 A). — Num. 3: Contracte ex *Glossa* eiusdem in Ps. 50, 7 (PL 191, 487 C-D).

ove, **Gregorius**1 ait: « Omnes in peccatis nati sumus, et ex carnis delectatione concepti, culpam originalem nobiscum traximus: unde et voluntate nostra peccatis implicamur ». Ecce culpam originalem dicit nos trahere; unde constat peccatum originale culpam esse.

2. **Augustinus** *ad* **Augustinus** quoque, in libro *De natura et gratia*2, de hoc eodem sic ait: « *Omnes,* ut ait Apostolus3, *peccaverunt:* utique vel in se ipsis, vel in Adam; quia sine peccato non sunt, vel quod originaliter attraxerunt, vel quod malis moribus addiderunt ». « Peccatum 4 enim primi hominis non solum ipsum, sed omne nocuit genus humanum, quia ex eo damnationem simul et culpam suscepimus ».

3. **Augustinus** Idem5, super Psalmum 50: «Quod de corpore mortuo seminatur, cum vinculo peccati originalis nascitur et mortis. Ideo igitur se *in iniquitatibus* conceptum dicit David, quia in omnibus trahitur iniquitas ex Adam et vinculum mortis: nemo enim nascitur nisi trahens poenam et meritum poenae ». Meritum autem poenae peccatum est; omnis ergo qui nascitur per carnis concupiscentiam, peccatum trahit.

4. Peccatum itaque originale culpa est, quam omnes concupiscentialiter concepti trahunt. Unde in *Ecclesiasticis dogmatibus* 6 scriptum est: « Firmissime tene et nullatenus dubites omnem hominem qui per concubitum viri et mulieris concipitur, cum originali peccato nasci, impietati subditum mortique subiectum, et ob hoc *natura irae* nasci *filium I;* a qua nullus liberatur nisi per fidem *mediatoris Dei et hominum*8 ». — His aliisque auctoritatibus evidenter ostenditur peccatum originale culpam esse, et in omnibus concupiscentialiter genitis trahi a parentibus.

Cap. 8 (198).

1. **Quid sit quod dicitur peccatum originale: scilicet fomes peccati, id est concupiscentia.** Nunc superest videre quid sit ipsum originale peccatum.

1 et *om.* BCOPX. 2 nobiscum traximus] nobis contraximus BCLPV. 27 originale peccatum *trp.* MTX.

1 Id est Paterius, *Liber testimon. Vet. Test, ex opusc. S. Gregarii,* in Exod. 13, 13 (PL 79, 731 D); cetera dicta Paterii ibid, (sed non illa hic citata) sunt ex Gregorio, *Moralia,* XXVII, c. 18, n. 38 (PL 76, 421 B-C). 2 Cap. 4, n. 4 (PL 44, 250; CSEL 60, 236). 3 Rom. 3, 23. 4 Ps.-August., *Hypognosticon,* II, c. 4, n. 4 (PL45, 1620). 5 *Enarr. in Ps. 50,* 7, n. 10 (PL 36, 591s; CCL 38, 606s). 6 Immo in Fulgentii *De fide ad Petrum,* c. 26, n. 67 (PL 65, 701 A; CCL 91A, 753). 7 Resp. Eph. 2, 3: *Et eramus natura filii irae.* 8 i Tim. 2, 5.

Cap. 8, num. 2. Cf. *Glossa* Lomb. in Rom. 4, 7: *«Beati* sunt illi *quorum iniquitates... remissae sunt* a Deo per Baptismum... Et intelligitur hic per *iniquitates* originale peccatum,

Quod cum non sit actuale, non est actus sive motus animae vel corporis. Si enim actus est animae vel corporis, actuale utique peccatum est. Sed actuale non est; non est igitur actus vel motus. Quid igitur?

2. Originale peccatum dicitur fomes peccati, scilicet concupiscentia vel concupiscibilitas, quae dicitur lex membrorum, sive languor naturae, sive tyrannus qui est in membris nostris, sive lex carnis. — Unde Augustinus in libro *De baptismo parvulorum* k « Est in nobis concupiscentia, quae non est permittenda regnare. Sunt et eius desideria, quae sunt actuales concupiscentiae: quae sunt arma diaboli, quae veniunt ex languore naturae». «Languor2 autem iste tyrannus est, qui movet mala desideria. Si ergo vis esse victor tyranni», atque inermem 3 inimicum invenire, non obedias concupiscentiae malae. — His verbis satis ostenditur fomitem peccati esse concupiscentiam.

Cap. 9 (199).

1. **Quod nomine concupiscentiae intelligitur fomes, quae dicitur fomes peccati.** Nomine autem concupiscentiae non actum concupiscendi, sed vitium primum significavit, cum eam dixit 'legem carnis' 4. Unde idem

15 Quod] Quid LMNR. || fomes' *om.* LMNRTVW, peccati *add.* BCX. 17 primum] prius MRX, om. W.

1 Immo *De continentia,* c. 3, n. 8: « Est ergo in nobis peccati concupiscentia, quae non est permittenda regnare; sunt eius desideria, quibus non est obediendum » (PL 40,354; CSEL 41, 149). Reliqua, ut videtur, ex *Glossa* Magistri in Rom. 6,12-14 (PL 191,1408 A), z Rectius (ut deducitur ex Floro in h. 1., 103), *De verbis Apostoli sermo 12,* id est *Sermo 30,* c. 5, n. 6: « Languor iste tyrannus est: si vis te tyranni esse victorem, Christum invoca imperatorem» (PL 38, 190; CCL 41, 386). 3 Hic tam *Glossa* citata (PL 191, 1408 A) quam plures codices Sententiarum *Ambrosius* marginaliter nominant. Cf. Ambrosiaster in Rom. 6, 13: « Ideo membra nostra... continere debemus, ut inimicus noster inermis inventus subiciatur» (PL 17 [1845], 102 B; CSEL 81-1, 198). Caveat autem lector, quatenus in *Glossa* Magistri (1408 A) ad finem legitur: « non obedias concupiscentiae *male operando,* nec etiam concupiscatis [sic!] delectando vel consentiendo». 4 Scii., August., *De baptismo parvulorum,* II, c. 28, n. 45 (PL 44,178; CSEL 60, 116s), ubi reapse dicit *legem peccati.* In versione autem huius auctoritatis in *Glossa* Magistri in Rom. 6, 12 (PL 191, 1407 B) legitur *legem carnis.*

scilicet fomes peccati, qui dicitur concupiscentia, vel concupiscibilitas, sive lex membrorum, sive languor naturae, et aliis nominibus» (PL 191, 1368 D-1369 A; quasi omnia ex *Glossa ordin.* in h. !., apud Lyranum, VI, lia). 'Alia nomina' notantur in sequenti auctoritate August., sumpta ex *Glossa* in Rom. 6, 12-14 (PL 191, 1407 D, 1408 A); « lex carnis », ibid. (1407 B).

Cap. 9. Conflatur (ad initium n. 1, et num. 2) ex *Summa sent.,* III, 11 (PL 171, 1135 C; 176,107 A-B), inde ex *Glossa* in Rom. 7, 25 (PL 191,1431 D-1432 A), ac in Rom. 4,7 (1369 A). Notare iuvat quod ultima verba num. 1 iam leguntur in *Glossa* Magistri in Rom. 4, 7: « parvulum habilem concupiscere, sed non concupiscere facit, adultum vero etiam concupiscere » (PL 191, 1369 A); sed unde sumantur, nescimus.

in tractatu *De verbis Apostoli* 1 ait: « Semper pugna est in *corpore mortis huius* 2, quia ipsa concupiscentia cum qua nati sumus, finiri non potest quamdiu vivimus; quotidie minui potest, finiri non potest ». Quae est autem concupiscentia cum qua nati sumus? Vitium utique est, quod parvulum habilem concupiscere facit, adultum etiam concupiscentem reddit.

2. **Per simile ostendit**. Sicut enim in oculo caeci in nocte vitium caecitatis est, sed non apparet, nec discernitur inter videntem et caecum nisi luce veniente: sic in puero vitium esse non apparet, donec aetatis provectioris tempus occurrat.

Cap. 10 (200).

1. **Quod per Adam originale peccatum in omnes intravit, id est concupiscentia.** Ex his datur intelligi quid sit originale peccatum, scilicet vitium concupiscentiae, quod in omnes concupiscentialiter natos per Adam intravit, eosque commaculavit. — Unde **Augustinus** in libro *De baptismo parvulorum* 3; « Adam, praeter imitationis exemplum, occulta etiam tabe carnalis concupiscentiae suae tabificavit in se omnes de sua stirpe venturos. Unde Apostolus recte ait: *In quo omnes peccaverunt* ».

2. **Quomodo intelligatur 'in quo omnes peccaverunt'.** « Circumspecte et sine ambiguitate dixit hoc Apostolus: sive enim intelligatur *in quo* homine, sive *in quo* peccato, sanum est ». « In Adam 6 enim omnes peccaverunt ut in materia, non solum eius exemplo, ut dicunt Pelagiani7. Omnes enim ille unus homo fuerant », id est in eo materialiter erant. — **Ambrosius**: « Manifestum 8 est itaque omnes in Adam peccasse quasi in massa. Ipse enim per peccatum corruptus, quos genuit, omnes nati

3 est *om.* P, *add.* OL ‖ est autem *trp.* NO2X. 6 Rubrica om. MRVW. 11 per Adam *trp. p.* omnes BCX. 14 commaculavit] vitiavit MRTVWX (ed. 2·?), *corr. ex* vitiavit L.

1 *Sermo 151,* c. 5, n. 5 (PL 38, 817). 2 Rom. 7, 24. 3 Lib. I, c. 9, n. 10 (PL 44, 115; CSEL 60, 11). 4 Rom. 5, 12. 5 August., ibid., c. 10, n. 11 (PL 44, 115; CSEL 60, 12s), contracte. 6 *Glossa ordin.* in Rom. 5, 12 (apud Lyranum, VI, 13a); partim in August., loc. cit. 7 Vide supra, cap. 4 (p. 497). 8 Ambrosiaster, in Rom. 5, 12 (PL 17 [1845], 92 C; CSEL 81-1, 164).

Cap. 10. Praeter verba introductoria, omnia ex *Glossa* in Rom. 5, 12 (PL 191, 1387 D, 1388 D-1389), quae contecta est ex diversis fontibus, sive ex Augustino, sive ex *Glossa ordin.* (apud Lyr., VI, 13a), sive forsitan ex schola Anselmi Laudun. (ex. gr.: «omnes unus homo in eo fuerunt, non personaliter, sed materialiter, quia omnium materia in eo fuit », in *Seni. Anselmi,* ed. F. Bliemetzrieder, 67), et aliis notatis in textu. Vide etiam *Glossam* Gilberti, ubi supra ad cap. 4 (p. 497).

sunt sub peccato; ex eo igitur cuncti sunt peccatores ». — **Augustinus, ad consulta Hilarii** [1]: Ita et in illo uno peccato quod intravit in mundum, recte omnes dicuntur peccasse 1; quia « sicut 2 ab illo uno homine, sic ab eodem uno peccato immunes esse non possunt, nisi ab eius reatu per Christi baptismum absolvantur». — **Augustinus, De baptismo parvulorum** [3]: « Alia ergo 3 sunt propria peccata, in quibus tantum peccant quorum peccata sunt; aliud hoc unum in quo omnes peccaverunt », id est ex quo omnes *peccatores constituti sunt 4.*

Cap. 11 (201).

Quod sit peccatum in quo omnes peccaverunt, scilicet originale quod ex inobedientia processit. Hoc est originale peccatum, quo peccatores nascuntur omnes concupiscentialiter geniti, quod ex Adam sive ex eius inobedientia emanavit, et in posteros demigravit. — Unde Apostolus consequenter 5 *per inobedientiam unius hominis multos dicit constitutos esse peccatores:* quae est actuale peccatum; cum ante 6 dixerit *per unurnjiominem peccatum intrasse in mundum,* et *in eo omnes peccasse:* quod de originali dictum est oportere accipi.

Cap. 12 (202).

Ex quo sensu dictum est 'per inobedientiam unius multos constitui peccatores'. Quod ergo ait, *per inobedientiam unius multi constituti sunt peccatores,* eo sensu dictum esse intelligendum est: quia ex inobedientia Adae, scilicet ex peccato actuali Adae, processit originale peccatum quo omnes peccatores nascuntur, ut et in illo esset et in omnes transiret 7.

1 cuncti] constituti NRTVW. 7 omnes *om.* LMRW. 10 Quod] Quid BCOPX. 11 peccaverunt] certaverunt BC, ceciderunt X.

1 Resp. Rom. 5, 12: *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit... in quo omnes peccaverunt.* 2 August., *Epist. 157 {ad Hilarium),* c. 3, n. 18 (PL 33, 683; CSEL 44, 466). 3 Lib. I, c. 10, n. 11 (PL 44, 115; CSEL 60, 12). 4 Resp. Rom. 5, 19. 5 Rom. 5, 19. 6 Rom. 5, 12. 7 Vide infra, ad finem c. 13.

Cap. 11-12. Cf. *Glossa* Magistri in Rom. 5, 19 (PL 191, 1395 C).

Cap. 13 (203).

1. **Quod peccatum originale in Adam fuit et in nobis est.** Unde Augustinus Iuliano haeretico, nullum peccatum in parvulis esse contendenti, respondens i, aperte asserit peccatum originale ex voluntate Adae processisse, ac per eius inobedientiam in mundum intrasse.

2. **Iuliani quaestio:** Quaerit enim Iulianus per quid peccatum invenitur in parvulo, ita inquiens: « Non peccat iste qui nascitur; non peccat ille qui genuit; non peccat ille qui condidit. Per quas igitur rimas, inter tot praesidia innocentiae, peccatum fingis ingressum? » — **Responsio Augustini:** « Ei respondet sancta pagina2: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum: per unius inobedientiam,* ait Apostolus3. Quid quaerit amplius? Quid quaerit apertius? »

3. **Alia quaestio Iuliani:** Item inquit Iulianus: « Si per hominem peccatum intravit in mundum, peccatum vel ex voluntate, vel ex natura est. Si ex voluntate est, mala est voluntas quae peccatum facit; si autem ex natura est, mala est natura ». — **Responsio Augustini:** Cui « respondeo: Ex voluntate peccatum est. Quaerit forte utrum originale peccatum ex voluntate sit. Respondeo prorsus et originale peccatum ex voluntate esse, quia hoc ex voluntate primi hominis seminatum est, ut in illo esset et in omnes transiret ».

Cap. 14 (204).

1. **Obiectio quorundam contra id quod supra dictum est, omnes in Adam fuisse homines.** Ad hoc autem quod diximus 4, in Adam fuisse omnes homines, quidam verborum sectatores 5 sic obiciunt, dicentes: Non omnis

2 est *om.* BCX. ‖ Unde] Inde OP. 4 aperte *om.* BCOPX, *trp. p.* contendenti W. 6 luliani quaestio *om.* RVW. 10 Responsio Aug. *om.* RVW. 13 Rubrica *om.* MRVW. 14 vell *om.* BCOP. 15 estl *om.* NOP. 16 Responsio Aug. *om.* MVW.

1 *De nuptiis et concup.,* II, cc. 27-28, nn. 47-48 (PL 44,463s; CSEL 42, 302ss), unde etiam num. 2-3. 2 Rom. 5, 12. 3 Rom. 5, 19. 4 Cf. supra, ad finem c. 10, et est sententia August., *De bapt. parvulorum,* I, c. 10, n. 11: «Aliud hoc unum *in quo omnes peccaverunt,* quando omnes ille unus homo fuerunt » (PL 44,115; CSEL 60, 12); vide etiam L. III, c. 7, n. 14 (PL 44,194; CSEL 60,141), et *Contra lulianum opus imperf.,* IV, 104 (PL 45,1400). 5 Resp. Prov. 19, 7: *Qui tantum verba sectatur,* etc.

Cap. 13: Ex *Glossa* in Rom. 5, 19 (PL 191, 1397 A-C), multis transpositis. — Cap. 14, num. 1-2. Magna ex parte ex *Summa sent.,* III, 10 (PL 171, 1134 A-B; 176, 105 D-106 A), quae hic sequitur scholam Anselmi Laudunensis; cf. O. Lottin, *Psych, et morale,* IV, 70 et 38.

caro quae ab Adam traducta est, in eo simul exsistere potuit quia multo maioris quantitatis est quam fuerit corpus Adae, in quo nec tot etiam atomi fuerunt, quot ab eo homines descenderunt. Quocirca verum non esse asserunt, substantiam uniuscuiusque in primo fuisse parente.

2. **Responsio ubi aperitur qualiter fuerint in Adam secundum rationem seminalem, et quomodo ex eo descenderunt, scilicet lege propagationis.** Quibus responderi potest quod materialiter[1] atque causaliter, non formaliter, dicitur fuisse in primo homine omne quod in humanis corporibus naturaliter est; descenditque a primo parente lege propagationis; et in se auctum et multiplicatum est, nulla exteriori substantia in id transeunte; et ipsum in futuro resurget. Fomentum quidem habet a cibis, sed non convertuntur cibi in humanam substantiam, quae scilicet per propagationem descendit ab Adam.

3. **Quomodo per propagationem descendit.** Transmisit enim Adam modicum quid de substantia sua in corpora filiorum quando eos procreavit, id est aliquid modicum de massa substantiae eius divisum est et inde formatum corpus filii, suique multiplicatione, sine rei extrinsecae adiectione, auctum est. Et de illo ita augmentato aliquid itidem separatur, unde formantur posterorum corpora. Et ita progreditur procreationis ordo lege propagationis usque ad finem humani generis. Itaque diligenter ac perspicue intelligentibus patet omnes secundum corpora in Adam fuisse per seminalem rationem, et ex eo descendisse propagationis lege.

Cap. 15 (205).

1. **Auctoritate et ratione probatur nihil extrinsecum converti in humanam substantiam quae ab Adam est. — Auctoritas.** Quod vero nihil extrinsecum in humani corporis naturam transeat, Veritas in Evangelio significat dicens[2]: *Omne quod intrat in os, in ventrem vadit et in secessum emittitur.* — **Ratio.** Quod etiam ratione ostendi potest hoc modo: Puer

9 propagationis] propaginis MRT, *quod corr.* T. 14 Rubrica *om.* RVW. 26 Auctoritas] auctoritates X, *om.* RVW. 29 Ratio *om.* RVW.

1 Cf. supra, c. 10, n. 2 (p. 501, 21-22); *et Glossa* Lombardi in Ps. 84, 6 (PL 191,795 D-796 A). 2 Matth. 15, 17.

Cap. 15. Praeter auctoritatem Scripturae, omnia ex *Summa sent.,* III, 10 (PL 171, 1134 B-C; 176,106 A-B); quoad fontes, vide O. Lottin, *Psych, et morale,* IV, 39; V, 35s, 374ss; qui etiam notat, et bene: « Nous avons ici les premiers essais de la future question *De veritate humanae naturae* qui longtemps défraiera les écoles» (IV, 55, in nota).

qui statim post ortum moritur, in illa statura resurget, quam habiturus erat si viveret usque ad aetatem triginta annorum, nullo vitio corporis impeditus T Unde ergo illa substantia, quae adeo parva fuit in ortu, in resurrectione tam magna erit, nisi sui in se multiplicatione? Unde apparet quod etiam si viveret, non aliunde, sed in se augmentaretur illa substantia; sicut costa de qua facta est mulier2 et sicut panes evangelici3.

2. **Quod cibi in carnem transeunt, sed non in eam quae descendit ab Adam.** Non infitiamur tamen quin cibi et humores in carnem et sanguinem transeant, sed non in veritatem humanae naturae quae a primis descendit parentibus; quae sola in resurrectione erit. Reliqua vero caro, in quam cibi transeunt, tanquam superflua in resurrectione deponetur; quae tamen ciborum aliarumque rerum fomentis coalescit.

DISTINCTIO XXXI

Cap. 1 (206).

Quomodo peccatum originale a patribus transeat ad filios: an secundum animam, an secundum carnem. Nunc superest investigare qualiter illud peccatum a patribus traducatur in filios, scilicet an secundum solam animam, an secundum carnem, sive secundum utrumque.

Cap. 2 (207).

Opinio quorundam male credentium animas esse ex traduce. Putaverunt quidam 4 secundum animam trahi originale peccatum, non solum secundum carnem, quia non solum carnem, sed et animam ex traduce esse arbitrati sunt. Sicut enim in generatione prolis, de carne paterna substantialiter trahitur caro, ita etiam de gignentis anima anima geniti essen-

2 corporis *om.* BCOPX. 5 etiam] et OP. 9 veritatem] veritate LOPRVX. 15 ad] in NRV. 17 traducatur] transducatur OPR. 20 Rubrica *om.* RVW.

1 Cf. August., *De civitate Dei,* XXII, cc. 14 et 19 (PL 41, 776s, 780s; CSEL 40-11, 622s, et 628-631; CCL 48, 833s, 837ss). Vide etiam infra L. IV, d. 44, c. 1-3. 2 Gen. 2, 21-22. 3 Mare. 6, 35-44; Ioan. 6, 5-13. 4 Cf. August., *De Genesi ad Utt.,* X, cc. 11-26 (PL 34, 415-428; CSEL 28-1, 307-332).

Cap. 1-2: Ex Hugone, *De sacram.,* I, 7, 29 (PL 176, 299 A-B).

tialiter deduci ab his aestimatur. Ideoque, sicut de corrupta carne caro corrupta seminatur, ita etiam de anima peccatrice anima peccatrix, corruptione originali infecta, ab illis trahi dicitur.

Cap. 3 (208).

1. **Praedictam opinionem damnat, et quod per carnem traducatur peccatum dicit, et quomodo ostendit.** Hoc autem fides catholica respuit et tanquam veritati adversum damnat, quae non animas, sed carnem solam, sicut superius diximus 1, ex traduce esse admittit. Non igitur secundum animam, sed secundum carnem solam, peccatum originale trahitur a parentibus.

2. **Quare concupiscentia dicitur esse in carne?** Est enim peccatum originale, ut supra diximus2, concupiscentia: non quidem actus, sed vitium. Unde **Augustinus**, *Ad Valerium* 3: « Ipsa concupiscentia est lex membrorum vel carnis, quae est morbidus quidam affectus vel languor, qui commovet illicitum desiderium, id est carnalem concupiscentiam, quae lex peccati 4 dicitur ». Quae dicitur manere in carne, non quin in anima sit, sed quia per corruptionem carnis in anima fit.

Cap. 4 (209).

Causam corruptionis carnis ostendit, ex qua in anima peccatum fit. Caro enim per peccatum corrupta fuit in Adam, adeo ut, cum ante peccatum vir et mulier sine incentivo libidinis *et* concupiscentiae fervore possent convenire, essetque *thorus immaculatus* 5, iam post peccatum non valeat fieri carnalis copula absque libidinosa concupiscentia, quae semper vitium est, et etiam culpa, nisi excusetur per bona coniugii. In concupiscentia igitur et libidine concipitur caro formanda in corpus prolis. Unde caro ipsa, quae concipitur in vitiosa concupiscentia, polluitur et corrumpitur; ex cuius contactu anima, cum infunditur, maculam ^trahit qua polluitur et fit rea, id est vitium concupiscentiae, quod est originale peccatum.

11 Rubrica *om.* RVW. 13 ünde... Valerium *mg. (ut rubrica)* BCLOPX (ed 1»?). h Valerium] Valeranum C, Valerinum RV, Iulianum BX. 20 per] propter BCLOPX, *quod corr.* O.

1 In Dist. 18, c. 7 (p. 420s). 2 In Dist. 30, c. 8-9 (p. 499ss). 3 *De nuptiis et concup.* I, cc. 30-31, nn. 34-35 (PL 44, 43; CSEL 42, 245ss), contracte. 4 Resp. Rom. 7, 23. 5 Resp. Hebr. 13, 4; cf. supra, Dist. 20, c. 1 (p. 427s). Quoad totum cap. 4, v. August., *De nuptiis et concup.,* 1, c. 24, n. 27 (PL 44, 429; CSEL 42, 239s).

Cap. 3, n. 1. Quaedam, magis ad sensum, ex Hugone, *De sacram.,* I, 7, 30 (PL 176, 300 D-301 A). — Num. 2. Contracte ex *Glossa* Magistri in Rom. 7, 25 (PL 191, 1430 C).

Cap. 5 (210).

1. Quod propter corruptionem carnis, quae est causa peccati, dicitur peccatum esse in carne. Ideoque ipsum peccatum dicitur manere in carne. Caro igitur quae in concupiscentia libidinis seminatur, nec culpam habet nec actum culpae, sed causam. In eo igitur quod seminatur corruptio est; in eo autem quod nascitur concupiscentia vitium est.

2. Unde **Ambrosius** de verbis Apostoli sic ait i; « Quomodo habitat peccatum in carne, cum non sit substantia, sed privatio boni? Ecce: primi hominis corpus corruptum est per peccatum, ipsaque corruptio per conditionem offensionis manet in corpore, robur tenens divinae sententiae datae in Adam, cuius consortio anima maculatur peccato. Per id ergo quod facti causa manet, inhabitare dicitur peccatum in carne ». Haec est lex carnis. — Idem2; «Non habitat peccatum in animo, sed in carne, quia peccati causa ex carne est, non ex anima; quia caro est ex origine carnis peccati, et per traducem omnis caro fit peccati ». Anima vero non traducitur, et ideo in se causam peccati non habet.

3. **Augustinus** quoque, ex carne peccatum animam contrahere, in sermone quodam *De verbis Apostoli*3 ostendit dicens: « Vitium concupiscentiae est, quod anima, sed ex carne, contraxit. Natura quippe humana

13 animo] anima CLNVWX. 16 in se trp. *p.* peccati MRTV. 19 anima] non ex se *add.* V, *add. mg.* O-, *add. interi.* Wt ‖ sed] scilicet X, *om.* M, *interi.* R.

1 Id est Ambrosiaster, in Rom. 7, 18 (PL 17 [1845], 112 D-113 A; CSEL 81-1, 236ss). 2 In Rom. 7, 22 (PL 17 [1845], 113D-114 A; CSEL 81-1, 240). 3 Mediantibus Floro Lugdun. in Rom. 7, 18, necnon et rubricis codd. *Glossae* Magistri in h. l. (x 41a; z 24d) interpretari possumus hanc auctoritatem: rubrica *De verbis Apostoli* potius pertinet ad aliam auctoritatem praecedentem: «Motum porro illiciti...» (PL 191, 1429 B). Deinde: «Sequitur: *Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum.* (Augustinus in sermone [quodam *add.* z], *rubr. marg.)*. « Hoc utique ait quia vitium carnis in re bona non est bonum, quod cum esse destiterit, caro erit sed iam vitiata vel vitiosa non erit » (= *De continentia,* c. 8, n. 19; PL 40, 361; CSEL 41, 163; apud Florum, 130). Hoc enim est concupiscentiae vitium quod mens quidem sed ex carne contraxit (= verba Magistri?). (Augustinus contra Julianum, *rubr. marg.):* «Natura quippe humana... sauciata» (= paraphrasis *Contra Julianum,* IV, c. 9, n. 54; PL 44, 764; cf. *Contra Julianum opus imperf.,* VI; PL 45, 1529; quae auctoritas deest apud Florum).

Cap. 5, num. 1: Ex Hugone, *De sacram.,* I, 7, 31 (PL 176, 302 A-B), multis omissis. — Num. 2. Prima auctoritas legitur in *Glossa* auctoris in Rom. 7, 18; secunda in Rom. 7, 22 (PL 191, 1423 D-1424 A, 1425 C). — Num. 3: Ex eadem *Glossa* in Rom. 7, 25 (PL 191, 1429 C).

non opere Dei cum vitio primitus est instituta, sed ex voluntatis arbitrio priorum hominum venienti vitio est sauciata », ita ut non sit *in carne bonum* 1, sed vitium, quo inficitur anima.

Cap. 6 (211).

1. **De causa originalis peccati quae est in carne: utrum sit culpa an poena.** Hic quaeri solet utrum causa peccati originalis, quae dicta est esse in carne, culpa sit vel poena, sive aliquid aliud. — Culpa esse non potest, quia culpa non est in re irrationabili. Si enim culpa esset in carne ante infusionem animae, actualis esset vel originalis. Sed actualis ibi non est; nec originalis culpa est, quia ipsa causa est originalis peccati. — Si autem poena est, quae est illa? Passibilitas, vel mortalitas, vel alia corruptio? Hos enim defectus carni inesse constat.

2. **Hic aperitur quid sit, scilicet foeditas tracta ex libidine coeuntium, quae vitium vel corruptio dici potest. Ad** quod dici potest quia multiplex defectus carnis, et praecipue pollutio quaedam, quam ex fervore coitus parentum et concupiscentia libidinosa contrahit caro dum concipitur, causa est originalis peccati; quae recte vitium sive corruptio carnis appellari potest. Quae foeditas maior esse videtur in carne concupiscentialiter traducta, quam in ea unde traducitur. Et quod vitium vel corruptio sit in carne ante coniunctionem animae, effectu probatur cum anima infunditur, quae ex corruptione carnis maculatur; sicut in vase dignoscitur vitium esse, cum vinum infusum acescit.

3. **Inductu similium ostendit non absurde filios trahere peccatum a parentibus eo mundis dici.** Ne autem miremur et intellectu turbemur, audientes peccatum originale filios traducere a parentibus iam per baptismum ab illo peccato mundatis, diversarum similitudinum inductione id posse

2 venienti] in *add.* BCX. 6 peccati originalis *trp.* RVW. 14 quia] quod CLX. 18-19 Quae... traducitur *om.* BCMOPX (ed. 1·?), *mg.* R. 24 dici *om.* BCX. ‖ et] in *add.* BOPX, *add. interl. T.*

1 Rom. 7, 18. Cf. p. 507, nota 3.

Cap. 6, num. 1. Quaestio proponitur ex *Summa sent.,* III, 12 (PL 171, 1137 A; 176, 108 C). Responsio in num. 2 Magistri est; similitudo vasis, sumpta ex eadem *Summa,* multotiens adhibetur in schola Anselmi Laudun. — Num. 3. Auctoritas Augustini ex eadem *Summa sent.,* parum infra; de cuius fonte cf. O. Lottin, *Psych, et morale,* IV, 40-41, lin. 8-12, 34-39. Conclusio est eiusdem *Summae.*

fieri insinuat **Augustinus** in libro *De baptismo parvulorum* 1, ita inquiens: « Quomodo praeputium per circumcisionem aufertur, manet tamen in eo quem genuerunt circumcisi; quomodo etiam palea, quae opere humano tanta diligentia separatur, manet tamen in fructu qui de purgato nascitur tritico; ita peccatum quod in parentibus per baptismum mundatur, manet in eis quos genuerunt ». — « Ex2 hoc enim gignunt quod adhuc vetustum trahunt, non ex hoc quod in novitate promovit eos inter filios Dei ». Non enim generant parentes filios secundum illam generationem qua denuo sunt nati 3, sed potius secundum eam qua carnaliter et ipsi primum sunt generati.

Cap. 7 (212).

1. Quare dicatur originale hic dicitur, cum epilogo. iam ostensum est quid sit originale peccatum, et qualiter a parentibus in filios et per carnem in animam transeat. Ex quibus etiam innotescit quare dicatur originale peccatum: ideo scilicet, quia ex vitiosa lege originis nostrae in qua concipimur, scilicet carnis libidinosa concupiscentia, traducitur, ut supra dictum est 4 Non enim quia ex carne tracta ab Adam concepti sumus, ideo peccatum traximus: quia et Christi corpus ex eadem carne formatum est quae ab Adam descendit, sed eius conceptus est celebratus non lege peccati, id est concupiscentia carnis: unde et caro eius peccatrix non fuit, immo operatione Spiritus Sancti. Noster vero conceptus non fit sine libidine, et ideo non est sine peccato.

2. **Augustinus** * Quod evidentur **Augustinus** ostendit in libro *De fide ad Petrum* 5, sic dicens: « Quia dum sibi invicem vir mulierque miscentur, sine libidine non est parentum concubitus, ob hoc filiorum ex eorum carne nascentium non potest sine peccato esse conceptus: ubi peccatum in parvulos non transmittit propagatio, sed libido; nec fecun-

7 in] ex MN, *corr. in* **ex R, vel ex** *add. mg.* **O, vel ex** *add. interi.* **LT.**

1 Lib. III, c. 8, n. 16 (PL 44, 195; CSEL 60, 142). 2 August, ibid., II, c. 9, n. 11 (PL 44, 158; CSEL 60, 82); resp. *homo vetus* et *novus,* de quo Rom. 6, 4-6, et Eph. 4, 22-24. 3 Resp. Ioan. 3, 6-7: *Quod natum est ex carne, caro est; et quod natum est ex Spiritu, spiritus est... Oportet vos nasci denuo.* 4 In cap. 4 (p. 506). 5 Cap. 2, n. 16 (opus Fulgent», PL 65, 679 B-C; CSEL 91A, 721).

Cap. 7, num. 1-2: Mixtim ex *Summa sent.,* III, 12 (PL 171, 1136 B-1137 A; 176, 107 D-108 C), et *Glossa* Lombardi in Rom. 4,8 (PL 191, 1369 B-C), ubi concluditur tractatus Magistri de peccato originali. — Num. 3-4: Magna in parte ex eadem *Summa* (PL 171, 1136 B-C; 176, 107 D-108 A).

ditas naturae humanae facit homines cum peccato nasci, sed foeditas libidinis, quam homines habent ex illius iustissima condemnatione peccati. Ideo beatus David, propter originale peccatum, quo naturaliter obstricti *filii* sunt *irae* i, dicit 2; *In iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea* ». Ex hoc itaque apparet ex lege conceptionis traduci originale peccatum, quia nisi conceptio sic fieret in carne, anima ex carnis coniunctione concupiscentiae vitium non traheret.

3. **Obiectio quorundam nitentium probare peccatum non traduci ex lege coitus.** Sed ad hoc opponitur hoc modo: In ipso conceptu, ubi dicitur transmitti peccatum, propagatur caro; nec tunc infunditur anima secundum physicos, sed iam effigiato corpore. Quod etiam Moyses in Exodo 3 aperte significat, ubi agit de percussura mulieris praegnantis: *Si quis,* inquit, *percusserit mulierem praegnantem et abortivum fecerit, si adhuc informe fuerit puerperium, mulctabitur pecunia; si autem formatum fuerit, reddat animam pro anima. Formatum* vero intelligitur propria anima animatum, et *informe* quod nondum habet animam 4. In ipso ergo conceptu, cum caro propagatur, nondum infunditur anima. Quomodo ergo ibi peccatum transmittitur, cum peccatum non possit esse ubi anima non est?

4. **Responsio cum solutione.** Ad quod dici potest quia in illo conceptu dicitur peccatum transmitti, non quia peccatum originale ibi sit, sed quia caro ibi trahit id ex quo peccatum fit in anima cum infunditur. Et utrumque vocatur conceptus, scilicet et cum caro propagatur formamque corporis humani recipit, et cum anima infunditur. Quod etiam aliquando dicitur nativitas; unde 5; *Quod natum est in te;* proprie autem nativitas dicitur in lucem editio.

1 naturae humanae *trp.* BCLN. 6 conceptio] corruptio BCOPV. ‖ sic *om.* BCOPX, *interi.* T. 10 nec] tamen *add.* BCOPX. 13 abortivum] abortum BOPW. 18 anima *trp. p.* est OP. 19 Rubrica om. RVW. 23 corporis humani *trp.* BCX. 23-24 etiam aliquando *trp.* BCO. 25 nativitas dicitur *trp.* OP.

1 Resp. Eph. 2,3. 2 Ps. 50, 7. 3 Exod. 21, 22-23, partim iuxta Vulgatam, et partim iuxta Veterem Latinam. 4 *Glossa ordin.* in h. 1. (apud Lyranum, I, 168c); ex August., *Quaest. in Heptat.,* II, q. 80 (PL 34, 626; CSEL 28-11, 147; CCL 33, 111). 5 Resp. Matth. 1, 20: *Quod enim in ea natum est·,* Luc. 1, 35: *Et quod nascetur ex te,* etc. Cf. *Glossa ordin.* in Matth. 1, 20: «*De ea* nasci, est in lucem produci. *In ea* vero nasci, est concipi » (apud Lyranum, V, 8a). Cf. August., *Epist. 187 (ad Dardanum),* c. 10, n. 33 (PL 33, 844s; CSEL 57, UOs).

DISTINCTIO XXXII

Cap. 1 (213).

1. **Quomodo originale peccatum dimittatur in baptismo, cum et post sit illa concupiscentia quae dicitur originale peccatum.** Quoniam supra dictum est 1 originale peccatum esse vitium concupiscentiae, assignatumque quomodo a parentibus trahatur et originale dicatur, superest investigare quomodo in baptismo dimittatur, cum etiam post baptismum remaneat concupiscentia quae ante fuerat: unde videtur vel peccatum originale non esse concupiscentiam, vel non remitti in baptismo.

2. **Augustinus in libro De nuptiis et concupiscentia**[2] « Manet quippe, ut ait **Augustinus,** in *corpore mortis huius* 3 carnalis concupiscentia, cuius vitiosis desideriis non obedire praecipimur; quae tamen concupiscentia quotidie minuitur in proficientibus et continentibus». Sed licet remaneat concupiscentia post baptismum, non tamen dominatur et regnat sicut ante; immo per gratiam baptismi mitigatur et minuitur, ut post dominari non valeat nisi quis reddat vires hosti eundo *post concupiscentias* 4 Nec post baptismum remanet ad reatum, quia non imputatur in peccatum, sed tantum poena peccati est; ante baptismum vero poena est et culpa.

3. **Quod originale peccatum duobus modis dimittitur, scilicet extenuatione sui et solutione reatus.** Duplici igitur ratione peccatum originale dicitur dimitti in baptismo: quia per gratiam baptismi vitium concupiscentiae debilitatur atque extenuatur, ita ut iam non regnet nisi consensu reddantur ei vires, et quia reatus ipsius solvitur.

10 Rubrica *om.* RVW, || concupiscentia] concupicentiis OP. 13 et] in *add.* OP. 21 igitur] ergo OPW, vero LN.

1 Dist. 30, c. 8, n. 2 (p. 500). 2 Lib. I, c. 25, n. 28 (PL 44, 430; CSEL 42, 241). Quoad sequentia, v. ibid., c. 23, n. 25 (428; 237s). 3 Resp. Rom. 7, 24. 4 Resp. Eccli. 18, 30; Rom. 6, 12-14.

Dist. XXXII. Cf. O. Lottin, *Péché originel et baptême de saint Anselme à saint Thomas d'Aquin,* in *Psych, et morale,* IV, 284-305. — Cap. 1, num. 1. Cf. Hugo, *De sacram.,* I, 7, 37 (PL 176, 304 B-D); *Summa sent.,* III, 11 (PL 171, 1135 D; 176, 107 B-C). — Num. 2: Ex *Glossa* Lombardi in Rom. 4, 8 (PL 191, 1369 B); deinde ex *Summa sent.,* ibid., necnon et ex dictis Magistri in eadem *Glossa* (1369 A et D).

4. **Auctoritas de uno modo remissionis.** Unde **Augustinus** in libro *De baptismo parvulorum* 1; « Gratia per baptismum id agitur, ut *vetus homo crucifigatur* et *corpus peccati destruatur* 2; non ita ut in ipsa vivente carne concupiscentia respersa et innata repente absumatur et non sit, sed ne obsit mortuo quae inerat nato. Nam si post baptismum vixerit, in carne habet concupiscentiam cum qua pugnet, eamque adiuvante Deo superet, si tamen *non in vacuum* gratiam eius suscepit 3. Non itaque hoc praestatur in baptismo, nisi forte miraculo ineffabili Creatoris, ut *lex peccati quae est in membris* 4 prorsus exstinguatur et non sit, sed ut quidquid mali ab homine factum, dictum, cogitatum est, totum aboleatur, ac velut factum non fuerit habeatur; ipsa vero concupiscentia, soluto reatus vinculo quo per illam diabolus animam retinebat et a suo Creatore separabat, maneat in certamine ». — Ecce hic aperte ostendit ea ratione dimitti in baptismo, non quia non maneat post baptismum, sed quia reatus in baptismo aboletur.

5. **Auctoritas de altero.** Deinde idem ipse ostendit eo modo etiam dimitti, quia baptismi gratia concupiscentia ipsa mitigatur et minuitur, in eodem libro ita dicens 5: « Lex carnis, quam Apostolus appellat *peccatum* cum ait 6; *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore,* non sic manet in membris eorum qui *ex aqua et Spiritu* sunt renati 2, tanquam non sit eius facta remissio ubi omnino plena fit remissio peccatorum; sed manet in vetustate carnis tanquam superatum et peremptum, nisi illicito consensu quodam modo reviviscat, et in regnum proprium dominationemque revocetur ». Hic aperte insinuat in baptismo concupiscentiam debilitari: ex quo et dicitur dimitti, non solum ideo quia reatus ibi solvitur.

6. Quem remissionis modum aliis etiam pluribus testimoniis Scriptura edocet. Ait enim **Augustinus,** *Contra Iulianum* 8; « Lex quae

1 et 16 Rubricae om. RVW. 17 baptismi gratia] per baptismi gratiam NRV. 20 Spiritu] sancto *add.* NRTVWX.

1 Lib. I, c. 39, n. 70 (PL 44, 150s; CSEL 60, 70). 2 Resp. Rom. 6, 6. 3 Resp. II Cor. 6, 1: *Ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* 4 Resp. Rom. 7, 23. 5 Lib. II, c. 28, n. 45 (PL 44, 178, CSEL 60, 116). 6 Rom. 6, 12. 7 Resp. Ioan. 3, 5. 8 Rectius, ut sole clarius apparet in *Glossa* Magistri in Rom. 7, 23 (PL 191, 1430 C;

Num. 4: Ex *Glossa* Magistri in Rom. 6, 6 (PL 191, 1404 C). — Num. 5: Ex eadem *Glossa* in Rom. 6, 12 (PL 191, 1407 B-C).

Num. 6. Omnes auctoritates leguntur in eadem *Glossa,* et quidem in hoc ordine: in Rom. 7, 25; 8, 1; 4, 7-8 (PL 191, 1430 C, 1432 B, 1369 A-B). Ultimae tres (« Idem in libro *De nuptiis...*») inveniuntur etiam in *Summa sent.,* III, 11 (PL 171, 1136 A; 176, 107 C-D).

in membris est, vitium carnis est, quod ex poena peccati et ex traduce mortis provenit ». « Sed lex ista *quae est in membris* 1, remissa est regeneratione spirituali, et manet in carne mortali. Remissa est, quia reatus solutus est sacramento quo renascuntur fideles; manet autem, quia operatur desideria, contra quae dimicant et fideles». — Idem in sermone quodam *De concupiscentia carnis* 2: « Per gratiam baptismatis et lavacrum regenerationis solutus est et ipse concupiscentiae reatus cum quo eras natus, et quidquid antea consensisti malae concupiscentiae, sive cogitatione, sive locutione, sive actione ». — Idem in libro *De nuptiis et concupiscentia* 3: « Concupiscentia carnis licet in regeneratis iam non deputetur in peccatum, quaecumque tamen proles nascitur, obligata est originali peccato ». — Item 4: « Dimittitur concupiscentia carnis in baptismo, non ut non sit, sed ut non imputetur in peccatum ». « Hoc 5 est enim non habere peccatum, non esse reum peccati. Quomodo ergo alia peccata praetereunt actu et remanent reatu, ut homicidium et similia, ita e converso fieri potest ut concupiscentia praetereat reatu et maneat actu ». Ex praedictis evidenter monstratur quomodo peccatum originale in baptismo remittatur.

Cap. 2 (214).

1. **De foeditate quam caro ex libidine coitus contrahit: utrum in baptismo diluatur.** Solet autem hic quaeri utrum et ipsa caro in baptismo ab illa foeditate purgetur, quam in conceptione ex concupiscentia libidinosa contraxit.

2. **Quidam dicunt ibi carnem mundari ab illa pollutione.** Quibusdam 6 videtur quod, sicut anima a reatu purificatur, ita et caro ab illa pollu-

5 et] etiam LV, *om.* W. 14-15 peccata] mala OPX. 15 praetereunt *trp. p.* ergo OP. 16 maneat] remaneat LR. 20 contrahit] contraxit X, trahit MNRVW. 21 hic quaeri *trp.* OP. 24 Rubrica (authent.?) LM, *om. alii.*

x 41b, ubi desunt omnes rubricae; z 25a), agitur hic de duabus auctoritatibus: prima, *Augustinus Super Ioannem* (rubr. marg.): « Lex... morte provenit» (= paraphrasis, ut videtur, tract. 3, n. 12; PL 35, 1401; CSEL 36, 25s). Deinde, *Augustinus contra Iulianum haereticum* (rubr. marg.): « Sed lex ista... fideles » (Lib. II, c. 3, n. 5; PL 44, 675). 1 Resp. Rom. 7, 23. 2 *Sermo 152,* n. 3 (PL 38, 820s). 3 Lib. I, c. 24, n. 27 (PL 44, 429; CSEL 42, 240). 4 Ibid., c. 25, n. 28 (PL 44, 430; CSEL 42, 240). 5 Ibid., c. 26, n. 29 (430; 241s). 6 Cf. Rabanus, *Liber de sacris ordinibus, sacramentis,* etc., c. 5 (PL 112, 1169 C); et *Glossa ordin.* in Act. 1, 5 (apud Lyranum, VI, 164a). Quasi eadem opinio apud Ioan. Damascenum, *De fide orthodoxa,* IV, c. 9 (PG 94, 1122 A); in versione Burgundionis, c. 82, n. 1 (ed. E. Buytaert, 294); sed putamus quod Magister hunc textum non cognovit.

tione purgatur: ut sicut duobus completur mysterium baptismi, scilicet aqua et Spiritu, ita ibi duo purgentur, anima scilicet a reatu, et caro ab illa contagione; quod quidem probabile est. — **Alii non** Alii [1] vero putant tantum animam ibi mundari, carnem vero non ab illa foeditate purgari.

3. **Ostendit inconvenientiam contra illos qui negant.** Si vero remanet illa foeditas usque ad procreationem filiorum, quae fit in carnis concupiscentia, vitietur natura carnis magis ac magis corrumpi, et magis corrupta videtur caro prolis quam parentis: quia de carne pollutionem quam habuit a conceptu retinenti, trahitur polluta; et in concupiscentia concipitur, unde et polluitur; et ita ex duplici causa contaminatur. Unde maior videtur pollutio carnis in prole quam fuerit in parente.

4. **Responsio illorum.** Ad quod illi dicunt quia, licet caro prolis ex carne foeda seminetur et in concupiscentia concipiatur, non tamen foeditatem maiorem trahit, quam caro unde seminatur habuit. Quamvis etiam si foetidior atque immundior sit caro prolis, et ideo magis corrupta quam caro parentis, non inde, ut aiunt, fit praeiudicium veritatis: quia nec absurdum esse dicunt, si carnis natura magis in posterioribus corrupta trahatur, neque ex ipsa magis corrupta anima magis inficitur.

Cap. 3 (215).

Ex quo auctore sit illa concupiscentia, Deo scilicet vel alio. Praeterea quaeri solet utrum concupiscentia quae post baptismum remanet et tantum poenalitas est, ante baptismum vero poena erat et culpa, ex Deo auctore sit vel ex alio. — **Responsio.** Ad quod breviter respondentes, dicimus quia in quantum poena est, Deum habet auctorem; in quantum vero culpa est, diabolum sive hominem habet auctorem.

Cap. 4 (216).

1. **Qua iustitia animae mundae ex creatione illud peccatum imputetur, cum non possit vitare.** Solet etiam quaeri qua iustitia teneatur illo

2 ibi duo *trp.* MRV. 6 Rubrica *om.* RVW. ‖ inconvenientiam] inconvenientia LMNT. 13 Rubrica *om.* RVW. 15 trahit] contrahit MNTV. 16 foetidior] fedlor W, *corr. in* fedior NOT, *corr. interi, ex* fedior V2. 18-19 corrupta *trp. p.* magis MRTV. 19 magis2] amplius MRTW. ‖ inficitur] inficiatur P, *corr. in* inficiatur V2. 21 sit] fit OP, *om.* X. 24 Responsio *om.* LRVW.

1 Sententia communior innitens verbis Augustini supra, c. 1, n. 6.

Cap. 4, num. 1-2: Ex *Summa sent.,* III, 12 (PL 171, 1137 C; 176, 108 D-109 A); cf. Hugo, *De sacram.,* I, 7, 35-36 (PL 176, 303s). — Num. 3: Ex *Glossa* in II Cor. 5, 4 (PL 192, 37 B).

peccato anima innocens a Deo creata, cum non sit in potestate sua illud vitare: non enim per liberum arbitrium illud committitur, quia non prius est anima quam illi peccato est obnoxia.

2. **Responsio quorundam falsa.** Ad hoc quidam 1 dicunt ideo animam ream esse illius peccati, licet munda a Deo sit creata, quia cum infunditur corpori, condelectatur carni: ex quo peccatum contrahit. — Quod si esset, iam non originale, sed actuale diceretur.

3. **Congrua responsio et vera.** Potius ergo ideo recte potest dici illi imputari animae illud peccatum, quod ex corruptione corporis inevitabiliter trahit, quia, ut ait Augustinus in libro *De civitate Dei*2, « non fuit corruptio corporis, quae *aggravat animam* 3, causa primi peccati, sed poena; nec caro corruptibilis animam peccatricem fecit, sed peccatrix anima carnem corruptibilem fecit ».

Cap. 5 (217).

1. **Utrum illud peccatum sit voluntarium vel necessarium.** Illud etiam non immerito quaeri potest, utrum peccatum originale debeat dici voluntarium vel necessarium.

2. **Quod voluntarium et necessarium potest dici.** Et necessarium potest dici, quia vitari non potest; unde et Propheta dicit 4: *De necessitatibus meis erue me.* Et voluntarium non incongrue appellatur, quia ex voluntate primi hominis processit, ut Augustinus ini libro *Retractationum* 5

6 contrahit] trahit MRNT. 18 Rubrica *om.* MRVW. 18-19 potest dici *trp.* BCL. 21 ut] unde BCNW.

1 Ex schola, ut videtur, Anselmi Laudun. Cf. sent. n. 328, et n. 523 (in O. Lottin, *Psych, et morale,* V, 256, 349); *Sententiae divinae paginae,* in *Pech. de Théol. ane. et méd.* 5 (1933) 249, ubi etiam (247s, 264s) exhibentur textus *Summae « Deus de cuius principio et fine tacetur »,* et (247s) *Summae « Principium et causa omnium »* (olim *Sent. Anselmi),* ex ed. F. Bliemetzrieder, 77. 2 Lib. XIV, c. 3, n. 2 (PL 41, 406; CSEL 40-11, 6; CCL 48, 417). 3 Resp. Sap. 9, 15. 4 Ps. 24, 17. 5 Cap. 13, n. 5 (PL 32, 604; CSEL 36, 60s).

Cap. 5. Partim cx *Summa sent.,* III, 12 (PL 171, 1137 D-1138 A; 176, 109 B); cf. Hugo, *De sacram.,* I, 7, 35 (PL 176, 303 B); partim immediate ex *Retract.* Augustini. — Cap. 6. Quaestio sumitur de *Summa sent.,* III, 12 (PL 171, 1138 A; 176, 109 C); cf. etiam Hugo, *De sacram.,* 1,7,36 (PL 176,303 D-304 A). Responsio fundatur super traditionem scholae Anselmi Laudunensis; cf. *Summa « Deus dé cuius principio et fine tacetur »,* in *Rech, de Théol. anc. et méd.* 5 (1933) 265, lin. 4-12; *Sententiae divinae paginae,* ed. F. Bliemetzrieder, 34; *Sententiae Atrebatenses,* ed. O. Lottin, in *Psych, et morale,* V, 413s; aliae sententiae, ibid., nn. 246, 465 (pp. 203, 308); aliae, ibid., IV, 19s, 36 nota 5; cf. etiam R. M. Martin, *Les idées de Robert de Melun sur le péché originel,* in *Revue des sciences phil. et théol.* 9 (1920) 104-109.

ostendit dicens: « Illud quod in parvulis dicitur originale peccatum, cum adhuc non utantur libero arbitrio voluntatis, non absurde vocatur voluntarium, quia ex prima hominis mala voluntate contractum, factum est quodam modo hereditarium ».

Cap. 6 (218).

1. **Quare Deus animam corpori iungit, sciens eam inde maculari et ideo damnari.** Si vero quaeritur cur Deus, qui fecit animam ipsam sine macula, et scit eam ex corporis coniunctione maculam peccati trahere et aliquando ante baptismum seiungi ab ipso corpore et sic damnari, eam corpori coniungit; respondemus ex altitudine iudiciorum Dei [1] id provenire, nec iniuste hoc a Deo fieri. Ipse enim non incongrue humanae conditionis modum quem a principio instituit, licet peccata hominum intercesserint, sine immutatione continue servat, corpora de materia a principio sine vitio facta fingens, animasque de nihilo creans, eorumque coniunctione hominem perficiens. Cum igitur utraque hominis natura a Deo sine vitio sit instituta, licet a se peccato sit vitiata, non ideo immutabilis Deus humanae conditionis primariam legem mutare debuit, sive ab hominum multiplicatione desistere.

Cap. 7 (219).

1. **An anima sit talis qualis a Deo creatur. — Quomodo quidam probant eam non esse talem.** Hic a quibusdam quaeri solet utrum anima talis sit ante baptismum, qualis a Deo creatur. Quod non esse, probare conantur hoc modo: Anima in corpore creatur, in cuius coniunctione peccato maculatur. Quam cito igitur est, peccatum habet, nec prius fuit quam peccatum habuit. Non est igitur talis qualis a Deo creatur: creatur enim a Deo innocens et sine vitio, et nunquam talis est.

6 iungit] coniungit BCX, adiunxit OP, coniunxit W, *om.* T. 10 id om. BCV, *interi.* O. 11 hoc] id BCV. 20-21 Quomodo... talem *om.* RVWX.

1 Resp. Rom. 11,33.

Cap. 7, num. 1: Ex *Summa sent.,* **III,** 12 (PL 171, 1138 A-B; 176, 109 C-D), unde etiam aliqua in num. 2. — Cap. 8: Ex eadem *Summa sent.,* **III,** 12 (PL 171, 1138 B-C; 176, 109 D-110 A).

2. **Solutio** [1]. Ad quod dici potest quod non omnino talis est, qualem eam Deus fecit: Deus enim bonam eam fecit, et bonitatem ei sine corruptione indidit. Et dicitur illa naturalis bonitas, quam in creatione a Conditore suscepit; quam bonitatem per peccatum penitus non amisit, sed vitiatam habuit: quam Deus tamen sine vitio fecit. Si enim res bona non esset anima, in ea malum esse nequiret, cum non possit malum esse nisi in bono, ut post dicetur i. Non igitur omnino talis est anima, qualis a Deo est creata: sicut quis pollutas habens manus non tale habuit pomum, quale ego dedi mundis manibus: ego enim dedi mundum.

Cap. 8 (220).

An animae ex creatione sint aequales in donis naturalibus. Illud quoque non incongrue quaeri solet, utrum omnes animae ex creatione aequales sint, an aliae aliis excellentiores. — Pluribus non irrationabiliter videtur quod ex ipsa creatione aliae aliis excellant in naturalibus donis, ut in essentia; alia aliis sit subtilior et ad intelligendum memorandumque habilior, utpote acutiori ingenio et perspicaciori intellectu praedita. — Quod non improbabiliter dicitur, cum in angelis ita fuisse constet[2]. Et licet naturalibus donis aliae prae aliis polleant, tamen ante baptismum a corpore discedentes parem poenam, et post baptismum statim aequalem coronam sortiuntur, quia ingenii acumen vel tarditas praemium vel poenam in futuro non collocat.

DISTINCTIO XXXIII

Cap. 1 (221).

1. **An peccata omnium praecedentium patrum parvuli originaliter trahant ut peccatum Adae.** Praedictis adiciendum videtur an peccata praecedentium patrum ad parvulos transeant, sicut illud primi hominis de-

1 Solutio *am.* NRVW. ‖ quod2] quia BCLMRTW. 2 bonam eam *trp.* NRV. ‖ eam2] esse BC, *om.* L. 4 Conditore] creatore CL, conditione PX. 8 a Deo est *trp.* NRV. 24 omnium *trp. p.* patrum OP.

1 In Dist. 34, c. 4 (p. 526s). 2 Sicut ostensum est supra, Dist. 3, c. 2 (p. 342s).

Dist. XXXIII. Cf. A. M. Landgraf, *Die Vererbung der Siinden der Eliern auf die Kinder,* in *DogmengescMchte,* IV-2, 155-192. — Cap. 1, num. 1. Quaestio trahitur de Hugone, *De sacram.,* I, 7, 38 (PL 176, 304 D). De hoc capitulo et sequenti cf. etiam *Summa sent.,* III, 13 (PL 171, 1138s; 176, 110); P. Abaelardus, *In Epist. ad Rom.,* 5,19 (PL 178, 872 D-873 C), et *Sic et non,* c. 116 (PL 178, 1516ss).

lictum in omnes carnaliter genitos diximus redundasse; et si peccata parentum transeunt in parvulos, utrum omnium qui fuerunt ab Adam usque ad ipsos, an aliquorum et non omnium.

2. **Quid super hoc Augustinus in Enchiridion dicere videtur.** De hoc Augustinus in *Enchiridion* 1 ambigue disserit. Videtur enim approbare peccata parentum praecedentium imputari parvulis; non omnium tamen qui fuerunt ab Adam, ne importabili et nimia sarcina in poena aeterna gravarentur parvuli, sed tantum eorum parentum qui eos a quarta generatione praecesserunt. Quod confirmat illis verbis quibus in Exodo Dominus ait 2: *Ego sum Deus, visitans iniquitates patrum usque in tertiam et quartam generationem;* quasi peccata parentum proximorum tantum parvulis imputentur, et non alia; quod est per moderationem divinae miserationis.

3. **Eorum ponit documenta, qui dicunt transire in parvulos parentum delicta.** Et quod non illud solum primi hominis delictum parvulos teneat, sed etiam alia, illi quibus ita videtur 3 ex eo confirmant, quod etiam parvuli, non modo maiores, dicuntur baptizari 'in remissionem peccatorum', per pluralem numerum, non per singularem numerum: 'in remissionem peccati'. Et David, de legitimo matrimonio procreatus, dicit 4: *In iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea;* non dicit: in iniquitate vel peccato. Unde putant non tantum illud unum peccatum originale, sed etiam plura quae in peccato Adae reperiri possunt, et alia parentum peccata parvulis imputari.

Cap. 2 (222).

1. **Quod in illo uno primo peccato plura reperiuntur.** Quod vero in actuali peccato Adae plura notari valeant peccata, Augustinus in *Enchiridion* 5 insinuat: « Possunt, inquit, intelligi plura peccata in una transgressione Adae, si in sua quasi membra dividatur. Nam et superbia est illic, quia homo in sua potius esse quam Dei potestate dilexit; et sacrilegium, quia Deo non credidit; et homicidium, quia se in mortem

4 Quid] qualiter BCX. 6 parentum praecedentium *trp.* CLN. 10 Deus] dominus OP. 14 Eorum ponit] exponunt BC, exponit X. ‖ qui dicunt] quid sit BCX. 17 remissionem] remissione LMR. 19 remissionem] remissione BCLMNORX.

1 Cap. 47 (PL 40, 255; CCL 46, 75). 2 Exod. 20, 5. 3 Ita ipse August., *Enchiridion,* cc. 44 et 46 (PL 40, 254; CCL 46, 73s). 4 Ps. 50, 7. 5 Cap. 45 (PL 40, 254; CCL 46, 74).

Cap. 1, num. 2-3 concinnantur ex dictis Augustini in cap. sequenti.

praecipitavit; et fornicatio spiritalis, quia integritas mentis humanae serpentina suasione corrupta est; et furtum, quia cibus prohibitus usurpatus est; et avaritia, quia plus quam sufficere illi debuit appetivit; et si quid aliud, in hoc uno inveniri potest ».

2. **De parentum peccatis, an parvulos teneant? — Augustinus.** Deinde de parentum praecedentium peccatis, utrum parvulis imputentur, magis opinando quam asserendo disceptat, ita inquiens [1]; « Parentum peccatis parvulos obligari, non solum primorum hominum, sed etiam suorum, de quibus ipsi nati sunt, non improbabiliter dicitur. Illa quippe divina sententia [2]: *Reddam peccata patrum in filios,* tenet eos ante regenerationem, usque adeo ut etiam de legitimo matrimonio procreatus dicat [3]: *In iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea.* Non dixit *in iniquitate* vel *in peccato,* cum et hoc recte dici posset, sed *iniquitates et peccata* dicere maluit, quia et in illo uno, quod in omnes homines pertransiit atque tam magnum est ut eo mutaretur humana natura, reperiuntur, sicut supra disserui [4], plura peccata; et alia parentum, quae non ita possunt mutare naturam, reatu obligant filios, nisi gratia Dei subveniat ».

3. **Vide opiniones varias.** « Sed [5] de peccatis aliorum parentum, quibus ab ipso Adam usque ad patrem suum pro generationibus suis quisque succedit, non immerito disceptari potest: utrum omnium malis actibus et multiplicatis delictis originalibus qui nascitur implicetur, ut tanto peius quanto posterius quisque nascatur; an propterea Deus *in tertiam et quartam generationem* de peccatis parentum posteris eorum comminetur, quia iram suam quantum ad progeneratorum culpas non extendit ulterius, moderatione miserationis suae: ne illi quibus regenerationis gratia non confertur, nimia sarcina in ipsa aeterna damnatione premerentur, si cogerentur ab ipso initio generis humani omnium praecedentium parentum suorum originaliter peccata contrahere et poenas pro eis debitas pendere; an aliquid aliud de re tanta, Scripturis sanctis diligentius perscrutatis ac tractatis, valeat vel non valeat reperiri, temere affirmare non audeo ». Ecce perspicuum fit lectori **Augustinum** superiora dixisse non asserendo, sed diversorum opiniones referendo.

1 spiritalis] spiritualis LRWX, *corr. in* spiritualis N. 5 Rubrica *om.* NRVW. 6 parentum praecedentium *trp.* BCN. 7 magis opinando *trp.* LMRTV. 12 concepit... mea] etc. MX. 13 in2 *om.* BCN. 17-18 gratia Dei *trp.* MRTV. 19 Rubrica *om.* RVW. 20 pro generationibus *codd.,* progeneratoribus *Aug,* 32 fit] sit LOPR.

1 Ibid., c. 46 (PL 40, 254s; CCL 46, 74s). 2 Num. 14, 18; Deut. 5,9. 3 Ps. 50, 7. 4 Augustinus scii., in num. 1. 5 August., ibid., c. 47 (PL 40, 255; CCL 46, 75).

4. **Ostendit Augustinum sibi fore contrarium si id sentiret.** Alioquin sibi ipsi contradicere ostenderetur, qui in eodem libro 1 omnium mitissimam dicit esse poenam parvulorum qui originali tantum tenentur peccato, his verbis: «Mitissima sane poena eorum erit, qui praeter peccatum quod originale traxerunt, nullum insuper addiderunt; et in ceteris qui addiderunt, tanto quisque ibi tolerabiliorem habebit damnationem, quanto hic minorem habuit iniquitatem ». Ecce hic aperte dicit parvulorum poenam omnium aliarum poenarum esse levissimam.

5. Quod si est, non igitur peccatis patrum praecedentium obligantur nisi Adae. Si enim pro peccatis actualibus parentum aeternaliter punirentur et pro suo originali, non iam minus, sed forte magis quam ipsorum parentes punirentur. Non igitur pro peccatis parentum actualibus, nec etiam pro actualibus primi parentis, sed pro originali quod a parentibus trahitur, parvuli damnabuntur: pro eo nullam aliam ignis materialis vel conscientiae vermis poenam sensuri, nisi quod Dei visione carebunt in perpetuum. Uno igitur, et non pluribus peccatis, parvuli obligati sunt.

6. **Determinatio eorum quae illi opponebant in munimentum suae opinionis.** Unde etiam ea quibus illa opinio muniri videtur, scilicet quod peccata et iniquitates in parvulis aliquando Scriptura esse significat, utens plurali numero, ita determinat **Augustinus** in eodem libro2: Quia in Scriptura « per singularem numerum pluralis numerus saepe significari solet, ut ibi3: *Ora ergo ad Deum ut auferat a nobis serpentem;* non ait *serpentes,* quos patiebatur populus. Et e converso per pluralem significatur singularis numerus, ut in Evangelio 4: *Mortui sunt enim qui quaerebant animam pueri;* non ait *mortuus est,* cum loqueretur de Herode. Et in Exodo 5: *Fecerunt deos aureos,* cum unum fecerint vitulum, de quo dixerunt ‹5; *Isti sunt dii tui Israel.* Ita et illud originale unum plurali numero significatur, cum dicimus parvulos in peccatorum remissione baptizari, et in peccatis vel in iniquitatibus concipi ».

7 habuit] habuerit MNTVW. 18 Rubrica *om.* RVW. ‖ Determinatio] determinatione BM, est *add.* COT. 29 peccatorum remiss, *trp.* BCPRWX. (| remissione] remissionem NTWX *(Aug.).* 30 in2 om. MRVW.

1 Enchiridion, c. 93 (PL 40, 275; CCL 46, 99). *2 Enchiridion,* c. 44 (PL 40, 253s; CCL 46, 73s). 3 Num. 21, 7, iuxta LXX. ‹ Matth. 2, 20. 5 Exod. 32, 31. « Exod. 32, 4.

Num. 5. Cf. Hugo, *De sacram.,* I, 7, 38 (PL 176, 306 B).

Cap. 3 (223).

1. **An actuale peccatum Adae sit gravius ceteris.** Hic quaeri solet utrum peccatum Adae transgressionis, ex quo processit originale et in quo plura superius i notata sunt peccata, gravius fuerit ceteris peccatis.

2. **Quare quibusdam maius esse videtur ceteris?** Quibusdam ita esse videtur, quia illud peccatum totam humanam naturam mutavit, sicut **Augustinus** dicit in *Enchiridion* 2; « Illud unum peccatum, in loco et habitu tantae felicitatis admissum, tam magnum est, ut in uno homine originaliter et, ut ita dixerim, radicabiliter totum genus humanum damnaretur». — Idem in libro *De civitate Dei* i; «Tanto maiori iniustitia violatum est illud mandatum, quanto faciliori poterat observantia custodiri. Nondum enim voluntati cupiditas resistebat: quod de poena transgressionis postea secutum est ». His aliisque nituntur auctoritatibus, qui illud peccatum ceteris aliorum hominum peccatis gravius esse dicunt.

3. **Post auctoritates ponit rationem eorum?** Quod etiam ratione ostendere laborant, hoc modo: Magis nocuit illud peccatum quam aliquod aliorum, quia totum humanum genus vitiavit ac morti utrique subdidit: quod nullo alio peccato factum est; maiorem ergo effectum mali habuit illud peccatum quam aliquod aliud.

4. **Responsio contra illos, ubi alia peccata ostenduntur illo maiora.** Ad quod dici potest quia, licet illud peccatum humanam naturam mutaverit in necessitatem mortis et in totum genus humanum reatum diffuderit 4, non est tamen putandum gravius fuisse peccato in Spiritum Sanctum, quod *neque* hic *neque in futuro,* ut Veritas ait 5, dimittitur. — Quod vero

5 Rubrica om. CRVW. 6 quia] quod BWX. 18 admissum] amissum MOPRW, *quod corr.* PR. 15 Rubrica *om.* RVW. 20 ubi] utrum BCX.

i Cap. 2, n. 1 (p. 518s). 2 Cap. 48 (PL 40, 255; CCL 46, 75). Mutatam a peccato naturam dicit ibid., c. 46, uti supra, p. 519, 15, et hic in nota 4. 3 Lib. XIV, c. 12 (PL 41, 420; CSEL 40-11, 30; CCL 48, 434). 4 Cf. August., *Enchiridion,* c. 46: « In illo uno, quod in omnes homines pertransiit, atque tam magnum est ut eo mutaretur et converteretur in necessitatem mortis humana natura » etc. (PL 40, 254s; CCL 46, 75). 5 Matth. 12, 32.

Cap. 3, num. 1-2. Quaestio suggeritur in *Summa sent.,* III, 10 (PL 171, 1133 C; 176, 105 C); unde sumitur num. 2. Opinio hic descripta certo certius scholae est Anselmi Laudun.; ex. gr. in *Summa «Deus summe atque ineffabiliter bonus* κ « Peccatum... fuit gravissimum... Unde adeo fuit tnaximum quod etiam mutavit naturam... August., in libro 14 De civitate Dei...» (apud 0. Lottin, *Psych, et morale,* IV, 43); et *Sententiae Anselmi,* ed. F. Bliemetzrieder, 71.

totam humanam naturam corrupit, non ideo est, quia gravius fuerit cunctis aliis peccatis; sed quia ab homine commissum est quando in uno homine tota humana natura consistebat, et ideo tota in eo corrupta est.

5. **In quo habuit maiorem effectum mali quam alia et in quo non, sed minorem.** Maioremque effectum mali intulit quantum ad multiplices defectus qui ex eo manaverunt, sed non quantum ad poenam aeternam: quam graviorem non meruit quam plures postea meruerunt per alia peccata; immo alios graviorem promeruisse credimus iram quam Adam meruerit.

Cap. 4 (224).

An illud peccatum sit primis dimissum parentibus. Si vero quaeritur an illud peccatum primis parentibus fuerit dimissum, dicimus eos per poenitentiam veniam consecutos. Unde **Augustinus** in libro *De baptismo parvulorum* 1; « Sicut illi primi parentes postea iuste vivendo creduntur per Domini sanguinem ab extremo liberati supplicio, non tamen in illa vita meruerunt ad paradisum revocari; sic et caro peccati etiam remissis peccatis, si homo in ea iuste vixerit, non continuo meretur eam mortem non perpeti, quam traxit a propagine peccati ».

Cap. 5 (225).

1. **Quod peccata parentum visitantur in filios, et quod non sunt adversa quae Deus dicit in Exodo et in Ezechiele.** Et licet peccatis parentum, nisi Adae, parvuli non obligentur, non est tamen diffitendum peccata parentum in filios redundare, sicut Dominus in Exodo ad Moysen ait[2]: *Ego sum Deus fortis, zelotes, visitans iniquitates patrum in filios usque in tertiam et quartam generationem, his qui oderunt me.* His verbis aperte insinuatur quod Deus reddit peccata patrum super filios tertios et quartos.

1 corrupit] corrumpit BCRVW, *quod corr.* V, corruperit LN. 3 tota in eo *trp.* LMRTVX. 5-6 Rubrica *om.* RVW. ‖ habuit] habuerit BTX. 10 meruerit] meruit BCLR. 12 dimissum parentibus *trp.* BCVW. 23 obligentur] obligantur OPT.

1 Lib. II, c. 34, n. 55 (PL 44, 183; CSEL 60, 125). 2 Exod. 20, 5.

Cap. 4: Ex *Summa sent.,* III, 10 (PL 171, 1134 A; 176, 105 D). — Cap. 5, num. 1: Partim ex *Summa sent.,* III, 13 (PL 171, 1138 C-D; 176, 110 A-B); cf. sententia scholae Anselmi, η. 3 (in *Psych, et morale,* V, 257); et P. Abaelardus, *Sic et non,* c. 116 (PL 178, 1516 ss).

2. **Auctoritas Ezechielis quae videtur adversari Legi.** Huic autem videtur adversari quod Dominus ait in Ezechiele 1; *Quid est quod inter vos parabolam vertitis in proverbium istud, dicentes: Patres comederunt uvam acerbam, et dentes filiorum obstupescunt? Vivo ego, dicit Dominus, si erit vobis ultra parabola haec in proverbium. Omnes animae meae sunt: ut anima patris, ita et anima filii mea est. Et anima quae peccaverit, ipsa morietur. Filius 2 non portabit iniquitatem patris, et pater non portabit iniquitatem filii. Iustitia iusti super eum erit, et impietas impii super eum erit.* — **Hieronymus.** His verbis videtur « Deus 3 corrigere per Prophetam quod male dixerit » in Lege: « Si 4 enim peccata patrum reddit in tertiam et quartam generationem, iniustitia videtur esse Dei, ut alius peccet, et alius puniatur. Quomodo enim iustum est alium peccare, et alium peccata lugere ?»

3. **Determinatio praemissarum auctoritatum convenientiam ostendens.** Sed, ut ait **Hieronymus** 5, ne « Lex et Prophetae, id est Exodus et Ezechiel, immo ipse Deus, qui et hic et ibi locutus est, in sententiis discrepare videatur», attendamus finem illius auctoritatis Exodi. Dicto enim: *Reddo iniquitates patrum in filios,* addit: *his qui oderunt me.* Per quod evidenter ostendit « non 6 ideo puniri filios quia peccaverunt patres, sed quia eis similes quodam hereditario malo Deum oderunt ». — Illud ergo quod in Exodo Dominus dicit, sicut **Hieronymus** tradit 7, non id sonat quod multi aestimant, nec est simile huic proverbio: *Patres comederunt uvam acerbam* etc. Illud enim Exodi **Hieronymus** super Ezechielem, et **Augustinus** super Psalmum 8 *Deus laudem meam ne tacueris,* de filiis peccata patrum imitantibus accipiendum censent: super quos dicitur Deus reddere peccata patrum, quia punit eos eo quod imitantur peccata patrum, non quia patres peccaverunt. Non itaque corrigit Dominus in Propheta quod ante dixerat in Lege, sed quomodo intelligendum sit aperit. Unde et illos qui prave intelligebant arguit, qui dicebant 9; *Patres comederunt* etc.

7 non portabit2 *trp. p.* filii OP. 8 super eum erit2 *trp.* BRX. 16 videatur] videantur BCW. ‖ Dicto] dicit BCW. 18 puniri] punire BCOPX. ‖ patres] parentes WX. 19 eis] eius BOP.

1 Ezech. 18,2-4. 2 Ezech. 18,20. 3 Hieron., *In Ezech.* 18,2 (PL 25 [1845], 169 C; CCL 75, 229). 4 Ibid. (PL 25, 167 D-168 A; CCL 75, 226). 5 Ibid. (169 C; 229). 6 Ibid. (168 A; 227). 7 Ibid. (167 B-D; 225s). 8 *Enarr. in Ps. 108,* 14, n. 15 (PL 37, 1437; CCL 40, 1591). 9 Resp. Ezech. 18, 2, ut supra in num. 2.

Num. 2. Inspirante eadem *Summa,* Magister se confert ad *Glossam ordin. in* Ezech. 18, 1 (apud Lyranum, IV, 236 a et c). — Ad num. 3, cf. Lomb. Glossa in Ps. 108, 14 (PL 191, 991 D-992 A).

4. **Quare dixerat: in tertiam et quartam generationem, et quare patres tantum commemoravit.** Verumtamen, si de imitatoribus malorum illud accipitur, quare tertiam et quartam generationem tantum memoravit, cum in qualibet generatione rei teneantur, qui peccata patrum imitantur? Et quare patres commemoravit, cum et illi omnes mali sint, qui quorumlibet malorum peccata imitantur? — **Solvit**[6]. Sed ideo patres specialiter nominavit, quia maxime patres filii imitari solent, quos praecipue diligunt. Et tertiam et quartam generationem ideo memoravit, quia solent parentes interdum tamdiu vivere, donec filios tertios et quartos habeant; qui patrum iniquitates videntes, eorum impietatis heredes per imitationem efficiuntur. Secundum hunc modum recte intelligitur ad litteram quod in Exodo dicitur.

5. **Quomodo illud Exodi intelligi debeat secundum mysterium. — Hieronymus**[7]. Quod etiam mystice intelligendum essë ostenditur, ex eo quod parabola dicitur. « Si enim parabola est, ut ait Hier0nymus[1], aliud verbis sonat, aliud sensu continet ». Unde aliqui « ita edisserunt[2]. Patrem in nobis esse dicunt levem punctum sensuum», scilicet primum motum suggestionis vel cogitationis; «filium vero, si cogitatio conceperit peccatum »: in quo notatur consensus et delectatio mulieris; « nepotem, si quod cogitaveris atque conceperis, opere compleveris » vel complere decreveris: in quo notatur consensus viri sive patratio peccati; « pronepotem autem, si non solum feceris, sed in eo glorieris; et haec est quarta generatio»; non quia tres praecesserint, sed quarta dicitur quia quarto loco a primo motu, qui est quasi pater, enumeratur. « Deus igitur primos et secundos stimulos cogitationum, quos Graeci 'propatheias' vocant, sine quibus nullus hominum esse potest, non puniet aeternaliter; sed si cogitata quis facere decreverit et quae fecit corrigere noluerit »: quae sunt mortalia peccata et tertia et quarta generatio.

6. **Per quod probetur quod primus motus non puniatur aeternaliter.** « Ad probandum vero, ut ait **Hieronymus**[3], quod primus pulsus cogitationis non puniatur a Deo aeternaliter, illud de Genesi 4 afferendum

1 dixerat] dixerit MNRTVW. 6 Solvit *om.* MRVW. 25-26 propatheias *Hier., Glossa,* propatheis *codd.* 29 quodq quid LNVWX. 31 a Deo aeternaliter *trp.* BCOP. 11 afferendum] asserendum MOPW.

1 *In Ezech.* 18, 2 (PL 25 [1845], 167 C; CCL 75, 226). 2 Ibid. (168 C-169 A; 228). 3 Ibid. (169 B; 228s). Resp. Gen. 9, 22-25.

Num. 4. Vide *Summam sent., III,* 13 (PL 171, 1139 A; 176, 110 B). — Num. 5. Mixtim ex *Summa sent.,* ibid. (1139 B-C; 110 C-D), et *Glossa ordin.* in Ezech. 18, 1 (apud Lyranum, IV, 236a).

est: Cham enim peccavit irridens nuditatem patris, et sententiam non ipse, sed filius eius Chanaan accepit: *Maledictus Chanaan, servus erit fratrum suorum.* Quae enim iustitia est, ut pater peccaverit et filius punitus sit? » Sed in mysterio illud dictum est.

DISTINCTIO XXXIV

Cap. 1 (226).

Quae de peccato anim advertenda sint. Post praedicta, de peccato actuali diligenti indagine quaedam consideranda sunt, scilicet quae fuerit origo et causa prima peccati, utrum res bona an res mala; postea in qua re sit peccatum; deinde quid sit peccatum, et quot modis fiat, et de differentia ipsorum peccatorum.

Cap. 2 (227).

1. **Quae fuit origo et causa peccati prima.** Causa et origo prima peccati res bona exstitit, quia ante primum peccatum non erat aliquid malum unde oriretur. Cum enim originem et causam habuerit, aut ex bono, aut ex malo habuit. Sed malum ante non erat; ex bono igitur ortum est. Prius enim in angelo ortum est peccatum, et postea in homine; et quid erat angelus nisi bona natura Dei? Non ex Deo ortum est malum quod fuit in angelo; non ex alio quam ex angelo: ex bono igitur ortum fuit.

2. Unde **Augustinus** in responsionibus contra Julianum haereticum 1, qui dixerat: «Si ex natura peccatum est, tunc mala est natura », ait: « Quaeso ut, si potest, respondeat: Manifestum est ex voluntate mala tanquam ex arbore mala2, fieri omnia opera mala tanquam fructus malos; sed ipsam malam voluntatem unde dicit exortam, nisi

3 pater peccaverit *trp.* OP. 8 indagine] indagatione OP, ingenio M. 9 prima] primi BCOPTWX. 13 fuit] fuerit NVW. ‖ peccati prima *trp.* BCNX. ‖ prima2] primi MW, *corr. in* primi V. 14 aliquid] aliquod CTV. 18 natura] creatura T, vel creatura *add. interi.* V. 22 est] *om.* OP.

1 *De nuptiis et coneup.,* II, c. 28, n. 48 (PL 44, 464; CSEL 42, 303). 2 Resp. Matth. 7, 17-18.*

Dist. XXXIV. Cf. R. Blomme, *La doctrine du péché dans les écoles théologiques de la première moitié du XIIe siècle,* Louvain 1958, 323-332. — Cap. 1. Cf. *Summa sent.,* III, 14 (PL 171, 1139 C; 176, 110 D-111 A).

Cap. 2, num. 2: Ex *Olossa* Magistri in Rom. 5, 19 (PL 191, 1397 C).

ex bono? Si enim ex angelo, quid est angelus, nisi bonum opus Dei? Si ex homine, quid erat ipse homo, nisi bonum opus Dei? Immo quid erant haec duo antequam in eis oriretur mala voluntas, nisi bonum opus Dei et bona et laudanda natura? Ergo ex bono oritur malum, nec fuit unde oriri posset, nisi ex bono. Dico ergo quia voluntatem malam nullum malum praecessit », sed ex bono originem habuit. — Hic aperte dicitur primam causam et originem mali bonam fuisse naturam; et nihilominus ostenditur cuius peccati fuerit causa, scilicet malae voluntatis.

Cap. 3 (228).

Quod mala voluntas secundaria causa fuit malorum. Mala autem voluntas illa, angeli vel hominis, causa est etiam malorum subsequentium, scilicet malorum operum et malarum voluntatum. — Unde **Augustinus** in *Enchiridion* 1; « Nequaquam dubitare debemus rerum bonarum quae ad nos pertinent, causam non esse nisi bonitatem Dei; malarum vero, ab immutabili bono deficientem boni mutabilis voluntatem, prius angeli, postea hominis ». « Hoc primum est creaturae rationalis malum, id est prima privatio boni ». — Ecce habes primam voluntatem boni mutabilis, id est angeli vel hominis, deficientem ab immutabili bono, id est a Deo, causam esse malarum rerum ad nos pertinentium; quia causa est tam peccatorum quam poenarum quibus premitur humana natura. Prima igitur origo et causa peccati bonum fuit; et secunda, malum quod ortum est ex bono.

Cap. 4 (229).

1. **In qua re sit peccatum, an in bona an in mala, et dicitur quia in bona tantum.** Ostensa origine mali, superest videre in qua re sit malum, scilicet an in re bona, an in re mala.

2. Qui recte acuteque sapit, nonnisi in bono malum esse intelligit, id est in natura bona. Malum enim est corruptio vel privatio boni; ubi autem bonum non est, non potest esse corruptio vel privatio boni; pec-

1 bonum opus *trp.* LNR. 3 in eis oriretur *trp.* LWX. 5-6 voluntatem malam... praecessit] ex voluntate mala... processit BCOP, *quod corr.* O.

1 Cap. 23-24 (PL 40, 244; CCL 46, 63).

Cap. 3-5. Cf. *Summa sent.,* III, 14-15 (PL 171, 1139 C-D, 1141 D; 176, 111 A, 112 D), qua inspirante se vertit auctor ad originale Augustini ad haec capitula conficienda.

catum igitur non potest esse nisi in re bona. — **Augustinus** «Sicut enim morbis ac vulneribus corrumpuntur corpora, quae, ut ait Augustinus in *Enchiridion* 1, sunt privationes eius boni quod dicitur sanitas, ita et animorum quaecumque sunt vitia, naturalium sunt privationes bonorum. Quid est enim aliud quod malum dicitur, nisi privatio boni? » — « Bonum[23] enim minui malum est; quamvis, quantumcumque minuatur, necesse est ut aliquid remaneat, si adhuc natura est. Non enim consumi potest bonum quod est natura, nisi et ipsa consumatur. Cum vero corrumpitur, ideo malum est eius corruptio, quia eam qualicumque privat bono. (**Argumentatio**[?]) Nam, si nullo bono privat, non nocet; nocet autem: adimit igitur bonum. Quamdiu itaque natura corrumpitur, inest ei bonum quo privetur ». — « Ac per hoc[3] nullum est quod dicitur malum, si nullum sit bonum. Sed bonum omnino malo carens, integrum bonum est; cum vero inest malum, vitiatum vel vitiosum bonum est. Nec malum unquam potest esse ullum, ubi est bonum nullum. Unde res mira conficitur, ut quia omnis natura, in quantum natura est, bonum est, nihil aliud dici videatur, cum 'vitiosa natura' 'mala natura' esse dicitur, nisi malum esse quod bonum est, nec malum esse nisi quod bonum est ». — Hac contextione evidenter insinuatur malum non posse esse nisi in re bona; ubi etiam, licet absurdum videatur[4], manifeste dicitur esse malum quod bonum est.

3. **Quid ex praemissis sequitur, scilicet quod cum dicitur malus homo, dicitur malum bonum.** Ex quo colligitur nihil aliud significari, cum dicitur homo malus, nisi bonum malum. Unde **Augustinus** in eodem[5] subdit: « Quid est malus homo, nisi mala natura? quia homo natura est. Porro, si homo aliquod bonum est, quia natura est, quid aliud est malus homo, nisi malum bonum? Tamen, cum duo ista discernimus, invenimus nec ideo malum quia homo est, nec ideo bonum quoniam iniquus est; sed bonum quia homo, malum quia iniquus. Omnis itaque natura, etiam si vitiosa sit, in quantum natura est, bona est; in quantum vitiosa est, mala est ».

7 esti *om.* LM, *interi.* T. 11 natura] bonum R, *om.* OP. 14 cum *codd.,* cui *Migrte.* 17 videatur] videtur BCOPX, *quod corr.* O, *corr. in* videtur V. 19 contextione *rep. in mg. tanquam rubrica* BCLOTX. 22 Quid] Quod COPTX, ‖ cum MNRVW, *om. alii.* 24 eodem] enchiridion OP. 29 est *om.* BOP.

1 Cap. 11 (PL 40, 236; CCL 46, 53). 2 August., ibid., c. 12 (236s; 54). 3 Ibid.,c. 13 (237; 54s). 4 ita et August, ibid. 5 Scil. *Enchiridion,* c. 13 (237s; 55).

Cap. 5 (230).

1. Quod regula dialecticorum de contrariis fallit in his, scilicet bono et malo. — Augustinus : Ideoque «in his contrariis 1, quae mala et bona vocantur, illa dialecticorum regula deficit, qua dicunt nulli rei duo simul inesse contraria. Nullus enim potus aut cibus simul dulcis est et amarus; nullum simul ubi album, ibi et nigrum. Et hoc in multis ac pene in omnibus reperitur contrariis, ut in una re simul esse non possint. Cum autem bona et mala nullus ambigat esse contraria, non solum simul esse possunt, sed mala omnino sine bonis et nisi in bonis esse non possunt ».

2. Quod ex bono oritur et nonnisi in bono consistit malum : « Et haec 2 duo contraria ita simul sunt, ut si bonum non esset in quo esset, prorsus nec malum esse potuisset, quia non modo ubi consisteret, sed unde oriretur corruptio non haberet, nisi esset quod corrumperetur; quoniam nihil est aliud corruptio quam boni exterminatio. Ex bonis igitur mala orta sunt, et nisi in bonis non sunt ». « Nec 2 fuit prorsus unde oriretur ulla mali natura, nisi ex angeli et hominis natura bona, unde primitus orta est voluntas mala ».

3. **Epilogum facit, ad alia transiturus.** Ex his aperitur quod primo et secundo supra 4 diximus investigandum, scilicet quae fuerit origo mali et in qua re sit. Ex bona enim re ortum et in bona re consistere, praemissis testimoniis comprobatur.

4. **Sententiae illi, qua dictum est bonum esse malum, opponitur de prophetia quae ait: Vae his qui dicunt bonum malum.** Ad hoc autem quod dictum est, 'malum esse quod bonum est', quidam sic opponunt 5; Si bonum malum esse dicimus, incidimus in illam sententiam propheticam, ubi legitur 6: *Vae his qui dicunt bonum malum, et malum bonum.* Igitur, si hanc maledictionem vitare volumus, nullatenus dicere debemus bonum esse malum et e converso. — **Determinatio secundum Augustinum :** Hoc autem Augustinus in eodem libro7 determinat, dicens id quod dictum est in prophetia « intelligendum esse de ipsis rebus quibus homines mali sunt, non de hominibus. Unde qui adulterium dicit bonum,

6 etl *om.* NOP. 7 possint] possunt BCLOPRTV, *quod corr.* OT. 11 Rubrica *om.* NRVW. 23 malum] et malum bonum *add.* LMV. 31 esse] est NTW.

1 *Enchiridion,* c. 14 (PL 40, 238; CCL 46, 55). 2 ibid. 3 Ibid., c. 15 (238; 56). 4 Cap. 1 (p. 525). 5 Ipse scii. August., *Enchiridion,* c. 13 (PL 40, 237; CCL 46, 55). 6 Isai. 5, 20. 7 *Enchiridion,* c. 19 (PL 40, 241; CCL 46, 59).

in eum cadit illa prophetica detestatio », et in eum qui « dicit 1 malum esse hominem, vel bonum esse iniquum ». Qui enim dicit hominem in quantum homo est malum esse, et bonitatem esse iniquitatem, «opus Dei culpat, quod est homo; et vitium hominis laudat, quod est iniquitas ».

DISTINCTIO XXXV

Cap. 1 (231).

1. **Quid sit peccatum.** Post haec videndum est quid sit peccatum. — **Augustinus, ad Faustum2 :** « Peccatum est, ut ait Augustinus, omne dictum vel factum vel concupitum, quod fit contra legem Dei ». — **Augustinus : Alia descriptio :** Idem in libro *De duabus animabus*^: « Peccatum est voluntas retinendi vel consequendi quod iustitia vetat ». — In utraque assignatione de actuali peccato agitur, et mortali, non veniali. Ex prima descriptione ostenditur peccatum esse voluntas mala, sive locutio et operatio prava, id est actus malus tam interior quam exterior. Ex altera vero tantum ostenditur esse actus interior: voluntas enim, ut in superioribus 4 dictum est, motus animi est; actus ergo interior est.

2. **Ambrosius** quoque in libro *De paradiso* 5 ait: «Quid est peccatum, nisi praevaricatio legis divinae et caelestium inobedientia praeceptorum? Ergo in praevaricante peccatum est, sed in mandante culpa non est. Non enim consisteret peccatum, si interdictio non fuisset.

17 est *om.* **OP. 19 praevaricatio] privatio OPX.**

1 Ibid., c. 13 (PL 40, 237s; CCL 46, 55), ubi et textus immediate sequens. *2 Contra Faustum,* XXII, c. 27 (PL 42, 418; CSEL 25, 621). » Cap, 11, n. 15 (PL 42, 105; CSEL 25, 70); mediante *detract.,* I, c. 15, n. 4 (PL 32, 609; CSEL 36, 75). ♦ Dist. 26, c. 2, n. 1 (p. 471). s Cap. 8, n. 39 (PL 14 [1845], 292 C-D; CSEL 32-1, 295s).

Cap. 1, num. 3. Circa hanc glossam volatilem nobis dubium est ubi eam apposuerit Magister, eo quod (ut notatur in lectionibus variantibus) diversi codices diversimode eam disposuerunt. Secundum Glossam autem olim Petro Pictaviensi attributam, ponenda est ad auctoritatem Augustini *Contra Manichaeos* circa finem num. 2 capituli sequentis: « [Quod] *si non faciunt voluntate,* etc. Hoc enim (vero n) videtur verum. Pagani enim ignorantes et non volentes peccatum... Nota quod (quoque p) dicit quod est (om. n) *in veritatis praeceptis·,* [= p, 531, 3]; de hoc enim Magister notam margini apposuit: *Joannes ait,* etc., et post: *Quidquid peccamus, contra legem Dei facimus... Quidam autem* [= c. 2, n. 4] » (n 38c; p 77c).

Non consistente autem peccato, non solum malitia, sed etiam virtus fortasse non esset, quae, nisi aliqua malitiae fuissent semina, vel subsistere vel eminere non posset ». Ecce praevaricationem legis et inobedientiam definit **Ambrosius** esse peccatum.

3. Ioannes ait[1]: *Qui facit peccatum, et iniquitatem facit, et peccatum est iniquitas.* Super quem locum dicit **Augustinus**[2]: « *Nomos* graece, latine lex; inde *anomia,* iniquitas quae est contra legem vel est sine lege. Inde dicit: *Peccatum est iniquitas:* quidquid peccamus, contra legem Dei facimus. Unde[3]: *Praevaricantes reputavi omnes peccatores terrae:* non solum qui scriptam legem contemnunt, sed etiam qui innocentiam naturalis legis corrumpunt ».

Cap. 2 (232).

1. **Diversorum sententias de peccato ponit.** Quo circa, diversitatis huius verborum[4] occasione, de peccato plurimi diversa senserunt, — **Triplex opinio de peccato.** Alii enim dixerunt voluntatem malam tantum peccatum esse, et non actus exteriores; alii voluntatem et actus; alii neutrum, dicentes omnes actus esse bonos et a Deo et ex Deo auctore esse, malum autem nihil esse, ut ait A u g u s t i n u s, *Stiper loannem* 5: « *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil,* id est peccatum, quod nihil est; et nihil fiunt homines cum peccant ».

2. Supra[6] etiam dixit **Augustinus** quod « malum est privatio vel corruptio boni ». Quod etiam in libro *84 Quaestionum*[7] ait: « Summum malum nullum modum habet: caret enim omni bono, at modus aliquid boni est. Non igitur est, quia nulla specie continetur, totumque hoc nomen mali de speciei privatione repertum est ». — Item in *Dogmatibus ecclesiasticis*[8] dicitur « malum vel malitiam non esse a Deo creatam, sed

5-10 Additio *om.* LMPV, *trp. ad mg. p. 526, 13* R, *ad p. 527, 25* WX, *ad p. 529, 17* O; *in textu* T, *in mg.* O3R2X, *in tertia cot.* BCW. 8 Praevaricantes] prevaricatores BCX. 13-14 Rubrica *om.* RVW. 17 malum] quod malum nihil est *rubrica (authentica) add. mg.* BCLMNOPTX. 20 privatio] boni *add.* BCNOPX.

1 I Ioan. 3, 4. 2 Immo Beda in h. l. (PL 93, 100 A-B), 3 ps. ns, 119. 4 In cap. 1, nn. 1-2. 5 Tract. 1, n. 13 (PL 35, 1385; CCL 36, 7). 6 Dist. 34, c. 4, n. 2 (p. 526s). 7 Quaest. 6 (PL 40, 13). 8 Scii. Gennadius, c. 27 (PL 42, 1218).

Cap. 2, num. 1. « Plurimi diversa senserunt », quorum sententias exponit Magister usque ad Distinctionem 38, determinatos citra dubium auctores prae oculis habens, quos tamen secure indigitare nequimus. Cf. A. M. Landgraf, *Die Abhiingigkeit der Siinde von Gott,* in *Dogmengeschichte,* 1-2,204-281, ubi de Lombardo et eius sequacibus agit, 238-269; R. Blomme, *La doctrine du péché...,* passim. — Quoad praesens capitulum, v. O. Lottin, *Le problème de la moralité intrinsèque d'Abélard à saint Thomas d'Aquin,* in *Psych, et morale,* H, 421-424;

a diabolo inventam, qui et ipse bonus creatus est ». — Idem etiam in libro *Contra Manichaeos* 1 quid sit peccare ostendit dicens: « Peccare quid aliud est, nisi in veritatis praeceptis vel in ipsa veritate errare? Quod si non voluntate faciunt, peccatores iniuste indicantur». Quid igitur in hac tanta varietate tenendum? Quid dicendum?

3. **Vera sententia de peccato proponitur.** Sane dici potest et libere tradi debet peccatum esse actum malum, interiorem et exteriorem, scilicet malam cogitationem, locutionem et operationem. Praecipue tamen in voluntate peccatum consistit, ex qua tanquam ex arbore mala procedunt opera mala tanquam fructus mali 2.

4. **Traditio quorundam, qui dicunt voluntatem malam et actum, in quantum sunt, esse naturas, et ideo bona; in quantum vero mala sunt, esse peccata.** Quidam autem, diligenter attendentes verba **Augustini,** quibus supra 3 et in aliis Scripturae locis utitur, non indocte tradunt voluntatem malam et actus malos, in quantum sunt vel in quantum actus sunt, bona esse; in quantum vero mala sunt, peccata esse. Qui voluntatem et actum quemcumque bonam Dei naturam esse dicunt in quantum actus est vel voluntas, et ex Deo auctore esse; in quantum vero inordinate et contra legem fit et fine debito caret, peccatum est; et ita in quantum peccatum est, nihil est: nulla enim substantia, nulla enim natura est.

5. **Auctoritatibus probant voluntates et actus omnes esse bona in quantum sunt.** Quod autem voluntas omnis et actio bonum sit in quantum est, ex eo probant quod ait Augustinus in libro *De 84 Quaestionibus* 4: « Deus boni tantummodo causa est: quocirca mali auctor non est, quia omnium quae sunt auctor est, quae in quantum sunt, in tantum bona sunt ». — Idem, probans nihil casu fieri in mundo, ait in eodem 5. « Quid-

5 dicendum] Aug. super genesim: malum natura non est, sed amissio boni sic vocata est (VIII, xiv. n. 31; PL 34, 384; CSEL 28-1, 252s) add. *in tertia col. BC, add. in mg. X.* 17 Dei naturam *trp.* CNW. 20 nulla enim substantia *om.* MX, *mg.* R, *interi.* V. ‖ nulla enim natura *om.* T. 21 omnes *om.* BCOX. 23 eo] ipso OP. 24 quocirca] et *add.* NOP. 25 est *om.* MO, *interi.* PT.

1 Id est Evodius, *De fide contra Manichaeos,* c. 8 (PL 42, 1142; CSEL 25, 954). 2 Resp. Matth. 7, 17-18; cf. Dist. 34, c. 2, n. 2 (p. 525). 3 Hic supra, in tota Dist. 34. 4 Quaest. 21 (PL 40, 16); cf. Lib. I; d. 46, c. 7 (p. 319s). 5 Quaest. 24 (PL 40, 17).

necnon et *L'intention morale de Pierre Abélard à saint Thomas d'Aquin,* ibid., IV, 309-319. A. M. Landgraf, *Die Abhângigkeit...,* 240s. Prima opinio, quae Abaelardi esse videtur (v. Landgraf, 240; Blomme, 207s; Lottin, IV, 310ss), tractatur infra, in Dist. 40; de secunda, quae forsitan sit ipsius Magistri, agitur in Dist. 37; tertia, illorum qui s. Anselmum Cantuar. et scholam Anselmi Laudun. sequuntur, consideratur hic in cap. 2-6, et infra, in Dist. 37, c.2.

quid casu fit, temere fit; quidquid temere fit, non fit providentia. Si ergo casu aliqua fiunt in mundo, non providentia universus mundus administratur; si non providentia universus mundus administratur, aliqua natura vel substantia est, quae ad opus providentiae non pertinet. Omne autem quod est, in quantum est, bonum est. Summum enim est illud bonum, cuius participatione sunt cetera bona; et omne quod mutabile est, non per se, sed boni illius participatione, in quantum est, bonum est: quod divinam etiam providentiam vocamus. Nihil igitur casu fit in mundo ». — His testimoniis innituntur ad ostendendum omne quod est, in quantum est, bonum esse. Unde idem **Augustinus** in libro I *De doctrina Christiana* i ait: « Ille summe ac primitus est, qui omnino incommutabilis est; et cetera quae sunt, nisi ab illo esse non possunt; et in tantum bona sunt, in quantum acceperunt ut sint ».

6. **Quid ex praedictis sequatur.** Ex praedictis colligitur atque infertur quia si mala voluntas et mala actio est, in quantum est, bona est. Sed quis est qui diffitetur malam voluntatem esse et malam actionem? Mala igitur voluntas sive actio, in quantum est, bonum est. Et in quantum voluntas est vel actio, bonum similiter est; sed ex vitio mala est: quod vitium a Deo non est, neque aliquid est.

7. **De vitio voluntatis.** Quod **Augustinus** notasse videtur in libro *De 84 Quaestionibus*[2] dicens: « Vitium est voluntatis, quo est homo deterior; quod vitium longe abest a voluntate Dei, ut ratio docet ». — Ex hoc loco probant voluntatem in quantum vitiosa est non esse a Deo. Et in quantum vitiosa est, peccatum est. Et peccatum est, ut aiunt, in quantum non habet ordinem nec finem debitum. Ita et actio in quantum ex malo procedit, et ordinem non habet et ad malum tendit.

8. Alia probatio quod omnis actus in quantum est, bonus est. Item et aliter probant omnem actum, interiorem vel exteriorem, in quantum est esse bonum: quia non esset actus malus, nisi esset res bona; quia non est aliqua res mala, nisi eadem res bona sit. — Unde **Augustinus** in *Enchiridion* 3; « Omnis natura bonum est; nec res aliqua mala esset, si res ipsa quae mala est natura non esset. Non igitur potest esse malum, nisi esset aliquod bonum. Quod cum dici videatur absurde, connexio tamen ratiocinationis nos compellit hoc dicere ».

3 si... administratur *om. (Iiom.)* BCL. 20 Rubrica om. RVW. 29 esse bonum *trp.* NRWX.

1 Cap. 32, n. 35 (PL 34, 32; CSEL 80, 27; CCL 32, 26). 2 Quaest. 3 (PL 40, 11). 3 Cap. 13 (PL 40, 237; CCL 46, 55).

9. **Summam dictorum perstringit.** Ex praemissis testimoniis asserunt omnes actus, in quantum sunt, esse res bonas; nec aliquid esse malum, id est peccatum, nisi idem quoque secundum aliquid bonum sit. Et omnium quae sunt, in quantum sunt, Deum auctorem praedicant, et eius voluntate omnia esse quaecumque sunt, quae in quantum sunt, naturae sunt.

10. **Obiectio contra illos qui dicunt omnes actus in quantum sunt esse bonos.** Quibus opponitur: Si omnia quae sunt, in quantum sunt, bona sunt et naturae sunt, ergo adulterium, homicidium et similia, in quantum sunt, bona sunt et naturae sunt, et Deo volente fiunt. Quod si est, tunc illi qui faciunt illa, bona agunt; quod penitus absurdum est. — **Responsio illorum.** His vero sic illi respondent: dicunt equidem adulterium, homicidium et huiusmodi non simpliciter actus denotare, sed actuum vitia; actusque ipsos adulterii et homicidii, in quantum sunt vel in quantum actus sunt, a Deo esse et bonas naturas esse, sed non in quantum adulterium et homicidium sunt. Et ideo non sequi dicunt, si actus qui homicidia et adulteria sunt, a Deo sunt, quod homicidia et adulteria a Deo sint.

11. **Alia illorum oppositio contra eosdem.** Item aliter eis opponitur: Si aliquid non est malum, quod non sit natura vel res bona, quomodo igitur peccata sunt non credere in Deum, non ire ad ecclesiam et huiusmodi, cum ista non sint naturae, immo omnino non sint? Non est enim aliquid vel res aliqua non ire ad ecclesiam vel non credere et huiusmodi. — **Responsio ubi tradunt quae dicuntur per negationem aliquid ponere, ut non credere in Deum et huiusmodi.** Ad quod dicunt his atque huiusmodi dictionibus, quae videntur privationes simpliciter notare et nihil ponere, quia per negationem dicuntur, vere aliqua poni actusque per eas significari. Non credere enim in Christum incredulitatem dicunt, et nomine incredulitatis malum mentis actum significari. Ita etiam cum dicitur 'non ire ad ecclesiam malum est', non euntis contemptus significatur, id est voluntas mala vel propositum. Hoc est enim declinare a bono, et ideo malum est; sicut e converso declinare a malo bonum est. Sicut igitur declinatio a malo aliquid ponit, scilicet voluntatem et

1 Rubrica *om.* MRVW. 12 Resp. illorum *om.* MRVWX. ‖ illorum *om.* OP. 13 sed] et *add.* TVW. 16 sequi] sequitur LOPT, *quod corr.* O. 19 illorum *om.* LMN. 24-25 Rubrica *om.* RVW. 31 Hoc] Hec BCO.

Num. 10. Similis obiectio et responsio refertur in Summa *sent.,* III, 15 (PL 171, 1141 D-1142 A; 176, 113 A-B), et respicit Porretanos, ut videtur.

propositum vitandi malum: non enim potest esse bonum quod omnino nihil est; ita declinatio a bono 'quod est' significat, scilicet voluntatem et propositum mali. Et secundum hoc vera est et generalis illa peccati mortalis descriptio quam supra posuit **Augustinus** 1.

Cap. 3 (233).

1. **Utrum malus actus in quantum peccatum est sit privatio vel corruptio boni.** Potest etiam quaeri ab eisdem: cum peccatum sit, ut supra dictum est2, privatio vel corruptio boni, et omnis actus malus sit peccatum, utrum sit privatio vel corruptio boni in quantum peccatum est vel non. — **Opponit utrimque :** Si enim in quantum peccatum est, corruptio boni est, cum corruptio vel privatio boni poena sit homini: in quantum igitur peccatum est, poena est. Quod si est, tunc in quantum peccatum est, bonum esse videtur et a Deo esse. Si autem non in quantum peccatum est, corruptio est, quaeritur ergo secundum quid corruptio sit. Si enim corruptio est, et non in quantum peccatum est, cum non sit nisi bonum praeterquam in eo quod peccatum est: ergo in quantum bonum est, corruptio vel privatio boni est.

2. **Responsio ubi dicitur in quantum peccatum est esse privatio vel corruptio boni, non tamen poena.** Ad quod etiam ipsi dicunt actum malum, non in quantum est, nec in quantum bonum est, esse privationem vel corruptionem boni, sed in quantum peccatum est; non tamen in quantum peccatum est, poena est vel aliquid quod a Deo sit. Ut enim ex verbis **Augustini** praemissis colligitur, peccatum dicitur corruptio vel privatio active, non passive. Nam ideo malum vel peccatum dicitur corruptio boni, quia naturam bonam « qualicumque privat bono; nam si non privat aliquo bono, non nocet », ut supra 3 Augustinus ait: « nocet autem: adimit igitur bonum ». Non autem nocet nisi in quantum peccatum est; ergo in quantum peccatum est privat bono; itaque in quantum peccatum est privatio est vel corruptio boni.

3-4 peccati mortalis *trp.* LRV. 10 Rubrica *om.* RVW. 19 tamen] tantum BOPT, *quod corr.* O. ‖ ipsi dicunt *trp.* BCOP.

1 Hic supra, c. 1, n. 1 (p. 529). 2 In Dist. 34, c. 4, n. 2 (p. 526s). 3 Ibid. (p. 527, 11).

Cap. 4 (234).

1. **Quomodo in quantum peccatum est possit corrumpere bonum, cum nihil sit.** Sed cum nihil sit in quantum peccatum est, quomodo potest bonum corrumpere vel adimere? — **Responsio Augustini per simile.** Augustinus te hoc docet in libro *De natura boni*[1] dicens: « Abstinere a cibo non est aliqua substantia, tamen substantia corporis, si omnino abstineatur a cibo, languescit et frangitur. Sic non est substantia peccatum »; eo tamen natura animae corrumpitur.

2. **Quod peccatum proprie corruptio animae est et quomodo.** Peccatum vero, id est culpa, proprie animae corruptio est. Si autem quaeritur in quo possit corrumpi anima, in parabola illius qui *incidit in latrones*[2], qui eum spoliaverunt et vulneraverunt, clarescit. Incidit enim homo in latrones quando per peccatum in potestatem diaboli trahitur; et tunc per peccatum exspoliatur gratuitis bonis, id est virtutibus, et in naturalibus bonis vulneratur, quae sunt ratio vel intellectus, memoria et ingenium et huiusmodi, quae per peccatum obtenebrantur et vitiantur. Per peccatum etiam privatur illo bono, cuius participatione cetera bona sunt: quo tanto magis privatur, quanto magis se ab eo elongat.

Cap. 5 (235).

1. **Qualiter homo se elongat a Deo, scilicet per dissimilitudinem quam facit peccatum.** Ab eo autem se elongat per peccatum, non loci distantia, quia ubique totus et praesens est omnibus; et « omnia in ipso sunt, ut ait Augustinus in libro *De 84 Quaestionibus*[3], et ipse locus non est. Locus tamen Dei abusive dicitur templum Dei: non quod eo contineatur, sed quod ei praesens sit et inhabitans. Id autem anima munda intelligitur ». Per peccatum igitur, non secundum locum, aliquis longe fit a Deo; et in eo longe fit, quod ab eius similitudine recedit; et tanto longius, quanto fit dissimilior. — « Illa autem, ut ait Augustinus

4 Rubrica *om.* NRVW. 5 te om. RTVW, *exp.* N. 23 84] Ixxxiii X, *corr. in* Ixxxiii TV.

1 Immo *De natura et gratia,* c. 20, n. 22 (PL 44, 257; CSEL 60, 248). 2 Resp. Lue. 10, 30; cf. supra, Dist. 25, c. 7, n. 1 (p. 465). 3 Quaest. 20 (PL 40, 16).

Cap. 4, num. 1; Ex *Summa sent.,* III, 14 (PL 171, 1140 A; 176, 111 B). — Ad num. 2 cf. eadem *Summa* (1141 A-B; 112 A-C). — Cap. 5. Cf. P. Lombardi *Sermo II in Resurr. Domini* (PL 171, 353 C-354 B).

in libro *De 84 Quaestionibus* i, quae participatione similia sunt Deo, recipiunt dissimilitudinem; at ipsa similitudo nullo modo ex aliqua parte potest esse dissimilis. Unde fit ut, cum similitudo Patris Filius sit, ex nulla parte Patri possit esse dissimilis: cuius participatione similia sunt quaecumque Deo similia sunt »; et illa possunt recipere dissimilitudinem. Nihil est autem quod hominem adeo Deo dissimilem faciat quemadmodum peccatum.

2. **Quod peccatum est etiam privatio boni corporis.** Cum autem peccatum sit corruptio vel privatio boni quod est in anima, est etiam privatio et corruptio boni corporis: sicut corpus hominis privavit beneficio illius immortalitatis et impassibilitatis quam habuit ante peccatum.

Cap. 6 (236).

An poena sit privatio boni. Quaeri autem solet utrum et poena sit privatio vel corruptio boni. — Ad quod facile responderi potest, si praedicta ad memoriam revocentur. Diximus enim supra[2] privationem vel corruptionem boni accipi active vel passive, id est secundum efficientiam vel effectum. Ideoque privatio vel corruptio boni dicitur et peccatum et poena; sed peccatum secundum efficientiam, quia privat vel corrumpit bonum; poena autem secundum effectum, id est secundum passionem quae est effectus peccati. Aliud est enim culpa, aliud poena. Alterum est Dei, id est poena; alterum diaboli vel hominis est, id est culpa[3].

DISTINCTIO XXXVI

Cap. 1 (237).

1. **Quod quaedam simul sunt peccata et poena peccati, quaedam peccata et causa peccati, alia vero peccata et causa et poena peccati.** Sciendum[1] est tamen quaedam sic esse peccata, ut sint etiam poenae peccatorum.

3 potest *trp. p.* nullo (2) LRV. ‖ dissimilis] deo *add.* LR. 8 Rubrica *om.* NRVW. 9 quod] que BCOPX. 21 alterum^] est *add.* LO. ‖ ests *om.* BCLV.

1 Quaest. 23 (PL 40, 16s). 2 Cap. 3, n. 2 (p. 534). 3 Vide supra, Dist. 32, c. 3 (p. 514).

Cap. 1, num. 1: Ex *Glossa* Lombardi in Ps. 57, 9; et *Glossa* in Rom. 1, 26 (PL 191, 538 B, 1334 D). — Num. 2: Ex *Glossa ordin.* in Ezech. 3, 20 (apud Lyranum, IV, 216b).

Unde **Augustinus**[1], super illum locum Psalmi 57: *Supercecidit ignis et non viderunt solem,* ait: « Ignis superbiae et concupiscentiae et irae » intelligitur. « Istas poenas pauci vident: ideo eas maxime commemorat Apostolus in Epistola ad Romanos[2],* et enumerat multa quae peccata sunt et poenae peccati. Inter primum enim peccatum apostasiae et ultimam poenam ignis aeterni, media quae sunt, et peccata sunt et poenae peccati ».

2. **Gregorius** quoque, *Super Ezechielem* 3, ait: « Contemnenti qui non vult poenitere, ponit Deus *offendiculum,* ubi scilicet gravius impingat. Peccatum enim quod per poenitentiam citius non deletur, aut peccatum est et causa peccati, aut peccatum et poena peccati, aut peccatum simul et causa et poena peccati. Unde Moyses 4* *Nondum sunt completa peccata Amorrhaeorum.* Et David inquit 5; *Appone iniquitatem super iniquitatem eorum.* Et alius Propheta 6; *Sanguis sanguinem tetigit,* id est peccatum peccato additum est. Paulus quoque ait[7]: *Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiae* etc.; et item[8]: *Ut impleant peccata sua semper.* Ioanni quoque per angelum dicitur[9]; *Qui in sordibus est, sordescat adhuc».* Ex his testimoniis colligitur peccatum aliquod et peccatum esse et poenam peccati.

Cap. 2 (238).

1. **Ex praedictis quaestio orta: scilicet an in quantum peccatum est, sit poena peccati.** Et ideo merito quaeritur utrum in quantum peccatum est, sit poena peccati.

2. **Ratio quare non sit** * Quod non videtur, cum omnis poena peccati iusta sit; unde **Augustinus** in libro *Retractationum* 10; « Omnis poena peccati iusta est, et supplicium nominatur». Si ergo peccatum quod est

5 poenae] pena LNOPR, *quod corr.* R. ‖ peccati] item *add.* BCO, *add. mg.* P. 9 qui] quod BCO. 12 peccati] ut primum peccatum fuit *rubrica add. mg.* BCLOTX. 19 poenam] pena MORW. 21 orta] oritur RV, est *add.* N. 24 Rubrica om. NRVW.

[1] *Enarr. in Ps. 57,* 9, nn. 18-19 (PL 36, 687s; CCL 39, 724s). Cf. etiam *Contra Iulianum opus imperf.,* I, c. 47: « Scias aliud esse peccatum, aliud poenam peccati, aliud utrumque, id est ita peccatum, ut ipsum sit etiam poena peccati » (PL 45, 1068). [2] Resp. Rom. 1, 21-32. [3] Lib. I, hom. 11, nn. 23-25 (PL 76, 915 A-B, 916 B-C); resp. Ezech. 3, 20. [4] Gen. 15, 16. [5] ps. g8, 28. [6] Osee 4, 2. [7] Rom. 1, 26. [8] I Thess. 2, 16. [9] Apoc. 22, 11. [10] Lib. I, c. 9, n. 5 (PL 32, 598; CSEL 36, 44s); ex *De lib. arbitrio,* III, c. 18, n. 51: «Omnis autem poena si iusta est, peccati poena est, et supplicium nominatur» (PL 32, 1296; CSEL 74, 132); plenius citatur infra, cap. 5 (p. 540s).

peccatum et poena peccati, in quantum peccatum est, poena peccati est: cum omnis poena iusta de iustitia Dei veniat, videtur in quantum peccatum est iustum esse et a Deo provenire.

3. **Responsio illorum, ubi docetur ex quo sensu peccatum dicitur poena peccati vel poena.** Ad quod illi respondent peccatum sic dici poenam peccati, quia per peccatum in quod merito praecedentis peccati homo labitur, deserente Deo, corrumpitur bona natura. Sicut ignis aeternus dicitur poena malorum quia ea cruciantur, nec tamen ipse cruciatus malorum ignis est, sed per ignem fit in homine; ita per peccatum corrumpitur natura et imminuitur bonum naturae, et est ipsa imminutio et corruptio boni passio et poena; et non est essentialiter ipsum peccatum per quod fit, sed ideo peccatum dicitur, ut praemissum est, quia per peccatum, illico ut peccat homo, fit in homine illa corruptio. Quae tamen fit Deo auctore: illa enim poena sive passio, quae est boni corruptio, a Deo est. Illius tamen, ut sic dicam, materia et causa est peccatum, quod a Deo non est.

4. **Augustinus.** Quod videtur **Augustinus** notasse et iuxta hunc sensum intellexisse, cum ait in libro *De praedestinatione sanctorum* 1; « Praedestinatione Deus ea praescivit, quae fuerat ipse facturus; sed praescivit Deus etiam quae non est ipse facturus, id est omnia mala. Quia etsi sunt quaedam quae ita peccata sunt, ut etiam poenae sint peccati, secundum illud Apostoli 2: *Tradidit illos Deus in passiones* etc., non tamen peccatum Dei est, sed iudicium », scilicet poena. In Scriptura enim saepe nomine *iudicii* poena intelligitur 3. — Hic diligenter intendentibus insinuare videtur ea quae peccata sunt et poenae peccati, non in quantum peccata sunt, sed in quantum poenae, Dei esse. Nam, cum dixisset Deum non esse facturum mala aliqua, id est peccata, quia posset ei obici quaedam peccata esse etiam poenas peccati, et poena peccati omnis iusta est et ideo a Deo est: quasi determinando secundum quid faciat ea vel secundum quid non faciat, addidit reliqua. Iuxta vero praedictam intelligentiam peccata sane dicuntur poenae. Unde Apostolus 4

4-5 Rubrica *om.* RW, *abbrev.* V. 4 ubi] qua BCNX. 24 Hic] enim *add.* LNV.

1 Cap. 10, n. 19 (PL 44, 975). 2 Rom. 1, 26. 3 verbi gratia Matth. 23, 33: *Quomodo fugietis a iudicio gehennae?*, et Mare. 12, 40: *Hi accipient prolixius iudicium*. 4 Rom. 1, 26.

Num. 4. Auctoritas Augustini legitur in *Glossa* in Rom. 8, 29 (PL 191, 1449 C-D); alia in fine legitur in eadem *Glossa* in Rom. 1, 26 (PL 191, 1333 C).

appellat ea *passiones ignominiae,* quia ut ait auctoritas 1, « licet quaedam peccata sint quae delectent, sunt tamen passiones naturae, non nominandae », quia per ea corrumpitur natura.

Cap. 3 (239).

1. **Quod cum omne peccatum possit dici poena, non tamen omne est poena peccati.** Et licet ex hoc sensu omne peccatum mortale possit dici poena, non tamen omne potest dici poena peccati. Poena enim peccati, ut praedictum est 2, est illud cuius causa est aliud praecedens peccatum. Nam peccatum sic dicitur poena peccati respectu praecedentis, sicut dicitur causa peccati respectu sequentis. Quo fit ut idem peccatum et causa sit et poena peccati, sed alterius peccati poena, et alterius causa.

2. **Gregorius.** Ut enim **Gregorius** in *Moralibus* 3 ait, « peccatum quod poenitentia non diluitur, suo pondere mox ad aliud trahit; unde fit ut non solum peccatum sit, sed et causa peccati: ex illo quippe culpa subsequens oritur. Peccatum vero quod ex peccato oritur, non solum peccatum, sed et poena peccati est; quia iusto iudicio Deus cor peccantis obnubilat, ut praecedentis peccati merito etiam in alia cadat. Quem enim liberare noluit, deserendo percussit ». — **Augustinus, Contra Iulianum 4.** «Proinde, ut **Augustinus** ait, praecedentis est haec poena peccati, et tamen etiam ipsa peccatum est. Iudicio enim iustissimi Dei traditi sunt, ut ait Apostolus 5 de quibusdam, sive deserendo, sive alio modo explicabili vel inexplicabili, *in passiones ignominiae»,* «ut6 crimina criminibus vindicarentur, et supplicia peccantium non tantum sint tormenta, sed et vitiorum incrementa». «Illa7 ergo peccata quae meminerat Apostolus8, quia de superbia sunt, non solum peccata, sed et supplicia sunt ».

5 est *trp. p.* peccati (6) BCX. 12 ait] dicit OP. 14 et] etiam BCOP. 16 et] etiam *add.* OP. 18-19 Rubrica *om.* MNRVW. 25 meminerat] numerat LMNRVW, enumerat T.

1 *Glossa ordin.* in h. l. (apud Lyranum, VI, 5c). 2 In Cap. 2, n. 3. 3 Lib. XXV, c. 9, n. 22 (PL 76, 334 B-C). 4 Lib. V, c. 3, n. 10 (PL 44, 789). 5 Resp. Rom. 1, 26. 6 August., *Contra advers. Legis et Prophet.,* I, c. 24, n. 51 (PL42, 635). 7 August., *Sermo 197, η.* 1 (PL38, 1022). 8 Resp. Rom. 1, 24-32.

Cap. 3, num. 2. Auctoritas Oregorii trahitur ex *Glossa* in Rom. 1, 24 (PL 191, 1331 B; signatur ut *in Moralibus* in x 14a, z 8b). Quod sequitur de August., legitur in *Glossa* in Rom. 1, 27 et (in fine) in 1, 24 (PL 191, 1134 C-D, 1331 B).

3. Ecce ex his iam fit perspicuum quaedam peccata etiam poenas et causas peccati esse; et illud peccatum esse poenam peccati, quod causam praecedentem habet peccatum; atque illud peccatum esse causam peccati, quod est meritum sequentis culpae.

Cap. 4 (240).

1. **Ex praedictis videtur significari ipsa eadem quae peccata sunt esse et poenas peccati.** Sed cum ait i 'crimina criminibus vindicari', videtur insinuare ea ipsa, quae peccata sunt, essentialiter esse poenas peccati, id est punitiones peccati. —I Ad hoc autem inquiunt illi, haec et similia dicta esse secundum rationem praedictam2, et ideo intelligenda fore secundum praemissam expositionem. «Intelligentia3*enim dictorum ex causis est assumenda dicendi ».

2. **Quod non obviat veritati si quis dicat ipsa peccata esse poenas peccati essentialiter.** In nullo tamen praeiudicium fieri veritati putatur, si quis dicat ipsa eadem, quae peccata sunt, essentialiter, ut ita dicam, esse poenas, id est punitiones peccatorum praecedentium, quae iustae sunt et a Deo sunt. Nec tamen in quantum peccata, a Deo sunt; nec in quantum peccata sunt, poenae peccati sunt. Et tamen in quantum peccata sunt, privationes boni sunt; sed, ut supra dictum est 4, causaliter et active dicuntur privationes.

Cap. 5 (241).

Aperte ostendit peccata quaedam esse poenam peccati, et poenam ipsam iustam esse et a Deo. Quod autem quaedam peccata poena sint, et ipsa poena iusta sit et a Deo sit, evidenter tradit **Augustinus** in libro *Retractationum 1 5,* dicens quaedam necessitate fieri ab homine, quae mala sunt, et eadem iusta poena peccati sunt. « Sunt, inquit, necessitate facta improbanda, ubi vult homo recte facere et non potest. Unde est illud Apostoli 6; *Non quod volo facio bonum, sed quod odi malum hoc ago?* Et illud 7: *Caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem·, haec*

7 et *om.* MNRVW. 9 hoc] hec MOX. 14 fieri] factum OPX. 15 quae *om.* PX, *interi.* O. ‖ sunt *om.* PX. 17 sunti *om.* LMNW, *interi.* RV. 23 ipsam *om.* RTX. ‖ ett *om.* BCNOPT. 27 recte] recta BCW. ‖ potest] facere *add.* OP.

1 Supra, p. 539, 23. 2 Cf. supra, c. 3, n. 1. 3 Verba Hilarii, ut supra, L. I, dist. 25, c. 2, n. 1 (p. 192). 4 Dist. 35, c. 6 (p. 536). 5 Cap. 9, n. 5 (PL 32, 597s; CSEL 36, 44s); ex *De lib. arbitrio,* III, c. 18, n. 51 (PL 32, 1295s; CSEL 74, 131s). « Rom. 7, 15. 7 Gal. 5, 17.

enim invicem adversantur, ut non ea quae vultis faciatis? Sed haec omnia ex illa mortis damnatione sunt. Nam si non est ista poena hominis, sed natura, nulla ista peccata sunt. Si enim non receditur ab eo modo quo naturaliter factus est homo, cum haec facit, ea utique facit quae debet. Si autem homo quia ita est non est bonus, nec habet in potestate ut sit bonus: sive non videndo qualis esse debeat, sive videndo et non valendo esse qualem se esse debere videt, poenam istam esse quis dubitet? Omnis autem poena, si peccati poena est, iusta est et supplicium nominatur. Si autem iniusta est poena, quoniam poenam esse nemo ambigit, iniusto aliquo dominante homini imposita est. Porro quia de omnipotentia Dei et iustitia dubitare dementis est, iusta est haec poena et pro peccato aliquo impenditur. Non enim quisquam iniuste dominans, aut subripere hominem potuit veluti ignoranti Deo, aut extorquere invito tanquam invalidiori, ut hominem iniusta poena cruciaret. Relinquitur ergo ut haec poena iusta de damnatione hominis veniat ». His atque aliis pluribus testimoniis docetur quaedam esse peccata et poenas peccati.

Cap. 6 (242).

1. **De quibusdam quae sine dubio peccata sunt et poenae, ut ira, invidia.** Praeterea nullatenus ambigendum est quaedam peccata absque ullo scrupulo poenas esse, ut invidia, quae est « dolor alieni boni » 1, et ira: quae etiam non in quantum poenae sunt, peccata sunt.

2. Ita etiam de cupiditate et timore et aliis huiusmodi sentiendum est. Unde **Augustinus** in libro *84 Quaestionum* 2 ait: « Omnis perturbatio passio; omnis cupiditas perturbatio; omnis igitur cupiditas passio. Omnis vero passio cum est in nobis, ipsa passione patimur; omnis igitur cupiditas cum est in nobis, ipsa cupiditate patimur, et in quantum cupiditas est patimur. Omnis autem passio, in quantum ipsa patimur, non est peccatum. Ita et de timore. Non enim consequens est, ut si patimur timorem, ideo non sit peccatum, quia multa sunt peccata quae patimur, sed non in quantum patimur eis ».

3 receditur] recedetur LO, recedatur P, recederetur X. 10 dominante] dampnante BC, *corr, in* dampnante R. 10-11 omnipotentia] potentia BCOP. 12 impenditur] penditur MPVX *(Aug.).* ‖ dominans] dominatur LMR. 16 pluribus *om.* OPR. 18 ira] et *add.* LMNR, *add. interi.* V. 27 est] ea BCV.

1 Glossa interi, in Rom. 1, 29 (apud Lyranum, VI, 6r). Ab Augustino definitur ut « odium felicitatis alienae»; cf. *De Genesi ad Utt.,* XI, c. 14, n. 18 (PL 34, 436; CSEL 28-1, 346); et *Enarr. in Ps. 104,* 25 (PL 37, 1399; CCL 40, 1545). 2 Quaest. 77 (PL 40, 89).

3. **Quod verbis Augustini praemissis quaedam sententia Hieronymi obviare videtur.** Illud autem diligenter est adnotandum, quod supra 1 positis verbis **Augustini**, dicentis quaedam necessitate facta esse improbanda et mala, videtur obviare quod **Hieronymus** ait in *Explanatione fidei* 2. Quod, licet supra 3 sit positum, tamen ut perfectius sciatur, iterare non piget: « Exsecramus, inquit, eorum blasphemiam, qui dicunt impossibile aliquid homini a Deo esse praeceptum, et mandata Dei non a singulis, sed ab omnibus in commune posse servari ». Et paulo post: « Et tam illos errare dicimus, qui cum Manichaeo dicunt hominem peccatum vitare non posse, quam illos qui cum loviniano asserunt hominem non posse peccare ». — Ecce hic **Hieronymus** dicit errorem esse, si quis dicat hominem vitare peccatum non posse. Qui autem dicit quaedam necessitate fieri, quaedam dicit non posse vitari. Cum ergo id **Augustinus** dicat, videtur aut erroris esse quod tradit, aut non esse verum quod **Hieronymus** ait.

4. **Determinatio contrarietatem submovens de Sanctorum medio.** Ad quod dici potest quia **Augustinus** secundum statum huius miseriae, ad quam pertinet ignorantia et difficultas, ut idem ait in libro *De libero arbitrio* 4, quae ex iusta damnatione descenderunt, illud tradidit; ubi et venialia peccata inclusit. **Hieronymus** vero de mortalibus tantum loquitur peccatis, quae unusquisque, gratia illuminatus, vitare valet; vel de homine secundum statum liberi arbitrii ante peccatum illud ait.

5. **Epilogum facit, ad alia transiturus.** Satis diligenter eorum posuimus sententiam, qui dicunt omnes actus naturas bonas esse, et in quantum sunt bonos esse. In quo tractatu quaedam interseruimus, quae non ex eorum tantum persona accipienda sunt, quia ab omnibus catholice sapientibus absque haesitatione tenentur. Atque auctoritatum testimoniis et rationibus eorundem traditionem munivimus, qui dicunt omnes actus essentia sui, id est in quantum sunt, esse bonos; quosdam vero, in quantum inordinate fiunt, peccata esse. — **Repetit praedicta ut addat** 4. Addunt quoque quosdam non tantum essentia, sed etiam genere bonos esse, ut

6 Exsecramus] Exsecramur MTX. 11 hic *om.* BCOPX. 17 quia] quod BCLNPX. 22 ait] dicit BCW. 24 bonas om. MRVW. 30 Rubrica om. MNRVW.

1 Ad init. cap. praecedentis. 2 Id est Pelagius in *Libello fidei ad Innocentium Papam,* nn. 10 et 13 (PL 45, 1718). 3 Dist. 28, c. 4 (p. 491). 4 Lib. III, c. 18, nn. 51-52 (PL 32, 1296; CSEL 74, 132s); cf. supra, p. 541, 14-15.

Num. 5. Cf. O. Lottin, *Le problème de la moralité intrinsèque...,* in *Psych, et morale,* II, 421SS.

reficere esurientem, qui actus est de genere operum misericordiae. Quosdam vero actus absolute ac perfecte bonos dicunt, quos non solum essentia vel genus, sed etiam causa et finis commendat, ut sunt illi qui ex bona voluntate proveniunt et bonum finem metiuntur.

DISTINCTIO XXXVII

Cap. 1 (243).

1. **Aliorum ponit sententiam, qui dicunt malos actus nullo modo esse a Deo nec esse bonos, sive in eo quod sunt, sive alio modo.** Sunt autem et alii plurimi longe aliter de peccato et de actu sentientes. Asserunt enim voluntatem malam et actum malum peccata esse, et nulla ratione bona; nec secundum aliquam rationem ex Deo auctore esse, quia sine Deo fiunt.

2. **Quare peccatum dicitur esse nihil secundum hos?** *Sine eo* namque, ut ait Evangelista 1, *factum est nihil,* id est peccatum; quod dicitur esse nihil, non quia non sit actio vel voluntas mala, quae aliquid est, sed quia a vero esse separat homines et ad malum trahit, et sic ad non-esse deducit. Qui enim a summi boni participatione recedunt, quod solum vere ac proprie est, merito non esse dicuntur2. Ideoque **Augustinus** dicit, *Super loannem^,* «peccatum nihil esse, nihilque fieri homines cum peccant». — Hac igitur ratione adstruunt peccatum nihil esse, quia a vero esse hominem elongat. Voluntatemque malam, atque actionem sive locutionem malam, peccatum esse dicunt, quia praevaricatio et inobedientia haec sunt et contra legem Dei fiunt; quae tamen sunt, sed ab homine vel a diabolo, non a Deo. Nullatenus enim a Deo haec esse dicunt, sive in quantum sunt, sive alio modo.

1 operum] operis OPX. 13 Rubrica *om.* RVW. 21 atque] ac BC, et N. 23 sed] vel X, *om.* BC. 24 al *om.* MNTV.

1 Ioan. 1, 3. 2 Sententia est August., *De lib. arbitrio,* III, c. 7, n. 20 (PL 32, 1280s; CSEL 74, 107); *De moribus Ecd.,* II, c. 6 (PL 32, 1348); *De civit. Dei,* XII, cc. 1-2 (PL 41, 350; CSEL 40-1, 567ss; CCL 48, 356s); Hieron., *In Ezech.* 26,19 (PL 25 [1845], 246 A; CSEL 75,355s); *Epist. 15 (ad Damasum),* n. 4 (PL 22 [1859], 357; CSEL 54, 65s); et Gregorii, *Moralia,* XIV, c. 18 (PL 75, 1051 B). Vide infra, L. III, d. 37, c. 2, n. 2. 3 Tract. 1, n. 13 (PL 35, 1385; CCL 36, 7).

Cap. 1. Cf. A. M. Landgraf, *Die Ablidngigkeit...,* in *Dogmengesctiichte,* 1-2, 242ss, ubi opinio hic proposita Magistri esse dicitur; sed «alii plurimi» complecti videntur etiam Gilbertum Porretanum et scholam eius.

3. **Qualiter determinent verba Augustini praemissa, quibus ait: Omne quod est, in quantum est, bonum est.** Iliaque **Augustini** verba[1], quibus dicit 'omne quod est, in quantum est, bonum esse et Deum habere auctorem', de naturis sive substantiis accipienda fore tradunt. Substantiae vero nomine atque naturae dicunt significari substantias ipsas et ea quae naturaliter habent, scilicet quae concreta sunt eis; sicut anima naturaliter habet intellectum et ingenium et voluntatem et huiusmodi. Quod ex verbis **Augustini** praemissis[1]* colligitur, ubi hominem appellat naturam, et malum hominem malam naturam.

4. Secundum istos actus mali non sunt naturae vel substantiae. Secundum hanc igitur assertionem vel acceptionem mali actus non sunt naturae vel substantiae, nec etiam boni actus. Quod utique **Augustinus** videtur innuere in libro *Retractationum* 3, distinguens inter substantias sive naturas, et bonas actiones sive malas. Aperiens enim quomodo intelligendum sit quiddam in libro *De vera religione* 4 ab eo traditum, ait: « Hoc is de substantiis atque naturis dictum est: inde enim disputabatur, non de bonis actionibus atque peccatis ». Aperte hic videtur dividere inter naturas sive substantias et actiones sive peccata. Ideoque asserunt praefati doctores actiones, interiores vel exteriores, non esse naturas vel substantias; quae si malae sunt, peccata sunt, neque a Deo sunt. — Quod vero mali actus non sint naturae, **Augustinus** videtur notare in prima responsione contra Pelagianos s, ita dicens: « Opera diaboli, quae vitia dicuntur, actus sunt, non res». Idem in quarta 6: «Omne malum natura non est, sed actus accidens alicui defectu boni. Quam ob rem quod natura non est, Deus non fecit, quia natura est omne quod fecit». Item2; «Omne quod natura bonum est, Deus ex nihilo fecit, non diabolus ».

5. **Secundum hos res aliquae sunt quae a Deo non sunt, quibus homines mali sunt.** Ex quo colligitur res aliquas esse quae a Deo non sunt, eisque homines mali sunt. Quod nihilominus et ipsi concedunt, innitentes ver-

1 determinent] determinet BTX. 2 Iliaque] Illa quoque LTWX, Illa autem N. 4 substantiis] tantum *add.* TVW, *add. interi.* NO». 9 naturam'] bonam *add.* NPV. 11 vel acceptionem *om.* M, *interi.* T. 12-13 Aug. videtur *trp.* LMRTV. 21 videtur notare *trp.* OP. 24 alicui om. MNWX *(Aug.), interi.* V2, ex *add.* BCVW.

1 De div. quaest. 83, qq. 21 et 24 (PL 40, 16s); supra, Dist. 35, c. 2, n. 5 (p. 531s). 2 Supra, Dist. 34, c. 4, n. 3 (p. 527). 3 Lib. I, c. 13, n. 8 (PL 32, 605; CSEL 36, 63s). 4 Cap. 41, nn. 77-78 (PL 34, 156s; CSEL 77, 55ss; CCL 32, 237ss). *5 Hypognosticon,* I, c. 5, n. 7 (inter opp. August., PL 45, 1618). Cf. August., *De perf. iustitiae hominis,* c. 2 (PL 44, 294; CSEL 42, 5s). « Cap. 1, n. 1 (PL 45, 1639). 7 Ibid., paulo superius.

bis **Augustini** superius positis, qui in *Enchiridion* i, determinans illa verba prophetiae 2; *Vae his qui dicunt bonum malum,* dicit « de ipsis rebus quibus homines mali sunt, non de hominibus hoc esse intelligendum ». Sunt ergo aliquae res, quibus homines mali sunt. — Id autem quo homo fit deterior a Deo non est, quia, ut ait Augustinus in libro *84 Quaestionum* 3, « Deo auctore non fit homo deterior ». Non est igitur Deus auctor rerum quibus homo fit deterior. At sunt aliquae res, ut dictum est, quibus homines mali fiunt; sunt igitur aliquae res quae a Deo non sunt, quia peccata ipsae sunt. Ideoque Scriptura in pluribus contestatur locis 4 Deum non esse auctorem malorum, id est eorum quae peccata sunt.

Cap. 2 (244).

1. **Ex parte horum praemissae opponitur sententiae in illo verbo: Deus auctor malorum non est.** In hoc autem verbo superiorum sententiae recte opponitur, qui dicunt Deum non esse auctorem eorum quae mala sunt in quantum mala sunt, sed in quantum sunt; et in quantum mala sunt, dicunt ea nihil esse. Quid igitur mirum si Deus dicitur non esse auctor eorum in quantum nihil sunt, cum nihili nullus auctor exsistere queat? Ideoque, cum dicitur Deus esse auctor omnium quae sunt, bonorum isti subintelligi volunt. Bona autem illa dicunt esse, quae naturaliter sunt; ea vero naturaliter esse dicunt non solum quae substantiae sunt vel concreta substantiis, qualiter supra 6 acceperunt, sed et omnia quae naturam non privant bono. Et ita secundum eosdem multiplex in Scripturis fit intelligentia, ubi de natura sive substantia, vel de his quae naturaliter sunt, sermo occurrit.

2. **Augustinus** *. Sed super illum locum Psalmi *Non est substantia,* ita **Augustinus** de substantia disserit ut praemissae sententiae

1 Augustini] testimoniis Augustini suam muniunt assertionem *rubr, add.* LMN. 6 84] Ixxxiii VX, *corr. in* Ixxxiii W. 8 fiunt] sunt LRTV. 9 quia] ut OP. ‖ ipsae] ipsa BCOP. 10 contestatur] testatur OP. 27 disserit] disseruit BCOPX.

1 Cap. 19 (PL 40, 241; CCL 46, 59); v. supra, Dist. 34, c. 5, n. 4 (p. 528). 2 Isai. 5, 20. 3 Quaest. 3 (PL 40, 11); v. supra, L. I, dist. 46, c. 7 (pp. 319ss). 4 Resp. Gen. 1, 31; Deut. 32, 4. 5 De qua supra, Dist. 35, c. 2, nn. 4ss (pp. 531-534). 6 In cap. 1, n. 3 (p. 544). 7 Ps. 68, 3. 8 *Enarr. in Ps. 68,* serm. 1, n. 5 (PL 36, 844ss; CCL 39, 905ss), pluribus passim omissis.

Num. 2. Auctoritas August, tantum in parte legitur in Lomb. *Glossa* in Ps. 68, 3 (PL 191, 627 B, 628 A).

videatur consentire, dicens: « Substantia intelligitur illud quod sumus, quidquid sumus, homo, pecus, terra, sol; omnia ista substantiae sunt eo ipso quo sunt. Naturae ipsae substantiae dicuntur. Nam quod nulla est substantia, nihil omnino est. Substantia ergo est aliquid esse. Deus fecit hominem substantiam; sed per iniquitatem lapsus est homo a substantia in qua factus est. Iniquitas quippe ipsa non est substantia: non enim iniquitas est natura quam formavit Deus, sed iniquitas est perversio quam fecit homo. Naturae omnes per ipsum factae sunt; iniquitas per ipsum facta non est, quia iniquitas non est substantia. In illo hymno puerorum i universa creatura laudans Deum commemoratur. Laudant enim omnia Deum, sed quae fecit Deus. Laudat ibi Deum serpens, sed non avaritia. Omnia reptilia ibi nominata sunt, sed non aliqua vitia: vitia enim ex nobis et ex nostra voluntate habemus, et vitia non sunt substantia ». — Intendant diligenter his verbis praemissarum assertores sententiarum et percipere poterunt rationem et causam dictorum, ubi is Scriptura de natura vel substantia mentionem facit.

3. Illarum vero sententiarum iudicium prudentis lectoris, cui utriusque sententiae notitiam plenarie dedimus 2, arbitrio relinquimus, ad ea quae adhuc nobis supersunt tractanda festinantes.

4. Quod de peccato, non de poena intelligitur, cum dicitur Deus non esse auctor mali. Cum igitur in hoc omnes consentiant catholici tractatores, scilicet quod Deus non est auctor malorum, cavendum est tamen ne malorum nomine poenas sicut peccata generaliter includas. Poenarum enim Deus auctor est, sicut ipse per Prophetam ait 3; *Non est malum in civitate, quod Dominus non fecerit.* Item alibi * *ex* persona sua ait: *Ego sum Deus, creans malum et faciens bonum.* Ecce hic dicitur creasse et fecisse malum; sed mali nomine poena intelligitur, non peccatum; sicut e converso cum dicitur 'Deus non est auctor malorum', nomine mali peccata intelliguntur.

5. **Quod poena malorum est a Deo *: — Quomodo dictum sit: Deus mortem non fecit *:** Ideoque **Augustinus,** qui dixerat in libro *84-*

1 sumus] quia *add.* LR, et *add.* V. 9 non est *trp. p.* iniquitas (8) OP. ‖ hymno] trium *add.* LMNTVW, *add. interi.* R. 12 reptilia] repetantia M, repentia LNRTVW *(Aug.). 14* diligenter *trp. p.* verbis LMNRTV. 20 nom] ut BCX. 21 esse] est BNW, *corr. in* est V. 22 scilicet quod *trp.* LMRT. 24 ipse per Prophetam] propheta LMRV. 28 est] esse BPTVWX, 30 Quod... Deo *om.* MNRVW. 30-31 Quomodo... fecit *om.* RVW.

t Dan. 3, 52-90. 2 Ab initio Dist. 35 (p. 529). 3 Amos 3, 6. 4 Isai. 45, 6-7.

Num. 5. Auctoritas *Retract,* habetur etiam in *Glossa* Lombardi in Rom. 6, 9 (PL 191, 1406 B-C), una cum conclusione: «Sic ergo... peccatum».

Quaestionum 1 quod Deus auctor mali non sit, in I libro *Retractationum* 2 quomodo id intelligendum sit, aperit dicens: « Videndum est ne male intelligatur quod dixi: *Deus auctor mali non est, qui et omnium quae sunt auctor est, quia in quantum sunt, in tantum bona sunt;* et ne hinc putetur non ab illo esse poena malorum, quae utique malum est his qui puniuntur. Sed hoc ita dixi, sicut dictum est3: *Deus mortem non fecit,* cum alibi scriptum sit 4: *Mors et vita a Domino est.* Malorum ergo poena, quae a Deo est, malum est quidem malis, sed in bonis Dei operibus est; quoniam iustum est ut mali puniantur, et utique bonum est omne quod iustum est ». Sic ergo dicitur Deus non fecisse mortem, quia non fecit illud pro quo mors infligitur, id est peccatum. — Audisti, lector, causam dictorum; ex qua intelligentia sana firmatur, cum dicitur: *Deus non est auctor mali* et *Deus mortem non fecit.*

DISTINCTIO XXXVIII

Cap. 1 (245).

1. **De voluntate et fine ex quo et ipsa iudicatur.** Post praedicta de voluntate eiusque fine disserendum est. Sciendum igitur est quod ex fine suo, ut ait **Augustinus**5, voluntas cognoscitur, utrum recta an prava sit. Finis autem bonae voluntatis beatitude est, vita aeterna, Deus ipse; malae vero finis est aliud, scilicet mala delectatio, vel aliquid aliud in quo non debet voluntas quiescere.

2. **Quid sit bonus finis, scilicet caritas.** Finem bonum insinuat Propheta 6 dicens: *Vidi finem omnis consummationis* etc. Caritas ergo, cuius *latum mandatum* est, finis *omnis consummationis* est, id est omnis bonae voluntatis et actionis. Ad quam omne praeceptum referendum est. Unde

3 auctor mali *trp.* MNOPT. 5 poena] penam MNV. 7 Domino] deo *add.* LRxz *(Aug.).* ‖ ergo] igitur NOPWX. 10 dicitur Deus *trp.* BCW. 12 firmatur] formatur MNRTVW, *quod corr. W.* 22 Rubrica *om.* NRVW.

1 Quaest. 21 (PL 40, 16). 2 Cap. 26 (PL 32,625; CSEL 36,117s). 3 Sap. 1,13. 4 Eccli. 11, 14. 5 *De Trinit.,* XI, c. 6, n. 10 (PL 42, 992; CCL 50, 345s); v. infra, c. 3, n. 1. 6 Ps. 118, 96: *Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis.*

Dist. XXXVIII. Cf. O. Lottin, *L'intention morale de Pierre Abélard à saint Thomas d'Aquin,* in *Psych, et morale,* IV, 309-319; et J. Gründel, *Die Lehre von den Umstânden der menschlichen Handlung im Mittelalter,* BGPTMA XXXIX, Heft 5, Münster 1963, 130-133. — Cap. 1, num. 2. Conficitur ex *Glossa* Lombardi in Ps. 118, 96 (PL 191, 1091 C), et *Glossa* eiusdem in I Tim. 1, 5 (PL 192, 329 C).

Augustinus in *Enchiridion* 1; « Omnia praecepta divina referuntur ad caritatem, de qua dicit Apostolus2:'*Finis praecepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta.* Omnis itaque praecepti finis caritas est, id est ad caritatem refertur omne praeceptum. Quod vero ita fit, vel timore ponae, vel aliqua intentione carnali, ut non referatur ad caritatem, quae est dilectio Dei et proximi, nondum fit quemadmodum fieri oportet, quamvis fieri videatur. Tunc enim recte fiunt quae mandat Deus et quae consilio monet, cum referuntur ad dilectionem Dei et proximi ». His verbis aperte insinuatur quis sit rectus finis voluntatis sive actionis, scilicet caritas; quae et Deus est, ut supra ostendimus A

Cap. 2 (246).

Quod Deus est finis omnis bonae actionis, quia caritas est; nec tantum Spiritus Sanctus, sed etiam Christus et Pater; nec hi sunt tres fines, sed unus. Qui ergo caritatem sibi ponit finem, Deum sibi ponit finem; unde et *Christum finem legis ad iustitiam* dicit Apostolus 4 esse *omni credenti.* Et recte dicitur Christus *finis legis ad iustitiam,* quia, ut ait Augustinus in libro *Sententiarum Prosperi* 5, « in Christo lex iustitiae non consumitur, sed impletur. Omnis enim perfectio ex ipso est, ultra quem non est quo spes se extendat». «Finis6 fidelium Christus est, ad quem cum pervenerit currentis intentio, non habet quo possit amplius invenire, sed habet id in quo debeat permanere ». Finis ergo rectus atque supremus Deus est, Pater et Filius et Spiritus Sanctus; neque hi tres sunt tres fines, sed unus finis, quia non tres dii, sed unus est Deus.

Cap. 3 (247).

1. Quod omnes bonae voluntates unum habent finem, et tamen quaedam bonae diversos fines sortiuntur. Sed quaeritur utrum omnes bonae voluntates unum tantum habeant finem. — De hoc Augustinus in XI

18 est1] et in ipso (est *add.* V) *add.* BC, *add. mg.* V. 20 quo] quod NR *(Prosp.),* vel quod *add. mg.* T. ‖ invenire] venire BC, pervenire X, vel venire *add. interi.* T. 22 Pater] scilicet *add.* MTV.

1 Cap. 121 (PL 40,288; CCL 46,113s). 2 I Tim. 1,5. 3 Lib. I, dist. 17 (pp. 141-152). 4 Rom. 10, 4. s Prosper Aquitanus, *Sententiae ex Augustino delibatae,* n. 190 (PL 45, 1875; 51, 454 B); ex August., *Enarr. in Ps. 45,* 1 (PL 36, 514s; CCL 38, 518). « Ibid., n. 206 (PL 45, 1876; 51, 456 B); ex August., *Enarr. in Ps. 56,* 1 (PL 36, 662; CCL 39, 695).

Cap. 2. Auctoritas August, legitur in *Glossa* in Rom. 10, 4 (PL 191, 1473 C).

libro *De Trinitate*[1] ait ita: «Aliae atque aliae voluntates suos proprios fines habent, qui tamen referuntur ad finem illius voluntatis qua volumus beate vivere, et ad eam pervenire vitam quae non referatur ad aliud, sed amanti per se ipsam sufficiat. Quemadmodum voluntas videndi finem habet visionem, et voluntas videndi fenestram finem habet fenestrae visionem; altera vero est voluntas per fenestram videndi transeuntes, cuius item finis est visio transeuntium; ad quod etiam praedictae referuntur voluntates». — Item: «Rectae sunt voluntates et omnes sibimet religatae, si bona est illa ad quam cunctae referuntur; si autem prava est, pravae sunt omnes. Et ideo rectarum voluntatum connexio iter quoddam est ascendentium ad beatitudinem, quod certis velut passibus agitur; pravarum autem et distortarum voluntatum implicatio vinculum est, quo alligabitur qui hoc agit ut proiciatur *in tenebras exteriores*[2] ». — His auctoritatum testimoniis evidenter monstratur plures in fidelibus rectas esse voluntates, proprios ac diversos fines habentes; et tamen unum eundemque, quia omnes referuntur ad unum, qui est finis finium, de quo paulo ante diximus[3]. Ita e converso forte est et in malis.

2. **Quaedam huic sententiae videntur adversari.** Verumtamen huic sententiae, qua dictum est 'fidelium quasdam rectas voluntates diversos fines sortiri et tamen ad unum referri', videtur obviare quod alibi A u g u s t i n u s monet, ne scilicet nobis duos fines constituamus, ita inquiens in libro *De serntone Domini in monte* 4; « Non debemus ideo evangelizare ut manducemus, sed ideo manducare ut evangelizemus: ut cibus non sit bonum quod appetitur, sed necessarium quod adicitur; ut illud impleatur 5: *Quaerite primum regnum Dei, et haec omnia adicientur vobis* ». « Non 6 dixit: *Primum quaerite regnum Dei* et deinde quaerite ista, quamvis sint necessaria, sed ait: *Haec omnia adicientur vobis,* id est haec consequentur, si illa quaeratis: ne cum ista quaeritis, illinc avertamini; aut ne duos fines constituatis, ut et regnum propter se appetatis, et ista necessaria propter illud. Ergo propter regnum Dei tantum debemus operari omnia, non solam, vel cum regno Dei, mercedem temporalem

1 ait ita *trp.* NRVX. 4 ipsam] ipsa NPTVW. 15 esse voluntates *trp.* OP. 21 monet] ammonet OP. ‖ ita] Augustinus *add.* OP. 25 Quaerite primum *trp.* LRV. ‖ haec *om.* BCL. 27 vobis om. BCOPX.

1 Cap. 6, n. 10 (PL 42, 992; CCL 50, 346), unde et textus qui sequitur. 2 Resp. Matth. 22, 13. 2 In cap. 2. 4 Lib. II, c. 16, n. 54 (PL 34, 1292; CCL 35, 144). 5 Matth. 6, 33. « Ibid., c. 17, n. 56 (PL 34, 1294; CCL 35, 148s).

Num. 2: Verb? August, trahuntur ex *Glossa* in I Cor. 9, 17 (PL 191, 1612 A-B).

meditari ». — Ecce hic aperte dicit: ne duos fines nobis constituamus, sed unum tantum, id est regnum Dei; cum supra dixerit bonas voluntates alias et alias proprios habere fines.

3. **Hic ostenditur quomodo, licet videatur, non repugnent praedicta.** Haec autem sibi non repugnare animadvertit, qui verbis praemissis simplici oculo diligenter intendit. Qui enim dixit: ne duos fines nobis constituamus, sed omnia propter regnum faciamus, ipse praemisit quod debemus manducare ut evangelizemus. Cum autem haec ita facimus, actionis illius finem Evangelium constituimus, sed et hunc finem ad regnum Dei referimus. Manducamus enim propter Evangelium, et manducamus et evangelizamus propter regnum. Duos ergo fines nobis in manducando constituimus, sed ista facientes numquid peccamus? Absit. Nam et ipse sic facere suadet, si diligenter eius verba inspiciamus.

4. **Quomodo intelligendum sit illud: ne duos fines nobis constituamus.** Cum ergo ait: 'ne duos fines nobis constituamus', fines in diversa tendentes intelligi voluit, scilicet quorum alter ad alterum non referatur. Ita et cum dicit 'propter regnum Dei tantum omnia agenda, nec cum ipso mercedem temporalem meditandam', ita intelligendum est, ut non appetendo meditemur cum regno mercedem temporalem ita quod non propter regnum, sed propter se, ut scilicet regnum propter se appetamus, et ista propter illud, sicut ipse docet [1]. Si enim petimus vitam aeternam, petimusque etiam temporalia a Deo, sed ea petimus propter aeternam vitam, non offendimus, neque *sinistra* tunc scit *quid faciat dextera*[2]; quia mercedem temporalem non propter se meditamur, sed propter regnum Dei, ut sit laeva sub capite et dextera in amplexu [3]. Alioquin, si haec temporalia propter se quaerimus sicut aeterna, miscetur dexterae sinistra. Ideoque, cum Dominus dixerit [4]; *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus ut videamini ab eis,* alibi ait [5]: *Sic luceant opera vestra bona coram hominibus, ut glorificent Patrem vestrum qui in caelis est.* Propter Deum ergo omnia facienda sunt, ut omnia quae facimus omniumque fines ad eum referamus.

8 haec] hoc LMRT. 9 et *om. BCVW.* 11 regnum] dei add. LMT. 13 inspiciamus] inspiciantur LMNRTVW. 14 fines nobis *trp.* OP. 19 appetendo meditemur *trp.* OP. 22 sed] si TV, *corr. interi, in* si C. 22-23 aeternam vitam *trp.* NRTWX.

1 Supra, in num. 3. 2 Resp. Matth. 6, 3. 3 Resp. Cant. 2, 6: *Laeva eius sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.* 4 Matth. 6, 1. 5 Matth. 5, 16.

Cap. 4 (248).

1. **De differentia voluntatis et intentionis et finis.** Solet etiam quaeri quid distet inter voluntatem et intentionem ac finem.

2. **Quae sit voluntas, quis finis?** Ad quod dici potest inter voluntatem et finem certo atque evidenti modo distingui, quia voluntas est qua volumus aliquid; finis vero voluntatis est vel illud quod volumus, per quod impletur ipsa voluntas, vel potius aliud propter quod illud volumus. — **Quomodo accipiatur intentio.** Intentio vero interdum pro voluntate, interdum pro fine voluntatis accipitur: quae diligens ac pius lector in Scriptura, ubi haec occurrerint, discernere studeat.

3. **Quid sit finis?** Finis autem voluntatis est delectatio bona vel mala, ad quam nititur quisque pervenire. Unde **Augustinus**[1], super illum locum Psalmi[2]: *Scrutans corda et renes,* ait sic: « Deus solus scrutatur *corda,* id est quid quisque cogitet; et *renes,* id est quid quemque delectet: quia finis curae et cogitationis est delectatio, ad quam cura et cogitatione nititur quisque pervenire ». Et paulo post[3]; « Opera nostra, quae sunt in dictis et factis, possunt homines videre; sed quo animo fiant et quo venire cupiant, solus Deus videt. Qui cum videt cor esse in caelo et non delectari nos in carne, sed in Domino, id est cum bonae sunt cogitationes et earum fines, *dirigit iustum*[4] ». — Idem[5] super alterius Psalmi locum[6], illum scilicet: *In laqueo isto quem absconderunt, comprehensus est pes eorum,* dicit: « Pes animae amor est; qui si pravus est, dicitur cupiditas vel libido; si rectus, dicitur caritas. Eo movetur anima quasi ad locum quo tendit, id est ad delectationem bonam vel malam; quo se pervenisse per amorem laetatur».

4. **Repetit praedicta subdens exemplum.** Finis ergo voluntatis, ut praemissum est[2], dicitur et illud quod volumus, et illud propter quod volumus; et intentio ad illud respicit propter quod volumus, et voluntas

26 Rubrica *om.* MRVW.

1 *Enarr. in Ps. 7,* 10, n. 9 (PL 36, 103; CCL 38, 42). 2 Ps. 7, 10. 3 Ibid., partim post et partim ante praedicta (PL 36, 103s; CCL 38, 42s). 4 Resp. Ps. 7, 10: *Et diriges iustum, scrutans corda et renes, Deus.* 5 *Enarr. in Ps. 9,* 16, n. 15 (PL 36, 124; CCL 38, 66). 6 ps. 9, 16. 7 In num. 2.

Cap. 4. Cf. O. Lottin, *L'intention morale,* ibid. 317s. — Num. 3: Conficitur ex *Glossa* Magistri in Ps. 7, 10, et inde in Ps. 9, 16 (PL 191, 116 B-C, 136 B).

ad illud quod volumus. Ut verbi gratia si velim esurientem reficere ut habeam vitam aeternam, voluntas est qua volo reficere esurientem, cuius finis est refectio esurientis; intentio vero, qua sic ad vitam pervenire volo; finis autem supremus est ipsa vita, ad quam et alius finis refertur.

5. **An illa intentio sit voluntas.** Sed quaeritur utrum et intentio talis sit voluntas; et si voluntas est, an in hoc opere sit una eademque voluntas, qua volo habere vitam aeternam, et qua volo reficere esurientem.

6. **Hic dicitur illa intentio voluntas.** Videtur nempe talis intentio esse voluntas: ut enim voluntas est, qua volo reficere pauperem, ita et voluntas est, qua per istud volo habere vitam.

7. **Utrum alia voluntas haec ab illa sit.** Et alia quidem videtur esse voluntas qua volo habere vitam, et alia qua pauperi subvenire volo; sed ista ad illam refertur. — **Augustinus, De Trinitate** 1 : Nam « etsi hoc ita placet, ut in eo cum aliqua delectatione voluntas acquiescat, nondum tamen est illud quo tenditur, sed hoc ad illud refertur: ut illud deputetur tanquam patria civis, istud vero tanquam refectio vel mansio viatoris ». Et sunt istae voluntates affectus sive motus mentis, quibus quasi gressibus vel passibus tenditur ad patriam. Sicut ergo altera est voluntas videndi fenestras, ut supra2 docente Augustino didicimus, altera quae ex ista nectitur, voluntas per fenestras videndi transeuntes; ita nonnullis alia esse videtur voluntas eleemosynas dandi pauperi, alia voluntas habendi vitam. — Alii autem putant quod una sit voluntas et hic et ibi, sed propter subiectorum multiplicitatem diversitas memoratur voluntatum. — Ceterum, quodlibet horum verum sit, illud nullis in ambiguum venit, quin voluntas ex suo fine pensetur, utrum recta sit an prava, peccatum an gratia; et quin nomine intentionis aliquando finis, aliquando voluntas intelligatur.

4 quam] quem MT. 10 Rubrica om. RVW. ‖ dicitur] esse *add.* BCX. 11 et *om.* BCW. 13 Rubrica *om.* RVW. 22 nectitur] nascitur W, vel nascitur *add. interi.* NTV. 27-28 recta... prava *trp.* OP.

1 Lib. XI, c. 6, n. 10 (PL 42, 992; CCL 50, 347). 2 Cap. 3, ŋ. 1 (p. 549, 4ss).

DISTINCTIO XXXIX

Cap. 1 (249).

1. **Cum voluntas sit de his quae naturaliter homo habet, quare peccatum fore dicatur, cum nullum aliud naturale peccatum sit.** Hic autem oritur quaestio satis necessaria, ex superioribus causam trahens. Dictum est enim supra [1] voluntatem inesse naturaliter homini, sicut intellectus et memoria. Quae autem homini naturalia sunt, quantumcumque vitientur, bona tamen esse non desinunt; quia non valet vitium bonitatem in qua Deus eam fecit penitus consumere. Ut verbi gratia intellectus vel ratio, et ingenium ac memoria, etsi vitiis et peccatis obnubilentur et corrumpantur, bona tamen sunt nec peccata nominantur, sicut **Augustinus** de ratione, quae est imago Dei in qua facti sumus, evidenter ostendit in XV libro *De Trinitate*[2]: « Haec est, inquit, imago in qua homines sunt creati, qua ceteris animalibus praesunt. Quae creatura, in rebus creatis excellentissima, cum a Deo iustificatur, a deformi forma in formosam mutatur formam. Erat enim etiam inter vitia natura bona ». Haec autem imago ratio est vel intellectus. Cum ergo voluntas de naturalibus sit, quare ipsa non semper bonum est, etsi aliquando vitiis subiaceat?

2. **Responsio secundum quosdam.** Ad hoc facile respondent qui dicunt omnia quae sunt, in quantum sunt, bona esse, quia et ipsam voluntatem in quantum est vel in quantum voluntas est, ut supra posuimus[3], bonum esse asserunt; sed in quantum inordinata est, mala est et peccatum.

3. Ubi potest ab eis rationabiliter quaeri: Si voluntas in quantum inordinata est, peccatum est, quare ergo intellectus, ratio et ingenium et huiusmodi, cum inordinata sunt, peccata non sunt? inordinata vero sunt

19 Rubrica *am.* MRVW. 24 et» om. LMRTV.

1 In Dist. 37, c. 1, n. 3 (p. 544). 2 Cap. 8, n. 14 (PL 42, 1068; CCL 50A, 480). 3 Dist. 35, c. 2, n. 4 (p. 531).

Cap. 1, num. 1. Auctoritas August, legitur in *Olossa* in II Cor. 3, 18 (PL 192, 28 D). Ad hunc numerum illustrandum, vide Lombardi *Sermonem communem: Quis dabit mihi pennas...:* « dissipavit substantiam suam, id est bona naturalia, quae, in quantumcumque profundum peccatorum, usque ad mediam etiam Babylonem, aliquis perveniat, non sunt tamen ex toto attrita quin maneat quidam bonus affectus et voluntas naturalis ex qua vult saltem se velle bonum » (ed. B. Hauréau, in *Notices et extraits de quelques manuscrits latins de la Bibl. Nationale,* III, Paris 1891, 45).

sicut voluntas, cum ad rectum finem non tendunt eorumque actus praevaricationes exsistunt. — Ad quod illi dicunt voluntatis nomine aliquando vim, scilicet naturalem potentiam volendi, aliquando actum ipsius vis significari. Vis autem ipsa, naturaliter animae insita, nunquam peccatum est, sicut nec vis memorandi vel intelligendi; sed actus huius vis, qui et voluntas dicitur, tunc peccatum est, quando inordinatus est.

Cap. 2 (250).

1. **Quare actus voluntatis sit peccatum, si actus aliarum potentiarum non sunt peccata.** Sed adhuc quaeritur quare huius naturalis potentiae actus peccatum sit, si aliarum potentiarum actus peccata non sunt, scilicet potentiae memorandi, cuius actus est memorare; et potentiae intelligendi, cuius actus est intelligere. — **Responsio.** Ad quod et ipsi dicunt quia alterius generis est actus ille voluntatis, quam actus memoriae vel intellectus. Hic enim actus est ad aliquid adipiscendum vel non admittendum [1], qui non potest esse de malis quin sit malus. Velle enim mala malum est, sed intelligere vel memorare mala malum non est. — **Quod etiam memoriae et intelligentiae actus aliquando malos dicunt.** Quamvis eorum quidam etiam hos actus malos esse interdum non improbe asserant. Memorat enim interdum quis malum ut faciat; et quaerit intelligere verum ut sciat impugnare. — Ecce qualiter solvitur praemissa quaestio ab his qui tradunt omnia esse bona in quantum sunt [2].

2. **Responsio secundum quosdam.** Qui vero dicunt[3] voluntates malas peccata esse et nullo modo bona, brevius respondent, dicentes actum voluntatis non esse de naturalibus, sed vim ipsam et potentiam volendi; quae semper bonum est, et in omnibus est, etiam in parvulis in quibus nondum est eius actus.

Cap. 3 (251).

1. **Quomodo intelligendum sit illud: Homo etiam qui servus est peccati, naturaliter vult bonum.** Praeterea quaeri solet quomodo intelligendum sit

1-2 praevaricationes] prevaricationis BCOPW. 12 Responsio om. MRVW. 14 admittendum] amittendum MOPTW, *quod corr.* O2T, *corr. in* amittendum N. 16-17 Rubrica *om.* RVW. 22 Rubrica *om.* MNRVW.

1 Cf. supra, Dist. 26, c. 2, n. 1 (p. 471). 2 Quae solutio incipit supra, *c.* 1, n. 2. 3 De quibus supra, Dist. 37, c. 1 (p. 543ss).

Cap. 3. Cf. J. Schupp, *Die Gnadenlehre des Petrus Lombardus,* 204ss. — Num. 1. Auctoritas sumitur ex *Glossa* Lombardi in Rom. 7,15 (PL 191,1423 A). Vide aliam seriem notarum.

quod ait Ambrosius 1, exponens illud verbum Apostoli 2; *Non enim quod volo, illud ago, sed quod nolo, illud facio.* Dicit enim quod « homo subiectus peccato facit quod non vult, quia naturaliter vult bonum, sed voluntas haec semper caret effectu, nisi gratia Dei » adiuvet et liberet. Si homo subiectus peccato est, vult quidem malum et operatur, quia servus est peccati; et eius voluntatem, sicut supra 3 dixit Augustinus, libenter facit. Quomodo ergo naturaliter vult bonum?

2. **An eadem voluntate velit homo naturaliter bonum et libenter peccato serviat vel non?** An est eadem voluntas, id est idem motus, qua libenter peccato servit, et qua naturaliter vult bonum? Si non est eadem voluntas, quae ergo istarum est, quae cum homo iustificatur, a servitute peccati liberatur? Ut enim superius 4 disseruimus, gratia Dei voluntatem hominis liberat et adiuvat, quae voluntatem hominis praeparat adiuvandam et adiuvat praeparatam. Sed quae est illa voluntas? An illa quae naturaliter vult bonum, an quae libenter servit peccato, si tamen duae sunt voluntates?

3. **Propositam quaestionem exsequitur prius secundum illos qui dicunt duos esse motus.** Proposita est quaestio profunda, quae varia a diversis expositione determinatur. Alii enim dicunt duos esse motus: unum quo vult bonum naturaliter. Quare naturaliter? et quare naturalis dicitur? Quia talis fuit motus naturae humanae in prima conditione, in qua creati

8-9 Rubrica *om.* MRVW. 9 vel non om. BCX. 9-10 libenter peccato *trp.* BCNV. 11 quaez] qua BCOPX, *quod corr.* O. 16 sunt] sint MNTW, *quod corr.* T. 17-18 Rubrica om. MRVW. 20 naturalis] naturaliter BCOPR. 21 naturae humanae *trp.* OPV.

1 Cf. Ambrosiaster in Rom. 7, 15: « Subiectus peccato facit utique quod non vult »; in Rom. 7, 18: « Tam bona adserit, quae iubet lex, ut naturaliter sibi placere dicat et velit facere... placet ergo quod a lege iubetur et voluntas est faciendi, sed ut impleatur potestas et virtus deest» (PL 17 [1845], 112 C, 113A; CSEL 81-1, 237, 239). Reliqua autem auctoritatis sunt verba Anselmi Laudun. in Rom. 7, 15: « Naturaliter quidem vult ratio bonum. Sed voluntas haec semper caret effectu, nisi gratia Dei homini velle suum ad amandum bonum addiderit quod ad effectum potest perduci» (apud Lyranum, VI, 17a; cf. R. M. Martin, in *Spicil. Sacr. Lovan.*, XVIII, 102, ad 13-16). 2 Rom. 7, 19. 3 In Dist. 25, c. 8, n. 5 (p. 467, 9-10). 4 In Dist. 26, c. 1 (p. 470s).

Num. 3. « Alii », ut ipse Magister in *Sermone communi* iam citato: « *Non quod volo bonum*... Sed quid est quod dicit se nolle malum quod fecit, cum et volens illud fecerit? Alioquin videretur non peccatum perpetrasse quod penes voluntatem consistit. Unde ex eius verbis diligenter consideratis perpenditur quod in ipso fuit quaedam scintilla rationis ex qua naturaliter bonus voluit. Fuit etiam in eodem placitum et desiderium peccati quod praevaluit et actum peccati pertraxit » (ibid.).

sine vitio sumus; quae proprie natura dicitur. Fuit enim homo creatus in voluntate rectus 1. — **Gennadius**: Unde in *Ecclesiasticis dogmatibus* 2 scriptum est: « Firmissime tene primos homines bonos et rectos esse creatos, cum libero arbitrio, quo possent, si vellent, propria voluntate peccare; eosque non necessitate, sed propria voluntate peccasse ». Recte igitur dicitur homo naturaliter velle bonum, quia in bona et recta voluntate conditus est. Superior enim scintilla rationis, quae etiam, ut ait **Hieronymus** 3, in Cain non potuit exstingui, bonum semper vult et malum odit. — Alium autem dicunt motum esse mentis, quo mens, relicta superiorum lege, subicit se peccatis eisque oblectatur. Iste motus, ut aiunt, antequam alicui adsit gratia, dominatur in homine et regnat, alterumque deprimit motum. Uterque tamen ex libero arbitrio est. Veniente autem gratia, ille malus motus eliditur, et alter naturaliter bonus liberatur et adiuvatur ut efficaciter bonum velit. Ante gratiam vero, licet naturaliter velit homo bonum, non tamen absolute concedi oportet bonam habere voluntatem, sed potius malam.

4. **Secundum alios una dicitur esse voluntas**: Alii autem dicunt unam esse voluntatem, id est unum motum, quo naturaliter vult homo bonum et ex vitio vult malum eoque delectatur; et in quantum vult bonum, naturaliter bonus est; in quantum malum vult, malus est.

DISTINCTIO XL

Cap. unicum (252).

1. **An ex fine omnes actus pensari debeant ut simpliciter boni vel mali dicantur.** Post haec de actibus adiciendum videtur, utrum et ipsi ex fine, sicut voluntas, pensari debeant boni vel mali. Licet enim, secundum quosdam 4, omnes boni sint in quantum sunt, non tamen absolute omnes dicendi sunt boni, nec omnes remunerabiles; sed quidam simpliciter mali dicuntur, sicut et alii boni.

6 velle bonum *trp.* OP. 17 Rubrica *om.* MRV.

1 Resp. Eccl. 7, 30. 2 Immo in libro Fulgentii, *De fide ad Petrum,* c. 25, n. 66 (PL 65, 700 D-701 A; CCL 91A, 752s). 3 *In Ezech.* 1, 7 (PL 25 [1845], 22 B; CCL 75, 12). 4 De quibus supra, Dist. 35, c. 2 n. 4 (p. 531).

Dist. XL. Cf. O. Lottin, *Le problème de la moralité intrinsèque...,* in *Psych, et morale,* II, 421-425; et *L'intention morale...,* ibid., IV, 317ss. — Num. 1-2: Vide *Summam' sent.,*

2. **Qui actus simpliciter boni dicendi sunt, qui simpliciter mali?** Nam simpliciter ac vere boni sunt illi actus, qui bonam habent causam et intentionem, id est qui bonam voluntatem comitantur et ad bonum finem tendunt. Mali vero simpliciter dici debent, qui perversam habent causam et intentionem. — Unde Ambrosius[1] ait: « Affectus tuus nomen operi tuo imponit». Et **Augustinus**, super Psalmum 312; «Nemo computet bona opera sua ante fidem. Ita enim mihi videntur esse, ut magnae vires et cursus celerrimus praeter viam. Quia ubi fides non erat, bonum opus non erat. Bonum enim opus intentio facit, intentionem fides dirigit. Non valde attendas quid homo faciat, sed quid cum facit attendat, quo lacertos optimae gubernationis dirigat ».

3. His testimoniis insinuari videtur ex affectu et fine opera esse bona vel mala. Quibus consonat quod in Evangelio Veritas ait[3]; *Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos.* Nomine arboris non natura humanae mentis, sed voluntas intelligitur; quae si mala fuerit, non bona sed mala opera facit; si vero bona fuerit, bona, non mala facit opera.

4. **Utrum omnia opera hominis ex affectu et fine sint bona et mala.** Sed quaeritur utrum omnia opera hominis ex affectu ct fine sint bona vel mala.

5. **Opinio quorundam qui dicunt omnes indifferentes.** Quibusdam[4] ita esse videtur, qui dicunt omnes actus esse indifferentes: ut nec boni nec mali per se sint, sed ex intentione bona bonus, et ex mala malus sit omnis actus; secundum quos quilibet actus potest esse bonus, si bona intentione geratur.

1 Rubrica om. RVW. 7 fidem] finem BLM, *quod corr.* B. 13 Veritas] dominus BCN. 14 neque] nec LRW. ‖ bonos] facere *add.* CNT. 15 natura *trp. p.* mentis BCN. 18 et2] vel NRV. 21 Rubrica *om.* RVW. ‖ omnes] actus *add.* BCX.

1 *De officiis,* I, c. 30, n. 147 (PL 16 [1845], 66 A). 2 *Enarr. II in Ps. 31,* n. 4 (PL 36, 259; CCL 38, 227). 3 Matth. 7, 18. *Glossa ordin.* in Matth. 7, 17: « Arbor bona vel mala non natura quae in omnibus bona a Deo est creata, sed voluntas... Fructus opera, quae nec bona malae voluntatis possunt esse, nec mala bonae voluntatis » (apud Lyranum, V, 29a). 4 P. Abaelardo, *Ethica,* cc. 3 et 7, et *Dialogus* (PL 178, 643 D-644 A, 650 B, 1652 B).

III, 15 (PL 171,1141 D-1142 C; 176, 113 A-C), quae hic positionem récapitulai Petri Abaelardi (cf. *Ethica,* c. 3; PL 178,644 A) et Hugonis *(De sacram.,* II, 14,6; PL 176, 561 A); cf. O. Lottin, in *Psych, et morale,* IV, 316; et R. Blomme, *La doctrine du péché,* 19. Auctoritas Augustini legitur in *Glossa* Magistri in Rom. 3, 28 (PL 191, 1365 A-B). — Num. 5: Ex *Summa sent.,* ibid.

6. **Aliorum opinio qui trifariam faciunt actuum differentiam.** Aliis autem videtur quod quidam actus in se mali sint, ita ut non possint esse nisi peccata, etiam si bonam habeant causam; et quidam in se boni, ita ut etsi malam habeant causam, non tamen boni esse desinant. — Quod testimonio **Augustini** 1 confirmant, qui dicit bonum aliquando non bene fieri. Quod enim quis invitus vel necessitate facit, non bene facit, quia non bona intentione facit, ut ait Augustinus, *Super Ioannem* 2: « Servilis, inquit, *timor non est in caritate*3, in quo quamvis credatur Deo, non tamen in Deum; et si fiat bonum, non tamen bene ». « Nemo 4 enim invitus bene facit, etiam si bonum est quod facit ». — Ecce habes quod aliquis non bene facit illud quod bonum est: facit ergo quod bonum est intentione non bona. Ideo asserunt illi quaedam opera esse talia, quae sic bona sunt quod mala esse non possunt, quocumque modo fiant; sicut e converso quaedam sic sunt mala ut non possint esse bona, quacumque ex causa fiant; alia autem esse opera quae ex fine vel ex causa bona sunt vel mala. Et ad illa referunt Sanctorum testimonia 5, quibus ex affectu vel intentione iudicium operum pensari dicunt. Tripartitam edunt isti differentiam actuum.

7. **Aliter Augustinus sentire videtur, qui dicit opera hominis esse bona vel mala ex intentione et causa, praeter quaedam quae per se peccata sunt.** Sed **Augustinus** evidentissime docet in libro *Contra mendacium*6 omnes actus secundum intentionem et causam iudicandos bonos vel malos, praeter quosdam qui ita sunt mali ut nunquam possint esse boni, etiam si bonam videantur habere causam. « Interest, inquit, plurimum qua

1 Rubrica *om.* RVW. 2 sint] sunt BCV. 7 ait *om.* NOP. 10 etiam] et BCLR. 12 asserunt illi *trp.* BCN. 15 flant] fiunt L, *om.* MX, *mg.* R. ‖ exi *om.* LMRV, *interi.* OT. 16 Et *om.* BCOPX. 24 Interest] autem *add.* BCOP. ‖ inquit *om.* BCL.

1 *Confessiones,* I, c. 12, n. 19 (PL 32, 669; CSEL 33, 17). 2 Ut apparet ex auctoritatibus a Floro Lugdun. adductis in Rom. 8, 15 (apud *Bedae Opera omnia,* VI, Coloniae 1688,148-149), tam hic quam in *Glossa* (PL 191,1439 D) Magister perperam citat Augustinum, cum eius verba partim legantur in *De spiritu et litt.,* c. 32, n. 56: « Timor ergo ille servilis est: et ideo quamvis in illo Domino [Deo, Florus] credatur, non tamen iustitia diligitur, sed damnatio timetur» (PL 44, 236; CSEL 60, 213). Quem textum et sequentem repetit in L. III, dist. 34, c. 4, n. 2. 3 I Ioan. 4, 18. 4 *Confessiones,* ibid.; sed ut apparet ex eodem Floro (149) et ex *Glossa* Magistri in Rom. 8,15, textus sumitur ex *Sententiis* Prosperi Aquitani, n. 172 (173) (PL 45, 1873; 51, 451 C). 5 Quae afferuntur supra, num. 2 (p. 557). 6 Cap. 7, n. 18 (PL 40, 528s; CSEL 41, 489s).

Num. 6. Auctoritates Augustini excerptae sunt ex *Glossa* Magistri in Rom. 8, 15 (PL 191, 1439 D); de quibus vide alias notas supra positas.

causa, quo fine, qua intentione quid fiat. Sed ea quae constat esse peccata, nullo bonae causae obtentu, nullo quasi bono fine, nulla velut bona intentione facienda sunt. Ea quippe opera hominum, si causas habuerint bonas vel malas, nunc sunt bona, nunc mala, quae non sunt per se ipsa peccata. Sicut victum praebere pauperibus bonum est, si fit causa misericordiae cum recta fide; et concubitus coniugalis, quando fit causa generandi, si ea fide fiat ut gignantur regenerandi. Haec rursus mala sunt, si malas habent causas: velut si iactantiae causa pascitur pauper, aut lasciviae causa cum uxore concumbitur, aut filii generantur non ut Deo, sed ut diabolo nutriantur. Cum vero opera ipsa peccata sunt, ut furta, stupra, blasphemiae, quis dicat causis bonis esse facienda, vel peccata non esse, vel quod est absurdius, iusta peccata esse? Quis dicat: Furemur divitibus ut habeamus quid demus pauperibus? aut falsa testimonia proferamus, non unde innocentes laedantur, sed potius salventur? Duo enim bona hic sunt: ut inops alatur, et innocens non puniatur. Aut quis dicat adulterium esse faciendum, ut per illam cum qua fit homo de morte liberetur? Testamenta etiam vera cur non supprimimus et falsa supponimus, ne hereditates habeant qui nihil boni agunt, sed hi potius qui indigentes adiuvant? Cur non fiant illa mala propter haec bona, si propter haec bona nec illa sunt mala? Cur non ab immundis meretricibus quae ditant stupratores rapiat divitias vir bonus, ut indigentibus eas largiatur, cum nullum malum malum sit si pro bono fiat? »

8. **Non tantum quare, sed etiam quid fiat attendendum est.** « Quis hoc dicat, nisi qui res humanas moresque conatur et leges subvertere? Quod enim facinus non dicatur recte posse fieri, nec impune tantum, verum etiam gloriose: ut in eo non timeatur supplicium, sed speretur et praemium, si semel concesserimus in malis actibus non quid fiat, sed quare fiat esse quaerendum: ut quaecumque pro bonis fiunt causis, nec ipsa mala esse iudicentur? At iustitia merito punit eum qui dicit se subtraxisse superflua diviti ut praeberet pauperi; et falsarium qui alienum corrumpit testamentum, ut is esset heres qui faceret eleemosynas largas, non ille qui nullas; et eum qui se fecisse adulterium ostendit, ut per illam cum qua fecit hominem de morte liberet ».

8 habent] habeant LMRTW *(Aug.)*. 22 malum *om.* BCLV. 23 Rubrica *om.* RVW. 25 recte posse *trp.* LMRTV.

i August., ibid. (PL 40, 529; CSEL 41, 490s).

9. Peior est qui concupiscendo quam qui miserendo furatur. Sed « dicet aliquis 1; Ergo aequandus est fur quilibet furi qui voluntate misericordiae furatur. Quis hoc dixerit? Sed horum duorum non ideo quisquam est bonus, quia peior est unus: peior est enim qui concupiscendo, quam qui miserando furatur; sed si furtum omne peccatum est, ab omni furto abstinendum est. Quis enim dicat esse peccandum, etiam si aliud sit gravius, aliud levius peccatum? Nunc autem quaerimus quis actus peccatum sit vel non, non quid gravius sit vel levius ».

10. Intende, lector, propositis verbis tota mentis consideratione, quae non inutilem habent exercitationem; et dignosces quis actus sit peccatum: qui scilicet malam habet causam; nec ille tantum, quia sunt nonnulli actus, qui etsi bonam habeant causam, tamen peccata sunt, ut supra positum est.

11. Ex quo consequi videtur quod non semper ex fine iudicatur voluntas sive actio mala, sicut in illis quae per se peccata sunt. Illa enim cum quis gesserit pro aliqua bona causa, bonum videntur habere finem; nec ex fine voluntas est mala, nec ex voluntate actio fit mala, sed ex actione voluntas fit prava. — **Inter ea quae per se mala sunt quidam ponunt actum ludaeorum.** In quibus aliqui 2 ponunt actum ludaeorum, qui crucifigendo Christum arbitrabantur *se obsequium praestare Deo* 3; quia bonum finem dicunt eos sibi posuisse, scilicet Dei obsequium, et tamen voluntatem eorum et actionem perversam fore asserunt.

12. De bonis autem nulla fit exceptio in praemissis verbis **Augustini,** quin omnis voluntas bona ex fine sit bona; et ex fine et voluntate omnis bona actio bona est. Sed non omnis mala voluntas ex fine mala est, nec omnis mala actio ex fine et voluntate mala est. Et omnis quae habet malam causam mala est, sed non omnis quae bonam habet causam bona est. Ideoque, cum ex affectu dicitur imponi nomen operi 4, in bonis operibus generaliter vera est haec regula; sed in malis illa excipiuntur quae per se mala sunt. Omnia igitur hominis opera secundum

1 Rubrica *om.* BCRVWX. 6 etiam] et OPW. 18-19 Rubrica *om.* RVW. 20 se obsequium *trp.* BCX. ‖ obsequium praestare] obsequi LMRV, *quod corr. mg.* V. 24 et1] ex *add. OPW.* 29 illa] ista LR, *om.* V.

1 August., ibid., c. 8, n. 19 (PL 40, 529s; CSEL 41, 491s). 2 Cf. Guil. de. S. Theodorico, *Adv. P. Abaelardum,* c. 13 (PL 180, 282 B-C); Bernardus, *Epistola ad Hug. de S. Viet.* seu *Tract, de bapt.,* c. 4, n. 17 (PL 182, 1042 C); et ipse Magister in L. **Ili,** dist. 20, cc. 5-6. Quoad Porretanos, cf. A. Landgraf, *Die Abiiiingigkeit der Siinde von Gott,* in *Dogmengeschichte,* 1-2, 214, 221, 225. 3 Resp. Ioan. 16, 2. 4 Cf. supra> num. 2 (p. 557).

intentionem et causam iudicantur bona vel mala, exceptis his quae per se mala sunt, id est quae sine praevaricatione fieri nequeunt.

13. **Quidam dicunt haec praedicta non posse fieri bono fine.** Quae tamen quidam i contendunt nunquam habere bonam causam. Qui enim aliena furatur ut pauperibus tribuat, non pro bono, ut aiunt, furatur: non enim bonum est aliena pauperibus dare. Qui enim de rapina *sacrificium* Deo *offert,* ut ait auctoritas 2, idem facit *ac si filium in conspectu patris victimet,* vel sacrificium canis Deo offerat 3. Abominabilis nempe Deo est impiorum oblatio 4. Ita etiam et hominem per adulterium a morte liberare malum esse dicunt: etsi enim bonum sit hominem a morte liberare, tamen sic liberare malum esse asserunt.

14. **Quod non fiant bono fine, notant in verbis Augustini praemissis.** Ideoque **Augustinum** in superioribus dicunt temperasse sermonem cauteque locutum, ubi ait 5 « ea quae constat esse peccata, nullo *quasi* bono fine, nulla *velut* bona intentione facienda ». Non enim simpliciter dixit 'bono fine' et 'bona intentione', sed addidit *quasi* et *velut,* quia talia non fiunt bono fine et bona intentione; sed intentione quae videtur bona, et fine qui putatur bonus, sed non est. Nec ideo excepit **Augustinus** ista, ut aiunt, quin causas habeant malas, sed quia causas habent quae videntur bonae, sunt tamen malae.

DISTINCTIO XLI

Cap. 1 (253).

1. **An omnis intentio et actio eorum qui fide carent sit mala.** Cumque intentio, ut supra 6 dictum est, bonum opus faciat et fides intentionem dirigat, non immerito quaeri potest utrum omnis intentio omneque opus

7 Deo offert *trp.* BCT. 10 hominem *cm.* BCW. 11 esse] fore LMTVW. 12 Rubrica *om.* RVW. ‖ notant] notatur OP.

1 Secundum O. Lottin, Magister hic alludit ad quosdam discipulos Petri Abaelardi vel forsitan Gilberti Porretani *(L'intention morale...,* in *Psych, et morale,* IV, 319). 2 Eccli. 34, 24; *Glossa ordin.* in h. 1. (apud Lyranum, III, 422c). 3 Resp. Isai. 66, 3; et Deut. 23, 18; cf. *Glossa ordin.* in hos locos (apud Lyranum, IV, 106c; et I, 358a). 4 Resp. Prov. 15, 8; et 21, 27. 5 Supra, in num. 7 (p. 559, 1-3). 6 Dist. 40, n. 2 (p. 557).

Dist. XLI. Cf. J. Schupp, *Die Gnadenlehre,* 85ss.

illorum malum sit, qui fidem non habent. Si enim fides intentionem dirigit et intentio opus bonum facit, ubi non est fides, nec intentio bona nec bonum opus esse videtur.

2. **Quidam dicunt omnes actiones hominis sine fide esse malas, quae in fide bonae sunt.** Quod a quibusdam non irrationabiliter adstruitur, qui dicunt omnes actiones et voluntates hominis sine fide malas esse, quae fide habita bonae exsistunt.

3. **Auctoritatibus muniunt suam opinionem * — Augustinus in libro Sententiarum Prosperi ♦.** Unde Apostolus ait 1; *Omne quod non est ex fide, peccatum est.* Quod **Augustinus**2 exponens ait: « Omnis infidelium vita peccatum est, et nihil bonum est sine summo bono. Ubi deest agnitio aeternae veritatis, falsa virtus est, etiam in optimis moribus ». — Et Iacobus in Epistola canonica **ait**3: *Qui offenderit in uno,* scilicet in caritate, *factus est omnium reus.* Qui ergo fidem et caritatem non habet, omnis eius actio peccatum est, quia ad caritatem non refertur. Quod enim ad caritatem non refertur, ut supra * meminit **Augustinus,** non fit quemadmodum fieri oportet, ideoque malum est.

4. **Quod sine caritate non custodiuntur mandata *.** Non igitur mandata custodit, qui caritate caret, quia sine caritate nullum mandatorum custoditur. Unde **Augustinus,** *Super Epistolam ad Galatas* 5, ait: « Custoditionem legis dicit Apostolus non occidere, non moechari, et alia huiusmodi ad bonos mores pertinentia, quae nisi caritate et spe impleri non possunt ». Nullum ergo implet mandatum, nullumque opus

2 opus bonum *trp.* BCVWX. 4-5 Rubrica *om.* PVW. 8-9 Rubricae *om.* RVW. 18 Rubrica *om.* NRVW. ‖ custodiuntur] custodiunt OP.

1 Rom. 14, 23. 2 Ex Prospero Aquitano, *Sententiae ex August, delibatae,* n. 106 (PL 45, 1868; 51, 441 C). Cf. August., *Contra Julianum,* IV, c. 3, nn. 30-32 (PL 44, 753ss); *De civit. Dei,* XIX, c. 25 (PL 41, 656; CSEL 40-11, 420; CCL 48, 696); et hic supra, Dist. 40, u. 2 (p. 557). 2 lac. 2, 10; *Glossa ordin.* in h. 1.: *«Qui in uno,* id est caritate, *offendit»* etc. (apud Lyranum, VI, 212c). 4 Supra, Dist. 38, c. 1, n. 2 (p. 548, 1-9). s Num. 62 (PL 35, 2147); resp. Gal. 6, 13: *Neque enim qui circumciduntur legem custodiunt.*

Num. 2. Hic refertur, ut videtur, ad Anselmum Laudun. et Gilbertum de la Porrée, qui in *Glossis* suis in Rom. 14, 23, adducunt verba Augustini quae sequuntur in num. 3; cf. *Glossa ordin.* in h. 1. (apud Lyranum, VI 30a); verba Gilberti leguntur in R. Blomme, *La doctrine du péché,* 344, nota 4. — Num. 3. Vestigia amborum sequitur Magister, quatenus introducit eandem auctoritatem Augustini in *Glossam* in Rom. 14, 23 (PL 191, 1520 A). — Num. 4. Augustinus legitur in *Glossa* in Gal. 6, 13 (PL 192, 167 B).

bonum facit, qui fidem et caritatem non habet. *Impossibile est* enim, ut ait Apostolus 1, *sine fide* aliquid *placere Deo.* Quae ergo sine fide fiunt, bona non sunt, quia omne bonum placet Deo.

5. **Quae praemissae obiciuntur sententiae ex verbis Augustini.** His autem obicitur quod supra 2 dixit **Augustinus,** scilicet quod « in servili timore, etsi bonum fiat, non tamen bene: nemo invitus bene facit, etiam si bonum est quod facit ». Hic enim bonum dicit fieri, sed non bene, ab illo qui caritatem non habet. Qui enim serviliter timet, caritate vacuus est: de quo tamen hic dicit quia bonum facit, sed non bene. Qui etiam super illum locum Psalmi 3; *Turtur invenit sibi nidum ubi reponat pullos suos,* dicit quod « ludaei et haeretici et pagani opera bona faciunt, quia vestiunt nudos, et pascunt pauperes, et huiusmodi; sed non in nido Ecclesiae, id est in fide, et ideo conculcantur pulli eorum».

6. **Qualiter ad haec illi respondeant?** Quibus illi respondent dicentes opera bona appellari huiusmodi, quae sine caritate fiunt, non quia bona sint quando sic fiunt: quod supra evidenter docuit **Augustinus;** sed quia bona essent si aliter fierent; quae etiam sui genere sunt bona, sed ex affectu fiunt mala.

7. **Aliorum sententia de praemissa quaestione, qua quaerebatur si omnis eorum actio mala est, qui fidem non habent.** Alii vero, qui trifariam distinctionem actuum faciunt 4, opera cuncta quae ad naturae subsidium fiunt, semper bona esse adstruunt.

8. **Determinat praedicta verba Augustini?** Sed quod **Augustinus** 5 mala esse dicit 'si malas habent causas', non ita accipiendum est, quasi ipsa mala sint, sed quia peccant et mali sunt qui ea malo fine agunt. — Item et illud aliud 6, scilicet 'bonum opus intentio facit et intentionem fides dirigit', determinant dicentes ibi 'bonum' vocatum quod remunerabile est ad vitam; non quod illud solum sit bonum opus, immo et alia plura, licet non ea ratione qua illud sint bona.

1 est enim *trp.* NOP. ‖ ut *om.* OP. 4 Quae... obiciuntur] quod... obicitur PT. 5 dixit] dicit BCW. 6 nemo] enim *add.* N *(Aug.), add. interi.* T. 10 sibi *om.* LMRTV. 12 eti *om.* LMNRTV. 14 Rubrica *om.* RVW. 16 Sint] sunt BCM. 23 Rubrica *om.* RVW. ‖ Determinat] determinant BCT. 24 habent] habeant LNRTV. ‖ accipiendum est *trp.* LMRTV.

1 Hebr. 11, 6. 2 Dist. 40, n. 6 (p. 558,8-10). 3 *Enarr. in Ps. S3, 4,* n. 7 (PL 37, 1060; CCL 39, 1151). 4 De quibus supra, Dist. 40, n. 6 (p. 558). 5 Supra, p. 559, 7-8. 6 Supra, p. 557, 9-10.

Num. 5. Verba August, super Ps. 83, 4, ex *Glossa* Magistri in h. 1. (PL 191, 789 D)

Cap. 2 (254).

Quibus modis dicatur bonum. Bonum enim multipliciter accipitur, scilicet pro utili, pro remunerabili, pro signo boni, pro specie boni, pro licito, et aliis forte modis. Solaque illa intentio remunerabilis est ad vitam, quam fides dirigit; sed non illa sola bona est, ut aiunt. Nam, si quis ludaeus vel malus Christianus necessitatem proximi relevaverit naturali pietate ductus, bonum fecit, et bona fuit voluntas qua illud fecit.

Cap. 3 (255).

Hic ponuntur quaedam Augustini capitula quae retractavit, non quasi prave dicta, sed quo sensu dixerit insinuans. — Primum capitulum Post haec investigari oportet qualiter intelligendum sit quod ait Augustinus in libro *De vera religione* h « Usque adeo, inquit, peccatum voluntarium malum est, ut nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium ». — **Retractatio geminam continens determinationem.** Huius dicti rationem Augustinus aperiens, in libro *Retractationum* 1 dicit: « Potest videri falsa haec definitio; sed si diligenter discutiatur, invenitur esse verissima. Peccatum quippe illud cogitandum est, quod tantummodo peccatum est, non quod est etiam poena peccati », scilicet peccatum primum hominis, quod fuit peccatum et causa peccati, sed non poena. « Quamvis et illa quae non voluntaria peccata non immerito dicuntur, quia vel a nescientibus, vel a coactis perpetrantur, non omni modo possunt sine voluntate committi. Quoniam et ille qui peccat ignorans, voluntate utique facit quod, cum faciendum non sit, putat esse faciendum. Et ille qui concupiscente adversus spiritum carne, non ea quae vult facit, concupiscit quidem nolens, et in eo non facit quod vult; sed si vincitur, concupiscentiae consentit volens, et in eo non facit nisi quod vult. Et illud quod in parvulis est originale peccatum, ex prima hominis mala voluntate contractum est. Non itaque falsum est quod dixi: 'Usque adeo peccatum voluntarium est' » etc. — Ecce qualiter illud accipiendum sit, scilicet vel

6 malus om. OP. ‖ relevaverit] revelaverit BCOX, *quod* corr. B. 11 Primum capitulum om. RVW. 15 Rubrica om. RVW. 17 invenitur] invenietur N, inveniatur OP, *quod corr,* P. 19 scilicet om. OPX. 27 volens] nolens BCM. 28 mala voluntate *trp.* BCOPW. 29 contractum LOPX, tractum *alii.* 30 vel om. OPV, *interi.* T,

1 Cap. 14, n. 27 (PL 34, 133; CSEL 77, 20; CCL 32, 204); sed mediante *Retract,* ut in nota sequenti. 2 Lib. I, c. 13, n. 5 (PL 32, 603s; CSEL 36, 60s).

de primo peccato hominis, vel de omnibus generaliter peccatis mortiferis, quorum licet quaedam dicantur non voluntaria: quae scilicet per ignorantiam vel per infirmitatem fiunt, eadem tamen ea ratione possunt dici voluntaria, quia sine voluntate non committuntur.

Cap. 4 (256).

Aliud capitulum. Illius etiam intelligentia perquirenda est, quod in libro *De duabus animabus* [1] edidit inquiens: « Nusquam nisi in voluntate peccatum est ». — **Retractatio.** Quod etiam in libro *Retractationum* [2] plane determinat dicens: « Potest putari falsa esse ista sententia, qua diximus 'nusquam nisi in voluntate esse peccatum', cum Apostolus dicat [3]; *Quod nolo, hoc jacio* » etc. « Sed peccatum quod 'nusquam est nisi in voluntate', illud praecipue intelligendum est, quod iusta damnatio consecuta est », id est primum hominis peccatum.

Cap. 5 (257).

Item aliud capitulum. In eodem quoque libro *De duabus animabus* [4] aliud tradit consideratione dignum. Ait enim: « Nonnisi voluntate peccatur »; ipsamque voluntatem definivit dicens: « Voluntas est animi motus, cogente nullo, ad aliquid vel non admittendum vel adipiscendum ». — **Augustinus, Retractatio.** Huius dicti causam aperiens et intelligentiam pandens, in libro *Retractationum* [5] ait: « Hoc propterea dictum est, ut hac definitione volens a nolente discerneretur, et sic ad illos referretur intentio, qui in paradiso fecerunt originem mali nullo cogente peccando, id est libera voluntate; quia et scientes contra praeceptum fecerunt, et ille tentator suasit ut hoc fieret, non coegit. Nam qui nesciens peccavit, non incongruenter 'nolens' peccasse dici potest; quamvis et ipse quod nesciens fecit, volens tamen fecit. **(Non semper voluntas facti quod peccatum est, voluntas peccati est, quia vult quis quod peccatum est, nec tamen peccati.)** Ita nec tale peccatum sine voluntate esse potuit; sed voluntas facti ibi fuit, non voluntas peccati. Quod tamen factum fuit peccatum; hoc enim

8 Retractatio *om.* MRVW. 15 Rubrica *om.* BCWX, *diversa* L. 17 ipsamque] ipsam L, ipsam quoque NOPV. 19 Rubrica *om.* BCRVWX. 25 quod] qui BCL, quidem W. 26-27 Rubrica *om.* BCRVWX.

1 Cap. 10, n. 12 (PL 42, 103; CSEL25, 68); iterum mediante *Retract.,* ut infra. 2 Lib. I, c. 15, n. 2 (PL 32, 608s; CSEL36, 73s). 3 ROm. 7; 16. 4 Cap. 10, n. 14 (PL 42, 104; CSEL 25, 68), ubi et sequens definitio (de qua, supra, p. 471); mediante *Retract,* ut in nota sequenti. 5 Lib. I, c. 15, n. 3 (PL 32, 609; CSEL 36, 74s).

factum est, quod fieri non debuit. Quisquis autem sciens peccat, si potest cogenti ad peccatum sine peccato resistere, nec tamen facit, utique volens peccat: quia qui potest resistere, non cogitur cedere. Quapropter peccatum sine voluntate esse non posse, verissimum est ». Ex his liquet qualiter superiora accipienda sunt.

Cap. 6 (258).

Quod mala voluntas est voluntarium peccatum. Si autem omne peccatum mortale voluntarium est, cum voluntas mala peccatum sit mortale, constat ipsam esse voluntarium peccatum. — **Augustinus, in libro De libero arbitrio** [1]: « Quid enim, ut ait Augustinus, tam in voluntate quam ipsa voluntas sita est? » Voluntas itaque mala recte voluntarium dicitur peccatum, quod in voluntate consistit. « Voluntas quippe, ut ait Augustinus in eodem[2], est prima causa peccandi, aut nullum peccatum est prima causa peccandi. Nec est cui recte imputetur peccatum, nisi peccanti; non ergo est cui recte imputetur, nisi voluntati ». — Hoc autem de peccato actuali et mortali intelligendum est. Neque his verbis aliud voluit ostendere **Augustinus**, ut ipse ait in *Retractationibus*[3], nisi quia « voluntas est qua peccatur et recte vivitur ».

DISTINCTIO XLII

Cap. 1 (259).

1. **An voluntas et actio mala in eodem homine et circa eandem rem sint unum peccatum vel plura.** Cum autem voluntas mala et operatio peccatum sint, quaeri solet utrum in eodem homine et circa eandem rem haec duo unum sint peccatum vel diversa. Ut si quis voluntate furatur, voluntatem habuit malam, quae peccatum est; et actum malum, qui item peccatum est. Haec autem duo diversa sunt, scilicet voluntas et actio; sed numquid diversa sunt peccata, an unum?

5 sunt] sint BCNRTVW. 9-10 Rubrica *om.* RVW.

1 Lib. I, C. 12, n. 26 (PL 32, 1235; CSEL 74, 26). 2 Lib. III, c. 17, n. 49 (PL 32, 1295; CSEL 74, 130s). 3 Lib. I, *c.* 9, n. 4 (PL 32, 596; CSEL 36, 41), unde Magister sumpsit etiam auctoritates praecedentes *De lib. arbitrio.*

2. **Oppositio contra illos qui dicunt unum peccatum.** Quidam [1]dicunt unum esse peccatum. Alii[2] vero dicunt diversa esse peccata, quia cum constet haec duo esse diversa, aut diversa duo peccata dicuntur, aut duo diversa, non peccata. — **Responsio.** Quibus alii respondent haec duo diversa esse, non peccata. Non enim peccata sunt, sed peccatum unum, quia una praevaricatio vel inobedientia in utroque admittitur, sive quando vult, sive quando agit, et unus est ibi contemptus; sed minor cum in voluntate solum peccatum continetur, maior vero cum voluntati etiam operatio additur; et ideo maius fit peccatum, sed non plura, cum voluntas operi mancipatur.

3. **Alia contra eosdem oppositio.** Sed adhuc eisdem obicitur: Si unum tantum illa duo peccatum sunt, cum quis, voluntate mali prius concepta, deinde opus patraverit, non pro aliquo reus est, nisi pro quo ante opus reus erat, cum adhuc in sola voluntate peccatum consistebat. Nullus enim reus est aeternae mortis, nisi pro peccato. Sed peccatum aliud non est admissum actione, quam prius admissum erat voluntate; non igitur pro aliquo alio iste fit damnabilis actu peccando, quam ante fuerat cum sola voluntate delinquebat. — **Responsio.** Ad hoc etiam et illi respondent, dicentes propter peccatum quidem tantum illum furem reum constitui; et quamvis eius voluntas et actio unum sint peccatum, pro alio tamen reus factus est actu peccando, quam prius erat sola voluntate delinquendo, quia pro actu, qui est aliud quam voluntas, licet non aliud peccatum.

4. **Alia adversus eosdem obiectio.** Item et adhuc quaestioni instant, dicentes ideo haec duo diversa esse peccata, quia diversorum legis mandatorum praevaricationes sunt. Alio enim mandato legis prohibetur actio furti, scilicet[3]: *Non furaberis;* alio voluntas furandi, scilicet[4]: *Non concupisces rem proximi tui.* Cum autem haec duo diversa mandata sint, quibus illa duo prohibentur, patet illa duo diversas esse praevaricationes: diversa igitur peccata. — **Responsio.** Ad quod etiam illi dicunt diversa quidem esse mandata, quibus illa duo distinctim prohibentur, ut A u-

1 Rubrica *om.* MRVW. 2 dicunt *trp. p.* peccata OP. 3 esse diversa *trp.* BCN. 4 Responsio *om.* LMRVW. 18 Responsio *om.* MRVW. ‖ et *om.* BCP, *interi.* O. 24 adversus] contra BCX. 30 Responsio *om.* RVW.

1 Inter quos auctor *Summae sententiarum,* III, 15 (PL 171, 1142 B; 176, 113 C). 2 Ex gr., Rob. Pullus, *Sententiae,* VI, 2 (PL 186, 865 A-B). 3 Exod. 20, 15; Deut. 5, 19. 4 Exod. 20, 17; Deut. 5, 21.

gustinus docet, *Super Exodum* 1; verumtamen in illis non observatis una praevaricatio tantum incurritur, unumque peccatum contrahitur, licet duo diversa illis prohibeantur; sicut e converso duo sunt mandata caritatis, quibus duo praecipiuntur diligi2, una tamen in eis nobis commendatur caritas.

Cap. 2 (260).

1. **Si peccatum ab aliquo admissum in eo sit quousque poeniteat.** Praeterea quaeri solet: cum ab aliquo, perpetrato voluntate peccato, voluntas id agendi et actio transierint, nondum tamen vera habita poenitentia, utrum illud peccatum usquequo poeniteat sit in eo. Quod non esse videtur, quia voluntas illa quae prius fuit non est; neque actio, quia non illud vult vel agit quod ante voluit et egit.

2. **Responsio quaestionis determinativa.** Sed non est ignorandum peccatum duobus modis dici esse in aliquo et transire, scilicet actu et reatu 3. Actu est in aliquo, dum ipsum quod peccatum est, ut actio vel voluntas, in peccante est; reatu vero, cum pro eo, sive transierit sive adsit, mens hominis polluta est et corrupta, totusque homo suppliciis obligatus perpetuis. Nec unquam est in aliquo peccatum actu, praeter originale, quin sit etiam reatu; sed est reatu interdum, postquam transiit actu.

Cap. 3 (261).

1. **Quibus modis dicitur in Scriptura reatus.** Reatus autem in Scriptura multipliciter accipitur, scilicet pro culpa, pro poena, pro obligatione poenae temporalis vel aeternae. Si enim mortale est, obligat nos poenae aeternae; si veniale, obligat nos poenae temporali.

2. **Quid sit mortale peccatum. Quid sit veniale.** Duo enim sunt peccatorum genera, mortalium scilicet et venialium. Mortale est, per quod homo mortem aeternam meretur: « crimen enim, ut ait Augusti-

1 docet Super Exodum *trp.* MRTV. 5 commendatur caritas *trp.* LMRTV. 13 Rubrica *om.* RVW. 19 transiit] transit DPR. 25 Rubricae *om.* MNRVW.

1 *Quaest. in Heptat.,* II, q. 71 (PL 34, 620s; CSEL 28-11, 135-138; CCL 33, 102ss). 2 Resp. Matth. 22, 37-39. 3 Cf. quasdam auctoritates supra, Dist. 32, c. 1, n. 6 (p. 512s), quae etiam de peccato actuali loquuntur.

Cap. 2. Cf. *Summa sent.,* III, 15 (PL 171, 1142 B; 176, 113 B). — Cap. 3. Vide L. Ott, *Untersuchungen zur theol. Briefliteratur,* 614-623; A. M. Landgraf, *Der Begriff des Peccatum habituale,* in *Dogmengeschichte,* IV-1, 100-103. — Cap. 3, num. 2. Definitio Augustini legitur in *Olossa* Magistri in Tit. 1, 5 (PL 192 386 A).

n u s 1, est quod est dignum accusatione et damnatione »; veniale autem, quod hominem usque in reatum perpetuae mortis non gravat, verumtamen poenam meretur, sed facile indulgetur.

Cap. 4 (262).

1. **De modis peccatorum, qui multipliciter assignantur. — Prima distinctio** : Modi autem peccatorum varias in Scriptura habent distinctiones: in qua dicitur duobus modis peccatum committi, scilicet cupiditate et timore, ut **Augustinus** tradit super illum locum Psalmi2; *Incensa igni et suffossa.* His enim duobus dicit omnia peccata mortalia includi; et *incensa* ea dicit, quae ex cupiditate male incendente oriuntur; *suffossa* vero, quae ex timore male humiliante proveniunt. Quod est quando quis cupit non cupienda, vel timet non timenda.

2. **Secunda distinctio** : Alibi vero dicitur fieri peccatum tribus modis, scilicet cogitatu, verbo, opere. Unde **Hieronymus**, *Super Ezechielem* 3: « Tria generalia delicta sunt, quibus humanum subiacet genus: aut enim cogitatione, aut sermone, aut opere peccamus ». His aliquando etiam quartus additur modus, scilicet consuetudinis: quod in quatriduano Lazaro significatum est 4.

3. **Tertia** : Dicitur quoque homo peccare in Deum, in se, in proximum. In Deum, cum de Deo male sentit, ut haereticus; vel quae Dei sunt usurpare praesumit, indigne participando sacramentis; vel quando nomen Dei peierando contemptibile facit. In proximum peccat, cum proximum iniuste laedit; in se vero, cum sibi, non alii nocet.

5-6 Prima distinctio *om.* MRVW. 13 Secunda distinctio *om.* RVW. 16-17 aliquando etiam *trp.* BCV. 19 Tertia *om.* MRVW. ‖ se] et *add.* PX, *add. interi.* T. 22 peierando contemptibile *trp.* LRT.

1 *In Ioan.,* tr. 41, n. 9 (PL 35, 1697; CCL 36, 362). 2 *Enarr. in Ps. 79,* 17, n. 13 (PL 36, 1026s; CCL 39, 1117s). 3 **jn** *Ezech.* 43, 23-25 (PL 25 [1845], 427 B; CCL 75, 642). 4 Resp. Ioan. 11, 39; cf. August., *In Ioan.,* tr. 49, n. 3 (PL 35, 1748; CCL 36, 421); et infra, L. IV, dist. 16, c. 1.

Cap. 4, num. 1. Textus conficitur ex *Summa sent.,* III, 16 (PL 171, 1142 C; 176, 113 C), et *Glossa* Magistri in Ps. 79, 17 (PL 191, 766 A-B). — Num. 2: Ex *Glossa ordin.* in Ezech. 43, 25 (apud Lyranum, IV, 281a). — Num. 3: Partim ex *Summa sent.,* ibid.

Cap. 5 (263).

Quo differant delictum et peccatum. Variam quoque appellationem habet: dicitur enim et peccatum et delictum. Et « delictum fortasse est, ut ait Augustinus in *Quaestionibus Levitici* 1, declinare a bono; peccatum est facere malum. Aliud est enim declinare a bono, aliud est facere malum. Peccatum ergo est perpetratio mali, delictum desertio boni. Quod et ipsum nomen ostendit. Quid enim aliud sonat delictum nisi derelictum? Et quid derelinquit, qui delinquit, nisi bonum? Vel delictum est quod ignoranter fit, peccatum quod scienter committitur. Indifferenter tamen et peccatum nomine delicti, et delictum nomine peccati appellatur».

Cap. 6 (264).

De septem vitiis principalibus. Praeterea sciendum est septem esse vitia capitalia vel principalia, ut Gregorius super Exodum2 ait, scilicet inanem gloriam, iram, invidiam, acidiam vel tristitiam, avaritiam, gastrimargiam, luxuriam. Quae, ut ait Chrysostomus3, significata sunt in septem populis qui terram promissionis Israeli promissam tenebant. De his, quasi septem fontibus, cunctae animarum mortiferae corruptelae emanant. Et dicuntur haec capitalia, quia ex eis oriuntur omnia mala. Nullum enim est, quod non ab aliquo horum originem trahat.

3 ĕt *om.* BCOPX. 16 ait] iohannes *add.* NTV.

1 *Quaest. in Heptat.,* III, q. 20 (PL 34, 681s; CSEL 28-11, 248s; CCL 33, 185ss). 2 *Glossa ordin.* in Exod. 23, 22 (apud Lyranum, I, 173v); ex Gregorio, *Moralia,* XXXI, c. 45, n. 87 (PL 76, 621 A). 3 Haec sententia legitur sub nomine Chrysostomi in *Glossa ordin.* in Exod. 23, 23 (apud Lyranum, I, 173c); expressius vero, sed anonyma, in Deut. 7, 1 (ibid., 340a); et utraque glossa verbotenus sumpta est ex Ioan. Cassiano (non Chrysostomo), *Conlationes,* coni. 5, cc. 16 et 23 (PL 49, 632 C-633 A, et 639 B; CSEL 13, 140s, et 147s). Cf. J. M. Herrouet, *Un texte de Pierre Lombard,* in *Bulletin Du Cani'e* 4 (1928) 199s; et *Bull, de Théol. ane. et méd.* 1 (1929-1932) n. 230.

Cap. 5. Ex *Glossa* Magistri in Gal. 6,1 (PL 192,162 A); cf. *Glossa* eius in Tit. 1, 6 (386 A), et *Summa sent.,* III, 16 (PL 171, 1142 D; 176, 113 D). — Cap. 6. Partim ex *Summa sent.,* III, 16 (PL 171, 1142 D; 176, 113 D-114 A); de quo capitulo istius *Summae* cf. L. Ott, *Untersuchungen zur theol. Briefliteratur,* 444s. Vide alias notas textui supra adiunctas, ubi citatur *Glossa ordin.* in Exod. 23, 22.

Cap. 7 (265).

1. **De superbia, quae est radix omnium malorum.** Ex superbia tamen omnia mala oriuntur, et haec et alia; quia, ut ait **Gregorius** 1, « radix cuncti mali est superbia, de qua dicitur 2: *Initium omnis peccati est superbia* »; quae est « amor propriae excellentiae » 3.

2. **De quatuor speciebus superbiae.** Cuius quatuor sunt species, ut **Gregorius**4 ait: « Prima est cum bonum quod habet quis sibi tribuit; secunda, cum credit a Deo esse datum, sed tamen pro suis meritis; tertia, cum se iactat habere quod non habet; quarta, cum ceteris despectis, singulariter vult videri ». Merito ergo radix omnis mali dicitur superbia.

3. **Quod cupiditas radix est omnium malorum.** Huic autem videtur obviare quod Apostolus ait 5; *Radix omnium malorum est cupiditas·,* quia si radix omnium malorum est cupiditas, ergo superbiae. Quomodo ergo superbia radix est et initium omnis peccati?

Cap. 8 (266).

Quo sensu utrumque radix dicatur omnium malorum, scilicet superbia et cupiditas. Sed utrumque recte dictum esse intelligitur, si genera peccatorum singulorum, non singula generum, utraque locutione includi intelligantur. Nullum quippe genus peccati est, quod interdum ex superbia non proveniat; nullum etiam quod ex cupiditate aliquando non descendat. Sunt enim nonnulli hominum qui ex cupiditate fiunt superbi, et aliqui ex superbia fiunt cupidi. « Est enim, ut ait Augusti-

2 omnium malorum] omnis mali MRV. 5 est] *om.* MTVW, *trp, p.* superbia LR, *post* Initium (4) X. 6 Rubrica *om.* MRVW. 10 radix *trp. p.* mali OP. 12 Rubrica *om.* RVW. 17 scilicet *om.* BCVX, et *add.* LOVW.

1 *Glossa ordin.* in Exod. 23, 22 (apud Lyranum I, 173c); ex Gregorio, *Moralia,* XXXI, c. 45, n. 87 (PL 76, 621 A). 2 Eccli. 10, 15. 3 August., *De Genesi ad Utt.,* XI, c. 14, n. 18 (PL 34, 436; CSEL 28-1, 346). 4 *Glossa ordin.* in Iob 32, 8 (apud Lyranum, III, 60v); ex Gregorio, *Moralia,* XXIII, c. 6, n. 13 (PL 76, 258 C). 5 I Tim. 6, 10.

Cap. 7, num. 1: Ex eadem *Glossa ordin.* in Exod., sed definitio superbiae legitur in *Summa sent.,* ubi supra. — Num. 2-3: Ex eadem *Summa,* III, 16 (PL 171, 1143 A-B; 176, 114 A-C); vide L. Ott, ibid., 447, n. 2; et O. Lottin, in *Psych, et morate,* V, 222s.

Cap. 8. Omnia, praeter conclusionem (« ideo ergo excellere... omnis mali »), ex *Glossa* Lombardi in I Tim. 6, 10 (PL 192, 359 A-B).

nusi, homo, qui non esset amator pecuniae, nisi per hoc putaret se excellentiorem esse »; ideoque, ut excellat, divitias cupit. Tali ex superbia oboritur cupiditas. Et est aliquis qui non amaret excellere, nisi putaret per hoc maiores divitias habere; ideo ergo excellere laborat, quia divitias habere amat. Huic innascitur superbia, id est amor excellentiae, ex cupiditate. Patet ergo quod ex superbia aliquando cupiditas, et ex cupiditate aliquando superbia oritur; et ideo de utraque recte dicitur quod sit radix omnis mali.

DISTINCTIO XLIII

Cap. unicum (267).

1. **De peccato in Spiritum Sanctum, quod dicitur etiam peccatum ad mortem.** Est praeterea quoddam peccati genus ceteris gravius et abominabilius, quod dicitur peccatum in Spiritum Sanctum. De quo in Evangelio Veritas ait[2]: *Qui* peccaverit in *Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque* hic, *neque in futuro;* et Joannes in Epistola canonica[3]: *Est peccatum ad mortem: non pro eo dico ut quis oret.* Qui enim peccat in Patrem, remittetur ei; et qui peccat in Filium, remittetur ei; *qui autem* blasphemaverit in *Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque* hic, *neque in futuro.*

2. **Quid sit illud peccatum? Quorundam opinio?** Sed quaeritur quid sit illud peccatum in Spiritum Sanctum vel ad mortem. — Quidam[4]

3 oboritur] oritur OP, suboritur W. 4 ideo ergo] ideoque NOPX. 14 Veritas *trp. p.* quo (13) LMRTVX. ‖ ait *om.* LMX, *interi.* T. 16 enim *om.* MOPX. 19 Quorundam opinio *om.* MNRV. ‖ quid] quod BCTW.

1 *De Genesi ad litt.,* XI, c. 15, n. 19 (PL 34,437; CSEL 28-1,347). 2 Matth. 12, 31-32: *Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus, Spiritus autem blasphemia non remittetur. Et quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei-, qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc saeculo, neque in futuro.* Cf. etiam Mare. 3, 28-29; Luc. 12, 10. 3 I Ioan. 5, 16. *4 Glossa ordin,* in Rom. 2, 5 (apud Lyranum, VI, 7a).

Dist. XLIII. Cf. L. Ott, *Untersuchungen zur theol. Briefliteratur,* 631-641; A. M. Landgraf. *Siinde wider den Heiligen Geist,* in *Dogmengeschichte,* IV-1, 13-69; vide etiam sermonem Magistri *In Pentecoste* adhuc ineditum, in cod. Paris., Bibi. lat. 13374, ff. 48r-49v; et fragm. in cod. Pragae, Bibl. Univ. XXIII. E. 63, f. 117 c-d.

Num. 1-2: Quasi omnia in *Glossa* Magistri in Rom. 2, 5 (PL 191, 1339 A-D). Sed quid sibi voluerit rubrica circa finem num. 2: *Augustinus, De verbis Domini* (etiam in *Glossa,* 1339 B et C; x 16c et d; z 9d), non immediate apparebat, quatenus quasi eadem verba proponuntur

dicunt illud esse peccatum desperationis vel obstinationis. Obstinatio est induratae in malitia mentis pertinacia, per quam fit homo impoenitens. Desperatio est qua quis penitus diffidit de Dei bonitate, aestimans suam malitiam divinae bonitatis magnitudinem excedere, sicut Cain qui dixit 1; *Maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear.* — Utrumque vero dicitur peccatum in Spiritum Sanctum, quia Spiritus Sanctus amor est Patris et Filii, et benignitas qua se invicem et nos diligunt; quae tanta est, cuius finis non est. Recte ergo in Spiritum Sanctum delinquere dicuntur, qui suam malitiam Dei bonitatem superare putant, et ideo poenitentiam non assumunt; et qui iniquitati tam pertinaci mente inhaerent, ut eam nunquam relinquere proponant et ad bonitatem Spiritus Sancti nunquam redire, patientia Dei abutentes et de misericordia Dei nimis praesumentes; quibus placet malitia propter se, sicut piis bonitas. — **Augustinus, De verbis Domini.** Isti nimia pertinacia et praesumptione peccant, autumantes Deum non esse iustum; illi desperatione Deum non bonum aestimant, tollentes in hoc turbulentissimo iniquitatum mari portum divinae indulgentiae, quo se recipiant fluctuantes. Atque ipsa desperatione addunt peccata peccatis, dicentes: Misericordia nulla est, et super peccatores necessaria damnatio debetur.

3. **An omnis obstinatio vel desperatio sit peccatum in Spiritum Sanctum.** Sed quaeritur utrum omnis obstinatio mentis in malitia obduratae, omnisque desperatio sit peccatum in Spiritum Sanctum.

4. **Opinio quorundam.** Quidam dicunt omnem obstinationem et desperationem peccatum esse in Spiritum Sanctum. Quod si est, aliquando illud peccatum remittitur, quia multi, etiam obstinatissimi et desperatissimi, convertuntur, ut Augustinus ait super illum locum Psalmi 2:

12 redire] velint *add.* BCTV, volentes *add. interi.* M2. 15 esse *om.* BCRVX. 18-19 Misericordia nulla est] misericordiam nullam esse OPTW. 20 sit peccatum *trp.* BCMVX. 21 Sed] Et BCMRVX. 23 Opinio quorundam CMNX, *om. alii.*

1 Gen. 4, 13. 2 *Glossa ordin.* in Ps. 67, 23 (apud Lyranum, III, 178c); ex August. in h. L, n. 31 (PL 36 832; CCL 39, 892).

a Floro Lugdun. ut *Ex tractatu Evang. sec. Ioan. 33* (apud *Bedae Opera omnia,* VI, Coloniae 1688, 53-54). Sed revera tractatus ille incorporatur in collectione *De verbis Domini* ut sermo 47 (PL 39, 2431). Auctoritas ergo paraphrasis est num. 8 eiusdem Tractatus (PL 35, 1651; CCL 36, 310s).

Num. 4. Vide quaestionem Lombardi in *Glossa* in Rom. 2, 5 (PL 191, 1340 A), ubi etiam legitur (1340 C) Augustinus in Ps. 67; cf. etiam *Glossa* Magistri in h. 1. (PL 191, 614 A). Illud in Ps. 147 legitur in parte in *Glossa* in h. 1. (PL 191, 1282 A). Deinde vide *Glossam* in Ps. 67, 7: *«vinctos,* quia solvit vincula peccatorum...; *qui exasperant,* scilicet blasphemes

Convertam in profundum maris: « Id est eos qui erant desperatissimi »; et ibi 1; *Mittit crystallum sicut frusta panis:* Id est obstinatos facit aliorum doctores. Talium conversio ibi etiam evidenter ostenditur, ubi ait 2; *Qui educit vinctos in fortitudine: similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulcris.* — Secundum istos peccatum illud dicitur irremissibile, non quin aliquando remittatur, sed quia vix et raro ac difficulter dimittitur. Non enim solvitur crystallus nisi vehementi spiritus impetu.

5. **Aliorum opinio** *:* Alii vero tradunt non quamlibet obstinationem vel desperationem appellari peccatum in Spiritum Sanctum, sed illam tantum quam comitatur impoenitentia. Qui etiam impoenitentiam dicunt peccatum in Spiritum Sanctum, quia **Augustinus**3 dicit: « Impoenitentia est peccatum in Spiritum Sanctum ». — Sed cum sic obstinatus est aliquis ut non poeniteat, discuti oportet an aliud obstinatio, aliud impoenitentia sit in eo peccatum; an idem, sed diversis modis commissum. — Secundum istos peccatum illud dicitur irremissibile, eo quod nunquam dimittatur. Unde **Augustinus**45 etiam dicit quod hoc solum peccatum veniam mereri non potest; et **Hieronymus**3 quod taliter peccans « digne poenitere non potest ». Et ideo recte Ioannes dicit 6 ut *non pro eo oret quis,* quia qui sic peccat, orationibus Ecclesiae hic vel in futuro iuvari non potest, habens *cor* induratum *tanquam lapis,* sicut de diabolo legitur 7. Post hanc vitam qui valde mali sunt, meritis Ecclesiae iuvari non possunt8.

2 frusta] tortam LR. 6 remittatur] dimittatur BCOPRT, vel remittatur *add. interi.* O. 8 Aliorum opinio CMNX, om. *alii.* 15 dicitur *om.* OP.

1 *Glossa ordin.* et *interi,* in Ps. 147, 17 (apud Lyranum, III, 304r); ex August, in h. l., n. 25 (PL 37, 1933s; CCL 40, 2161). 2 Ps. 67, 7. » *Sermo 71 (De blasphemia in Spiritum Sanctum),* c. 12, n. 20 (PL 38, 455). 4 *Sermo* 77, c. 6, n. 10 (PL38,449). *J Glossa interi,* in Mare. 3, 29 (apud Lyranum, V, 96v); paulo aliter Ps.-Hieron. in h. l. (PL 30 [1846], 602 A). 6 I Ioan. 5, 6; supra, in num. 1. *i* Resp. lob 41, 15: *Cor eius indurabitur tanquam. lapis;* Gregorius, *Moralia,* XXXIV, c. 6, n. 11: « Quia nulla unquam conversionis poenitentia mollietur » (PL 76, 723 D), ut in *Glossa ordin.* in h. l. (apud Lyranum, III, 80c). s August., *Enchiridion,* c. 110 (PL40, 283); cf. infra, L. IV, Dist. 45, c. 2.

in Deum » (PL 191, 604 C). De crystallo, cf. Glossa in Ps. 147, 18 (PL 191, 1282 D-1283 A); de quo in vanum quaesivimus apud Isidorum et auctores profanos de rebus naturalibus. — Num. 5. De hac secunda opinione vide quaestionem iam citatam in *Glossa* in Rom. 2, 5 (PL 191, 1340 A, et B-C), ubi, etiam in codicibus, tacetur nomen Hieronymi.

6. **Quod aliter accipitur peccatum in Spiritum Sanctum.** Est etiam alia huius peccati assignatio. Hoc enim peccatum **Augustinus** definiens, in libro *De sermone Domini in monte* 1 ait: « Peccatum ad mortem est, cum post agnitionem Dei per gratiam Christi, oppugnat aliquis fraternitatem, et adversus ipsam gratiam qua reconciliatus est Deo, invidentiae facibus agitatur. Quod fortasse est peccare in Spiritum Sanctum; quod peccatum dicitur non remitti: non quia non sit ignoscendum peccanti si poeniteat, sed quia tanta labes est illius peccati, ut deprecandi humilitatem subire non possit, etiam si peccatum suum mala conscientia agnoscere et enuntiare cogatur; ut Iudas2, cum dixit *Peccavi,* facilius desperans cucurrit ad laqueum, quam humilitate veniam peteret. Quod propter magnitudinem peccati, iam ex damnatione peccati tales habere credendum est ». — Ecce quaedam assignatio peccati in Spiritum Sanctum vel ad mortem hic posita est, qua illud peccatum esse traditur oppugnatio fraternitatis post agnitionem, et invidentia gratiae post reconciliationem; quod species quaedam obstinationis intelligi potest.

7. Illam tamen definitionem **Augustinus** in libro *Retractationum* 3 rememorans, aliquid adiciendum ibi fore, nec asserendo se dixisse aperit, ita dicens: « Quod quidem non confirmavi, quoniam hoc putare me dixi. Sed tamen addendum fuit: *si in hac scelerata mentis perversitate finierit hanc vitam;* quoniam de quocumque pessimo in hac vita constituto non est desperandum; nec pro illo imprudenter oratur, de quo non desperatur ». His verbis insinuatur peccatum praemissa definitione descriptum tunc solum debere dici *ad mortem* vel *in Spiritum Sanctum,* cum non habet comitem poenitentiam; nec de aliquo peccatore in hac vita esse desperandum, et ideo pro omni esse orandum.

8. Unde illud Ioannis4, *Non pro eo dico ut quis oret,* sic accipiendum videtur, ut pro aliquo peccante ad mortem vel in Spiritum Sanctum postquam finierit hanc vitam non oremus; dum autem in hac vita est, nec peccatum illius iudicare, nec de illo desperare, sed pro illo orare debemus. —1 Unde **Augustinus,** *De verbis Domini*5, de impoenitentia, quae est blasphemia in Spiritum Sanctum, sic ait: « Ista impoeni-

1 Lib. I, c. 22, nn. 73, 75, 74 (PL 34, 1266s; CCL 35, 82ss). 2 Matth. 27, 4-5. 3 Lib. I, c. 19, n. 7 (PL 32, 616; CSEL 36, 93s). 4 I Ioan. 5, 16. 5 *Sermo 71,* c. 13, n. 21 (PL38, 456).

Num. 6. Inspirante Augustino in *Retract.,* ut infra, in num. 7, Magister se refert ad opus *De sermone Domini in monte.*

Num. 8. Verba Augustini leguntur, et quidem sub eadem rubrica, in *Olossa* Magistri in Rom. 2, 5 (PL 191, 1340 A-B).

tentia vel cor impoenitens, quamdiu quisque in hac carne vivit, non potest iudicari. De nullo enim desperandum est, quamdiu patientia Dei *ad poenitentiam adducit* 1. Paganus est hodie, iudaeus infidelis est hodie, haereticus est hodie, schismaticus est hodie: quid si cras amplectatur catholicam pacem et sequatur catholicam veritatem? Quid si isti, quos in quocumque genere erroris notas et tanquam desperatissimos damnas, antequam finiant istam vitam agunt poenitentiam et inveniunt veram vitam in futuro? *Nolite ergo ante tempus* quidquam *iudicare* 2 ». Ex his ostenditur pro singulis peccatoribus in hac vita esse orandum, nec de aliquo esse diffidendum, quia converti potest dum in hac vita est; quia non potest sciri de aliquo utrum peccaverit ad mortem vel in Spiritum Sanctum, nisi cum ab hac vita discesserit; nisi forte alicui per Spiritum Sanctum mirabiliter revelatum fuerit.

9. Ex praedictis aliquatenus capi potest quomodo accipiatur peccatum in Spiritum Sanctum: scilicet invidentia gratiae fraternitatem impoenitenter oppugnans; quae utique obstinatio esse videtur et omnis impoenitentis obstinatio atque desperatio. Notandum vero est quod non omnis qui non poenitet, impoenitens dici potest, quia impoenitentia proprie obstinati est, et ut quidam volunt, etiam desperati.

10. **Alia assignatio peccati in Spiritum Sanctum.** De hoc quoque peccato in Spiritum Sanctum **Ambrosius** in libro *De Spiritu Sancto* 3 disserens, definitam assignationem tradit dicens: « Cur Dominus dixerit 4: *Qui blasphemaverit in Filium hominis, remittetur ei; qui autem blasphemaverit in Spiritum Sanctum, nec hic, nec in juturo remittetur ei,* diligenter adverte. Numquid alia est offensa Filii, alia Spiritus Sancti? Sicut una dignitas, sic una iniuria. Sed si quis, corporis specie deceptus humani, remissius aliquid sentit de Christi carne quam dignum est, habet culpam, non est tamen exclusus a venia. Si quis vero Sancti Spiritus dignitatem, maiestatem et potestatem abneget sempiternam, et putet non *in Spiritu Dei* eici *daemonia,* sed *in Beelzebub5,* non potest ibi exhortatio esse veniae, ubi sacrilegii plenitudo est». Satis aperte hic explicatur quid sit peccatum in Spiritum Sanctum. — Quod illi **Augustini** descriptioni congruere videtur, qua illud peccatum dicitur esse invidentia gratiae

3 infidelis *trp. p.* haereticus (4) BCR. 8 quidquam] quemquam LN, *om.* M. | Ex] pro excommunicato est (esse C, esset X) orandum *rubr. mg. add.* BCX. 28 Sancti Spiritus *trp.* LTV. 31 quid] quod OPRTW.

t Resp. Rom. *2,* 4. 2 I Cor. 4, 5. 3 Lib. I, c. 3, n. 54 (PL 16 [1845], 717 A-B; CSEL 79, 37s). 4 Matth. 12, 32. s Resp. Matth. 12, 24-28.

oppugnans fraternitatem. Qui enim post cognitionem veritatis, Sancti Spiritus veritatem negat, eiusque opera dicit esse Beelzebub, potestati, bonitati et gratiae Dei invidere non dubitatur.

11. Non itaque distinctio illa verborum i sic accipienda est, quasi trium personarum divisae sint offensae; sed ibi genera peccatorum distincta sunt. Peccatum enim in Patrem id intelligitur, quod fit per infirmitatem, quia Patri Scriptura frequenter attribuit potentiam; peccatum in Filium, quod fit per ignorantiam, quia sapientia Filio attribuitur; tertium expositum est2. Qui ergo peccat per infirmitatem vel per ignorantiam, facile veniam adipiscitur; sed non ille qui peccat in Spiritum Sanctum. Cum autem una sit potentia, sapientia, bonitas trium, quare Patri potentia, Filio sapientia, Spiritui Sancto bonitas saepius assignetur, superius dictum est 3.

DISTINCTIO XLIV

is

Cap. 1 (268).

1. De potentia peccandi, an sit homini vel diabolo a Deo. Post praedicta, consideratione dignum occurrit utrum peccandi potentia sit nobis a Deo vel a nobis.

1-2 Sancti Spiritus *trp.* LRTV. 6 Peccatum) peccare OP, *quod corr.* O. 17 peccandi potentia *trp.* LMRTV.

1 Scii, in num. 1 (p. 572). 2 In num. 2ss. 3 In L. I, dist. 34, c. 4, n. 2 (p. 253).

Num. 11. In forma antiquiori *Glossae* in Rom. 1, 20, de qua supra, p. 252, post verba illic transcripta: «...ab eo relegata ostendatur» textus prosequitur: «et inde est quod in Evangelic Dominus ait: Qui peccaverit in Patrem remittetur ei; et qui peccaverit in Filium remittetur ei; qui vero peccaverit in Spiritum Sanctum non habet remissionem neque hic neque in futuro. Quando ex fragilitate peccamus, dicimus peccare in Patrem, quasi contra potentiam; cum vero ex ignorantia, in Filium, quasi contra sapientiam; quando ex mali volentia et obstinatione, in Spiritum Sanctum, quasi contra dilectionem, quia Spiritus Sanctus amor est Patris et Filii; et illa duo priora facile ignoscuntur; tertium vero non. Potentiam itaque et sapientiam et bonitatem Dei per ea quae facta sunt intellexerunt aut intelligere potuerunt» (x 13b-c; z 7d-8a). Haec additio, quae deest in editione, dependet directe ab Hugone, *De amore sponsi ad sponsam* (PL 176, 989 A-B).

Dist. XLIV. Cf. A. M. Landgraf, *Die Abhangigkeit der Siinde von Gott,* in *Dogtnengeschicflte,* 1-2, 238-248.

2. **Opinio quorundam quod non sit a Deo, sed falsa per similе.** Putant quidam potentiam recte agendi nobis esse a Deo, potentiam vero peccandi non a Deo, sed a nobis vel a diabolo esse; sicut mala voluntas non a Deo nobis est, sed a nobis et a diabolo, bona autem a Deo tantum nobis est. — **Ratio ad probandum quod bona voluntas non sit homini nisi ex Deo.** — **Augustinus, in libro De fide ad Petrum** 1. « Bonae namque voluntatis et cogitationis initium non homini ex se ipso nasci, sed divinitus parari et tribui, in eo Deus evidenter ostendit, quia nec diabolus nec aliquis angelorum eius, ex quo in hanc caliginem sunt detrusi, bonam potuit vel poterit resumere voluntatem. Quia si possibile foret ut humana natura, postquam a Deo aversa bonitatem perdidit voluntatis, ex se ipsa rursus eam habere potuisset, multo possibilius hoc natura haberet angelica, quae quanto minus gravatur terreni corporis pondere, tanto magis hac esset praedita facultate ». — Non igitur homo vel angelus a se voluntatem bonam habere potest, sed malam. Similiter et de potentia inquiunt, per similitudinem voluntatis de potentia boni et mali disserentes, quod illa sit a Deo, non ista.

3. **Auctoritatibus adstruit potentiam peccandi esse a Deo.** Sed pluribus Sanctorum testimoniis indubitanter monstratur quod potestas mali a Deo est, a quo est omnis potestas. Ait enim Apostolus2: *Non est potestas nisi a Deo;* quod non de potestate boni tantum, sed et mali intelligi oportet, cum Pilato Veritas dicat3: *Non haberes in me potestatem, nisi datum esset tibi desuper.* — **Augustinus, Super psalmum 85.** « Malitia nempe hominum, ut ait **Augustinus**4, cupiditatem nocendi per se habet, potestatem autem, si ille non dat, non habet. Ideoque diabolus, antequam aliquid tolleret Iob, dicebat Domino 5; *Mitte manum tuam,* id est da potestatem »; « quia 6 etiam nocentium potestas non est nisi a Deo, sicut Sapientia ait2: *Per me reges regnant, et tyranni per me tenent terram.* Unde et Iob de Domino ait 8; *Qui facit regnare hypocritam propter perversitatem populi.*

1 Rubrica *om.* RVW. ‖ non BCX, *om. alii.* 5 Rubrica *om.* RVW. 6 Rubrica *om.* MNRVW. 13 corporis pondere *trp.* OPV. 23 Rubrica *om.* MRVW. 28 et2 *om.* BCOPWX.

1 Cap. 3, n. 32 (opus Fulgent», PL 65, 687 C; CCL 91A, 733). 2 Rom. 13, 1. 3 Ioan. 19, 11. 4 Rectius, *Enarr. in Ps. 32,* serm. 2, n. 12 (PL 36, 291; CCL 38, 263); cf. tamen *Enarr. in Ps. 85,* n. 9 (PL 37, 1088; CCL 39, 1183s). 5 Iob 2, 5. « August., *De natura boni,* c. 32 (PL 42, 561; CSEL 25, 870). 7 Prov. 8, 15-16, iuxta LXX. 8 Iob 34,30, iuxta LXX.

Num. 3. Omnes auctoritates leguntur in *Glossa* Lombardi in Rom. 13,2 (PL 191,1504 B-1505 A). Illa vero *Super Genesim* ibi confunditur cum sequenti ex *De natura boni,* quae legitur infra, cap. 2, num. 2. Ultima autem, scilicet Gregorii, omittitur in codd. x (62a) et z (37d).

Et de populo Israel dicit Deus k *Dedi eis regem in ira mea*». — **Augustinus, Super Genesim 2** [1]: « Nocendi enim voluntas potest esse ab hominis animo, potestas autem non est nisi a Deo, et hoc abdita aptaque iustitia »; «nam[2] per potestatem diabolo datam iustos Deus facit suos». — De hoc etiam **Gregorius** in *Moralibus 4* ait: « Tumoris elatio, non potestatis ordo in crimine est. Potentiam Deus tribuit, elationem vero potentiae malitia nostrae mentis invenit. Tollamus ergo quod de nostro est, quia non potentia iusta, sed actio prava damnatur». — His auctoritatibus aliisque plurimis evidenter ostenditur quod non est potestas boni [5] vel mali cuicumque nisi a Deo aequo, etsi te lateat aequitas.

Cap. 2 (269).

1. **An aliquando resistendum sit potestati.** Hic oritur quaestio non transilienda silentio. Dictum est enim supra quod potestas peccandi et nocendi non est homini vel diabolo nisi a Deo. Apostolus autem dicite quod *qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit.* Cum ergo diabolo sit potestas mali Dei ordinatione, eius potestati non esse resistendum videtur.

2. **Quod aliquando resistendum sit potestati** [1]. Sed sciendum est Apostolum ibi loqui de saeculari potestate, scilicet rege et principe et huiusmodi: quibus non est resistendum in his quae iubet Deus eis exhiberi, scilicet in tributis [7] et huiusmodi. — Si vero princeps aliquis vel diabolus aliquid iusserit vel suaserit contra Deum, tunc resistendum est. Unde **Augustinus**, determinans quando sit resistendum potestati, in libro *De natura boni* [8] ait: « Si illud iubeat potestas, quod non debes facere, hic sane contemne potestatem, timendo potestatem maio-

5 Tumoris] Timoris BCX. 25 debes] debeas OPWX, habes V.

1 Osee 13, 11, iuxta LXX. 2 Lib. XI, c. 3, n. 5 (PL34, 431; CSEL 28-1, 337); vide etiam verba Augustini supra, Dist. 21, c. 4, n. 1 (p. 435, lin. 2-3). 3 August., *De natura boni,* c. 32 (PL 42, 561; CSEL 25, 871). 4 Lib. XXVI, c. 26, n. 48 (PL 76, 378 A). 5 Quidam codices haec ultima verba *August,* adscribunt. Cf. *Enarr. in Ps. 61,* 12-13, n. 21 (PL36, 744; CCL 39, 789); et *Glossa* Magistri in Rom. 13, 2 (PL 191, 1504 C). « Rom. 13, 2. r Resp. Rom. 13, 6-7; Matth. 22, 2. 8 Immo in *Sermone 62,* c. 8, n. 13 (PL 38, 420s).

Num. 2. Auctoritas Augustini sumitur ex eadem *Glossa* in Rom. 13, 2 (PL 192, 1505 B); ex inadvertentia autem Magister rubricam superiorem *De natura boni* (1504 D, sed rectius ad verba « Iniustum enim non est... ») transfert ad ista verba. In quibusdam codicibus Sententiarum rubrica merito corrigitur in *De verbis Domini,* scilicet sermo 6 (nunc sermo 62).

rem. Ipsos humanarum rerum gradus adverte. Si quid iusserit curator, numquid faciendum est si contra proconsulem iubeat? Rursus, si quid ipse proconsul iubeat et aliud iubeat imperator, numquid dubitatur, illo contempto, illi esse serviendum? Ergo si aliud imperator, aliud Deus iubeat, contempto illo, obtemperandum est Deo ». Potestati ergo diaboli vel hominis tunc resistamus, cum aliquid contra Deum suggesserit; in quo Dei ordinationi non resistimus, sed obtemperamus: sic enim Deus praecepit, ut in malis nulli potestati obediamus.

Explicit liber secundus.

1 Si] Augustinus: obediendum esse (est C) maiori contra minorem *rubr. add. mg*. BCX. 2 Rursus] rursum LMRT.

INDICES

I. Bibliothecae et Codices Manuscript!.

II. Auctoritates citatae a Magistro.

III. Auctores et Scripta.

IV. Index doctrinalis.

V. Index generalis.

I. – BIBLIOTHECAE ET CODICES MANUSCRIPTI

Banbergae, Bibl. Status, cod. Patr. *128* (= b): 61, 62, 91, 93, 101, 107, 120s, 147, 167, 177, 224, 227, 234, 269.

Erlangensi, Bibl. Univ., cod. *260:* 225.

Neapoli, Bibl. Nat., cod. ***VII. C. 14*** (= n) : 61, 62, 91, 93, 101, 107, 120s, 147, 167, 177, 219, 220s, 224, 227, 234, 269, 529.

Parisiis, Bibl. Mazarin., cod. *lat. 758:* 478. — Bibl. Nat., codd. *lat. 3017, 3018, 3021:* 177. — Cod. *lat. 3022* (= 0) : 121. — Cod. *lat. 3024:* 177. — Cod. *lat. 3025:* 102, 121, 177. — Cod. *lat. 3026, 3027A:* 177. — Codd. *lat. 11565, 11566, 11567:* 48. — Cod. *lat. 14423* (= p) : 61, 62, 91, 101, 107, 120s, 147, 167, 177, 220s, 224, 227, 234, 269, 529. — Bibl. S. Genovefae, cod. *lat. 1423:* 110.

Pragae, Bibl, Univ., cod. ***XXIII. E. 63:*** 572.

Tolosae, Bibi. Civit?, cod. *159:* 225.

Trecis, Bibi. Civit., cod. *304:* 121 ; 177. — Cod. *964:* 219.

Tuderti, Bibl. Comm., cod. *71:* 225. — Cod. *121:* 152.

Civit. Vaticanae, cod. Vat. lat. *53* (= v) : 329, 330, 331, 337, 340, 343, 344, 345, 349, 351, 366, 373, 384-393, 395, 396, 397, 399-406, 408-414, 417, 418, 419, 422-428, 434, 435, 438, 439, 443, 447, 494. — Cod. Vat. lat. *144* (=x): 56; 63; 70, 76; 102; 126; 130s; 132; 133; 134s; 138; 145; 159; 206s ; 220 ; 229 ; 252 ; 266 ; 278 ; 288 ; 317 ; 419 ; 470 ; 471 ; 472 ; 507 ; 513 ; 539 ; 547 ; 572 ; 574 ; 577 ; 578. — Codd. Vat. lat. *145-146:* 102. — Cod. Vat. lat. *688* (= V) : 390. — Cod. Vat. lat. *691* (= W) : 177. — Cod. Vat, lat. *695* (= z) : 56 ; 63 ; 70 ; 76 ; 126; 130s; 132; 133; 134s; 138; 145 ; 159 ; 206s ; 220 ; 229 ; 252 ; 266 ; 278 ; 288 ; 306 ; 317 ; 333 ; 419 ; 470 ; 471 ; 472 ; 507 ; 513 ; 539 ; 547 ; 572 ; 574 ; 577 ; 578. — Cod. Urbin. lat. *18:* 102.

II. – AUCTORITATES CITATAE A MAGISTRO

AMBROSIASTER

Haec non nominat opera sed fructus... 60
Homo sublectus peccato... 555.
Manifestum... omnes in Adam... 501.
Non habitat peccatum in animo... 507.
Omne verum, a quocumque dicitur... 320s.
Omnia quidem potest Deus... 294.
Omnis ratio... sapientiae... in eo... 257.
Per hoc intelligitur Patrem esse... 163.
Quomodo habitat peccatum in carne... 507.
Ut Deus, qui natura invisibilis est... 69.

AMBROSIUS

Aliud horum significat aeternitatem... 66.
Cum dudum audierint quidam... 212.
Cum omnis creatura... circumscripta... 264.
Cum unum dicimus Deum, unitas... 187s.
Deus et Dominus nomen est naturae... 64.
Ego Filium natum esse confiteor... 104.
Est in Patre et F... una divinitas... 186.
In nomine, ait, non in nominibus... 67.
Licet multi dicantur spiritus... 128.
Non est diversa... aequalitas... 186.
Non est ipse Pater qui Filius... 189.
Omne quod natum est, principium... 103.
Omnis mutabilis est creatura... 128.
Pater et F. divinitate unum sunt... 186.
Quando Adam solus erat... 493.
Quis est qui dicit : Misit me... 133.
Quo purius niteat fides... 178.
Quod unius est substantiae, separari... 186.
Sed quaeris a me quomodo si Filius... 105.
Unum dixit ne fiat discretio potestatis... 67.

AUGUSTINUS

A summe et aequaliter et immutabiliter... 318.
Absit ut ideo potentior sit Pater... 92.
Abstinere a cibo non est... substantia... 535.
Acute sane quidam respondit haeretico... 89.
Ad iustitiam faciendam... liber... 466s.
Ad Verbum Dei pertinet... ubique... 274.
Adam, perdita caritate, malus... 493.
Adam, praeter imitationis exemplum... 501.
Admonemur, si utcumque videre... 74.
Aliae atque aliae voluntates... 549.
Aliae essentiae... capiunt accidentia... 97.
Aliquando bona voluntate homo vult... 325.
Aliter sapientia mittitur... 136.
*Ah'us est Pater in persona... 192.
Angeli illo fruentes iam beati sunt... 57.
Anima facta est similis Deo... 408.
Animae si libero ad faciendum... 481.
Animadverte primo quare omnis creatura..98s.

•Bonae voluntatis et cogitationis... 578.

Caritas Dei hic dicta est virtus... 151.
Carnalibus cogitationibus pleni... 85.
Confiteor Deum Patrem... genuisse... 86.
Cooperando Deus in nobis perficit... 470.
Creator relative dicitur... 220.
Creaturarum natura caelestium mori... 360.
Credamus Patrem et F. et Sp. S.... 76s.
Credamus rerum creatarum... causam... 332.
•Credimus unum Deum... 80.
Cum anima quodam modo immortalis... 97.
Cum Apostolus Adam praevaricatorem... 442.
Cum coronat merita nostra... 484.

Cum de sempiterna re... dicatur est... 96.
Cum decedant et succedant tempora... 276.
Cum ex tempore cuiusque mente... 136.
Cum homine in Deo frueris... 58.
Cum igitur quaeritur quid tres... 182, 183.
Cum in Deo sint omnia quae condidit... 269.
Cum resurrexisset Christus... 127.
Cum sapiens Deus dicitur... 234s.
Cum vero audimus omnia esse ex Deo... 216.
Cur non haec tria simul unam personam... 182.
Custoditionem legis dicit Apostolus... 562.

Daemonesaëriadicuntur (sunt) animalia... 366.
De Christo scriptum est quod acceperit. 129s.
De Filio Dei... cum Patre semper fuit. 91.
Dederat Deus homini bonam voluntatem. 451.
Dei Filius aequalis Patri... 140.
Dei voluntas causa prima est... 309.
Deo hoc est esse quod est fortem esse... 100.
Deus est quaedam substantia... 245.
*Deus cum Verbum genuit... 82.
Deus futurorum praescius... praedixit... 278.
Deus nec per loca nec per tempora... 97.
Deus non alicubi est... 274.
Deus non est magnus ea magnitudine... 180.
Deus omnipotens non potest mori... 295.
Deus omnipotens... semper idem, movet... 271.
Deus Pater, qui verissime se indicare... 82.
Deus quasdam voluntates suas... 326.
Deus solus scrutatur corda... 551.
Deus ubique est, cui... propinquamus. 269.
Dicimus Deus solum esse... Trinit... 80.
Dicimus ea re nos frui...'58.
Dicitur Filius consilium de consilio... 82s.
Dicitur relative; Pater... principium... 216s.

Eis aufertur excusatio... ignorantia... 446.
Eo quippe filius quo verbum... 207.
Erraverunt homines ea quae de Christo... 140.
Est ergo Dei Filius... aequalis... 141.
Est itaque Deus... substantia... 95.
Eundem Spiritum S. datum cum... 127.
Ex ineffabili potentatu Dei... 365.
Ex ipso ait propter Patrem... 68.

Filius non hoc tantum habet nascendo... 155.
Finis fidelium Christus est... 548.
Firmissime tene... concipitur... 499.
Forte aliquis cogat ut dicamus... 133.
Forte virtutes quas... amamus... 59.
Fruimur cognitis... utimur eis... 57.

Gratia per baptismum id agitur... 512.

Haec est imago in qua homines... 553.
Haec igitur tria non sunt tres vitae... 72.
Haec trinitas mentis... imago... 75.
Hanc autem seductionem... Apostolus... 442.
His nominibus relativa ostenduntur... 156.
Hoc est Deo esse quod sapere... 82.
Hoc est ibi esse quod sapere... 81.
Hoc genuit Pater quod est... 87.
Hoc solum non potest Deus... 301.
Humana inopia, quaerens quid... tria... 185.

Id dici accipiamus cum dicitur verbum... 214.
Id ergo in rebus considerandum... 56.
Ideo Christus dicitur virtus et sap. Dei... 83.
Ideo nusquam scriptum est quod Deus... 139.
Illa mala quae ab iniquis fideles pie... 318.
Illius enim gratiae percipiendae... 477.
Illo frueris quo efficieris beatus... 58.
Illud nostrum quod in actione... 456.
Illud praecipue teneamus... nomina... 178.
Illud quod in parvulis dicitur... 516.
Illud unum peccatum, in loco... 521.
In Christo lex iustitiae... 548.
In Dei substantia non est aliquid... 102.
In essentia veritatis, ... verum esse... 170.
In illa summa Trinitate... intervalla... 118.
In illa Trinitate... aliud est genuisse... 197.
In omni mutabili natura nonnulla mors... 97.
In omnibus aequalis est Patri Filius... 113.
In Patre... unitas, in Filio aequalitas... 228.
In Patris nomine ipse Pater... 209.
In promptu est intelligere de Sp. S.... 138.
In templo suo habitat Deus... 266.
In Trinitate tria sunt : unus... 113, 238s.
Infirmitas prona in ruinam... 428.
Intelligamus Deum... bonum... 100.
Interest plurimum qua causa... 558s.
Ipsum arbitrium liberandum est... 473.
Ista impoenitentia vel cor... 575s.
Istas poenas pauci vident... 537.
Iustitia magna virtus animi... 480.

Libero arbitrio male utens homo... 465.
Licet humana mens non sit eius naturae. 72.
Loquendi causa de ineffabilibus... 182.

Magna Dei potentia est, non posse mentiri. 295.
Malitia nempe hominum... 578.
Melior est fidelis ignorantia... 292.
Melior est 'semper natus'... 107.
Mens amare se ipsam non potest... 73.
Mens et notitia eius et amor... 75
Mitissima sane poena eorum... 521.

Nemo computet bona opera... 557.
Nequaquam dubitare debemus... 526.
Nescio cur, sicut sapientia... 111.
Nihil in Deo see. accidens dicitur... 198.
Non alio magnus, alio Deus est... 160.
Non aliquis discipulorum Christi... 129.
Non debemus ideo evangelizare... 549.
Non dicturi sumus caritatem... 144.
Non eo ipso quod de Patre natus... 135.
Non ergo Pater solus nec solus F... 176.
Non est aliud Deo esse, aliud personam... 181.
Non est aliud Filius quam illud... 86.
Non est fruendum nisi Trinitate... 59.
Non est hoc dicere ingenitum... 209.
Non est putandum... homo... elatio... 439.
Non fit aliquid nisi Omnipotens... 311.
Non frustra in hac Trinit... Verbum... 119.
Non frustra putandum est... diabolum... 344.
Non frustra putari potest... diabolum... 344.
Non fuit corruptio corporis... 515.
Non ideo arbitr. est minorem esse... 137.
Non ideo carent libero arbitrio... 360.
Non ideo minorem Spiritum S... 129.
Non ista ex aliquo tempore cognovit... 276.
Non latuit angelos mysterium... 382.
Non pigebit me... quaerere... 62.
Non potest dici Trinitas pater... 200.
Non propter hoc naturam summi boni... 102.
Non quasi speciosa magnitudine... 273.
Non quoniam Deus Trinitas est... 171.
*Non sunt ergo audiendi... 411.
Non tres deos, sed unum Deum... 79.
Non vult Deus ut peccet homo... 322.
Nostrum est credere et velle... 490.
Nulla creatura est ante saecula... 338.
Nulla res est quae se ipsam gignat... 77.
Nullo sapiente homine auctore fit... 319.
◆Nullus horum alium aut praecedit... 159.
Nummus, cum dicitur pretium, relative... 221.

Omne verum a veritate verum est... 320.
Omnes catholici tractatores... 62.
Omnia fecit Deus valde bona... 346.
Omnia praecepta divina... 548.
◆Omnia quidem potest Deus... 294.
Omnipotentis voluntas multa potest... 302.
Omnis doctrina vel rerum est... 55.
Omnis natura bonum est... 532.
Omnis perturbatio passio... 541.
Opera nostra... possunt... videre... 551.
Oportet ut Creatorem per ea quae facta.... 70.

◆Pater Deus, de nullo genitus Deo... 85.
Pater est princip. totius divinit... 137, 215.
Pater et Filius unius... substantiae... 253.
Pater ipsa sapientia est... 83.
Pater principium est sine principio... 216.
Pater solus non est ab alio... 124.
Pater ut haberet Filium de se ipso... 80.
Peccati reum tenere quemquam... 489.
Peccatum ad mortem est... 575.
Per donum quod est Sp. Sanctus... 152s.
Per gratiam baptismatis... 513.
Persona ad se dicitur... 181,190.
Placuit universitatis creatori... 437.
Possunt intelligi plura peccata... 518.
Praedestinatione Deus ea praescivit... 538.
Primum see. auctoritates S. Script... 63.
Princeps vitiorum dum vicit... 493.
Probet se quisque... profec. caritas... 148.
Propter unitatem naturalem totus Pater... 161.

Quae tria in mente naturaliter... 74.
Quamquam per hoc quod dicit hodie... 106.
Quamvis diversum sit esse patrem... 213.
Quamvis ea quae mala sunt... non... bona. 315.
Qui putant eius esse potentiae Deum... 78.
Qui quaerit quare vol. Deus mundum... 308.
Quia bonus est Deus, sumus... 59,332.
Quia dum sibi invicem vir... 509s.
Quidquid ad se dicitur... sublimitas... 179s.
Quidquid ad se dicuntur, non... 207.
Quidquid casu fit... 531s.
Quocirca ridenda est dialectica... 89.
Quod credimus, nostrum est... 490.
Quod datum est, et ad eum qui dedit... 157.
Quod de corpore mortuo... 499.
Quod de Patre natum est, ... refertur... 158.
Quod dictum est, Filii caritatis... 85.
Quod proprie singula in Trin. persona... 180.

Quod putatur diabolus... 346.
Quod relative dicitur, non indicat subst... 81.
Quodam modo creatus... immortalis... 424.
Quomodo beatus inter angelos... 349.
Quomodo praeputium per circumcisionem..509.

Recte ipse Deus Trinitas intell. beatus... 79.
Res quibus fruendum est nos beatos... 194.

Satis est Christiano rerum creatarum... 80.
Scientia Déi est ipsa sapientia... 280.
Semper in nobis voluntas libera... 468.
Semper procedit Sp. S... ab aeternitate... 154.
Si caritas qua Pater diligit Filium... 113.
Si de Patre et F. procedit Spiritus S... 120s.
Si Dei Filius virtus et sapientia Dei... 104.
Si dixisset tantum 'te fruar'... 58.
Si essentia genus est, species persona... 165.
Si fruitur [nobis Deus], eget bono... 59.
Si gignens ad id quod gignit... 217.
Si hoc adiutorium vel angelo... 451.
Si illud iubeat potestas... 579s.
Si in donis Dei nihil maius caritate... 143.
*Si in illa natura... una... persona... 64.
Si inhaeseris atque permanseris... 60.
Si propter se homo diligendus... 58.
Si sic esset una persona... 77.
Si Spiritus S. filius diceretur... 122.
*Sic Christum Dei Filium... crede... 82.
Sic factus est homo rectus... 451.
Sic habetur in natura uniuscuiusque... 102.
Sicut ab eo quod est esse... essentia... 100s.
Sicut corpus carnis nihil... 131.
Sicut dicis 'Spiritus sp. genuit'... 88.
Sicut enim morbis ac vulneribus... 527.
Sicut Filio praestat essentiam... 155s.
Sicut illi primi parentes... 522.
Sicut in illo coniugio primorum... 458.
Sicut natum esse est Filio... 153.
Sicut nostra scientia scientiae Dei... 88.
Sine Spiritu S. constat Christum... 147.
Solum Patrem dicimus, non quia... 175.
Spiritum S. nec genitum nec ingenitum... 124.
Spiritus mali quaedam vera... 362.
Spiritus S. commune est aliquid Patris... 113.
Spiritus S. in tantum donum Dei est... 153.
Spiritus S. ineffabilis P.F. communio... 201s.
Spiritus S. nec Patris est solius... 110.
Spiritus S. non de Patre procedit... 126.
Spiritus S. procedit de P. non... natus... 122.
Spiritus S. qui non Trinitas... 154,201.
Spiritus S. ubi sit dictus caritas... 112.
Substantia intelligitur illud quod... 546.
Substantiam Dei sine... commutatione... 98.
Summum malum nullum modum habet... 530.
Superna Ierusalem, mater nostra... 376.

Talem potuit Deus hominem fecisse... 304.
Tanto maiori iniustitia... 521.
Tempora variata sunt, non fides. 293.
Teneamus Patrem et F. et Sp. S... 63, 103.
Tres personas eiusdem essentiae... 88,192.
Trinitas est unus et solus et verus... 61.
Trinitas haec unius... substantiae... 87.
Trinitas nullo modo potest dici filius. 202.

Una est Trin. essentialiter divinitas... 215.
Unde est dilectio nisi... a Sp. S... 149.
Utendum est hoc mundo... 56.
Uti est assumere aliquid... 57.
Utrique legimus: Ut simus... 86.

Verbum quidem solus F. accipitur... 206.
Video infirmae cogitationi... 362.
Viderunt summi philosophi nullum... 69.
Voluntas est per quam fruimur... 60.

BEDA

Cum ad nos Angeli veniunt... 272.
Cum Spiritus gratia datur hominibus... 126.
Decebat ut dies a luce... 391.
Hoc superius caelum... 340.
In eo quod dicit faciamus... 406.
Non sunt ergo audiendi... 411.
Notandum quod mentem hominis... 370.
Occidente luce paulatim... 392.
Spiritus immundus... venenum... 370.

FULGENTIUS [= sub AUG.]

Praeparavit Deus malis ignem... 287.
Alius est Pater in persona... 192.
Bonae voluntatis et cogitationis... 578.
Deus cum Verbum genuit... 82.
Deus Pater, qui verissime se indicare... 82.

‘Firmissime tene... concipitur... 499.
*In Dei substantia non est aliquid... 102.
*In ilia Trinitate s. aliud est... 197.
‘Nullus horum alium aut praecedit... 159.
‘Pater Deus, de nullo genitus... 85.
‘Si in illa natura... una... persona... 64.
‘Si sic esset una persona... 77.
‘Sic Christum Dei Filium... crede... 82.
‘Teneamus Patrem et F. et Sp. S .. 63, 103.
‘Una est Trinit. essent, divinitas... 215.

GENNADIUS

Animas hominum non esse ab initio... 421.
Daemones per inergiam... 369.

GREGORIUS MAGNUS

Contemnenti qui non vult... 537.
Dominus Deus lesus, in eo quod... 106.
In illa summa civitate... 372.
‘Licet Deus communi modo... insit... 264.
‘Multi voluntatem. Dei peragunt... 323.
‘Omnes in peccatis nati sumus... 499.
Peccatum quod poenitentia... 539.
Quanto in eo subtilior... 355.
Quid est quod ibi nesciant... 383.
Superna illa civitas... 376.
Tumoris elatio... 579.

HIERONYMUS

Ab Arianorum praesule hypostaseon... 197.
Cetera, cum sint liberi arbitrii... 361,462.
‘Credimus in Sp. S., qui de Patre... 119.
De Filio Dei... scriptum est... 91.
‘Deus solus qui exordium non habet... 95.
In S. Sc. ‘quis’ saepissime... 105.
Magna dignitas animarum... 380.
‘Non est prorsus in Trinit. gradus... 196.
‘Omne quod est, aut ingenitum est... 125.
Sex millia necdum nostri temporis... 338.
Solus Deus est in quem peccatum... 359, 462.
‘Spiritus S. nec Pater est nec F... 112.
‘Spiritus S. Pater non est... 124.
Tria generalia delicta... 569.

HILARIUS

Absolutius voluit intelligi... 64.
Affert plerisque obscuritatem... 161.
Aliud est sine auctore semper... 109.
Comparatio terrenorum ad Deum nulla... 249.
Conserva hanc, oro, fidei meae... 120.
Cum dicit Christus: Sicut Pater... 108.
Dominus dicit: Qui me videt... 185.
Donat Pater Filio tantum esse... 109.
Eandem naturam habet genitus... 84.
Eos qui dicunt... esse Filium... 91.
Esse non est accidens Deo... 96.
Est unus ab uno, scilicet... 211.
Fateamur ergo quod Pater... 162.
Homo aut aliquid ei simile... 249.
Intelligentia dictorum... 84, 192, 540, 547.
In Deo totum quod est vivit... 108s.
In S. Spiritu tuo... misso... 120.
Ipso quo Pater dicitur... auctor... 218.
Imago eius ad quem... species... 227.
Minus forte expresse videtur... 231.
Nativitas Dei non potest... 83, 156.
Nativitas proprietas est... 241.
Natura filius est, quia... 88.
Naturae cui contradicis... unitas... 236s, 297.
Nemo ambigit quin quae in rebus... 109s.
Nihil nisi natum habet Filius... 83.
Non ex compositis Deus... vita... 101.
Non humano modo ex compositis Deus... 101.
Non per desectionem... ex Deo Deus... 156.
Nos unigenitum Deum in forma Dei... 84.
Numquid unigenito Deo contumelia... 84.
Optimus lector est qui dictorum... 239.
Qui dixit: Faciamus hominem... 64.
Si igitur donantis auctoritate... 141.
Si quis innascibilem... Filium... 228.
Si semper Patri proprium est... 199.
Unigenitus Deus cum natus sit... 87.
Utriusque natura non differt... 241.
Vero Patri solus... vere Filius... 200.
Vivens Deus... potestas est... 108.

IOANNES CHRYSOSTOMUS

Non, ut haereticus inanitur... 394s.
‘Omnipotens dicitur quia posse... 296.
Sicut multa de Deo intelligimus... 267.

JOANNES DAMASCENUS

Characteristica idiomata... 243.
Communia et universalia... 167s.
Confitemur deitatis naturam... 161.
Differentiam hypostaseon... 205s.
Esse quidem intemporaliter... 205.
In deitate unam naturam... 196.
Non differunt ab invicem... 205.
Substantia significat communem... 168.

ORIGENES

Omnia quae Dei sunt... 101 (nota).
Puto sane quia sancti... 358.
Salvator noster est sapientia... 107.
Serpens hostis contrarius veritati. 347.

III. - AUCTORES ET SCRIPTA

Abaelardus, v. Petrus Abaelardus.

Actus Apost. *1, 5:* 513 (Gl.o.) ; *2, 1-4:* 127; 2, *2-3:* 130; 2, *2-4:* 138; 2, *3-21:* 248; 2, *17:* 248 ; *2, 33:* 130 ; *5, 3:* 370 (Gl.o.) ; *8, 15:* 129; *8, 18, 19:* 129; *8, 20:* 146, 201; *9, 15:* 128 ; 72, *15:* 380 ; 77, *28:* 262; 27, *10-14:* 328 ; *28, 3:* 370 (Gl.o.).

Adhetnarus de S. Rufo Valentiae ; 244s.

Albertus Magnus, et initium Dist. XV secundi libri : 398.

Alcherus Claraevallensis (?), *De diligendo Deo* (PL 40, 847ss) : 334.

Alcuinus, *Interrog. et resp. in Genesim* (PL 100, 516ss) : 388.

Alexander Pp. III, *v.* Rolandus Bandinelli.

Alexander de Haies, et initium Dist. XVIII primi libri; 152; initium Dist. XXVII secundi libri : 480.

— *Glossa in Sent.* I (ed. Quaracchi 1951), dist. 32, c. 1, *n. 5:* 241.

Alypius, *Epistola* (Aug.) *186 ad Paulinum* (PL 33 ; CSEL 57), *c. 3:* 472 ; *c. 10:* 471 ; v. etiam August., *Epist. 170.*

Ambrosiaster, *Jn Epist. S. Pauli* (PL 17 [1845], 45ss ; CSEL 81-1, 81-11), in Rom. 7, *19:* 69; *5, 12:* 501s ; *6, 13:* 500 ; 7, *15:* 555 ; 7, *18:* 507, 555 ; 7, *22:* 507 — In I Cor. 72, *3:* 320 — In II Cor. 7, *23:* 474 ; *5, 19:* 163 — In Gal. *5, 22:* 60 — In Coloss. 2, *3:* 257.

— *Quaestiones Vet. et N. Test.* (PL 35, 2213ss; CSEL 50), *q. 97:* 294; *q. 106:* 294 ; *q. 122:* 186.

Ambrosius (S.), *De fide* (PL 16 [1845], 527ss ; CSEL 78, Iss), L. I *e. 1:* 64, 67; *c. 2:* 186, 187, 189 ; *c. 8:* 104 ; *c. 9:* 104 ; *c. 10:* 104s ; c. 77; *66, 103,* 104 — Lib. II *prol.:* 178 ; *c.* 7; 186 ; *c. 3:* 186 ; *c. 6:* 462 ; *c. 8:* 186 — Lib. V *c. 3:* 186 ; *c. 16:* 258.

— *De incarnationis dom. sacramento* (PL 16 [1845], 817ss; CSEL 79, 223ss), *c. 8:* 212.

— *De officiis* (PL 16 [1845], 23ss), Lib. I, *c. 30:* 557.

— *De paradiso* (PL 14 [1845], 275ss ; CSEL 32, 265ss), *c. 8:* 529.

— lapsus, homo vulneratus et spoliatus 465, 493, 535 ; et servus factus peccati 466 (v. Adam, servus peccati).

— gloriae, aequales angelis erimus 333, 375 ; beati 57, 350, 372 ; perfecta beatitude post

resurrectionem in corpore glorificato 335, 423.
Stuprum, malum in se nec fieri potest bono fine 559.
Subsistentia in divinis 156, 192s.
Substantia, dicitur ab eo quod est subsistere (Aug.) 101 ; est aliquid esse (Aug.) 546.
— creata, alia corporalis, alia spiritualis 69 ; omnis circumscripta seu finita 270s ; humana, quae per propagationem descendit ab Adam 504s ; anima et vires, una substantia 73s.
— increata, Deus est quaedam substantia (Aug.) 245, non tamen proprie 100s ; in Trinit. aliter accipitur a Graecis, aliter a Latinis 182, 184s, 192s ; quomodo praedicatur de personis 82-84, 155s.
Suggestio, primus gradus in tentatione 459.
Superbia, amor propriae excellentiae (Aug.) 517, propriae potestatis 440 ; quadruplex (Greg.) 571 ; initium omnis peccati, radix cuncti mali 571; superbia et cupiditas 571s; imitatur celsitudinem Dei 341, 351 ; mater invidiae (Aug.) 351 ; obex caritatis 142 ; opponitur humilitati et obedientiae 433 ; habet confusionis deformitatem, non confessionis humilitatem (Aug.) 444; peccata de superbia (Aug.) 539 ; primum peccatum Luciferi 341, 351, 433 ; superbia in peccato Adae 518 ; in Eva 440s.
Symbolum, Nicaenum 115; conciliorum apud Graecos 115; Hilarii 120; Leonis Pp. III 115.
Synderesis, v. Scintilla rationis.

Templum Dei, improprie dicitur locus Dei 274, 535 ; in animabus sanctis 264, 266, 535 (v. Habitatio Dei).
Temporalia, in aeterna conducunt 56; peti possunt in oratione, sed propter aeternam vitam 550.
Tempus 220-222, 270-272, 400 ; est variatio qualitatum in creatura 271 ; a Deo removetur 96, 97, 118, 292s ; coepit cum creatura 221, 338, et non erat ante mundum 339 ; iam fuit primo die 390 ; quatuor tempora anni, post creationem luminarium 400 ; nunc agitur repetitione septem dierum 405.
Tenebrae, lucis absentia (Aug.) 386; sed et quodammodo aliquid 386s ; super faciem abyssi (Gl. o., Aug.) 387.
Tentatio, alia interior, alia exterior 436s ; interior aliquando ab hoste, aliquando a carne 437; exterior ab adversario 437, tribus modis 436 ; gloriosius non consentire quam tentari non posse (Aug.) 447 ; ducit ad coronam si resistitur 460; alias ad peccatum 456-460.
— carnis, non fit sine peccato et difficilius vincitur 437.
— diabolica, permissa a Deo (a quo potestas) 363s, 434s, 447, 578s ; ad iustos confirmandos 579 ; proficit sanctis 346 ; peccatum non est, sed materia virtutis exercendae 437 ; quomodo diabolus se ingerit 459s.
Ternarius in Trinitate (?) 188s.
Terra, corporalis creatura (Aug.) 337, 341 ; elementum primitivum 388 ; ubi creata 387s ; apparebat post congregationem aquarum (Beda) 398.
Testimonium falsum, malum in se nec fieri potest bono fine 559.
Theologia, vel rerum vel signorum est (Aug.) 55 ; quaerit faciem Dei 62 ; doctrinam Scripturae advertit 55 ; cum modestia et timore agit de Trinitate 62s ; clypeis rationis muniri debet 3 ; rationibus congruisque similitudinibus utitur 68.
Throni, angeli in quibus Deus sedet et iudicat 371 ; thronus sapientiae, anima iusti 265.
Timor servilis, peccatum et poena 541 ; quo creditur Deo, non tamen in Deum (Aug.) 558 ; quod timore fit, ab invito fit 558, et quamvis bonum, non bene 563, quia agens caritate vacuus 563 ; timor poenae, finis imperfectus obedientiae 548 ; timor et cupiditas, duo modi peccandi qui includunt omnia peccata mortalia 569.
Totum quod est in Deo, unum est (Hil.) 101 ; et vivit (Hil.) 108.
Traducianismus, et origo animae 420s; et transmissio peccati originalis 505s.
Tributa potestati civili reddenda 579.

Trinitas SS. 61-254 ; id est, unus Deus vel unitas essentiae in tribus personis 62, 63 (Fulg.), 87 (Aug.), 102, 176 ; 'trium unitas' (Isid.) 189 ; nomen excellentiae (Aug.) 56 ; nomen quasi collectivum pluralitatem designans personarum 179 ; quia est trinitas personarum, non nominum 102 ; res summa et excellentissima 62, 194 (Aug.) ; summum et incommutabile bonum 58, 61 ; summa origo omnium 56, 70 ; qua fruendum est 56, 58, 59, 194.

— cognoscitur mentibus per iustitiam fidei mundatis (Aug.) 61 ; quid tenet fides 61, 79 ; cognita Philosophis de longinquo 71 ; cum modestia et timore tractandum est de hoc mysterio 62 ; quod monstratur Scriptura S. 63-68 ; in 'Faciamus hominem' 64 (Fulg., Hil.), 188 (Hil.), 406 (Beda) ; in forma Baptismi 67 ; ex ipso, per ipsum et in ipso 68, 71, 262 ; per vestigia eius in creatis 68-71 (u. Trinitates creatae) ; relucet in anima humana 71-76 ; in qua habitat 145 (v. Habitatio Dei).

— in Trinitate nulla desectio aut protensio aut derivatio in generatione et processione (Hil.) 156; nec diversitas nec singularitas vel solitudo (Hil.) 64 ; nec gradus (Pelag.) 196 ; nec intervalla temporum (Aug.) 118 ; nec multiplicitas 186 ; nec numerus (?) 169 (Dam.), 187-189; nec partes 163-166; quia immutabilis simplexque substantia 102.

— tres ergo, quid (?) 167, 182, 183, 191, 192, 193, 194; tres dii (?) 79s, 180, 183s ; tres entes (?) 193 ; tres essentiae (?) 184s ; tres hypostases 185, 192s, 196 ; tres omnipotentes (?) 180; tres personae (v. Personae divinae) ; tres res (?) 194 ; tres substantiae (?) 184s, 192s, 231 (Hil.) ; non triplex Deus sed trinus 171.

Trinitates creatae, quibus lumine fidei Trinitas increata aliquatenus cognoscitur 71 ; vestigia in creaturis 70 ; unitas, species, ordo 70s ; imago in anima 71-76 ; memoria, intelligentia, dilectio (voluntas) 72-75 ; mens, notitia, amor 75s.

Tristitia vel acidia 570.

Tyranni, unde potestas 578s ; quando eis resistendum 579s.

Ubiquitas 132, 249 (Hil.), 263-275, 535 ; ratione humana non potest intelligi 267s ; Deus nusquam non adest (Hil.) 264; quin inquinatur sordibus rerum 268s ; in omnibus essentialiter et totus, plenius autem in sanctis 265, 535 ; accessus Spiritus ad non habentem gratiam 146-148.

Unio beata inter Deum et spiritum rationalem 334s.

Unitas divina, ostenditur in Vet. Test. 63s ; in Novo Test. 67s ; ibi ubi nulla diversitas (Ps.-Ambr.) 163 ; in natura sive essentia (Aug., Fulg.) 76s ; simplex et singularis (Isid.) 189 ; privative accipitur 187 (et nota).

Universale, quod praedicatur de pluribus 168 ; de subiectis particularibus (Dam.) 167 ; dicit naturam communem 230 ; removetur a Deo 167-169.

Universum, admirabilis pulchritudo eius (Aug.) 318 ; etiam cum malis 318 ; an melius creari potuisset 303-305.

Unum, vere unum cui non additur quid unum (Aug.) 230; in quo nullus numerus (Boeth.) 101s ; totum quod est in Deo unum est (Hil.) 101 ; personae unum sunt, non unus 162 (Hil.), 249, unum unitate naturae 67 (Ambr.), 249 ; una scientia et voluntas 90, una sapientia et caritas (Aug.) 111.

Usia, essentia vel substantia (Aug.) 95, 185.

Uti et frui 56-61 ; uti bene, uti male 479.

Vana gloria, amor propriae excellentiae 435 ; vitium capitale 570.

Vapores unde nubes formantur (Beda) 396.

Verbum creatum, notitia mentis imago Verbi aeterni 76 ; nostrum verbum, quod nascitur de nostra scientia, dissimile Verbo Dei (Aug.) 88; verbo (exteriori) fit peccatum 569 ; tempore mutato, verba mutata (Aug.) 293.

— increatum, natum de Patris essentia (Aug.) 88 ; proprie Filius (Aug.) 206 ; perfectum 226 ; quidquid habet, de Patre habet 121 ;

ars Patris 226, quia in Verbo Deus disponit omnia (Aie.) 388s, 393, et in ipso dixit 'Fiat' 393 ; per ipsum facta sunt omnia 71 (Aug.), 316 ; ubique est per se ipsum 274 ; angeli omnia sciunt in Verbo (Isid.) 383.

Veritas prima, causa omnis veritatis 320 ; veritas humanae naturae 504s.

Verum, omne est a Veritate (Aug.) 320, a Spiritu Sancto (Ps.-Ambr.) 321.

Vespera, in opera creationis 391 ; nunc 392.

Vestigium, *v.* Trinitates creatae.

Vir, imago et gloria Dei 455.

Vir, mulier et serpens in omni tentatione et peccato 455-460, 524.

Virtus (habitus), bona qualitas mentis qua recte vivitur, etc. 479, 480 ; bonus usus liberi arbitrii (Aug.) 479 ; bona qualitas mentis quae animam informat (Bern.?) 482 ; bonus usus potentiarum interiorum(?) 486 ; accidens in creatura 100 ; falsa, sine agnitione veritatis aeternae (Aug.) 562 ; an virtus sit gratia 481 s.

Virtutes (habitus), moventur a Deo extra, a lib. arbitrio intra 481-483 ; forma earum, caritas 484 ; ex muneribus earum boni sumus et iuste vivimus 484 ; perficiuntur tentationibus diaboli 437 ; appetendae propter se (?) 59-61.

— theologicae, necessariae ad observantiam mandatorum Dei 562s ; caritas, forma virtutum 151s, 484; v. Fides, Caritas.

Virtutes (angeli), eorum est signa et miracula facere 371 ; de tertio terno sunt 371.

Visibile, omne mutabile est (Aug.) 369.

Visitatio iniquitatum patrum 517-520,522,525.

Vita, prima et summa Deus 226 ; Filio vitam dedit Pater 108 (Hil.), 121 (Aug.) ; in Deo vita sunt omnia 258 (et nota) ; vita aeterna, gratia nuncupatur quia gratis datur (Aug.) 484 (v. Beatitudo).

Vitia, non sunt substantia (Aug.) 546 ; privationes bonorum naturalium (Aug.) 527 ; quae non valent vitia penitus consumere 553 ; quibus homo fit deterior 319s ; vitia capitalia 570-572.

Vocabula diversa sortitur quid ex causis variis 468.

Voluntas Dei 306-316 (v. Potentia divina) ; nomina et signa in Script. S. 309-312, 322 ; est ipsa natura sive essentia divina 90, 160 (Aug.), 309 ; dicitur eius lib. arbitrium, quod libera bonitate omnia facit prout vult 462 ; causa eius non est quaerenda 308 (Aug.), 334, 448 (Aug.) ; sapientiam praeire non potest (Orosius) 89 ; prima et summa causa omnium quae sunt 308s, 331, 413; quod Philosophis absconditum fuit 309 ; non vult nisi bona 90 ; non vult aliquid fieri quod non fiat 312-314 ; voluit passionem Christi 326.

— semper impletur vel ab aliquo vel de aliquo (Aug.) 321s, 451 ; semper invicta (Aug.) 324, semper efficax 313, 321 ; non potest cassari 309, 312; quis resistet? 296, 298, 309, 312, 313, 315, 322s ; impletur etiam per malam hominis voluntatem 321s, 325s, qua utitur ad bonum 326 ; an mala fiant Dei voluntate 314-317 ; quaedam fiunt contra sed non praeter eam 323s.

Voluntas humana 547-556 ; inter naturalia bona hominis 465, 535, 544, 553, inter meliora 448 ; pars imaginis Dei 72s ; est motus animi nullo cogente, etc. (Aug.) 471, 565 ; qua peccatur et recte vivitur (Aug.) 489, 566 — naturalis, qua anima naturaliter vult bonum 453, 555s — deliberativa, ut pars lib. arbitrii 452 (v. Liberum arbitrium); nihil tam in potestate nostra (Aug.) 490, 566 ; nunquam cogi potest, unde merito iudicatur apud Deum 466 ; prima causa peccandi (Aug.) 216, 262, 566, et subiectum principale peccati 531, 564, 565 ; ex fine suo cognoscitur utrum recta an prava 547, 552 ; ex fructibus 557 — operativa, dist. vis et actus seu motus eius 554, 555 ; differunt voluntas, intentio, finis 551s ; an actus et voluntas duo peccata 566-568 ; aliquando opponitur voluntati Dei 325, quam tamen non impedit 313s.

— bona, donum Dei est 483, 490, 578, quia sine gratia non liberatur 471, 472, 473, 475s, 489 (v. Iustificatio), et gratia indiget ut effective velit et operetur bonum 469, 470s, 472, 485, 555 ; sed gratia non sufficit

sine voluntate (Aug.) 472 ; tunc cum bona intentione facit actus vere bonos 325, 557.
— mala, serva peccati 473 ; vinculum deducens in tenebras exteriores (Aug.) 549 ; unde est, a voluntate bona (?) 532 ; a nobis vel a diabolo 578 ; cum intentione perversa facit actus simpliciter malos 557.
⊢ ut actio, bona est via ad beatitudinem 549, 552 ; mala, peccatum mortale 566 ; an omnes voluntates hominis sine fide malae sint 562 ; voluntas facti non est semper voluntas peccati 565.
Voluntas, in angelis bonis 359-361 ; in daemonibus 359, 360.
Vox Dei, in operibus sex dierum 393.

INDEX GENERALIS

TEXTUS PRIMI LIBRI

Sigla codicum 2
Prologus auctoris 3
Capitula primi libri 5
Capitula secundi libri 18
Capitula tertii libri 31
Capitula quarti libri 40
Incipit Liber primus : De mysterio Trinitatis 55
Distinctio I : De frui et uti 55
» II : Testimonia S. Scripturae de Trinitate . . 61
» III : Quomodo per creata potuit cognosci Creator 68
» IV : Utrum Deus genuerit Deum 77
» V : An Pater genuit essentiam, etc 80
» VI : Utrum Pater genuit necessitate - - - - 89
» VII : De potentia generandi, an sit in Filio . . 91
» VIII: De proprietate, incommutabilitate et simplicitate Dei essentiae 95
» IX: De coaeternitate Filii cum Patre . . . 103
» X: Quod Spiritus S. sit amor Patris et Filii . 110
» XI : Quod Spiritus S. procedit a Patre et Filio 114
» XII : Utrum prius vel magis processerit a Patre 118
» XIII : Quare Spiritus S. non dicatur genitus . . 121
» XIV : De gemina missione Spiritus Sancti . . 126
» XV : De missione Filii 130
» XVI : De missione visibili Spiritus Sancti - - - 138
» XVII : De missione invisibili Spiritus Sancti . . 141
» XVIII : Quomodo Spiritus dicatur donum et datum 152
» XIX: De aequalitate personarum in magnitudine 159

Distinctio	XX	De aequalitate in potentia	172
»	XXI	De dictione 'solus' in divinis	174
»	XXII	De nominum differentia	178
»	XXIII	De hoc nomine quod est persona	181
»	XXIV	De dictionibus 'unus', 'tres', etc.	187
»	XXV	Quid significet 'tres (vel duae) personae'	190
»	XXVI	De proprietatibus personarum	196
»	XXVII	Quod per proprietates personae determinantur	203
»	XXVIII	De notionibus in personis	209
»	XXIX	De notione communi 'principium'	215
»	XXX	De his quae temporaliter dicuntur de Deo	220
»	XXXI	De appropriatis singulis personis	223
»	XXXII	De dilectione et sapientia	232
»	XXXIII	Utrum proprietates sint personae vel essentia	240
»	XXXIV	Quod idem est divina natura et res naturae	246
»	XXXV	De scientia, praescientia, providentia, etc.	254
»	XXXVI	An omnia sint in divina essentia	258
»	XXXV11	Quibus modis Deus dicatur esse in rebus	263
»	XXXVIII	An praescientia Dei sit causa rerum	275
»	XXXIX	Utrum scientia Dei possit augeri vel minui	280
»	XL	De praedestinatione et reprobatione	284
»	XLI	Quid sit obduratio, quid misericordia	288
»	XLII	De omnipotentia Dei	294
»	XLIII	Invectio contra coarctantes Dei potentiam	298
»	XLIV	An Deus possit facere aliquid melius quam facit	303
»	XLV	De voluntate Dei et de signis eius	306
»	XLVI	De eadem voluntate respectu boni et mali	312
»	XLVII	Quod voluntas Dei semper efficax est	321
»	XLVI II	Quid congruit homini velle	325

Hic finitur primus liber De mysterio Trinitatis.

TEXTUS SECUNDI LIBRI

Incipit secundus Liber : De rerum creatione, etc.

Distinctio	I	De principio et ratione creationis	329
»	II	De angelis, quando et ubi facti sunt	336

Distinctio III : Quales facti fuerint angeli.....341
» IV : An perfecti et beati creati sint, an miseri 348
» V : Quales effecti sint aversione et conversione 351
» VI : De lapsu Luciferi et sociorum eius . . . 354
» VII : De libero arbitrio angelorum, et de potestate daemonum.....362
» VIII : Utrum angeli corporei sint.....365
» IX: De ordinum distinctione, et de decimo ordine 370
» X : De missione angelorum.....377
» XI: De custodia angelorum, et de eorum meritis 379
» XII : De operum sex dierum distinctione . . . 384
» XIII : Quae fuerit prima distinctionis operatio . 389
» XIV : De opere secundae, tertii, quarti dierum. 395
» XV : De opere quinti et sexti dierum, et de requie septimae diei 400
XVI : De homine facto ad imaginem Dei . . . 406
» XVII : De creatione animae, et de paradiso . . 410
» XVIII : De formatione mulieris, et de causis rerum 416
» XIX : De primo hominis statu ante peccatum . 421
» XX : Qualiter primi parentes filios procréassent 427
» XXI : De invidia diaboli, et de modo tentationis 433
» XXII : Quae fuerit origo et radix primi peccati . 439
» XXIII : Quare Deus permiserit tentationem, et de cognitione Adae ante lapsum.....447
» XXIV : De gratia Adae, de libertate eius et ratione, et de ordine peccandi in eo et in nobis . 450
» XXV: De libero arbitrio, et de corruptione eius. 461
» XXVI : De gratia et justificatione gratuita . . . 470
» XXVII : De virtute, quid sit et quid actus eius . 480
» XXVIII : De gratia et libero arbitrio contra Pelagianos 487
» XXIX : De gratia in statu innocentiae, et de eiectione hominis de paradiso.....492
» XXX : Quid sit originale peccatum, et quomodo omnes dicuntur in Adam fuisse - - - - 496
» XXXI : Quomodo illud peccatum traducatur . . 505
» XXXII: Quomodo in baptismo dimittatur - - - 511
» XXXIII: Quod solum Adae peccatum in filios visitatur 517
» XXXIV : In qua re sit peccatum.....525
» XXXV : Quid sit peccatum actuale.....529

Distinctio XXXVI : Quod quaedam simul sunt peccata et poena peccati, quaedam causa, quaedam poena et causa..... 536
» XXXVII : An Deus sit causa mali et peccati . . . 543
» XXXVIII : De voluntate eiusque fine disseritur . . 547
» XXXIX: An peccatum sit in sola voluntate . . . 553
» XL : An ex fine actus pensari debeant boni vel mali..... 556
» XLI : De intentione et voluntate in peccato . . 561
» XLII : De radicibus et divisionibus peccatorum . 566
» XLIII : De peccato in Spiritum Sanctum . . . 572
» XLIV : De potentia peccandi, an sit a Deo . . 577

INDICES

I. Bibliothecae et codices manuscripti..... 583
II. Auctoritates citataea Magistro..... 584
III. Auctores et Scripta..... 590
IV. Index doctrinalis 605
V. Index generalis..... 637
Corrigenda et Addenda..... 641

CORRIGENDA ET ADDENDA

Pag. 68, nota 8 : Auctoritas *Glossae ordinariae* non invenitur in duobus codicibus quos post textum iam impressum consulimus, scilicet Florentiae, Bibi. Laurent. Pl. V.d.II (f. 2v) [= 1], et Pl. XXIII. 5 (f. 2v) [= m].

pag. 108, lin. 20 : *aeternae* legimus cum Patrologia latina et Pp. Editoribus utriusque editionis ; sed forsitan *aeterne* legendum est.

p. 145, in nota ad cap. 4 : Legas Petfrus] pro Pe[trus].

p. 286, in nota ad nn. 1-2 : addatur : « necnon et Augustinus, *De bono perseverantiae»* (PL 191, 1449 C, cum rubrica marg, in z 28a).

p. 359, in nota 2 : Legatur *Epist. 21* pro *25.*

p. 408, nota 2 : Advertas quod *Sermo 52* b. Augustini nuper in lucem datur a P. Verbraken, *Le sermon LU de s. Augustin sur la Trinité et l'analogie des facultés de l'âme,* in *Revue Bénéd.* 74 (1964), hic 26-34.

p. 443, nota 1 : Verba quae hic citantur ut Augustini inveniuntur sine rubrica in codicibus citatis *Glossae ordinariae* in 1 Tim. 2, 14 (cod. 1, f. 163b ; m, f. 148b).

p. 465, lin. 8-16; necnon et p. 493, lin. 22, et p. 535, lin. 14-15. Quatenus interpretatio parabolae hominis qui incidit in latrones et sic fuit vulneratus in naturalibus et spoliatus gratuitis iam locus communis fuisse videtur, forsitan melius esset delere citationem Bernardi Cluniacensis. Eodem enim modo illa interpretatur Gerhohus Reichersbergensis

ultimis mensibus anni 1159 (cf. D. Van den Eynde, *L'oeuvre littéraire...,* 320) in sua *Expositione* psalmi 77 : « Samaritanus autem quidam iter faciens, non tamen eadem via, quia natus in mundum sine carnis concupiscentia fuit alienus ab originali simul et actuali culpa, subvenit **spoliato** et **vulnerato,** spoliato bonis accidentalibus, quae abstrahi potuerunt ei, ut est innocentia, obedientia ; vulnerato in bonis naturalibus, ut est memoria, ratio, voluntas, quibus quidem non est omnino privatus, attamen eisdem sauciatis et vulneratis ita debilitatus, ut memoriam Dei oblivio, rationem veritatis ignorantia, voluntatem prava concupiscentia premat, nec est medicamentum quo sanari queat, nisi praedictus ille Samaritanus oleum et vinum vulneribus eius infundens curam eius agat... » (PL 194, 438 B).

p. 475, ad notam 7 : Error quo *De spiritu et littera* sub titulo citatur *De baptismo parvulorum,* iam erat Flori Lugdunensis, quem hic inscie sequitur Magister; cf. *Revue Bénéd.* 57 (1947) 168b et 184a.

p. 485, ad cap. 7, n. 2 : Verba introductoria auctoritatis Augustini inveniuntur in *Glossa ordin.* in I Cor. 15,9 (cod. 1, f. 68c; m. f. 66b).

p. 491, nota 1 : Deleatur 1 post *De praedestinatione sanctorum,* eo quod hoc opus Augustini non dividitur in libros.

p. 507, ad finem notae 3, post *Contra lui. opus imperfectum VI,* addatur *cap. 14.*

p. 535, nota 3 : vide aliam formam huius auctoritatis supra, p. 274, lin. 19-21.

p. 562, ad num. 2-3. Easdem auctoritates invenimus in codicibus praenominati *Glossae ordin.* (cod. 1, f. 31 c; m, f. 32c).

NIHIL OBSTAT

Cryptaeferratae, die S nov. 1971

Fr. Aeqidius Caggiano O.F.M.
Cens. dep.

EX PARTE NOSTRA IMPRIMI POTEST

Romae, die 16 nov. 1971

Fr. Angelicus Lazzeri
Vicarius Glis O.F.M.

IMPRIMATUR

Tusculi, die 26 nov. 1971

f Aloysius Liverzani
Episcopus

Finito di stampare ii testo dei Libri I–II il giorno 22 gennaio 1970
con i tipi della Tipografia Ti-Fra-Mi, Quaracchi (Firenze)

Finito di stampare gli Indici il giorno 7 dicembre 1971
con i tipi della Tipografia Porziuncola, S. Maria degli Angeii - Assisi

SPICILEGIUM BONAVENTURIANUM

V

SPICILEGIUM BONAVENTURIANUM

cura

PP. Collegii S. Bonaventurae

Ad Claras Aquas

V

Magistri Petri Lombardi

Parisiensis Episcopi

SENTENTIAE

IN IV LIBRIS DISTINCTAE

Grottaferrata 1981

MAGISTRI PETRI LOMBARDI
Parisiensis Episcopi

SENTENTIAE
IN IV LIBRIS DISTINCTAE

Editio Tertia
Ad Fidem Codicum Antiquiorum
Restituta

Tomus II
LIBER III ET IV

Editiones
Collegii S. Bonaventurae Ad Claras Aquas
Grottaferrata (Romae)
1981

PROPRIETAS LITTERARIA

ISBN 88 - 7013 - 068 - 1

INDEX GENERALIS
PROLEGOMENORUM

Cap. I. - *Magister Petrus in Scholis suis* 7*
A. Opponitur in Scholis Mauricii 8*
B. Quae opera legerit Lombardus ultimo sexennio (1155-1159) . 11*

Cap. II. - *Iter Italicum Lombardi* 13*
A. Opiniones praeviae 13*
B. Quid dicunt fontes ? 15*
C. Lombardus quid Romae sumpserit 18*
D. Librum Sententiarum compingit 18*

Cap. III. - *Alia opera Magistri Petri* 19*
A. Interpretatio Obituarii S. Mariae 20*
B. An et ubi nunc inveniantur ? 22*
C. Quaedam normae ad opera Magistri dignoscenda 23*

Cap. IV. - *Testimonia ipsius Lombardi* 28*
A. In Ioel 29*
B. Testimonia in Sermonibus Magistri 33*
C. Glossa in Isaiam 35*
D. Glossa in Exodum 36*

Cap. V. - *Testimonia post Lombardum* 39*
A. Petrus Comestor 39*
B. Stephanus Langton 44*

APPENDICES

Tres Textus Originales Magistri Lombardi 53*
I. Tractatus de Incarnatione 54*
II. Tractatus de Corpore Domini 77*
III. Tractatus de Coniugio 84*

Sigla et Abbreviatiofies..... 89*

Indices Prolegomenorum

I. Bibliothecae et codices manuscript!.....95*

II. Auctores et Materia..... 96*

PROLEGOMENA

Faciendi plures libros nullus est finis; immo *carnis afflictio est,* eo quod *qui addit scientiam addit et laborem* L Nullus quippe est finis laboris: nam etsi fontes Lombardi undequaque quaesivimus ac bibliothecas manu versavimus diurna ac nocturna, omnino nobis conscii sumus imperfectionum huius tertiae editionis; unde laeto corde correctionem accipimus, ut successores nostri Collegii (si adhuc restat) saeculo venturo opus omnino perfectum offerant.

His inde paginis quaedam nova, quaedam vetera proponuntur, ad compositionem et historiam *Libri Sententiarum* clarius illustrandum necnon et ad vitam et actuositatem Magistri Petri determinandum. In aliis enim Prolegomenis, ad primum tomum, negligentia seu potius ignorantia nostra sese pluries manifestavit interpretando Obituarium eius, ubi enumerantur *libri eius* in sacram paginam quos Capitulum S. Mariae hereditate possidebat. Quod revera opera Magistri fuerunt, non aliorum glossae ab eo coacervatae, omnino oportet agnoscere [1]. Luce enim talis documenti necnon et alius eiusdem Capituli S. Mariae Parisiensis qua facie, qua statura fuerit Lombardus manifestatur.

His ergo primis capitulis quaedam determinare quaerimus circa labores eius ante compositionem *Sententiarum;* dein per longum et latum quaestio examinabitur circa alia opera eius sive genuina sive ei falso attributa in quibusdam documentis.

CAPITULUM PRIMUM

Magister Petrus in Scholis suis

Encomia Lombardi ut magistri praestantis non desunt ex parte discipulorum eius, uti Petri Manducatoris et Herberti de Boseham; immo et ex parte aliorum, ut exempli gratia in quadam additione ad Chronicam

1 Eccles. 12, 12; et 1, 18. 2 Cf. verba Obituarii in Prolegomenis ad tom. I, 19*s; necnon et dicta nostra circa « bibliothecam eius » seu circa « omnes libros eius glosatos » in possessione Capituli (pp. 19*, et 163*a); immo et nostra felix ignorantia sub rubrica: *Quid et quando docebat Magister?* (30*ss).

Roberti de Monte: «Magister Petrus Lombardus, vir magnae scientiae et super Parisiensium doctores admirabilis » [1] Quibus laudibus iuvat alias adiungere cuiusdam non ignoti:

> In theologia virum in ea scientia singularem, cuius opera que exstant prudentum chorus cum veneratione amplectitur et colit cum reverentia, virum sana doctrina per omnia commendabilem, Magistrum videlicet Petrum Lonbardum, qui postea fuit Parisiensis episcopus, annis sex continuis diligenter audivimus. Magistrum quoque Mauricium, qui ei postmodum in eodem episcopatu succedit, sepius audivimus.

His verbis, plus quam viginti annis post mortem Magistri scriptis, suam formationem theologicam post annos circiter decem in facultatibus artium Parisius recolit Guillelmus Tyrensis[2]. Inde Bononiam postea se contulerat ad ius civile colendum sub magistris aeque famosis. « Horum omnium usque hodie in benedictione vivit memoria et permanet inclita recordatio». Inde Jerusalem ad suos rediit, circa annum 1165.

A. Opponitur in Scholis Mauricii.

Quid audierit, etiam *saepe,* in scholis Mauricii Sulliaci non apparet quia parum vel nihil scitur de opere et operibus eius; quibus enim et quot annis magister erat[3] et quid docuerit vel scripserit non refertur in annalibus scholarum praeter eius actiones contra nostrum Magistrum. In

1 *Chronica Roberti de Torigny,* in *Monam. Germ. Hist.,* Scriptores VII, 509.

2 Omissa in omnibus editionibus suae *Historiae rerum in partibus transmarinis gestarum,* haec verba cap. 12 Libri XIX nuper detecta sunt a cl. R. B. C. Huygens in codice Vat. lat. 2002, ff. 188v et 191r-v; cf. eius *studium Guillaume de Tyr étudiant: Un chapitre (XIX, 12) de son « Histoire » retrouvé,* in *Latomos* 21 (1962) 811-829. — Iam in c. 4 eiusdem libri loquitur Guillelmus de sua absentia in partibus transmarinis: « nondum de scholis redieramus, sed trans mare adhuc, circa liberalium artium detinebamur studia » (PL 201, 751 D).

3 Magister erat usque ad suam electionem episcopalem (1160); sed quando cathedram ascenderit nondum apparet. Bis autem *signum Mauritii subdiaconi* invenitur iam anno 1147, semel post illud *Petri subdiaconi,* in documentis Capituli Ecclesiae Parisiensis; cf. M. Guérard, *Cartulaire de l'église Notre-Dame de Paris* II, 360, ubi tamen non omnia nomina dantur quae inveniuntur in originali *(Archives Nat.,* LL 76, n° 15, p. 489a; cf. I. Brady, *Peter Lombard: Canon of Notre-Dame,* in *Rech, de théol. anc. et méd.* 32, 1965, 285); aliud sub die 13 octobri, absente Lombardo, signum portat *Mauricii subdiaconi,* in J. Depoin, *Recueil de chartes et documents de Saint-Martin-des-Champs,* n. 300, tom. II, 183ss; I. Brady, ibid. Nihil invenitur sub nomine Mauritii apud *Repertorium Biblicum* cl. F. Stegmiiller.

episcopatum si Lombardo successit [1], non eum secutus est in quibusdam opinionibus theologicis.

En duo testes circa oppositionem Mauricii: auctor scilicet tractatus anonymi de peccato originali *Deus primum hominem,* olim Praepositino attributi; et Magister Ioannes Cornubiensis (circa 1179). Primus ita controversiam depingit [2]:

> Unde contra preceptum apostoli qui verborum et novitatem sententiarum detestatur iuxta corticem littere nova quedam confingunt et novis traditionibus animos simplicium imbuunt et imbuerunt et multos sui similes faciunt. Nemo tamen obiciat quod viri venerande etatis, apud Deum et homines accepti, vite honestate commendati, omni pene scientia, sed in hac pagina precipue consummati, eis scriptis in quibus talia continentur dant operam. — Respondemus enim quod nos ad pedes [eorum] sedimus, dictis eorum et aures et intellectum humiliter adhibuimus. Sed quod eorum iudicium in talibus forsan [= fuerit?], ignoramus. Scimus tamen quod Mauritius episcopus parisiensis quando multis precibus et promissionibus [3] ad hoc inductus operibus Lombardi dedit operam, quod ipse de originali peccato noviter excogitatum invenit, non sic esse studiosus affirmavit sed talia de bursa Menhardi dixit procedere. Magistrum Pe. et magistrum G. [4] non aliter cognovi circa predicta veritatem affirmare, nisi quod dicebant sic in sententiis scriptum esse ut sententiarum Lumbardi auctoritas habet. Eius fuit sententia quod originale peccatum sit partim vitium, par-

[1] Cf. R. Grégoire, *Maurice de Sully,* in *Diet, de Spiritualité* X, 834-36; T. de Morembert, *Maurice de Sully,* in *Catholicisme hier aujourd'hui demain* VIII [1979] 957s. [2] Textum sequimur ut proponitur a Dom. Odone Lottin, in *Psychologie et morale aux XII*e *et XIII*e *siècles,* VI, 19s. [3] Forsitan legendum est *persuasionibus;* nam in versione seu paraphrasi gallica cl. Lacombe invenitur *persuasions;* nihilominus postea *promissionibus* legit A. Landgraf *(Coll. Franc.* 23, 1953, 287). [4] Magister G. probabiliter idem est ac quidam Magister Gualterus cuius nomen invenitur in documentis Ecclesiae S. Mariae saltem ab anno 1152 usque ad annum 1173; qui forsitan etiam praecentor fuit anno 1177; cf. I. Brady, *Peter Manducator and the oral Teachings of Peter Lombard,* in *Antonianum* 41 (1966) 458. Quod *Magister pe.* idem est ac auctor quaestionum quae incipiunt: *Petre, Satanas expetivit vos ut cribaret sicut triticum,* in codice Trecis 964, ff. 89ss, omnino apparet ex quaestione quae incipit: « Originale peccatum est concupiscibilitas, id est aptitude concupiscendi » (f. 146r-v). Quae quaestiones manifeste opus sunt Manducatoris, uti monstratur ab I. Brady, uti supra, 460s, 466s. In specie, illa quaestio nihil aliud est quam quidam commentarius seu discussio super doctrinam Magistri de peccato originali, partim in Lib. II, d. 30, c. 8, n. 2 (I, 500), partim in d. 32, c. 1 (511).

> tim pena, vel culpa et pena; et secundum quod est pena habet Deum auctorem, sed secundum quod vitium habet diabolum auctorem L Huic opinioni multipliciter obviatur...

Ex parte sua, Magister Ioannes Cornubiensis tres sententias discutions de homine assumpto, plane dicit quod Magistri Robertus Melodinensis et Mauritius, «hodie» Parisiensis episcopus, «magistri Petri Lombardi doctrinam falsitatis arguebant » in eorum « lectionibus et disputationibus » quibus ipse interfuit[2].

Inveniuntur etiam testimonia minora ubi innuitur quod Mauritius plura alia loca Sententiarum censuerit vel etiam forsitan totum librum. Legitur enim in quadam glossa in Lib. IV, d. 4, c. 7, n. 5 (infra, 262s); « Concessit episcopus quod parvuli fidem et caritatem habeant in habitu, non in usu. Sed quod nec in habitu nec in usu M[agistri] Odo et Mauritius concedunt »[3]. — Vel iterum[4]: « Magister Mauritius dicit omne peccatum prohibitum est. Distinguit tamen inter prohibitionem et prohibitionem, quia alia est prohibitio venialis, alia mortalis peccati, nec omnis transgressio constituit aliquem reum mortis eterne. Et premisse auctoritates omnes

1 Cf. P. Lombardus, *Sent.,* II, d. 32, c. 3 (I, 514, 24-26). 2 *Eulogium ad Alexandrum Papam tertium,* c. 4: « Duos etiam venerabiles magistros quos in theologia certissimum est nichil hereticum docuisse, Robertum scilicet Melodinensem et Mauricium hodie Parisiensem episcopum, silentio preterire non debeo. Eorum utique super hiis questionibus scripta non legi, sed multis eorum lectionibus et disputationibus interfui, in quibus et de homine assumpto et de aliis quibusdam magistri Petri Lumbardi doctrinam falsitatis arguebant, ne dicam erroris » (ed. N. M. Haring, *The Eulogium ad Alexandrum Papam tertium of John of Cornwall,* in *Mediaeval Studies* 13, 1951, 268). Verumtamen bis declarat quod illa tertia sententia non fuit proposita a Lombardo ut eius *assertio,* sed solummodo ut *opinio* eius quam a magistris acceperat; sic in c. 3: « Praeterea paulo ante quam electus esset in episcopum Parisiensem, michi et omnibus auditoribus suis qui tunc aderant protestatus est, quod hoc non esset assertio sua sed opinio sola, quam a magistris acceperat. Hec etiam verba subiecit: Nec umquam Deo volente erit assertio mea nisi que fuerit fides catholica » (ibid.). Postea, in cap. 12: «Sed sicut prediximus, que vel in scriptis suis vel in disputationibus asseruisse magister Petrus credebatur, postea nobis non asserenda sed studiosius discutienda reliquit » (284). 3 Comment, anon, in cod. Patr. 128, fol. 5, Bamberg, Staatliche Bibl.; cf. A. M. Landgraf, *Kindertaufe und Glaube,* in sua *Dogmengeschichte der Friihscholastik* III-1, 321-324; cf. etiam Glossa anonyma in cod. Vatic. Barb. lat. 608, ad Dist. 4, c. 4, n. 13: « parvuli... fideles sunt non propter virtutem, sed fidei sacramentum »: ubi haec glossa: « quam [virtutem] in usu habeant et qua credant secundum Magistrum, qui dicebat eos habere in habitu, non in usu. Econtra Magister Odo et Magister Mauricius » (in eadem *Dogmengeschichte* 1-1, 212). 4 Cf. A. M. Landgraf, *Some Unknown Writings of the early scholastic period,* in *New Scholasticism* 4 (1930) 19; videtur referri ad Lib. I, d. 45, cc. 6-7 (1, 310ss), vel ad d. 47, cc. 2-3 (I, 323s).

pro eo loquuntur, Magister P. Lombardus d i c e b a t, quia non omne peccatum prohibitum est. Et auctoritates supradictas omnes determinabat ».

Non ignarus utique alios studiose eum contra dixisse, Magister leniter et sine ira, ut apparet ex testimoniis loannis Cornubiensis supra allatis, suis adversariis respondebat in scholis. Quod si forsitan talis esset sua opinio, non sequeretur quod fuisset etiam sua assertio. « Nec [1] unquam Deo volente erit assertio mea nisi que fuerit fides catholica ».

B. Quae opera legerit Lombardus ultimo sexennio (1153-1159).

Hic autem magis nobis interest scire quam materiam tractaverit seu quae opera Magister legerit illis sex annis continuis quando eum diligenter audivit Guillelmus Tyrensis. Supponimus, non sine quadam haesitatione, eum scholam Lombardi frequentasse illo sexennio quod praecedit eiusdem electionem episcopalem, scilicet ab autumno anni 1153 usque quasi ad aestatem 1159. Unde sequeretur quod ultimo suo anno scholastico (1158-1159) *Glossam in Psalmos* audierit, quatenus, iuxta verbum Herberti de Boseham, « ad multorum instanciam a Magistro praeter spem iam dicta opera publice » legebantur, licet sine « plenae correctionis sarculo », ante suam promotionem in episcopatum[2].

Insuper suspicamur quod finita lectione sua in Psalmos Magister denuo se converterit ad *Glossam in Romanos* seu propius ad tractatum primitivum de Incarnatione eliminandum seu rectius abbreviandum qui in pluribus codicibus invenitur ad versum: *de Filio suo, qui factus est ei ex semine David* (Rom. 1, 3)[3]. In quampluribus autem codicibus necnon et in editionibus *Glossae in Apostolum* invenitur fructus talis laboris: scili-

[1] Ioan. Cornubiensis, *Eulogium ad Alex. Papam tertium;* ed. N. M. Haring, in *Med. Studies* 13 (1951) 265. [2] Cf. textum Herberti in Prolegomenibus ad tom. I, 52*. [3] Qui primus tractatus editur in parte apud nostra Prolegomena in tom. I, pp. 86*-88*. Editio altera et melior infra ponetur. Praeter codices primae versionis iam notatos ad tractatum primitivum de mysterio Incarnationis adiungi libet alius nuper inventus, scii. Dijon 79, ubi legitur f. 301: «Ego Otobonus'dedi hunc librum epistolarum [Apostoli] ecclesie B. M. cistercii xvüi kal. Sept., Otobonus monachus S. Marie Cistercii ». Qui tractatus (ff. 3v-4v) lineis rubeis cancellatur, cum nota: *hoc totum superfluum est in hoc libro, et tamen utile est.* Textus vero ut exstat in editionibus invenitur f. Ir, unacum nota: *Hoc debes legere in tercio huius libri folio ubi est nota rubea.* (Ex communicatione C. De Hamel, Oxoniae). Cf. etiam *Catalogue général des Manuscrits des Bibliothèques Publiques de France.* Departements V, p. 23.

cet quaedam glossa -Simplicior quae vix aliud est quam catena auctoritatum. Deest quasi omnis discussio theologica eo quod quaestiones maiores in illo tractatu primitivo olim inventae iam incorporantur in tertium librum *Sententiarum*.

Quod talis fortasse sit historia illius Glossae in Rom. 1, 3, deduci potest ex verbis loannis Cornubiensis parum supra citata. Ad talem deductionem roborandum notari etiam potest quod reliqua *Glossa in Romanos* et in ceteras Epistolas non mutatur seu abbreviatur: omnes enim alii tractatuli qui in versione originali continebantur adhuc inveniuntur in Glossa in Apostolum uti nunc iacet, nonobstante quod repetuntur in *Sententiis,* seu potius quod materiam iam praebuerant plurimarum quaestionum in omni libro *Sententiarum* k En quaedam exempla: in Rom. 1, 17, de fide; «Quid sit fides; quot modis accipiatur» (PL 191, 1324 A): quae materia incorporatur in *Sententiarum* librum III, dist. 23, cc. 2-3 (II, 141s). Tunc, in Rom. 1, 20, offertur tractatus de processione Filii et Spiritus Sancti (ut in Prolegomenis ad tom. I, 99[illegible] ubi loca parallela in Libro I notantur). Postea, in Rom. 2, 5 (PL 191, 1339 A-1340 C) agitur de peccato in Spiritum Sanctum; unde plurima repetuntur in Libro II, dist. 43 (I, 572ss). Item, in Rom. 4, 11-12: « Hic videndum est in quo primo instituta fuerit circumcisio» (PL 191, 1371 C- 1372 C), unde materia ad c. 9 dist. 1 libri IV (infra, 237ss); necnon et in I Cor. 7, 1: «Hic dicendum quid sit coniugium» (PL 191, 1585 D - 1594 B), cuius materia transformatur et incorporatur in Distinctionibus 27-42 libri IV (infra, 421-509). Idem dicendum est de tractatu *De sacramento corporis et sanguinis Domini* seu *De corpore Christi,* in Glossa in I Cor. 11, 25 (PL 191, 1641 C - 1647 D) 1.

Revertamur nunc ad Guillelmum in scholis nostri Magistri, seu potius ad ipsum librum *Sententiarum,* ut accuratius determinetur tempus eius compositionis. Testimonio Petri Manducatoris, in *Glossa in Sententiis* quae olim Petro Pictaviensi attributa fuit, certiores facti sumus quod suum textum Magister bis legit in scholis, et quod ad alteram lectionem quasdam novas auctoritates adiunxit in textu vel saepius in marginibus3. Insuper ibidem notatur quod solum quando Romae erat Magister librum *De ftde*

1 Quoad Libr. 1-II, cf. Indices ad Tomum I, 601s; quoad libr. III-IV, infra, 592b-593b. 2 De quo tractatu cf. nota historica, infra, p. 280. Ille et quidam alii infra repetuntur auxilio codicum ad commodum studiosorum et ad Magistri modum operandi illustrandum. Ubique autem in notis textui nostro adiunctis, sicut in primo tomo, fontes et loca parallela indicantur. 2 Cf. nota historica infra, p. 87s; et Prolegomena ad tom. I, 126*ss.

orthodoxa uti opus loannis Damasceni cognovit (et non ut Basilii), unde quaedam capitula sumpsit, omnia quidem ex libro tertio L

Unde non solum ad chronologiam *Sententiarum* determinandam, sed etiam ad aliam illuminandam, scilicet versionis *De fide orthodoxa* factae a Burgundione Pisano, maxime nobis interest tempus stabilire itineris italic! nostri Magistri.

CAPITULUM SECUNDUM

Iter Italicum Lombardi

Iam ante nos quamplures quaesierunt verba illius Glossae interpretari et circumstantias istius itineris determinare, quia elavem hic recte videbant ad stabiliendum quando Magister *Sententias* suas compleverit.

A. Opiniones Praeviae.

Imprimis autem nobis incumbit reiicere illam opinionem iuxta quam circa an. 1149-50 Lombardus sese Romam contulisset ut seipsum defenderet coram Eugenio papa III contra magistrum lozelinum, canonicum Meldensem; in cuius confirmationem offeruntur verba iam relata: «A libro isto sumpsit Magister dum Romae esset»[1]. Talis actio autem refert ad quendam magistrum Petrum qui « studium semper liberalibus artibus applicuit », iuxta testimonium Cardinalis Hugonis Bononiensis[3]. Unde argumentum C. Bulaei, qui hic vidit Magistrum nostrum, aliqualiter ridiculosum apparet quatenus supponit quod titulus *Magister Petrus* « antono-

1 Scii. capp. 46, n. 2-c. 52 seu ex tertio libro, cc. 2-8, quae omnia inveniuntur in editione E, Buytaert, pp. 171-197. Motu proprio lectorem semel referimus ad Lib. IV, c. 9, in tomo I, 513 (non 573, uti legitur in Indicibus, 599a). Cf. indices ad tom. I, 599a; tom. II, 586b-587a. 2 Cf. Lib. I, d. 19, c. 9, n. 3 (I, 167). Sic interpretati sunt proh dolor nostri antecessores in altera editione P. Lombardi (ad Claras Aquas 1916), l, xv-xx. In hoc nimis secuti sunt coniecturam Caesaris Egassi Bulaei (César-Egasse du Boulay) in eius *Historia Universitatis Parisiensis,* II, 251 s, qui nihil novit de *Glossa* pseudo-Petri Pictaviensis; necnon et iudicium J. de Ghellinck in suo *Le mouvement théologique du XIIe siècle,* Paris 1914, 127, 173s. 3 Epistola Hugonis Romani ad Sugerium: « Latorem praesentium magistrum Petrum, cuius causa discretioni vestrae a domino Papa remittitur... Studium quod semper liberalibus artibus applicuit, et honestas morum, in quantum novimus, apud benignitatis vestrae prudentiam non minimam gratiam debent promereri... » (PL 186, 1415 B-C).

mastice et per exeellentiam » solummodo nostro Lombardo competiverit L

Toto iure ergo argumentum reiecit cl. Franciscus Pelster 1 tam ob nobilitatem characteris et ingenium nostri Magistri quam propter eius famam in Ecclesia illius temporis ut celebris theologi. Dein autem idem Pelster ita interpretatus est in favorem Lombardi quandam epistolam Eugenii papae III sub die 19 Januarii 1152 ad Henricum scriptam episcopum Bellovacensem qua petitur ut lator, quidam magister Petrus, qui « tam longo tempore scholasticis studiis utiliter et honeste per Dei gratiam insudavit, nec tamen adhuc ecclesiastico meruit beneficio sublevari », id tali « interventu assequi mereretur ». Unde concludit Lombardum Curiae adfuisse initio illius anni, ac proinde cum omni probabilitate etiam Romae 3.

Quis esset iste Magister Petrus, nescimus. Non est Lombardus, qui iam canonicus erat Parisiensis ante annum 1145. Insuper, ante diem 9 decembris 1152 Eugenius et sua Curia Signiae inveniuntur, non Romae. Proinde non est valde mirum quod postea idem cl. Pelster suam interpretationem illius epistolae retractaret (licet nihil noverit de canonicatu nostri Magistri, eius possibilitatem suspicatus est)4. Agit ergo non de Magistro Lombardo, sed de quodam adhuc ignoto homonymo.

Eodem tempore vel potius parum ante I. de Ghellinck dissertationem suam *Pierre Lombard* editoribus *Dictionnaire de théologie catholique* obtulit 5, ubi magnum pondus nostrae quaestioni circa iter Romanum attribuit 6. Quatenus autem Lombardum iterum videt ut obiectum epistolae Eugenii III, de qua supra, conclusionem inde trahit quod *Liber Sententiarum* lumen vidit in secundo trimestri anni 11527.

Quomodo autem chronologiam ita praecisam stabilire potuerit, non indicat. Et mirabile dictu, quando quindecim annis postea, in editione

1 *Historia,* II, 252. 2 *Wann hat Petrus Lombardus die « Libri IV Sententiarum » vollendet* ?, in *Gregorianum* 2 (1921) 388ss. 3 Ibid., 391. 4 Cf. Prolegomena ad tom. I, 19*. 5 Invenitur in *Dictionnaire* XII, 1941-2019; publici iuris tomus ille factus est an. 1935, cum *Imprimatur* sub die 24 oct, 1934; forsitan opus redactum erat annis 1931-33, ut apparet ex bibliographia. » « Quelque temps après [scilicet post concilium Remense, an. 1148], se place un voyage à Rome dont la date est importante... pour la chronologie de la composition des *Libri Sententiarum»* (col. 1946). ' «Tous les traits fournis par la recommandation pontificale cadrent parfaitement avec ce que nous savons de Pierre Lombard et les mots *pro latore praesentium* désignent le bénéficiaire, qui reçoit à la curie même la lettre qu'il est venu solliciter. Per le fait même, la date de l'achèvement des *Libri Sententiarum* se place au plus tôt dans la deuxième moitié du premier semestre de 1152» (col. 1947).

altera sui *Le mouvement théologique du XII^e siècle* quaestionem denuo tractat: *Pierre Lombard fit-il vers le milieu du XII^e siècle le voyage de Pome ?* i, tale iter italicum ambigue assignat ut post annum 1146 et ante annos 1151-52, eo quod Eugenius papa III, qui «librum Damasceni transferri fecit », electus erat mense februarii 1145, dum Lombardus fine opus suum coronaverit circa an. 1151-1152 [1].

B. Quid dicunt fontes ?

Ut quid discussio haec ? Praemissa supponit invalida, eo quod semper quaerit quoddam documentum ubi aperte nominetur Magister Petrus qui vadat in quaestu beneficii quo Parisius vivere posset et docere. Verum est, iuxta S. Bernardum, quod iam vir venerabilis erat (et quasi pauper) quando venit in Franciam studii causa, approbationem portans episcopi Lucensis qui eum Bernardo commendavit. Quandiu Remis moratus fuit ei victui necessaria per amicos providit ipse Bernardus et forsitan etiam Magister Lutolphus Novariensis[3]. Inde venit Parisius, ubi iterum precibus Bernardi, « per breve tempus » quod facturus esset illic providebatur in cibo in domo S. Victoris.

Quod studens seu scholaris esset apud S. Victorem, mera coniectura erat olim ex parte nostra[4]. Iam vir venerabilis, unde et maturus, venit in Franciam causa studii, privati scilicet seu personalis, parvo tempore, uti indicat S. Bernardus; et mox, ut videtur, cooptatus fuit inter canonicos ecclesiae S. Mariae et magistros scholae cathedralis, ac ultimis annis ante suum episcopatum archidiaconus factus Parisiensis[5].

Unde opportunius apparet quaerere rationem illius itineris Romani inter res et negotia ecclesiae Parisiensis seu propius ecclesiae S. Mariae et eius officialium; ac quidem circa annum 1154, scilicet post mortem B. Eugenii III (8 iulii 1153), eo quod translationem *De fide orthodoxa* loannis Damasceni perfecit Burgundio Pisanus beato Pontifice iam mortuo [6].

1 *Le mouvement...,* Bruges-Bruxelles-Paris 1948, 285-88. 2 Ibidem, 287. 3 Cf. Prolegomena ad tomum I, 8* et 16*. Hic adiungi licet quod epistola S. Bernardi invenitur in cod. Paris. BN lat. 14615 (olim S. Victoris 1060), f. 328r; quamvis saec. XVII sit, *Collectio epistolarum Victorinorum potissimum tum abbatum tum canonicorum* continet, ff. 289r-372r; cf. A. Luchaire, *Études sur quelques manuscrits de Home et de Paris* (Paris 1899), pp. 40 et 125. 4 Prolegomena, 13* et 15*s. 3 cf. I. Brady, *Peter Lombard: Canon of Notre Dame,* in *Rech. de théol. anc. et méd.* 32 (1965) 277-295; ubi tamen corrigere oportet (p. 291), ut mox infra hic notatur, annum quo archidiaconus factus est Magister. « Unde in titulo liber dedicatur « Domino tertio Eugenio beatae memo-

Et ecce, nullity negotii est duas saltem litteras pontificias invenire quibus revelatur praesentia et actio Theobaldi Parisiensis episcopi in curia Romana; quarum prima quandam concessionem continet ex parte Theobaldi in praesentia Anastasii papae IV (12 iulii 1153-3 dec. 1154); altera vero Adriani IV (4 dec. 1154 - 1 sept. 1159), qua quaedam ordinatio fit seu verius confirmatur de ecclesiis S. Genovefae Parisius. Licet neutra nomen portet Magistri Petri, eius praesentiam non excludunt sed quasi supponunt ut testem episcopi et forsitan ut archidiaconum Parisiensem, saltem in pectore L

Sed lente festinemus, ne conclusio praemissas excedat. Quodam enim documento dato Parisius die 4 Septembris monstratur quod tam episcopus quam Lombardus adhuc erant Parisius; immo, quod Magister Bernardus, sacerdos et archidiaconus, adhuc suum officium exercebat[2]. Qui Bernardus postea, anno nobis incerto, munus suum annuente Theobaldo relinquerit ad vitam solitariam ducendum; de facto, S. Victorem intravit[3]. Unde nescimus utrum ei successerit Lombardus antequam se Romam contulerit.

Primum documentum pontificium, datum Lateranis VIII Kalendas Decembris (24 nov. 1154), sub Anastasio IV, privilegium concedit prioratui S. Mariae de Longoponte, iuxta quod canonici saeculares removentur ab Abbatia S. Petri de Monte-Letherico « ad ponendum in ea monachos » illius prioratus, « qui divina ibi officia et statum ecclesiae in me-

nae» (ed. E. M. Buytaert, 1955, p. 11); duae aliae translationes iam factae Pontifici adhuc viventi dedicantur (ibid., p. XIII).

1 Hic iuvat notare quandam epistolam Petri abbatis Trecensis ad Rolandum Bandinelli S.R.E. cancellarium quae invenitur inter epistolas Petri Cellensis, abbatis S. Remigii apud Remos (c. 1162); qui postea (1181) factus est episcopus Carnotensis. Quam epistolam, uti ipse textus indicat, Romam tulit Parisiensis episcopus qui « exponet vobis tenorem facti » (PL 202, 410 B); quod autem ille episcopus Lombardus fuerit sic interpretati sunt Editores *Recueil des historiens des Gaules et de la France:* « Petrum Lombardum, qui anno 1157 vel 1158 Parisiensem post Theobaldum assecutus est episcopatum, intelligendum putamus » (tom. XVI, Paris 1878, 708, nota *c).* 2 Textus datur in parte in Proleg. ad tomum I, ‡1 et ‡23 Diem omisimus: «Actum apud S. Dionisium anno Verbi incarnati M0C°LIIII0... II nonas Septembris», sci). 4 sept. 1154. 3 Cf. G. Dubois, *Historia Ecclesiae Parisiensis* II, Parisiis 1710, 169. Commemoratur in *Obituario Ecclesiae Paris.,* ed. M. Guérard in *Cartulaire de l'Église Notre-Dame* IV 193s; necnon et in *Obituario Meldensis,* cuius « ecclesiae fidelis amicus fuit » (ed. A. Molinier, *Obituaires,* IV, 16). Proinde prius est anno 1159, ut nobis videtur, quoddam documentum seu pactum inter canonicos S. Victoris et illos S. Genovefae (PL 182, 720 B-D), ubi Magister Bernardus Parisiensis archidiaconus invenitur inter testes.

lius debeant promovere... Quam donationem ven. frater noster Theobaldus Parisiensis episcopus... in praesentia Nostra concessit »1.

Tunc, mortuo Anastasio intra paucos dies (3 dec.), postridie ei successit Hadrianus IV (Nicholaus Breakspear, anglicus), qui parum post (16 dec.) Theobaldo episcopo quaestionem adiudicat de iuribus praelati in ecclesiis S. Genovefae Parisius:

> Quod ecclesias beatae Genovefae praedecessor noster felicis memoriae papa Eugenius per regulares canonicos ordinare praecepit, sicut ex litteris eius agnovimus, non hoc fecit, neque id intellexit, ut tu vel successores tui aliquid de iure tuo, quod in eisdem ecclesiis habuisse dignosceris, deberes amittere, aut iustitiam Ecclesiae tuae auferri crederet vel minui, sed ut ipsae ecclesiae potius ab honestis et religiosis viris quam a lascivis et enormiter conversantibus servirentur. Nos igitur quod ipse super hoc statuit auctoritate Sedis apostolicae confirmantes, omnia iura et rationabiles consuetudines quas in praedictis ecclesiis praedecessores tui hactenus habuisse noscuntur, tibi tuisque successoribus sine ulla diminutione volumus conservari. Nulli ergo... Datum Romae, apud S. Petrum, XVIII Calendas Ianuarii2.

Quod tale iudicium et iustitia sic restituta finis principalis fuerit itineris Episcopi et Lombardi, concludi potest, ut nobis res apparet, ex serie actionum beati Pontificis Eugenii III episcopo inconsulto quas longius esset hic recitare3. Immo, quod Theobaldus adhuc Romae erat die 20 aprilis (xii kal. Maii) anni 1155 concludi potest ex tribus documentis sub hac die exaratis, scilicet ex epistolis 35-37 eiusdem Hadriani, quibus Theobaldo mandat ut controversiam decidat inter abbatem S. Dionysii (Odonem) et episcopum ac cancellarium Belvacensis Ecclesiae4. VI,

1 PL 188, 1084 A-C; ex I. Mabillon, *Annales Bened.,* VI, 675 [non 725, ut indicatur in editione Migne], ubi et charta Ludovici regis VII. 2 I. Mansi, *Sacrorum Conciliorum... collectio* XXI, 829; PL 188, 1362 A-C. 2 cf. I. Mabillon, *Annales Benedidini* VI, 382-84: de inquisitione in mores canonicorum saecularium post quandam rixam quando Eugenius III et Ludovicus Rex VII anno 1147 ecclesiam S. Genovefae visitaverunt. Dein Epist. 297 et 298 Eugenii Papae ad Sugerium abbatem S. Dionysii 29 aprilis 1148, de monachis S. Genovefae constituendis; tunc Epist. 305, de canonicis S. Victoris ibi constituendis; Epist. 320, 333s, 383 (PL 180, 1347ss). Inter quae instrumenta ne unam quidem epistolam invenimus ad Theobaldum iam episcopum a mense Oct. 1143, praeter Epist. 547 (PL 180, 1565 D - 1566 D), datum Laterani sexto Idus Ianuarii, quae videtur esse 8 ianuarii 1153. » PL 188, 1406 B - 1408 A.

C. lombardus quid Romae sumpserit.

Quod etiam Magister noster adhuc Romae esset, forsitan cum aliis sociis episcopi, supponi licet. Amplam inde opportunitatem habuit, ut videtur, ad textum totum Damasceni consultandum et describendum. Imprimis autem sese devovit illis octo capitulis (scii. cc. 45-62; seu secundum divisionem posteriorem, cc. 1-8 libri III) quae iam in latinum reddiderat quidam quasi usque adhuc ignotus nomine *Cerbanus.* Quae capitula Lombardo et aliis ante cognita fuerant sub nomine Basilii, ut apparet saltem ex uno codice, scii. Trecis 1234, ff. 233a-237c: *Liber S. Basilii episcopi de divina dispensatione et beneficio nostre salutis* L Immo, in sua Glossa originali in Rom. 1,3 (n. 12), Lombardus excerptum praebet sub nomine *Basilius,* licet sine titulo.

Quid inde Romae sumpserit secundum testimonium pseudo-Petri Pictaviensis ? Quasdam saltem auctoritates secundum novam translationem quam Burgundio iudex Pisanus de graeco in latinum reddiderat, quae omnes inveniuntur in eisdem capitulis 46-52 ac proinde unacum cap. 45 iam exsistebant in versione Cerbani [1]. Non enim videtur quod ipsum librum *De Trinitate* seu rectius *De fide orthodoxa* Romae acquisierit; praeter enim capitula supranominata nihil inde refertur in *Sententiis* [3] nec nominatur in obituario ubi invenitur *Decreta* Gratiani.

D. Librum Sententiarum Compingit.

Post Pentecosten (15 maii 1155) ergo Parisius reversus ex itinere suo romano, « in labore multo ac sudore *volumen* » illud compingere suscepit, « Deo praestante, ex testimoniis veritatis in aeternum fundatis », cui

1 E. M. Buytaert, *Another copy of Cerbanus' version of John Damascene,* in *Antonianum* 40 (1965) 303-310. In codice 767 Admontensis (in Austria) titulus originalis probabiliter fuit: *Sancti Basilii de incarnatione Verbi;* nunc autem post abrasionem legitur *Iohannis Damasceni.* Item, bis citatur sub nomine Basilii «in libro *De dispensatione Dei*» a Gerhoho praeposito Reicherspergensis: in sua *Epistola ad Eberhardum episc. Bambergensem,* anno 1147: «affirmante sancto Basilio... in libro *De dispensatione Dei* » (PL 194, 1067 C; cf. D. Van den Eynde, *L'oeuvre littéraire de Géroch de Reichersberg,* Romae 1957, 208ss); et parum post in libro *Contra duas haereses* (PL 194, 1167 A; cf. *L'oeuvre liti.,* 85). 2 Quae capitula satis indicantur in indicibus ad tom. I, 599a; et ad tom. II, 586s. 3 Cf. Prolegomena ad tom. I, 121*. Quem codicem versionis Burgundionis in manu habuerit determinare non potuimus; non invenitur, ut videtur, inter illos Vaticanos vel Romanos a cl. editore E. M. Buytaert descriptos (ed. 1955, pp. xxxiv-xxxviii). Forsitan quaerere oporteret inter illos codices (Vatie, lat. 11710-12847) qui anno 1920 ex archiviis in Bibliothecam Apostolicam translati erant.

nomen dedit *Sententiarum in quatuor libris distinctarum*[1], et hoc forsitan non sine inspiratione et influxu tomi Ioannis Damasceni *De fide orthodoxa*. Quodsi tomus Damasceni postea divisus fuit apud Latinos in quatuor libros, influxum innuit divisionis *Sententiarum* Magistri.

Circa quaestionem de tempore compositionis *Sententiarum* multa iam determinantur quae hic non convenit repetere[2]. Terminum autem post quem transferri oportet aliquantulum post Pentecosten anni 1155, et non ad initium illius anni[3], quatenus Theobaldus (unde etiam Lombardus) adhuc Romae invenitur die 20 aprilis, uti supra indicatur. Ex alia parte, data immensitate sui laboris, ut dicit in Prologo, et copia ac abundantia auctoritatum, probabilius apparet quod post suum reditum biennio scholastico 1155-1157 *Sententias* compegisset ac simul in scholis suis discipulis tradidisset, ita ut Libri I et II fructus essent an. 1155-1156, reliqui autem anni sequentis, ad cuius finem textum studentibus vel stationariis tradiderit. Dein anno scholastico 1157-1158 totum opus de novo legerit ac quodam modo emendaverit[4].

Ultimo anno (1158-1159) ante suam electionem in episcopum Parisiensis opus suum in Psalmos legit in scholiss ac, iuxta evidentiam codicum, tractatum christologicum in Glossa in Rom. 1, 3, eliminavit seu ad formam simpliciorem reduxit. Utrum vero hanc novam redactionem publice seu in scholis tradiderit an modo potius privato librariis notam fecerit, non possumus determinare.

CAPITULUM TERTIUM

Alia Opera Magistri Petri

Quod alias glossas in Verbum Dei Magister confecerit quodammodo deduci posset ex verbis Guillelmi Tyrensis; iuxta enim nostram chronologiam saltem uno anno ex illo sexennio aliam materiam docuerit praeter Sententias et Glossas iam notas.

1 Cf. Prologus ipsius Magistri, n. 4, ubi opus suum describit ut *volumen in quatuor libris distinctum* (I, 4, lin. 13 et 15), unde derivatur titulus noster. 2]n Prolegomenis ad tomum I, 122*-129*. 3 Uti diximus ibid., 124*. 4 Cf. Proleg. ad tom. I, 126*-129*; et praesertim chronologiam (129*) quae hic quodammodo corrigitur. 5 Iuxta testimonium Magistri Heriberti, uti habetur in Prolegom. ad tom. I, 52*.

Aλ Interpretatio Obituarii S. Mariae

Quod Guillelmus hic tantum innuit alii corroborant; nam luce clarius est testimonium Manducatoris quod Magister eo praesente evangelium Lucae glossaverat ac illud Matthaei, immo et XII Prophetas. Licet praeter titulum *Magister* Lombardum non nominaverit, postea suus discipulus Petrus Cantor expresse attribuit Petro Lombardo eandem glossam in Luc. 7, 43: *Respondens Simon dixit: Aestimo quia is cui plus donavit.* Immo ex utroque magistro apparet quod talis interpretatio invenitur in quadam Glossa Magistri in Lucam. «In[1] expositione, inquit [Comestor], huius loci gloriabatur Magister, quia omnes ante tempus suum pertransibant; ipse longe melius exposuit; et expositionem suam voluit habere ex quadam glosa, sicut ego ostendam. Voluit ergo adherere illo verbo *cui plus donavit.* Nam donare interdum pro dare ponitur, interdum pro condonare. Hic ergo utramque significationem importat, ut ita intelligatur: *cui plus donavit,* id est cui plus dedit et condonavit, et ex hac causa verum est: cui plus donatur plus diligit, id est cui plus datur et condonatur plus diligere tenetur». Postea Petrus Cantor quaedam verba Comestoris repetit[2]: « Ad hoc ita solvit Petrus Lombardus: Donare interdum pro dare ponitur, interdum pro condonare ».

Item ex Glossa Manducatoris in Matth. 9, 5: *Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere: Surge et ambula ?* manifeste apparet quod Lombardus hoc etiam Evangelium glossaverat[3]: « ...in glosa super Lucam habes quod utrumque equalis est potentie, sed alterum maioris misericordie, scilicet justificare impium. Magister voluit quod longe fuit maioris potentie justificare impium quam creare celum et terram etc., super hoc reddens talem rationem: ideo enim videbatur ei maioris potentie iustificare impium quam creare celum et terram, quia iustificationi impii videtur iustitia reclamare... Vide quia glosa quam hic habes nec obloquitur nec videtur obloqui glose quam habes super Lucam. Videtur autem obloqui opinioni magistri, nisi caveas... Ecce hoc non obloquitur glose que est super Lucam, ubi dicitur equalis potentie, sed obloquitur opinioni Magistri; ideo, ut salves eius opinionem, ubi in littera dicitur: *Quid est facilius* supple 'vobis' ».

His testimoniis et aliis infra allatis corroboratur opinio seu suspicio

1 Cf. B. Smalley, *Some Gospel Commentaries of the Early Twelfth Century,* in *Rech. de théol. anc. et méd.* 45 (1978) 154. 2 ibid., 155; ubi et alii passus indicantur. 3 Ibid., 156.

nostra quod usque adhuc male interpretati simus obituarium Magistri, ubi enumerantur *libri eius glosati* quos possedit Capitulum sanctae Mariae L

> V. Nonas Maii... Eodem die, obiit magister Petrus episcopus... Habuimus etiam capellam integram... breviarium in duobus voluminibus... Insuper habuimus omnes libros eius glosatos, scilicet: Novum Testamentum, totum; in Veteri Testamento: Psalterium, quinque libros Moysi, quatuor maiores Prophetas, duodecim minores, Cantica, lob, Hester, Thobiam, ludith, librum Sapientie, Ecclesiasticum, Sententias eiusdem et Decreta Gratiani.

Qui libri non enumerentur oportet tanquam constituant bibliothecam Magistri [1]; nihil aliud enim sunt quam fructus magisterii sui in scholis S. Mariae ante compositionem *Libri Sententiarum*. Totam nempe Bibliam annotavit seu in scholis explicavit praeter libros losue, ludicum, Ruth, Regum I-1V, Paralipomenon, Esdrae I-II (seu Nehemiae), Proverbiorum, Ecclesiastes, et Machabaeorum. Unde verissime meruit anno 1144 illam collaudationem auctoris *Metamorpheos Goliae:* « Celebrem theologum vidimus Lumbardum »[3].

Luce ergo obituarii ecclesiae Dominae nostrae aliud documentum eiusdem Capituli exaratum vel ad finem saec. XII vel primis decenniis saeculi sequentis interpretari possumus ubi nominantur volumina « quae sunt de armariolo Beatae Mariae Parisiensis » seu de bibliotheca canonicorum :

> Hec[4] sunt volumina que [nomina librorum qui *Parv. Past.]* sunt de armariolo [armario PP] B. M. Parisiensis. Isti libri de Biblia qui

1 Cf. Prolegomena ad tom. I, 19*. 2 Uti suggeritur in Indicibus Proleg. ad tom. I, 163*a: «bibliotheca eius»! Sed et alii ante nos ita interpretati sunt illum elenchum; ex. gr. D. De Bryne: « une donation de livres faite par l'évêque Pierre Lombard », in suo studio *Le plus ancien catalogue des manuscrits de Notre-Dame de Paris,* in RB 29 (1912) 481-85. Qui catalogus nihilominus non tangit bibliothecam Sanctae Mariae Parisiensis. 3 Cf. Prolegomena ad tom. I, 17*. 4 Elenchus bis invenitur in fontibus: in *Libro nigro,* circa finem saec. XII (cf. M. Guérard, *Cartulaire de l'Église Notre-Dame,* Paris 1850, I, pag. Uls), et in *Parvo Pastorali,* circa 1250 (ibid., p. II). Editur ab eodem M. Guérard, *Cartulaire* I, 462; et a L. Delisle, *Le cabinet des manuscrits de la Bibliothèque Nationale* III, Paris 1881, 1-2. Omnino distingui oportet a diversis elenchis codicum ad usum studentium pauperum; ex. gr., in *Libro nigro:* « Isti sunt libri theologiae quos cancellarius Parisiensis custodit» *(Cartulaire* III, 349s); necnon et a donationibus saec. XIII factis, uti illa Magistri Stephani Cantuariensis anno Domini 1271 (M. Guérard, II, 495s; *Cartularium Univ. Paris.,* I, 493s); et alia Magistri Petri de Joingniaco, anno 1296 (M. Guérard, III, 350ss).

hic intitulantur sunt glosati L 1. *Genesis,* in uno volumine. 2. *Exodus,* in uno volumine. 3. *Leviticus,* in uno volumine. 4. *Numeri,* in uno volumine. 5. *Deuteronomius,* in uno volumine. 6. *Hester* cum *Thobia,* in uno volumine. 7. *Iudith* cum *Esdra,* in uno volumine. 8. *Ysaias propheta,* in uno volumine. 9. *Ieremias propheta,* in uno volumine. 10. *Lamentationes Ieremie,* in uno volumine. 11. *Ezechiel propheta* in uno volumine. 12. *Daniel propheta,* duo paria. 13. *Duodecim prophète,* in uno volumine. 14. *Parabole* cum *Ecclesiaste,* in uno volumine. 15. *Cantica canticorum,* in uno volumine. 16. *Liber Sapientie* cum *Ecclesiastico,* in uno volumine. 17. *Iob,* tria paria. 18. *Psalterium maioris glossature* in uno vol. 19. *Psalteria minoris glossature* duo. 20. *Epistole Pauli maioris glossature* in volumine uno. 21. *Epistole Pauli minoris glossature* in uno vol. [Gilbert!]. 22. *Matheus* in uno vol. 23. *Marcus,* tria paria. 24. *Lucas,* quatuor. 25. *Iohannes,* in uno vol. 26. *Actus App.,* in uno vol. 27. *Epistole canonice,* duo paria. 28. *Apocalipsis,* duo paria. 29. Item *Cantica Canticorum* cum *Apocalipsi,* in volumine uno. *[nota marg.:* Et de tota Biblia glosata perficienda restant isti libri: Iosue, Iudicum, Ruth, quatuor libri Regum, Paralipomenon duo, Machabeorum duo] 30. *Sententie* in uno volumine. 31. *Quaestiones* magistri Petri Pictaviensis in uno volumine.

Quaeri potest circa n. 7: *Iudith cum Esdra in uno volumine,* eo quod Esdras non invenitur in obituario Lombardi. Ubi etiam plus quam unus codex eiusdem operis invenitur (in nn. 12, 17, 23, 24, 27, 28), supponimus quod unum opus Magistri sit, non absque quodam dubio. Magis nobis interest nota post num. 29, eo quod quodammodo innuit quos libros sacros Lombardus non glossaverat secundum necrologium; unde deduci potest quod quasi omnes libri in illo armario Magistri opera erant[2].

B. An et Ubi Nunc Inveniantur ?

Unde oritur quaestio an adhuc inveniri possint haec opera Magistri necnon et quomodo dignosci queant. Antecessores nostri seu Editores

1 Tituli qui dantur in cursivo secundum nostram interpretationem opera Lombardi sunt. 2 De codicibus Petri Manducatoris et eorum collocatione, cf. F. Stegrniiller, *Repertorium Biblicum,* nn. 6543-92; eius Glossae in Evangelia describuntur a B. Smalley, *Some Gospel Commentaries of the early Twelfth Century,* in RTAM 45 (1978) 148-80; et amplius in *Peter Comestor on the Gospels and his Sources,* RTAM 46 (1979) 84-129.

secundae editionis (an. 1916) nequaquam suspicati sunt talem interpretationem obituarii Magistri praeter forsitan quandam *Glossam super lob* t; nec etiam nos, ut apparet in Prolegomenis ad tomum priorem 2. Interim libros et codices multiplices versavimus, imprimis quendam catalogum confectum anno 1756 ubi enumerantur codices manuscriptos quos Ecclesia Parisiensis seu proprie Capitulum Sanctae Mariae regali Bibliothecae donavit mense Aprilis illius anni3. Dum plerique eorum agnosci possunt ope *Repertorii biblici* cl. F. Stegmiiller, nihil proh dolor invenitur quod Lombardum attingeret. Unde deducimus aut quod discipuli Magistri codices eius acquisierunt ad opera propria conficienda aut quod canonici codices Magistri iam vendiderant ad alia debita solvenda (quod non semel fecerunt). Nihilominus etiam haec nostra conclusio hypothesim non excedit.

Nihil aliud proinde concludatur nisi quod ante compilationem suae Glossae in Apostolum necnon et ante Librum Sententiarum, forsitan post Glossam suam in Psalmos (quam, ut suspicamur, Remis quodammodo perfecerit ante suum adventum Parisios), alias glossas adumbraverit ad S. Mariam seu in scholis suis quas ob alias pressuras numquam perfecte limaverit ; ac proinde nec iuri publico dare voluerit.

C. Quaedam Normae ad Opera Magistri Dignoscenda.

Usque adhuc ad opera scripturistica Magistro attribuenda vel neganda iudicia diversa, immo et extrema, inveniuntur: aut enim solus *Liber Sententiarum* unacum *Glossa in Psalmos* et alia *in Apostolum,* necnon et quidam *Sermones,* uti sibi propria agnoscuntur; aut creditur quod totam vel quasi totam Bibliam postillaverit. Haud dubie talis confusio saeculis XII et XIII quodammodo orta fuit ex successione in scholis Parisiensibus seriei magistrorum qui omnes nomen Petri portaverunt: Petrus Lombardus (ante an. 1144-1159), Petrus Manducator seu Comestor (magister 1159-1167 ?), Petrus Pictaviensis (an. 1167-1205?), et Petrus Cantor

1 Cf. Editio secunda (1916) I, p. xxxiv, ubi offertur inter *Scripta dubia vel spuria;* talis glossa iuxta Le Long olim exstabat in bibliotheca monasterii Savinianensis prope Avranches; cf. etiam F. Stegmiiller, RB n. 6636, tom. IV, 319. 2 pp. 115*-117*; quaedam ibi dicta adhuc restant; alia nequaquam, uti conclusio nostra quod Magister Petrus propriam glossam in Isaiam non confecerit; vel iudicium nostrum in fine illius capituli. 3 Invenitur in cod. 4629 (839 F.H.F.) Bibi, de l'Arsenal, pp. 141-212; ac in alio quem non vidimus: BN, nouv. acq. fr. 3522 (cf. L. Delisle, *Manuscrits latins et français ajoutés aux fonds des nouvelles acquisitions pendant les années 1875-1801,* p. 101).

(c. 1170 - c. 1196).-rNon semel enim opera unius alii postea vel aliis attribuebantur.

Ex parte autem Magistri nostri quaedam clavis adest, ut nobis videtur, qua distingui possint opera eius ab illis suorum sequacium: nempe quod glossas suas, ut apparet tam ex illa in Psalmos quam ex alia in Epistolas, aperuit absque ope cuiusdam versus biblici quo *prohemio* (sic) illustraretur spiritus et momentum libri glossandi. Ita enim currit simplex initium *Glossae in Psalmos* E « Cum omnes prophetas Spiritus Sancti revelatione constet esse locutos... » (PL 191, 55 A); ac similiter illa in Apostolum, ubi utitur Magister verbis Ambrosiastri: « Principia rerum requirenda sunt prius» (ibid., 1297 A)[1]. Econtra Petrus Comestor, discipulus Magistri et successor eius, non semel glossis suis, praesertim in Evangelia, praefingit quendam versum alius libri sacri modo ingressus ad librum exponendum. Ita glossa eius in Matthaeum incipit: *Fecit Deus duo laminaria magna in firmamento caeli; luminare maius, ut praeesset diei, et luminare minus, ut praeesset nocti*[3].

1 Videtur esse locus communis apud Patres antiquos, fundatus in symbolis antiquis: « qui locutus est per prophetas [vel: in prophetis] », ut in H. Denzinger - A. Schdnmetzer, *Enchirion symbolorum,* ed. 32 (1963), nn. 41, 42, 44, 46, 48 etc. Inter Patres, cf. Hilarius, *Tract,* in *CXXXVIII Psalmum,* n. 1: « Omnis propheticus sermo ex divini Spiritus instinctu profectus est » (PL 9, 792 C; CSEL 22, 744); Ambrosius, *In Lucam* X, n. 22: « Numquid erraverunt prophetae, quoniam Deus errare non potuit ? Sed in prophetis quoque Dominus est locutus...» (PL 15 [1845], 1809 D-1810 A; CCL 14, 352); id., *De Abraham* II, c. 9, n. 61: «Cognoscimus quia quando venit gratia Dei super propheticam mentem, subito irruit, et inde incubuisse et cecidisse super prophetam Spiritum Sanctum legimus... » (PL 14 [1845] 484 B; CSEL 32-1, 614); et propius, Augustinus, *De consensu evangelistarum* III, η. 30: « Cur autem ita constituerit Deus, prima illa causa utillima debet facillime cogitari, etiam sic esset insinuatum ita *omnes* sanctos *prophetas* uno *Spiritu locutos* mirabili inter se consensione constare, ut hoc multo amplius sit, quam si omnium omnia prophetarum uno unius hominis ore dicerentur: et ideo indubitanter accipi debere quaecumque per eos Spiritus Sanctus dixit, et singula esse omnium et omnia singulorum » (PL 34, 1175; CSEL 43, 305s); ac Gregorius Magnus, *In Ezech.* I, hom. 2, n. 8: «Sed sciendum est quia hi qui prophetiae spiritu replentur, per hoc quod aperte nonnumquam loquuntur de se, et nonnunquam sic de se verba tanquam de aliis proferunt, indicant quia non propheta, sed Spiritus Sanctus loquitur per prophetas » (PL 76, 799 A; CCL 142, 21). 2 Sic enim incipit Glossa Ambrosiatri *In Romanos*·. « Ut rerum notitia plenior habeatur, principia rerum inquirenda sunt prius» (PL 17 [1845], 45; CSEL 81-1, 5, et etiam 4; RB 1249). 3 Gen. 1, 16 et 14. De textu Comestoris cf. RB n. 6575 (IV, 293). Modo simili glossam introducit in Marcum (RB n. 6576, et 6576, 2), necnon in Lucam et in loannem (nn. 6577, 6578). Econtra, suus successor, Petrus Pictaviensis, semel tantum, ut videtur, talem usum adoptat (RB n. 6783). Ex parte autem sua, Petrus Cantor quampluries modum Manducatoris sequitur (RB 6452-59; 6466, 1; 6469; 6474-75; etc.).

Unde omnino validum hic est monitum clarae B. Smalley circa prologum seu introitum quendam in Isaiam Magistro adscriptum cui praefigitur textus Exodus 26, 26: *Facies vectes de lignis setim, quinque ad continendas tabulas in uno latere tabernaculi, et quinque alios in altero, et eiusdem numeri ad occidentalem plagam* !; nam talis consuetudo Magistro nostro omnino posterior probatur.

Quod tangit ergo opera Lombardo adscripta (RB 6625-6669), sub tali aspectu reici debet n. 6634: *Accessus ad libros Regum,* opusculum quod etiam alio titulo sed aequo iure spurium adiudicatur, quatenus illos libros iuxta Obituarium S. Mariae Magister non glossavit.

Immo, quod auctor seu proprius compilator *Libri de pluribus: De studio divinarum scripturarum*[1], Praemonstratensium Knechtsteden, saec. XIV, nomine (ut videtur) Rabodon[3], testis fidelis esset et solus quidem operum seu opusculorum Lombardi, parum credibile apparet. Inter alia lectoribus offertur: *Accessus magistri Petri Lombardi super vetus testamentum* (ff. 66r-69v), qui alibi dicitur *Accessus ad Genesim*[4]. Idem dicendum videtur de aliis opusculis super Vetus Testamentum ab eodem Rabodone descriptis: *Accessus ad Exodum* (RB 6626), quod rectius Petro Cantori assignatur in RB 6456; *ad Leviticum* (6627), quod alibi non invenitur; ac *ad Num.* et *ad Deut.* (6629, 6631), necnon et *ad XII Prophetas* (6644).

Dein infra, in eodem *Libro de pluribus* (ff. 110r-113v), Magister Rabodon Lombardo attribuit quendam *Accessum ad Mattheum et Novum Testamentum* qui incipit verbis Genesis (1, 16 et 14): *Fecit Deus duo magna luminaria in firmamento caeli.* Licet annumeretur in RB 6648 sub nomine Lombardi (cum *P. Pictaviensis ?* inter parenthesim), manifeste pertinet ad Manducatorem, qui non semel, uti hic (RB 6575), phrasim *satis elegan-ter* adhibet[5]. Immo, non est quidam Accessus solum, sed revera initium Glossae Comestoris in Matthaeum[6]. Quae Glossa in Matthaeum elavem

1 Cf. RB 6640, ubi indicatur ut Deut. 26, 26; B. Smalley, *Some Gospel Commentaries,* in RTAM 45 (1978) 157. 2 In cod. Bruxelles 1485-1501 (214); cf. J. Van den Gheyn, *Catalogue des manuscrits de la Bibliothèque royale de Belgique* I, 96-98. 3 Sic enim legitur in fol. 1: «liber praesens... quem Domini donis scripsere manus Rabodonis... » (ibid. 96). 4 Cf. J. Van den Gheyn, ibid., 96; idem est ac RB 6625, ubi tres alii codices indicantur sine nomine auctoris. 5 Sic in sua Glossa in Matth. 6, 9ss, quoad petitiones in oratione dominica: « ut fieret elegantior lectio, introducta est hic satis elegans adoptatio» (B. Smalley, *Peter Comestor on the Gospels,* in RTAM 46, 1979, 11). 6 Codex Bibliothecae Antonianae (Paduae) notatus in RB (6575) rectius ut η. 343 legatur. Uti invenitur sub RB 6575, 1, scii, in codice Durham, Cathedralis A I 9, ff. 3-65, nihil aliud est quam textus defectivus, ut notat B. Smalley, *Peter Comestor on the Gospels,* in

forsitan praebet a<f illam Magistri inveniendam, eo quod Manducator distinctionem clare facit in suo textu inter glossatorem, scilicet Lombardum, et expositorem, nempe Rabanum Maurum (PL 107, 727-1156; RB 7060), quem ut suum fontem principalem elegit ipse Comestor.

Utrum ante eum etiam noster Magister dependerit a Rabano, incerti sumus. Nihilominus prima facie talis influxus non excluderetur, eo quod inopinanter saltem unum locum sine rubrica invenimus qui aequo iure dependere posset a Rabano ac a Glossa ordinaria in Matth. 7, 7 L Sed sine aliis testimoniis argumentum nostrum claudicat. Immo, nos fallit quatenus aliis locis plane apparet quod Magister sibi in manibus non habuerat opus Rabani in primum Evangelium [2].

Quaerere aliam glossam Magistri, in Marcum scilicet, nihil aliud esset quam intrare alterum labyrinthum sub ductu eiusdem Rabodonis! Uti Accessum enim Lombardi in Marcum textum proponit anonymum qui incipit: « Quoniam omnibus legitime certantibus... evangelium ediderit » (RB 6649); qui etiam sine nomine invenitur in Clm 2627, f. 34 (RB 9879). In quo codice autem immediate praecedit idem Introitus uti supra: *Fecit Deus duo magna luminaria* (RB 9778), qui nihil minus est quam reportatio Comestoris in Matthaeum (RB 6575; cf. etiam 11140). Ope istius notitiae (6575) [3] idem Accessus uti anonymus invenitur in cod. Bamberg., Staatliche Bibi., Bibi. 103, ff. 26ss. Unde inducimus quod haec glossa potius Manducatori pertinet quam Lombardo[4].

Inter Glossas vero Magistri in Evangelia, illa in Lucam maxime nobis interesset ratione materiae et doctrinae illius Evangelistae circa Annun-

RTAM 46 (1979) 106. Lubet indicare etiam quod prologus « *Fecit Deus...* et sic terminat librum suum » invenitur in *Bibliotheca Casinensis,* IV (1880) 285a-287b. Alia versio seu potius quaedam reportatio habetur in RB 7496, sub nomine Roberti Wigorniensis (Worcester), canonici qui dicitur floruisse saec. XII. Quatenus autem monachi, non canonici, Ecclesiae cathedralis serviebant, evanescit ille magister, ut nuper adnotavit eadem B. Smalley, *Some Gospel Commentaries of the early Twelfth Century,* in RTAM 45 (1978) 159.

1 Cf. *Sent.* II, d. 40, n. 3, de arbore bono (tom. 1,557); Rabanus Maurus, *In Matth.* II, c. 7 (PL 107, 848 A), ubi glossa Origeni attribuitur; necnon *et Glossa interi,* hic (apud Lyranum, V, 29r). 2 In *Sent.* II, d. 11, c. 1, n. 1 (I, 380), ubi reapse verba Hieronymi citantur secundum Glossam ord, in Matthaeum 18, 10 (apud Lyranum, V, 56c), et non secundum Rabanum in h.l. (PL 107, 1009 A). 3 Quae notitia dependet ad litteram ab illa A. Landgraf, *Recherches sur les écrits de Pierre le Mangeur,* in RTAM 3 (1931) 367s. Addi lubet quod Magister Hugo de S. Caro *Praemium Marci* repetit seu rectius adaptat ut suum *in Lucam* (RB 3721; ed. Venet. VI, 125c-d); ipsum textum Manducatoris non semel adhibet in suo *In Marcum* (ex. gr., ibid., f. 91a in fine). 4 Quod Manducatori attribuitur in RB 6576, 1, nuper ei negatur a cl. B. Smalley, quae codicem Durham examinavit; cf. *Peter Comestor on the Gospels,* in RTAM 46 (1979) 106.

tiationem, Incarnationem, Praesentationem, necnon et missionem Baptistae, immo et parabolam de Lazaro et divite, etc. Quatenus autem Magister Rabodon nullum Introitum in Lucam proponit sub nomine Lombardi, sicco pede campum transeamus. Testimonium enim Comestoris monstrat quod ipse in manibus textum Magistri habebat L

Iterum Magister Rabodo in suo *Libro de pluribus* nobis offert uti Petri Lombardi quendam Introitum in loannem: « *Omnia poma, nova et vetera, servavi tibi, dilecte mi* (Cant. 7, 13). Poma nova et vetera, que odore alliciunt et sapore reficiunt, dicit se ecclesia his verbis Christo servare. Hec autem poma divina est scriptura... in activa vita et contemplativa terminat evangelium » (RB 6650; IV, 328). Praeter Rabodonis codicem, iuxta cl. Stegmüller textus invenitur, ac quidem semper anonymus, in Clm 2627, f. 35, et in Salzburg St. Peter a V 44, f. 41; quibus adiungi oportet ille Paris., BN lat. 3535, ff. 7-8, scilicet inter fragmenta codicum S. Martialis Lemovicensis, et quidem ut anonymus; ac BN nouv. acq. lat. 217, f. 105r-v2.

In alia forma invenitur in cod. Bern, Bürgerbibl. A 94, f. 6: « *Omnia poma, nova et vetera, servavi* servanti (!) *tibi, dilecte mi.* Hec sunt verba sponse in canticis ad sponsum. Per poma nova et vetera intelliguntur sacre scripture novi et veteris testamenti... super litteram legitur, et interlinearibus et marginalibus coaptatur» (RB 8808; VI, 141). Sumus hic in scholis Comestoris. Quatenus enim sua lectio glossa erat super quendam textum iam glossatum, semper quaesivit ordinare suas glossas ad ipsum textum divinum, quandoque distinguendo inter glossatorem et expositorem, uti super Matthaeum ubi distinguit (uti iam notatur) inter fontem viciniorem seu quendam magistrum (Lombardum) et fontem remotiorem glossae istius (Rabanum).

Textus autem integer huius Glossae Comestoris (RB 6578; IV, 297) invenitur in pluribus codicibus[3]: « *Omnia poma, nova et vetera, servavi tibi, dilecte mi* (Cant. 7, 13). Solet sacra scriptura pomorum nomine censeri, quia quarto tempore, id est quarta etate *[probabilius* estate] esibilis facta est, id est in auctoritate recepta est. Habes enim in Levitico [19, 24] quia Dominus fructus arborum, que de novo fuerunt plantate, tribus annis abici precepit... *Hic est loannes.* Premittit Hieronymus huic operi prologum ad sequentis operis commendationem, commendans autem se-

1 Uti notatur ibidem, 105. 2 *Bibi. Nationale. Catalogue général des manuscrits latins* V (1966), 594, ubi uterque indicatur. 3 De quibus, cf. B. Smalley, *Peter Comestor on tlte Gospels,* in RTAM 46 (1979) 107s.

quens opus a quattuor. ...*Omnibus divine.* Sed magister ad introitum Augustini quodammodo preparavit ingressum. *In principio erat.* In principio huius evangelii ponuntur quatuor comata, id est quatuor clausule sive distinctiones. *Et tertia die* (2, 1). Iohannes ostendens prius Christum Deum esse... *expi.:* non est inconveniens si hyperbolice loquatur sacra scriptura. Et hoc habes in glossa: 'Non dicit spatio [non *spatium,* ut in RB 6578] temporis' ». Proinde apparet quod haec Glossa non pertinet ad Magistrum nostrum, contra opinionem Magistri Rabodonis.

Restat adhuc quoddam opusculum examinare in codice Avranches 36, f. 175b-c: *Idem super evangelio* (RB 6647, ubi titulum novum portat: *Introitus super evangelia). Idem,* scilicet Magister Petrus Lombardus, eo quod sequitur suum *Super illum locum in loele,* de quo postea.

Quod opusculum in evangelia pluribus signis se monstrat spurium, tam in doctrina quam in forma quaestionum quas praesentat circa evangelium. Exempli gratia, aliter hic definitur evangelium quam in Glossa in Rom. 1, 1: *Paulus... segregatus in Evangelium Dei,* ubi scribit Magister: « Est autem evangelium bona annuntiatio; *eu* enim graece, latinum *bonum; angelos, nuntius;* inde evangelium, bonum nuntium, vel bona annuntiatio. Ea vero est de his quae ad fidem catholicam et bonos mores pertinent » (PL 191, 1305 A). Aliter illud opusculum: « Evangelium est bona annunciatio de eternis, facta ore ipsius salvatoris »; quae definitio valde affinis est illa Magistri Hugonis de Sancto Caro: « Dicitur[1] autem evangelium ab *Eu,* quod est bonum, et *Angelus,* quod est nuncians. Et licet tota Scriptura possit dici bona nuncians, sola tamen evangelica historia, quae de gestis Christi et doctrina antonomastice dicitur Evangelium. Et sic potest diffiniri: Evangelium est annunciatio humanae salutis, facta proprio ore Salvatoris ». Unde haec verba sumpserit auctor opusculi, nescimus; supponi potest quod hic dependeat a quodam Magistro (Manducatore ?) qui posterior erat Lombardo nostro.

CAPITULUM QUARTUM

Testimonia Ipsius Lombardi

Proinde, ad normam legum antiquorum, oportet testes fideles arcessere, qui, licet pauci sint, testimonium veridicum praestare possint circa opera scripturistica Magistri nostri. Non desunt quidam saeculi XII qui

[1] *In Evangelium Matthaei,* in titulo (Opera, VI, Venetiis 1754, 3a).

iam testimonium reddiderant circa librum *Sententiarum* et doctrinam ibi propositam, ut apparet ope indaginum A. Landgraf et aliorum nostri saeculi L Sed ex alia parte revera pauci sunt qui nostris diebus quaedam nova invenerunt circa studium Bibliae in medio aevo, et pauciores qui textus seu glossas saeculi illius exquisierunt et publici iuris fecerunt.

Inprimis testimonia ipsius Lombardi quaerenda sunt, ubi saltem indirecte et ex obliquo revelat quos libros Scripturae sacrae exposuit seu glossavit praeter Psalterium et Epistolas beati Pauli. Nusquam autem sive in *Sententiis* sive in *Glossis* in Psalmos et in Apostolum, sive etiam in Sermonibus, sese vel auditorem seu lectorem explicite refert ad alia sua opera. Ad maximum, uti mox infra notatur, semel velum aliquantulum sublevat; a quo inde incipit nostra discussio.

A. In loel.

In quodam loco *Sententiarum* ipse Lombardus sibi testimonium reddere videtur quod olim librum loel glossaverat. Ita enim interpretari possumus eius textum infra in cap. 278 (seu Dist. 48, c. 4) Libri IV (p. 545), ubi disputat de loco iudicii, utrum scilicet Dominus descensurus sit in vallem losaphat in latere montis Oliveti: « *Congregabo omnes gentes, et deducam eas in vallem losaphat; et disceptabo cum eis ibi super populo meo et haereditate mea, Israel* (3, 2): In cuius capituli expositione ita r e p e r i : 'Hoc quidam pueriliter intelligunt...' ». *Ita reperi,* scilicet in Glossa ordinaria, quando Glossam meam confeci [1].

Immo, quod Magister omnes Prophetas minores glossaverit apparet ex omni libro *Sententiarum* ubi omnes nominantur praeter Abdiam, lonam et Sophoniam[3]. Quod dependeret a *Glossa ordinaria* libenter conceditur; et a *Summa Sententiarum* quando semel citat Hieronymum in *Expositione*

1 Cf. A. Landgraf, *Note de critique textuelle sur les Sentences de Pierre Lombard,* in *Rech. de théol. anc. et méd.* 2 (1930) 80-99; ac eius *Introducciôn a la historia de la literatura teolôgica de la escolàstica incipiente* (Barcelona 1956), 161-192; vel aptius quia recentius, *Introduction à l'histoire de la littérature théologique de la scolastique naissante,* ed. A. M. Landry - L. B. Geiger (Montréal-Paris 1973), 130-152. Circa scholam Magistri, cf. R. M. Martin, *Notes sur l'oeuvre littéraire de Pierre le Mangeur,* in *Rech. de théol. anc. et méd. 3* (1931) 140-157; et L. Hodl, *Die Geschichte der schol. Literatur und der Théologie der Schlüsselgewalt* (Munster 1960). 2 Alius locus *Glossae* non invenitur praeter illum in loel 2, 28 (infra, p. 242), ex *Glossa ord.,* f. 355r (non ex f. 335r, uti indicatur in nota ibidem). 3 Cf. Indices in utroque *tomo* nostro sub nomine cuiusque Prophetae.

Habacuc 1; sed ut irnpluribus manifestat quod quandam glossam propriam iam composuerit.

Quid ergo dicendum est de quodam passu in Ioel 1, 14 (vel 2, 15): *Sanctificate ieiunium,* qui invenitur solummodo in cod. Avranches 36, f. 175b (RB 6645), unacum quodam introitu super evangelia (RB 6647) quem licet Lombardo ascribatur iam reiicimus ? Qui codex ff. 316 continens saec. XIII ineuntis dicitur; Glossam Manducaturis in Matthaeum (RB 6575) lectori offert (ff. 69a-IIIa), necnon in Lucam (RB 6577) et in Marcum (RB 6576, 2); dein, sub titulo: *Magister Petrus Lombardus* (f. 175b), textus profertur qui nobis interest, unacum *Idem super evangelium,* uti supra in fine cap. IV. Quae sequuntur Comestori posteriora sunt: *Summa divinae paginae,* olim Magistro Petro Pictaviensi adscripta [2], et alia anonyma vel sub nomine Magistri Stephani Langton. Ante iudicium autem audire oportet testimonium textus qui nomen portat nostri Magistri[3]:

Magister Petrus Lombardus. Super illum locum in Ioele: *Sanctificate ieiunium, sanctificate ieiunium,* etc.

1. Ieiunium est anime et corporis afflictio, qua Deo ut creatori reconciliemur. Ieiunium aliud extrinsecum, aliud intrinsecum. Extrinsecum est cum abstinenda victus, vestitus, et concupiscencie oculorum vel sensuum; intrinsecum in abstinenda male cogitacionis, delectacionis seu operacionis et consuetudinis.

2. Aliud licitum, ut sponte in IV vel VI feria; aliud illicitum, sicut non est licitum quin XLa ieiunemus; aliud voluntarium, ut supra licitum.

3. Vel aliter: Quinque sunt necessaria ad sanctificationem ieiunii, scilicet oracio, elemosina, penitencia, obediencia, humilitas.

4. Oracio alia ab ore tantum, ut: *Populus hic labiis me honorat* [4]; alia corde tantum, ut de Moyse: *Quid clamas ad me? s* nichil tamen dicebat; alia que corde et ore, que bona est. Item, oracio, alia est consecrativa, ut sacramenta; alia obsecrativa, ut in precibus; alia exsecrativa ut: *Benedictionibus vestris maledicam* [6].

5. Elemosina est in dando et commodando, eodem tandem pondere et doctrina. Hec doctrina est in verbo et exemplo, in voto, quia volumus bonum fieri; et littera, quia monemus per epistolas.

6. « Penitencia [7] est commissa deflere et flenda non committere ». Penitencia est in quinque: quod sibi displiceat, quod odio habeat, quod amplius caveat, quod cum obediencia suscipiat et humilitate perficiat. Contra hoc scilicet quod super-

1 In *Libro Sententiarum,* I, dist. 39, c. 4 (I, 282); simili modo aliqua verba Hieronymi *super Aggaeum* sumuntur ex *Decreto* Gratiani in Libro IV, d. 15, c. 6, n. 3 (II, 331s). 2 Cf. Prolegomena ad tom. I, 126*s, 139*ss. 3 Ad commodum lectoris textus integer'bffertur uti iam editus a cl. G. Lacombe, in *The New Scholasticism* 5 (1931) 159s; divisio textus nostra est, ad accommodandum quandam glossam nostram. 4 Is. 29, 13; Matth. 15, 8; Mare. 7, 6. 5 Exod. 14, 15. « Malach. 2, 2. 7 Definitio Gregorii Magni, uti infra, IV, d. 13, c. 2, n. 2 (317).

bia [1] est primum peccatum recedentibus a Deo et ultimum redeuntibus ad eundem [= Deum], obediencia est qua sub potenti manu Dei cum humilitate submittimur. Et hec, alia racionabilis, ut nostri ad Deum; alia irracionabilis, ut servorum ad dominos. Hoc est quod alibi dicitur: Paciencia cum racione et paciencia sine racione. Humilitas, alia humilitas sola; alia humilitas humilitatis, ut quando inferioribus ad quodlibet, et diu, summittimur; alia simulacio humilitatis.

7. De humilitate procedit compunctio, que filia simillima est matri; et consistit in sex, que sunt: peregrinacio, in qua est miseria quam patitur [patimur ?]; dilatio regni celorum; pondus peccatorum; timor gehenne; tamen [tandem ?] cum timore iniciali filialis reverencia, que permanet in eternum.

Quatenus iuxta obituarium Magistri Ecclesia Parisiensis glossam eius habuit in duodecim Prophetas minores, excludi nequit quaedam glossa in loel. Eo ipso autem non sequitur quod hic habeatur excerptum authenticum opusculi Magistri; immo quaedam militare videntur contra talem attributionem. Unde convenit quoddam commentum facere ope imprimis trium sermonum Magistri ubi discutitur de ieiunio et poenitentia: n. 11: *In (De) Septuagesima* (PL 171, 845 D - 853 B); n. 12: *(In) prima Dominica Quadragesimae* (PL 171, 443 B - 451 A); n. 26: *In Letaniis* (PL 171, 567 D - 572 A), iuxta nostram divisionem huius excerpti.

1. Si ieiunium est afflictio animae et corporis, et inde « aliud extrinsecum, aliud intrinsecum », idem est ac dicere: « Ieiunium duplex est, corporale et spirituale. Corporale est, quo nos contemperamus a cibis; spirituale, quo abstinemus a vitiis. Non sufficit nec valet carnem macerare corporali parcimonia, nisi intus castificet mentem spirituali abstinentia, qua vitia caveamus, delicta vitemus »[2].

2. Loca parallela non invenimus.

3. Quod quinque sunt necessaria, iuxta hunc tractatum: « oratio, eleemosyna, poenitentia, obedientia, humilitas », ad sanctificandum ieiunium, quodammodo huic tractatui proprium est. Sermo enim 12 potius loquitur[3] de partibus satisfactionis, quae sunt: ieiunium, oratio et eleemosyna.

4. Non tamen turbetur cor nostrum, nam hic clavis invenitur unde mysterium auctoris reveletur: nam ita dicit praedicator sermonis 12: « Similiter est et oratio oris, et oratio cordis. Non valet clamor labiorum sine labore animorum. Clamor autem cordis, etiam silente exterius voce corporis, a Deo semper auditur. De hoc clamore Dominus ad Moysen ta-

1 In se, dictum est Augustini, *Enarr. I in ps. XVIII,* n. 14, ut parum infra indicatur. 2 Ut in Sermone 12 (PL 171, 447 C). 3 Ibid. (447 B).

centem ait: *Quid^clamas ad me de terra* ? 1. **Tacebat** Moyses, sicut ibidem legitur, et Dominus dicit: *clamas.* Sed tacebat ore, clamabat corde»2. Idem invenitur etiam in sermone 26: «Moyses tacens, in Exodo legitur clamasse ad Deum, quia licet ore sileret, corde tamen clamabat... Clamor iste est magna cogitationis intentio, quae fit cogitationis sublimitate concentuque virtutum »3.

5. Eleemosyna, secundum sermonem 12 4, gemina est, corporalis et spiritualis; et duobus modis expletur: *dando* scilicet aliis bona nostra, et *dimittendo* eis mala sua *(commodando* non apparet hic). Sacra unde et salutifera est haec *doctrina 5.*

6. Definitio poenitentiae Gregorii est (infra, p. 317). Sed quod in quinque consistere dicitur quodammodo militat contra doctrinam Magistri, ubi docemur quod in tribus consistit: in cordis compunctione seu contritione, in oris confessione, et in operis satisfactione 6. Sed revera, ut in Sermone 12, doctrina sic expanditur ut quinque vel amplius enumerentur: « Satisfactio 7 maxime in tribus consistit: scilicet ieiunio, oratione et eleemosyna. leiunium vero duplex est, corporale et spirituale. Corporale est, quo nos contemperamus a cibis; spirituale, quo abstinemus a vitiis »; quae quodammodo innuuntur in tractatu in loelem: « odio habeat, amplius caveat, cum obediencia suscipiat ».

Quod hic dicitur de superbia denuo Magistro Petro innuit ut auctori vel saltem fonti eiusdem glossae in loelem, eo quod non semel sed ter quasi eadem verba inveniuntur in sermonibus Magistri. Legitur enim in Sermone 11: *In Septuagesima:* «Haec [superbia] est maximum delictum, id est caeleste vitium, primum recedentibus et ultimum redeuntibus » (PL 171, 847 B); dein in Sermone 12, loquens Magister de quatuor aversionibus quibus infelix et miserabilis anima a Deo se elongat, dicit: « Laetitia mundialis... una est et maxima [via] recedendi a Deo » (ibid., 444 A); et iterum in Sermone 25 8: « Tertius laqueus est superbia vitae, vitium primum recedentibus et ultimum redeuntibus. Aliquando enim qui nec carnis concupiscentia nec rei extrinsecae cupiditate subiugatur, iaculo su-

1 Exod. 14, 15: *Dixitque Dominus ad Moysen: Quid clamas ad me ?* 2 PL 171, 447 C. 3 Ibid., 571 A-B. < Ibid., 447 D - 448 B. s Ibid., 448 D. 6 Cf. *Sent.* IV, d. 14, c. 3 (318ss), et praesertim d. 16, cc. 1-3 (336ss). 7 PL 171, 447 C. 8 Textus integer sermonis deest in PL 171, 871 C - 873 C; unde supplevimus ex cod. K (Pragae), f. 93c. His sermonibus alium oportet adiungi qui certo certius est Lombardi episcopi: *«Filii hominis...* Videtis, fratres...» (PL 171, 921 B - 924 B), ubi quasi eadem verba inveniuntur: « Superbia enim est primum vitium recedentibus a Deo, ultimum vero redeuntibus ad Dominum » (924 A).

perbiae percutitur, quae etiam in bene factis interdum subrepit, et de perfectione originem ducit ».

Nihilominus hoc dictum forsitan parum vel nihil probat, eo quod in se potius Augustini est in Psalmum 18, 14: « *Et mundabor a delicto maximo:* quo alio, nisi superbiae ? Non enim est maius delictum quam apostatare a Deo, quod est initium superbiae hominis. Et vere ille immaculatus est, qui etiam hoc delicto caret: quia hoc est ultimum redeuntibus ad Deum, quod recedentibus primum fuit » 1.

7. Iterum loca parallela non invenimus.

Uti iacet non apparet quod hoc opusculum venerit de manu Magistri; quaedam indubitanter sua sunt, alia forsitan discussiones in scholis evocant. Indicium finale caute aliis concedimus.

B. Testimonia in Sermonibus Magistri.

Aliis etiam relinquimus sermones Magistri aestimare sub aspectu literario 2; hic nobis magis interest quid revelent circa glossas Lombardi in textum sacrum, et quid determinari possit circa chronologiam tam glossarum quam sermonum.

Quod attinet ad tempus seu annos quibus praedicaverit Magister, quaedam difficultas oritur, ut nobis videtur, ex quodam capitulo seu epistola pseudo-Isidori 3 quae repetitur ab Ivone Carnotensi 4 et postea

1 *Enarr. I in Ps. XVIII,* n. 14 (PL 36, 156; CCL 38, 104s). 2 Cf. L. Bourgain, *La chaire française au XIIe siècle d'après les manuscrits,* Paris 1879: « Les homélies sont des dissertations régulières, nourries de l'Écriture sainte et particulièrement des Prophètes, mais froides et compassées. La critique n'y peut relever un seul passage digne d'intérêt, si ce n'est peut-être dans le quatorzième sermon » (pp. 46s); unde Lombardum adiudicat *célèbre théologien* (iuxta *Metamorphosis GoliaeV)* sed *prédicateur médiocre.* ludicium non dissimile hisce diebus redditur in studio cl. *J.* Longère, *Oeuvres oratoires de maîtres parisiens au XIIe siècle* (Paris 1975): « On devine l'intérêt porté au comportement pénitentiel du fidèle. Pierre Lombard se montre désireux d'aider concrètement les chrétiens dans un idéal de lutte énergique contre le mal et de poursuite du bien; mais il apparaît homme de doctrine, plus que pasteur. On ne saurait lui reprocher de faire appel à la raison plus qu'aux sentiments, cependant sa prédication manque un peu de chaleur» (I, 295). Potest autem quaeri qui essent illi *fratres* qui salutantur et admonentur in omni sermone; quibus dicitur: « *lubilaie* scienter et *psallite sapienter* » (serm. 4, PL 171, 388 A); qui salutantur uti « viri caelestes... qui Magi estis et philosophi... per caelestem theologiam qua cognoscitis mysterium regni Dei » (403 B), et intelligunt quid sit regio dissimilitudinis (404 D). Non sunt illi fratres quos admonet Lombardus episcopus (PL 171, 921 B - 924 B), sed potius eruditi vel saltem studiosi, canonici S. Mariae et studentes scholae eius! 3 Infra, p. 397, n. 2. 4 Ivo, *Decretum* VI, 20: *Perlectis* (PL 161, 448 D - 449 A); et *Panormia* III, c. XLI: De officiis illorum qui sunt ordinandi, § 5 (PL 161, 1138 D).

a Magistro Gratiano, unde apparet quod pertineret ad lectorem officium praedicandi super Vetus Testamentum, et ad diaconum illud super Evangelium et Apostolum. Ipse Magister textum praefert in *Sententiis* prout invenitur in *Decreto* Gratiani E « 'Ad lectorem pertinet lectiones pronuntiare, et ea quae Prophetae vaticinaverunt praedicare', ut iam ex officio legat in ecclesia prophetias et lectiones ». Ut apparet autem ex toto capitulo, hic Magister magis insistit clarae lectioni (sicut etiam S. Isidorus, in prima parte eiusdem capituli) quam praedicationi. Infra autem tangens [1] officia diaconi iterum sequitur epistolam pseudo-Isidori; « Ad diaconum pertinet assistere sacerdotibus..., crucem ferre et praedicare Evangelium et Apostolum. Nam sicut lectoribus Vetus Testamentum, ita diaconibus Novum praedicare praeceptum est ».

Fons huius legislationis, quae iam invenitur in *Decreto* ac in *Panormia* Ivonis Carnutensis, unde (potius ex *Decreto)* repetitur a Gratiano in *Decreti* D. 25, c. 1 *Perlectis,* uti supra, nihil aliud est quam *Epistola ad Leudefredum episcopum* S. Isidoro iam attributa a fabricatore anonymo[3].

Unde supponi potest quod ante diaconatum Magister ut servus fidelis suos sermones, non autem lectiones suas in scholis[4], quodammodo coarctaverit ad materiam Veteris Testamenti; ac inde, parum post 1150 diaconus factus, sese extenderit ad Novum Testamentum. De facto quidam sermones inveniuntur ubi parum vel nihil trahitur de Novo Testamento, dum alii librum *Sententiarum* antecedere videntur[5].

In fine lector advertatur quod ex negligentia seu potius ignorantia in Prolegomenis ad tom. I, p. [1]11 omisimus sermonem authenticum Magistri: Si *Filius vos liberaverit, vere liberi eritis* [Ioan. 8, 36], ex cod. S. Germani 381 seu Paris. BN lat. 12415 [6]. Insuper, adiungere oportet quod alius ex cod. S. Germani 383, nunc BN lat. 12453: *Fili hominis, speculatorem*

1 Uti infra, p. 397, ubi etiam indicatur locus in *Decreto* Gratiani et in aliis fontibus. 2 In Dist. 24, c. 10, n. 2 (infra, 401 s). 3 Circa auctorem Epistolae et tempus compositionis eius disputatur. Cf. PLS IV, 1820; et praesertim C. Silva-Tarouca, *Novi studi suile antiche lettere dei Papi,* in *Gregorianum* 12 (1931) 588s. Quod hoc capitulum observabatur ubique, non apparet. Immo circa mentem et spiritum cleri, cf. M. Peuchmaurd, O.P., *Le prêtre ministre de la parole dans la théologie du XIIe siècle (Canonistes, moines et chanoines),* in *Pech. de théol. anc. et méd.* 29 (1962) 52-75. 4 Quod talis legislatio non tangerit opera eius scholastica patet ex Glossa primitiva in Apostolum; de cuius chronologia cf. Proleg. ad tom. I, 82*ss. 5 inter illos qui potius dependent a glossis in Vetus Testamentum, cf. nn. 6, 13, 22, 23, 25, 28; *Sententiis* priores adjudicamus nn. 12, 14, 15, 16. 6 PL 171, 942 C - 944 D. Invenitur etiam in cod. BN lat. 13752 et in BN lat. 18096, f. 50, iuxta B. Hauréâu, *Notices et extraits* II, 225. Loca parallela inveniuntur in sermone 24; doctrina de triplici libertate dependet a *Sent.* II, d. 25, cc. 8-9 (I, 466-469).

dedi te domui Israel... ex me [Ezech. 33, 7]x, qui cuiusdam episcopi est ad populum suum, cum omni probabilitate Petri Lombardi est: interpretatio Apostoli (923 D - 924 A) doctrinam Magistri redolet; ac iterum thema invenitur: « superbia est primum vitium recedentibus a Deo, ultimum vero redeuntibus ad Dominum» (924 A-B). Inde apparet quod inter desiderata ad saeculum XII illuminandum indubitanter esset editio nova et integra sermonum Magistri Lombardi, cum rubricis ubi inveniuntur et cum quadam indagine circa fontes, sine qua non possumus comprehendere latitudinem et profunditatem Magistri in re biblica seu doctrinali et in re morali.

C. Glossa in Isaiam.

Quod inde tangit nostras investigationes, ne circulus vitiosus fabricari videatur, per modum inductionis oportet procedere ita ut, exempli gratia, ex multiplici usu libri Isaiae unacum quadam glossa quae ultra illam Ordinariam quasi semper excedit, concludatur quod Magister revera quandam glossam in Glossam sibi confecerit. Argumentum nostrum trahitur ex fontibus iam notis, scilicet ex libro *Sententiarum* ac ex sermonibus Magistri2. Concedimus quod nusquam in *Sententiis* lectores refert ad suam Glossam in Isaiam, et recte eo quod illam numquam publici iuris fecerat. Immo, nec omnis recursus ad prophetam quandam glossam postulat; quandoque enim textus dependet ab aliis fontibus3. Nihilominus non semel ipse textus *Sententiarum* quandam glossam postulare videtur quae non invenitur in *Glossa ordinaria,* uti super Is. 9, 6: *Filius datus est nobis* (tom. I, 155s); vel in Is. 48, 16 (I, 132); forsitan etiam in Is. 30, 26 (II, 546) et in Is. 60, 19 (II, 547), licet utrobique sufficiat *Glossa interlinearis* in h.l.

An causa inde cadat ob defectum evidentiae in libro *Sententiarum 7* Nequaquam, eo quod plures Sermones qui quandam praedilectionem erga Isaiam revelant etiam demonstrant quod Magister non semel *Glossam ordinariam* excedit in sua expositione textus sacri. Ita iam in primo sermone, *De adventu,* exponendo duos versus Prophetae: *Mittam in fundamentum Sion lapidem angularem, pretiosum, probatum* (28, 16); «et alibi» (8, 14): *Ponam in Sion lapidem offensionis et scandali,* effectus diversos

1 PL 171, 921 B - 924 B. 2 Circa quendam *Prologum magistri petri lombardi in ysaiam prophetam,* qui contra usum Magistri incipit verbis Scripturae, cf. *Prolegomena* in tom. I, 115* et 117*. 3 Ita pluries materiam trahit Magister ex *Summa sententiarum,* uti in tomo I, 105, 273, 354s, 377, et 379; quandoque ex Decreto Gratiani, uti infra, 316, 344, 377.

huius lapidis in vita hominum enarrat qui non inveniuntur in *Glossa ordinaria* Dein parum infra, super Isaiam 11, 2: *Et requiescet super eum Spiritus Domini,* sermo aliam glossam indicare videtur. Quod talis glossa, Magistri scilicet, adhuc hypothetica, dependeret ab *Ordinaria,* apparet infra (PL 171, 375 A), ubi verba Prophetae: *Ecce nomen Domini venit de longinquo* (30, 27) exponuntur iuxta *ordinariam: « nomen Domini,* id est 'Filius in nomine Patris' »[1]. Unde videtur quod Qlossa Magistri vix alia fuerit quam quaedam glossa super *Glossam ordinariam,* uti pluries verificatur in successoribus eius.

Quod forsitan monstratur in Sermone 2 (PL 171, 376 B - 381 C), ubi quaedam apte adiunguntur interpretationi Isaiae 21, 11: Ad me *clamat ex Seir: Custos, quid de nocte?* Unacum Ordinaria (f. 42c), *«Seir* interpretatur hispidus et pilosus »; sed parum infra vocatur etiam locus *horroris et vastae solitudinis* (Deut. 32, 10), dum *nox* dicitur esse « vitiorum et ignorantiae, suppliciorum et miseriae » (378 C-D). Dein, quaedam nova glossa Isaiae 21, 12, applicatur: *«Dixit custos: Venit mane et nox:* nox scilicet infidelitatis et ignorantiae. Nox caecitatis et vitiorum venit olim, sed modo non est, quia venit mane, quando sedentibus in regione umbrae mortis lux orta est eis» (379 B-C).

D. Glossa in Exodum.

Item, iuxta Obituarium S. Mariae Parisiensis inter libros glossatos Magistri enumerantur «in Veteri Testamento... quinque libri Moysi»[3]; ex quibus seligamus, duce Magistro, librum Exodi eo quod post illum Genesis multoties citatur in omni libro *Sententiarum.* Ne taedeat autem lectorem disquisitionis verbosae, hoc solum dicere satis sit, scilicet quod Glossa Magistri in Exodum dependerit ab *Ordinaria* in eundem librum monstratur in omni libro Sententiarum; immo quod quampluries illam Magister non excedit sed repetit cum omnibus erroribus originalis[4].

1 Cf. PL 171, 371 A-D; ac *Glossa ordin.* in h.l. (ed. Venetiis 1586, tom. IV, f. 53). Nihilominus parum post revertit Magister ad Ordinariam quando exponit quod « septiformis gratiae plenitudo», seu septem dona, sunt *septem mulieres* (Is. 4,1): *«mulieres,* quia nemo generatur Deo nisi per Spiritum» (PL 171, 372 A). Immo, quod sequitur (372 B) dependet ad unguem ab eadem Glossa. 2 *Glossa ordinaria,* IV, f. 57c. 3 Cf. Prolegomena ad tom. I, 20*. 4 Cf. Lib. I, dist. 8, c. 1, n. 3; et nota 3 (I, 95); non semel etiam Gregorio Magno scriptum super Exodum attribuitur ob eius praesentiam in eadem *Glossa* (cf. I, 498, et 570; et II, 113); necnon et super Genesim (I, 323, 27ss); et semel super Psalmos (II, 513).

Unde non oportet textum nostrum onerare mille minutiis. Si quid novum quaeritur, scilicet quid *Glossae ordinariae* Magister adiunxerit ad propriam glossam conficiendum, revertere oportet, uti supra circa librum Isaiae, ad sermones eius, multo minus autem ad *Sententias*.

Quod inde tangit Sermones Magistri, non minus quam sedecim loci inveniuntur ubi citantur et non semel exponuntur verba Exodi, quandoque iuxta *Glossam ordinariam,* quandoque cis et ultra. Exempli gratia, in Sermone 25, ubi Moyses, qui « ex quo verba Dei audire coepit, humana infirmitate se gravatum novit, ut non modo ad respondendum Domino, sed ad loquendum cum eo se profitetur imbecillem », sese excusat: *Obsecro, Domine, non sum eloquens ab heri et nudiustertius* (Exod. 4, 10), textus exponitur ad litteram iuxta Origenem, ut in *Glossa ordinaria* [1].

Ex alia parte, in Sermone 14: *Egredere de terra tua* (Gen. 12, 1), quando Magister textum appellat Exodi 3, 18 (iuxta editorem A. Beaugendre seu verius J. J. Bourassé) seu potius Exodi 5, 3: *Deus Hebraeorum vocavit nos, ut eamus viam trium dierum in solitudinem,* solummodo pauca verba *Glossae interlinearis* adhibentur, dum textus exponitur per longum et latum ab ipso Magistro [2].

Dein, in Sermone 22, *In Parasceve* (qui ab editore intitulatur *De laudibus sanctae crucis* [3]), ubi in prima parte (686 B-C) exponitur Exodus 4, 3-4, de virga Moysis quae conversa fuit in serpentem, Magister dependet a *Glossa ordinaria* in h.l. (fol. 132a), ubi citantur Gregorius[4] et Isidorus[5]. Parum infra (686 D), virga dicitur esse Filius caro factus, ut in *Glossa* in Exod. 7, 11-12 (fol. 137 c-d); cui adiungitur (686 D - 687 A) interpretatio Origenis, quod « virga qua Aegyptus subiicitur et Pharao superatur crux Christi est, per quam mundus et princeps mundi superatur » (fol. 137c) [6]. Hucusque, ut apparet, *Glossa* in Exod. c. 4. Deinde, ante conclusionem sermonis, Magister denuo (694 C) se convertit ad *Glossam* in Exodi 12, 7: *Sumes* [Vulg. *sument] de sanguine agni, ac pones [ponent] super utrumque postem, et in superliminaribus domorum,*

1 PL 171, 872 B; ex *Glossa ordin.* I, 132c; ex Origenis *In Exodum homilia* 3, n. 1 (PG 12, 310 A-B; *Die Oriechischen Christlichen Schriftsteller der ersten drei Jahrhunderte* [GCS], tom. XXIX, Origenes VI, 161s). 2 PL 171, 856 A - 857 A; *Glossa ord.* in Exod. 5, 3 (134b). 3 PL 171, 685 D - 695 D. 4 Scii, in quodam fragmento (n. 3) a Paterio Gregorii Magni *Homiliis in Hiezechihelem* adscripto (CCL 142, 412; et PL 79, 726 A-B). 5 Pseudo-Isidorus, *Quaestiones in Exodum,* c. 8, n. 2 (PL 83, 290 B); de quibus cf. R. E. McNally, *The Pseudo-Isidorian « De Vetere et Novo Testamento Quaestiones»,* in *Traditio* 19 (1963) 37-50. 6 Ex Origenis *homilia IV in Exodum,* n. 6 (PG 12, 321 B-C; GCS 29, 177).

unacum *Glossa ord.* (f. 146c), ex opusculo Paterii super hunc locum Exodi [1].

Sed haec hactenus! ne importuna evadat nostra discussio, sufficiat sermones Magistri notare ubi se delectat petitionem Moysis exponere: *Si inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam... Ostende mihi gloriam tuam* (Exod. 33, 13 et 18); necnon et responsum Altissimi: *Non poteris videre faciem meam: non enim videbit me homo et vivet. Et iterum: Ecce, inquit, est locus apud me, et stabis supra petram. Cumque transibit gloria mea, ponam te in foramine petrae, et protegam dextera mea, donec transeam: tollamque manum meam, et videbis posteriora mea: faciem autem meam videre non poteris* (Exod. 33, 20-23).

In Sermone 3, *De adventu Domini: Vidi angelum Dei fortem... et facies eius tamquam sol* (Apoc. 10, 1-2)[2], glossat Magister: «De facie sua dixit Moysi: *Nemo videbit faciem meam et vivet.* Non enim potest quis adhuc in carne mortali degens in faciem deitatis inspicere, nec etiam si fuerit Moyses. Sed dicitur ei: *Sta in foramine petrae,* et cum pertransiero *videbis posteriora,* non faciem. Facies est: *In principio erat Verbum* [3]; posteriora: *Verbum caro factum est.* Haec ergo inferiora, id est eius humanitatem, videre poterimus, sed nonnisi steterimus *in foramine petrae;* id est, nisi habeamus fidem Christi, de quo dicitur: *Petra autem erat Christus»*[4]. Sed revera parum vel nihil differt a *Glossa ordinaria* in h.l. [5].

Dein, in Sermone 4, *De Natali* [6], qui dependet a *Glossa in Apostolum* et a *Libro Sententiarum* [7], interpretatio eiusdem textus Exodi parum differt a *Glossa ordinaria* [8] seu a sermone praecedente (PL 171, 385 C). Idem dicendum videtur circa Sermonem 27, ubi repetitur, sed sine glossa, Exodi 33, 22: *Sta in foramine petrae* (438 B); necnon et circa sermonem nuper Magistro attributum: *Si Filius vos liberaverit* (PL 171, 944 A-B), ubi *ostende mihi faciem tuam* clamor est animae contemplativae.

Quid inde deduci potest, nisi quod Glossa Magistri in Exodum ita secuta est illam Ordinariam et interlinearem ut vix alia erat quam quaedam glossula in illam Glossam ? Unde forsitan numquam voluit suam glossam tradere librariis.

1 PL 79, 729 C-D. 2 Ed. D. Van den Eynde, *Deux sermons inediis de Pierre Lombard,* in *Miscellanea Lombardiana* (Novara 1957) 78. 3 Ioan. 1, 1, ac 1, 14. 4 I Cor. 10, 4. 5 Scil. in Exod. 33, 20s (Gl. ord. I, 203a-c). « PL 171, 385 C. 7 Non semel materia trahitur ex Glossa in Hebr., c. 2, 10 et 14-15 (PL 191, 420s, et 423 C); necnon ex Libro III *Sent.,* d. 1, c. 1; d. 9, c. 3; et d. 23, c. 7. 8 In Exod. 33, 20s (I, 203a-b).

CAPITULUM QUINTUM

Testimonia post Lombardum

Quod tangit Magistrum nostrum et sua multiplicia opera super Verbum divinum, post mortem Petri Manducatoris paucissimi sunt qui praeter Glossam in Psalmos et aliam in Apostolum recordantur labores Lombardi in Sacram Paginam. Nihilominus non desunt quidam testes fideles, ab ipso Manducatore usque ad Alagistrum Stephanum Langton et Hugonem de S. Caro, O. Praed.

A. Petrus Comestor.

Non sine scandalo (minimo quidem) quosdam modernos invenimus qui adhuc credant quod Magister Petrus Comestor, decanus Trecensis, Parisius venerit solummodo post mortem Lombardi (3 maii 1160) [1], et quidem anno 1164, quando Magistro Odoni successerit in officium cancellarii Parisiensis Ecclesiae. Ex documentis autem manifeste apparet quod Odo Suessionensis cancellarius fuit saltem ab anno 1160 ad 1166 vel forsitan usque ad annum sequentem, antequam se contulit ad monasterium Ursicampi[2]. Et ex aliis documentis et testimoniis sive ipsius Manducatoris sive aliorum manifestius apparet quod Comestor pluribus annis frequentabat scholas Lombardi, cuius successor fuit in scholis S. Mariae.

Ex alia parte etiam Parisius salutatur ut *decanus* [3], Trecensis scilicet, eo quod nullum beneficium possidebat apud S. Mariam seu in eccle-

1 Cf. Prolegomena ad tom. I, 40*-43*, ubi non apte distinguimus inter ipsam diem mortis Lombardi, V Nonas maii (scii, die 3 illius mensis) iuxta Obituarium ecclesiae S. Mariae, et diversa solemnia Parisius celebrata. Illa apud S. Marcellum illustrat Dom. Lebeuf (1754): « Dans le Choeur, entre l'aigle et le Sanctuaire, est une représentation du tombeau du célèbre Pierre Lombard Evêque de Paris, décédé en 1160... Cette figure et l'inscription, quoiqu' anciennes, ne sont pas du temps de sa mort, mais de plus de cent ans après, comme on en juge par la hauteur de sa mitre. Les Bacheliers en Licence de la Faculté de Paris font tous les ans son service en cette Église le 20 juillet » *(Histoire de la ville et de tout le diocese de Paris,* 1-1, 196s). 2 Cf. I. Brady, *Peter Lombard: Canon of Notre-Dame,* in *RTAM* 32 (1965) 288s; documenta annorum 1166/67 edidit J. Depoin, *Recueil de chartes et documents de S-Martin-des-Champs* (Archives de la France monastique, 16), II, nn. 391 et 462, pp. 296, 391s. Cf. etiam L. Hôdl, *Die Questionenliteratur des Odo von Ourscamp,* in suo studio *Die Geschichte der scholastiscken Literatur und der Théologie der Schlüsselgewalt* (BGPTMA XXXVIII, Heft 4), 116-141. 3 In *Glossa* olim Petro Pictaviensi attributa; cf. textus in Prolegomenis nostris ad tom. I, 127*.

sia Parisiensi. Injmo, ex quadam serie sermonum in cod. Trecensi 1515 [1] apparet quod non infrequenter civitatem natalem visitaverit: semel saltem ad Pascha (nn. 39-40); ad synodum celebrandam (n. 46); ad desponsationem sororis suae participandam (n. 43: « Invitatus ut sororis nostre interessem desponsationi »); semel iterum « in solemni ieiunio quod ecclesia in septembri agit » (n. 79), quando, ut videtur, schola vacavit; semel saltem ad Natale Domini (n. 131), probabilius autem pluries (nn. 1-4, 11). Nihilominus, quatenus codex olim pertinebat ad bibliothecam Abbatiae Clarae-Vallis ac proinde probabiliter originem Parisius habuerat, nostra interpretatio quodammodo claudicat.

Quod autem Parisius discipulus fuit Petri Lombardi testimonium inopinatum invenitur, licet sine suo nomine, in opere famoso Gualteri S. Victoris *Contra quatuor labyrinthos Franciael* Inter enim Additamenta posteriora [1] (qui titulus est cl. editoris P. Glorieux) rubrica auctoris legit: *De dialectica Eunomii et Lumbardi et Pictavini iam olim damnata in conciliis sanctorum*[3]. Primo deridet (cum Augustino) dialecticam et errorem Eunomii cui postea consociat Lombardum et Petrum Pictavinum; dein adhuc postea discipulum Lombardi inserit sine nomine. Quatenus autem Petrus Pictaviensis Comestorem secutus est in scholis, quis est iste discipulus anonymus? Sed primo legamus ipsum textum[4]:

De dialectica Eunomii et Lumbardi et Pictavini
iam olim damnata in conciliis sanctorum.

Augustinus libro de Trinitate [5]: « Ridenda est dialectica Eunomii, a quo Eunomiani heretici orti sunt. Qui cum non potuisset intelligere nec credere voluisset Unigenitum Dei Verbum filium Dei esse natura, id est de substantia Patris genitum, non nature vel substantie dixit esse filium, sed filium voluntatis Dei ».

Eia catholica mater Ecclesia dic et tu, sicut et tota et secura dicis, dic et tu inquam, dic: Ridenda, immo iam in Nicena et aliis

1 Cf. J. B. Schneyer, *Repertorium der lateinischen Sermones des Mittelalters* (BGPTMA XLIII, Heft 4), 636-647); olim cod. M 43 Bibliothecae abbatiae Claraevallis, uti indicatur in *La Bibliothèque de l'Abbaye de Clairvaux du XII*e *au XVIII*e *siècle* I (Paris 1979), 199. 2 P. Glorieux, *Le Contra Quatuor Labyrinthos Franciae de Gauthier de Saint-Victor,* in AHDLMA 19 (1952) 304ss. 3 Ibid., 320-334. 4 Uti illic lacet, 320, lin. 12-35. 5 Lib. XV, cap. 20, n. 38 (PL 42, 1087; CCL 50 A, 515); ex *Sententiis* Lombardi, I, dist. VI, cap. unicum, η. 1 (I, 89, 8-13).

sinodis anathema est dialectica et perversa doctrina Petri [1] Lombardi et Pictavini

« Qui cum non potuisset intelligere nec credere voluisset Unigenitum Dei Verbum filium Dei esse natura, id est [2] de substantia Patris genitum, non naturae vel substantiae dicit esse filium ». Fatetur [3] tamen et si non ex substantia Patris saltem vel genitum ex Patre, « quia esse Patrem non est aliquid esse, quod in sequentibus probatur ».

« Quaeritur, inquit[4], utrum Pater potuerit vel voluerit generare Filium. Ad quod dicimus: Posse et velle generare Filium non est aliquid posse, quia esse Patrem non est aliquid esse ». Consequens est ergo esse Filium vel esse Spiritum Sanctum non est aliquid esse.

*Unde et discipulus eius[5]: « De hoc termino, **inquit**, Deus de Deo, dici potest quod nihil *[lege* nec] secundum essentiam nec secundum relationem praedicatur de Deo»[6]. Et idem dicit Pic-

[1] Verba inter duos astericos ascripta adnotationes sunt ipsius Gualteri (cf. P. Glorieux, 195). [2] *id est* Lomb., *idem* Glorieux. [3] Textus dependere videtur ab eodem numero Dist. VI: «sed filium voluntatis Dei» (89, 12-13); dein sequuntur quaedam verba ex Dist. VII, c. 1, n. [1] (92, 5). [4] Conficitur ex eadem Dist. VII, c. 1, n. [1] (91, 16 ac 19-20); ultima verba autem, ex fine eiusdem numeri (92, 5). [5] Licet *discipulo* assignentur, uti iacent haec verba inveniuntur in *Sententiis* Petri Pictaviensis, I, c. 19 (ed. Moore-Dulong, tom. I, 165s, lin. 46s; PL 211, 876 B), cum commento: « nam *regula* illa data est de incomplexis ». Quod autem revera Manducatoris sunt apparet ex Glossa in Sententias olim Petro Pictaviensi attributa: « Sed si hec nomina dicuntur de Deo secundum essentiam, quomodo stabit regula illa nominum significantium essentiam, scilicet quod omnia dicuntur de singulis personis et de omnibus singulariter et in summa ?... Huiusmodi tamen obiectiones non tangunt Manducatorem. Non enim dicit hec nomina et similia dici de Deo secundum essentiam vel predicate divinam essentiam. Non enim aliquod ponunt, sed tantum excludunt. Cum enim dicitur: 'Pater et Filius sunt similes vel equates', cum videatur affirmare, vim habet negationis. Et est idem ac si dicatur: in nullo dissimilefs] in nullo inequales » (cod. Bamberg. Patr. 128, f. 34; cf. A. Landgraf, *Recherches sur les écrits de Pierre le Mangeur,* in RTAM 3, 1931, 294). [6] Res omnino curiosa quod Magister Petrus Comestor, *discipulus* Lombardi, non nominetur a Gualtero. Sed non si? mus obliti quod, amicus abbatiae S. Victoris qui non semel praedicaverat illic, Manducator etiam fuit cancellarius Parisiensis ac inde inter potentiores et digniores Ecclesiae Parisiensis. Unde etiam apparet quare diatribus titulum non ferat *Contra Quinque Labyrinthos Franciael* Mortuus, ut videtur, Parisius 22 octobris 1178, Magister Petrus uti canonicus regularis S. Lupi Trecensis sepultus fuit apud S. Victorem, sicut testatur Obituarium S. Lupi: « Obiit magister Petrus Manducator, Sancti Petri decanus et canonicus Sancti Lupi, qui sepultus est apud Sanctum Victorem Parisiensem » (cf. A. Longnon, *Obituaires de la Province de Sens* IV, Paris 1923, 297 C).

tavinus « Filius non est de aliquo, id est non est de essentia, ita ut1 'aliquo' neutraliter accipiatur; aliquid enim et aliud ad essentiam referuntur; aliquis et alius ad personam. Unde dicimus hoc nomine aliquis vel unus nil poni cum de Deo dicitur, quemadmodum nec aliis numeralibus. Nomen igitur persone significat substantiam, non usiam sed ypostasim. Nos vero relictis huiusmodi abbagibus3, dicimus: Filius non est de aliquo quia non est de essentia. Non ideo dandum est: Filius est de nichilo, quia negatio plus tollit quam affirmatio ponat; removet enim essentiam * cum persona ».

Proinde Comestor primus exstat inter testes fideles circa opera Magistri sui, immo et primarius. Quod Lombardus evangelium Lucae glossaverat nccnon et illud Matthaei, testimonium eius iam audivimus. Innuere etiam videtur, saltem ex silentio, quod Magister Marci evangelium glossaverit quatenus in sua propria glossa in illud dicit quod « quia pedissecus est Mathei4, etiam pro difficultate eum reliquerunt antiqui, nec legit eum Magister Anselmus nec Magister Radulfus frater eius »5.

Dein, ex obliquo referre videtur ad quandam interpretationem Magistri in loannem: 5z *non venissem et locutus eis non fuissem, peccatum non haberent* (15, 22). Inter enim Quaestiones Comestoris: *Petre, Satanas expetivit vos 6,* una agit de peccato infidelitatis et de ignorantia ex contemptu, ubi Comestor quodammodo opponit opinionem Magistri. Magis autem controversia videtur super Libr. II Sententiarum, d. 22, c. 5 7, quam quaedam Glossa in hunc locum. Quasi idem dilemma apparet circa quandam expositionem Lombardi in Apocalypsis 22, 11: *Qui in sordibus est, sordescat adhuc:* scilicet an inveniatur in sua glossa in hunc librum vel potius in quadam discussione in *Sent.* II, d. 36, c. 1, n. 2 8. Uti autem expo-

1 Textus conficitur ex diversis elementis in cap. 5 Libri I *Sententiarum* Pictaviensis (ed. Moore-Dulong, I, 36-37; vel in versione Domni Hugonis Methoud, PL 211, 807s). 2 ut *Piet.,* aut *Glorieux.* 3 abbagibus *Glorieux* (Gualterus ?), ambagibus *Moore* (Pict. ?). 4 Verba sunt Augustini, *De consensu evangelistarum I,* c. 2, n. 4: « Marcus eum [Matth.] subsecutus, tamquam pedissequus et breviator eius videtur » (PL 34, 1044; CSEL 43, 4). s Cod. Oxon., Bodl. Laud. mise. 291, f. 93b; apud B. Smalley, *Some Gospel Commentaries of the Early Twelfth Century,* RTAM 45 (1978), 151. » Quae Quaestiones inveniuntur in codice Trecensi 964 (olim Claraevallis H 22), ff. 89r-232v, ubi nostra quaestio f. 92v; quaedam, etiam in cod. Paris., BN lat. 18108, uti nostra (f. 99a-c). 7 Tom. I, 446s. 8 Ibid., 537. Textus quaestionis (quae in codice attribuitur Magistro Praepositino) invenitur in ms. Paris. Mazarine. 1708: « Augustinus: 'Iustum est ut qui in sordibus est, sordescat adhuc'. Ergo iustum est ut qui in peccatis est, peccet adhuc. Ergo iustum est iniustum. — Solutio magistri Pagani: Hoc nomen 'iustum'

nitur in quadam serie Quaestionum in. cod Paris. Mazarine. 1708, f. 260, necnon et sub eodem capitulo II *Sententiarum* in glossa cod. Neapolit. VII C 14, f. 121v t, certius refertur ad *Sententias* Magistri.

Quoad Vetus Testamentum idem discipulus et successor Magistri clare monstrat quod Lombardus XII Prophetas minores glossavit in scholis; scilicet, ut videtur, quod coram se seu in manibus suis quandam glossam anteriorem habuit quam inde de novo glossabat. Super textum enim Amos 5, 3: *Urbs de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea centum; et de qua egrediebantur centum, relinquentur in ea decem de domo Israel,* Comestor commentum facit in eadem serie quaestionum *Petre, Satanas* 2:

> Secundus articulus. Quaeritur utrum a perfecta caritate possit esse descensus ad imperfectam. Et Magistrum, inquit, audivi super hoc haesitantem... Huic autem parti contrarium videtur quod in XII Prophetis legitur: *De urbe de qua egrediebantur mille, non egrediebantur nisi centum, et de qua egrediebantur centum, non egrediebantur nisi decem.* Et Glossa super hunc locum innuit[3] quod huiusmodi descensus a mille ad centum, a centum ad decem significat descensum a perfectione caritatis ad imperfectionem et sic a perfecta caritate potest esse descensus ad imperfectam. Sed cum videatur esse illa auctoritas ad infirmationem huius partis, iuxta considerationem, inquit, Magistri potius erat ad eius confirmationem. Aiebat enim quod ideo posuit Propheta limites numerorum, nec ultra vel citra progressus, quia perfectionem significat, ut per hoc innueret quia a perfectione non est descensus ad imperfectionem, quia decem est infimus limes numeri et perfectionem significat. Noluit itaque Propheta citra progredi ad inferiorem numerum, ut innueret quod a perfectione non est descensus ad imperfectionem. Quaerebatur tamen ab eo quid significatur per huiusmodi

multipliciter dicitur... Magister Petrus Comestor, habens solutionem a Magistro Petro Lombardo, dicit quod verba prime coniugationis significant actionem, ut 'sordido', id est 'facio sordidum'. Verba vero secunde coniugationis passionem significant, ut 'sordeo', et inchoativa derivata ab illis, ut 'sordesco', id est 'fio sordidus'. Et secundum hoc ita intelligitur 'iustum est' etc. 'sordescat', id est 'fiat sordidus' » (f. 260b). Cf. RTAM 3 (1931) 295s.

1 Quoad textum, cf. A. Landgraf, *Drei Zweige der Pseudo-Poitiers-Glosse zu den Sentenzen des Lombarden,* RTAM 9 (1937) 183. 2 Quaestio incipit: « Opera quae possunt fieri in perfecta caritate, possunt fieri sine omni caritate» (cod. Trecensis 964, f. 146v); invenitur unacum quadam quaestione parallela apud A. M. Landgraf, *Der Einfluss des miindlichen UnterricMs au) theologische Werke der Frühscholasiik,* in *Collectanea Franc.* 23 (1953) 288-289. 3 cf. *Glossa ordin.* in Amos 5, 3 (IV, 363 C).

> descensunf a mille ad centum, a centum ad decern. Ad quod dicebat quod in perfectione caritatis potest aliquis tepescere, non tamen perfectionem amittit.

Post Comestorem pauci sunt qui ultra Glossas in Psalmos et in Apostolum alia opera Magistri memorant in Sacram Scripturam. Immo, Petrus Pictaviensis, « praepositus scolarum Petri Comestoris », uti eum designat Gualterus S. Victoris [1], illa sola cognovit, ut videtur. Quod scholas Lombardi non frequentabat, uti quidam autumant[2], deduci potest ex eodem testimonio Gualteri. Dein, Manducatore cancellario facto, « magister Petrus Pictavinus cathedram tenuit theologicam »[3], donec ipse cancellarius electus fuit, anno 1193. Interim autem Glossas Lombardi in Evangelia novit Petrus Cantor ex illis Manducatoris iam citatis; unde in suis *Glossis super Unum ex quatuor* (c. 1188) ad Luc. 7, 43, solutionem Lombardi proponit:

> *Plus debet qui plus accepit...* Si generaliter verum est: qui amplius debuit amplius diligit, ergo Magdalena plus beata Virgine dilexit. Ad hoc ita solvit Petrus Lombardus: Donare interdum pro dare ponitur, interdum pro condonare. Hic utramque significationem habet, ut ita intelligatur: *cui plus donavit,* id est cui plus condonavit et dedit; et secundum hoc verum est: cui plus condonavit de commissis et dedit de caritate plus diligit[4].

B. Stephanus Langton.

In fine duo testes inveniuntur, remotiores quidem sed haud dimittendi: Magister Stephanus Langton, qui post cursum in artibus Parisius factum scientias sacras ita coluit ut inter primos magistros agnoscatur

1 In *Contra quatuor labyrinthos Franciae,* IV, c. 8 (ed. cit. 274s). 2 C. Oudin eum designavit fidelissimum discipulum Magistri, in suo *Commentario de scriptoribus ecclesiae antiquis* (Lipsiae 1722) II, 1499, vel quia in multis dependet a *Sententiis* Lombardi vel potius quia quaedam glossa antiqua, *Summa divine pagine,* olim ei attributa fuit (cf. Prolegomena nostra ad tom. I, 163*, sub verbo Petrus Pictav. [pseudo-]). Recentius eum designavit *son principal disciple* cl. J. de Ghellinck, *L'essor de la littérature latine au XIIe siècle* I, 73; et *élève de Pierre Lombard,* 79. 3 Ita *Chronica Albrici Monachi Trium Fontium,* ad annum 1169 (MGH, SS. XXIII, 835, lin. 15); infra dicit quod Pictaviensis mortuus fuit anno 1205 post annos 38 ut lector theologiae in scholis. 4 Ex cod. Merton College, Oxoniae, 212, f. 115b-c, uti indicat cl. B. Smalley, *Some Gospel Commentaries of the Early Twelfth Century,* in RTAM 45 (1978) 155.

post Petrum Cantorem (qui probabilius magister eius fuit) 1; ac parum post, Magister frater Hugo de Sancto Caro (f 1263), ordinis Praedicatorum 2, cuius glossae ex illis saec. XII contexuntur.

Nostri non est elucidare magnum corpus operum Magistri anglici in sacram paginam vel determinare quae opera proprie sua sint et quae opera aliorum ab eo elucidata in quadam glossa in Glossam, etc.3. Quomodo enim determinare possimus quas glossas legerit in XII Prophetas antequam procederit ad quandam expositionem allegoricam ? Dicit enim: « Perlecta littera cum glossis usque ad hunc locum, scilicet *Concepit adhuc* [Osee 1, 6], redi ad principium, exponendo allegorice»4. Immo, quaeri potest quomodo et quantum dependeat a simili opere Petri Cantoris5.

Negotium enim nostrum potius est determinare utrum testis fidelis fuerit circa laborem et opera Magistri Lombardi. Quod revera talis sit primo apparet ex hoc quod quasdam lectiones variantes in *Glossam ordinariam* refert ex parte nostri, praesertim in Glossa in Isaiam:

1. In Isaiae 7, 15: *Butyrum et mei comedet, ut sciat reprobare malum et eligere bonum,* Glossa interlinearis legit: « nunquam vitiorum patet affectibus »6. Ubi notat Magister Stephanus7: « Nota quod ista interlinearis non est de originali; et ubi nos habemus in interlineari *affectibus* Lombardus habet *aspectibus.* Ex quo verisimile est quod littera sit corrupta, et vera littera sit ista: *que nunquam virorum patet aspectibus* ».

2. In Isai. 8, 1: *Et dixit Dominus ad me: Sume tibi librum grandem, et scribe in eo stylo hominis,* legitur in Ordinaria 8: « *Et dixit Dominus ad me: Sume tibi.* Primum propheta praedicit Achaz futurum; ipse Dominus praecepit ut signum petat; inde ad domum David verba convertuntur, et virgo paritura filium promittitur et filius nasciturus». Ubi Langton9:

1 Circa vitam Magistri Stephani cf. R. Foreville, art. *Étienne Langton,* in *DSpirit.* IV [1961], 1495-1502; et recentius P. B. Roberts, *Studies in the Sermons of Stephen Langton* (Toronto 1968) 1-16; et J. W. Baldwin, *Masters, Princes and Merchants: The social Views of Peter the Chanter and his Circle* (Princeton 1970), I, 25-31. 2 Cf. A. Duval, art. *Hugues de Saint-Cher,* in *Catholicisme* V [1962], 1039-41. 3 Cf. studia adhuc pretiosa G. Lacombe ac B. Smalley, *Studies on the Commentaries of Cardinal Stephen Langton,* in AHLDMA V (1930), 5-220; et RB nn. 7704-7939 (V, 232-302). 4 Cf. RB 7843 (V, 284); et etiam 7731, ubi Genests exponitur componendo allegorias (ibid., 239). 5 Cf. RB, nn. 7746 (V, 243) et 6457 (IV, 253). 6 *Olossa ordin. et interi.* (Venetiis 1588) IV, 19v. 7 cod. Paris. BN lat. 14417, f. 181% uti citatur a cl. B. Smalley, *La Olossa Ordinaria. Quelques prédécesseurs d'Anselme de Laon,* in RTAM 9 (1937) 400. 8 Ed. cit. IV, 21c. 9 Cod. Paris. BN lat. 14417, f. 182v; cf. B. Smalley - G. Lacombe, *The Lombard's Commentary on Isaias and other Fragments,* in *The New Scholasticisms* (1931) 132; necnon et RB 6640, 1 (IV, 326).

« Et virgo promittitur paritura filium. Talem enim litteram ponit leronymus 1, et est sensus: virgo promittitur paritura filium. Lombardus sic habet: Virgo paritura promittitur et filius nasciturus ».

3. In Isaiae 8, 9, ipse textus habet: *Congregamini, populi, et vincimini, et audite.* Ubi nos advertit Magister Stephanus: « Nota quod Lombardus non habet hic hoc verbum *vincimini,* sed Hieronymus2 habet. Lombardus enim sic dicit: *Congregamini, populi, et audite* etc. »3.

4. In ipsa Glossa in Isaiae 8, 14: *Et erit vobis in sanctificationem; in lapidem autem offensionis, et in petram scandali,* ubi legitur: « Horum scholam accepit Achibam [Akibas *Hieron.*4] quem magistrum Aquilae proselyti autumat », notatur quod « Lombardus *autumant* » legit5.

5. Item, in ipsa Glossa in Isaiae 9, 1: *«Primo tempore alleviata est terra Zabulon:* in qua Christus primum praedicavit et miracula fecit »6, notat glossa Langton: « In qua Christus primum praedicavit etc. Sic enim habet leronymus7; Lombardus vero sic: quo Christus primum predicavit »8.

Unde oritur quaestio an Glossam Lombardi in Isaiam revera in manibus habuerit Magister Stephanus, eo magis quia Magister Hugo de Sancto Caro tales textus non cognovit, ut apparet ex Glossa sua in Isaiam. Nihilominus quomodo possimus negare suas affirmationes ? Restant enim alii textus ubi eadem quaestio poni posset:

6. In Osee 1, 9: *et ego non ero vester,* ubi in Glossa ordinaria 9 idem textus legit: *et ego non ero Deus vester,* Magister Hugo de S. Caro scribit: *«et ego non ero vester.* Glossa: Deus. Sed Lombardus habet *Dominus* in textu »10. Supponi potest quod haec sumpserit Magister

1 Hieron., *In Isaiam* III, ad cap. 8, 1-4: « Quo respondente: *Non petam, et non temptabo Dominum,* dimisso rege impio, ad domum David Dei verba vertuntur, et promittitur ei virgo paritura filium» (PL 24 [1845], 114 B; CCL 73, 111). 2 In h.l. (PL 24, 117 B; CCL 73, 114). 3 Cod. Paris. BN lat. 14417, f. 183v; B. Smalley - G. Lacombe, uti supra; cf. RB 6640, 1. 4 Cf. Hieron., *In Isaiam* III, ad cap. 8, 14: «Duas domos Nazarei, qui ita Christum recipiunt, ut observationes legis veteris non omittant, duas familias interpretantur, Sammai et Hellel, ex quibus orti sunt scribi et pharisaei, quorum suscepit scholam Akibas, quem magistrum Aquilae proselyti autumat et post eum Meir...» (PL 24, 119 A; CCL 73, 116). 5 Cod. cit., f. 183v; B. Smalley, ibid.; in editione Hieron. (CCL 73, 116, 45) *autumant* legitur in codice B (saec. vin). 6 Ita *Glossa ordinaria* in ed. Lugdun. (1539), IV, 24a. 7 Hieronymus: « terra Zabulon et terra Nephthali prima Christi videre miracula », ac parum infra: « Et, iuxta Hebraicum, primo tempore relevata esse dicitur onere peccatorum, quia in regionibus duarum tribuum primum Salvator evangelium praedicavit » (PL 24, 124 C; CCL 73, 122, 29-34). 8 Cod. cit., f. 185v. 9 Ed. Venetiis 1588, IV, 334r. m Ed. Paris. (1530ss), IV, f. 284v; ed. Venetiis (1754), V, f. 168b; cf. B. Smalley, 134.

Hugo ex quadam serie glossarum Magistri Stephani in Prophetas minores i.

7. In Zachariae 1, 21: *Et venerunt isti deterrere ea,* post *isti* «fabri» adiungitur «sicut leronymus et Lombardus»[1]. In ipsa Glossa ordinaria *fabri* interlinearis est (IV, 407v). In Glossa Hugonis a Sancto Caro incorporatur in ipsum textum: « *Et venerunt isti* fabri, id est Angeli venerunt iam contra Babylonios»[3].

Insuper Magister Stephanus, iuxta studia et documentationem cl. G. Lacombe, *pastillas* confecit *super beati Pauli apostoli Epistolas*[4], quae revera sunt quaedam glossa in Glossam Magistri[5]. Proh dolor autem pauca exempla offert cl. editor, et non semel ita abbreviata sunt quod doctrinam Magistri revera non illustrent.

1. In Rom. 6, 15: *Quid ergo? peccavimus [peccabimus* Vulg.], *quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia ?,* notat Langton: « *Quid ergo ? peccavimus... ?*[6] hoc quidam heretici qui volentes persuadere Legem esse tenendam, fideles ad hoc inconveniens ducere nitebantur ut confidentia gratie peccarent, ex quo non tenebant Legem a peccato cohercentem. *Coher*-m;fe[m|: quidam libri qui correcti esse dicuntur habent *cohercentem,* sed male; immo liber Lombardi habet utramque litteram, scilicet *cohercentem* et *coherentem;* unde in glossatura Anselmi *coherentem* est interlinearis »[7].

Quae verba aenigmatica quodammodo illustrari possunt textu Glossae ordinariae: « *Quid ergo ?* Quasi: quia lex a Deo, peccat qui eam dimittit pro gratia ? *Quid ergo ? Peccabimus ?* Quia non sub lege quae terret, sed sub gratia, quae bene promittit; *quid ergo: peccabimus ?* Hoc quidam, qui

1 De quibus, cf. RB nn. 7841-7885; series E, nn. 7886-97, dubia iudicatur a cl. editore Stegmüller. 2 In cod. Paris., BN lat. 505, f. 109r; RB n. 7860, uti pars seriei B in XII Proph. (V, 287); et in cod. Oxon., Exeter College 23, f. 136v, ubi legitur: « *Et venerunt isti,* fabri, *detrahere ea:* sic enim dicunt Hieron. et Lumbardus », uti notat B. Smalley, *The Lombard's Commentary...,* 133. In vanum autem quaesivimus talem additionem apud Hieronymum in h.l. (PL 25, 1427s; CCL 76 A, 760s). 3 Tom. V, 214b. 4 G. Lacombe, *Studies on the Commentaries of Cardinal Stephen Langton,* in AHDLMA 5 (1930) 5-151, praesertim c. II: *Pastille super Apostolum* 52-63; et testimonia Ottonis de S. Blasio et pseudo-Henrici Gandavensis, ibid. 14, in notis 1-3. 5 Cod. Paris. BN lat. 14443 (olim S. Victoris 377) in manibus habuit idem Lacombe, cuius descriptionem breviter limavit, ibid. 54-57; quoad alios codices cf. RB nn. 7907-7920 (V, 295-298). 6 Codex S. Victoris *peccavimus* legit (f. 269d), uti etiam textus Hugonis de S. Caro, ubi tamen *peccabimus* invenitur in ipsa glossa Praedicatoris (VII, 39c). Quod *peccavimus* hic legendum sit apparet etiam ex editione Ambrosiastri in Rom. 6, 5 (PL 17 [1845], 103 B-C; CSEL 81-1, 202, 203). 7 Cf. G. Lacombe, art. cit., 59, n. 1.

legem quasi *cohaerentem* vel *coercentem* praedicant et tenendam » 1. Unde quaedam saltem verba sumpsit Magister Lombardus in suam Glossam 2;

> *Quid ergo* ? Quasi: quia *non sumus sub lege* quae terret, sed *sub gratia* quae bonum promittit. *Quid ergo* faciemus ? an scilicet *peccabimus* hac fiducia, *quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia ?* Hoc quidam dicebant qui legem quasi *cohaerentem* praedicabant tenendam. Quod Apostolus removens ait: *Absit!* — Vel ita: Ambrosius * 3; Dixi nos sub gratia esse, non sub lege, et « quoniam lex a Deo est, ne per hoc forte ei opponeretur, ipse sibi opponit »4. Quasi: quia lex a Deo est, quid ergo dicemus? Dicemus hoc, scilicet, quod *peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia,* id est quod legem dimisimus pro gratia? *Absit!*

Testimonium Magistri Stephani non velimus dimittere, utpote fundatum in libris quos in manu habuerit, etsi libris nostris adversetur.

2. In Rom. 11, 7, aenigmatice notat Magister Langton5: *«Sicut illi qui volunt,* etc.: littera ista plana, sed verior est ista littera que est in libro Lombardi ». Agitur, ut videtur, de recta lectione cuiusdam auctoritatis Augustini quae iuxta rubricam Magistri (in cod. z, f. 33c) sumpta est saltem in parte ex libro *De praedestinatione sanctorum*·. « Electio 6 igitur gratiae est, non meritorum ». Dein addit Lombardus: « Excaecatio vero meritorum est ». Dein, sub rubrica *Augustinus de eodem* 7: « Excaecati sunt enim quia credere noluerunt, sicut et illi quia voluerunt crediderunt. Misericordia igitur et iudicium in ipsis voluntatibus facta sunt... ». Haec ergo est littera in libro Lombardi.

3. In Hebr. 2, 5: *Non enim angelis subiecit Deus orbem terrae futurum* Magister Stephanus iudicium seu difficultatem profert cuius solutionem invenire non possimus sine recursu ad codices Glossae Magistri. Audiamus eius iudicium antequam textus examinatur 8:

> « Ut [= ubi] omnia etiam futura sunt facta » in dispositione « secundum illud: *Qui fecit,* etc. ». Quidam libri sic habent: Secundum illud Ysaie: *Qui fecit,* etc., sed male habent. In libro enim Lum-

1 *Glossa ordin.* (Venetiis 1588), VI, 15a; ex fonte ignoto. 2 PL 191, 1408 C-D; et cod. Vatie, lat. 695 (= z), f. 21a. 3 Ambrosiaster, uti parum supra. 4 *ei* omittit Ambros.; et loco *opponit* legit *proposuit* (ibid.). 5 Nihil aliud hic notat O. Lacombe (59, nota 2). 6 PL 191, 1482 D- 1483 A; ex *De praedestinatione,* c. 6, n. 11 (PL 44, 969), ex Floro, 210. 7 Ibid. 8 Cod. Paris. BN lat. 14443, f. 415a; G. Lacombe, *Studies,* 59.

bardi non habetur hec dictio Ysaie; nec ista autoritas: *Qui fecit que futura sunt* hiis verbis est in Ysaia, nec alibi in nostra translatione. Sed Gregorius in Originali super primam visionem Ezechielis dicit [1]; Ysaias in veteri translacione ait: Qui fecit que futura sunt.

Quid inde scripserat Magister Lombardus in Hebr. 2, 5? Ad initium seu ad *Non enim [angelis]* verba profert Glossae ordinariae [2]:

Dixit négligentes dignos esse poena qui contemnunt gratiam per apostolos et miracula et dona confirmatam. Hic dicit Christum esse potentem vindicare et suos per passionem mortis salvare. Quasi: Vere non effugiemus si neglexerimus salutem Christi, cum pro sermone angelorum non observato puniti sunt ludaei, quia Filio *subiecit Deus orbem terrae,* quod *non* fecit *angelis*...

Quibus dein adiungit verba loannis Chrysostomi in Homilia IV in Ep. ad Hebraeos (Mutiano Scholastico interprete)[3]:

Vel ita: Deus subiecit, non angelis, sed Filio, orbem terrae futurum. Ita hic dicit futurum, sicut alibi dixit: *Qui est forma futuri*[4], de Adam et Christo loquens, et respectu temporum Adae futurum secundum carnem Christum dicit, sic etiam nunc futurum orbem dicit quantum ad Christum. Futurus quippe erat orbis quantum ad Filium Dei qui semper erat, et ne de altero orbe disputari intelligeretur, addit de quo orbe loquimur. Hoc addit ne mentem auditoris errare relinqueret, dum alius quaereretur orbis. Hunc ergo orbem futurum non angelis, sed Christo subditum dicit.

In fine, licet non clare appareat in textu Patrologiae, alia auctoritas offertur sumpta de Glossa ordinaria in hunc locum [5], ubi inveniuntur illa verba quae secundum Stephanum Langton non sunt in libro Lombardi:

Quod comprobat auctoritate David, qui futura quasi praeterita refert, utpote admissus divinis consiliis ubi omnia etiam futura sunt facta, secundum illud Isaiae: *Qui fecit quae futura sunt.* Sed praestat ut [Cui praemittit, *Glossa ord.]* de Christi humilitate ne per *[rectius,* pro, ut in *Gl. ord.]* ea dubitetur de exaltatione.

1 Qreg. Magnus, *Homil. in Hiezechihelem Prophetam,* Lib. I, hom. X, n. 26: «Unde et in translatione veteri per Esaiam dicitur; *Qui fecit quae futura sunt* » (CCL 142, 157; PL 76, 896 D). 2 PL 192, 415 C-D; ex *Glossa ordin.* VI, 137a. 3 PL 192, 415 D-416 A; ex PO 63, 261SS (paucis mutatis). 4 Rom. 5, 14. 5 Tom. VI, 137 A.

Utrum haec fictio non sit in libro Lombardi, ut aurumat Magister Langton, nescimus. Invenitur saltem in codice vel codicibus qui fontes erant editionis Parisiensis 1535, quae repetitur (et pessime quidem) in *Patrologia latina*. Ex alia parte, in confirmatione dicti Magistri Stephani, oportet adiungere argumentum ex silentio Glossae Magistri Hugonis de Sancto Caro, ubi saltem in parte repetit solum textum seu auctoritatem loannis Chrysostomi: «Vel ita: Deus non subicit angelis... de quo orbe loquimur » L Unde supponi potest quod saltem viva voce Magister Petrus ultimam auctoritatem olim delevit de libro suo.

An distringat nos (cum Seneca, Epist. 2) multitudo librorum necnon et argumentorum? Nihilominus, ut clare apparet, nos conducunt ad conclusionem quod Magister Stephanus Langton testis omnino fidelis est quoad opera nostri Magistri, etsi cathedram tenuerit in scholis S. Mariae iam multis annis post mortem Lombardi. Concedimus quod stallum non possidebat in ecclesia Parisiensi [2]; nihilominus cathedram tenebat prope eam. Ita enim innuere videtur Innocentius papa III in duabus epistolis, sub die 1 februarii 1206, directis priori S. Victoris Parisiensis, Symoni succentori Silvanectensi, et Magistro S. de Languet theologo Parisius com-

1 Ed. Venetiis 1754, torn. VII, f. 241a. 2 Quidam Magistrum Langton vident inter canonicos S. Mariae eo quod in quadam epistola ad loannem regem Angliae anno 1207 Innocentius III laudat tam doctrinam Stephani quam vitam eius, «ac sic per hoc cum vita concordaret doctrinae, dignus est habitus praebendam obtinere Parisiensem » (Ep. CCXIX, PL 215, 1328 B-C; Potthast n. 3111, tom. I, 264). Nihilominus non sequitur talis illatio, eo quod Clemens papa III, sub anno 1188, Mauricio Parisiensi episcopo concessit seu statuit « ut, sicut predecessoribus tuis et tibi licuit ab antiquo, sit etiam liberum in futurum, cum prehendas [ad te pertinentes] ipsas vacare contigerit, eas personis idoneis assignare...» *(Cartulaire de l'église Notre-Dame de Paris* I, 33; PL 204, 1291 C-D). Unde *praebenda parisiensis* non ex se significaret quandam praebendam apud S. Mariam. Revera in documentis S. Mariae semel tantum quidam Stephanus presbyter cuidam autentico Capituli subscripsit, et quidem primis mensibus an. 1191 *(Cartulaire de ['Église Notre-Dame* I, 45). Suspicamur quod casu vel ad experimentum adfuerit sessioni Capituli, et non ex officio (semel satis ?). Immo planum est ex Obituario eiusdem Ecclesiae quod Magister Stephanus non fuerat canonicus S. Mariae, licet frater suus Magister Symon fuisset: « Non. Iulii. Eodem die, debet celebrari translatio beati Thomae martiris, Cantuariensis archiepiscopi, et debet fieri semiduplum... Eodem vero die, debet celebrari anniversarium Stephani, bone memorie Cantuariensis archiepiscopi, et Magistri Symonis, fratris dicti archiepiscopi et concanonici nostri. In quo anniversario tenetur capitulum Parisiense distribuere... Pro his autem distributionibus faciendis, dedit nobis magister Symon de Languetone, concanonicus noster, archidiaconus Cantuariensis, ducentas libras Parisiensium ad emendos redditus » *(Eccl. Paris. Chartul.* IV, 105).

moranti [1], Parum post Stephanus presbyter cardinalis tit. S. Chrysogoni documenta pontificia subscriberet, Ferenti eodem anno sub die 22 iunii, et Laterani 27 martii 1207 [2].*

Ex alia parte eo quod Magister Hugo de S. Caro fontes non indicat unde traxerit maiorem partem operum suorum, non pleno iure titulum testis fidelis mereri videtur [3]. Casu enim invenimus quod quaedam (sed pauca) verba Petri Comestoris in Matth. 9, 5: *Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata: an dicere: Surge et ambula?* incorporantur sine nomine in glossam Hugonis in Luc. 5, 23: *Quid est facilius,* etc. [4]. Simili modo in Luc. 7, 43: *Respondens Simon dixit: Aestimo quia is cui plus donavit,* verba Manducatoris quae iam in parte citantur supra ad initium cap. III, plene et quasi adamussim repetuntur a Magistro Hugone in sua Glossa in h.l. [5]:

> *Respondens Simon* etc. Nota: « donare interdum pro dare ponitur, interdum pro condonare. Hic ergo utramque significationem importat, ut ita intelligatur: id est, *cui plus donavit,* et condonavit. Ex hoc ergo sensu verum est: cui plus donatur plus diligit; id est, cui plus datur et condonatur, plus diligere tenetur. *Mystice:* Duo debitores significant duos populos, Judaicum scilicet et Gentilem ».

Praeter rubricam: *Mystice* (ubi Comestor: « Prosequere glosam secundum misticum sensum ») et *Ex hoc ergo sensu* (ubi Comestor: « ex hac causa ») omnia excerpuntur ex *Glossa* eiusdem Magistri Petri, et semper sine suo nomine. Unde saltem sub hoc aspectu non est testis fidelis. Quis scit quanti alii loci inveniri possint!

Non desunt ergo quamplures scholastici saeculi XII qui nos instruunt circa textum Libri Sententiarum et eius compositionem: quomodo, exempli gratia, et quando Magister textum perfecit vel notulas seu novas auctoritates marginibus apposuit. Quod facile intelligitur eo quod lectio secunda illius Libri primam quasi statim subsecuta est, scilicet proximo anno scholastico.

[1] PL 215, 791 A-792 A (Potthast, n. 2678); et 793 A-795 B (n. 2674). [2] A. Potthast, *Regesta Ponti). Rom.,* 2823; et n. 3064 (et PL 215, 1335ss). [3] Quoad *Sententias* eius et *Quaestiones,* cf. D. Van den Eynde, *Stephen Langton and Hugh of Saint-Cher on the Causality of the Sacraments,* in *Franc. Studies* 11, nn. 3-4 (1951) 141-155; ac K. F. Lynch, *Some Fontes of the Commentary of Hugh de Saint-Cher: William of Auxerre, Ouy d'Orchelles, Alexander of Hales,* in *Franc. Studies* 13 (1953) 119-146. Neuter auctor merita negaret Magistri Hugonis quoad progressum theologiae in illo tempore. [4] Torn. VI, 160d, ad *K.* Quoad textum Comestoris, cf. B. Smalley, *Some Gospel Commentaries of the early Twelfth Century,* in RTAM 45 (1978) 156. [5] Tom. VI, 175d, lin. 1-9; ac B. Smalley, 154. Cf. etiam supra, p. 44*.

Perpauci autem testimonia reddunt, uti iam vidimus, circa alia opera Lombardi, illa scilicet super Scripturas sacras. Vocem iucundam Comestoris audivimus gloriantis in expositione Magistri in Luc. 5, 23: *Quid est facilius dicere: Dimittuntur peccata... ?* Ipse etiam Lombardus quandoque innuere videtur quod alia opuscula in Verbum Dei composuerit quae publici iuris non fecerit. Ex alia parte, Petrus Pictaviensis cognoscere videtur illa solummodo in Psalmos et in Apostolum: forsitan defuerit occasio ad alias referendas. Quod supponi potest quatenus suus discipulus, Petrus Cantor, glossas in Evangelia adhibuit seu potius cognovit ope illarum Comestoris.

In fine, maximi valoris esse possunt testimonia Magistri Stephani Languetonis. Non desunt autem difficultates seu quaestiones: utrum, exempli gratia, Glossam ipsius Lombardi in Isaiam et in alios libros sacros cognoverit an solummodo eius codices *Glossae ordinariae* cum quibusdam annotationibus seu quadam correctione ipsius textus.

Quod autem « omnes libros eius glosatos », scilicet ipsius Lombardi, in manibus potuerit habere manifeste apparet ex ipso obituario Beatae Mariae ubi enumerantur, eo quod illud documentum morti Lombardi revera est longe posterius. Ibi enim statuitur quod statio anniversarii eius mortis solvenda sit de domo eius, seu ab illo canonico cui usus fuerit concessus eiusdem domus. Unde etiam ante compositionem illius obituarii quidam Henricus iam defunctus locum occupaverat [1]; postea, ad annum 1217, eandem domum Capitulum Ebrardo canonico concessit eo tenore ut solveret stationem unam die anniversarii Magistri nostri [2]. Quod autem alios libros Lombardi glossaverit Magister Stephanus post suas glossas in Glossam Magistri in Apostolum, non apparet. Immo quod tangit Epistolas canonicas dependet saltem in parte a glossis Petri Cantoris [3].

Alia aliis libenter relinquimus ad investigandum, ad senectutem festinantes.

1 « Statio illa persolvitur de domo Henrici, fratris Arnulfi Ruffi de Orliaco, que in morte illius Henrici venit in manu capituli. Henricus enim erat de familia beate Marte. Domus illa sita est iuxta sanctum Christophorum » (M. Guérard, *Cartulaire* IV, 60; A. Molinier, *Obituaires de la province de Sens* 1-1, 126). Mirum omnino videtur quod Henricus agnoscatur ex nomine fratris sui, Arnulfi Ruffi de Orliaco; immo quaeri potest utrum legendum esset *Orliaco* an potius *Oreliaco* (Aureliaco], uti invenitur saeculo sequenti (AFH 3, 1910, 294), eo quod Arnulfus Rufus (Arnoul le Roux), homo satis famosus in scholis artium liberalium, originem habuit Aureliani seu propius ex districtu Abbatiae Sancti Evurtii. Cf. B. Hauréau, HLF XXIX, 573-79; necnon et R. Crozet, *Arnoul de Saint-Euverte,* in *Diet, de biographie française* 3 (1939) 986s. 2 M. Guérard, *Cartulaire* III, 358; cf. Proleg. ad tom. I, 19*-20*. 3 Cf. RB, nn. 6526-30 vs. nn. 7921-27 (IV, 273; et V, 298s).

APPENDICES

TRES TEXTUS ORIGINALES MAGISTRI LOMBARDI

Iam in Prolegomenis ad tomum I *Tractatus* editur *de processione Filii et Spiritus Sancti* uti invenitur in quibusdam codicibus Glossae Magistri in Rom. 11, 36: *Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia: ipsi gloria in saecula. Amen* L Talis titulus revera nostrae est confectionis, non Magistri, qui post *Sententias* absolutas hanc materiam (quasi duas columnas in cod. z) sustulit de Glossa sua.

Aequo modo in eisdem codicibus antiquioribus Glossae in Apostolum alii tractatus inveniuntur, uti iam pluries innuimus, qui non solum illustrant modum operandi seu docendi Petri Lombardi in primis annis sui magistratus sed-etiam multam materiam offerunt quam postea iunxit *Libro Sententiarum.* Ita iam auditoribus proposuerat quaestiunculas (uti iam notavimus in Prolegomenis), ex. gr. *Quid sit fides, et quot modis accipiatur fides, et de quibus sit,* quas postea non eliminavit[1].

Tres tractatus proinde hic offeruntur qui textum huius tomi II quodammodo illustrant (unde non semel infra lector ad illos refertur): ille in Rom. 1, 3: *de Filio suo, qui factus est ei de semine David,* qui revera est tractatus originalis seu primitivus de Incarnatione Domini, in codicibus antiquioribus 3; cui succedit alius: *De sacramento Corporis et Sanguinis Domini,* seu secundum codices *De corpore Christi,* ex Glossa in I Cor. 11, 25 4; dein, tractatulus *De coniugio,* ex Glossa in I Cor. 7, 1, qui omnino primitivus exstat prae illo in Libro IV Sententiarum5.

1 Cf. Proleg. ad tom. I, 90*-93*; in ipso textu primitivo Magistri (uti apparet ex codicibus) inventus fuit inter *lucet Trinitas...* et *Nam* [non *add. codd.] propter hoc naturam summi boni* (PL 191, 1495 C). 2 In Rom. 1, 17 (PL 191, 1324 A). 3 Quatuor saltem inveniuntut ubi talis tractatus lectori offertur: cod. Paris., BN lat. 649, ff. 2v-3b, ubi *vacat* inscribitur; et alter Paris. BN lat. 17246, ff. 2a-3d, sine signo cancellationis; Vatie., Vat. lat. 144, ff. 4b-6d; dein Vat. lat. 695. ff. 3a-4c. De quibus cf. Prolegomena ad tom. I, 65*- 68*. 4 p1 191, 1641 C - 1647 D; unde invenitur inter fontes tractatus in *Sent.* IV, Dist. 8-13 (pp. 280-315). 3 Scii. Dist. 26-42 (pp. 416-590) cf. nota historica, 416.

y .1.

TRACTATUS DE INCARNATIONE

.1.

Qui[1] *factus est,* etc. Ecce commendatio auctoris quem commendat quatuor modis: ab origine, ibi: *ex semine David;* a virtute, ibi: *qui*[2]*praedestinatus est Filius Dei in virtute;* a gratia, ibi: *secundum spiritum sanctificationis;* a liberalitate, ibi: *per*[3] *quem accepimus gratiam* etc. Quasi: Scripturae sanctae agunt *de Filio, qui* Filius *factus est ei,* scilicet Deo Patri, id est ad honorem eius. *Factus,* dico, tantum *secundum carnem*[4], non secundum divinitatem.

Augustinus[5]: Hoc dicit ne putetur homo tantum. Dicendo namque eum factum *secundum carnem* innuit alteram esse naturam secundum quam est infectus, scilicet divinam.

Ambrosius[6]: « Eum namque qui erat Dei Filius secundum Spiritum sanctum, id est secundum quod Deus spiritus est et sine dubio sanctus est, factum dicit secundum carnem iuxta illud: *Et Verbum caro factum est* ut iam unus sit Dei et hominis Filius, Iesus Christus ». Qui factus est secundum carnem opere Spiritus Sancti de Virgine, id est natus.

Augustinus, In Epistolam ad Romanos: Ubi «occurritur[7] impietati haereticorum », qui obtuso corde hoc capitulum intelligentes, « Christum tantum hominem accipiunt; divinitatem vero in eo non intelligunt ». « Addendo[8] enim *secundum carnem* servavit divinitati suam dignitatem » qua Christus «Verbum & Dei est per quod facta sunt omnia. Non est enim factus secundum id quod Verbum Dei est. Omnia enim per ipsum facta sunt; nec fieri cum omnibus posset per quem facta sunt omnia. Neque ante omnia factus est, ut per eum fierent omnia. Ideoque Apostolus cum factum diceret Christum addidit *secundum carnem;* ut secundum Verbum quod est Filius Dei, non factum a Deo, sed natum esse monstraret ».

1 Rom. 1, 3. 2 Rom. 1, 4. » Rom. 1, 5. « Rom. 1, 3. s cf. Augustinus, *Epistolae ad Romanos inchoata expositio,* n. 4: « Et ideo Apostolus cum factum diceret Christum, addidit *secundum carnem,* ut secundum Verbum quod, est Filius Dei, non factum a Deo, sed natum esse monstraret » (PL 35, 2090; CSEL 84, 150). 6 Ambrosiaster, *In Epist. ad Romanos* 1, 3, n. 2 (PL 17, 51s; CSEL 81-1, 15); Ioan. 1, 14. 7 *Inchoata expositio,* n. 4, multis omissis (2090; 148s). » Ibid., parum infra (2090; 149). » Ibid. (2090; 150).

Origenes :** «Factus[1] est autem sine dubio id quod prius non erat secundum carnem. Secundum Deum vero erat prius; et non erat quando non erat».

Cassiodorus, in Psalmum LIIII :* «Factus[2] est autem, ut ita dixerim, humanatus Deus; qui etiam in assumptione carnis Deus esse non destitit; inconvertibilis manens, assumpto convertibili homine; naturam suam non minuens», hominis assumpta natura.

Ambrosius, in libro III De Trinitate: «*Secundum*[3] *carnem* ergo *ex semine David* factus est. Deus autem ante saecula ex Deo natus est».

Augustinus, Contra V haereses :* «Qui[4] ergo erat *jactus est.* Sed quid erat ? Quid est factus ? Verbum erat [, caro factus est]; Filius Dei erat, filius hominis factus est; Deus erat, homo factus est. Suscepit humanitatem, non amisit divinitatem. Factus est humilis, mansit sublimis».

Augustinus, Contra Faustum :* «Christus[5] enim Iesus, in quantum Deus est, *omnia per ipsum facta sunt;* in quantum autem homo est, et ipse factus est», «ut esset Iesus, id est Salvator, qui iam erat Creator».

Augustinus, De fide ad Petrum :* «Dei[6] ergo Filius hominis factus est filius; natus secundum naturae veritatem ex Deo Dei Filius, et secundum veritatem naturae ex homine hominis filius, ut non adoptione vel appellatione, sed vere in utraque nativitate Filii nomen nascendo haberet, et esset verus Deus et verus homo, unus Filius. Non ergo duos Christos vel duos filios, sed tantum Deum et hominem unum filium confitemur quem et propterea unigenitum dicimus manentem in duabus substantiis sive naturis non confusis neque inmixtis».

Ambrosius, in libro De Trinitate :* «Nec[7] semper tamen factum esse ad creationem refertur, sicut ibi[8]: *Domine, refugium factus es nobis;* et item: *Factus es mihi in salutem. Non* utique creationis diffinitio vel editio hic declaratur, sed nobis in refugium vel in salutem esse dicitur quod prius non erat».

1 Cf. infra, Lib. III, d. 7, c. 1, n. 2 (p. 59). 2 *Expositio Psalmorum,* Ps. 56, Divisio (PL 70, 400 C; CCL 97, 507); in parte infra, p. 64, n. 17. 3 Scii., *De fide,* III, C. 4, n. 34 (PL 16 [1845], 596 B-C; CSEL 78, 126; Rom. 1, 3. 4 Ps-Augustinus, cap. 5, n. 7 (PL 42, 1107). 5 Ita rubrica parum supra in opere Flori Lugd. (coi. 34); revera *Ex Libro Enchiridion* (ita etiam Florus), c. 38, n. 12 (PL 40, 251; CCL 46, 71); in parte in Libro III *Sent.,* d. 4, c. 2, n. 4 (p. 40). Ultima phrasis «ut... Creator», ex *Enarrat, in Ps. 118,* sermo 32, n. 5 (PL 37, 1595; CCL 40, 1775). 6 Cf. infra, Lib. III, d. 1, c. 1, n. 4 (25, lin. 19ss). 7 Id est, *De fide,* III, c. 5, n. 35 (PL 16 [1845], 596 C; CSEL 78, 120). 8 Ps. 89, 1; dein Exod. 15, 2.

.2.

Ambrosius in libro Quaestionum veteris et novi testamenti, qui ab ignorantibus praetitulatur Augustini.* Sed quaeri potest: « Cum [1] nos Salvatorem natum profiteamur, cur Apostolus *factum* eum dicat *ex2 semine David,* cum aliud sit fieri, aliud nasci? Qui etiam alio loco inquit: *factum ex muliere.* Aliquid ergo significavit hoc dicto. Quia enim non humano semine concreta est caro Domini in utero Virginis et corpus effecta, sed effectu et virtute Spiritus Sancti, ideo Apostolus dicit *factum,* non *natum.* Aliud est enim semine admixto et sanguinis coagulo generare; aliud non permixtione sed virtute procreare ». Possunt homines generare filios homines, sed non facere.

Augustinus in libro De Trinitate.* Item [3]; « Etsi non intercessit semen hominis in conceptione Virginis, tamen quia ex ea carne Christus formatus est, quae constat ex semine, recte dicitur *factus ex semine* ».

.3.

Augustinus in libro quarto De Trinitate: «Si[4] autem quaeritur: ipsa incarnatio quomodo facta sit, ipsum Verbum Dei dico carnem factum, id est hominem factum, non tamen in hoc quod factum est conversum atque mutatum », « sed [5] carne, ut carnalibus congruenter appareret indutum. Ita sane factum, ut ibi sit non tantum Verbum Dei et hominis caro, sed etiam rationalis hominis anima; atque hoc totum et Deus dicatur propter Deum et homo propter hominem ».

« Tanta [6] est enim unio utriusque naturae, ut totum dicatur Deus, totum homo, et vicissim Deus-homo, homo-Deus, quod non in substantiis hominis contingit ».

1 Cf. Lib. III, d. 4, c. 3, n. 1 (p. 40s). 2 Rom. 1, 3; dein resp. Gal. 4, 4. 3 Repetitur infra in Libro III, d. 1, c. 3, n. 2 (p. 41); forsitan Syagrii est, ut ibi notatur. 4 Cf. infra, III, d. 6, c. 6, n. 4 (57s). 5 Ibid., 58, lin. 3ss. Inutilis nunc nobis videtur promissio facta in *Prolegomenis* ad tom. I (p. 88*, nota 2), scilicet ut ostenderetur quod hic Magister sese opponeret Glossae Magistri Roberti de Meliduno. Quaestio ageretur potius circa chronologiam confectam a suo editore, cl. R. M. Martin, O.P., ratione cuius oppositionem erga Lombardum supponit ex parte Melidunensis. Cf. R. M. Martin, O.P., *Oeuvres de Robert de Melun II: Questiones theologice de epistolis Pauli,* in *Spicii, sacrum Lovan.* 18 (Louvain 1938). Sicco pede transeamus. 6 Auctoritas aenigmatica quae adhuc quaerit suum auctorem. Ambrosio attribuitur a Roberto de Meliduno in *Sententiis* II, p. 2, c. 258 (cf. nota R. M. Martin, in *Oeuvres de Robert de Melun,* II, 11); non invenitur apud Ambrosiastrum. Communius Augustino assignatur, forsitan ob eius dictum in *De*

Augustinus in eodem[1]: « Quod si difficile intelligitur, mens fide purgetur, magis magisque a peccatis abstinendo et bona operando. Difficilia enim sunt haec ».

.4.

Hic autem quaeritur quomodo hic dicat **Augustinus** totum, cum alibi[2] dicat humanam et divinam naturam illius personae non esse partes, his verbis (Augustinus, Contra Maximinum haereticum[3]: « Christus[3] una persona est geminae substantiae, nec tamen Deus vel homo pars huius personae dici potest. Alioquin Filius Dei antequam formam servi susciperet non erat totus, et crevit cum homo divinitati eius accessit ».

Solutio *4. Ad quod respondetur totum non accipi hic tamquam ex partibus compositum, sed quadam similitudine personam Christi, quae Deus est et homo, totum appellat, quia sicut in toto integral! partes uniuntur, ita in persona Christi duae naturae unitae sunt. — Augustinus, Super Ioannem: « Est[5] enim Christus gigas geminae substantiae» biformisque naturae, sed differt quia ibi uniuntur ut conficiant totum. Hic vero non uniuntur ut personam constituant.

Trinitate I, c. 13, n. 28: « Talis erat illa susceptio quae Deum hominem faceret, et hominem Deum » (PL 42, 840; CCL 50, 69; vide infra, pp. 60 et 136). Cf. *Biblia cum Glossa,* Lugdunensi 1610, I, f. 15: *«Qui factus* [Rom. 1, 3], tantum secundum carnem. *Aug.:* Etsi infectus secundum divinam, *Tanta est unio...»: Sententiae divinitatis,* ed. B. Geyer, BGPTMA VII, 2-3 (1909), 70*; Rolandus Bandinelli, *Super epistolam ad Romanos* (ed. A. M. Gietl, Fribourg 1891), 177s: « Item quod sit homo et Verbum probatur auctoritate Augustini dicentis de Christo super epistolam ad Romanos. Inquit enim: 'Tanta est unio... Deus homo' »; sine nomine habetur in cod. Paris., BN lat. 2579 [Glossa *Pro altercatione],* fol. Ir in margine exteriori; item in *Summa sententiarum* I, c. 15 (PL 176, 71 C; 171, 1098 A).

1 Sci!., *in libro quarto De Trinitate* (uti supra, ante auctoritatem praecedentem), c. 21, n. 31 (PL 42, 910; CCL 50, 204); cf. III, d. 6, c. 6, n. 4 (58, 7ss). 2 Supra, in n. 3. 3 Cf. infra, III, dist. 7, c. 1, n. 13 (63); et nota subsequens. 4 Ibid., n. 14 (63s); sed aptius, Dist. 22, c. 3 (138s). 5 *In Ioan.,* tr. 78, n. 3: «Agnoscamus geminam substantiam Christi » (PL 35, 1836; CCL 36, 524); ad litteram invenitur in *Contra Sermonem Arianorum,* c. 8, n. 6 (PL 42, 689), quod accipitur ut genuinum a cl. Franc. Moriones, *Enchiridion theologicum S. Augustini,* 708, et ab anno 419 (bis citatur, n. 1035, p. 305s; et n. 1041, p. 307); et ab editore *Pair. Lat. Suppl.* I, 764. Iam anno 418, ita scripsit Leporius: « Ideoque una persona accipienda est carnis et Verbi, ut fideliter sine aliqua dubitatione credamus unum eundemque Dei Filium inseparabilem semper, geminae substantiae etiam gigantem nominatum, in diebus carnis suae et vere semper omnia gessisse quae sunt hominis, et vere semper possedisse quae Dei sunt... » (PL 31, 1225s); cf. etiam Ioan. Cassianus, *De incarnatione Christi contra Nestorium haereticum,* L. I, c. 5, ubi citat verba Leporii (PL 50, 29 A; CSEL 17, 241s); necnon et Ambrosius, infra in textu, 135, 16ss.

Confirmatio solutionis. Quod vero illae duae naturae non sint partes [1] illius personae exinde probatur, quia persona de altera earum, scilicet de divina natura, praedicatur, et ipsa de persona. Enuntiamus enim sic: Persona Filii est divina natura, et econverso. Item dicimus: Christus vel Dei Filius est divina natura, et e converso. — Augustinus, De fide ad Petrum: « Qui [2], Christus, totum habet commune cum Patre, quod aeternus naturaliter sine initio habuerit ». « Una[3] autem est natura sive essentia Patris et Filii et Spiritus Sancti ». « Per [4]* hanc unitatem naturalem totus Pater in Filio et in Spiritu Sancti est, totus quoque Spiritus Sanctus in Patre et Filio est. Nullus horum extra quemlibet ipsorum est, quia nemo alium aut praecedit aeternitate aut excedit magnitudine aut superat potestate, quia nec Filio nec Spiritu Sancto, quantum ad naturae divinae unitatem pertinet, aut anterior aut maior est Pater, nec Filius Spiritu Sancto. Aeternum quippe et sine initio est, quod Filius de Patris natura exstitit; et aeternum ac sine initio est, quod Spiritus Sanctus de natura Patris Filiique procedit. Ob hoc ergo tres unum recte credimus et dicimus Deum, quia una prorsus aeternitas, [una immensitas,] una naturaliter trium est personarum divinitas », quas (Augustinus in libro De Trinitate [5]) « unam [3] essentiam vel eiusdem essentiae esse dicimus, non ex eadem essentia ».

Augustinus, De fide [6]* « In [6] illa igitur sancta Trinitate unus est Deus Pater, qui solus essentialiter de se ipso unum Filium genuit; et unus Filius, qui de uno Patre solus est essentialiter natus; et unus Spiritus Sanctus, qui solus essentialiter a Patre Filioque procedit. Hoc autem totum una persona non posset, id est gignere se, et nasci de se, et procedere de se ». — Augustinus, ibidem: « Si [7] enim in una illa natura Patris et Filii et Spiritus Sancti una esset tantum persona, non diceretur in Genesi: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* Cum enim dicit *ad imaginem et similitudinem,* ostendit unam naturam esse, ad cuius imaginem homo fieret». — Idem[8]* «Cum[8] vero dicit *nostram,* ostendit eundem Deum ad cuius imaginem homo fiebat, non unam sed plures esse personas. Una enim imago trium naturarum inaequalium esse non

1 Quod sint partes secundum quosdam, innuitur infra in libro III, d. 6, c. 3 (52ss). 2 Id est, Fulgentius, c. 2, n. 8 (PL 65, 676 B; CCL 91 A, 717). 3 Ibid., c. 1, n. 5 (PL 65, 674 B-C; CCL 91 A, 714s). 4 Ibid., c. 1, n. 4 (674 A; 714). 5 *De Trinitate,* VII, c. 6, n. 11 (PL 42, 945; CCL 50, 264); in *Sent.,* I, d. 5, c. 2, n. 4 (88, lin. 12ss). 6 Cap. 1, n. 6 (675 A; 715s); in *Sent.,* I, d. 3, c. 4 (77, 11ss). 7 cap. 1, n. 5 (674 A; 715); in *Sent.,* I, d. 2, c. 4, n. 2 (64, 13ss); Gen. 1, 26. 8 Ibidem; secunda phrasis non invenitur in *Sententiis.*

posset », sed ex praedictis verbis « una [1] sanctae Trinitatis essentialiter divinitas » et imago « intimatur ». « Si[2] enim sicut est Patris et Filii et Spiritus Sancti una substantia sic esset una persona, veraciter Trinitas non diceretur. Rursus quidem Trinitas esset vera, sed unus Deus trinitas ipsa non esset, si quemadmodum Pater et Filius et Spiritus Sanctus personarum sunt ab invicem proprietate distincti, sic fuissent naturarum quoque diversitate discreti ». « Fides autem patriarcharum, Prophetarum atque Apostolorum unum Deum praedicat Trinitatem ».

.5.

Quaestio. Sed quaeritur quomodo supra imaginem Augustinus retulit ad essentiam, cum ipse alibi dicat imaginem referri ad personam, his verbis (Augustinus in libro VI De Trinitate [3]: « Non [3] Pater et Filius simul ambo imago, sed Filius solus imago Patris, quemadmodum et filius». — Idem in libro VII [4]: Item: «Non[4] ipse Pater Verbum est, sicut nec filius nec imago ». Item: « Quid autem absurdius quam imaginem ad se dici ?»

Solutio [5]: Ad [5] quod respondetur imaginem interdum referri ad personam, et tunc relative dici de Filio tantum; interdum vero ad essentiam, et tunc ad se dici et de tribus personis pariter enuntiari.

.6.

Quaestio [6]: Item quaeritur quid non sit in substantiis hominis quod est in substantiis Christi, sicut supra [6] positum est: «Totum Deus totum homo, et vicissim homo Deus et Deus homo dicitur».

Solutio [7]: Ad [7] quod respondetur non sic posse dici: 'homo est caro', vel 'caro est anima', sicut dicitur 'Christus est Deus', 'Christus est homo', et 'homo est Deus' et 'Deus est homo', quod est propter nimiam et ineffabilem naturae divinae et humanae unionem.

[1] Ibidem; in *Sent.,* I, d. 28, c. 7 (215, lin. 1-2). [2] Reliqua huius numeri ex *De fide ad Petrum,* c. 1, n. 4 et n. 6 (PL 65, 673, 675; CCL 91 A, 713s, 715s); omnia in Lib. 1, d. 3, c. 4 (77). [3] Cap. 2, n. 3 (PL 42, 925; CCL 50, 230); in *Sent.* I, d. 27, c. 3, n. 4 (I, 206, lin. 21SS). [4] Cap. 1, nn. 1-2 (PL 42, 933, 934; CCL 50, 244, 247); in *Sent.* I, d. 27, c. 3, n. 5 (I, 207, 5-7). [5] cf. *Sent.* I, d. 27, c. 3, n. 6 (I, 207). [6] In fine n. 3. [7] Cf. *Sent.* III, d. 6, c. 1 (II, 49).

.7.

Quaestio.* Sed [1] item quaeritur utrum sit similis vel dissimilis in praedictis locutionibus praedicatio, ut quemadmodum cum dicimus 'anima est caro' vel 'caro est anima', aliam de alia substantiam praedicamus et partem de parte; unde et falsa iudicatur huiusmodi enuntiatio; ita cum dicitur 'Deus est homo' vel 'homo est Deus', substantia vel natura de alia substantia vel natura praedicetur. Atque si hoc non est, quid de quo praedicetur: an idem de se, an aliud de alio ? et si idem de se, an persona de se, an natura de se ? si vero de alio, an de alia persona, an de alia natura ?

Quod si quis propositis quaestionibus satisfacere dissimulans, huiusmodi verbis calumnietur, dicens ea sacris paginis non esse cognata et in philosophicis disceptationibus tantum admittenda, audiat aliis verbis a sacris paginis nullatenus eliminandis easdem quaestiones moveri.

.8.

Quaestio.* Quaeritur [2] enim utrum cum dicitur 'homo est Deus' vel 'Deus est homo', an Deus et homo eiusdem rei vel diversarum sint nomina vel neutrum. Item si eiusdem, an eiusdem personae vel eiusdem naturae vel eiusdem rei, nec naturae tamen nec personae ? Si vero diversarum rerum sint nomina, quaeritur utrum diversarum naturarum vel diversarum personarum vel diversarum rerum, nec tamen naturarum vel personarum.

Responsio.* Ad quod sine praeiudicio aliorum, non arroganti assertione sed humili indagine aliis cupientes prodesse, respondemus: In his locutionibus: 'Deus est homo', 'homo est Deus', idem de se praedicari dicimus. Praedicatur enim Filius Dei de filio hominis cum dicitur 'homo est Deus', et filius hominis de Filio Dei cum dicitur 'Deus est homo'; unus autem et idem est Dei Filius et hominis filius, Iesus Christus.

Augustinus in libro De Trinitate.* Unde **Augustinus:** « Quemadmodum [3] secundum deitatem una est Patris Filiique natura, ita etiam iuxta humanitatem eadem est Matris et Filii natura. Ex utraque

[1] Quaestio innuitur in *Sent.,* III, d. 6, c. 1 (II, 49s); hic explicatur potius in numero sequenti (n. 8). Nihilominus in libro *Sententiarum* minus agitur de locutionibus et praedicationibus, scilicet in expositione trium sententiarum de unione hypostatica. [2] Cf. *Sent.,* III, d. 6, c. 1 (II, 49s). [3] [mmo, ut notatur infra (p. 54), in *Sermone 238,* n. 3 (inter opera Augustini, PL 39, 2185s).

autem substantia, et divinitatis et humanitatis, unus atque idem est Deus, Dei et hominis Filius, Dominus noster Iesus Christus, ut Deus verus, ita etiam homo verus ».

Augustinus, De fide ad Petrum [1]: Item: « Qui[1] est Deus verus homo verus factus est, non ut alter Deus esset, alter homo, sed idem Deus, idem homo ».

His auctoritatibus et aliis plurimis idem contestantibus explicatur unum eundemque esse quem praedicamus atque subicimus in praedictis locutionibus.

.9.

Responsio [1]: Ad illud autem quod quaeritur, cuius rei vel quarum rerum sint nomina, breviter respondemus: Cum Deus aliquando sit nomen naturae vel substantiae, ut ibi (Augustinus, De fide ad Petrum [2]: «Teneamus [2] Patrem et Filium et Spiritum Sanctum unum esse naturaliter Deum »; aliquando etiam nomen est personae, ut ibi: « Deum de Deo »; ita et hic nomen personae Filii est, cum dicitur « Deus est homo » vel « homo est Deus ». « Homo » vero nomen est filii hominis, qui est eadem persona tertia in Trinitate quae Verbum est. Aliquando tamen est nomen humanae naturae, ut cum dicitur: « Deus assumpsit hominem ». Loquor ergo de persona cum dico: « Deus est homo»; loquor et de illo qui est eadem persona cum dico: « Homo est Deus », et eundem praedico cum dico: « Deus est homo »; eundemque subicio cum dico: « Homo est Christus »; et personam praedico.

Cum vero dico: « Christus est Deus », potest sane intelligi ibi 'Deus' esse nomen personae vel naturae divinae, ut praedicetur persona de se ipsa vel natura de persona; et ita fit hic quod non in substantiis hominis. Hic enim natura praedicatur de persona, cum dicitur: « Christus est Deus », et persona de natura cum dicitur: « Deus est Christus »; et nomina naturarum invicem de se praedicantur cum dicitur: « Deus est homo et homo est Deus », licet non sint ibi nomina naturarum sed personae. Qualis translatio nusquam in nominibus substantiarum hominis occurrit; nusquam legitur: « caro est anima » vel econverso sub aliqua figura etiam dictum, quia non hic tanta unio quanta ibi.

1 Cap. 2, n. 17 (PL 65, 679 C; CCL 91 A, 722). 2 Cap. 1, n. 5 (PL 65, 674 B-C; CCL 91 A, 714s); in *Sent.* I, d. 2, c. 2 (I, 63). Cf. Lib. III, d. 5, c. 3; et d. 6, c. 1 (II, 48s).

* .10.

Opponitur solutioni.* His[1] autem quae in solvendo diximus videntur obviare quarundam verba auctoritatum huiusmodi:

Augustinus, Super Ioannem: «Aliud Verbum Dei est, aliud homo; sed *Verbum caro factum est,* id est homo; non itaque alia Verbi, alia est hominis persona, quoniam utrumque Christus et una persona».

Augustinus, Ad Felicianum.* Item: «Aliud est Dei Filius, aliud hominis filius, sed non alius». — Item: «Dei Filius aliud de Patre, aliud de Matre».

Augustinus in libro primo de Trinitate.* Item: «Quapropter, cum Filius sit et Deus et homo, alia substantia Deus, alia homo».

His auctoritatibus videtur insinuari aliud esse quod subicitur, et aliud quod praedicatur, cum dicitur 'homo est Deus' vel 'Deus est homo', atque diversarum rerum nomina esse ibi 'Deus' et 'homo'.

.11.

Oppositio.* Quod si ita est, eo sermo producitur ut probetur quod duo diversa atque a se invicem alia unus Christus sint. Quod si quis recipiat, dicitur ei: Ergo vel duo diversa quae sunt Deus vel quae non sunt Deus vel quorum aliud est Deus, aliud non. Sed quis aliquid horum nisi Catholicae doctrinae expers concedere audeat?

.12.

Determinatio.* Haec[2] itaque vitare volentes, praemissarum auctoritatum verba in hunc modum determinamus: Aliud est Verbum Dei, aliud homo, id est alterius naturae Christus est in quantum est Verbum Dei, alterius in quantum est homo; et procul dubio aliud est natura divinitatis qua Christus Deus est, aliud natura humanitatis qua idem homo est.

Basilius super illum locum: Missus est angelus ad Mariam.* «Inconverse enim et inalterabiliter unitae sunt ad invicem naturae, neque divina distante a propria simplicitate, neque humana aut conversa

1 Cf. Lib. III, d. 7, c. 1, n. 8 (II, 61), ubi etiam tres auctoritates quae sequuntur.
2 Ibid., in n. 9 (61s); nunc autem in tertia persona («determinant»); ubi etiam auctoritas recte Damasceno attribuitur.

in deitatis naturam, aut in non-exsistentiam divisa, neque ex duabus una facta est composita natura ».

Similiter expone illud: « Aliud [1] de Patre, aliud de Matre, est Dei Filius », id est, aliud est natura secundum quam de Patre est genitus, aliud est natura secundum quam de Matre est formatus. Ipse vero non est alius, quia eadem persona quae prius erat immutabilis atque invariabilis permansit.

Intende! Quod vero addidit: «utrumque[2] Christus est et una persona », qualiter sane intelligatur diligenti indagine perquirendum est, cum **Hieronymus** contraire videatur sic dicens (Hieronymus *): « Verbum est Deus, non caro assumpta ». Quod nobis sic sane intelligi posse videtur absque circumstantis scripturae repugnantia: 'Utrumque' est Christus, utrumque est una persona, id est, in utraque natura subsistit unus Christus, una persona. Hoc enim et huic similia locutionum genera saepe in divina inducuntur scriptura contra haereticos qui in Christo naturas confundebant vel personam dividebant.

Augustinus, Super Ioannem *: Unde **Augustinus**: «Agnoscamus [2] geminam substantiam Christi, divinam scilicet qua aequalis est Patri, et humanam qua maior est Pater; utrumque autem simul non duo, sed unus est Christus, ne sit quaternitas, non trinitas, Deus. Ac per hoc Christus est Deus, anima rationalis et caro». — Idem in eodem *: Deinde, quasi aperiens quod dixerat, subdit: «Christus[4] in his omnibus et in singulis confitemur». Et inde est quod Christi appellatione saepe de singulis horum agitur, ut idem **Augustinus** ibidem ostendit, sic dicens (Augustinus, Super Ioannem *): « Quis *non est derelictus in inferno ?* Christus, sed in anima sola. Quis iacuit in sepulcro ? Christus, sed in carne sola. Quia in his singulis Christus est ».

.13.

Quaestio *: Item [3] quaeritur utrum debeat dici Christus bis genitus, ut dicitur Dei et hominis filius.

Augustinus, De fide ad Petrum *: De hoc **Augustinus** ita[5] III,

1 Ibid., in fine n. 9 (62); resp. textus in n. 8 (61, 15). 2 Hic supra, in prima auctoritate in n. 10; in *Sententiis* III, d. 7, c. 1, nn. 11-12 (63). 3 Repetitur in Lib. III, d. 6, c. 2, n. 5 (51). 4 Haec auctoritas et illa quae sequitur revera una sunt, uti infra in III, d. 22, c. 2, n. 3 in fine (138). 5 Fons est cap. 2 Dist. 8 (67s), ubi post auctoritatem Fulgentii (in forma abbreviata) inseritur altera loannis Damasceni.

ait; « Pater Deus semel de sua natura genuit Filium Deum sibi aequalem et eadem qua ipse naturaliter aeternus est divinitate coaeternum. Sed idem Deus Filius, cum sit Deus aeternus et verus, pro nobis factus est homo verus et plenus: in eo verus, quia veram habet Deus ille humanam naturam; in eo vero plenus, quia et carnem suscepit et animam rationalem. Idem quoque Unigenitus Deus secundo natus est: semel ex Patre, semel ex Matre. Natus est enim de Patre Deus Verbum; natus est de Matre Verbum caro factum. Unus igitur est atque idem Dei Filius natus ante saecula et natus in saeculo; et utraque nativitas unius est Filii Dei, divina et humana ». — Ecce manifestum est debere dici atque credi Christum esse bis natum.

.14.

Quaestio *. Postremo [1] quaeritur utrum concedendum sit personam assumpsisse personam vel naturam naturam, an personam naturam vel naturam personam; an etiam ita debeat dici divina natura incarnata, sicut Deus incarnatus et Verbum incarnatum.

Responsio *. Ad quod respondemus: hanc quaestionem ex auctoritatibus Sanctorum ex parte ad plenum esse expeditam, ex parte vero implicitam atque obscuram.

Quod [2] enim non natura personam sed potius persona naturam, non personam, assumpserit, ex subditis clarescit.

Augustinus, De fide ad Petrum *. « Deus Unigenitus, dum conciperetur, veritatem carnis accepit ex Virgine; et cum nasceretur, integritatem virginitatis servavit in Matre. Istaque causa est qua Deus factus est filius Mariae, et Maria virgo mater facta est Unigeniti Dei, ut quem Pater genuit ex aeternitate, ipsum virgo conceptum proferret in tempore ». — Idem in eodem *. Item: « Hic Deus humanam naturam in unitate personae suscepit qui se humilians per misericordiam, incorruptae Virginis uterum ex ea nasciturus implevit. Formam ergo servi, id est naturam servi, in suam accepit Deus ille personam». — Idem in eodem *. Item: « Deus enim Verbum non accepit personam hominis, sed naturam ». — Item in eodem *. Item: « Dei Filius unigenitus, ut carnem hominis animamque mundaret, susceptione carnis animaeque rationalis incarnatus est ».

[1] Hic et in numeris 15-21 invenitur versio originalis inquisitionis quae in forma prolixa agitur in III, dist. 5, c. 1 (II, 41-46). Cf. etiam Prolegomena ad tomum I, pp. 86*-88*. [2] Inseritur quasi ad litteram, unacum auctoritatibus quae sequuntur, in eodem cap. 1, n. 2 (42).

Intende! Ecce ex his liquet quod ante diximus, scilicet non naturam personam, sed personam accepisse naturam, non personam.

.15.

De quarto [1] vero quaestionis articulo, utrum scilicet natura naturam assumpserit, plurimum dissentire videntur auctores sacrae paginae; nec tantum alii ab aliis, verum etiam iidem a seipsis, sicut subiecta capitula docent.

De concilio Toletano VIII: «Solum *Verbum caro factum est et habitavit in nobis.* Et cum tota operata sit Trinitas formationem suscepti hominis, quoniam inseparabilia sunt opera Trinitatis, solus tamen Filius accepit hominem in singularitate personae, non in unitate divinae naturae, id est id quod est proprium Filii, non quod commune est Trinitati, quoniam constat naturam Trinitatis esse unam, non tamen personam».

Item, de concilio Toletano undecimo: Item: «Unius substantiae credimus Deum Patrem et Filium et Spiritum Sanctum; non tamen dicimus ut huius Trinitatis unitatem Maria Virgo genuerit, sed tantummodo Filium, qui solus naturam nostram in unitatem personae suae assumpsit. Incarnationem quoque huius Filii Dei tota Trinitas operata esse credenda est, quia inseparabilia sunt eius opera; solus tamen Filius formam servi accepit in singularitate personae».

.16.

Ecce ex his videtur ostendi quod persona naturam tantum, non natura naturam assumpserit.

Cui contrarium videtur quod alibi legitur.

Augustinus, De fide ad Petrum: «Nec[2] divinitas Christi aliena est a natura Patris, secundum id quod *in principio erat Verbum;* nec humanitas eius aliena est a natura Matris, secundum id quod *Verbum caro factum est.* Illa enim natura quae semper genita manet ex Patre, naturam nostram sine peccato suscepit, ut nasceretur ex Virgine. Neque enim natura aeterna atque divina temporaliter concipi et nasci ex homine ullatenus posset, nisi secundum susceptionem veritatis humanae veram con-

[1] Hic numerus repetitur in eodem cap. 1, nn. 3-4 (42s). [2] Denuo datur in eodem cap., n. 5 (43), ubi tamen abbreviatur auctoritas Fulgentii.

ceptionem atque nativitatem ineffabilis in se divinitas temporaliter accepisset ».

Intende![1] Ex hac auctoritate videtur quod divina natura humanam assumpserit.

.17.

Sed[1] vehementer nos movet quod eam genitam ex Patre aeternaliter et ex homine natam temporaliter dicit, nisi forte naturam pro persona hic accipiat. Quod ostenditur ex eo quod subdit:

Idem in eodem[2] « Sic[1] est Deus aeternus ac verus veraciter secundum tempus et conceptus et natus ex Virgine; illo scilicet Deo facto naturaliter hominis filio qui unus est naturaliter Filius Unigenitus Dei Patris », qui « omnium naturarum Creator et Dominus creavit virginem creandus ex virgine ».

Ecce ex his apparet supra[3] naturam pro persona accepisse. Alioquin, si dixerimus naturam quae communis est trium personarum genitam esse, proculdubio natura genita Pater non est, immo a natura Patris quae non est genita alia est. Nulla enim res se ipsam generare potest, ut idem Augustinus[4] ait in primo libro *De Trinitate:* « Nulla enim res est quae se ipsam gignat ».

Augustinus, De fide ad Petrum[5] Similiter et illud ad personam mihi videtur referendum quod idem **Augustinus** subsequenter ait: «Sic[5] Christum Dei Filium, id est unam ex Trinitate personam, Deum verum crede, ut divinitatem eius de natura Patris natam esse non dubites »; divinitatis nomen ad personam retulisse videtur.

.18.

Idem alibi dicit id quo videtur natura naturam assumpsisse. — Augustinus in libro primo De Trinitate[6] Ait enim sic: « Etiam[6] se ipso Christus minor factus est, *formam servi accipiens.* Neque enim sic

1 In eodem n. 5 (43, 21-23). 2 Scii. *De fide ad Petrum,* c. 2, n. 14 (PL 65, 678'B; CCL 91 A, 720). Prima phrasis legitur in *Sent.* III, d. 8, c. 1 (67, 16-17); dein «illo... Patris », in d. 10, c. 2, n. 4 (75); ultima pars non repetitur in libro *Sententiarum.* 3 Scilicet, in auctoritate Fulgentii in n. 16: « Illa enim natura quae semper genita manet ex Patre ». * Cap. 1, n. 1 (PL 42, 820; CCL 50, 28); in libro I *Sent.,* d. 4, c. 1, n. 1 (I, 78). 5 Cap. 2, n. 15 (PL 65, 678 C-D; CCL 91 A, 720); in *Sent.,* I, d. 5, c. 1, n. 7 (I, 82). « Cap. 7, n. 14 (PL 42, 828s; CCL 50, 45); cf. infra in libro III, d. 5, c. 1, n. 6 (44, 3-6) in parte etiam in L. I, d. 16, c. 2, n. 2 (I, 140); dein in I, d. 16, c. 2, n. 3 (I, 141), et III, d. 7, c. 2, n. 3 (II, 65); in fine, III, d. 7, c. 1, n. 11 (II, 63).

accepit formam servi ut amitteret formam Dei, in qua erat aequalis Patri; ut et in forma servi et in forma Dei idem ipse sit unigenitus Filius Patris. Est ergo Dei Filius Deo Patri natura aequalis, habitu minor. In forma enim servi quam accepit, minor est Patre; in forma Dei in qua erat antequam hanc accepisset aequalis est Patri. In forma Dei, Verbum; in forma servi, *factus ex muliere.* In forma Dei, fecit hominem; in forma servi, factus est homo. Ergo, quia forma Dei accepit formam servi, utrumque Deus, utrumque homo ».

Ecce ex his apparet naturam assumpsisse naturam.

.19.

Augustinus, De fide ad Petrum [1]: Ne autem formae nomen alio retorqueas, audi quod idem alibi ait: «Cum audis de Domino Iesu Christo quia in forma Dei erat, oportet te agnoscere firmissimeque tenere in illo formae nomine naturalem plenitudinem debere intelligi. In forma igitur Dei Christus erat, quia in natura Dei Patris semper erat, de quo natus erat ». — Idem in eodem [2]: « Neque aliud fuit illa Dei summi exinanitio nisi formae servilis, id est naturae humanae, susceptio». — Idem in eodem [3]: « Utraque igitur est in Christo forma, quia utraque et vera et plena est in Christo substantia », divina scilicet et humana.

.20.

Ecce hinc monstratur quod natura naturam assumpserit. Alibi vero idem **Augustinus** innuere videtur quod et solum Verbum naturam humanam assumpserit, et quod natura divina eandem acceperit, sic dicens (Augustinus, De fide ad Petrum [4]: « Trinitas nos sibi reconciliavit per hoc, quod solum Verbum carnem ipsa Trinitas fecit. In quo sic veritas incommutabilis manet et *[om. Editio]* humanae divinaeque naturae, ut sicut vera semper est eius divinitas, quam de Patre incommutabilem habet, ita vera semper atque incommutabilis eius humanitas sit, quam sibi unitam summa divinitas gerit ». Ecce et solum Verbum dicit carnem factum et ipsam humanitatem summae divinitati dicit unitam.

1 Cap. 2, n. 19 (opus Fulgentii, PL 65, 680 D; CCL 91 A, 723); in III, d. 5, c. 1, n. 6 (II, 44). 2 Cap. 3, n. 20 (PL 65, 681 C; CCL 91 A, 725); in III, d. 6, n. 5 (II, 58); ubi et sequens auctoritas. 3 Quasi ad unguem repetitur in III, d. 5, c. 1, n. 8 (II, 44s).

Augustinus in libro De Trinitate.* Item: « Non[1] esset Dei hominumque mediator, nisi esset idem Deus, idem homo ». « Quam servilem formam a solo Filio susceptam, tota Trinitas, cuius una est voluntas et operatio, fecit ».

Ecce[1] patet quam diversa super quaestionem propositam auctores sentire videantur. Inde est quod posteriores ista legentes varias atque contrarias ex praedictis occasionem sumentes ferunt sententias.

.21.

Solvit.* Nos[3] autem omnis falsitatis atque contrarietatis notam a sacris Paginis abigere volentes, orthodoxis Patribus atque catholicis doctoribus nulla pravae intelligentiae suspicione notatis cohaeremus, dicentes et personam Filii assumpsisse naturam humanam, et naturam divinam in Filio humanae naturae unitam, ipsamque sibi unisse vel assumpsisse. Nec tamen dicimus naturam divinam carnem factam esse. — Quod vero dicitur solus Filius formam servi accepisse, per hoc non excluditur natura divina ab acceptione servilis formae, sed aliae duae personae, Pater scilicet et Spiritus Sanctus. Item et illud sic intelligendum videtur: « Id quod est proprium Filii, non quod commune est Trinitati, hominem accepit », id est proprie in Filio, non in tribus communiter personis, divina natura sibi humanam univit.

.22.

Quaestio.* Item[4] quaeritur utrum debeat dici simpliciter atque concedi Christum esse factum vel esse creaturam.

Responsio.* Ad quod respondemus hoc simpliciter et absque determinatione minus opportune dici; et si quandoque, brevitatis causa, dicatur, nunquam tamen simpliciter debere intelligi. Ut enim **Augustinus** ait, « cum de Christo loquimur, quid, secundum quid dicatur, advertendum est ». Qui Christum vel Dei Filium non esse creaturam, ita ostendit: « *In principio erat Verbum,* et *Verbum caro factum est,* propter nativi-

1 Utraque auctoritas invenitur in Dist. 2, c. 3, n. 2 (II, 31). 2 Quasi eisdem verbis discussio concluditur in Dist. 5, c. 1, n. 9 (II, 45). 3 Quod sequitur in n. 21 assumitur in nn. 10-11 eiusdem capituli, paucis demissis (II, 45). 4 Prima pars n. 22, usque ad verba: «Facta igitur substantia non est», repetitur in III, dist. 11, c. 1, n. 2 (77s), unacum auctoritatibus. Reliqua pars huius numeri («Qui tamen...») locum non invenit in *Libro Sententiarum.*

tatem incarnationis eius, quae facta est in tempore ex Virgine »; et: « *Omnia per ipsum facta sunt;* neque dicit *omnia,* nisi quae facta sunt, id est omnem creaturam». — Idem in eodem: « Unde liquido apparet ipsum factum non esse per quem facta sunt. Et si factus non est, creatura non est; si autem creatura non est, eiusdem cum Patre substantiae est. (Intende!) Omnis enim substantia quae Deus non est, creatura est; et quae creatura non est, Deus est. Sed si Filius non eiusdem substantiae est cum Patre, ergo facta substantia est; et si facta substantia est, non omnia per ipsum facta sunt. At *omnia per ipsum facta sunt».* Facta igitur substantia non est.

Qui tamen, sicut ait Apostolus, *factus est ei,* scilicet ad honorem Patris, *secundum carnem,* infectus vero secundum deitatem. — Haymo: *Factus* dico et specialiter « *ex l semine David,* quia Maria fuit de stirpe David, ex cuius semine formata est caro dominica opere Spiritus Sancti in utero virginali».

Sed attendendum quare specialiter hic nominat David, cum constet quod facta est promissio Abrahae sicuti et David. Sed Apostolus, volens gratiam commendare, maluit dicere de David, qui et criminosus fuit, non de semine Abrahae, qui iustus fuit, ut non pro merito sed gratia natus de eo putetur; et etiam ideo (Ambrosius) « ut2 ex homine rege secundum carnem rex natus ostendatur, sicut de Deo rege rex ante saecula natus » est.

.23.

Deinde a virtute commendans eum subdit 3: *Qui praedestinatus est Filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum lesu Christi Domini nostri.*

Intende: Hic primo videndum est quid sit praedestinatio et de quo sit praedestinatio, utrum de eo quod semper fuit an de eo quod ex tempore fuit; et utrum de persona an de natura; et si de persona est, postea attendendum est secundum quam naturam sit praedestinata.

.24.

Augustinus: « Praedestinatio 4 est gratiae praeparatio » qua ab aeterno Deus homini Christo et cunctis quos *praescivit conformes fieri imaginis Filii sui* [Rom. 8, 30] bona sine meritis praeparavit.

1 Haymo Altissiodorensis, *Glossa* in Rom. 1, 3 (PL 117, 366 D). 2 Scii. Ambrosiaster, in Rom. 1, 3 (PL 17 [1845], 49 D; CSEL 81, 14). 3 Rom. 1, 4. 4 *De praedestinatione sanctorum,* c. 10, n. 19 (PL 44, 974s); in Sent, 1, d. 39, c. 4, n. 4 (I, 283s).

Augustinus in libro De praedestinatione [1]: « Praeclarissimum enim lumen praedestinationis et gratiae est ipse mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus. Ille enim homo, ut a Verbo Patri coaeterno in unitatem personae assumptus, Filius Dei unigenitus esset: unde hoc meruit? quod eius bonum qualecumque praecessit, ut ad hanc ineffabilem excellentiam perveniret? Faciente ac suscipiente Deo Verbo, ipse homo, ex quo esse coepit, Filius Dei unicus esse coepit. Filium Dei unicum femina illa gratia plena concepit de Spiritu Sancto. Ex Virgine Maria Deus unicus natus est, non carnis cupidine, sed solo Dei munere. Libera in illo voluntas erat, et tanto magis quanto magis peccare non poterat». «Apparet [2] itaque nobis in nostro capite ipse fons gratiae a quo in cuncta membra eius gratia diffunditur. Ita enim ab initio fidei suae homo quicumque gratia fit Christianus, sicut gratia homo ille ab initio factus est Christus. De ipso hic Spiritu renatus est, de quo Spiritu ille natus est. Spiritu fit in nobis remissio peccatorum, Spiritu factum est in illo ut nullum haberet peccatum ».

Augustinus, De bono perseverantiae [3]: « Qui fecit illum hominem, sine ullis eius praecedentibus meritis, nullum quod ei dimitteretur, vel origine trahere, vel voluntate perpetrare peccatum, ipse nullis eorum praecedentibus meritis facit credentes in eum quibus dimittat omne peccatum: qui fecit illum talem ut numquam habuerit habiturusque sit voluntatem malam, ipse facit in membris eius ex mala voluntate bonam. Et illum ergo et nos praedestinavit, quia et in illo ut esset caput nostrum, et in nobis ut eius corpus essemus, non praecessura merita nostra, sed opera sua futura praescivit ».

Idem, De Praedestinatione [4]: « Haec se Deus facturum profecto » ab aeterno « praescivit. Ipsa est igitur praedestinatio sanctorum, quae in Sancto sanctorum maxime claruit: quam negare quis non valet recte intelligentium eloquia veritatis ». « Humana igitur merita conticescant hic, quae perierunt per Adam, et regnet gratia per Iesum Christum. Quisque in capite nostro praecedentia merita singularis illius generationis invenerit, ipse in nobis membris eius praecedentia merita » fidei et « regenerationis inquirat. Neque enim Christo retributum est, nec nobis pro aliquo merito, sed gratis tributum. Ille quippe nos fecit credere in Christum,

1 Ibid., c. 15, n. 30 (PL 44, 981s); in parte, in *Sent.,* III, d. 6, c. 2, n. 6 (II, 51). 2 Ibid., c. 15, n. 31 (982). 3 *De dono perseverantiae,* c. 24, n. 67 (PL 45, 1034); non repetitur in *Sententiis.* 4 Cap. 15, n. 31 (PL 44, 982). 5 ibid., parum infra (983).

qui nobis fecit in quem credimus Christum. Ille facit in hominibus principium fidei, qui fecit hominem principem fidei et perfectorem Iesum ».

Augustinus, De bono perseverantiae[1]: « Nullum est igitur illustrius praedestinationis exemplum quam ipse Mediator. Quisque ergo fidelis vult eam bene intelligere, attendat ipsum, atque in illo inveniat et seipsum: qui in eo veram naturam humanam credit, suscipiente Deo Verbo, ita sublimatam ut qui suscepit et quod suscepit una esset in Trinitate persona. Neque enim homine assumpto quaternitas facta est, sed Trinitas mansit, assumptione illa ineffabiliter faciente personae unius in Deo et homine veritatem ».

Hoc de ipsa praedestinatione sufficiat.

.25.

Deinde videamus utrum de eo qui semper fuerit vel de eo qui non semper fuerit sit ipsa praedestinatio, et utrum de persona an de natura.

Augustinus in Epistola ad Romanos[2]: «Eumdem sane ipsum *qui secundum carnem factus est ex semine David,* praedestinatum dicit Filium Dei *in virtute* ».

Augustinus, Super Ioannem[3]: Item: «Recte quippe dicitur Filius Dei non praedestinatus secundum id quod est Verbum Dei, Deus apud Deum. Ut quid enim praedestinaretur cum iam esset qui erat sine initio, sine termino sempiternus ? Illud autem praedestinandum erat quod nondum erat, ut sic suo tempore fieret, quemadmodum ante tempora praedestinatus erat ut fieret. Quisque igitur Dei Filium praedestinatum negat, hunc eundem filium hominis negat ».

Augustinus in libro Ad Prosperum et Hilarem[4]: « Praedestinatus est ergo Iesus, ut qui futurus erat secundum carnem filius David, esset *in virtute Filius Dei*». — Idem in eodem[5]: Item: «In quantum homo *factus est* Dei Filius praedestinatum eum dicimus».

1 *De dono perseverantiae,* c. 24, n. 67 (PL 45, 1033); repetitur in parte in *Sent.,* HI, d. 7, c. 1, n. 11 (p. 63). 2 *Epist. ad Rom. inchoata expositio,* n. 5 (PL 35, 2090s; CSEL 84, 150). 3 Tract. 105, n. 8 (PL 35, 1907; CCL 36, 607); non repetitur in *Sententiis.* 4 Id est, *De praedestinatione sanctorum,* c. 15, n. 31 (PL 44, 982); repetitur in III, d. 7, c. 2, n. 2 (65). 5 Ibid.; non invenitur ad verbum in *Sent.,* sed cf. n. 1 eiusdem cap. (65).

.26.

Ecce [1] ex his patet praedestinationem esse de persona, id est, de Christo Iesu, non secundum id quod semper fuit, sed secundum id quod non semper fuit; id est, non secundum divinitatem, sed secundum humanitatem. Et est sensus: quasi diceret: Christus *factus est secundum carnem;* qui Christus secundum quod est homo, est praedestinatus, id est sola gratia praeelectus ad hoc, ut ipse homo sit Filius Dei, non utique adoptivus, ut nos sumus, sed *in virtute,* id est in eadem potentia cum Patre; non per gratiam adoptionis, sed per unionem Verbi, id est per gratiam qua humana eius natura unita est Verbo.

.27.

Non ergo per adoptionem filius est, neque adoptivus filius est. Dicit enim **Ambrosius**: « Volvi [2] et revolvi divinam Scripturam, et Filium Dei nusquam adoptivum inveni ». Sed sicut Christus in quantum Deus est, naturaliter habet ut sit naturalis Dei Filius et sit Deus, ita in quantum homo per gratiam habet ut sit idem Dei Filius naturalis.

Unde **Hieronymus**: «De [3] Filio vero, hoc est de Domino nostro Iesu Christo, scriptum est quod semper cum Patre fuit, et nunquam eum, ut esset, voluntas paterna praecessit. Et ille quidem natura Filius est, nos vero adoptione. Ille vero nunquam Filius non fuit [4]; nos antequam essemus praedestinati sumus, et tunc spiritum adoptionis accepimus quando credidimus in Filium Dei ».

De hoc eodem **Hilarius** dicit: « Contendunt [5] haeretici adimere Patri quod Pater est, dum volunt auferre Filio quod Filius est. Adimunt autem, cum dicunt quod non de natura sit Filius. Non ex natura autem est quando non eadem in se habet natus et generans. Neque enim filius est natura cui alia ac dissimilis erit a patre substantia. Pater autem quomodo erit si non quod in se substantiae atque naturae est genuerit in Filio ?» — Idem: « Dominus [6] dicens: *Clarifica Filium tuum,* non solo nomine conte-

[1] Brevius in III, d. 10, c. 3 (76s). [2] Potius, ut notant Editores *Glossae Alex. Halensis* (III, 115 in fine), Augustini est, *Contra Secundinum, c.* 5: «Lege itaque Scripturas, nusquam invenies de Christo dictum quod adoptione sit Filius Dei» (PL 42, 581). [3] Cf. infra, III, d. 10, c. 2, n. 5 (76). [4] Haec verba citantur sine nomine in eodem capitulo, n. 2 (75, lin. 6); quod ante non advertimus. [5] *De Trinitate,* II, n. 3 (PL 10, 52 A-B). [6] Ibid., III, π. 11 (82 A-B), uti infra in III, d. 10, c. 2 (76), et in Lib. I, d. 26, c. 5, n. 2 (I, 201).

status est se esse Filium, sed [et] proprietate. Nos filii Dei sumus, sed non talis hic Filius. Hic enim verus et proprius est Filius, origine, non adoptione; veritate, non nuncupatione; nativitate, non creatione ». — Idem: « Natura [1] Filius est, quia eandem naturam quam ille qui genuit habet ».

De hoc quoque **Augustinus** ait: « Nos [2] sumus filii gratia, non natura; Unigenitus autem natura, non gratia. An hoc etiam in ipso Filio ad hominem referendum est? Ita sane». — Idem: «Quod[3] Unigenitus est aequalis Patri, non est gratiae sed naturae; quod autem in unitate personae Unigeniti assumptus est homo, gratiae est, non naturae ».

.28.

Quaeri [4] solet a quibusdam an secundum quod homo Christus sit Deus vel Dei Filius.

Quod ita esse, ita probare conantur: Christus[5] secundum quod homo praedestinatus est, ut sit Dei Filius. Sed illud est quod ut sit praedestinatus est. Ergo quia [si *Sent.]* praedestinatus est secundum quod homo ut sit Filius Dei, et secundum quod homo est Filius Dei.

Ad quod respondemus, dicentes Christum esse id quod praedestinatus est ut sit; sed non est illud secundum id secundum quod praedestinatus est. Est enim praedestinatus ut sit Dei Filius. Et ipse utique vere est Dei Filius. Sed praedestinatus est ad hoc secundum quod homo, quia per gratiam hoc accepit secundum quod homo. Ipse tamen secundum quod homo non est illud, nisi forte « secundum » unitatis personae sit expressivum.

« Secundum » [6] enim aliquando conditionem humanae naturae vel divinae exprimit, aliquando unitatem personae. Conditionem naturae, ut cum dicitur: « secundum quod homo », id est in quantum homo, vel « secundum quod Deus », id est in quantum Deus. Unitatem personae exprimit, ut cum dicitur: « Christus secundum quod homo dimittit peccata », id est ipse homo qui est Christus vel persona ipsa quae est homo. Aliquando etiam « secundum » notat causam, ut cum dicitur « secundum divinitatem iudicabit », id est ex virtute divinitatis. — Hae distinctiones suis locis diligenter animadvertendae sunt.

[1] Lib. V, n. 37 (PL 10, 155 A); uti supra in Lib. I, d. 5, c. 3 (I, 88). [2] Auctoritas repetitur infra, Lib. III, d. 10, e. 2 (76). [3] *In Ioann.,* tr. 74, n. 3 (PL 35, 1828; CCL 36, 514); iam in Lib. I, d. 17, c. 5, n. 7.(1, 148, 1-3). [4] Cf. infra, III, d. 10, c. 1, n. 5 (74), ubi quaestio aliter adumbratur. [5] Repetitur in eadem dist. 10, c. 1, n. 5; ubi tamen Responsio retractatur (II, 74). [6] Variatur in *Sent.,* ibid., n. 3 (73).

* .29.

Quaestio *. Quaeri1 etiam solet utrum Christus secundum quod homo sit persona.

Responsio *. Ad quod dicimus: Si « secundum » causam vel conditionem naturae notat, secundum quod homo non est persona, quia ex eo quod homo vel in quantum homo est persona non est, quia, si ex eo quod homo est persona est, ergo vel tertia in Trinitate, vel alia; sed alia non est; ergo tertia in Trinitate; ergo Deus.

.30.

Ratio *. Ideo2 in quantum homo non dicitur persona, quia non est in quantum homo personali proprietate discretus a Patre et Spiritu Sancto, quia in quantum homo non est genitus a Patre vel Filius Patris. Filiatio autem proprietas est qua persona Filii ab aliis distinguitur. Sed si in quantum homo non est tertia persona in Trinitate, quomodo ergo supra3 dixit **Augustinus**: « Qui suscepit et quod suscepit una est in Trinitate persona » ? Haec enim auctoritas innuere videtur quod natura humana cum Verbo sit una persona in Trinitate. Quod si est, ergo natura humana cum Verbo est Deus. Ergo aliqua natura cum Verbo est Deus quae non semper fuit Deus. Ergo non tantum natura divina est Deus, sed et alia.

Quod4 quia absurdum videtur et alia plurima quoque sequuntur inconvenientia, praedicta **Augustini** verba, et illis ubicumque inventa fuerint similia, hoc modo intelligenda nobis videntur: «Qui suscepit et quod suscepit una est in Trinitate persona », id est: ita Deus suscepit hominem quod eadem persona quae prius erat immutata permansit. Unio enim suscipientis et suscepti unitatem personae nec divisit nec variavit; et tunc factum est ut illa persona quae ante erat Deus, eadem homo esset.

Unde super loannem ait: « Quando5 *Verbum caro factum est,* una persona facta est Verbum et homo », id est tunc factum est ut eadem esset Deus et homo.

1 Infra, Lib. III, d. 10, c. 1, n. 1 (72); dein, *Responsio* elaboratur in nn. 3 et 5 (73, 74) ac praesertim in n. 2 (72). 2 Cf. *Responsio* in eadem dist. 10, c. 1, n. 5 (74). 3 In num. 24, in fine. 4 Cf. Lib. III, d. 5, c. 3, n. 4 (48s); et d. 14, c. 2, n. 3 (92). 5 Tract. 108, n. 5 (PL 35, 1916; CCL 36, 618).

.31.

Movet nos quoque quomodo supra dixit[1] **Augustinus** illum hominem assumptum a Verbo, cum ille sit persona et persona non sit assumpta.

Augustinus in sermone de fide:* Alibi quoque expressius idem dicit quo magis movemur: « Si[2] quis dixerit atque crediderit hominem Iesum Christum a Filio Dei assumptum non fuisse, anathema sit ». Et ita videtur quod persona a persona sit assumpta, quod quia nefas[3] est dicere aut sentire, praedictarum auctoritatum verba sic intelligi sane possunt, ut homo Christus sive homo ille ideo dicatur assumptus a Verbo quia anima et caro eius, in quibus subsistit homo, sunt assumpta a Verbo, ut ad ipsius hominis Christi naturam respicias, non ad personam, cum assumptum dicis.

.32.

Quaestio:* Item[4] quaeri solet utrum homo ille coepit esse vel semper fuerit, sicut simpliciter enuntiamus Christum vel Dei Filium semper fuisse nec coepisse.

Augustinus, Super Ioannem:* De hoc **Augustinus** ita ait: « Habuit aliquando Dei Filius quod nondum habuit idem ipse homo filius, quia nondum erat homo ». — Idem in eodem: « Sic nos electi, quomodo ipse clarificatus; quia priusquam mundus esset, nec nos eramus, nec *ipse Mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus* ». — Augustinus, super psalterium:* Item: « Christus noster, etsi forte homo recens est, tamen est aeternus Deus». — Alibi autem legitur quod «puer ille creavit stellas», et ipse Christus ait: *Ego principium qui et loquor vobis.*

.33.

His[5] itaque auctoritatibus in nullo refragantes dicimus quod homo ille in quantum homo est esse coepit; in quantum est Verbum, semper fuit. In huiusmodi enim locutionibus sine adiectione determinationis nihil responderi convenit.

1 In n. 30. 2 Revera est *Symbolum fidei* Concilii Toletani I, uti infra notatur in ipso textu (p. 48). 3 Ibid., in num. 4 (48). 4 Repetitur quasi ad verbum infra, Lib. III, d. 12, c. 1 (80), ubi et auctoritates. 5 In eodem cap., n. 3 (81).

Augustinus, super Ioannem. Unde **Augustinus:** Pater «per[1] ipsum in quantum Verbum eius est, etiam quae futura sunt fecit»; sed «profecto secundum id quod homo est, ipsum pro nobis glorificavit».

Ipse ergo secundum quod homo *praedestinatus est*[2]; id est, sine meritis, sola gratia praeelectus, non solum (Augustinus, De praedestinatione sanctorum)[3] «ut esset caput nostrum» et (Augustinus, in libro De bono perseverantiae)[4] ut nec «originem[4] traheret nec voluntate perpetraret peccatum», et ut (Augustinus, super Ioannem)[5] «ex[5] mortali natura» clarificaretur in immortalem, sed ut etiam esset Filius Dei *in*[2] *virtute,* id est in eadem potentia cum Patre. — Augustinus, In Epistolam ad Romanos:[6] Et quod ipse[7] sit Filius Dei, potest videri ex hoc, quia conceptus est et natus *secundum*[8] *Spiritum sanctificationis,* id est quia ex[9] Spiritu Sancto conceptus est.

.34.

Haymo:[10] «Considera[10] vero quod non fuit ei Spiritus Sanctus pro semine, nec dicimus illum patrem esse hominis Christi, ne dicantur duo esse patres. Sed de Spiritu Sancto conceptus dicitur ideo quia operatione Spiritus Sancti» per quem omnia sanctificatur et (Augustinus)[11] «Dei[11] munere facta est illa conceptio».

1 *In Ioannem,* tr. 105, n. 7: «Sed ille qui per ipsum in quantum Verbum eius est, etiam quae futura sunt fecit, *et vocat ea quae non sunt, tanquam sint*» [Rom. 4, 17] (PL 35, 1907; CCL 36, 607); innuitur in num. 3 eiusdem cap. (81). 2 Resp. Rom. 1, 4: *qui praedestinatus est Filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum lesa Christi Domini nostri.* 3 Cap. 3, n. 31 (PL 44, 983); cf. etiam supra, sub n. 24. 4 *De dono perseverantiae,* c. 24, n. 67 (PL 45, 1034). 5 Tract. 105, n. 7 (PL 35, 1907; CCL 36, 607). 6 Rom. 1,4. 7 *Epistolae ad Romanos inchoata expositio,* n. 5 (PL 35, 2090s; CSEL 84, 150). 8 Rom. 1, 4. 9 Ad haec verba nomen *Ambrosius* invenitur in margine; cf. Lib. III, d. 4, c. 2, n. 5 (infra, 40). 10 Haymo Altissiodorensis (sub nomine Halberstadtensis), *In Epist. ad Romanos,* 1, 4: «Considerandum est autem quia non fuit ei Spiritus Sanctus pro semine, nec dicimus illum patrem esse humanitatis, ne dicantur duo esse patres, quod omnino nefas est dicere... Ita ergo et ille homo assumptus a Verbo, de Spiritu Sancto conceptus, id est opere Spiritus Sancti formatus est, sed tamen non est filius Spiritus Sancti» (PL 117, 367 A-B). 11 Non invenimus, nisi fortasse se referat ad verba Gennadii (sub nomine Augustini): «Deus hominem assumpsit, homo in Deum transivit, non naturae versibilitate, sed Dei dignatione...» (infra, p. 66, 17-18); cf. tamen *De praedestinatione sanctorum,* c. 15, n. 30: «Nonne de Spiritu Sancto et Virgine Maria Dei Filius unicus natus est, non carnis cupidine, sed singulari Dei munere?» (PL 44, 982).

.35.

Haymo [1]: Probatur etiam esse Filius Dei *ex resurrectione mortuorum lesu Christi Domini nostri,* id est suorum, id est quia mortuos « secum » fecit resurgere », qui fuerunt eius quia « ad se pertinebant », secundum illud: *Multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt* cum eo.

Augustinus, ex tractatu Psalmi lxvii [2]: Et nota quod proprium nomen posuit pro pronomine, more hebraico, quae «locutio2 in Scripturis est usitatissima », et « in veteribus praecipue libris creberrima, ut: *Fecit Moyses sicut praecepit Dominus Moysi* ».

.II.

DE CORPORE CHRISTI [3]

Et quia de corpore Domini plenior hic tractatus occurrit, breviter quae de Sacramento corporis et sanguinis scienda sunt, videamus.

1. Itaque Dominus noster lesus Christus de hoc mundo ad invisibilia paternae maiestatis transiturus, celebrato sacramento veteris Paschae, post typicum agnum, in ultimo corpus suum et sanguinem in specie panis et vini tradidit discipulis[4].

2. Ubi diligenter advertendum est: (1) quare post typici agni sacramentum, sui corporis sacramentum et sanguinis dedit apostolis; (2) et quare sub alia specie; (3) et cum sub alia, quare potius sub ista; (4) et cum ista, quare sub duplici. Deinde, (5) quare aqua admisceatur; post, (6) quid a bonis et quid a malis sumatur; deinde, (7) quae ibi videntur esse vel fieri, utrum vere sint vel non.

1 Haymo, ibidem: « Digna autem consideratione animadvertendum est, quia non dixit Apostolus absolute: Qui *praedestinatus est Filius Dei in virtute ex resurrectione mortuorum,* sed adhuc addidit aliquid, dicens *ex resurrectione mortuorum lesu Christi,* hoc est tantummodo electorum ad se pertinentium; simulque nobis demonstratur quia sicut suam resurrectionem procuravit, ita quoque multorum mortuorum corpora et animas pariter resuscitavit secum, tam illorum de quibus dicitur: *Multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt* [Matth. 27, 52], quam etiam omnium electorum» (PL 117, 367 D-368 A). Citatur Rom. 1,4. 2 *Enarrat, in Ps. 67,* 12-13: *Quis ergo dabit verbum evangelizantibus virtute multa? Rex virtutum Dilecti* (PL 36, 820; CCL 39, 877s). 3 Tractatus invenitur in Glossa in I Cor. 11, 25 (PL 191, 1641 C - 1647 D); uti hic editur, ex cod. x, ff. lOlss, et cod. z, ff. 61a ss.; titulus ex cod. z. 4 Cf. infra, lib. IV, dist. 8, c. 3 (281).

I. Quare post alia dedit L

3. Sciendum ergo ideo post vetus Pascha Dominum corpus et sanguinem suum dedisse discipulis, ut ostenderet Veteris Legis sacramenta cessatura; inter quae praecipuum erat agni paschalis sacramentum; et Novae Legis sacramenta substituenda, inter quae excellit dominici corporis sacramentum. Ideoque etiam post alia dedit, ut memoriae discipulorum tenacius infigeretur et ab Ecclesia deinceps frequentaretur.

II. Quare sub alia specie[2]

4. Sub alia vero specie ideo tradidit et a fidelibus sumendum deinceps instituit, ut fides haberet meritum quae non est de his videntur, quia «fides non habet meritum cui humana ratio praebet experimentum ». — Et ne abhorreret oculus quod teneret manus, et ne ab incredulis nobis insultaretur.

III. Quare in hac et non in alia specie tradidit[3]

5. In hac autem specie tradidit quia res huius speciei expressam habet similitudinem cum utraque re huius sacramenti, contenta scilicet et significata, et significata et non contenta.

6. Res contenta et significata est caro Christi quam de Virgine traxit, et sanguis quem pro nobis fudit. Res autem significata et non contenta est unitas Ecclesiae in praedestinatis, vocatis, iustificatis, et glorificatis. Haec est duplex caro Christi.

7. Hieronymus ? Unde **Hieronymus** ait: « Dupliciter intelligitur caro Christi: vel illa quae crucifixa est et sepulta, vel illa spiritualis et divina, de qua ipse dicit: *Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus* ». — Et item: *Qui manducat meam carnem, in me manet et ego in eo;* etc.

8. Sunt itaque tria in hoc Sacramento consideranda: unum quod tantum est sacramentum; alterum quod est sacramentum et res; et tertium quod est res et non sacramentum. Sacramentum et non res est species visibilis panis vel vini. Sacramentum et res, caro Christi propria et sanguis.

1 Ibid., c. 5, n. 1, et nota 1 (283). 2 Dist. 11, c. 3 (299s). 3 Cf. Dist. 8, c. 7 (284s); ubi et verba Hieronymi in n. 2 (285); nn. 8-10 = n. 2 (285); auctoritas in fine, in n. 4 (286).

Res et non sacramentum est mystica caro Christi, Porro species illa visibilis sacramentum est geminae rei, contentae scilicet et significatae.

9. Quid sit sacramentum? Sacramentum vero est sacrae rei signum, et species illa utramque rem signat et utriusque rei gerit expressam similitudinem. Nam sicut panis prae ceteris cibis corpus reficit et sustentat, et vinum hominem laetificat atque inebriat, sic caro Christi interiorem hominem magis ceteris gratiis spiritualiter reficit et saginat, quem et sanguis Christi spiritualiter laetificat, et sic inebriat ut sobrium reddat. Unde: *Calix* [1] *tuus inebrians, quam praeclaris est!*

10. Habet etiam similitudinem cum re significata tantum, quae est unitas fidelium: quia sicut ex multis granis conficitur unus panis, et ex pluribus acinis vinum in unum confluit, sic ex multis fidelium personis unitas Ecclesiae constat. Cuius etiam sacramentum est corpus Christi proprium quod de Virgine sumpsit; quia sicut corpus Christi ex multis membris puris et ab omni macula peccati immunibus constat, ita et unitas ecclesiastica ex multis personis mundis et immaculatis consistit. In cuius rei typo facta est arca Domini de lignis setim, quae sunt imputribilia et albae spinae similia. — Ecce quare in hac specie dedit.

IV. Quare in duplici specie[2].

11. Cum autem totus Christus sub specie panis, totus sub specie vini, sumatur, cur non in una, sed in duabus dedit? Ideo, ut ostenderetur Christus totam humanam naturam, id est animam et corpus, assumpsisse ut utrumque redimeret. Panis enim ad corpus refertur, vinum ad animam, quia vinum operatur sanguinem, in quo sedes animae a physicis esse dicitur. Ideo ergo in duabus speciebus celebratur hoc sacramentum, ut animae et carnis susceptio in Christo, et utriusque liberatio in nobis significetur.

V. Quare aqua apponitur[3].

12. Ideo vero apponitur aqua, ut ostendatur nostra redemptio facta per Christi passionem, et eius passio procurata pro nostra dilectione. Aqua enim genus humanum significat. Unde in Apocalypsi: *Aquae quas vidisti, populi sunt et gentes,* quorum salus non posset esse sine Domini

1 Ps. 22, 5. 2 Repetitur in Dist. 11, c. 4 n. 1 (300). 3 Ibid., c. 5 (301s), ubi tamen non repetitur versus Apoc. 17, 15 (cf. nota 1, p. 3021).

passione, nec Domini passio sine populi dilectione. Nisi enim nos diligeret, pro nobis morti se non traderet.

VI. Quid a bonis et quid a malis sumatur.

13. Post haec videndum est utrum a bonis et malis corpus Christi et sanguis sumatur.

14. Verumtamen [1] ante hoc ostendi oportet verum corpus Christi esse in altari, quod a quibusdam incredulis esse negatur; quos et ipsa Veritas confutat, dicens: *Accipite: hoc est corpus meum·,* et Sanctorum auctoritates in medium deductae.

15. Ambrosius, De sacramentis.* Ait enim **Ambrosius**[2]: « Antequam consecretur, panis est et vinum; ubi autem verba Christi operata fuerint, corpus et sanguis Christi efficitur». — Item: « Sermo Christi qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea quae sunt mutare in id quod non erant ? »

16. Eusebius Emisenus.* Item **Eusebius**: «Invisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis et sanguinis sui verbo suo secreta potestate commutat ».

17. Gregorius in Dialogorum libro iv.* Item: «Est quidem etiam in peccatoribus et indigne sumentibus vera Christi caro et verus sanguis, sed essentia, non salubri efficacia ».

18. Augustinus, De verbis Evangelii.* Item: «Multi [indigni] accipiunt corpus Domini indigne, de quibus ait Apostolus: Qui *manducat et bibit calicem Domini indigne, iudicium sibi manducat et bibit* ». « Per quod docemur quam sit cavendum male accipere bonum. Ecce enim factum est malum, dum male accipitur bonum, sicut econtra Apostolo factum est bonum cum bene accipitur malum, id est dum stimulus Satanae ei datur et patienter portatur ». — Ecce ex his Sanctorum testimoniis liquet verum Christi corpus esse in altari, et non modo a bonis, verum etiam a malis sumi.

19. Oppositio contra.* His[3] autem quaedam videntur repugnare quae silentio praetereunda non sunt.

20. Augustinus.* Ait enim **Augustinus**: « Bonus accipit sa-

[1] Cf. Dist. 10, c. 1-2 (290ss), ubi ope *Decreti* Gratiani auctoritates rectificantur et multiplicantur. [2] Vide Dist. 10, c. 2, n. 6 (295); illa Eusebii, ibid., n. 8 (296); verba Gregorii, in Dist. 9, c. 2, n. 2 (288); ubi sequuntur illae Augustini. [3] Cf. Dist. 9, c. 3 (289s), ubi repetuntur nn. 20-21.

cramentum et rem sacramenti; malus vero sacramentum et non rem ». — Ad quod dicimus sacramentum hic appellari corpus Domini de Virgine sumptum; rem autem, spiritualem carnem Christi quae est unitas fidelium. Bonus ergo accipit sacramentum, id est carnem Christi propriam et sanguinem, et rem, id est unitatem fidelium et gratiae augmentum; malus vero accipit sacramentum, id est corpus Christi sub sacramento, et non rem, id est unitatem Ecclesiae. Et est: bonus manducat spiritualiter et sacramentaliter; malus vero sacramentaliter tantum. — Augustinus : Item: « Non manducans manducat, et manducans non manducat, id est non manducans sacramentaliter, manducat spiritualiter; et manducans sacramentaliter, non manducat spiritualiter ».

21. Ad quod videtur illa Collecta pertinere: « Perficiant in nobis, Domine, quaesumus, tua sacramenta quae continent, ut quae nunc specie gerimus, rerum veritate capiamus »; id est, per haec sacramenta praesta, ut sicut sub specie sacramentali carnem Christi sumimus, ita rei veritate, id est spiritualiter, carnem Christi sumamus. Vel aliter: « Perficiant in nobis etc. », id est per haec sacramenta praesta nobis, ut qui Christum sub sacramento videmus et sumimus, eumdem in futuro facie ad faciem, sicut est, videamus.

22. Illud [1] quoque veritati huic contraire videtur quod Veritas dixit: « Non hoc corpus quod videtis manducaturi estis, et bibituri illum sanguinem quem fusuri sunt qui me crucifigent, sed sacramentum aliquod commendavi vobis ». Ex his verbis calumniatores veritatis audaciam sumunt oblatrandi nobis, quibus ne amodo errare liceat, illud involutum evolvimus.

23. *Solutio* : « Non hoc corpus etc. », id est non in hac specie manducaturi estis, sed in sacramento; non morsibus discerptum et laceratum, ut putatis, sed integrum et illaesum.

VII. Quae sit illa conversio.

24. Cum [2] autem panis vel vinum a Sanctis dicatur, et a cunctis fidelibus credatur, transire in substantiam corporis et sanguinis, quae sit illa conversio, an formalis an substantialis, quaeri solet.

25. Quod autem formalis non sit, manifestum est, quia forma panis et vini remanet. Utrum vero sit substantialis, perspicuum non est. Quidam enim dicunt sic substantiam in substantiam transire vel converti, ut haec

[1] Num. 22-23, in Dist. 10, c. 1, nn. 2 et 4 (291s). [2] Cf. Dist. 11, c. 1 (296).

fiat illa, nec illa augetur, nec concedunt quod haec esse illa vere dici possit. Alii autem dicunt hanc in illam transire vel converti, quia sub illis accidentibus sub quibus prius erat substantia panis et vini, post consecrationem est substantia corporis et sanguinis, quibus tamen ipsum corpus non afficitur.

26. Nos [1] autem incerta relinquentes, quod ex auctoritatibus certum est profitemur, scilicet substantiam panis et vini in substantiam corporis et sanguinis dominici converti, modum vero conversionis ignorare non erubescimus fateri. De priori autem substantia quaedam remanent, scilicet color, sapor, forma, pondus, quae prioris substantiae accidentia fuerunt, quae nec ipsum Christi corpus afficiunt, nec in eo fundantur. Si vero quaeritur ubi fundentur, dicimus nobis potius videri quod sint sine subiecto quam in subiecto.

[VIII.] De fractione.

27. De fractione [2] etiam illa quaeri solet quae ibi fieri videtur, cuius rei vel in qua re sit; cumque non sit ibi alia substantia quam corpus Christi, si in aliqua substantia est, in ipso corpore esse videtur. Sed **contra**; cum ipsum corpus incorruptibile sit, quia immortale est et impassibile, in ipso non posse esse videtur. Unde et Christus redarguit carnalem sensum discipulorum, qui putabant Christi carnem sicut aliam in partes esse dividendam et morsibus lacerandam. Ideo plures dicunt quod non est ibi fractio, sed videtur tantum.

28. Ambrosius [3]. Quibus obicitur quod ait **Ambrosius**: « Nihil falsum putandum est in sacrificio veritatis, vel sicut fit in magorum praestigiis, ubi delusione quadam falluntur oculi, ut videant esse quod non est ». Ad quod illi **dicunt**[3]: Non fallit nos visus nec fallitur; quod esset, si crederetur sic frangi, ut videtur. Nec illusio est, quia ad utilitatem fidei, non ad deceptionem sic fit.

29. Alii dicunt quod ibi fit fractio, non quidem in corpore, sed in ipsa forma panis sacramentali. Quod videtur Apostolus velle dicens: *Panis quem frangimus*. Item **Augustinus**: « Quando Christus manducatur, vita manducatur; nec quando manducamus, partes de illo facimus, et quidem in sacramento sic fit ». Item: « Unusquisque partem suam accipit; per partes manducatur, et manet integer ». Ecce ex his patet quod in-

1 Cf. Dist. 11, c. 2, n. 1 (296); et n. 10 (299); necnon et Dist. 12, c. 1 (304). 2 Dist. 12, c. 2, nn. 1-2 (304s), ubi et auctoritas Ambrosio attributa in n. 28. 3 cf. Dist. 12, c. 3, nn. 2-4 (305s), ubi et auctoritates Augustini.

tegrum et incorruptum corpus Christi manducatur; et si fractio vel partitio ibi est, non in ipso est, sed in sacramento esse videtur.

30. Alii[1] dicunt quod ibi fit fractio, et nullius rei, quia nihil ibi frangitur. Sicut enim sunt ibi accidentia sine subiecto, sic mirabiliter potest ibi esse fractio in accidenti, et sine omni re quae frangitur. Magnum est enim et inscrutabile istud mysterium. Unde **Ambrosius**[2]: « Quid quaeris naturae ordinem in Christi corpore, cum praeter naturae ordinem sit ipse Domini partus ex Virgine ?» Credere iubemur, discutere non permittimur.

[IX.] An sint duo sacramenta.

31. Sciendum[3]etiam quod licet diversae sint ibi species, panis et vini, non tamen duo sacramenta dici debent, sed unum, quia sub utraque specie idem sumitur. Sciendum etiam quod in prolatione illorum verborum: *Hoc est corpus meum,* et: *Hic est calix,* mysterium consumatur, et panis in corpus Christi convertitur.

[X.] Quale dederit.

32. Solet[4] etiam quaeri quale dederit apostolis. Dicimus quale tunc erat, id est passibile et mortale.

[XI.] De substantia panis quid fiat.

33. Praeterea[5] quaeri solet, si non est ibi substantialis conversio, ut quibusdam placet, sed quodam locutionis tropo dicatur transire vel converti hoc in illud, eo scilicet quod sub illis accidentibus sumatur sub quibus erat substantia panis et vini, quid de ipsa substantia panis vel vini factum sit. Ad quod illi respondent vel in praeiacentem materiam resolutam, vel in nihilum redactam, quod potest ille facere qui de nihilo cuncta creavit.

1 Dist. 12, c. 2, n. 3 (305). 2 Dist. 10, c. 2, n. 4 (295, 1-3). 3 Dist. 8, cc. 6-7 (284ss), ubi haec quaestio non repetitur nisi sub quaestione de sacramento et re. 4 Cf. Dist. 11, c. 6, n. 1 (303). 5 Cf. tractatulus de natura conversionis in Dist. 10, c. 1-2 (290-96) et praesertim Dist. 11, c. 1-2 (297ss).

* [XII.] Si aqua non ponatur.

34. Solet etiam quaeri [1] si aqua oblivione vel negligentia non apponatur, an irritum sit. Quod cum de auctoritate nobis certum non sit, sine assertione quod nobis videtur, dicimus. Quod si non animo introducendi haeresim, sed oblivione praetermittitur, non ideo minus conficitur. Verumtamen graviter puniendum est. Nec Graeci aquam addunt.

35. Illud [2] etiam sciendum quod a brutis animalibus corpus Christi non sumitur, etsi videatur. Quid ergo sumit mus ? quid manducat ? Forte vel nihil, vel substantiam panis sub speciem suam reductam.

[XIII. Quid partes illae significent.]

36. Post[3] haec quid partes illae quae ibi videntur fieri significent, videamus. — Sergius papa [*] « Triforme est corpus Christi: pars oblatae in calicem missa corpus Christi quod iam resurrexit, monstrat; pars comesta, ambulantem adhuc super terram; pars in altari usque ad finem remanens Missae, corpora Sanctorum usque in finem saeculi in sepulcris iacentia ».

.III.

TRACTATUS DE CONIUGIO[4]

1. Hic[5] dicendum est breviter (1) quid sit coniugium, et (2) quae sit efficiens causa coniugii, et (3) causa propter quam contrahi debeat, et (4) quae sint legitimae personae ad contrahendum matrimonium, et (5) quae sint bona coniugii quibus excusatur carnalis coitus.

I.

2. Coniugium [6] itaque, sive matrimonium, est maritalis coniunctio maris et feminae inter legitimas personas, individuam vitae consuetudinem

1 Cf. Dist. 11, c. 5, n. 2 (302). 2 Cf. Dist. 13, c. 1, n. 8 (314). 3 cf. Dist. 12, c. 4, n. 1 (307); ubi in nota 3 legendum sit (quoad nomen Sergii): 1153 B, non 1553 B. 4 Ex *Glossa in I Cor.* 7, 1 (PL 191, 1585 D - 1587 B), ope codicum: x (ff. 84d-85a) et z (f. 51c-d). 5 Fons erit *Sent.,* IV, d. 27, c. 1: *Quae sunt consideranda in coniugio* (421s). 6 Ibid., c. 2 (422); cf. etiam Heinrich J. F. Reinhardt, *Die Ehelehre der Sehule des Anselm von Laon* (Munster 1974), 167, ubi quasi iidem articuli annuntiantur ut in n. 1,

retinens. Hac [1] autem descriptione matrimonium fidelium ac legitimorum tantum includitur.

3. Et est bona res coniugium [2]. Est enim unum de sacramentis Ecclesiae, tenens imaginem conjunctionis Christi et Ecclesiae [3], sicut Apostolus ait: *Hoc autem dico magnum sacramentum esse in Christo et in Ecclesia.* — Constat[4] itaque rem bonam esse coniugium; quod quidam haeretici negant, nuptias détestantes quas Christus approbans nuptiis interfuit et eas miraculo commendavits. Hoc etiam propter hoc apparet, quia primum coniugium inter primos parentes instituit. Apostolus etiam ait: *Virgo non peccat si nubat.*

II.

4. Matrimonium [6] autem efficiens causa est consensus maritalis de praesenti per verba expressus, secundum illud Nicolai papae: « Sufficit [7] solus secundum legem eorum consensus de quorum coniunctionibus agitur. Qui si solus in nuptiis defuerit, cetera, etiam cum ipso coitu celebrata, frustrantur». — Ioannes Chrysostomus[?] Unde est etiam illud[8]: « Matrimonium non facit coitus, sed voluntas ». — Ambrosius [?] Hinc etiam illud [9]: « Non defloratio virginitatis, sed pactio coniugalis matrimonium facit ».

III.

5. Causa [10] vero propter quam debet contrahi, est procreatio prolis et vitatio fornicationis. — Sunt[11] et aliae honestae causae, ut inimicorum reconciliatio, et pacis redintegratio, et huiusmodi.

in tractatu *De matrimonio Magistri A.* Hic autem fons videtur esse Hugo S. Victoris, *De sacramentis* II, 11, 4 (PL 176, 485 C).

1 Cf. etiam H. Zeimentz, *Ehe nacft der Lehre der Frühscfiolastik* (Düsseldorf 1973), 136ss. 2 Idem titulus in *Summa sententiarum* VII, c. 2 (PL 176, 155 C); hic numerus fons est *Sent.,* IV, d. 26, c. 5 (419). 3 Ephes. 5, 32; *Sent.,* ibid., c. 6 (419s). 4 Trahitur ex *Summa sent.* VII, c. 2 (155 C). s Ioan. 2, Iss; dein Cen. 1, 26ss; sequitur I Cor. 7, 28; unde in eodem cap. 5 Dist. 26 (uti supra). 6 Fons, unde etiam illud Nicolai papae, *Summa sent.* VII, c. 6 (158 C-D). 7 Cf. *Sent.* IV, d. 27, c. 3, n. 2 (423). 8 Ibid. 9 ibid. io Fons in *Summa sent.* VII, 1 (PL 176, 154 D-155 A); repetitur in *Sent.,* IV, Dist. 30, c. 3, n. 2 (441). u Ex eadem *Summa* (155 A); unde in eodem numero *Sententiarum.*

IV.

6. Personae 1 autem legitimae ad matrimonium sunt iuxta institutionem Ecclesiae. Aliae namque fuere legitimae in exordio nostrae originis et ante legem Moysi; aliae, sub lege; aliae, in tempore gratiae. Item: in primitiva Ecclesia quaedam erant legitimae quae modo non sunt. Et earum quae modo legitimae sunt vel illegitimae, quaedam sunt plene legitimae, quaedam omnino illegitimae, quaedam neutrae 2. — Plene legitimae sunt quas non impedit votum continentiae, vel ordo, vel cognatio, vel dispar cultus, vel conditio, vel naturae frigiditas. — Omnino autem illegitimae sunt per votum, per ordinem, per cognationem, per disparem cultum. — Neutrae vero, id est nec omnino legitimae nec plene illegitimae, sunt per frigiditatem vel conditionem. Si enim tales nescienter coniuncti fuerint, possunt permanere quibusdam causis accedentibus, et eisdem deficientibus dividi.

V.

7. **Augustinus** 3. Bona vero tria sunt, scilicet fides, proles, sacramentum. Fides, ne cum alio vel alia coeatur 4; proles, ut religiose educetur 5; sacramentum, ut coniugium non 6 separetur.

8. Separatio 7 autem gemina est, corporalis scilicet et sacramentalis. Corporaliter vero non debent separari nisi ex communi consensu, quod interdum fit causa religionis. Sacramentaliter vero separari nequeunt dum vivunt, si plene legitimae sint personae [et matrimonium fiat consummatum 8],

9. **Et**9 attende quod tertium bonum coniugii dicitur « sacramentum », non ideo quia sit ipsum coniugium, sed quia eiusdem rei [sacrae 10] signum est, id est spiritualis et inseparabilis coniunctionis Christi et Ecclesiae.

10. **His**11 tribus bonis excusatur coitus carnalis qui est inter coniuges, ita ut vel non sit peccatum vel sit veniale. Quando12 enim causa prolis tantum conveniunt, sic excusatur ut non sit peccatum. Quando vero VII,

1 Uti iacet, ex fonte ignoto; repetitur in c. 1 Dist. 34 (462s). 2 Loco *neutrae,* legitur *mediae* in *Seni.* (463), necnon et *Medii* parum infra. 3 Fons: *Summa sent.* VII, c. 4 (PL 176, 157 A-B); repetitur infra, IV, dist. 31, c. 1 (442). 4 coeatur *Lomb.,* concubatur *Summa sent.* 5 doceatur, *Summa sent.* 6 ut... non] ne *cod.* x. *d* Cf. infra, IV, dist. 31, c. 2, n. 1 (442s); ex fonte ignoto. 8 add. marg. x2. 9 Num. 9 ex *Summa sent.* VII, c. 4 (PL 176, 157 B); repetitur infra, IV, d. 31, c. 2, n. 3 (443). 1° sacrae, *Summa sent.* (157 B). 11 Cf. infra. Lib. IV, d. 31, c. 5, n, 1 (446); fontem non invenimus. 12 Quodammodo ex *Summa sent.* IV, c. 3 (156 C).

causa concupiscentiae satiandae et refrenandae, veniale est. — Unde Augustinus, *De bono coniugali* * i; « Coniugalis concubitus generandi gratia non habet culpam; concupiscentiae vero satiandae, sed tamen cum coniuge, habet culpam, propter thori fidem venialem». — Item[2]: « Hoc quod coniugati, victi concupiscentia, utuntur invicem ultra necessitatem liberos procurandi, ponam in his pro quibus quotidie dicimus: *Dimitte nobis debita nostra* [3], etc. ».

11. Ubi autem haec bona non sunt, nullam habet coitus excusationem. Unde dicitur[4]: « Omnis vehemens amator propriae uxoris, adulter est ». — Contingit autem saepe contrahi coniugium in quo haec bona non reperiuntur, quia nec fides servatur, nec proles religiose educatur.

Haec de his sufficiant.

1 Uti hic, ex *Summa sent.* IV, c. 3 (156 C); ex Augustino, infra, Dist. 31, c. 5, n. 1 (446). 2 Iterum ex *Summa sent.* (156 A); infra, 446s. 3 Matth. 6, 13; Luc. 11, 4. 4 Cf. infra, p. 447, lin. 4-5.

CORRIGENDA IN TOMO I

Sent. I, d. 32, c. 2, n. 1: ad: «in libro Sapientiae dicitur thronus sapientiae anima iusti » (I, 265,13-14). Cf. Augustinus, *Enarr. in Ps. XLVI,* 9, n. 10: « Et quid dicit Scriptura de ipsa Sapientia ? Anima iusti, sedes sapientiae. Si ergo anima iusti sedes est sapientiae, sit anima tua iusta, et eris regalis sella sapientiae » (PL 36, 530; CCL 38, 535); *Sermo 200,* in Epiphania Domini II, n. 1: «Cur enim non agnoscamus eos [Apostolos, scii.) caelos, qui facti sunt sedes Dei? sicut scriptum est: *Anima iusti, sedes sapientiae»* (PL 38, 1029); necnon et pseudo-Augustinus, *De essentia divinitatis* (PL 42, 1204). Ita etiam Gregorius Magnus, *Homil. in Evangelia* II, hom. 38, n. 2: « Salomon ait: *Anima iusti sedes est sapientiae* (PL 76, 1282 D); et *Moral.,* XXIX, c. 28, n. 55 (PL 76, 508 B). Cf. J. Denk, *Wo steht anima iusti sedes sapientiae?,* in *Théologie und Glaube* IX (1917), 648s; J. Leclercq, *Recueil d'études sur S. Bernard et ses écrits,* I, Romae 1962, 308s. (In parte ex communicatione B. Schmidt, Bonn).

SIGLA ET ABBREVIATIONS
in editione textus adhibita

AHDLMA	= Archives d'histoire doctrinale et littéraire du Moyen Age (Paris, 1926ss).
BGPTMA	= Beitrâge zur Geschichte der Philosophie und Théologie des Mittelalters (Munster, 1892ss).
CCL	= Corpus Christianorum Latinorum (Turnhout, 1953ss).
CCL-CM	= Corpus Christ. Latin., Continuatio Mediaevalis (Turnhout, 1971).
Clavis	= Clavis Patrum Latinorum2 (Steenbrugis, 1951).
CSEL	= Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum (Viennae 1866ss).
DHGE	= Dictionnaire d'Histoire et de Géographie ecclésiastiques (Paris, 1912ss).
DS	= Denzinger H., et Schonmetzer, A., Enchiridion Symbolorum ed. XXXII (1963).
DSpirit.	= Dictionnaire de Spiritualité ascétique et mystique (Paris, 1937ss).
DThC	= Dictionnaire de Théologie Catholique (Paris, 1909-1972).
Florus	= Expositio epistolarum b. Pauli, inter opera Ven. Bedae VI, Coloniae Agrippinae 1688.
GCS	= Die Griechische christliche Schriftsteller der ersten drei Jahrhunderte (Berlin-Leipzig, 1897ss).
Jaffé	= Regesta Pontificum Romanorum ab condita Ecclesia ad annum Chr. natum 1698 (Berlin, 1851); ed. 2, S. Lowenfeld et al. (Leipzig 1885-88).
LThK2	= Lexikon für Théologie und Kirche2 (Freiburg 1957-1967).

Mansi =fMansi, L, Ss. Conciliorum nova et amplissima collectio (Florentiae 1751-1798; Parisiis 1899-1927).
MGH = Monumenta Germaniae historica, Sectio Epistolarum Pontif. Rom. (Berolini, 1883ss).
MS = Mediaeval Studies (Toronto 1938ss).
PG = Patrologia graeca, ed. J. P. Migne (Parisiis 1857-1886).
PL = Patrologia latina, ed. J. P. Migne (Parisiis 1844-1864).
PLS = Patrologiae latinae supplementum, ed. A. Hamman et alii (Parisiis 1958-1974).
Potthast, A. = Regesta Pontificum Romanorum inde ab anno post Christum natum 1198 ad a. 1304, 2 vol. (Berolini 1874-75).
RB = Repertorium Biblicum medii aevi (Matriti 1950-1980).
RHE = Revue d'histoire ecclésiastique (Louvain 1900ss).
RTAM = Recherches de théologie ancienne et médiévale (Louvain 1929ss).
SC = Sources Chrétiennes (Parisiis 1941ss).
SSL = Spicilegium Sacrum Lovaniense (Leuven 1922ss).
ZkTh = Zeitschrift für katholische Théologie (Innsbruck 1877ss).

a = recto col. 1.
abbrev. = abbreviat(ur).
add. = addit, addunt.
b = recto col. 2.
c = verso col. 1.
c., cap. = capitulum.
cc., capp. = capitula.
cf. = confer(atur).
cod(d). = codex, codices.
col. = columna.
corr. = corrigit, corrigunt.
d = verso col. 2.
d., Dist. = distinctio.
del. = delet.
ed. = editio, editor.
exp. = expungit.
f., ff. = folium, folia.
h. l. (in) = (in) hunc locum S. Script.
hom. = homoioteleuton.
inauth. = inauthenticus.
interl. = interlinearis ; additur inter lineas.
lac. = lacuna.
lib. = liber.
lin. = linea.
mg., marg. = in margine, marginalis
ms., mss. = codex, codices manuscript!.
n., num. = numerus.
nn. = numeri.

not. = nota.
om. = omittit, omittunt.
opp. = opera.
p. = post.
p-, pp. = pagina(e) ; pars.
praem. = praemittit.
ps.- = pseudo-.
q. = quaestio.
r = recto.
rep. = repetit.
resp. = respicit(ur).
rubr. = rubrica.
suppl. = suppletur, supplendum.
trp. = trasponit, transponunt.
v = verso.
v. = vide ; versus.

INDICES PROLEGOMENORUM

I. Bibliothecae et Manuscripta.

II. Auctores et Materia.

I. – BIBLIOTHECAE ET CODICES MANUSCRIPTI

Abrincensi (Avranches), Bibl. Civit., cod. *36:* 28, 30.

Admontensi'(Steiermark), Bibl. OSB, cod. *767:* 18, n. 1.

Bambergae, Bibl. Status, cod. *Biblic. 103:* 26; *Patr. 128:* 10, n. 3; 41, n. 5.

Bernae, Bibl. Civit., cod. *A 94:* 27.

Bruxellis, Bibl. Regia, cod. *1485-1501 (cat. 214):* 25.

Divioduni (Dijon), Bibi. Civit., cod. *79:* 11, n. 3.

Dunelmensi (Durham), Bibi, ecclesiae Cathedralis [seu Capituli], cod. *A I 9:* 25 (n. 6); 26 (n. 4).

Monachii, Bayrische Staatsbibl., Clm *2627:* 26, 27.

Neapoli, Bibl. Naz., cod. *VII C 14:* 43.

Oxoniae, Bibl. Bodleiana, cod. *Laud. mise. 291:* 42.

Oxoniae, Bibl. Exodiensis (Exeter), cod. *23:* 47.

Oxoniae, Bibl. Mertonensis, cod. 272: 44.

Paduae, Bibi. Antoniana, cod. *343:* 35.

Parisius, Archiv. Nat., cod. *LL 76 n° 15:* 8 (in nota 3).

Parisius, Bibl. Arsenal, cod. *4629:* 23 (in nota 3).

Parisius, Bibl. Nat., cod. lat. *505:* 47. — Cod. lat. *649:* 53. — Cod. lat. *2579:* 56. — Cod. lat. *3535:* 27. — Cod. lat. *12415* (S. Germani *381):* 34. — Cod. lat. *12453* (S. Germani *383):* 34. — Cod. lat. *13752:* 34. — Cod. lat. *14417:* 45 (bis), 46 (ter). — Cod. lat. *14443* (S. Victoris *377):* 47 (bis), 48. — Cod. lat. *14615* (S. Victoris *1060):* 15. — Cod. lat. *17246:* 53. — Cod. lat. *18096:* 34. — Cod. lat. *18108:* 42. — Cod. *nouv. acq. fr. 3522:* 23. — Cod. *nouv. acq. lat. 217:* 23.

Pragae, Bibl. Univ., cod. *XXIII.E.63:* 32.

Salisburgensi, St. Peter, cod. *a V 44:* 27.

Saviniaco (Savigny), cod. perdutus: 23.

Trecis (Troyes), Bibi. Civit., cod. *964:* 9, 42, 43. — Cod. *1234:* 18. — Cod. *1515:* 40.

Civit. Vaticanae, Bibliotheca Apostolica, cod. *Barb. lat. 608:* 10. — Cod. *Vat. lat. 144* (= x): 53, 77, 84, 86. — Cod. *Vat. lai. 695 (= z):* 48, 53, 77, 84. — Codd. *Vat. lat. 11710-12847:* 18.

II. – INDEX AUCTORUM ET MATERIAE*

Abbatia S. Petri de Monte-Letherico: 16s.

Adrianus Papa IV (1154-1159) 16; Theobaldo episcopo Parisiensi causam adiudicat: 17.

Albericus monachus de Tribus Fontibus, auctor *Chronicae:* 44 (nota).

Ambrosiaster initium praebet Glossae Magistri in Apostolum: 24.

Ambrosius (S.), *De Abraham* II, c. 9: 24 (nota); *In Lucam* X, n. 22: 24 (nota).

Amos 5, 3, iuxta Glossam ordin., Lombardi et Comestoris: 43.

Anastasius papa IV (1153-1154), adiudicat querelam Theobaldi Paris, episcopi: 16; eius mors: 17.

Anselmus Laudunensis non legit Evang. Marci, secundum testimonium P. Comestoris: 42.

Apoc. 70, *1-2:* 38; 22, 77: 42.

Arnulfus Rufius, famosus in scholis artium: 52 (nota).

Augustinus, S., *De consensu evangelistarum,* L. I, *c.* 2, n. 4: 42; III, *c.* 7, n. 30: 24 (nota).

— *De praedestinatione sanctorum, c. 6:* 48.

— *De Trinitate,* L. XV *c. 20:* 40.

— *Enarr. in Psalmos,* ps. *18:* 31, 33.

Baldwin, J. W., *Masters, Princes and Merchants:* 45.

Basilius Magnus, S., cui quaedam capitula Damasceni olim attribuebantur: 18.

Bernardus Claraevallensis (S.), patronus Magistri Petri Lombardi: 15.

Bernardus, Magister, archidiaconus Parisiensis: 16.

Bibliotheca Casinensis IV (1880): 26.

Bourgain, L., *La chaire française au XIIe siècle:* 33 (nota).

Brady, L, *Peter Lombard: Canon of Notre Dame:* 8, 15 (ubi corrigitur). — *Peter Manducator and the Oral Teachings of Peter Lombard:* 9.

Burgundio, iudex Pisanus, opus Ioann. Dam. in latinum vertit: 13, 15.

Catalogue général des Manuscrits, V: 11.

Cerbanus, quaedam capitula Damasceni in latinum reddidit: 18.

Claraevallensis Bibliotheca (saec. 12-18): 40.

Clemens Papa III (1187-1191), an. 1188 Mauricio Paris, episcopo quoddam privilegium concessit: 50 (nota).

Corinthios I (ad), 70, *4:* 38.

Crozet, R., art. *Arnoul de Saint-Euverte (Diet, biogr. franc.):* 52.

De Bryne, D., *Le plus ancien catalogue... N.D.:* 21.

de Ghellinck, los., art. *Pierre Lombard* in DThC: 14; *Le mouvement théol. du XIIe s.2:* 15. — Petrum Pictav. nominat discipulum praecipuum Lombardi: 44.

De Hamel, C. (Oxoniae), communicatio: 11.

Delisle, L., *Le cabinet des mss:* 21; *Manuscrits lat. et franc, ajoutés... 1875-1891:* 23.

de Morembert, T., art. *Maurice de Sully,* in *Catholicisme:* 9.

* Asterici (*) omittuntur ne taedium generent. Insuper lectori gentili innotescat quod *Tres Textus Originales* Magistri (pp. 53*-87*) non comprehenduntur in Indicibus nostris. Quatenus enim fontes sunt earundem quaestionum in Libris Sententiarum, aptius videtur ibi, scilicet in ipso textu Magistri, loca parallela lectori indicare (uti infra, p. 25, in nota ad num. 4).

Denziger H. - Schonmetzer, A., *Enchiridion Symbolorum32* (1963): 24.
Depoin, J., *Recueil... de S-Martin-des-Champs:* 8, 39.
Diaconus officium habet praedicandi super Evang. et Apostolum (Ivo et Gratianus): 34.
Dubois, G., *Historia Eccl. Paris.:* 16.
du Boulay, César-Egasse: 13.
Duval, A., art. *Hugues de S-Cher,* in *Catholicisme:* 45.

Ebrardus canonicus ND domum occupavit Lombardi (an. 1217): 52.
Ecclesia S. Mariae (Nostrae Dominae) Parisius, capitulum: 7; obituarium: 7; et iter italicum Lombardi: 15s; codices mss quosdam anno 1756 bibliothecae regali donavit: 23.
Ecclesia S. Marcelli (Parisius), tumba Lombardi: 39.
Editores Collegii S. Bonav. editionis Lombardi (1916), quomodo interpretati sunt Obituarium eiusdem: 22s.
Eleemosyna (defin.): 32.
Eugenius Pp. III, Beatus (1145-1153), non scripsit epistolam (1152) in favorem Lombardi: 14s; librum Ioan. Damasceni transferri fecit: 15; Parisius eccl. S. Genovefae visitavit an. 1147: 17; ibi quasdam decisiones fecit inconsulto episcopo Theobaldo: 17.
Exodus *4, 10:* 371 (Gl.o.; Origenis); *5, 3:* 37 (Gl.i.); 72, *7:* 37s (Gl.o.); *14, 15:* 30, 32; *26, 26:* 25; *33, 13, 18,* et *20-23* (Gl.o.): 38.
Ezech. *33, 7:* 34s (in sermone).

Florus Lugdun., in Rom. 77, *7:* 48.
Foreville, R., art. *Étienne Langton (DSpirit.):* 45.

Genesis 7, *14* et *16* (Comestor): 24.
Gerhohus, praepositus Reicherspergensis: 18.
Glorieux, P., ed. *Contra IV Labyrinthos Franciae:* 40.
Glossa Lombardi *in Exodum:* 36ss.
Glossa in Sententias pseudo-Petri Pictaviensis: 39.
Gratianus, *Decretum,* de praedicatione: 34.
Grégoire, R., art. *Maurice de Sully (DSpirit):* 9.
Gregorius Magnus (S.), *In Ezech.* I, hom. 2, *n. 8:* 24; hom. 10, *n. 26:* 49; fragmentum eiusdem (ex Paterio): 37. — Eius definitio poenitentiae: 30, 32; non semel erronee citatur in *Sententiis:* 36.
Gualterus de S. Victore, auctor *Contra IV Labyrinthos Franciae:* 40; doctrinam Lombardi reprobatam et perversam nominat: 40ss; testis quod Manducator discipulus fuit Lombardi: 40; licet numquam nominet Manducatorem, quem censet: 41 (nota); de officio Petri Pictaviensis: 44.
Gualterus, magister, canonicus S. Mariae, annis 1152-c. 1173: 9.
Guérard, M., *Cartulaire de l'Église Notre Dame:* 8, 16, 21, 52.
Guillelmus Tyrensis, Lombardum annis sex audivit, et Mauritium saepius: 8, 11.

Haring, N. M., *Eulogium* loan. Cornub. edidit: 10s.
Hauréau, B., *Notices et extraits* II: 34.
Hebr. 2, 5 (S. Langton): 48s.
Henricus, frater Arnulfi Ruffi de Orliaco, canonicus Paris.: 52.
Heribertus de Boseham, discipulus Lombardi: 7; testis lecturae Lombardi *in Psalmos:* 11, 19.
Hieronymus (S.), *Expositio in Aggaeum:* 30 (nota); *in Habacuc:* 29s; *In Isaiam,* cc. 8-9: 46; *In Zachariam* 7, 27: 47.
Hilarius (S.), *Tract, in Ps. 138,* n. 1: 24 (nota).
Hodl, L., *Die Questionenliteratur des Odo* v. *Ourscamp,* in suo opere *Die Geschichte der schol. Literatur:* 39.
Hugo Cardinalis Bononiensis: 13.
Hugo de Sancto Caro, O.Pr., *Glossa in Isaiam,* cap. 8-9: 46; *in Osee* 1, 9: 46s; *in Zach.* 1, 21: 47; *Prohemium* Comestoris *in Marcum* adaptat ut suum *in Lucam:* 26; *in Hebr.* 2, 5: 50; an testis fidelis P. Lombardi: 51; quandoque dependet a Petro Manducatore: 51.
Huygens, R. B. C., *Guillaume de Tyr étudiant:* 8.

Innocentius Pp. III Stephanum Langton laudat, anno 1207: 50 (nota).

Ioan. *1, 1:* 38; *1,14:* 38; 75, *22:* 42.
Ioannes Chrysostomus (S.), *Homil. IV in Ep. ad Hebraeos:* 49.
Ioannes Cornubiensis (c. 1179) tres sententias disceptavit de homine assumpto: 9ss.
Ioannis Damasceni *De fide orthodoxa* Romae primo vidit Lombardus: 12s; cuius opus forsitan eum inspiraverit: 19.
Ioel *3, 2 (Glossa* Lombardi): 29.
Iozelinus, magister, canonicus Meldensis: 13.
Isaias 7, 75: 45; *8, 1:* 45; *8, 9:* 46; *8, 14:* 46; *9, 1:* 46; 77, *2:* 36; 27, 77-72.· 36; *28, 16:* 35; *29, 13:* 30; *30, 27:* 36.
Isidorus, pseudo-, de officiis ordinandi: 33; *Epist. ad Leudefredam ep.:* 34; *Quaestiones in Exodum* (PL 83, 287-322), c. 8, n. 2: 37.
Ivo Carnotensis, *Decretum* VI, 20; et *Panormia* III, c. 41: 33, 34.

Lacombe O. ed. (ut videtur) Glossam Lombardi in Ioel 7, 74: 30 (nota); *Lombard's Commentary on Isaias:* 45, 46; *Studies on the Commentaries... Langton:* 45, 48.
Landgraf, A., *Der Einfluss des miindlichen Unterrichs:* 43 (nota). — *Drei Zweige der Pseudo-Poitiers-Glosse zu den Sentenzen des Lombarden:* 43 (nota). — *Introd, à l'histoire de la littérature théol.:* 29. — *Kindertaufe und Glaube:* 10. — *Note de critique textuelle:* 29. — *Recherches sur les écrits de Pierre le Mangeur:* 26, 41. — *Some Unknown Writings:* 10.
Lebeuf, Jean, *Histoire de la ville... Paris:* 39.
Lector officium habet praedicandi super Vetus Testamentum: 34.
Libri seu volumina in armario B. Mariae Parisiensis: 21s.
Longère, J., *Oeuvres oratoires de maîtres...:* 33.
Lottin, O., ed. tractatum *Deus primum hominem:* 9.
Lucas 7, 43, in Glossa Petri Pictav.: 44.
Luchaire, A., *Études... manuscrits de Rome et de Paris:* 15.
Ludovicus Rex VII eccl. S. Genovefae an. 1147 visitavit: 17.
Lutolphus Novariensis, magister: 15.
Lynch, K-, *Some Fontes... Hugh de S. Cher:* 51.
Mabillon, I., *Annales Benedictini:* 17.
Magistri docentes in theologia Parisius annis c. 1144 - c. 1205 omnes nomine Petrus: 23s.
Malach. 2, 2: 30.
Mansi, L, *Sacrorum Conciliorum... collectio:* 17.
Martin, R. M., *Notes... Pierre le Mangeur:* 29.
Mauricius de Sulliaco, saepe opposuit Lombardum: 8-11; «hodie episcopus»: 10.
McNally, R. E., The Pseudo Isidorian «De Vetere et Novo Testamento Quaestiones »: 37.
Metamorphosis Ooliae: laus Lombardi: 21, 33.
Molinier, A., *Obituaires:* 16.
Mutianus Scholasticus homilias Ioan. Chrysostomi in Latinum reddidit: 49.

Odo, abbas S. Dionysii (Paris.): 17.
Odo Suessionensis, Magister, Cancellarius Eccl. Paris.: 39.
Origenes, *In Exodum* hom. 3, *η. 1:* 37; hom. 4, n. *6:* 37.
Otobonus, monachus S. Mariae Cistercii: 11.
Oudin, C., *Commentarius de scriptoribus ecclesiae antiquae:* 44.

Paganus, Magister: 42.
Parisius, v. Ecclesia S. Mariae.
Paterius, fragm. Gregorii Magni in Exod. *4, 3-4:* 37.
Pelster, F., circa iter italicum Lombardi: 14.
Petrus, quidam magister: 14.
Petrus Cantor, Magister c. 1170-1196: 23s.; *Accessus ad Exodum:* 25; ope operum Comestoris glossas cognovit Lombardi n Evangelia: 22, 44, 52.
Petrus Cellensis, abbas S. Remigii: 16.
Petrus Comestor, *v.* sub Petrus Manducator.
Petrus de Joingniaco [Joigny], magister anno 1296: 21.
Petrus Lombardus, Magister, non fuit scholaris apud S. Victorem: 15; subdiaconus 1147: 8 (nota); laus magisterii eius (Guillelmi Tyrensis); 8; opponitur in scholis Mauritii: 8-11; quando iter fecit italicum: 13-18; anno 1154: 16; ratio eiusdem itineris: 17; quid Romae sumpserit ex libro Ioan. Damasceni: 18; Romam non visitavit ut epi-

scopus: 16 (nota); obituarium quando redactum: 52; quod male interpretati sumus: 7; dies mortis et diversa solemnia Parisius celebrata, uti in Eccl, S. Marcelli: 39.
— *Librum Sententiarum* quando compegit: 18s.
— Glossas suas non aperit ope versus biblici: 24; *In Psalmos* quodammodo iam Remis perfecerit: 23; quam postea (1158-59) in scholis perlegit: 11; sua Glossa *in Exodum:* 36-38; *in Isaiatn:* 35s; quam olim negavimus: 23 (nota); negari tamen debet quidam *Introitus in Isaiatn:* 25; *In Prophetas Minores:* testante ipso Magistro: 29, 31; teste Manducatore: 20, 43; *In loel:* 29-33. ⊢ Glossam *in Apostolum,* quae antecessit *Sententias,* postea limavit, sed solummodo usque ad versum 3 primi capituli: 11, 12; in *Hebr.* 2, 5 etc.: 49. — Quas alias glossas confecerit: 19ss. — Testante Comestore *Matth.* et *Lucam* glossavit: 20, 25s, 27; necnon, ut videtur, illud Marci: 26, 42; ac loannis: 27, 28, 42; an Apocalypsim glossaverit: 42; quos libros sacros non glossavit: 21. — Quae opera Lombardi, praeter Glossas in Psalmos et in Apostolum, quasi in oblivionem ceciderunt post eius mortem: 39; normae ad eius opera dignoscenda: 23ss.
— *Sermones* eius: chronologia: 34; primus, *De adventu:* 35; *n. 3:* 38; *n. 4:* 38; nn. 77, 72, 25, ubi superbiam tangit: 31, 32; *nn. 14, 22, 25,* Glossam innuunt *in Exodum:* 37. — Sermones qui non enumerantur in *Prolegomena* 1971: 32, nota 8; 34s. — Praedicator mediocris (Bourgain): 33.
Petrus Lombardus, pseudo-, opera scii, non authentica: *Accessus super Vetus Test.:* 25; *Accessus ad libros Pegum:* 25; *In lob:* 23; *In Isaiam:* 25; *Introitus super evangelia:* 28; *Accessus ad Matth. et Novum Test.:* 25; *Accessus in Marcum* (Comestoris?): 26; *in loannem:* 27, 28.
Petrus Cantor: *Glossae super Unum ex Quatuor* (c. 1187): 44.
Petrus Cellensis, abbas: 16.
Petrus Manducator (seu Comestor), Magister, Trecis (Troyes) natus, ubi postea decanus erat 39; quando Parisius venit 39s; discipulus erat Lombardi: 7, 40, 43 (nota); et postea magister (1159 - c. 1167): 23; ac cancellarius Ecclesiae Parisiensis (c. 1166-67): 39; usque ad mortem, 22 oct. 1178 (?): 41 (nota); mos ei erat scribendi « satis eleganter »: 25 (et nota); codices seu scripta eius ubi collocantur: 22 (nota).
— Testis fidelis doctrinae et operum P. Lombardi: 20, 39-44; quod Lombardus bis legit *Glossam in Apostolum:* 12; item quod XII Prophetas glossavit: 43; quomodo exposuit Luc. 5, *23:* 52.
— Opera propria: *Glossae:* non semel praefingit versum S. Scripturae modo ingressus: 24; *Prologus in Evangelia:* 26; *Accessus ad Matth. et N.T.:* 25; *in Matth.:* 25, 26 (ubi et quaedam reportatio), 30; cuius fons principalis exstat Rabanus Maurus: 26; *in Marcum:* 30; *in Lucam:* 30; *in Ioan.:* 27s. — *Quaestiones* (inc.: *Petre, Satanas expetivit vos): 9,* 42. — Inter fontes Magistri Hugonis de S. Caro enumerandus: 51; verba eius citata a Gualtero S. Victoris: 40s.
Petrus Pictaviensis, Magister 1167 - c. 1205: 23; praepositus fuit scholarum P. Comestoris, cui successit ut magister: 23, 44; postea cancellarius: 44; quid novit Lombardi: 52; anonymus invenitur in *Contra IV Labyrinthos:* 41, 42; qualis adjudicatur a C. Oudin et J. de Ghellinck: 44.
Petrus Pictaviensis, pseudo-, *Glossae in Sent.:* 41; *Summa divinae paginae:* 30.
Peuchmaurd, M., *Le prêtre ministre... XII siècle:* 34.
Poenitentia, definitio S. Gregorii: 30, 32.
Praedicatio, praedicatores, iuxta legislationem saec. XII: 33ss.
Praepositinus (?), magister, *Quaestiones* in cod. Paris., Mazar. *1708:* 42 (nota); Tract. *Deus primum hominem,* olim ei attributus: 9.
Prioratus S. Mariae de Longoponte: 16.

Rabanus Maurus, *In Matth.,* fons Comestoris, non autem Lombardi: 26.
Rabodo, Praemonstr. Rnechsteden, compilator *Libri de pluribus,* testis parum credibilis:

25; quae opera P. Lombardo attribuit: 25ss.
Roberts, P. B., *Studies in the Sermons of Stephen Langton:* 45.
Robertus Melidonensis (rectius): 10.
Robertus de Monte (seu de Torigny), *Chronica:* 7s.
Robertus Wigorniensis (fl. s. XII): 26.
Rolandus Bandinelli, S.R.E. cancellarius: 16.
Romanos (Ad) *5, 14:* 49; *6, 15* (Gl. o. et Langton): 47; (Lomb. et Ambrosiaster): 48.

Saviniaco (Savigny), bibliotheca monasterii: 23.
Schmidt, Prof. B. (Bonn), Communicatio: 87.
Schneyer, J. B., *Repertorium der lat. Sermones des Mittelalters:* 40.
Schonmetzer, A., *Enchiridion symbolorum:* 24.
Silva-Tarouca, C., *Novi Studi... Papi:* 34.
Smalley, B., *La Glossa Ordinaria:* 45. — *The Lombard's Commentary on Isaias and other Fragments:* 45, 46, 47 (nota). — *Peter Comestor on the Gospels:* 22, 25, 26, 27. — *Some Gospel Commentaries of the Early Twelfth Century:* 20, 22, 25, 26, 42, 51. — *Studies in the Sermons of Stephen Langton: 45.*
Stegmiiller, F., *Repertorium Biblicum* (= RB): 8, 22-28, 30, 45, 47, 52.
Stephanus Cantuariensis (an. 1271): 21.
Stephanus Langton, *In Isaiam 8, 9:* 8, 14; *9, 1:* 46, 52; *In Prophetas minores:* 47; *In Epistolas Canonicas:* 52; non fuit canonicus S. Mariae: 50 (nota); cardinalis S.R.E. (1206): 51; testis fidelis quoad opera Lombardi: 44-45.
Summa divinae paginae: 30.
Superbia: primum peccatum recedentibus a Deo (Aug.): 30s; maximum delictum (sermones Lombardi): 32s, 35.
Symon Langton, magister, canonicus S. Mariae: 50 (nota).
Symon, succentor Silvanectensis: 50.

Testes fideles quoad Lombardum, pauci post mortem Petris Comestoris: 39.
Theobaldus, ep. Parisiensis, in curia Romana (1154): 16s.

Van den Eynde, D., *Deux sermons inédits de Pierre Lombard:* 38. — *L'oeuvre litt. de Géroch...:* 18. — *Stephen Langton... on the Causality of the Sacraments: 51* (nota).
Van den Gheyn, *J., Cotai, des manuscrits... Belgique:* 25.

Zacharias *1, 21:* 47 (glossa).

MAGISTRI PETRI LOMBARDI
PARISIENSIS EPISCOPI
SENTENTIAE IN IV LIBRIS DISTINCTAE

LIBER III ET IV

SIGLA CODICUM

Codd. Libr. IV Sententiarum

* A — cod. Ambianen. Civit. 231 (libr. III-IV).
B — cod. Brugis Civit. 184.
C — cod. Bruxellis Regia 1535 (11.580).
* L — cod. Paris. Mazarin, lat. 757.
* M — cod. Monachii Status iat. (Clm) 18109.
* N — cod. Paris. Bibi. Nat. (BN) lat. 3014.
* O — cod. Paris. Bibi. Nat. (BN) lat. 3022.
* P — cod. Paris. Bibi. Nat. (BN) lat. 3029 (libr. I-II).
R — cod. Paris. Bibi. Nat. (BN) lat. 17464.
T — cod. Trecis Civit. 900.
V — cod. Vaticanus lat. 688.
W — cod. Vaticanus lat. 691.
X — cod. Valentianae Civit. 186.
* — codd. principaliores.

Cod. Glossae ordin. in Psalmos

Florent., Laurent. Plut. XVII. 4.

Codd. Glossae ordin. in Epist. S. Pauli

l — Florent., Laurent. Plut. V. d. 1.
m — Florent., Laurent. Plut. XXIII. 5.

Codd. Glossae Lombardi in Epist. S. Pauli

x — cod. Vaticanus lat. 144.
z — cod. Vaticanus lat. 695.

Codd. Glossae pseudo-Petri Pictaviensis

b — cod. Bamberg. Patr. 128.
n — cod. Neapoli Bibl. Nat. lat. VII C 14.
p — cod. Paris. Bibi. Nat. lat. 14423.

INCIPIUNT CAPITULA TERTII LIBRI.

[Distinctio I]

Cap. 1. Quare Filius carnem assumpsit, non Pater vel Spiritus Sanctus.
» 2. Utrum Pater vel Spiritus Sanctus potuerit incarnari.
» 3. An Filius qui tantum carnem accepit, aliquid fecerit quod non Pater vel Spiritus Sanctus.

[Distinctio II]

Cap. 4 (1). Quare totam humanam naturam accepit, et quid nomine naturae intelligitur.
» 5 (2). De unione Verbi et carnis mediante anima.
» 6 (3). Quod simul assumpsit carnem et animam Verbum, nec caro prius est concepta quam assumpta.

[Distinctio III]

Cap. 7 (1). De carne assumpta, qualis ante fuerit.
» 8 (2). Quod nullus est sine peccato hic, excepta Virgine.
» 9 (3). Quare Christus non fuit decimatus in Abraham sicut Levi.
» 10 (4). Quare caro Christi non dicta est peccatrix, sed similis.

[Distinctio IV]

Cap. 11 (1). Quare Spiritui Sancto tribuatur incarnatio, cum sit opus Trinitatis.
» 12 (2). Quare dicatur Christus conceptus et natus de Spiritu Sancto.
» 13 (3). Quare Apostolus dicit Christum factum, quem nos fatemur natum.

[Distinctio V]

Cap. 14 (1). Si persona vel natura personam vel naturam assumpsit, et si natura Dei sit incarnata.

Elenchus capitulorum libri III et IV hic repetitur ad commodum lectoris. Quoad lectiones variantes, cf. Tom. I, 31-53.

Cap. 15 (2). An divina natura debeat dici caro facta.
» 16 (3). Quare non accepit personam hominis, cum assumpserit hominem: quod quidam probare nituntur.

[Distinctio VI]

Cap. 17 (1). De intelligentia harum locutionum: Deus est homo, Deus factus est homo etc. Tres sententias ponit.
» 18 (2). Prima est eorum qui dicunt in incarnatione hominem quendam ex anima et carne constitutum, et illum hominem factum esse Deum et Deum illum hominem; et auctoritates quibus ita asserunt ponit.
» 19 (3). Secunda est eorum qui dicunt hominem illum ex tribus substantiis vel ex duabus naturis constare, et hunc fatentur unam esse personam: ante incarnationem simplicem tantum, sed incarnatione compositam; et auctoritates quibus se muniunt proponit.
» 20 (4). Tertia est eorum qui non solum personam ex naturis compositam negant, sed etiam aliquem hominem vel aliquam substantiam ibi ex anima et carne compositam diffitentur; et sic illa duo, scilicet animam et carnem, Verbo unita dicunt, ut non ex illis aliqua substantia vel persona componeretur, sed illis duobus velut indumento Deus vestiretur ut mortalibus oculis appareret: qui rationem incarnationis secundum habitum accipiunt.
» 21 (5). Deinde auctoritates inducit quibus haec sententia roboratur.
» 22 (6). Quatuor species habitus distinguuntur.

[Distinctio VII]

Cap. 23 (1). Deinde quae singulis sententiis adversari videntur ponit.
» 24 (2). Ex quo sensu dicitur Christus praedestinatus.
» 25 (3). Quod non debet dici homo dominicus.

[Distinctio VIII]

Cap. 26 (1). An divina natura dici debeat nata de Virgine.
» 27 (2). De gemina nativitate Christi qui bis natus est.

[Distinctio IX]

Cap. 28 (1). De adoratione exhibenda humanitati Christi.

[Distinctio X]

Cap. 29 (1). An Christus secundum quod homo sit persona vel aliquid.
» 30 (2). An Christus secundum quod homo sit adoptivus filius.
» 31 (3). An persona vel natura praedestinata sit.

[Distinctio XI]

Cap. 32 (1). Utrum Christus sit creatura vel factus.
» 33 (2). De perfidia et poena Arii.

[Distinctio XII]

Cap. 34 (1). An homo ille semper fuerit.
» 35 (2). An Deus alium sumere potuit vel aliunde quam de genere Adae.
» 36 (3). Si homo ille potuerit peccare vel non esse Deus.
» 37 (4). Si Deus potuit assumere hominem in sexu muliebri.

[Distinctio XIII]

Cap. 38 (1). De sapientia et gratia Christi hominis, an in eis proficere potuerit.

[Distinctio XIV]

Cap. 39 (1). Si anima Christi habuerit sapientiam parem cum Deo, et si omnia scit quae Deus.
» 40 (2). Quare Deus non dedit illi animae potentiam omnium ut scientiam.

[Distinctio XV]

Cap. 41 (1). De hominis defectibus quos assumpsit Christus.
» 42 (2). De propassione et passione timoris vel tristitiae.
» 43 (3). De quibusdam capitulis Hilarii obscuris, quibus a carne Christi dolores passionis submoveri videntur.
» 44 (4). De tristitia Christi et eius causa secundum eundem.

[Distinctio XVI]

Cap. 45 (1). An in Christo fuerit necessitas patiendi et moriendi, quae est defectus generalis.
» 46 (2). De statibus hominis et quid Christus de singulis acceperit.

[Distinctio XVII]

Cap. 47 (1). Si omnis Christi oratio vel voluntas impleta sit.
» 48 (2). De voluntatibus Christi secundum duas naturas.
» 49 (3). De capitulis quibusdam Ambrosii et Hilarii, ubi de dubitatione et timore Christi agitur.

[Distinctio XVIII]

Cap. 50 (1). Si Christus meruit sibi et nobis, et quid sibi et quid nobis.
» 51 (2). Quod a conceptu meruit Christus sibi idem quod per passionem.
» 52 (3). De eo quod scriptum est: Donavit illi nomen quod est supra omne nomen.
» 53 (4). Si Christus sine omni merito habere valuit quod merito obtinuit.
» 54 (5). De causa passionis et mortis Christi.

[Distinctio XIX]

Cap. 55 (1). Qualiter a diabolo et a peccato redemit nos Christus per mortem.
» 56 (2). Cur Deus homo et mortuus.
» 57 (3). Quomodo a poena nos redemit Christus.
» 58 (4). Quomodo poenam nostram portavit.
» 59 (5). Si solus Christus redemptor ut mediator debet dici.
» 60 (6). De mediatore.
» 61 (7). Secundum quam naturam sit mediator.

[Distinctio XX]

Cap. 62 (1). Quod alio modo potuit liberare.
» 63 (2). Quare isto modo potius.
» 64 (3). Qua iustitia sit victus diabolus.
» 65 (4). De causa inter Deum et hominem et diabolum.
» 66 (5). De traditione Christi facta a Iuda, a Deo, a Iudaeis.
» 67 (6). Utrum Christi passio sit opus Dei vel Iudaeorum.

[Distinctio XXI]

Cap. 68 (1). Si in Christi morte separata fuit anima vel caro a Verbo.
» 69 (2). Qua ratione dicitur Christus mortuus vel passus.

[Distinctio XXII]

Cap. 70 (1). Si Christus in morte fuit homo.
» 71 (2). Si Christus ubicumque est sit homo.
» 72 (3). Quod Christus ubique totus est, sed non totum: ut totus est homo vel Deus, sed non totum.
» 73 (4). Si ea quae dicuntur de Deo vel de Filio Dei, possint dici de homine illo vel de filio hominis.

[Distinctio XXIII]

Cap. 74 (1). Si Christus habuerit fidem, spem ut caritatem.
» 75 (2). Quid sit fides.
» 76 (3). Quot modis dicitur fides.
» 77 (4). Quid sit credere Deum vel Deo vel in Deum.
» 78 (5). De informi qualitate mentis quae in malo Christiano est.
» 79 (6). Quomodo dicatur una fides.
» 80 (7). Quod fides est de his quae non videntur proprie, ipsa tamen videtur ab eo in quo est.
» 81 (8). Descriptio fidei.
» 82 (9). Quare sola fides dicitur fundamentum.

[Distinctio XXIV]

Cap. 83 (1). Quomodo intelligendum est illud: Cum factum fuerit credatis.
» 84 (2). Si Petrus habuit fidem passionis quando vidit hominem illum pati.
» 85 (3). Si aliqua sciuntur quae credantur.

[Distinctio^XXV]

Cap. 86 (1). De fide antiquorum.
» 87 (2). De fide simplicium.
» 88 (3). Quae ante adventum credere sufficiebat.
» 89 (4). De fide Cornelii.
» 90 (5). De aequalitate fidei, spei et caritatis et operis.

[Distinctio XXVI]

Cap. 91 (1). De spe, quid sit.
» 92 (2). De quibus sit spes.

Cap. 93 (3). <Quo differant fides et spes.
» 94 (4). Si in Christo fuerit fides vel spes.
» 95 (5). Si iusti in inferno fidem et spem habuerunt.

[Distinctio XXVII]

Cap. 96 (1). De caritate Dei et proximi quae in Christo et in nobis est.
» 97 (2). Quid sit caritas.
» 98 (3). Si eadem caritate diligitur Deus et proximus.
» 99 (4). Quare dicuntur duo mandata caritatis.
» 100 (5). De modo diligendi.
» 101 (6). De impletione illius mandati: Diliges Deum ex totocorde.
» 102 (7). Quod alterum mandatum in altero est.
» 103 (8). Quae caritate diligenda sint.

[Distinctio XXVIII]

Cap. 104 (1). Si iubemur totum proximum diligere et nos totos.
» 105 (2). Quod in dilectione proximi includitur dilectioangelorum.
» 106 (3). Quid sit proximus.
» 107 (4). Quibus modis dicitur proximus.

[Distinctio XXIX]

Cap. 108 (1). De ordine diligendi: quid prius, quid post.
» 109 (2). An omnes homines pariter diligendi sint.
» 110 (3). De gradibus caritatis.

[Distinctio XXX]

Cap. III (1). Si melius est diligere inimicos quam amicos.

[Distinctio XXXI]

Cap. 112 (1). Si caritate semel habita amittatur.
» 113 (2). Quare fides, spes, scientia dicuntur evacuari, et non caritas, cum et ipsa sit ex parte.
» 114 (3). Si Christus ordinem diligendi servavit quem nos.

[Distinctio XXXII]

Cap. 115 (1). De caritate Dei. ac

Cap. 116 (2). Quomodo Deus dicitur magis diligere vel minus hunc vel illum.
» 117 (3). Quod dupliciter inspicienda est dilectio Dei.
» 118 (4). Si quis magis vel minus diligitur a Deo uno tempore quam alio.
» 119 (5). Si Deus ab aeterno dilexit reprobos.

[Distinctio XXXIII]

Cap. 120 (1). De quatuor virtutibus principalibus.
» 121 (2). Utrum et in Christo fuerint et in angelis sint.
» 122 (3). De usibus earum.

[Distinctio XXXIV]

Cap. 123 (1). De septem donis Spiritus Sancti.
» 124 (2). Utrum sint virtutes et sint in angelis.
» 125 (3). Utrum in Christo fuerint.
» 126 (4). De timorum distinctione.
» 127 (5). De casto et servili et initiali.
» 128 (6). Quo differant castus et servilis.
» 129 (7). Quod timor servilis et initialis dicitur initium sapientiae, sed differenter.
» 130 (8). Quomodo castus timor permanet in aeternum.
» 131 (9). Si timor poenae qui fuit in Christo, fuit servilis vel initialis.

[Distinctio XXXV]

Cap. 132 (1). De sapientia et scientia, quo differant.
» 133 (2). In quo differat sapientia ab intellectu.
» 134 (3). Utrum intellectus et scientia quae inter dona numerantur sint illa quae naturaliter habet homo.

[Distinctio XXXVI]

Cap. 135 (1). De connexione virtutum, quae non separantur.
» 136 (2). An cunctae virtutes pares sint in quocumque sint.
» 137 (3). Quomodo in caritate tota lex pendet.

[Distinctio XXXVII]

Cap. 138 (1). De decem mandatis, quomodo contineantur in duobus.

Cap. 139 (2). «Quare idolum nihil esse in mundo dicitur.
» 140 (3). Quare in Spiritu Sancto proprie dicitur fieri remissio peccatorum.
» 141 (4). De sensu spirituali et carnali Legis.
» 142 (5). De furto.
» 143 (6). De mendacio.

[Distinctio XXXVIII]

Cap. 144 (1). De triplici genere mendacii.
» 145 (2). De octo speciebus mendacii.
» 146 (3). Quid sit mendacium.
» 147 (4). Quid mentiri.
» 148 (5). Quod omne mendacium peccatum sit, sive prosit sive non, et quare.
» 149 (6). In quibus rebus cum periculo erratur vel non.

[Distinctio XXXIX]

Cap. 150 (1). De periurio.
» 151 (2). An sit periurium quod non est mendacium.
» 152 (3). De triplici modo periurii.
» 153 (4). An iuratio sit malum.
» 154 (5). De iuramento quod fit per creaturas.
» 155 (6). Quae iuratio sit gravior: an quae fit per Deum, an quae fit per creaturas, vel per Evangelium.
» 156 (7). Quid est dicere: Per Deum.
» 157 (8). De illis qui iurant per falsos deos.
» 158 (9). Quod iuramentum vel promissio contra Deum facta non est tenenda.
» 159 (10). Si est periurus, qui non facit quod incaute iurat.
» 160 (11). De illis qui verborum calliditate iurant.
» 161 (12). De illo qui cogit aliquem iurare.

[Distinctio XL]

Cap. 162 (1). Quare Lex dicitur comprimere manum, non animum.
» 163 (2). Quae sit littera occidens.
» 164 (3). De Legis et Evangelii distantia.

INCIPIUNT CAPITULA QUARTI LIBRI.

[Distinctio I]

Cap. 1. De sacramentis.
» 2. Quid sit sacramentum.
» 3. Quid sit signum.
» 4. Quo differant signum et sacramentum.
» 5. Quare instituta sunt sacramenta.
» 6. De differentia sacramentorum veterum et novorum.
» 7. De circumcisione.
» 8. Quod remedium illi habuerunt qui fuerunt ante circumcisionem.
» 9. De institutione circumcisionis et causa.
» 10. De parvulis defunctis ante diem octavum, quo fiebat circumcisio.

[Distinctio II]

Cap. 11 (1). De sacramentis novae Legis.
» 12 (2). De baptismo.
» 13 (3). De differentia baptismi Ioannis et Christi.
» 14 (4). Quid utilitatis habuit baptismus Ioannis.
» 15 (5). Si fuit sacramentum baptismus ille.
» 16 (6). De forma baptismi Ioannis.

[Distinctio III]

Cap. 17 (1). Quid sit baptisma.
» 18 (2). De forma baptismi.
» 19 (3). Quod Apostoli in Christi nomine baptizaverunt.
» 20 (4). Si in nomine Patris tantum vel Filii vel Spiritus Sanet possit tradi baptismus.
» 21 (5). De institutione baptismi.
» 22 (6). Quare in aqua tantum fiat.
» 23 (7). De immersione, quoties fieri debeat.
» 24 (8). Quando circumcisio amisit vim suam.
» 25 (9). De causa institutionis baptismi.

[DISTINCfIO IV]

Cap. 26 (1). De illis qui suscipiunt sacramentum et rem, et rem et non sacramentum, et sacramentum et non rem.
» 27 (2). De ficte accedentibus.
» 28 (3). Quomodo intelligatur illud: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis.
» 29 (4). Quod passio supplet vicem baptismi, et fides, et contritio.
» 30 (5). Quid prosit baptismus cum fide accedentibus.
» 31 (6). Quid dimittitur in baptismo iustis.
» 32 (7). Cuius rei sit sacramentum baptismus quem recipit iustus.

[Distinctio V]

Cap. 33(1). Quod baptismus aeque bonus est, a bono vel malo datus.
» 34(2). De potestate baptismi et ministerio.
» 35(3). Quae fuit potestas baptismi quam Christus potuit dare servis et non dedit.

[Distinctio VI]

Cap. 36 (1). Quibus liceat baptizare.
» 37 (2). Si rebaptizandi sunt ab haereticis baptizati.
» 38 (3). Quod nullus in materno utero baptizatur.
» 39 (4). Utrum baptismus sit, cum verba corrupte proferuntur.
» 40 (5). De illo qui pro ludo immergitur.
» 41 (6). De responsione patrinorum.
» 42 (7). De catechismo et exorcismo.

[Distinctio VII]

Cap. 43 (1). De sacramento confirmationis.
» 44 (2). Quod nonnisi a summis sacerdotibus tradi potest.
» 45 (3). Quae sit virtus huius sacramenti.
» 46 (4). Utrum hoc sacramentum sit dignius baptismo.
» 47 (5). Utrum possit iterari.

[Distinctio VIII]

Cap. 48 (1). De sacramento altaris.
» 49 (2). Quod huius sacramenti in veteri Testàmento figura praecessit, sicut et baptismi.

Cap. 50 (3). De institutione huius sacramenti.
» 51 (4). De forma.
» 52 (5). Quare Christus post alium cibum dedit hoc sacramentum discipulis.
» 53 (6). De sacramento et re.
» 54 (7). Quod res sacramenti duplex est.

[Distinctio IX]

Cap. 55 (1). De duobus manducandi modis.
» 56 (2). De errore illorum qui dicunt tantum corpus Christi a bonis sumi.
» 57 (3). De intelligentia quorundam verborum ambiguorum.

[Distinctio X]

Cap. 58 (1). De haeresi illorum qui dicunt corpus Christi non esse in altari nisi in signo.
» 59 (2). De Sanctorum testimoniis quibus probatur verum corpus Christi esse in altari.

[Distinctio XI]

Cap. 60 (1). De modo conversionis.
» 61 (2). Quomodo dicitur corpus Christi confici de substantia panis.
» 62 (3). Quare sub alia specie sumatur.
» 63 (4). Quare sub duplici specie.
» 64 (5). Quare aqua misceatur.
» 65 (6). Quale corpus dedit Christus discipulis in coena.

[Distinctio XII]

Cap. 66 (1). Ubi illa accidentia fundentur.
» 67 (2). De fractione et partibus.
» 68 (3). De confessione Berengarii.
» 69 (4). Quid illae partes significent.
» 70 (5). Si Christus immolatur in altari quotidie, et an sit sacrificium quod a sacerdote geritur.
» 71 (6). De causa institutionis.

[Distincçio XIII]

Cap. 72 (1). Si hoc sacramentum conficiatur ab haereticis vel excommunicatis.
» 73 (2). Quid faciat haereticum et quid sit haereticus.

[Distinctio XIV]

Cap. 74 (1). De poenitentia.
» 75 (2). Unde dicitur poenitentia.
» 76 (3). Quid sit poenitentia.
» 77 (4). De solemni et unica poenitentia.
» 78 (5). Quod peccata saepe dimittuntur per poenitentiam.

[Distinctio XV]

Cap. 79 (1). Quod pluribus irretitus peccatis non potest vere de uno poenitere nisi et de omnibus poeniteat.
» 80 (2). Quibus de causis contingunt flagella.
» 81 (3). De Aegyptiis et Sodomitis, qui temporaliter dicuntur puniti ne in aeternum perirent.
» 82 (4). De generibus eleemosynae.
» 83 (5). Quid sit eleemosyna.
» 84 (6). Utrum in mortali peccato permanentes et largas eleemosynas facientes debeant dici satisfacere.
» 85 (7). Utrum bona quae fiunt ab aliquibus malis valeant ad meritum vitae cum fuerint conversi ad bonum.

[Distinctio XVI]

Cap. 86 (1). De tribus in poenitentia considerandis, scilicet compunctione, confessione, satisfactione.
» 87 (2). Quae sit vera satisfactio.
» 88 (3). Quae sit satisfactio falsa.
» 89 (4). De tribus actionibus poenitentiae.
» 90 (5). De multitudine venialium, quae gravat ut unum grande peccatum.
» 91 (6). De satisfactione venialium.

[Distinctio XVII]

Cap. 92 (1). Utrum sine confessione dimittantur peccata.

Cap. 93 (2). Si sufficit soli Deo confiteri.
» 94 (3). Quod non sufficit soli Deo confiteri si possit confiteri sacerdoti.
» 95 (4). An sufficiat confiteri laico.
» 96 (5). Ad quid valeat confessio.

[Distinctio XVIII]

Cap. 97 (1). De remissione quam praestat sacerdos.
» 98 (2). De clavibus.
» 99 (3). De usu clavium.
» 100 (4). Si sacerdos potest dimittere peccatum vel retinere peccatum.
» 101 (5). Quomodo sacerdotes dimittunt peccata vel retinent.
» 102 (6). Quomodo sacerdotes ligant vel solvunt a peccatis.
» 103 (7). Quomodo intelligendum sit illud: Quodcumque solveris etc.
» 104 (8). Quae sint interiores tenebrae et interior macula.

[Distinctio XIX]

Cap. 105 (1). Quando hae claves dantur et quibus.
» 106 (2). Utrum per indignos transfundatur gratia dignis.
» 107 (3). Quomodo intelligendum sit: Maledicam benedictionibus vestris.
» 108 (4). Qualis esse debeat iudex ecclesiasticus.

[Distinctio XX]

Cap. 109 (1). De his qui in fine poenitent.
» 110 (2). De his qui poenitentiam non complent.
» 111 (3). De illo cui sacerdos indiscretus iniungit poenam.
» 112 (4). Quod morientibus non est imponenda satisfactio, sed innotescenda.
» 113 (5). Quod non est poenitentia neganda vel reconciliatio in necessitate.
» 114 (6). Quod presbyter non reconciliet aliquem inconsulto episcopo, nisi in necessitate.
» 115 (7). An oblatio eius sit recipienda, qui currens ad poenitentiam, praevenitur morte.

[Distinctio XXI]

Cap. 116 (1). De peccatis quae post hanc vitam dimittuntur.
» 117 (2). De his qui aedificant aurum, argentum, lapides pretiosos, foenum, stipulam.
» 118 (3). De igne purgatorio, quo alii citius, alii tardius purgantur.
» 119 (4). Quid sit aedificare lignum, foenum, stipulam.
» 120 (5). Quid sit aedificare aurum, argentum, lapides pretiosos.
» 121 (6). Quod aliquem vere poenitet, etsi non de omni veniali.
» 122 (7). Quid sit generalis confessio.
» 123 (8). Quod nemo debet confiteri peccata quae non fecit.
» 124 (9). De poena sacerdotis qui peccatum confitentis publicat.

[Distinctio XXII]

Cap. 125 (1). Si peccata dimissa redeant.
» 126 (2). Quid sit sacramentum et res.

[Distinctio XXIII]

Cap. 127 (1). De sacramento unctionis extremae.
» 128 (2). De tribus generibus unctionis.
» 129 (3). A quibus fuerit hoc sacramentum institutum.
» 130 (4). De iteratione huius sacramenti.

[Distinctio XXIV]

Cap. 131 (1). De ordinibus ecclesiasticis, quot sint.
» 132 (2). Quare septem sint.
» 133 (3). Quales assumendi sint a clero.
» 134 (4). De corona et tonsura.
» 135 (5). De ostiariis.
» 136 (6). De lectoribus.
» 137 (7). De exorcistis.
» 138 (8). De acolytis.
» 139 (9). De subdiaconis.
» 140 (10). De diaconis.
» 141 (11). De presbyteris.
» 142 (12). Qui dicuntur ordines sacri.
» 143 (13). Quid appellatur ordo.
» 144 (14). De nominibus dignitatis et officii.

Cap. 145 (15). De episcopo.
» 146 (16). De pontifice.
» 147 (17). De quadripartito episcoporum ordine.
» 148 (18). De vate.
» 149 (19). De cantore.

[Distinctio XXV]

Cap. 150 (1). De ordinatis ab haereticis.
» 151 (2). De simonia, unde dicitur et quid sit.
» 152 (3). De his qui a simoniacis ordinantur scienter vel non.
» 153 (4). De his qui dicunt se emere corporalia, et non spiritualia.
» 154 (5). De distinctione simoniacorum.
» 155 (6). De his qui violenter ab haereticis vel ab aliis simoniacis. ordinantur.
» 156 (7). De aetate ordinandorum.

[Distinctio XXVI]

Cap. 157 (1). De sacramento coniugii.
» 158 (2). De institutione eius et causa.
» 159 (3). Quando secundum praeceptum et secundum indulgentiam, contractum sit coniugium.
» 160 (4). Quibus modis accipitur indulgentia.
» 161 (5). Quod nuptiae bonae sint.
» 162 (6)/Cuius rei sacramentum sit coniugium.

[Distinctio XXVII]

Cap. 163 (1). Quae sint consideranda in coniugio.
» 164 (2). Quid sit coniugium.
» 165 (3). De consensu qui efficit coniugium.
» 166 (4). Quando incipit esse coniugium.
» 167 (5). De opinione quorundam, qui dicunt coniugium non esse ante carnalem copulam.
» 168 (6). Quod sponsa potest eligere monasterium sine sponsi consensu.
» 169 (7). Quod coniugatus sine coniugis consensu nequit profiteri continentiam.
» 170 (8). De adulterinisjconiugiis.

Cap, 171 (9)r. Quod multipliciter sponsus et sponsa accipitur.
» 172 (10). Quae sponsa sit vidua mortuo sponso, et quae non.

[Distinctio XXVIII]

Cap. 173 (1). Si consensus de futuro, etiam iuramento firmatus, faciat coniugium.
» 174 (2). De his quae pertinent ad substantiam et ad decorem sacramenti.
» 175 (3). Utrum consensus ille qui facit matrimonium, sit de carnali copula, an de cohabitatione, an de alio.
» 176 (4). Quare de latere viri formata est mulier.

[Distinctio XXIX]

Cap. 177 (1). Quod non est consensus legitimus, ubi est coactio.

[Distinctio XXX]

Cap. 178 (1). De errore qui evacuat consensum.
» 179 (2). De coniugio Mariae et Ioseph.
» 180 (3). De finali causa coniugii.
» 181 (4). Quod malus finis non contaminat sacramentum.

[Distinctio XXXI]

Cap. 182 (1). De tribus bonis coniugii.
» 183 (2). De duplici separatione.
» 184 (3). De his qui procurant venena sterilitatis.
» 185 (4). Quando sint homicidae qui procurant abortum.
» 186 (5). De excusatione coitus quae fit per bonaconiugii.
» 187 (6). De indulgentia quam facit Apostolus.
» 188 (7). De malo incontinentiae.
» 189 (8). De carnis delectatione, quae peccatum sit velnon.

[Distinctio XXXII]

Cap. 190 (1). De solutione carnalis debiti.
» 191 (2). De continentia ex communi consensu servanda.
» 192 (3). Quando cessandum sit a coitu.
» 193 (4). Quibus temporibus non sint celebrandae nuptiae.

[Distinctio XXXIII]

Cap. 194 (1). De diversis legibus coniugii.
» 195 (2). Utrum Ioannis virginitas sit praeferenda castitati Abrahae.,
» 196 (3). Quae erat consuetudo coniugii sub Lege.
» 197 (4). Cui licebat tunc plures habere vel non.

[Distinctio XXXIV]

Cap. 198 (1). De personis legitimis.
» 199 (2). De frigidis separandis vel non.
» 200 (3). De his qui maleficiis impediti coire nequeunt.
» 201 (4). De furiosis.
» 202 (5). De his qui dormiunt cum duabus sororibus.
» 203 (6). Quod non est dimittenda uxor pro aliqua macula corporis.

[Distinctio XXXV]

Cap. 204 (1). De iure viri et mulieris.
» 205 (2). Quod fornicariam nequit dimittere vir, nisi ipse expers fuerit fornicationis, et e converso.
» 206 (3). De reconciliatione eorum qui propter fornicationem separantur.
» 207 (4). De illis qui ante coniunctionem se polluerunt per adulterium.

[Distinctio XXXVI]

Cap. 208 (1). De servis, utrum propter extremam conditionem possit fieri separatio.
» 209 (2). De copula servi et ancillae diversorum dominorum.
» 210 (3). De viro qui se facit servum ut dividatur ab uxore.
» 211 (4). De aetate contrahentium.

[Distinctio XXXVII]

Cap. 212 (1). In quibus ordinibus nequeat contrahi matrimonium.
» 213 (2). De interfectoribus suorum coniugum.

[Distinctio XXXVIII]

Cap. 214 (1). De votis.

Cap. 215 (2). De votorum differentia.
» 216 (3). De illis qui post longam captivitatem redeunt.

[Distinctio XXXIX]

Cap. 217 (1). De dispari cultu.
» 218 (2). De coniugio fidelis et infidelis, et duorum infidelium.
» 219 (3). De fornicatione spirituali, propter quam dimitti coniux potest.
» 220 (4). Pro quibus peccatis possit fieri separatio vel non.
» 221 (5). Quando licet fideli aliam ducere vel non.
» 222 (6). Utrum coniugium inter infideles sit.
» 223 (7). Quod coniugium sit legitimum.

[Distinctio XL]

Cap. 224 (1). De cognatione carnali.
» 225 (2). De computatione graduum consanguinitatis.
» 226 (3). Quare sex gradus computantur.
» 227 (4). De dispensatione Gregorii habita ad Anglos.

[Distinctio XLI]

Cap. 228 (1). De affinitatis gradibus.
» 229 (2). De variis traditionibus affinitatis.
» 230 (3). Si coniugium sit inter eos qui nota consanguinitate dividuntur.
» 231 (4). Quibus personis testificantibus sint dirimenda coniugia.
» 232 (5). Quid sit fornicatio.
» 233 (6). Quid sit stuprum.
» 234 (7). Quid adulterium.
» 235 (8). Quid incestus.
» 236 (9). Quid raptus.

[Distinctio XLII]

Cap. 237 (1). De spirituali cognatione.
» 238 (2). Qui sint filii spirituales.
» 239 (3). De copula spiritualium vel adoptivorum et naturalium filiorum.
» 240 (4). De copula filiorum qui ante compaternitatem vel post nati sunt.
» 241 (5). Si cui liceat duas commatres ducere, unam post alteram.

Cap. 242 (6). Si vir et uxor simul valeant tenere puerum.
» 243 (7). De secundis et tertiis et deinceps nuptiis.

[Distinctio XLIII]

Cap. 244 (1). De resurrectionis et iudicii conditione.
» 245 (2). De voce tubae.
» 246 (3). De nocte media.
» 247 (4). De libris qui tunc aperientur.
» 248 (5). De memoria electorum, si tunc praeterita mala teneat.
» 249 (6). De his qui vivi reperientur.
» 250 (7). Quomodo intelligitur Christus iudex vivorum et mortuorum.

[Distinctio XLIV]

Cap. 251 (1). De aetate et statura resurgentium.
» 252 (2). Quod resurget quidquid fuit de substantia et natura corporis, etsi non in eadem parte corporis.
» 253 (3). Quod sancti sine omni deformitate resurgent.
» 254 (4). Utrum reproborum corpora cum deformitatibus resurgant quas hic habuerunt.
» 255 (5). Quod non consumentur malorum corpora quae tunc ardebunt.
» 256 (6). Si daemones corporali igne cremantur.
» 257 (7). Si animae sine corporibus sentiunt ignem materialem.
» 258 (8). De abortivis fetibus et monstris.

[Distinctio XLV]

Cap. 259 (1). De diversis animarum receptaculis post mortem.
» 260 (2). De suffragiis defunctorum.
» 261 (3). De officiis sepulturae.
» 262 (4). De duobus aeque bonis, quorum alter post mortem plura habet auxilia.
» 263 (5). Quibus suffragiis iuvabuntur in fine reperti.
Cap. 264 (6). Quomodo sancti et glorificati et angeli audiunt preces supplicantium et intercedunt pro eis.

[Distinctio XLVI]

Cap. 265 (1). Si valde malis praestatur mitigatio poenae.
» 266 (2). De occulto Dei iudicio.
» 267 (3). De iustitia et misericordia Dei.

Cap. 268 (4). Quare quaedam opera dicuntur iustitiae, quaedam misericordiae vel bonitatis Dei.
» 269 (5). Quomodo universae viae Domini dicuntur misericordia et veritas.

[Distinctio XLVII]

Cap. 270 (1). De sententia iudicii.
» 271 (2). Quod sancti iudicabunt et quomodo.
» 272 (3). De ordinibus eorum qui erunt in iudicio.
» 273 (4). De ordine iudicii et ministerio angelorum.
» 274 (5). Si post iudicium daemones praeerunt hominibus ad puniendum.

[Distinctio XLVIII]

Cap. 275 (1). De forma iudicis.
» 276 (2). Qualis apparebit forma servi.
» 277 (3). Quare secundum formam servi dicitur Christus suscitaturus corpora.
» 278 (4). De loco iudicii.
» 279 (5). De qualitate luminarium et temporis post iudicium.

[Distinctio XLIX]

Cap. 280 (1). De differentia mansionum in caelo et in inferno.
» 281 (2). Si quid ibi cognoscitur ab aliquo, quod non intelligant omnes.
» 282 (3). De parilitate gaudii.
» 283 (4). Si maior sit béatitude sanctorum post iudicium.

[Distinctio L]

Cap. 284 (1). Si mali in inferno peccabunt.
» 285 (2). Quare dicuntur tenebrae exteriores.
» 286 (3). Si damnatorum animae notitiam habeant eorum quae hic fiunt.
» 287 (4). De Lazaro et divite.
» 288 (5). Si boni et mali invicem se vident.
» 289 (6). De chaos inter bonos et malos.
» 290 (7). Utrum visa impiorum poena minuat vel augeat bonorum gloriam.

INCIPIT LIBER TERTIUS

De Incarnatione Verbi

Iam nunc his intelligences atque pertractandis quae ad Verbi incarnati mysterium pertinent, integra mentis consideratione intendamus, ut de ineffabilibus vel modicum aliquid fari Deo revelante valeamus.

Huius voluminis continentia sub compendio perstringitur. — Sic enim rationis ordo postulat, ut qui in **primo** libro de inexplicabili mysterio summae Trinitatis irrefragabili Sanctorum attestatione aliquid diximus, ac deinde in **secundo** libro conditionis rerum ordinem hominisque lapsum sub certis auctoritatis regulis insinuavimus, de eius reparatione per gratiam Mediatoris Dei et hominum [1] praestita, atque humanae redemptionis sacramentis, quibus contritiones hominis alligantur [2] ac vulnera peccatorum curantur, consequenter in **tertio** et **quarto** libro disseramus: ut Samaritanus ad vulneratum [3], medicus ad infirmum [4], gratia ad miserum accedat.

DISTINCTIO I

Cum venit igitur *plenitudo temporis,* ut ait Apostolus [5], *misit Deus Filium silum, factum de muliere, factum sub Lege, ut eos qui sub Lege erant*

2 Verbi] Incipit prologus tercii libri feliciter *add.* T. 3-15 Iam... accedat *om.* A., *rep.* L *(post finem libri secundi* L>; *post elenchum capp. tertii libri* L2)3 5 modicum aliquid] modis aliquibus BC. 6 Rubrica *om.* NTVX. 15 accedat] explicit Liber secundus de creatione rerum *add.* R, explicit prologus *add.* T. 18 factumi] natum OR.

1 Resp. I Tim. 2, 5; Gal. 3, 20. 2 Resp. Ps. 146, 3: *Et alligat contritiones eorum.* 3 Resp. Luc. 10, 33-34. 4 Resp. Matth. 9, 12. 5 Gal. 4,4-5.

Lin. 10-15 Cf. *Glossa* Magistri in I Tim. 2,5 (PL 192,339); *etGlossa* in Ps. 146,3 (PL 191, 1274 B).

Dist. I. Meminerit lector quod divisio textus in capitula opus sit auctoris; et quod altera, scii, in distinctiones, a Magistro Alexandro Halensi originem ducat. Vide Proleg. ad tom. I, pp. 143-144. Qui cum initium Dist. I hic posuerit (cf. *Glossa in librum III,* pp. 11, 15), dum Magister Lombardus cap. primum parum infra enumeret (scilicet in ipso elencho capitulorum), quaedam discrepantia seu intervallum evadit inter initium Dist. et primum capitulum. — De plenitudine temporis, cf. Lomb., *Glossa* in Gal. 4, 4 (PL 192, 135 B-D); fontes vero huius

redimeret, in adoptionem filiorum Dei. Tempus autem plenitudinis dicitur tempus gratiae, quod ab adventu Salvatoris exordium sumpsit. Hoc est *tempus miserendi* 1 et *annus benignitatis* 2, in quo *gratia et veritas per Iesum Christum facta est*3: *gratia,* quia per caritatem impletur quod in Lege praecipiebatur; *veritas,* quia per Christi adventum exhibetur atque perficitur humanae redemptionis sponsio facta ab antiquo. Filii ergo missio est ipsa incarnatio 4: eo enim missus est quod in forma hominis mundo visibilis apparuit. De quo supra5 sufficienter dictum est.

Cap. 1.

1. **Quare Filius carnem assumpsit, non Pater vel Spiritus Sanctus.** Diligenter vero est annotandum quare Filius, non Pater vel Spiritus Sanctus, est incarnatus: solus namque Filius hominem assumpsit.

2. **Prima ratio.** Quod utique ordine congruo atque alto Dei sapientia fecit consilio, ut Deus qui in sapientia sua mundum condiderat, secundum illud 6: *Omnia in sapientia fecisti, Domine,* in eadem *quae in caelis sunt et quae in terris* restauraret 7. Haec est mulier evangelica8 quae *accendit lucernam,* et drachmam decimam quae perdita fuerat reperit, Sapientia scilicet Patris, quae testam humanae infirmitatis lumine suae divinitatis accendit, perditumque hominem reparavit, nomine regis et imagine insignitum.

3. **Secunda ratio.** Ideo etiam Filius missus est, et non Pater, quia

1 in... Dei *om.* X. ‖ in] ut ABCMRTW. ‖ Dei] reciperent *add. A.,* reciperemus *add.* BCMRT, re. *add.* LW. 8 quo] qua BCRX, *quod corr.* R. ‖ supra *om.* BCX. 13 Rubrica *om.* RVW. ‖ utique *om.* ARX. 21 Rubrica *om.* RVW.

1 Ps. 101, 14. 2 ps. 64. 12. 3 Ioan. 1, 17. 4 August., *In Ioan.,* tr. 40,. n. 6: « Missio incarnatio est » (PL 35, 1689; CCL 36, 353); *De Trinit.,* II, c. 5, n. 8: « Cum itaque ait; *Misit Deus Filium suam foetum ex muliere,* satis ostendit eo ipso missum Filium,, quo factus est ex muliere » (PL 42, 849; CCL 50, 89). 5 Lib. I, dist. 15, praesertim in capp. 2 et 4 (tom. I, pp. 132-134). 6 ps. 103, 24. 7 Resp. Eph. 1, 10. 8 Resp. Luc. 15, 8-9, aliqualiter iuxta expositionem Bedae in h.l. (PL 92, 521 A-B; CCL 120,. 286); ex Gregorio, *In Evang.,* hom. 34, n. 6 (PL 76, 1249 A-B).

numeri sunt Hugo de S. Victore, *De sacramentis,* lib. II, p. 1, c. 1 (PL 176, 371 Ç), et Lombardi *Sententiarum* lib. I, d. 15 (ut indicatur in nota supra). — Cap. 1: Quaestio sumitur de *Summa sententiarum,* I, 15 (PL 171, 1096 B; 176, 70 B-C). — Num. 2 fundatur in *Glossam ordin.* in Luc. 15, 8 (ap. Lyranum, *Biblia cum Glossis,* Venetiis 1588, tom. V, 164c). Repetitur quasi ad litteram in Petri Lombardi Sermone 4, *De Natali* (PL 171, 382 B-D).

Num. 3: Quoad primam phrasem, cf. Hugo, *De sacram.,* II, 1, 2 (PL 176, 571 D), et

congruentius mitti debebat qui est ab alio, quam qui est a nullo; Filius autem a Patre est, Pater vero a nullo alio est. — **Augustinus** *: Ut enim ait **Augustinus** in libro *De Trinitate* l, « non habet de quo sit ». « Sicut ergo Pater genuit, Filius genitus est, ita congrue Pater misit, Filius missus est ». « Ab illo enim convenienter mittitur Dei Verbum, cuius est Verbum; ab illo mittitur, de quo natum est: mittitur quod genitum est ». Pater vero qui misit, a nullo est; ideoque Pater missus non est, ne si mitteretur, ab alio esse putaretur.

4. **Tertia ratio** *: Missus est ergo primo Filius, qui a solo Patre est; deinde etiam Spiritus Sanctus, qui est a Patre et Filio; sed Filius solus in carne missus est, non Spiritus Sanctus, sicut nec Pater. Quod ideo factum est, ut qui erat in divinitate Dei Filius, in humanitate fieret hominis filius. Non Pater vel Spiritus Sanctus carnem induit, ne alius in divinitate esset Filius, alius in humanitate, et ne idem esset pater et filius, si Deus Pater de homine nasceretur. — **In ecclesiasticis dogmatibus** *: Unde in *Ecclesiasticis dogmatibus* 2; « Non Pater carnem assumpsit neque Spiritus Sanctus, sed Filius tantum, ut qui erat in divinitate Dei Filius, ipse fieret in homine hominis filius: ne filii nomen ad alterum transiret, qui non esset nativitate filius. Dei ergo Filius hominis factus est filius, natus secundum veritatem naturae ex Deo Dei Filius, et secundum veritatem naturae ex homine hominis filius: ut veritas geniti non adoptione, non appellatione, sed in utraque nativitate filii nomen nascendo haberet, et esset verus Deus et verus homo unus Filius. Non ergo duos Christos, neque duos filios, sed Deum et hominem unum Filium, quem propterea et unigenitum dicimus, manentem in duabus substantiis,

3 Trinitate] pater enim *add.* V. ‖ non] enim *add.* AO, pater *add.* N. ‖ habet] enim *add.* X. 9 Tertia ratio *om.* RVW, *trp. post* Pater (11) AL. ‖ ratio *om.* LO. 16 dogmatibus] Aug. ait *add.* O, *add. marg.* TA 19 esset] eterna *add.* BCNTVWX.

1 Lib. IV, c. 20, nn. 28-29 (PL 42, 907s; CCL 50, 198s). 2 Id est, opus Gennadii, *Liber seu diffinitio eccl. dogmatum,* c. 2 (PL 42, 1213; PL 58, 981 A-B).

Summa sent., I, 15 (PL 171, 1096 D; 176, 70 B). — De missione Filii, partim eisdem verbis Augustini expressa, vide tom. I, 132-137, et 215. — Num. 4: Mixtim componitur ex verbis Hugonis, *De sacram.,* II, 1, 2 (PL 76, 571 D, 572 D), et *Summae sent.,1,*15 (PL 171, 1096 D; 176, 70 C); repetitur in parte a Lombardo in sermone iam citato (PL 171, 383 A). Auctoritas Gennadii (sub nomine Augustini) sumitur, ut videtur, ex Hugone, *De sacram.,* II, 1, 4 (PL 176,380 B-C); iam invenitur, incomplete et sub rubrica De *fide ad Petrum* in *Glossa* in Rom. 1, 3 (cf. textus versionis primitivae, prope finem n. 1, in Proleg. ad hoc volumen); iterum, in sermone 4 (PL 171, 383 A); necnon, et quidem sub eadem rubrica, in sermone n. 18, *In Annuntiatione* (PL 171, 605 D - 606 B).

sicut ei naturae veritas contulit: non confusis naturis neque immixtis, sicut Timothiani[1] volunt, sed societate unitis ». Ecce habes quare Filius, non Pater vel Spiritus Sanctus, carnem assumpserit.

Cap. 2.

Utrum Pater vel Spiritus Sanctus potuerit incarnari vel possit. Si vero quaeritur utrum Pater vel Spiritus Sanctus incarnari potuerit, vel etiam modo possit, sane responderi potest et potuisse olim et posse nunc carnem sumere et hominem fieri tam Patrem quam Spiritum Sanctum. Sicut enim Filius homo factus est, ita Pater vel Spiritus Sanctus potuit et potest.

Cap. 3.

1. An Filius qui tantum carnem accepit, aliquid fecerit quod non Pater vel Spiritus Sanctus. Sed forte aliqui dicent: Cum indivisa sint opera Trinitatis[2], si Filius carnem assumpsit, tunc Pater et Spiritus Sanctus: quia si Filius carnem assumpsit nec hoc fecit Pater vel Spiritus Sanctus, non omne quod facit Filius, facit Pater et Spiritus Sanctus; at « omnia[3] simul Pater et Filius et amborum Spiritus pariter et concorditer operantur ».

2. **Responsio.** Ad quod dicimus quia nihil operatur Filius sine Patre et Spiritu Sancto, sed una est horum trium operatio, indivisa et indissimilis; et tamen Filius, non Pater vel Spiritus Sanctus, carnem assumpsit. Ipsam tamen carnis assumptionem Trinitas operata est, sicut Au-

15 hoc fecit Pater *trp.* hoc Pater fecit BC, Pater hoc fecit T. 19 Responsio *om.* BCRVWX. ‖ quia] quod LV, vel quod *add. interi.* R.

1 A Timotheo archiep. monophysita Alexandrino (fl. 458) dicti, de quo idem Gennadius; *De viris inlustribus,* c. 72 (PL 58, 1101 B - 1102 A). Cf. J. Lebon, *La christologie de Timothée Aeture,* in *Rev. Hist. Eccl.* 9 (1908) 677ss. 2 August., *Enchiridion,* c. 38 (PL 40, 251, CCL 46, 70s; ad hoc opus citandum sequimur semper capitulationes *Pair. Latin.).* 3 Ut notat rubrica marginalis, «August, in XIII libro *De Trinitate»,* c. 11, n. 15 (PL 42, 1025; CCL 50A, 402).

Cap. 3, n. 1: Quaestio agitur ab Hugone, *De sacram.,* 11,1,3 (PL 176, 373 A); cf. Gualterus de Mauretania, *De Trinitate,* c. 5 (PL 209, 580 C-D). — Num. 2: Augustinus (rectius Fulgentius), *De fide,* invenitur in *Glossa* primitiva in Rom. 1, 3 (sub num. 20; vide Prolegomena). Verba Aug., *De Trim,* citantur in parte ab Hugone, *ibid,* c. 4 (PL 176, 376 C); qui tamen non videtur esse fons.

gustinus dicit in libro *De fide ad Petrum* 1; « Reconciliati sumus per solum Filium secundum carnem, sed non soli Filio secundum deitatem. Trinitas enim nos sibi reconciliavit per hoc quod solum Verbum carnem ipsa Trinitas fecit ». Trinitas igitur carnis assumptionem fecit, sed Verbo, non Patri vel Spiritui Sancto. Si enim Pater sibi et Filius sibi, vel Pater Filio et Filius Patri carnis assumptionem operatus esset, iam non eadem esset operatio utriusque, sed divisa. — **Augustinus in primo libro De Trinitate** ⁋ Sed sicut inseparabilis et indivisa est unitas substantiae trium, ut ait Augustinus in libro *De Trinitate* 2, ita et operatio: « Non tamen eandem Trinitatem natam de Virgine, crucifixam et sepultam, catholici tractatores docuerunt, sed tantummodo Filium; nec eandem Trinitatem in specie columbae descendisse super Iesum 3, sed tantum Spiritum Sanctum; nec eandem dixisse de caelo 4: *Tu es Filius meus,* sed tantum Patris vocem fuisse ad Filium factam: quamvis Pater et Filius et Spiritus Sanctus, sicut inseparabiles sunt, ita et inseparabiliter operentur. Haec et mea fides est, quando haec est catholica fides ». —**I** Licet igitur solus Filius carnem assumpserit, ipsam tamen incarnationem cum Patre et Spiritu Sancto operatus est.

DISTINCTIO II

Cap. 1 (4).

1. **Quare totam humanam naturam accepit, et quid nomine humanitatis vel humanae naturae intelligendum sit.** Et quia in homine tota humana natura vitio corrupta erat, totam assumpsit, id est animam et carnem, ut totam curaret et sanctificaret. — **Hieronymus** ⁋ Quod autem humanae naturae sive humanitatis vocabulo anima et caro intelligi debeant, aperte docet Hieronymus in *Expositione catholicae fidei* 5

7 Rubrica *om.* MRTVW. ‖ primo] *om.* BC. 16 quando] quoniam ABCRVX.

1 Rectius Fulgentius Ruspensis, c. 2, n. 23 (PL 65, 682 C-D; etiam inter opp. August., PL 40, 760; CCL 91A, 726). 2 Cap. 4, η. 7 (PL 42, 824; CCL 50, 35s). 3 Resp. Luc. 3, 22. 4 Luc. 3, 22. 5 id est Pelagius, in *Libello fidei ad Innocentium Papam,* η. 4 (PL 45, 1717; pro aliis edd. cf. tom. I, 196, n. 1).

Cap. 1. Vide animadversiones circa hoc capitulum apud Ioannis Cornubiensis *Eulogium ad Alex. Papam III,* cc. XII et X; ed. N. M. Haring, in *Mediaeval Studies* 13 (1951), 283 et 277s. — Num. 1:Quaestio introducitur verbis *Summae sent.,*\, 15 (PL 171, 1097 A; 176, 70 C).

dicens: « Sic confitemur in Christo unam Filii esse personam, ut dicamus duas perfectas et integras esse substantias, id est deitatis et humanitatis, quae ex anima continetur et corpore ». Ecce aperte ostendit humanitatis nomine animam et corpus intelligi; quae duo assumpsisse Dei Filius intelligitur, ubi hominem sive humanitatem vel humanam naturam accepisse legitur.

2. **Errorem quorundam tangit, qui humanitatem male accipiunt.** Errant igitur qui nomine humanitatis non substantiam, sed proprietatem quandam, a qua homo nominatur, significari contendunt, ubicumque Christi humanitas memoratur. — **Ioannes Damascenus.** Ait enim **Ioannes Damascenus**[1]: «Sciendum quidem quod deitatis et humanitatis nomen substantiarum, scilicet naturarum, est repraesentativum ».

3. Natura enim non sic accipitur in Christo ut cum dicitur una natura esse omnium hominum. Quod evidenter idem **Ioannes** ostendit, differentem rationem dicti assignans cum natura humana in Christo nominatur, et cum una dicitur natura omnium hominum. Ait enim[2]; « Cum unam hominum naturam dicimus, sciendum est quod non considerantes ad animae et corporis rationem hoc dicimus. Impossibile enim est unius naturae dicere » Domini « corpus et animam ad invicem comparata. Sed quia plurimae personae hominum sunt, omnes autem eandem suscipiunt rationem naturae — omnes enim ex anima et corpore compositi sunt, et omnes naturam animae participant et substantiam corporis possident — communem speciem plurimarum et differentium personarum unam naturam dicimus, uniuscuiusque scilicet personae duas naturas habentis et in duabus perfectae naturis, animae scilicet et corporis. In Domino autem lesu Christo non est communem speciem accipere. Neque enim factus est,

18 enim est *trp.* ABCLVX. 21 compositi sunt *trp.* BCV. 22 naturam] natura A, nature CMN, *corr. ex* nature T.

1 *De fide orthodoxa,* III, c. 4 (PG 94, 998 A); versiones Burgundionis et Cerbani, c.48, n. 1 (ed. E. Buytaert, pp. 180, 396). 2 Ibid., c. 3 (PG 94, 991 A-B et 994 A); versio Burgundionis et (potius) Cerbani, c. 47, nn. 5-6 (ed. cit., pp. 176, 394).

Num. 2: Lectorem referre videtur Magister ad lexim seu modum loquendi quo utitur Magister Gilbertus Porretanus in suis commentariis in opuscula Boethii, praesertim in illo *In librum Contra Euticen et Nestorium,* c. 4, nn. 31-51 (ed. N. M. Haring, *The Commentaries on Boethius by Gilbert* o/ *Poitiers,* Toronto 1966, 293-298). Cf. etiam N. M. Haring, *Sprachlogische und philosophische Voraussetzungen zum Verstândnis der Christologie Gilberts von Poitiers,* in *Scholastik* 32 (1957) 373-398. — Num. 3: Verba Damasceni repetuntur a Ioan. Cornub., *Eulogium* (PL 199, 1065s; ed. N. M. Haring, p. 277s).

nec est, nec aliquando fiet alius. Sed Christus ex deitate et humanitate, in. deitate et humanitate, Deus perfectus est, idem et homo perfectus ».

4. Totam igitur hominis naturam, id est animam et carnem, et horum proprietates sive accidentia assumpsit Deus: non carnem sine anima, nec animam sine ratione, ut haeretici voluerunt 1, sed et carnem et animam cum sensibus suis. — Unde **Ioannes Damascenus**2 ait: « Omnia quae in nostra natura plantavit Dei Verbum, assumpsit: corpus et animam intellectualem, et horum idiomata. Totum enim totus assumpsit me, ut toti mihi salutem gratificet. Quod enim inassumptibile est, incurabile est ».

Cap. 2 (5).

1. **De unione Verbi et carnis mediante anima.** Assumpsit igitur Dei Filius carnem et animam, sed carnem mediante anima. — **Ioannes Damascenus** : « Unitum 2 est carni per medium intellectum Verbum Dei ». Tantae enim subtilitatis atque simplicitatis est divina essentia, ut corpori de limo terrae formato uniri non congruerit nisi mediante rationali essentia.

2. Illa autem unio inexplicabilis est, adeo ut etiam Ioannes, *ab utero* sanctificatus 4, se non esse dignum fateatur *solvere corrigiam cal-*

2 deitate] namque *add.* A, quoque *add. V,* -que *add.* BCLMORTWX, *sed del.* O. ‖ perfectus est *add.* LT. 5 et] *om.* BCLT, *add. interi.* R. 7 nostra natura *trp.* ABCNX. ‖ assumpsit] secundum *add.* BC, scilicet *add.* LNOVW, *add. interi.* T. 9 gratificet] gratificaret LN, *corr. in* gratificaret RV (inferi.), gratis ferret X, vel gratis ferret *add. interi.* T2.

1 Cf. Gennadius, *Liber seu diff. eccl. dogmatum,* c. 2 (PL 42, 1214; PL 58, 981 D). 2 Hic iterum notatur nomen Ioan. Dam. in marginibus codd. meliorum; scii. *De fide orthodoxa,* III, c. 6 (PG 94, 1006 B); versiones Burgundionis et Cerbani, c. 50, n. 2 (ed. E. Buytaert, p. 188, et 400, sed contracte). 3 Ibid.; versiones Burgund. et Cerbani, c. 50, n. 3 (189, 400). 4 Resp. Luc. 1, 15: *Et Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris suae.*

Cap. 2: Cf. A. M. Landgraf, *Das Axiom « Verbum assumpsit carnem mediante anima » in der Frühscholsük,* in *Dogmengeschichte der Frühscholastik* II-1 (Regensburg 1953), 150-171. — Num. 1: Ex mala interpretatione rubricae, *Ioan. Dam., vel* potius ex falso situ eius in aliquibus codicibus, quampluries attribuuntur Damasceno verba quae reapse auctoritatem sequuntur: « Tantae enim... essentia»; ex. gr. a Gualtero de S. Victore in *Contra IV Labyrinthos Franciae,* lib. IV, c. 13 (ed. P. Glorieux, *Archives d'histoire doctr. et litt. du moyen âge* 19, 1952, 277, lin. 22-24); a Magistro Petro Pictaviensi, *Sent, libri V,* lib. IV, c. 7 (PL 211, 1163 D) et quidem ut Ioan. Chrysostomi; et ab aliis notatis a Landgraf, *art. cit.,* 164, n.58; 165, n. 61; 166; necnon et infra in capitulo seu articulo *Das Problem: «Utrum Christus luerit homo in triduo mortis»,* p. 292, n. 112.

Num. 2: Ex *Glossa ord.* in Marc. 1, 7 (ap. Lyranum, V 90c).

ceamenti Iesu *f,* quia illius unionis modum investigare aliisque explicare non erat sufficiens.

3. **Augustinus, De agone Christiano** [2]: «Non[2] sunt igitur audiendi qui non verum hominem Filium Dei suscepisse dicunt, neque natum de femina, sed falsam carnem et imaginem corporis simulatam ostendisse videntibus». In quem errorem prorumpunt quia «timent, quod fieri non potest, scilicet ne humana carne veritas et substantia Dei inquinetur. Et tamen praedicant istum visibilem solem radios suos per omnes faeces spargere, et eos mundos et sinceros servare. Si ergo visibilia munda visibilibus immundis contingi possunt et non inquinari, quanto magis incommutabilis et invisibilis Veritas, per spiritum animam et per animam corpus suscipiens, totum hominem sine sui contaminatione assumpsit et ab omnibus infirmitatibus liberavit?» — Ecce hic dicit Dei sapientiam per spiritum assumpsisse animam, et per animam corpus. Spiritus enim, scilicet pars animae superior *3,* maiori similitudine Deo propinquat quam anima, scilicet ipsa eadem secundum inferiorem partem, et anima magis quam corpus; et ideo non incongrue anima dicitur assumpta per spiritum, et corpus per animam.

Cap. 3 (6).

1. **Quod Verbum simul assumpsit animam et carnem, neque caro prius est concepta quam assumpta.** Si autem quaeritur utrum Verbum carnem simul et animam assumpserit, an prius animam quam carnem vel carnem quam animam, et utrum caro illa prius fuerit in utero Virginis concepta et postea assumpta: verissime et absque ulla ambiguitate dicitur quia ex quo hominem Deus assumpsit, totum assumpsit, simulque sibi univit

10 inquinari] coinquinari LRTW. 11 spiritum] id est intellectum *add.* O.

1 Resp. Marc. 1, 17; iuxta interpretationem Gregorii Magni: « Corrigia calceamenti est ligatura mysterii. Ioannes itaque volvere corrigiam calceamenti eius non valet, quia incarnationis eius mysterium nec ipse investigare sufficit, qui hanc per prophetiae spiritum agnovit» *(In Evang.,* hom. 7, n. 3; PL 76, 1102 A). 2 Cap. 18, n. 20 (PL 40, 300s; CSEL 41, 120s). 3 Vide supra, lib. II, d. 24, cc. 4-5 (tom. I, p. 453s).

Num. 3: Auctoritas Augustini iam invenitur in *Glossa* Lombardi in II Cor. 1, 20 (PL 192, 15 D - 16 A).

Cap. 3, num. 1: Prima quaestio et eius solutio verbis Hugonis proponitur, ut in *De sacram.,* II, 1, 9 (PL 176, 393 D); secunda pars qua quaeritur utrum caro illa etc. trahitur de *Summa Sent.,* I, 16 (PL 171, 1098 D; 176, 72 B).

animam et carnem; nec caro prius fuit concepta et postmodum assumpta,, sed in conceptione assumpta et in assumptione concepta.

2. **Augustinus.** Unde **Augustinus** in libro *De fide ad Petrum*[1]. « Firmissime tene, et nullatenus dubites, non carnem Christi sine divinitate conceptam in utero Virginis, prius quam susciperetur a Verbo; sed ipsum Verbum Deum suae carnis acceptione conceptum, ipsamque carnem Verbi incarnatione conceptam ». — Idem in libro *De Trinitate*[2]: «Non esset Dei hominumque mediator[3], nisi esset idem Deus, idem homo, in utroque unus et verus ». « Quam[4] servilem formam[5] a solo Filio susceptam, tota Trinitas, cuius una est voluntas et operatio, fecit». «Non[6] autem in utero Virginis prius caro suscepta est, et postmodum divinitas venit in carnem, sed mox ut Verbum venit in uterum, servata veritate propriae naturae, *factum est caro* et perfectus homo, id est in veritate carnis et animae natus est ». — **Gregorius.** De hoc etiam **Gregorius** in *Moralibus*[8] ait: « Angelo nuntiante et Spiritu adveniente, mox Verbum in utero, mox intra uterum Verbum caro ».

DISTINCTIO III

Cap. 1 (7).

1. **De carne quam Verbum assumpsit, qualis ante fuerit et qualis assumpta sit.** Quaeritur etiam de carne Verbi, an priusquam conciperetur

6 Deum] dei A, domini T, *quod corr. interi.* Tz.

1 Cap. 18, n. 59 (opus Fulgentii, PL 65, 698 D - 699 A; CCL 91 A, 750). 2 Rectius Leo Magnus, *Epist. 35,* c. 3 (PL 54, 809 A). 3 Resp. I Tim. 2,5. 4 Cf. August., *De Trinit.,* II, c. 5, n. 9 (PL 42, 850; CCL 50, 90s; supra, tom. I, p. 133s); sed revera, fons est Fulgentius, *Epist. 14 (ad Ferrandum),* n. 82: « Quocirca quia inseparabilis est operatio Trinitatis, servilem formam quam Unigenitus Deus accepit, tota Trinitas fecit » (PL 65, 412; CCL 91, 412); vel idem Fulgentius, *De incarnatione Filii Dei,* n. 21: « Illam utique servi tota Trinitas fecit, quam tamen in personam suam Filius solus accepit » (PL 65, 585; CCL formam 91, 330). 3 Resp. Phil. 2, 7. 6 Gregorius Magnus, *Epist. 67* (PL 77, 1207 D - 1208 A; apud DS, n. 479). 7 Resp. Ioan. 1, 14. 8 Lib. XVIII, c. 52, n. 85 (PL 76, 90 A).

Num. 2: Auctoritates Aug. *De Trinitate* et Gregorii sumuntur ad litteram de *Summa sent.* I, 16 (PL 171, 1099 B; 176, 72 D). De veris fontibus cf. notas supra.

Cap. 1, n. 1: Quaestio proponitur (in parte) verbis *Summae sent.,* I, 16 (PL 171, 1099 C; 176, 72 D - 73 A); cui respondetur verbis Hugonis, *De sacram.,* II, 1, 7 (PL 176, 389 B-C).

obligata fuerit peccato, et an talis assumpta fuerit a Verbo. — Sane dici potest, et credi oportet, iuxta Sanctorum[1] attestationis convenientiam, « ipsam prius peccato fuisse obnoxiam », sicut reliqua Virginis caro, sed Spiritus Sancti operatione ita mundatam, ut ab omni peccati contagione immunis uniretur Verbo, poena tantum, non necessitate, sed voluntate assumentis remanente.

2. **Quod non tantum illa caro, sed etiam sacra Virgo ab omni peccati contagio a Spiritu Sancto mundata fuit.** Mariam quoque totam Spiritus Sanctus in eam praeveniens a peccato prorsus purgavit, et a fomite peccati etiam liberavit: vel fomitem ipsum penitus evacuando, ut quibusdam placet [2]; vel sic debilitando et extenuando ut ei postmodum peccandi occasio nullatenus exstiterit.

3. Potentiam quoque generandi absque viri semine Virgini praeparavit. Ita enim verba Evangelii docent, ubi angelus Virginem alloquens ait [3]; *Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi; et quod nascetur ex te sanctum vocabitur Filius Dei.* Cui sacra Virgo respondit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* — **Ioannes Damascenus.** Quod exponens Ioannes[4] ait: « Post concessum autem sanctae Virginis, Spiritus Sanctus praevenit in ipsam, secundum verbum Domini quod dixit angelus, purgans ipsam, et potentiam deitatis Verbi receptivam praeparans, simul autem et generativam. Et tunc

5 tantum] tamen ABCO. 8 Spiritu Sancto *trp.* BCX. ‖ mundata fuit] fuit munda BCX.

1 Ita August., *De peccatorum meritis seu de baptismo parvulorum,* II, c. 24: «Nec sumpsit carnem peccati, quamvis de materna carne peccati. Quod enim carnis inde suscepit, id profecto aut suscipiendum mundavit, aut suscipiendo mundavit» (PL 44,174s; CSEL 60, 111); et Ambrosiaster in Rom. 8, 3: «Expiata est enim a Spiritu Sancto caro Domini» (PL 17 [1845], 118 A; CSEL 81-1, 254s). 2 Bernardo scilicet, ut nobis videtur, qui anno 1138 ad canonicos Lugdunenses scripsit *(Epist. 174,* n. 5): «Ego puto quod et copiosior sanctificationis benedictio in eam descenderit, quae ipsius non solum sanctificaret ortum, sed et vitam ab omni deinceps peccato custodiret immunem, quod nemini alteri in natis quidem mulierum creditur esse donatum. Decuit nimirum Reginam virginum, singularis privilegio sanctitatis, absque omni peccato ducere vitam, quae, dum peccati mortisque pareret peremptorem, munus vitae et justitiae omnibus obtineret » (PL 182, 334 C-D; ed. Cisterc. VII [1974], 390). 3 Luc. 1, 35 et 38. 4 *De fide orthodoxa,* III, c. 2 (PG 94, 983 C-D et 986 A - 987 A); versiones Burgundionis et (maxime) Cerbani, c. 46, n. 2 (ed. E. Buytaert, 171s, 391s).

Num. 2: Partim de *Summa sent.,* uti supra. — Num. 3: Verba Damasceni proferuntur a Lombardo in sermone 18, *In Annuntiatione* (PL 171, 607 A, ex quodam textu corrupto).

obumbravit ipsam Dei altissimi per se Sapientia et Virtus [1] exsistens, id est Filius Dei, Patri homousios, id est consubstantialis, sicut divinum semen; et copulavit sibi ipsi ex sanctissimis et purissimis ipsius Virginis sanguinibus carnem animatam anima rationali et intellectiva nostrae antiquae conspersionis [2], non seminans, sed per Spiritum Sanctum creans. Quare simul caro, simul Dei caro; simul caro animata rationalique et intellectu, simul Dei Verbi caro animata rationali et intellectivo».

4. Ex his perspicuum fit quod ante diximus [3], carnem scilicet Verbi simul conceptam et assumptam; eandemque, immo totam Virginem, Spiritu Sancto praeveniente ab omni labe peccati castificatam. — **Augustinus, De fide ad Petrum** [4]. Cui collata est potentia «novo [4] more generandi, ut sine coitu viri, sine libidine concipientis» in utero Virginis celebraretur conceptus Dei et hominis. «Illa [5] enim caro quam Deus ex Virgine sibi unire dignatus est, sine vitio concepta, sine peccato nata est. Hanc tamen carnem non caelestis, non aëriae, non alterius cuiusquam putes esse naturae, sed eius cuius est omnium hominum caro».

Cap. 2 (8).

Auctoritate firmat ex tunc Virginem a peccato fuisse immunem [6]. Quod autem sacra Virgo ex tunc ab omni peccato immunis exstiterit, **Augustinus** evidenter ostendit in libro *De natura et gratia* [6] inquiens: «Excepta sancta Virgine Maria, de qua propter honorem Domini nullam prorsus, cum de peccatis agitur, haberi volo quaestionem (inde enim scimus quod ei plus gratiae sit collatum ad vincendum ex omni parte peccatum, quod concipere ac parere meruit quem constat nullum habuisse peccatum); hac ergo Virgine excepta, si omnes sancti et sanctae congregari possent, et quaereretur ab eis an peccatum haberent, quid responderetur, nisi quod Ioannes ait [7]; *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus?*» — **Augustinus, De fide ad Petrum**

2 homousios] homousyon ABCNV, *corr. in* homousyon R. 18 firmat] confirmat ABC, confirmat Augustini X, affirmat N. 27 quia] quoniam AN, quod W.

1 Cf. I Cor. 1, 24. 2 Cf. I Cor. 5, 7: *Ut sitis nova conspersio.* 3 In Dist. 2, c. 3. 4 Cap. 2, n. 17 (opus Fulgentii, PL 65, 679 D; CCL 91A, 722). 5 Ibid., n. 15 (PL 65, 679 A; CCL 91A, 720s). 6 Cap. 36, n. 42 (PL 44, 267; CSEL 60, 263s). 7 I Ioan. 1, 8.

Cap. 2: Prima auctoritas Augustini sumitur de *Summa sent.,* I, 16 (PL 171, 1099 C; 176, 73 A).

« Illa 1 autem<Virgo singulari gratia praeventa est atque repleta, ut ipsum haberet ventris sui fructum, quem ex initio habet universitas Dominum »; « ut 2 illud quod nascebatur ex propagine primi hominis, tantummodo generis, et non criminis originem duceret ».

Cap. 3 (9).

1. **Quare Christus non fuit decimatus in Abraham sicut Levi, cum caro quam accepit in eo fuerit peccato obnoxia.** Cum autem illa caro, cuius excellentia singularis verbis explicari non valet, antequam esset Verbo unita, obnoxia fuerit peccato in Maria et in aliis a quibus propagatione traducta est, non immerito videri potest in Abraham peccato « subiacuisse, cuius universa caro peccato subiacebat. Unde quaeri solet quare Levi dicatur decimatus in Abraham 3, et non Christus, cum in lumbis Abrahae uterque fuerit secundum materialem rationem, quando Abraham decimatus est, id est decimas dedit Melchisedech 4.

2. **Qua intelligentia Levi decimatus dicatur in Abraham ?** Tunc enim ie Apostolus Levi decimatum dicit in Abraham tamquam in materiali causa, quia ea decimatione sicut Abraham minor Melchisedech ostenditur, cui personaliter decimas solvit, ita et Leviticus ordo, qui in Abraham secundum rationem seminalem erat et ex eo per concupiscentiam carnis descendit. Christus autem non est decimatus, quia licet ibi fuerit secundum 2C carnem, non tamen inde descendit secundum legem communem, scilicet per carnis libidinem; sicut etiam in Adam *omnes peccaverunt5,* sed non Christus. — **Augustinus: secundum aliquem modum ibi fuit Levi quo non**

7 fuerit] fuit BCMNOV. 12 dicatur decimatus *trp.* NOW.

1 Cap. 2, ŋ. 17 (opus Fulgentii, PL 65, 680 A; CCL 91A, 722). 2 August., *De Trinit.,* XIII, c. 18, n. 23 (PL 42, 1032; CCL 50A, 413s). 3 Resp. Hebr. 7, 9-10: *Per Abraham, et Levi... decimatus est: adhuc enim in lumbis patris erat, quando obviavit ei Melchisedech.* 4 Resp. Gen. 14, 18-20. 5 Resp. Rom. 5, 12.

Cap. 3, n. 1: Quaestio fundatur in verba *Summae sent.,* I, 16 (PL 171, 1099 D; 176, 73 B); cf. etiam Hugo *De sacram.,* II, 1, 5 (PL 176, 382 D-383 A); et L. Ott, *Untersuchungen zur theologischen Briefliteratur der Friihscholastik* (BGPTMA XXXIV, Münster 1937) 52.

Num. 2: Tota auctoritas sumitur ex *Glossa ord.* in Hebr. 7, 10, ut supra notatur, et minus recte Augustino assignatur; unde invenitur ad litteram in *Glossa* Lombardi in h. 1. (PL 192, 450 D - 451 B, ubi textus valde corruptus est); exinde, multis omissis, incorporatur in hunc locum. Patet quod Florus in hoc loco non est fons huius passus (cf. eius *Expositio epistolarum beati Pauli de* qua agitur in Proleg. ad tom. I, p. 79*).

Christus? Unde **Augustinus,** *Super Genesim*[1]: «Sicut Adam peccante, qui in lumbis eius erant peccaverunt; sic Abraham dante decimas, qui in lumbis eius erant decimati sunt. Sed hoc non sequitur in Christo, licet in lumbis Adae et Abrahae fuerit, quia non secundum concupiscentiam carnis inde descendit». «Cum[2] ergo Levi et Christus secundum carnem essent in lumbis Abrahae quando decimatus est, ideo pariter decimati non sunt, quia secundum aliquem modum non erat ibi Christus, quo erat ibi Levi». «Secundum[3] rationem quippe illam seminalem ibi fuit Levi, qua ratione per concubitum venturus erat in matrem; secundum quam rationem non ibi erat Christi caro, quamvis secundum ipsam ibi fuerat Mariae caro». «Ille[4] ergo deimatus est in Abraham, qui sic fuit in lumbis Abrahae sicut ille fuit in lumbis patris suis, id est qui sic est natus de patre Abraham sicut ille de suo patre natus est, scilicet per legem carnis et invisibilem concupiscentiam».

Cap. 4 (10).

1. **Qua ratione caro Christi dicta est in Scriptura non fuisse peccatrix, sed similis: quo aperitur quare obligata peccato non fuerit in Christo.** Quocirca 'primitiam nostrae massae' recte assumpsisse dicitur Christus[5], quia non carnem peccati, sed similitudinem carnis peccati accepit. *Misit* enim *Deus Filium suum,* ut ait Apostolus[6], *in similitudinem carnis peccati.* Assumpsit enim Verbum carnem peccatrici similem in poena et non in culpa, et ideo non peccatricem.—**Augustinus, De verbis Apostoli**[7]; «Cetera vero hominum omnis caro peccati est: sola illius non est caro peccati, quia non eum mater concupiscentia, sed gratia concepit. Habet tamen *similitudinem carnis peccati* per passibilitatem et mortalitatem, quia

3 sequitur] consequitur AO. 9 qua ratione] quia idem ibi BC. ‖ ratione *corr. in* idem X. 10 ibi erat *trp.* ANOV. 12-13 est natus *trp.* BCL. 13 suo patre *trp.* BCOV. 14 invisibilem] invincibilem LV, *corr. in* invincibilem R.

i Prima pars huius auctoritatis non est Augustini, sed potius *Glossae ord.* in Hebr. 7, 10 (apud Lyranum, VI, 154c; et codd. Florent. Laurent. Pl. V. d. 11 [= 1], f. 197b; Pl. XXIII. 5 [= m]), f. 114c, et quidem semper sine rubrica. 2 Paraphrasis Augustini, *De Genesi ad Utt.,* X, c. 19, n. 34 (PL 34, 423; CSEL 28-1, 322). 3 Ibid., c. 20, n. 35 (PL 34, 424; CSEL 28-1, 323). 4 Ibid., n. 36 (loc. cit.). 5 Dictum est Ioan. Damasceni, *De fide orthodoxa,* III, c. 2 (PL 94, 986 B); versio Burgund., c. 46, n. 2 (ed. E. Buytaert, 171). 6 Rom. 8, 3. 7 *Sermo 152,* n. 8 (PL 38, 823).

Cap. 4, num. 1: Ex *Glossa* Magistri in Rom. 8, 3 (PL 191, 1433 C-D).

esuriit, sitiit *el.* huiusmodi ». « Licet[1] ergo eadem caro sit quae et nostra, non tamen ita facta est in utero sicut nostra. Est enim sanctificata in utero et nata sine peccato, et nec ipse in illa unquam peccavit. In poena ergo similis est nostrae, non in qualitate peccati», quia (Origenes *[4]) « pollutionem[2] quae ex concupiscentiae motu concepta est omnino non habuit », « nec[3] ex carnali delectatione nata est ». — **Tres causas ponit** *: *Venit ergo ad corpus immaculatum*[4], quod praeter libidinis concupiscentiam fuit conceptum; nec illud in se habuit vitium, quod in aliis est causa peccati; nec in eo peccavit. Ideoque vere dicitur Verbi caro non fuisse in Christo obligata peccato.

2. **Quiddam videtur adversari illi sententiae qua dictum est carnem Christi non prius conceptam quam assumptam.** Illi autem sententiae, qua supra[5] diximus carnem Verbi non ante fuisse conceptam quam assumptam, videtur obviare quod **Augustinus** ait, *Super Ioannem*[6], ubi legitur ? : *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Judaei: Quadraginta et sex annis aedificatum est hoc templum, et tu tribus diebus excitabis illud ?* « Hic, inquit, numerus perfectioni dominici corporis convenit, quia ut dicunt physici, tot diebus forma humani corporis perficitur ».

3. Horum occasione verborum quidam[8] dicere praesumpserunt do-

1 sitiit] sitivit AMV. 16 tu] in NVW, in *add. interi.* R.

1 Ambrosiaster (sine rubrica), *In Rom.* 8, 3 (PL 17 [1845], 117s; CSEL 81-1, 254s). 2 *In Rom.,* VI, n. 12 (PG 14,1095 A). 3 August., *De div. quaest. 83,* q. 66, n. 6 (PL 40, 64; CCL 44A, 159). 4 Dictum est Origenis, l.c., innitens Sap. 8, 20: *Veni ad corpus incoinquinatum.* 5 In Dist. 2, c. 3, n. 1. 6 De hoc nihil invenitur in opere Augustini *In evangelium Ioannis,* tr. X, nn. 10-12 (PL 35, 1472s; CCL 36, 106ss); aliqua ad sensum in *De Trinit.,* IV, c. 5, n. 9 (PL 42, 893s; CCL 50, 172s); vide potius *Glossa ord.* in Ioan. 2, 20 (apud Lyranum, V, 193c). 7 Ioan. 2, 19-20. 8 Haec erat opinio, ut videtur, Magistri Odonis Suessionensis (postea Ursicampi), qui socius et aemulus Petri Lombardi fuit in scholis Nostrae Dominae Parisius. In quaestione enim *Deus assumpsit hominem* primo reicit sententiam illorum qui tenent quod in salutatione angeli statim particula a carne Virginis decisa perfectam formam humani corporis suscepit et subito est anima infusa. Suam tunc opinionem proponit: « Verisimilius est quod statim in ipsa separatione (particulae carnis) carni unita est divinitas; quae caro postea in perfectam formam humani corporis per temporales successiones excrevit... et tunc primo anima est infusa... de nihilo creata et divinitati unita; et tunc primo vere potuit dici Deum esse hominem » (*Quaestiones*

Num. 2: Ex *Summa sent.* I, 16 (PL 171, 1098 D - 1099 A; 176, 72 B-C), ubi et spuria auctoritas Augustini. De usu huius auctoritatis ex parte auctorum saec. XII, cf. A. M. Landgraf, *Das Axiom: « Verbum assumpsit carnem mediante anima»,* in *Dogmengesch.* II-1, 151-160.

minici corporis formam tot diebus, ad modum aliorum corporum, perfectam et membrorum lineamentis distinctam, et mox Verbum Dei sibi unisse carnem et animam. Et hoc modo dicunt illum numerum perfectioni dominici corporis convenire.

4. Sed alia ratio illius dicti exstitit, ex qua sana oritur intelligentia verbi. Non enim ideo illud dixit **Augustinus**, quin mox ut caro illa opere Spiritus Sancti sanctificata et a reliqua separata fuit, Verbo Dei cum anima uniretur, ut perfectus et verus Deus esset perfectus et verus homo; sed quia membrorum illius dominici corporis distinctio in ipso momento conceptionis et unionis Dei et hominis adeo tenuis erat et parva, ut humano visui vix posset subici; diebus autem illis, quos memorat **Augustinus**, perfecta est et notabilis facta.

5. **Quomodo erat in Virgine, qui erat ubique? — Ioannes Damascenus:** « Incarnatum est igitur Verbum, ut ait **Ioannes**1, et a propria incorporalitate non excessit; et totum incarnatum est, et totum est incircumscriptum. Minoratur corporaliter et contrahitur, et divine est incircumscriptum, non coextensa carne eius cum incircumscripta divinitate ». « In omnibus 2 igitur et super omnia erat, et in utero sanctae Genitricis exsistebat; sed in ipsa actu incarnationis ».

DISTINCTIO IV

Cap. 1 (11).

1. **Quare in Scriptura saepius tribuatur incarnatio, quae est opus Trinitatis, Spiritui Sancto, et de ipso etiam conceptus et natus dicatur.**

13 Rubricae om. RVW. 18 sanctae *om.* AT, dei *add.* CMX *Burg. Cerb.* 19 ipsa] ipso BC *Burg. (inter var.) Cerbanus, corr. interi, in* ipso T.

Magistri Odonis Suessionensis, p. II, n. 50; ed. I. B. Card. Pitra, in *Analecta novissima Spicilegii Solesmensis* II, Tusculum 1888, 49-51; ex cod. Paris., BN lat. 3230, ff. 45a-46d; cui addi licet codd. Cameraci, Bibi. Munie. 561, ff. 26c-27b; Londini, Mus. Britann., Harley 1762, ff. 146c-147; Paris., Bibi. Nat. lat. 17990, ff. 45a-47a; Trecensis 964, f. 158a-c; et alios quos non inspeximus).

1 Damascenus, *De fide orthodoxa,* III, c. 7 (PG 94, 1011 B); versio Burgundionis, c. 51, n. 4 (ed. E. Buytaert, 194); cf. versio Cerbani, ibid., 403. 2 Ibid. (PG 94, 1010 A); versio cit., n. 2 (192); et Cerbani, 401.

Num. 3-4: Interpretatio fundatur in verbis *Summae sent.,* ubi supra.

Cap. 1, n. 1: Quaestio movetur ab Hugone de S. Victore, *De sacram.,* II, 1, 8 (PL 176, 391 D); cf. etiam Gualterus de Mauretania, *De Trinitate,* c. 5 (PL 209, 580 D - 581 A).

Cum vero incarnatio Verbi, sicut in superioribus tractatum est 1, operatio vere sit Patris et Filii et Spiritus Sancti, investigatione dignum nobis videtur quare in Scriptura Spiritui Sancto hoc opus saepius tribuatur, et de ipso Christus conceptus et natus memoretur. — Non enim ideo operatio incarnationis Spiritui Sancto saepius attribuitur, quod eam ipse solus sine Patre ac Filio fecerit, sed quia Spiritus Sanctus est caritas et donum Patris et Filii 2, et ineffabili Dei caritate *Verbum* Dei *caro factum est*3, et inaestimabili Dei dono Filius Dei sibi univit *formam servi*4.* Non igitur frequens denominatio Spiritus Sancti ab illo opere Patrem vel Filium secludit, sed potius uno nominato tres intelliguntur, sicut fit saepe in aliis operibus.

2. **Augustinus: propositio quaestionis.** Unde **Augustinus** super hoc movens quaestionem, in hunc modum eandem determinat in *Enchiridion* 5, ita inquiens: « Cum illam creaturam quam Virgo concepit et peperit, quamvis ad solam personam Filii pertinentem, tota Trinitas fecerit: neque enim separabilia sunt opera Trinitatis, cur in ea facienda Spiritus Sanctus solus nominatus est ?» — **Solutio.** « An et quando unus trium in aliquo opere nominatur, universa operari Trinitas intelligitur ? Ita vere est, et exemplis doceri potest». Audistis propositam quaestionem eiusdemque expositionem.

Cap. 2 (12).

1. **Quo sensu Christus dicatur conceptus et natus de Spiritu Sancto. — Augustinus in Enchiridion:** « Sed6 non est in hoc diutius immorandum. Illud enim movet, quomodo dictus est Christus 'natus de Spiritu Sancto', cum filius nullo modo sit Spiritus Sancti ». — « Numquid 7 dicturi sumus patrem hominis Christi esse Spiritum Sanctum, ut Deus Pater Verbum genuerit, Spiritus Sanctus hominem: ex qua utraque substantia Christus unus esset, et Dei Patris filius secundum Verbum, et Spiritus Sancti filius secundum hominem, quod eum Spiritus Sanctus tamquam pater eius de matre Virgine genuisset ? Quis hoc dicere audebit, cum hoc ita sit absur-

5 attribuitur] tribuitur ABCLMR. 6 Sanctus *om.* BC, *interi.* T. 7 Dei2 *om.* LMRT. 10 fit saepe *trp.* BCMT. 12 Rubr. *om.* RW. || propositio] probatio BCX. 20 eiusdemque] eiusque LRW, soiucionem vei *add.* ANOVW, *sed del. O.*

1 In Dist. 1, c. 3, n. 2. 2 Auctoritates de hoc v. in lib. I, dd. 17-18 (tom. 1,141-159), et d. 31, c. 6 (p. 232). 3 Resp. Ioan. 1, 14. 4 Resp. Phil. 2, 7. 5 Cap. 38 (PL 40, 241; CCL 46, 71), ubi et solutio sequens. 6 Cap. 38 (PL 40, 251s; CCL 46, 71). 7 Ibid. (251; 70s).

dum, ut nullae fidelium aures id valeant sustinere ? Proinde », « cum fateamur i Christum natum de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, quomodo non sit filius Spiritus Sancti et sit filius Virginis, cum et de illo et de illa sit natus, explicare difficile est. Procul dubio non sic de illo ut de patre, sic autem de illa ut de matre natus est ».

2. **Quod non quidquid de aliqua re nascitur, eius filius dicitur.** « Non 2 est autem concedendum quidquid de aliqua re nascitur, continuo eiusdem rei filium nuncupandum. Ut enim omittam aliter de homine nasci filium, aliter capillum, pediculum, lumbricum, quorum nihil est filius: ut ergo hoc omittam, quoniam tantae rei deformiter comparantur, certe qui nascuntur ex *aqua et Spiritu Sancto* 3, non aquae filios eos rite dixerit quispiam, sed dicuntur filii Dei Patris et matris Ecclesiae. Sic ergo de Spiritu Sancto natus est Christus, nec tamen filius est Spiritus Sancti. **(Nec omnes qui dicuntur alicuius filii, de illo nati sunt.)** Sicut e converso non omnes qui dicuntur alicuius filii, consequens est ut de illo etiam nati esse dicantur, ut illi qui adoptantur. Dicuntur etiam *filii gehennae* 4 non ex illa nati, sed in illam praeparati ».

3. « Cum 5 itaque de aliquo nascatur aliquid, et non ita ut sit filius; nec rursus omnis qui dicitur filius, de illo sit natus cuius dicitur filius: profecto modus iste quo natus est Christus, de Maria sicut filius et de Spiritu Sancto non sicut filius, insinuat nobis gratiam Dei, qua homo nullis praecedentibus meritis, in ipso exordio naturae suae quo esse coepit, Verbo Dei copularetur in tantam personae unitatem, ut idem esset Filius Dei qui filius hominis, et filius hominis qui Filius Dei: et sic in naturae humanae susceptione fieret quodam modo ipsa gratia illi homini naturalis, qua nullum possit admittere peccatum. Quae gratia ideo per Spiritum Sanctum est significata, quia ipse proprie sic est Deus, ut sit etiam *Dei Donum* 6 ». — « Per 7 hoc ergo quod de Spiritu Sancto esse nativitas Christi dicitur, quid aliud quam ipsa gratia demonstratur », qua homo « mirabili 8 et ineffabili modo Verbo Dei est adiunctus atque concretus » et divina gratia corporaliter repletus 9 ?

2 fateamur] confiteamur LT, confitemur *Aug.* 6 Rubrica *om.* RVW. ‖ dicitur] dicatur BC, est T. 16 esse dicantur *trp.* ANOW. 22 praeced. meritis *trp.* NOW. 25 quodam modo *trp. p.* gratia BCLR. ‖ modo *trp. p.* gratia M. 27 Sanctum *om.* BCR.

1 Ibid. (252; 71). 2 *Enchiridion,* c. 39 (252; 71s). 3 Resp. Ioan. 3, 5. 4 Resp. Matth. 23, 15. 5 August., ibid., c. 40 (PL 40, 252; CCL 46,72). 6 Resp. Act. 8, 20. 7 August., ibid., c. 37 (251; 70). 8 August., ibid., c. 41 (253; 72). 9 Resp. Col. 2, 9: *In ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.*

4. **Alia ratio quare dicatur natus de Spiritu Sancto. — Augustinus in Enchiridion :** Potest etiam dici Christus secundum hominem ideo natus de Spiritu Sancto « quia l eum fecit: in quantum enim homo est, et ipse factus est, ut ait Apostolus 2». — **Hieronymus in Expositione fidei catholicae :** Conceptus ergo et natus de Spiritu Sancto dicitur, non quod Spiritus Sanctus fuerit Virgini «pro semine »3; non enim de substantia Spiritus Sancti semen partus accepit; sed quia per gratiam Dei et operationem Spiritus Sancti de carne Virginis est assumptum quod Verbo est unitum.

5. **Ambrosius :** Et in Evangelio 4 secundum hanc intelligentiam legitur de Maria quod *inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.* Cuius dicti rationem Ambrosius insinuans, in 1l libro *De Spiritu Sancto*5 ait: « Quod ex aliquo est, aut ex substantia, aut ex potestate eius est. Ex substantia, sicut Filius qui a Patre, et Spiritus Sanctus qui a Patre Filioque procedit; ex potestate autem, sicut ex Deo omnia. Quomodo ergo in utero habuit Maria ex Spiritu Sancto ? Si quasi ex substantia, ergo Spiritus in carnem et ossa conversus est ? Non utique. Si vero quasi ex operatione et potestate eius Virgo concepit, quis neget Spiritum Sanctum dominicae incarnationis auctorem ? »

Cap. 3 (13).

1. Quare Apostolus dicat Christum factum, cum nos fateamur eum esse natum. — Ambrosius : Sed quaeri potest: « Cum 6 nos Salvatorem natum profiteamur, cur Apostolus eum *factum* dicat *ex semine David 7,* et alio loco *factum ex muliere*8, cum aliud sit fieri, aliud nasci ? Aliquid ergo significavit hoc dicto. — Quia enim non humano semine concreta

6 fuerit] fuit BC, affuerit V. 10 in utero habens *trp.* BCR. 14 ergo] et *add.* ABCLX. 15 Si] Sic ABCMNOTVWX, *quod corr.* O. ‖ substantia] *signum interrog. add.* BCNTVW. 17 Sanctum *om.* BCMR. 21 esse *om.* NOW.

1 Cap. 38 (PL 40, 251; CCL 46, 71). 2 Rom. 1, 3: *Qui tactus est ei ex semine David secundum carnem.* 3 Scii. Pelagius, *Libellus fidei,* n. 4 (PL 45, 1717). 4 Matth. 1, 18. 5 Cap. 5, nn. 42-43 (PL 16 [1845], 751s; CSEL 79, 102s). 8 Ambrosiaster, *Quaesi. Vet. et Novi Test.,* pars II, *Quaest. ex Novo Test.,* q. 44 (PL 35, 2404; CSEL 50, 444s). 7 Resp. Rom. 1, 3. 8 Resp. Gal. 4, 4.

Num. 4: *Hieronymus* (rubrica) se refert solum ad verba *pro semine.* Secunda enim pars huius numeri potius compingitur ex verbis Haymonis (de quibus vide textum primae versionis in Rom. 1, 3-4, n. 34, in Proleg. huius tomi) et Hugonis, *De sacram.,* II, 1,8 (PL 176, 393 B).

Cap. 3: Praeter conclusionem num. 1, quasi totum capitulum invenitur in *Glossa* primitiva in Rom. 1, 3 (n. 2 in textu illius versionis), ubi notari lubet rubrica ad initium pericopae.

est caro Domini in utero Virginis et corpus effecta, sed effectu et virtute Spiritus Sancti, ideo Apostolus dicit *factum,* non *natum.* Aliud est enim semine admixto et sanguinis coagulo generare; aliud est non permixtione, sed virtute procreare ». Possunt homines generare filios homines, sed non facere. — Ecce quare dixit Apostolus *factum,* et non *natum,* ne eus scilicet nativitas, quae fuit sine viri semine, nostrae similis putaretur, quae conficitur seminum commixtione.

2. **Quare ex semine David. Augustinus in libro De Trinitate** [1] Ideo autem, cum *factum* diceret Apostolus, addidit *ex semine David,* quia « etsi[1] non intercessit semen hominis in conceptione Virginis, tamen quia ex ea carne Christus formatus est quae constat ex semine, recte dicitur quia factus est *[ex semine »].*

DISTINCTIO V

Cap. 1 (14).

1. **Si persona vel natura personam vel naturam assumpsit, et si natura Dei incarnata sit.** Praeterea inquiri oportet, cum ex praemissis constet Verbum Dei carnem et animam simul assumpsisse in unitatem personae, quid horum potius concedendum sit, scilicet quod persona personam, vel natura naturam, vel persona naturam, vel natura personam assumpserit; et an ita conveniat dici divinam naturam esse incarnatam, sicut Deus incarnatus et Verbum incarnatum sane dicitur. — Haec inquisitio sive quaerendi ratio, iuxta sacrarum auctoritatum testimonia, partim implicita atque perplexa, partim vero explicita est et aperta.

2 Spiritus Sancti *trp.* BCT. 3 sanguinis coagulo] sanguine coagulato BCN. 8 Rubricae *om.* RVW. ‖ de Trin.] de civitate dei BCX.

1 Rubrica non obstante (etiam in versione primitiva, n. 2), auctoritas est Ps-Augustini (forsitan Syagrii; cf. PLS 2, 858), Sermo 238, n. 3 (PL 39, 2185), unde sumitur *[ex semine]* in fine.

Cap. 1: Magna ex parte hoc capitulum repetitio est, sub nova forma et cum novitatibus adiectis, *Glossae* originalis in Rom. 1, 3 (nn. 14-21). Quod in eadem *Glossa* et in hoc capitulo, praesertim in nn. 3-10, oppugnetur doctrina Gilberti Porretani, iam satis ostenditur (cf. Prolegomena ad tom. I, 30* et 85*-86*). Videsis etiam Hug., *De sacram.,* II, 1, 9 (PL 176, 394 A); *Summam sent.,* I, 15 (PL 171, 1097 A-D; 176, 70 C - 71 B); et A. M. Landgraf, *Die spekulativ-theologische Erôrterimg der hypostatischen Vereinigung,* in *Dogmengesch.* II-1, 84-94.

2. **De illo parte quaestionis quae aperta est.** Certum enim, et sine ambiguitate verum, quod non natura personam, nec persona personam, sed persona naturam assumpsit. — Quod Sanctorum subditis comprobatur testimoniis et adstruitur documentis. Ait enim **Augustinus** in libro *De fide ad Petrum* 1: « Deus Unigenitus, dum conciperetur, veritatem carnis accepit ex Virgine; et cum nasceretur, integritatem virginitatis servavit in Matre ». Et paulo post 2: « Hic Deus humanam naturam in unitatem personae suscepit, qui se humilians per misericordiam, incorruptae Virginis uterum ex ea nasciturus implevit. *Formam* ergo *servi*3, id est naturam servi, in suam accepit Deus ille personam ». Item 4: « Deus enim Verbum non accepit personam hominis, sed naturam». Item5: «Dei Filius unigenitus, ut carnem hominis animamque mundaret, susceptione carnis animaeque rationalis incarnatus est ». — His aliisque pluribus auctoritatibus evidenter ostenditur non naturam personam, nec personam personam, sed personam naturam accepisse.

3. **De parte quaestionis perplexa.** De quarto vero quaestionis articulo, utrum scilicet natura naturam assumpserit, scrupulosa etiam inter doctos quaestio est, quia et in hoc plurimum dissentire videntur qui auctoritate praeclari aliis doctiores in sacra Pagina exstiterunt; nec tantum alii ab aliis, verum etiam iidem a se ipsis dissonare videntur, sicut subiecta capitula docent.

4. **Hic ponit ea quibus innui videtur naturam non accepisse naturam. — De concilio Toletano VIII.** — Legitur enim in concilio Toletano VIII traditum sic 6; « Solum *Verbum caro factum est et habitavit in nobis* L Et

1 Rubrica *om.* RVW. ‖ Certum] est *add.* MTVW. 2 verum] est *add.* ANR. 3 comprobatur] probatur BC, approbatur X. 9-10 id... servi *om.* BCM. 14 naturam] natura LW, *corr. in* natura O. ‖ personam2] persona LMW, *corr. in* persona O. 15 personam] persona LMOW. 16 Rubrica *om.* TVW. 18 doctos] doctores BCV. 19 doctiores O2VX *Gualt.,* doctores *alii codd.*

1 Cap. 2, n. 17 (opus Fulgentii, PL 65, 680 A; CCL 91A, 722). 2 Jbid., n. 28 (PL 65, 680 B; CCL 91A, 723). 3 ReSp. Phil. 2, 7. 4 Fulgentius, ibid., c. 17, n. 58 (698 C; 749). 5 Fulgentius, ibid., c. 2, n. 17 (679 C; 722). 6 Immo in Concilio Tolet. VI, c. 1 (PL 84, 395 B; et 130, 487 C; DS 491 in fine). ' Resp. Ioan. 1, 14.

Num. 2: Auctoritates pseudo-Augustini *De fide ad Petrum* tam hic quam in *Glossa* ad Rom. sumuntur (in parte) de *Summa sent.,* ubi supra. — Num. 3: En verba Magistri Gilbert!: « Non enim assumpsit persona personam, neque *natura naturam* neque natura personam sed tantummodo persona naturam » *(Expositio in Boethii librum Contra Euticen et Nesterium, IV,* n. 108; ed. N. M. Haring, *The Commentaries on Boethius by Gilbert of Poitiers,* Toronto 1966, 310; PL 64, 1388 D), — Num. 4: Cf. Proleg. ad tom. I, pp. 85*-86*.

cum tota Trinitas operata sit formationem suscepti hominis, quoniam inseparabilia sunt opera Trinitatis, solus tamen Filius accepit hominem in singularitate personae, non in unitate divinae naturae, id est id quod est proprium Filii, non quod commune est Trinitati ». — Item in concilio XI Toletano F « Unius substantiae credimus Deum Patrem et Filium et Spiritum Sanctum; non tamen dicimus ut huius Trinitatis unitatem Maria Virgo genuerit, sed tantum Filium, qui solus naturam nostram in unitatem personae suae assumpsit. Incarnationem quoque huius Filii Dei tota Trinitas operata esse credenda est; solus tamen Filius formam servi accepit in singularitate personae ». — His insinuari videtur quod persona tantum naturam, non natura naturam assumpserit. Si enim quod commune est Trinitati non accepit hominem, ergo non natura divina, quae communis est tribus personis.

5. Hic ponit ea quibus probatur naturam accepisse naturam. Cui videtur obviare quod **Augustinus** ait in libro *De fide ad Petrum* 2: « Nec divinitas, inquit, Christi aliena est a natura Patris secundum id quod *in principio erat Verbum*3; nec humanitas eius aliena est a natura Matris secundum id quod *Verbum caro factum est*4. Illa enim natura, quae semper genita manet ex Patre, naturam nostram sine peccato suscepit ut nasceretur ex Virgine ». — Hac auctoritate videtur tradi quod divina natura humanam suscepit. Ubi vehementer moveri possumus quod eam 'genitam' aeternaliter ex Patre dicit; nisi forte naturam pro persona hic accipiat. Alioquin, si dixerimus naturam tribus personis communem 'genitam' esse, occurrunt nobis ex adverso quae in tractatu de Trinitate 5 disseruimus: ubi diximus non naturam naturam, sed personam personam genuisse, quia si natura genuisset naturam, cum una eademque sit natura Trinitatis, eadem res se ipsam genuisset; quod Augustinus 6 posse fieri negat.

3 singularitate... unitate] singularitatem... unitatem BCMNRTVW. 8 personae suae *trp.* NOW. ‖ assumpsit] assumpsisset ABCMRT *(quod corr.* RT), dicitur assumpsisse L. 10 singularitate ALXxz *Gualt.,* singularitatem *alii codd.* 25 naturam l] natura LMO. ‖ personam l] persona CLMOV.

1 In symbolo istius Concilii (PL 84, 456 A-B; et 130, 539 B-C; J. Madoz, *Le symbole du XIe concile de Tolède* [Louvain 1938], nn. 43s, p. 23; DS 535). 2 Cap. 2, n. 14 (opus Fulgentii, PL 65, 678 A; CCL 91A, 719s.). 3 Resp. Ioan. 1, 1. 4 Ioan. 1, 14. 5 Lib. I, d. 5, c. 1 (tom. 1,80-87). 6 £>e *Trinit.,* I, c. 1, n. 1: «Nulla enim omnino res est quae se ipsam gignat ut sit » (PL 42, 820; CCL 50, 28); cf. Tom. I, p. 77.

Num. 5: Quaedam nova textui Glossae adiungit Magister, ratione habita sui tractatus *De Trinitate.*

6. Sed alibi certum reperimus documentum, quo natura naturam assumpsisse monstratur. Ait enim **Augustinus** in primo libro *De Trinitate* 1; « Etiam se ipse Christus minor factus est *formam servi accipiens* 2. Neque enim sic accepit *formam servi* ut amitteret *formam Dei,* in qua erat aequalis Patri: ut et in forma servi et in forma Dei idem ipse sit unigenitus Filius Patris, quia forma Dei accepit formam servi ». Si autem forma Dei formam servi accepit, sine dubio natura naturam accepit. — **Quid formae nomine intelligatur?** Formae enim nomine natura significatur, ut **Augustinus** evidenter docet in libro *De fide ad Petrum* 3; «Cum, inquit, de Christo audis quia *in forma Dei erat* 4, oportet te agnoscere firmissimeque tenere in illo 'formae' nomine naturalem plenitudinem debere intelligi. In forma igitur Dei erat, quia in natura Dei Patris semper erat, de quo natus erat ».

7. **Hilarius** **Hilarius** quoque in XII libro *De Trinitate*5 ait: « Esse *in forma Dei* non alia intelligentia est, quam in Dei manere natura ». — Didicisti nomine 'formae' intelligentiam fieri naturae, et audisti quod forma Dei formam servi suscepit: unde consequens est quod natura divina naturam humanam susceperit. — **Hieronymus?** Quod etiam **Hieronymus** in *Explanatione fidei* 6 evidenter insinuat, inquiens: « Passus est Filius Dei non putative, sed vere; secundum illud passus est, quod pati poterat, id est non secundum illam substantiam quae assumpsit, sed secundum illam quae assumpta est ». Ex quo apparet divinam substantiam assumpsisse humanam.

8. **Augustinus, De fide ad Petrum?** Ex verbis autem **Augustini** superius positis, adhibita diligentia, innui videtur solum Verbum carnem factum et naturam solum suscepisse humanam, et divinam naturam eandem accepisse. Ait enim 7; « Trinitas nos sibi reconciliavit per hoc quod solum Verbum carnem ipsa Trinitas fecit. In quo sic veritas incommu-

5 et' *om.* AOTVW. ‖ servi... Dei *trp.* BCV. 8 Rubrica *om.* BCRVWX.

1 Cap. 7, n. 14 (PL 42, 828s; CCL 50, 45). 2 Resp. Phil. 2, 6-7. 3 Cap. 2, η. 19 (opus Fulgent», PL 65, 680 D; CCL 91A, 723). 4 Resp. Phil. 2, 6. s Num. 6 (PL 10, 437). « Immo Pelagius, in *Libello fidei,* η. 5 (PL 45, 1717). Cap. 2, π. 23 (opus Fulgent», PL 65, 682 D; CCL 91A, 726); cf. supra, Dist. 1, c. 3, n. 2.

Num. 6: Cf. *Glossa* primitiva, nn. 18-19. — Num. 7: Opera Hilarii et pseudo-Hieronymi (seu Pelagii) Lombardo innotuerunt solum post consistorium Remense (1148), uti patet ex eorum usu.

Num. 8-11: Ex *Glossa* primitiva, nn. 20-21; cui nunc in confirmationem auctoritatem Damasceni adiungit Magister (in num. 12); de qua cf. Proleg. ad tom. I, p. 121*.

tabilis manet divinae humanaeque naturae, ut sicut vera semper est eius divinitas, quam de Patre habet, ita vera semper atque incommutabilis eius sit humanitas, quam sibi unitam summa divinitas gerit». Ecce et solum Verbum dixit carnem factum, et humanitatem divinitati unitam. — **Augustinus in libro De Trinitate** : Idem quoque superius dixit [1] «servilem formam a solo Filio susceptam, quam tota Trinitas fecit ».

9. Iam facile est agnoscere quam diversa et multiplicia super quaestione proposita auctores tradiderunt; ideoque posteriores, ea legentes, varias atque contrarias, ex praedictis occasionem sumentes, promunt sententias.

10. **Quid de hoc tenendum sit.** Nos autem, omnis mendacii et contradictionis notam a sacris Paginis secludere cupientes, orthodoxis Patribus atque catholicis doctoribus nulla pravae intelligentiae suspicione notatis consentimus, dicentes et personam Filii assumpsisse naturam humanam, et naturam divinam humanae naturae in Filio unitam, eamque sibi unisse vel assumpsisse; unde et vere incarnata dicitur.

11. **Determinatio auctoritatum** Quod vero dicitur [2] solus Filius formam servi accepisse, per hoc non excluditur divina natura ab acceptione servilis formae, sed aliae duae personae, Pater scilicet et Spiritus Sanctus. — Item et illud aliud [3], scilicet 'id quod est proprium Filii, non quod commune est Trinitati, hominem accepit', sic oportet intelligi: id est proprie in hypostasi Filii, non in tribus communiter personis, divina natura humanam sibi univit.

12. **Ioannes Damascenus** : Qui sensus ex verbis **Ioannis Damasceni** confirmatur, qui totam divinam naturam in una hypostasium incarnatam esse evidenter asserit, dicens [4]: « In humanatione Dei Verbi aimus omnem et perfectam naturam deitatis in una eius hypostaseon incarnatam esse, id est unitam humanae naturae, et non partem parti. Omni enim humanae naturae aimus unitam esse omnem deitatis naturam vel substantiam ». — Item [5]: « Eadem est natura in singula hypostaseon, id est personarum. Et quando dicimus 'naturam Verbi incarnatam esse',

2 vera *Fulg.,* vere *codd.* 17 Rubrica *om.* RVW. ‖ auctoritatum] auctoritatis BCX. 23 humanam] naturam *add.* ANOTVWX. 25 una] unam AOVX. ‖ hypostasium] hypostaslm AX.

1 Rectius, Fulgentius, ut supra, Dist. 2, c. 3, n. 2. **2** In concilio XI Toletano, uti supra in num. 4 huius cap. 3 in concilio VI Toletano, in num. 4 sub nomine concil. VIII. *4 De fide orthodoxa,* III, c. 6 (PG 94, 1003 B et 1006 A); versiones Burgundionis et Cerbani, c. 50, n. 2 (ed. E. Buytaert, pp. 187s, 399s). 5 Ibid. (PG 94, 1007 B); versiones cit., c. 50, n. 6 (190, 401).

secundum beatos et Athanasium et Cyrillum, deitatem dicimus esse unitam carni ». « Et unam i naturam Dei Verbi incarnatam confitemur ». « Verbum 2 autem et quod commune est substantiae possidet, et quod proprietatis est habens hypostaseos, id est personae ». — Ex his manifeste ostenditur quod natura divina incarnata est; unde et eadem vere dicitur suscepisse humanam naturam.

Cap. 2 (15).

1. **An divina natura debeat dici caro facta.** Sed quaeritur utrum eadem divina natura debeat dici 'caro facta', sicut Verbum dicitur factum caro 3. Si enim idem est incarnari quod est carnem fieri, videri potest ita debere dici quod sit caro facta, sicut dicitur incarnata. — **Responsio.** Ad quod dicimus quia si illud dictum in sacra Scriptura reperiretur, ex eadem intelligentia acciperetur qua cum dicitur incarnata. Sed quia illud auctoritas subticuit, atque locutionis modus nimiam videretur facere expressionem si natura divina diceretur caro facta, melius hoc silere puto vel negare, quam temere asserere, ne si illud dicatur, convertibilitas naturae in naturam significari putetur. — Ex praemissis indubitabiliter constat quod persona Verbi, sive natura, hominis naturam, scilicet carnem et animam, assumpsit, sed non personam hominis.

2. Si autem natura divina naturam hominis accepit, quare non dicitur facta homo vel esse homo, sicut Verbum Dei ? — Ad quod dici potest quod Dei Filius dicitur factus homo vel esse ,homo non solum quod hominem assumpsit, sed quia ipsum in unitatem et singularitatem sui, id est personae, accepit. Natura autem divina hominem quidem accepit, id est hominis formam sibi univit, sed non in singularitatem et unitatem sui. Servata enim proprietate ac diversitate duarum naturarum, personae singularitas exstitit. Ideoque non sic dicitur divina natura esse homo vel facta homo, sicut Dei Filius. Quidam tamen indifferenter utrumque concedunt.

9 factum caro *trp.* BCWX. 11 Responsio *om.* BCNRVWX. 12 reperiretur] reperitur BCO. 14 videretur] videtur BCLR. 17 significari] signari AOW. ‖ indubitabiliter] indubitanter ALWX. 20-27 (n. 2) Si... concedunt *om.* LMOX, *hic in marg.* R., *trp. post* accepit (p. 47, lin. 11) BC. *Vide notam infra positam.* 21 quod2] quia RV.

1 Ibid., c. 7 (PG 94, 1011 B); versiones cit., c. 51, n. 4 (194, 403). 2 Ibid., c. 6 (PG 94, 1007 C); versiones cit., c. 50, n. 6 (191, 401). 3 Resp. Ioan. 1, 14.

Cap. 2, η. 2: De hac additione ad textum clarificandum audiatur testimonium auctoris *Glossae* quae olim Petro Pictaviensi attribuebatur: « *Si autem divina natura.* Istud Magister post compositas sententias apposuit» (cod. n, f. 41d; cod. p, 81b). —Ex alio fonte, scilicet ex Quaestionibus in Sententias, quae recte et vere attribuendae sunt successori Lombardi

Cap. 3 (16).

1. **Quare non accepit personam hominis, cum hominem acceperit.** Ideo vero non personam hominis assumpsit, quia caro illa et anima illa non erant unita in unam personam quam assumpserit. Quia non ex illis constabat persona quando illis unitum Verbum est; nam sibi invicem sunt unita simul cum Verbo unita sunt. Altera tamen unione invicem unita sunt illa duo, scilicet anima et caro; alia unione Verbo unita sunt; quia alia est unio animae illius ad carnem, alia est unio Verbi ad animam illam et carnem. Non ergo accepit Verbum Dei personam hominis, sed naturam, quia non erat ex carne illa et anima illa una composita persona quam Verbum acceperit, sed accipiendo univit, et uniendo accepit.

2. **Contra hoc oppositio, qua probare quidam volunt personam accepisse personam.** Hic a quibusdam opponitur quod persona assumpserit

2 acceperit] accepit ALX. 4 assumpserit] assumpserat BC, *corr. in* assumpserat X. 5 Verbum est *trp.* BCR. 8 carnem] et *add.* BCLMRTVW. 11 acceperit] accepit BCVX, acceperat AM.

in scholis parisiensibus, Magistro scilicet Petro Manducatori, apparet quod postea adhuc, occasione videlicet secundae traditionis seu lecturae Sententiarum, disputavit Lombardus de conclusione huius numeri et suam sententiam mutavit. Duae revera quaestiones exstant quae talem disputationem referunt; circa quas usque adhuc non omnes difficultates superavimus. En prima: « Quod queritur an concedendum sit: 'Divina essentia est homo vel facta est homo', Magister primo negavit et ita scripsit, quia visum est ei quod his verbis innueretur universalitas *[lege:* versibilitas] nature in naturam. Postea tamen correxit et concessit istam: 'Divina essentia est homo'. Aliam vero non recipiebat: 'Divina essentia facta est homo', quia hoc expressius innuit universalitatem [= versibilitatem] nature in naturam » (Cod. Paris. Mazar. lat. 1708, f. 237r-v). Alia quaestio seu disputatio longior est sed forsitan minus clare problema illustrat: « Divina essentia est homo; ergo est humana natura vel humane nature. Item: divina natura cepit esse hic homo, demonstrando Christum; ergo cepit esse Christus. Ergo cepit esse Filius Dei... Solutio. Ab antiquis, inquit, theologis negabatur quod primo proponitur, scilicet: 'Divina essentia est homo' sicut negabant istam: 'Divina essentia facta est homo', ne videretur predicatum redundare in naturam, scilicet quod hec natura facta esset illa. Sed Magister, inquit, recipiebat istam: 'Divina essentia est homo', quia iste terminus 'homo' ibi prédicat quantum iste terminus 'persona humanata'. Inde autem non sequitur: 'Ergo est humana natura vel humane nature'. In alia vero significatione accipitur iste terminus 'homo', cum dicitur: 'Divina essentia cepit esse homo', sive 'hic homo', id est cepit humanari» (Cod. Paris. Bibi. Nat. lat. 1S108, f. lOOv; Trecis. Bibl. Com. lat. 964, f. 142r).

Cap. 3: n. 1: Dependet a *Summa sent.,* I, 15 (PL 171, 1097 B - 1098 A; 176, 70 D - 71 A), et forsitan ab Hugone, *De Verbo incarnato,* coll. II (PL 177, 319 B) ubi legitur: « in eo quod assumpta sunt unita sunt, in personam assumpta sunt ». — Num. 2: Obiectio trahitur ex *Summa sent.,* uti supra; responsio autem vicinior est collationi Hugonis (PL 177, 319 B-C).

personam: « persona 1 enim est substantia rationalis individuae naturae ». Hoc autem est anima; igitur si animam assumpsit, et personam. — Quod ideo non sequitur, quia anima non est persona quando alii rei est unita personaliter, sed quando per se est. Absoluta enim a corpore, persona est, sicuti angelus. Illa autem anima nunquam fuit quin esset alii rei coniuncta; ideoque non, ea assumpta, persona est assumpta.

3. **Alia probatio ad idem.** Aliter quoque nituntur probare Verbum Dei assumpsisse personam: quia assumpsit aliquem hominem. Assumpsit enim hominem Iesum Christum; ergo aliquem hominem. — **Augustinus.** Quod autem hominem Iesum Christum assumpserit, Augustinus in *Expositione symboli* 2 sub anathemate tradit dicens: «Si quis dixerit atque crediderit hominem Iesum Christum a Filio Dei assumptum non fuisse, anathema sit». Qui etiam in pluribus Scripturae locis3 huiusmodi utitur locutionibus: «Ille homo a Verbo est assumptus», «Ille homo factus est Christus ». Et Propheta, de homine Christo loquens Deo, ait 4: *Beatus quem elegisti et assumpsisti.* Ex quibus consequi videtur quod aliquis homo assumptus sit a Verbo, et ita persona a persona sit assumpta.

4. **Responsio determinans praemissas locutiones.** Sed quia hoc nefas est dicere aut sentire, praemissae locutiones, eisque similes, secundum hanc intelligentiam sane accipi debent: ut homo Christus, sive homo ille, sive quidam homo, dicatur assumptus a Verbo sive unitus Verbo, **non** quia hominis persona sit assumpta vel unita Verbo, sed quia anima illa et caro illa assumpta sunt et unita Verbo, in quibus subsistit persona Dei et hominis: ut ad hominis naturam, non ad personam respicias, cum

5 sicuti] sicut CLMRV. 7 Rubrica *om.* VWX. ‖ ad idem *om.* BC. 19 praemissae] premissas BCLMO.

1 Boethius, Opusc. V: *Liber contra Eutychen et Nestorium* (alias *De persona et duabus naturis),* c. 3: « Persona est naturae rationalis individua substantia » (PL 64,1343 D); v. textum medii aevi apud N. M. Haring, *The Commentaries on Boethius by Gilbert of Poitiers,* Toronto 1966, 388, ubi *rationabilis* invenitur, quamvis ipse Gilbertus legat *rationalis.* Formula Lombardi, ex *Summa sent.,* I, 15 (PL 171, 1097 B; 176, 70 D). 2 Sermo 233, n. 2 (inter opp. August., PL 39, 2176; vide etiam PL 56, 587 A); in Glossa primitiva in Rom. 1, 4 (ed. nostra, n. 31) legit rubrica: *Augustinus in sermone de fide,* uti iam supra in tomo I, 80, 5-6; nihil aliud est quam *Symbolum fidei* Concilii Toletani I, ed. J. de Aldama, *El Simbolo Toledano* I, Romae 1934, 29-36; DS, n. 195. 3 Hae locutiones inveniuntur ad litteram infra, Dist. 6, c. 2, n. 6. 4 Ps. 64, 5; vide August, in h.l., n. 7: *«Beatus homo quem elegisti et assumpsisti,* id est ille homo quo indutus es, qui coepit ex tempore » (PL 36, 778; CCL 39, 829).

Num. 3 et pars prior num. 4: Vide locos parallelos in *Glossa* originali in Rom. 1, 4, n. 31.

assumptum vel unitum, vel quendam vel aliquem in huiusmodi locutionibus Scriptura memorat. — Quocirca cum quaeritur sine proposita auctoritate, an aliquis vel quidam homo sit assumptus a Verbo vel unitus Verbo, sine distinctione intelligentiae non est hic reddenda responsio, quoniam multiplex praemissa est quaestio; sed instantiae quaerentis ita determinato: Si de hominis persona quaeris, respondeo: non; si de hominis, natura, dico: est.

DISTINCTIO VI

Cap. 1 (17).

1. De intelligentia harum locutionum; Deus factus est homo, Deus est homo, an his locutionibus dicatur Deus factus esse aliquid vel esse aliquid vel non. Ex praemissis autem emergit quaestio plurimum continens utilitatis, sed nimium difficultatis atque perplexitatis. Cum enim constet ex praedictis et aliis pluribus testimoniis, omnesque catholici unanimiter is fateantur Deum esse factum hominem, et Christum verum Deum esse et verum hominem, quaeritur an his locutionibus: 'Deus factus est homo', 'Filius Dei factus est filius hominis', 'Deus est homo' et 'homo est Deus', dicatur Deus factus esse aliquid vel esse aliquid, vel aliquid dicatur esse Deus; et an ita conveniat dici: 'Homo factus est Deus' et 'filius hominis.

2 memorat] commemorat LNRVX. 4 hic] sic LMOVWX. 5-6 instantiae... determinato] instantiam... determino V, *corr. in* instantiam... determina X. 6 determinato] determinatio A, determinandum N, *corr. ex* determinatio R. 10-12 Rubrica *abbrev.* ARX. 14 et] ex *add.* MNTVWX. 15 esse factum *trp.* ALR.

Dist. VI. Quoad Dist. VI-VII, inter coaevos Magistri vide anon. (c. 1170) *Apologia de Verbo incarnato* (de qua cf. Proleg. in tom. I, 113*-114*); mag. Ioan. Cornub., *Eulogiam ad Alex. Papam III* nn. I-IV (PL 199, 1045 B - 1056 A; ed. N. M. Haring, *Mediaeval Studies* 13, 1951, 259-268; cf. etiam nostra Proleg. in tom. I, p. 113*); ac Gualt. S. Victoris, *Contra quatuor labyrinthos Franciae,* Lib. I, c. 1-2; II, c. 3; III, c. 1 (ed. P. Glorieux, *Archives d'histoire doctr. et litt. du moyen âge* 19, 1952, 202-205; 225; 246-250). Inter commentatores modernos praeeminent N. M. Hâring, *The Case of Gilbert de la Porrée, Bishop of Poitiers (1142-1154),* in *Mediaeval Studies* 13 (1951), 26-39; A. M. Landgraf, *Untersuchung zum Chrislologischen Streit des 12. Jahrhunderts,* in *Dogmengeschichte* II-1, 116-137, praesertim pp. 116-120; W. Breuning, *Die hypostatische Union in der Théologie Wilhelms von Auxerre, Hugos von St. Cher und Rolands von Cremona,* Trier 1962, pp. 22s, 35-40; W. H. Principe, *William of Auxerre's Theology of the Hypostatic Union,* Toronto 1963, pp. 9s, 197 (nota 31). Videas etiam summarium H. Santiago Otero, *El « nihilianismo » cristologico y las tres opiniones,* in *Burgense* 10 (1969). 431-443.

factus est Filius Dei', sicut e converso dicitur; et si his locutionibus non dicitur Deus factus esse aliquid vel esse aliquid, quae sit intelligentia harum locutionum et similium.

2. Quod in huius quaestionis expositione differunt sapientes. In huius profunditatis reseratione et scrupulosae quaestionis expositione plurimum differre inveniuntur sapientes.

Cap. 2 (18).

1. **Quorundam sententiam refert.** Alii[1] enim dicunt in ipsa Verbi incarnatione hominem quendam ex anima rationali et humana carne constitutum: ex quibus duobus omnis verus homo constituitur. Et ille homo coepit esse Deus, non quidem natura Dei, sed persona Verbi; et Deus coepit esse homo ille. Concedunt etiam hominem illum assumptum a Verbo et unitum Verbo, et tamen esse Verbum. Et ea ratione tradunt dictum esse 'Deum factum hominem' vel 'esse hominem', quia Deus factus est (id est coepit esse) quaedam substantia ex anima rationali et humana carne subsistens; et illa substantia facta est (id est coepit esse) Deus. Non tamen demigratione naturae in naturam, sed utriusque naturae servata proprietate, factum est ut Deus esset illa substantia, et illa substantia esset Deus. Unde vere dicitur Deus factus homo et homo factus Deus, et Deus esse homo et homo Deus, et Filius Dei filius hominis et e converso. Cumque dicant illum hominem ex anima rationali et humana carne subsistere, non tamen fatentur ex duabus naturis esse compositum, divina scilicet et humana; nec illius partes esse duas naturas, sed animam tantum et carnem.

2. **Auctoritates ponit quibus suam muniunt sententiam.** Et ne de suo sensu tantum loqui putentur, hanc sententiam pluribus muniunt testimoniis. Ait enim **Augustinus** in libro *De Trinitate*[2]: «Cum legitur[3] *Verbum caro factum est,* in *Verbo* intelligo verum Dei Filium, in

8 Rubrica *om,* RVX. 12 assumptum] esse *add.* V *Cornub.* 14 factum] esse *add.* V *Cornub.* 17 demigratione] de migratione ABOW. 19 factus'] est *add.* LNORVX *Cornub., quod del.* N. ‖ factus2] est *add.* BLNRVX *Cornub., sed exp.* N.

1 Cf. Hugo de S. Victore, *De sacram, christ, fidei,* II, p. 1, cc. 9 et 11 (PL 176, 394 A-C, 401 C-D); et *De Verbo incarnato,* coll. II (PL 177, 318 D-319 A). 3 Lib. XIII, c. 19, n. 24 (PL 42, 1033; CCL 50A, 415s). 4 ioan. 1, 14.

Cap. 2, num. 2: Auctoritas Aug, sumitur ex *Glossa* in Coi. 2, 3 (PL 192, 269 B).

carne agnosco verum hominis filium, et utrumque simul unam personam,. Deum et hominem, ineffabilis gratiae largitate coniunctum ».

3. Idem in *Enchiridion*[1]: «Christus Iesus Deus de Deo est, homo autem natus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine. Utraque substantia, divina scilicet et humana, Filius est unicus Dei Patris omnipotentis, de quo procedit Spiritus Sanctus». «Utrumque[2] unus, sed aliud propter Verbum, et aliud propter hominem; non duo filii, Deus et homo, sed unus Dei Filius: Deus sine initio, homo a certo initio ».

4. Item in eodem[3]: «Quid natura humana in Christo homine meruit, ut in unitatem personae unici Filii Dei singulariter assumpta esset ? Quae bona voluntas, quae bona opera praecesserunt, quibus mereretur iste homo una fieri persona cum Deo ? Numquid antea fuit homo, et hoc ei singulare beneficium praestitum est ut singulariter promereretur Deum ? Nempe ex quo homo esse coepit, non aliud coepit esse homo quam Dei Filius, et hoc unicus; et propterea Dei Verbum, quod illo suscepta caro facta est utique Deus: ut quemadmodum est una persona quilibet homo, anima scilicet rationalis et caro, ita sit Christus una persona, Verbum et homo ».

5. Idem, *Super loannem* 4: «Agnoscamus geminam substantiam Christi: divinam scilicet qua aequalis est Patri, et humanam qua maior est Pater; utrumque autem simul non duo, sed unus est Christus, ne sit quaternitas, non trinitas Deus. Ac per hoc Christus est Deus, anima rationalis et caro ».

6. Idem quoque in libro *De praedestinatione sanctorum*[4]: « Ille homo, ut a Verbo Patri coaeterno in unitatem personae assumptus, Filius Dei unigenitus esset, unde hoc meruit ? Quod bonum eius praecessit ut ad hanc ineffabilem excellentiam perveniret? Faciente ac suscipiente Deo Verbo, ipse homo ex quo esse coepit, Filius Dei unicus esse coepit ». —

9 Christo homine *trp.* BCL. 10 unitatem] unitate BCX. 15 quod] quia ab BCX *Cornub.,* quia et ab L, ab *add.* N *Gualt.,* id est quia ab *add.* V., *add. interi.* 02, *corr.* inferi, in quidem ab R. 20-21 maior est Pater] minor est patre BCLNR. 26 meruit] mereretur OX. ‖ bonum eius *trp.* BCLMNRT. 28 esse coepit] *trp.* BCV.

1 Cap. 38 (PL 40, 251; CCL 46, 71). 2 Ibid., c. 35 (250; 69). 3 Cap. 36 (250; 69). 4 Tract. 78, η. 3 (PL 35, 1836; CCL 36, 524). 5 Cap. 15, n. 30 (PL 44, 981s).

Num. 2-6 excerpuntur a Gualtero de S. Victore, *Contra IV Labyr.,* I, c. 2; *ed. cit.,* pp. 203, 25-204, 31. — Num. 5: Ex *Glossa* in Rom. 1, 3 (vide textum primitivum supra, in Proleg., n. 12). — Num. 6: Utraque auctoritas invenitur in *Glossa* in Rom. 1, 4 *(ibid.,* η. 24).

Item i; « Home} quicumque ita gratia fit Christianus, sicut gratia homo ille ab initio factus est Christus ».

7. Idem in libro XIII *De Trinitate T* «Gratia Dei nobis in homine Christo commendatur, quia nec ipse ut tanta unitate Deo vero coniunctus, una cum illo persona Filius Dei fieret, ullis est praecedentibus meritis assecutus; sed ex quo homo esse coepit, ex illo est et Deus. Unde dictum est[3]: *Verbum caro factum est* ».

8. **Hilarius** * **Hilarius** quoque in X libro *De Trinitate*[4] ait: -« Christum non ambigimus esse Deum Verbum; neque rursum filium hominis ex anima et corpore constitisse ignoramus ».

9. His aliisque auctoritatibus utuntur, qui hominem quendam, ex anima rationali et carne compositum, Deum factum dicunt. Sed gratia, non natura. Sola enim gratia habuit ille homo, non meritis vel natura, ut esset Deus sive Dei Filius; ut haberet omnem scientiam et potentiam quam habet Verbum, cum quo est una persona. Nec tantum in superioribus legitur quod homo ille sit una persona cum Verbo et sit ipsum Verbum, sed etiam quod anima rationalis et caro eadem persona sit et Christus sit et Deus.

Cap. 3 (19).

1. **Aliorum sententia.** Sunt autem et alii 5, qui istis in parte consentiunt, sed dicunt hominem illum non ex anima rationali et carne tantum, sed ex humana et divina natura, id est ex tribus substantiis: divinitate, carne et anima, constare; hunc Christum fatentur, et unam personam tantum esse, ante incarnationem vero solummodo simplicem, sed in incarnatione factam compositam ex divinitate et humanitate. Nec est ideo

6 coepit] etiam *add.* L, et *add.* MR. 23 constare] et *add.* ANTX *Gualt,* 24 vero *om.* MRTW *Gualt.* ‖ in] per R (sed del.) *Cornub.,* post V, add. *interi.* NT, *om.* OR *(post corr.) W Gualt.* *24-25* incarnatione] incarnationem R *Cornub., sed corr.* R2.

1 August., ibid., η. 31 (PL 44, 982). 2 Cap. 17, η. 22 (PL 42, 1031; CCL 50A, 412). 3 Ioan. 1, 14. 4 Num. 57 (PL 10, 389 A). 5 inter quos primus erat Magister Gilbertus Porretanus, ut indicatur a cl. N. M. Haring, *The Case of Gilbert de la Porrée,* in *Mediaeval Studies* 13 (1951) 32. Cui lubet verba addere loannis Cornubiensis: «Magister Gilebertus Porretanus, ut multi perhibent, ea docuit quae in secunda sententia praemissa sunt, scilicet quod Christus et sit et factus sit persona composita ex duabus naturis sive tribus substantiis. Et tamen non est factus aliqua persona, non factus aliqua substantia, non aliquid secundum quod homo » *(Eulogium ad Alex. III,* c. 3; PL 199, 1050 D - 1051 A; ed. N. M. Haring, *The Elogium ad Alexandrum Papam tertium of John of Corwall,* in *Mediaeval Studies* 13 1951 263).

.alia persona quam prius, sed cum prius esset Dei tantum persona, in incarnatione facta est etiam hominis persona: non ut duae essent personae, sed ut una et eadem esset persona Dei et hominis. Persona ergo quae prius erat simplex et in una tantum natura exsistens, in duabus et ex duabus subsistit naturis. Et persona quae tantum Deus erat, facta est etiam verus homo, subsistens non tantum ex anima et carne, sed etiam ex divinitate. Nec tamen persona illa debet dici facta persona, quamvis dicatur facta persona hominis. Facta est igitur illa persona, ut quibusdam placet, quiddam subsistens ex anima et carne, sed non est facta persona vel substantia vel natura. Et in quantum est ille subsistens, composita est; in quantum autem Verbum est, simplex est.

2. Auctoritates etiam ponit quae hanc probant sententiam. De hoc **Augustinus** in libro *Sententiarum Prosperi* 1 ait: « Modis omnibus approbare contendimus sacrificium Ecclesiae duobus constare, duobus confici: visibili elementorum specie, et invisibili Domini nostri Iesu Christi carne et sanguine, sacramento et re sacramenti, id est corpore Christi: sicut Christi persona constat et conficitur ex Deo et homine, cum ipse Christus verus sit Deus et verus homo; quia omnis res illarum rerum naturam et veritatem in se continet, ex quibus conficitur ».

3. De hoc eodem **Joannes Damascenus**2: « In Domino nostro Iesu Christo duas quidem naturas cognoscimus, unam autem hypostasim ex utrisque compositam ». — « Incarnatus 3 est igitur Christus, ex Virgine assumens primitiam nostrae massae4, ut ipsa exstiterit carne hypostasis, quae Dei Verbi hypostasis, et composita facta fuerit, quae prius simplex erat Verbi hypostasis: composita vero ex duabus perfectis naturis, deitate et humanitate, et ferat ipsa divinae Dei Verbi filiationis

1 Dei tantum *trp.* BC *Gualt.* ‖ in *om.* AR, *add. interi.* 9 quiddam] quoddam RT, quidam N, aliquis *Cornub., om.* L. 10 ille] illa CX, illud LR. 23 exstiterit] in *add.* VW, in *add. interi.* LO-T.

1 Verba sunt Lanfranci, sententiam (partim et verba) Berengarii referentis, *De sacramento corp, et sanguinis Christi,* c. 10 (PL 150, 421 B-C); repetuntur, etiam sub nomine Augustini, infra in Libro IV, d. 10, c. 1, n. 6. Hic fons Magistri *Summa* exstat *sententiarum,* VI, 7 (PL 176, 144 A). Ulterius haec auctoritas communiter allegatur ut 'Augustini in libro Sent. Prosperi', v. gr. apud Algerum Leod., *De sacramentis corp, et sang. Domini,* I, c. 5 (PL 180, 752 C); Ivonem Carnot., *Panormia,* I, c. 137 (PL 161, 1075 D - 1076 A); Abaelardum, *Sic et non,* cc. 66 et 117 (PL 178, 1434 B-C, 1524 A-B); Gratianum, *Dea·.,* de consecr., d. 2, c. 48 (ed. Ae. Friedberg, 1331); etc. 2 *De fide orthodoxa,* III, c. 4 (PG 94, 998 B); versiones Burgund. et Cerbani, c. 48, n. 2 (ed. E. Buytaert, 181, 396). 3 Damascenus, ibid., c. 7 (PG 94, 1010 A-B); versiones Burgund. et Cerbani, c. 51, n. 2 (192, 402). 4 Cf. Rom. dL, 16.

characteristiciyn et determinativum idioma secundum quod divisa est a Patre et Spiritu Sancto, et carnis characteristica et determinativa idiomata secundum quae differat a Matre et reliquis hominibus ».

4. Item [1] : « Unam hypostasim Filii Dei confitemur in duabus naturis perfecte se habentibus deitatis et humanitatis, et incarnatam eandem hypostasim; et has duas naturas custodiri et manere in ipso post unionem: non seorsum et secundum partem ponentes singulam, sed unitas invicem in unam compositam hypostasim. Substantialem enim inquimus unionem, scilicet veram, et non secundum phantasiam; substantialem autem, non duabus naturis perficientibus alterum, scilicet unam compositam naturam, sed unitas invicem in unam hypostasim compositam Filii Dei; et manere eandem substantialem differentiam determinamus. Quod creabile, mansit creabile, et quod increabile increabile, et mortale mortale, et immortale immortale, et circumscriptibile circumscriptibile, et incircumscriptibile incircumscriptibile. Et hoc quidem refulget miraculis ».

5. De hoc etiam **Augustinus** in libro *De Trinitate*[2] ait: «Quemadmodum secundum deitatem una est Patris Filiique natura, ita etiam iuxta humanitatem eadem est Matris et Filii natura. Ex utraque autem substantia, et divinitatis et humanitatis, unus atque idem est Deus, Dei et hominis Filius, Iesus Christus: ut Deus verus, ita etiam homo verus ». — Idem in libro XIII *De Trinitate* [3]; «Sic Deo coniungi potuit humana natura, ut ex duabus substantiis fieret una persona; ac per hoc iam ex tribus: Deo, anima et carne ».

6. His aliisque pluribus auctoritatibus se muniunt, qui dicunt personam Christi compositam esse, vel factam sive constantem ex duabus naturis sive ex tribus substantiis.

1 divisa] diversa BCL. 6 ipso] ipsa N, Christo BCX, *sed corr.* X. 7 partem] partes LOV. ‖ singulam] singulas LO, *corr. in* singulas AV. 10 alterum] alteram R, *corr. in* alteram OV. 19 et] *om.* BCX. 22 iam] *om.* RX., *add. interi.* N, est *add.* BLOVWX. 24 auctoritatibus *trp. p.* muniunt BCLMR *Gualt.*

1 Damascenus, ibid., c. 3 (PG 94, 994 C); versiones Burgund. et Cerbani, c. 47, n. 6 (177s, 394s). 2 Immo in *Sermone 238,* n. 3 (inter opp. August., PL 39, 2185s; vide supra, Dist. 4, c. 3, n. 2. 3 Cap. 17, n. 22 (PL 42, 1031; CCL 50A, 412).

Num. 5: « Ista auctoritas [prima scil. Aug.] sicut est hic non est in toto illo libro, sed est in *Glossa* Rom. 1 super illud: *Qui jactus est ei ex,* post medium glose» (nota marg, in cod V, f. 225a; nota similis sed interlin. in cod. W, f. 93a); sumitur de *Glossa* primitiva, uti supra in Prolegomenis, ɳ. 8, post *Responsio.*

Cap. 4 (20).

1. **Tertia aliorum sententia.** Sunt etiam et alii 1, qui in incarnatione Verbi non solum personam ex naturis compositam negant, verum etiam hominem aliquem, sive etiam aliquam substantiam, ibi ex anima et carne compositam vel factam diffitentur; sed sic illa duo, scilicet animam et carnem, Verbi personae vel naturae unita esse aiunt, ut non ex illis duobus vel ex his tribus aliqua substantia vel persona fieret sive componeretur, sed illis duobus velut indumento Verbum Dei vestiretur ut mortalium oculis congruenter appareret 2.

2. Qui ideo dicitur factus verus homo, quia veritatem carnis et animae accepit. Quae duo etiam in singularitatem vel unitatem suae personae accepisse legitur 3, non quia illa duo, vel aliqua res ex illis composita, sit una persona cum Verbo vel sit Verbum, sed quia illis duobus accedentibus Verbo, non est personarum numerus auctus, ut fieret quaternitas in Trinitate; et quia ipsa persona Verbi, quae erat prius sine indumento, assumptione indumenti non est divisa vel mutata, sed una eademque immutata permansit.

3. Qui secundum habitum Deum hominem factum dicunt. Accipiendo enim hominem dictus est Deus factus homo; et propter acceptum hominem dicitur Deus vere esse homo; et propter assumentem Deum dicitur homo esse Deus. Nam, si essentialiter, inquiunt illi, Deus esse homo, vel homo esse Deus intelligeretur, tunc si Deus hominem assumpsisset in sexu muliebri, et mulier essentialiter Deus esset, et e converso. At potuit Deus assumpsisse hominem in sexu muliebri; potuit igitur mulier esse Deus, et e converso.

2 et *om.* ANX. 15 erat prius *trp.* BCLMRT *Gualt.*

1 Iuxta iudicium loannis Cornubiensis, haec tertia sententia propria fuit Magistri, quam acceperat ab Abaelardo (cf. Proleg. ad tom. I, p. 119*s). Statim autem lectorem certiorem facit quod haec fuit eius opinio, non vero eius assertio: « Praeterea paulo ante quam electus esset in episcopum parisiensem, michi ct omnibus auditoribus suis qui tunc aderant protestatus est, quod hoc non esset assertio sua sed opinio sola, quam a magistris acceperat. Hec enim verba subiecit: Nec unquam Deo volente erit assertio mea nisi que fuerit fides catholica » *(Eulogium ad Alex. Papam tertium,* c. 3; ed. N. M. Haring, in *Med. Studies* 13 1951 265). Vide epilogum ipsius Magistri infra, Dist. 7, c. 3, n. 3, ad totum tractatum. 2 **ut** dicit Augustinus infra, in cap. 6, n. 4. 3 In Symbolo scii. Concilii Tolet. VI, uti supra, Dist. 5, c. 1, n. 4.

Cap. 5 (21).

Auctoritates Inducit quibus haec sententia roboratur. Ne autem et isti de suo influere videantur, testimoniis in medium productis quod dicunt confirmant. Ait enim Augustinus in libro *De gratia novi Testamenti* 1; « Sicut non augetur numerus personarum cum caro accedit animae ut sit unus homo, sic non augetur numerus personarum cum homo accedit Verbo ut sit unus Christus. Legitur itaque 'Deus homo' ut intelligamus huius personae singularitatem, non ut suspicemur in carnem mutatam divinitatem ».

Cap. 6 (22).

1. **Quatuor species habitus distinguuntur.** Idem quoque, tractans illud verbum Apostoli 2 ; *Habitu inventus est ut homo,* manifeste ostendit Deum dici factum esse hominem vel esse hominem secundum habitum, in libro *84 Quaestionum* 3 ita inquiens: « Multis modis habitum dicimus: vel habitum animi, sicut disciplinae perceptionem usu firmatam; vel habitum corporis, sicut dicimus alium alio validiorem; vel habitum eorum quae membris accommodantur extrinsecus, ut cum dicimus aliquem vestitum, calceatum et huiusmodi. In quibus omnibus generibus manifestum est in ea re dici habitum quae accedit alicui, ita ut eam possit etiam non habere. Hoc autem nomen ductum est ab illo verbo quod est 'habere'. Habitus ergo in ea re dicitur, quae nobis ut habeatur accedit ».

2. **Prima species habitus :** « Verumtamen hoc interest, quia quaedam eorum quae accedunt ut habitum faciant, non mutantur, sed ipsa mutant,

14 84] 80 C, 83 X, *corr. in* 83 V. 19 accedit] accidit BC, accidit vel accedit OVW, vel accidit *add.* AX. 20 ductum] dictum ABCNOV, *quod corr. A.* 21 habeatur] vel accidit vel *add.* AOX, accidit vel *add.* VW. 22 Rubrica *om.* MRVW. 23 accedunt] accidunt BCR, vel accidunt *add.* WwX. vel ci. *add 0.*

1 *Epist. 140 (ad Honoratum),* c. 4, n. 12 (PL 33, 543; CSEL 44,164). 2 Phil. 2, 7.. 3 Id est, *De div. quaest. 83,* q. 73 (PL 40, 84s; CCL 40A, 209), ubi et omnia sequentia.

Cap. 5: Auctoritas Aug. iam invenitur in *Glossa* in Phil. 2, 7 (PL 192,234 C), ex *Expositione* Flori, col. 622s, ubi tamen legitur cum originali Augustini: «Legitur itaque *verbum caro factum* » ubi Magister ponit: « Legitur itaque 'Deus homo' ».

Cap. 6, nn. 1-3: Prima pars auctoritatis Augustini (sub n. 1) trahitur ex ipsis *83 Quaestionibus ;* ultima vero phrasis (« Habitus... accedit ») necnon et nn. 2-3 iam inveniuntur in *Glossa* in Phil. 2, 7, ex eodem Floro (coi. 623), quibusdam tamen omissis vel abbreviatis..

in se integra et inconcussa manentia: sicut sapientia, accedens homini, non ipsa mutatur, sed hominem mutat, quem de stulto sapientem facit ». — **Secunda :** « Quaedam vero sic accedunt ut mutent et mutentur: ut cibus, qui amittens speciem suam in corpus vertitur, et nos cibo refecti, ab exilitate atque languore in robur atque valentiam mutamur». — **Tertia :** « Tertium genus est, cum ea quae accedunt, nec mutant ea quibus accedunt, nec ab eis ipsa mutantur: sicut anulus positus in digito; quod genus rarissime reperitur ». — **Quarta :** « Quartum genus est, cum ea quae accidunt, mutantur non a natura sua, sed aliam speciem et formam accipiunt: ut est vestis, quae deiecta atque deposita, non habet eam formam quam sumit induta: induta enim membris, accipit formam quam non habebat exuta ».

3. **Quarta species congruit huic comparationi :** Quod genus congruit huic comparationi. Deus enim Filius *«semetipsum] exinanivit,* non formam suam mutans, sed *formam servi accipiens;* neque conversus aut transmutatus in hominem, amissa incommutabili stabilitate, sed *in similitudine hominum* factus est ipse susceptor, verum hominem suscipiendo, *et habitu inventus est ut homo,* id est habendo hominem, inventus est ut homo: non sibi, sed eis quibus in homine apparuit ». Quod autem dicit, *ut homo,* veritatem exprimit. « Nomine ergo *habitus* satis significavit Apostolus qualiter dixerit *in similitudine hominum factus,* quia non transfiguratione in hominem, sed *habitu* factus est cum indutus est hominem, quem sibi uniens quodam modo atque conformans, immortalitati aeternitatique sociaret. Non ergo oportet intelligi mutatum esse Verbum susceptione hominis, sicut nec membra veste induta mutantur, quamvis illa susceptio ineffabiliter susceptum suscipienti copularet ». — His verbis aperte innuere videtur **Augustinus** Deum dici factum hominem secundum habitum.

4. **Augustinus: De modo incarnationis :** Qui etiam ipsius incarnationis modum volens exprimere quaerentibus in IV libro *De Trinitate* 2

3 Secunda *om.* RVW. ‖ accedunt] accidunt R, accidit L, vel accidunt *add.* AVWX, vel acci. *add.* O. 6 Tertia *om.* RVW. ‖ quae] accidunt vel *add.* AOVWX. ‖ accedunt] accidunt LR. 7 accedunt] accidunt AORVWX. 8 Quarta *om.* RVW. 13 Rubrica *om.* RVW. 14 Deus] dei TVX. 16-17 similitudine] similitudinem BLNRVX. 22 hominem] homine LMOR. 29 Rubricae *om.* RVW *Cornub.*

i Ibid., n. 2 (PL40,85 CCL 44A, 211s); resp. Phil. 2, 7. 2 Cap. 21, η. 31 (PL 42, 910; CCL 50, 203s).

Num. 4: Verba Augustini iam in *Glossa* originali in Rom. 1, 3 (n. 3, in editione nostra, supra).

ait: « Si quaefitur, ipsa incarnatio quomodo facta sit: ipsum *Verbum* Dei dico *carnem factum* [1], id est hominem factum; non tamen in hoc quod factum est conversum atque mutatum », « sed [2] carne, ut carnalibus congruenter appareret, indutum ». « **Ita**[3] sane *factum,* ut ibi sit non tantum Verbum Dei et hominis caro, sed etiam rationalis hominis anima; atque hoc totum et Deus dicatur propter Deum, et homo propter hominem. Quod si difficile intelligitur, mens fide purgetur a peccatis abstinendo et bona operando; difficilia enim sunt haec ».

5. Idem in libro *De fide ad Petrum* [4]: «Dei Filius, cum sit Deus aeternus et verus, pro nobis factus est homo verus et plenus: in eo verus, quia veram habet Deus ille humanam naturam; in eo vero plenus, quia et carnem humanam suscepit et animam rationalem ». — Item [5]; « Non aliud fuit illa Dei summi exinanitio, nisi formae servilis, id est naturae humanae susceptio. Utraque igitur est in Christo forma, quia utraque vera et plena est in Christo substantia », divina scilicet et humana.

6. Idem in libro *Contra Maximinum* [6]: «Cum esset per se ipsum invisibilis, visibilis in homine apparuit, quem de femina suscipere dignatus esi ». — Item in eodem [7]: « Nos Christum Dominum verum hominem suscepisse credimus, et in ipso visibiliter invisibilem hominibus apparuisse, in ipso inter homines conversatum fuisse [8], in ipso ab hominibus humana pertulisse, in ipso homines docuisse ».

7. **Hilarius** quoque in X libro *De Trinitate* [9] ait: «Quomodo Dei Filius natus ex Maria est, nisi quod *Verbum caro factum est*[10], scilicet quod Filius Dei, *cum in forma Dei esset, formam servi* accepit[11] ? Unum tamen eundemque, non Dei defectione, sed hominis assumptione, profitemur et in *forma Dei* per naturam divinam, et in *forma servi ex* conceptione Spiritus Sancti secundum hominis habitum repertum fuisse ».

9 Dei] deus ABCMWX. 11 Deus *om.* NOX. 13-14 naturae humanae *trp.* BCLR. 17 suscipere dignatus] suscepit de qua natus *Cornub.* 23 Maria] matre BCW.

1 Resp. Ioan. 1, 14. 2 Aug., *Epist. ad Rom. inchoata expositio,* n. 4 (PL 35, 2090). 3 *De Trim,* loc. cit. 4 Cap. 2, n. 10 (opus Fulgentii, PL 65, 676 C - 677 A; CCL 91A, 718). 5 [bid., c. 3, nn. 20-21 (PL 65, 681 C-D; CCL 91A,725). 6 Rectius Evodius, *De fide contra Manich.,* c. 22 (PL 42, 1145; CSEL 25, 960). 7 Cap. 26 (PL 42, 1147; CSEL 25, 962). 8 Resp. Baruch 3, 38: *In terris visus est, et cum hominibus conversatus est.* 9 Num. 22 (PL 10, 360 A-B). 10 loan. 1, 14. 11 Phil. 2, 6-7.

Num. 5: Secunda auctoritas *De fide* habetur in *Glossa* in Rom. 1, 3, sub n. 19.

« Non [1] fuit habitus ille tamen hominis, sed ut hominis [2]; neque caro illa caro peccati, sed *in similitudine carnis peccati* [3]». — Audistis tres secundum diversos positas sententias, et pro singulis inducta testimonia.

DISTINCTIO VII

Cap. 1 (23).

1. **Positis sententiis prolatisque testimoniis, inteliigentias propositarum locutionum exsequitur secundum singulas sententias, et prius secundum primam.** Secundum primam vero dicitur Deus factus homo et homo factus Deus, quia Deus coepit esse quaedam substantia rationalis quae ante non fuerat, et illa substantia coepit esse Deus. Et hoc gratia, non natura vel meritis habuit. Unde recte dicitur Christus in quantum homo *praedestinatus* esse *Filius Dei* [4].

2. **Quae opponantur huic sententiae.** Huic autem sententiae opponitur: Si illa substantia coepit esse Deus et Deus illa, quaedam igitur substantia est Deus, quae non semper fuit Deus; et quaedam substantia est Deus, quae non est divina substantia; et Deus est aliquid quod non semper fuit. — **Origenes, Super Epistolam ad Romanos** Quod et illi concedunt, **Origenis**[5] testimonio innitentes, qui ait: *«Factus est* sine dubio id quod prius non erat», sed addidit: *«secundum carnem;* secundum Deum vero erat prius, et non erat quando non erat ».

3. Aliis quoque pluribus modis illi sententiae potest opponi: quibus supersedemus, exercitationis studium lectori relinquentes et ad aliam properantes.

1 tamen] tantum WX, vel tantum *add.* N *(marg.)* V2 (interi.). 7 prius] primus BX, primitus C, primo W. 13 Rubrica *om.* RVW. 22 aliam] alia LTW, sententiam *add.* V.

1 Hilarius, ibid., n. 25 (PL 10, 365 B). 2 Resp. Phil. 2, 7. 3 Rom. 8, 3. 4 Resp. Rom. 1, 4. 5 *In Rom.,* I, n. 5 (PG 14, 848 C); resp. Rom. 1, 3: *Qui factus est ei ex semine David secundum carnem.*

Num. 2: Quoad arg. contra hanc sententiam videsis notam historicam N. M. Häring, in *The Case of Gilbert de la Porrée Bishop of Poitiers (1142-1154),* in *Mediaeval Studies* 13 (1951), 30, n. 46. — Auctoritas Origenis iam invenitur in *Glossa* in Rom. 1, 3, (sub n. 1 in ed. nostra).

4. **Hic explanat secundam sententiam et earundem locutionum sensus.** In secunda vero sententia, huius dictionis talis videtur ratio: ut cum dicitur 'Deus factus est homo', intelligatur coepisse esse subsistens ex duabus naturis vel tribus substantiis; et e converso 'homo factus est Deus', quia subsistens in duabus naturis coepit esse Deus. — Vel potius 'homo factus Deus et e converso' dicitur, quia Deus assumpsit hominem et homo assumptus est a Deo. Unde **Augustinus** dicit in libro *De Trinitate*[1]: «Talis fuit illa susceptio, quae hominem faceret Deum, et Deum hominem ». — Variatur autem intelligentia cum dicitur 'Deus est homo' et 'homo est Deus'. Dicitur enim Deus esse persona subsistens in duabus et ex duabus naturis; et persona subsistens ex duabus naturis dicitur esse Deus, id est Verbum, vel natura divina. Potest enim praedicari persona simplex vel natura de persona composita; non est autem, ut ait **Ioannes Damascenus**[2], idem dicere naturam vel personam.

5. **Ex quo sensu dicunt Christum praedestinatum.** Isti dicunt Christum esse praedestinatum in quantum est homo, id est in quantum est subsistens ex duabus substantiis, scilicet anima et carne; nam quantum ad naturam divinitatis, non est ipse praedestinatus. Non ergo in quantum in ea vel ea subsistit, praedestinatus est; sed in quantum subsistit in aliis duabus substantiis, id est in anima et carne, hoc est in quantum est homo.

6. **Qualiter exponuntur auctoritates primae quae isti videntur obviare sententiae.** Determinant etiam auctoritates quae primae conveniunt sententiae, et huic videntur contradicere. Ut cum legitur[3] 'homo ille assumptus a Verbo in singularitate personae' vel 'factus una persona cum Verbo', de natura humana intelligitur, quae Verbo unita est in singularitate personae, id est ita quod eadem persona quae prius erat et simplex

3 est *om.* BCMRT, *del.* N, *add. marg.* L. 4 est *om.* ABCMNRTX. 11 subsistens] in duabus et *add.* W, *add. marg.* LR2. 13 non] Quod non est idem dicere naturam vel personam *rubrica marg, in codd. (om.* RV). 22 exponuntur] exponunt LRW, opponunt BCX. 25 singularitate] singularitatem BCN. 26 intelligitur] intelligatur BCNW.

1 Lib. I, c. 13, n. 28 (PL 42, 840; CCL 50, 69). 2 *De fide orthodoxa,* III, c. 4 (PG 94, 998 A-C); vers. Burgundionis et Cerbani, c. 48, nn. 1-2 (ed. E. Buytaert, 180s, 396). 3 In Dist. VII, c. 2, nn. 6-7.

Num. 4: Prima pars citatur a loanne Cornubiensi *(ed. cit.* 200), usque ad finem auctoritatis Augustini. Quae verba Augustini habentur in *Olossa* in I Cor. 2, 8 (PL 191, 1549 B) et in II Cor. 13, 4 (PL 192, 91 A), sed proferuntur sine commento. Quoad sequentia cf. *Summa sent.,* 1, 15 (PL 171, 1098 A-B; 176, 71 C-D), quae tamen non videtur esse fons. Cf. etiam *Glossa* in Rom. 1, 3 (n. 9 in editione nostra).

erat, sine incremento numeri et immutata permansit, licet composita. Compositionis vero huius aliam dicunt esse rationem quam sit in aliis, hominibus, quia huius ex tribus, aliorum ex duabus substantiis est compositio.

7. Negant quoque naturam humanam esse personam vel Dei Filium; et sicut unum eundemque dicunt esse hominem et Deum, et filium hominis et Filium Dei, ita unum et idem, non aliud et aliud, sicut nec alium et alium.

8. **Quaedam ponit quae praemissis videntur adversari.** Sed his videntur adversari quae subditis continentur capitulis. Ait enim **Augustinus,** *Super loannem* 1; « Aliud est Verbum Dei, aliud homo. Sed *Verbum caro factum est* 2, id est homo; non itaque alia Verbi, alia est hominis persona, quoniam utrumque Christus et una persona». — Idem, *Ad Felicianum* 3: « Aliud Dei Filius, aliud hominis filius, sed non alius ». Item 4: « Dei Filius aliud de Patre, aliud de Matre ». — Idem in libro I *De Trinitate*5: «Cum Filius sit et Deus et homo, alia substantia Deus,, alia homo ».

9. **Qualiter his respondeant.** Haec autem in hunc modum determinant: quia cum dicitur 'aliud Verbum Dei, aliud homo', sive 'alia substantia Deus, alia homo', alterius naturae significatur Christus esse in quantum est homo, et alterius in quantum est Deus; et aliud natura qua est homo, aliud natura qua est Deus. — **loannes Damascenus** ?: Ut enim ait **loannes Damascenus** 6, « inconverse et inalterabiliter unitae

9 praemissis] predictis ABC. 12 est3 *trp. post* aiiai OR. 15 aliud... aliud} alius... alius BCLMR. 23 Damascenus *om.* LMR, *add. interi.* TA

i Tract. 69, η. 3 (PL 35, 1817; CCL 36, 501). 2 Ioan. 1, 14. 3 id est Vigilius Thapsensis, *Contra Felicianum Arianum de unitate Trinitatis,* c. 11 (inter opera August., PL 42, 1166). 4 Ibid., c. 12 (1167), sed tantum ad sensum. s Cap. 10, n. 20 (PL 42, 834; CCL 50, 57). « *De fide orthodoxa,* III, c. 3 (PG 94, 987 B-C et 990 B); versiones Burgundionis et (in parte) Cerbani, c. 47, nn. 1-2 (ed. E. Buytaert, 173s, 392s).

Num. 8: Quasi idem ac num. 10 *Glossae* originalis in Rom. 1, 3. Vide etiam *Summam sent.,* I, 15 (PL 171, 1097 A; 176, 70 D), unde sumuntur (etiam in *Glossae* num. 10) auctoritates Augustini *Ad Felicianum.* — Num. 9-14: Quae hic apponuntur ad secundum sententiam explicandum apte manifestant modum operandi Magistri; determinatio enim necnon et prima phrasis Damasceni (licet sub nomine Basilii) iam habentur quasi ad litteram in *Glossa* primitiva, n. 12. Quibus postea, textu Damasceni Romae invento, perficitur auctoritas. Conclusio num. 9 paraphrasis videtur eiusdem *Glossae.* Deinde, in n. 10 adiungitur auctoritas Hilarii quam invenit post illam Glossam confectam; ac in num. 11 incorporatur materia ex *Glossa* in Rom. 1, 3 (scii, ex num. 12 eiusdem) et in Rom. 1,4 *(ibid,* sub n. 24, sed in forma abbre-

sunt ad invfcem naturae, neque divina distante a propria simplicitate, neque humana aut conversa in deitatis naturam, aut in non exsistentiam divisa, neque ex duabus una facta composita natura. Composita enim natura neutri earum ex quibus componitur naturis homousia (id est consubstantialis) esse potest, ex alteris perficiens alterum; ut corpus ex quatuor elementis compositum, nec ignis nominatur, nec aër, nec terra, nec aqua, nec horum alicui homousion dicitur. Si igitur secundum haereticos Christus unius compositae naturae post unionem exstitit, ex simplici natura conversus est in compositam, et neque Patri simplicis naturae exsistenti, neque Matri est homousios; et neque Deus, neque homo denominabitur, sed Christus solum. Et erit hoc nomen, scilicet Christus, non personae ipsius nomen, sed unius, secundum ipsos, compositae naturae. Nos autem Christum non unius compositae naturae dogmatizamus. Et hoc nomen, scilicet Christus, personae dicimus, non monotropos (id est uno modo) dictum, sed duarum naturarum esse significativum, scilicet deitatis et humanitatis. Ex deitate autem et humanitate Deum perfectum et hominem perfectum eundem et esse et dici, ex duabus et in duabus naturis confitemur ». — Sic ergo dicitur aliud esse Filius Dei, aliud filius hominis, quia alterius est substantiae vel naturae in quantum Filius Dei, alterius in quantum est filius hominis: non quod ipse Filius Dei et hominis sit duo illa diversa, id est duae diversae naturae.

10. **Auctoritate confirmat determinationem.** Aperte enim **Hilarius** in IX libro *De Trinitate* 1 ait; «Cum non aliud sit filius hominis, neque aliud Filius Dei: *Verbum* enim *caro factum est* 2; et cum qui Filius Dei est, ipse et hominis sit filius, requiro quis in hoc filio hominis glorificatus sit ». Evidenter dicit non aliud esse Filium Dei, et aliud filium hominis; ex quo praemissa roboratur et approbatur determinatio.

2 exsistentiam] existentia MX, existentem R. 7 igitur] ergo LRV. 10-11 denominabitur] denominatur ABOTVX, *quod corr.* T. 21 sit] sint ALRT. 24 cum] cetera BC. 25 glorificatus] clarificatus ANOWX.

t Num. 40 (PL 10, 313 A). Legitur quidem apud Migne: *Cum non alius... neque alius;* sed vetustissimi codices, ut ibi notatur, habent: *Cum non aliud... neque aliud.* 2 Ioan. 1, 14.

viata). Determinatio in num. 12 quodammodo fit sub influxu eiusdem Glossae (sub n. 12) ac *Summae Sent.,* I, 15 (PL 171, 1098 C; 176, 72 A). Quod tunc obicitur huic sententiae (hic, in num. 13) trahitur ex *Glossa* in Rom. 1,3 (sub n. 4), quae dependere videtur sive ex Hugonis *De sacram.,* II, 1, 4 (PL 176, 377 A) sive ex *Summa sent.,* 1,18 (PL 171, 1104 C-D; 176, 77 D - 78 A): utrobique enim invenitur auctoritas Augustini. Quod postremo respondetur huic difficultati (in num. 14) in quibusdam fundatur in eandem *Glossam, n.* 4.

11. **Alia etiam verba auctoritatum adnotat ut determinet.** Quod etiam dictum est i, 'utrumque Christus est et una persona', movere potest lectorem; sicut et illud quod Augustinus dicit in libro I *De Trinitate* 2: « Quia forma Dei formam servi accepit, utrumque Deus, utrumque homo; sed utrumque Deus propter accipientem Deum, et utrumque homo propter acceptum hominem ». Et illud quod idem ait in libro *De bono perseverantiae* 3: « Qui fidelis est, in eo veram naturam humanam credit suscipiente Deo Verbo ita sublimatam, ut qui suscepit et quod suscepit una esset in Trinitate persona, assumptione illa ineffabiliter faciente personae unius in Deo et homine veritatem ». Si autem qui suscepit et quod suscepit una est persona, ergo natura humana cum Verbo una est persona.

12. **Hic auctoritate utitur ut confirmet determinationem.** Sed haec omnia ex tali sensu dicta fore tradunt: ut utrumque dicatur esse Christus et una persona, quia in utroque unus Christus, una persona subsistit. Ita etiam susceptum cum suscipiente dicitur una persona, quia susceptum suscipienti est sociatum in unitate personae, id est ita quod unitas personae permansit, non ita ut caro et anima sint Deus. Quia ut ait Hieronymus4, « Verbum est Deus, non caro assumpta ». Et Ambrosius in libro III De *Spiritu Sanctos* ait: «Alius est quod assumpsit, et aliud quod assumptum est ».

13. **Hic quandam ponit auctoritatem quae multum videtur huic sententiae opposita.** Est autem et aliud quod huic sententiae plurimum videtur obviare. Ait enim Augustinus in libro *Contra Maximinum* 6; « Christus una persona est geminae substantiae, quia et Deus et homo est. Nec tamen Deus vel homo pars huius personae dici potest: alioquin Filius Dei, Deus antequam susciperet formam servi non erat totus, et crevit cum homo divinitati eius accessit ». Ecce Deum dicit non esse partem illius personae; unde videtur illa persona non constare ex Deo et homine.

14. **Responsio illorum cum determinatione.** Ad quod etiam illi

3 libro primo trp. ALRVWX. 11 est] in trinitate *add.* LR. 12 Rubrica *om.* RVW, *abbrev. A.* ‖ Hic] Et hic LO.

1 Supra, in num. 8. 2 Cap. 7, η. 14 (PL 42, 829; CCL 50, 46). 3 Id est *De dono persev.*, c. 24, n. 67 (PL 45, 1033). 4 *Epist. 9 (ad Paulam et Eustochium),* n. 12 [vel 75]: « Deus Verbum est, et non caro, quamquam carnem... assumpserit» (opus est Paschasii Radberti; inter opp. Hieron., PL 30 [1846], 135 A; ed. A. Ripberger, *Der Pseudo-Hieronymus-Brief IX « Cogitis me ». Ein erster marianischer Traktat des Mittelalters von Paschasius Badberius,* Freiburg [Sw.] 1962, 92s). 5 Imino *De incarnationis dom. sacramento,* c. 6, n. 61 (PL 16 [1845], 833 D; CSEL 79, 256). 6 Lib. II, c. 10, n. 2 (PL 42, 765).

•dicunt ilUm personam non ita constare ex Deo et homine quasi totum ex partibus. Ita enim partes alicuius totius conveniunt, ut ex illis quod ■non erat constituatur. Non autem sic humana et divina natura in Christo uniuntur: inexplicabilis enim est istius unionis, quae non est partium, ratio. — **Alia solutio.** Quidam tamen nomine 'Dei' ibi personam significari putant, quia de tribus agebat personis, quarum nullam Trinitatis esse partem dicebat, sicut pars istius personae non est Deus. Quod si de persona intelligitur, manifestum est, quia persona non est pars personae.

15. Posita est diligenter sententia secunda et eius explanatio. Cui in nullo, vel in modico, obviant auctoritates in tertia sententia inductae, •quae iam consideranda est.

16. **In tertia sententia quae sit praemissarum propositionum intelligentia.** In hac igitur sententia sic dicitur 'Deus factus homo', quia hominem accepit; et sic dicitur 'esse homo', quia hominem habet vel quia est habens hominem; et 'homo factus Deus', quia assumptus est a Deo; et 'homo esse Deus', quia habens hominem est Deus.

17. **Cassiodorus.** Cum ergo dicitur 'Deus est homo', vel habitus praedicatur, vel persona, sed humanata. Et quod persona humanata praedicetur, **Cassiodorus**[1] ostendere videtur, dicens: « Factus est, ut ita dixerim, humanatus Deus; qui etiam in assumptione carnis Deus esse non destitit ». Quod tamen varie accipi potest: ut dicatur 'Deus factus humanatus', vel 'Christus factus Deus humanatus'; utrumque enim sane dici potest. Cum ergo dicitur 'factus est Deus homo', multiplex secundum istos fit intelligentia: ut naturam humanam accepisse, vel humanatum Verbum esse incepisse intelligatur. Nec tamen, si incepit esse humanatum Verbum, ideo sequitur quod inceperit esse Verbum. Nec si Deus factus est humanatum Verbum, sequitur quod factus sit Verbum. Sicut de aliquo dicitur: Hodie iste coepit esse bonus homo vel factus est bonus homo, nec tamen hodie coepit esse homo vel factus est homo.

5 Rubrica *om.* RVW.

1 *Expositio Psalmorum,* Ps. 56, divisio (PL 70, 400 C; CCL 97, 507).

Num. 17: Auctoritas Cassiodori invenitur, quibusdam additis, in *Glossa* primitiva in Rom. 1, 3 (n. 1), in quibusdam codicibus cum rubrica: *Augustinus in psalmum lilii,* in aliis rectius sub nomine Cassiodori.

Cap. 2 (24).

1. **Quo sensu secundum istos dicatur praedestinatus.** Secundum istos dicitur Christus secundum quod homo praedestinatus esse Filius Dei: quia est praedestinatum a Deo ab aeterno, et in tempore collatum ei per gratiam, ut ipse, ens homo, sit Filius Dei. Hoc enim non semper habuit, sed in tempore per gratiam accepit.

2. **Auctoritate confirmat expositionem — Augustinus** Quod videtur Augustinus notasse in libro *Ad Prosperum et Hilarem* dicens: « Praedestinatus est Iesus, ut qui futurus erat secundum carnem filius David, esset *in virtute* Filius Dei ».

3. Hi etiam cum dicitur Christus minor Patre secundum quod homo, secundum habitum hoc intelligunt dictum, id est in quantum habet sibi hominem unitum. Unde Augustinus in I libro *De Trinitate* « Deus Filius Deo Patri natura est aequalis, habitu minor. In *forma* enim *servi* minor est Patre, in *forma Dei* aequalis est Patri ».

4. **Quare non dicitur homo deificatus?** Et quia secundum habitum accipienda est incarnationis ratio, ideo Deum humanatum, non hominem deificatum dici tradunt. Unde Ioannes Damascenus 3; « Non hominem deificatum dicimus, sed Deum hominem factum ».

Cap. 3 (25).

1. **Quod non debet dici homo dominicus.** Et licet dicatur 'homo Deus', non tamen congrue dicitur 'homo dominicus'. — **Augustinus?**

2 dicatur] dicitur NW, Christus *add. MNW, add. interl.* V. ‖ praedestinatus] Christus *add.* BCX. 7 Rubricae *om.* RVW. 11 Hi] Hic BCM, *corr. in* Hic X. 12-13 sibi hominem *trp.* BCLMRTV. 16 Rubrica *om.* ABCRVW. 18 Damascenus] deum X, *om.* L, *add. marg.* RT2.

1 Id est *De praedest. sanctorum,* c. 15, n. 31 (PL 44, 982). Resp. Rom. 1, 4: *Qui praedestinatus est Filius Dei in virtute.* 2 Cap. 7, q. 14 (PL 42, 829; CCL 50, 46). Resp. Phil. 2, 6-7: *Qui cum in forma Dei esset... formam servi accipiens... habitu inventus est ut homo.* 3 *De fide orthodoxa,* III, c. 2 (PG 94, 987 A); versio Cerbani, c. 46, n. 2 (ed. E. Buytaert, 392). In versione Burgundionis loco *hominem factum* legitur *humanatum* (172).

Cap. 2, num. 1: Fundatur in *Glossam* in Rom. 1, 4 (n.26); verba autem Augustini inveniuntur ibidem, sub n. 25. — Num. 2: Auctoritas Aug. plenior habetur in eadem *Glossa* ad Rom. 1, 3 (n. 18).

Unde Augestinus in libro *Retractationum* i; « Non video utrum recte dicatur homo dominicus qui est *mediator Dei et hominum Christus Iesus* 2, cum sit utique Dominus; et hoc quidem ut dicerem, apud quosdam legi tractatores catholicos 3. Sed ubicumque hoc dixi 4, dixisse me nollem. Postea quippe vidi non esse dicendum, quamvis nonnulla possit ratione defendi ».

2. Secundum istos etiam dicitur persona Filii in duabus et ex duabus exsistere naturis secundum adhaerentiam et inentiam: altera enim inhaeret ei, altera inest.

3. **Quod praedicta non sufficiunt ad cognoscendam hanc quaestionem, io** Satis diligenter, iuxta diversorum sententias, supra positam absque assertione et praeiudicie tractavi quaestionem. Verumtamen nolo, in tanta re tamque ad agnoscendum difficili, putare lectorem istam sibi nostram debere sufficere disputationem; sed legat et alia melius forte considerata atque tractata, et ea quae hic movere possunt vigilantiore atque intelligentiore, si potest, mente discutiat; hoc firmiter tenens, quod **(In ecclesiasticis dogmatibus** «Deus5 hominem assumpsit, homo in Deum transivit, non naturae versibilitate, sed Dei dignatione: ut nec Deus mutaretur in humanam substantiam assumendo hominem, nec homo in divinam glorificatus in Deum, quia mutatio vel versibilitas naturae diminutionem et abolitionem substantiae facit ».

2 Christus Iesus *trp.* ACLNRVX. 4 dixi *interi.* RT, *marg.* L. 5-6 possit ratione defendi] me possem ratione tueri N. 8 naturis] personis LMR *Oualt., quod corr. marg.* L2. ‖ adhaerentiam] vel inherentiam *add.* BC, vel in- *add. interi.* Tz, *corr. marg, in* inherentiam L?. ‖ inentiam] inessentlam BL, *quod corr.* L2, inreverentiam M, inherentiam V. ‖ inhaeret] adheret X, vel ad- *add. interi.* T2. 11 supra positam] supposita A, supra positas BCM. 12 tractavi] tractavimus BCOVW *Cornub.* ‖ nolo] nolumus BC *Cornub.* 13 tanta re *trp.* BCLMNT *Gualt* [bis] *Cornub.* ‖ agnoscendum] cognoscendum RT *Cornub.,* dinoscendum BCN *Gualt* [bis].

1 Lib. I, c. 19, n. 8 (PL 32, 616s; CSEL 36, 94). 2 Resp. I Tim. 2, 5. 3 In usum enim venit *homo dominicus* apud quosdam Patres orientales (cf. B. M. Xiberta, *Enchiridion de Verbo incarnato,* Matriti 1957, in indice doctr., p. 781). Postea, inter Latinos, non semel invenitur apud Guill. de Campellis et in schola Anselmi Laudunensis (cf. O. Lottin, *Psych, et morale,* V, 129, 213, etc.). 4 Ut in *De sermone Domini in monte,* II, c. 6, n. 20 (PL 34, 1278; CCL 35, 109s); *Expos, quorundam proposit. ex Epist. ad Rom.,* n. 48 (PL 35, 2072); *Enarr. in Ps.* 1, 1 (PL 36, 67; CCL 38, 1); etc. Forsitan hanc vocem invenit reprobatam a S. Gregorio Naz., *Epist. 101* (PG 37, 177 B). 5 Gennadius, *Liber seu diffinitio eccl. dogm.,* c. 2 (PL 42, 1213s; PL 58, 981).

DISTINCTIO VIII

Cap. 1 (26).

1. **An divina natura debeat dici nata de Virgine.** Post praedicta inquiri debet utrum de natura divina concedendum sit quod de Virgine sit nata, sicut dicitur in Virgine incarnata. — Et videtur utique non debere dici nata de Virgine, cum non sit nata de Patre: quae enim res non est de Patre genita, non videtur de Matre nata, ne res aliqua filiationis nomen habeat in humanitate, quae illud non teneat in divinitate. — Videtur tamen posse probari quod sit nata de Virgine: quia si hoc est Deum nasci de Virgine, scilicet hominem assumere in utero Virginis, cum natura divina superius[1] dicta sit hominem assumpsisse, videtur debere dici nata.

2. De hoc autem **Augustinus** in libro *De fide ad Petrum* 2 sic ait: « Natura aeterna atque divina non posset temporaliter concipi et nasci ex natura humana, nisi secundum susceptionem veritatis humanae veram temporaliter conceptionem et nativitatem ineffabilis in se divinitas accepisset. Sic est Deus aeternus veraciter secundum tempus et conceptus et natus ex Virgine». — Ista auctoritate videtur insinuari quod natura divina sit nata et concepta de Virgine; sed si diligenter notentur verba, potius de persona agi intelligitur: quae sine dubitatione et de Patre et de Matre nata esse dici debet.

Cap. 2 (27).

De gemina Christi nativitate, qui bis natus est. Quaeri etiam solet utrum debeat dici Christus bis genitus, ut dicitur Dei et hominis filius.

3 nata *trp. post* Virgine AO. 17 ex] de BCLNX. 22 qui bis] quibus ABCVX, *quod corr.* AVX.

1 Dist. 5, c. 1, nn. 5-10. 2 Cap. 2, n. 14 (opus Fulgenti!, PL 65,678 B; CCL91A, 720).

Cap. 1, num. 2: Auctoritas pseudo-Aug. partim invenitur in *Glossa* cit., n. 16; ultima vero pars ibidem, sed infra in num. 17.

Cap. 2: Quasi omnia ex Glossa primitiva, n. 13, unde etiam conclusio capituli. Citatur Damascenus potius secundum versionem Burgundionis, sed quaedam verba illam adhuc redolent Cerbani; idem passus invenitur in Sermone 18 Lombardi, *In Annuntiatione* (PL 171, 606 B), ubi statim sequitur ultima pars auctoritatis *De fide ad Petrum* hic parum supra posita. Cf. Proleg. ad tom. I, p. 105*.

— Ad quid potest Christum bis natum esse, duasque nativitates habuisse. Unde **Augustinus** in libro *De fide ad Petrum* h « Pater Deus de sua natura genuit Filium Deum sibi aequalem et coaeternum. Idem quoque Unigenitus Deus secundo natus est: semel ex Patre, semel ex Matre. Natus est enim de Patre Deus Verbum, natus est de Matre Verbum caro factum. Unus igitur atque idem Dei Filius natus est ante saecula, et natus in saeculo; et utraque nativitas unius est Filii Dei, divina scilicet et humana ». — **Ioannes Damascenus** 2. De hoc etiam **Ioannes**2 ait: « Duas Christi nativitates veneramur: unam ex Patre ante saecula », quae est « super causam et rationem et tempus et naturam; et unam quae in ultimis, propter nos et secundum nos et super nos. Propter nos, quia propter nostram salutem; secundum nos, quia natus est homo ex muliere et tempore conceptionis », scilicet novem mensium; « super nos, quia non ex semine, sed ex Spiritu Sancto et sancta Virgine supra legem conceptionis ». — Ex his manifeste apparet Christi duas esse nativitates, eundemque bis natum fore.

DISTINCTIO IX

Cap. unicum (28).

1. **De adoratione humanitatis Christi: an eadem sit adoratio humanitati et deitati exhibenda.** Praeterea investigari oportet utrum caro Christi et anima una eademque cum Verbo debeant adoratione adorari, illa scilicet quae latria dicitur. Si enim animae vel carni Christi exhibetur latria, quae intelligitur servitus sive cultus soli Creatori debitus 3, cum

3 aequalem] coequalem ANOV, *corr. in* coequalem T2. 5 Deus] dei ANOVW. 10 quae est *om.* BCMNR. 13 scii, novem mensium *trp. post* muliere B, post tempore CN, *add. interi.* R2.

1 Cap. 2, nn. 10-11 (opus Fulgentii, PL 65, 676 C, 677 A; CCL 91A.718). z *De fide orthodoxa,* III, c. 7 (PG 94, 1010 C -1011 A); versiones Burgundionis et Cerbani, c. 51, n. 3 (ed. E. Buytaert, 193, 402). 3 Ut docet Augustinus, *De Trinit.,* I, c. 6, n. 13 (PL42, 827s; CCL 50, 42ss); *Contra Faustum,* XX, 21 (PL 42, 384s; CSEL 25, 561-565); *De civit. Dei* X, c. 1 (PL 41, 278s; CSEL 40-1, 445ss; CCL 47, 272s); et alibi.

Dist. IX: De quaestione hic disputata, cf. A. M. Landgraf, *Der Kult der menschlichert Natur Christi rtacli der Lehre der Frühscholastik,* in *Scholastik* 12 (1937), 361-377, 498-518; vel potius in *Dogmengeschichte* II-2, 132-169, quod infra citatur; et etiam N. M. Hdring, *The Case of Gilbert of Poitiers,* in *Mediaeval Studies* 13 (1951) 27.

anima Christi vel caro creatura tantum sit, creaturae exhibetur quod soli Creatori debetur: quod facienti in idolatriam deputatur.

2. **Quidam dicunt non illa adoratione adorandam esse.** Ideo quibusdam videtur non illa adoratione quae latria est carnem Christi vel animam esse adorandam, sed illa quae est dulia i. — **De speciebus duliae.** Cuius duas species vel modos esse dicunt. Est enim cuiusdam modi dulia quae creaturae cuilibet exhiberi potest; et est quaedam soli humanitati Christi exhibenda, non alii creaturae, quia Christi humanitas super omnem creaturam est veneranda et diligenda; non tamen adeo, ut cultus divinitati debitus ei exhibeatur. Qui cultus in dilectione et sacrificii exhibitione atque reverentia consistit: qui latine dicitur pietas, graece autem theosebia, id est Dei cultus; vel eusebia, id est bonus cultus 2.

3. **Aliorum sententia qui unam adorationem utrique exhibendam tradunt.** Aliis autem placet Christi humanitatem una adoratione cum Verbo esse adorandam: non propter se, sed propter illum cuius scabellum est, cui est unita; nec ipsa humanitas sola vel nuda, sed cum Verbo cui est

3 Rubrica *om.* RVW. 5 est dulia *trp.* BCLMRT. ‖ Rubrica *om.* LRVW. 8 Christi *om.* NOM, *add. interi.* RT, *add. marg.* W. 15 scabellum est *trp.* BLMRT.

1 Cf. August., *Quaest. in Heptat.,* I, 61; II, 94 (PL 34, 564, 631; CSEL 28-11, 32 et 156; CCL 33, 23 et 117). 2 August., *Enchiridion,* c. (seu n.) 2: « Si autem quaeras quam dixerit eo loco pietatem [Iob 28,28], distinctius in graeco reperies *theosebeian,* qui est Dei cultus. Dicitur enim graece pietas et aliter, id est eusebeia, quo nomine significatur bonus cultus, quamvis et hoc praecipue referatur ad colendum Deum » (PL 40, 231; CCL 46, 49).

Num. 2: Secundum cl. Landgraf (144-146) — et ante eum, ut notat ipse, secundum H. Denifle — prima opinio quae *quibusdam* hic ascribitur olim erat ipsius Lombardi in *Glossa* in Ps. 98, 5 (PL 191, 895 A-C), ubi quaestionem aperit verbis Augustini in h. l. (PL 37,1264; CCL 39, 1385); tunc respondendo introducit quaedam ex *Glossa ordinaria* (cod. Laurenz., Pl. XVII, 4, f. 133r) et ex illa Gilberti (cod. Laurenz., Pl. VII, d. 9, f. 119r; vide etiam A. M. Landgraf, *ibid.,* 140); dein proponit suam distinctionem inter latriam et duas species duliae («Non illa... scabellum divinitatis»), quam probabiliter hauserat ex fonte nobis ignoto; denique concludit verbis Augustini uti inveniuntur in eadem *Glossa ordinaria* et Cassiodori ut in *Glossa interlineari.* — Cui opinioni cl. Landgraf non adhaesimus in Prolegomenis ad tom. I, p. 61*, quatenus haec expositio Magistri nobis additamentum posterius videbatur. Sed nec profundum nec rectum tale iudicium nunc aestimamus, eo quod hic in Distinctione IX clarior est expositio primae opinionis quam in *Glossa;* imrno, in illa *Glossa* nullomodo tangitur secunda opinio, quamvis quaedam eius elementa illic inveniuntur. Alia etiam ratio subito apparebit. — Num. 3: «Aliorum sententia», de una adoratione (quae sola concordat cum decreto seu anathematismo Concilii Constantinop. II [D-S 431]), doctrina erat Gilberti Porretani: « Haec [caro] Verbo Dei assumpta sine impietate adoratur, et peccat qui non adorat, non tamen propter ipsam, quia caro non prodest cuiquam, sed propter ipsum cuius pedum

unita: nec pnopter se, sed propter illum est adoranda. Nec qui hoc facit idolatriae reus iudicari potest, quia nec soli creaturae, nec propter ipsam, sed Creatori cum humanitate et in humanitate sua servit.

4. **Ioannes Damascenus** [1]. De hoc **Ioannes**[1] ita ait: « Duae sunt naturae Christi ratione et modo differentiae, unitae vero secundum hypostasim. Unus igitur Christus est, Deus perfectus et homo perfectus, quem adoramus cum Patre et Spiritu una adoratione cum incontaminata carne eius; non inadorabilem carnem dicentes: adoratur enim in una Verbi hypostasi, quae hypostasis generata est; non creaturae venerationem praebentes. Non enim ut nudam carnem adoramus, sed ut unitam deitati in unam hypostasim Dei Verbi duabus reductis naturis. Timeo carbonem tangere propter ligno copulatum ignem. Adoro Christi mei simul utraque propter carni unitam deitatem. Non enim quartam appono personam in Trinitate, sed unam personam confiteor Verbi et carnis eius ». His verbis insinuari videtur Christi humanitatem una adoratione cum Verbo esse adorandam.

5. Augustinus [2]. De hoc etiam **Augustinus**[2], ex sermone Domini ubi dicit [3]; *Non turbetur cor vestrum,* ita dicit: « Dicunt haeretici Filium non natura esse Deum, sed creatum. Quibus respondendum est quia si Filius non est Deus natura, sed creatura, nec colendus est omnino, nec ut Deus adorandus, dicente Apostolo [4]: *Coluerunt et servierunt potius creaturae quam Creatori.* Sed illi ad hoc replicabunt et dicent: Quid est quod carnem eius, quam creaturam esse non negas, simul cum divinitate adoras, et ei non minus quam divinitati deservis ? Ego dominicam carnem,

5 differentiae] differentes NVW, *corr. in* differentes BLM, vel -cie *add. interi. W.* 7 Spiritu] sancto *add.* C, *add. interi.* RTWX. 12 utraque] utramque naturam AN, utramque V, *sed corr. interi.* V2.

1 *De fide orthodoxa,* III, c. 8 (PG 94, 1015 C - 1015 A); versio Burgund., c. 52, nn. 3-4 (ed. E. Buytaert, 196s). 2 *De verbis Domini,* sermo 58, seu sermo 246, n. 5 (inter opp. August., PL 39, 2200). Praeter quinque lineas ad initium sermonis quae sumuntur ex initio et fine tractatus 78 Augustini *In loannem* (PL 35, 1835, 1837), reliqua (et inde textus citatus a Magistro) ex opere deperdito Pelagii *De fide Trinitatis.* Cf. Cael. Martini, *Ambrosiaster: de Auctore, operibus, theologia* (Spic. Pont. Athen. Antoniani 4), Romae 1944, 186s, 194-197; necnon et PLS 11,859. 2 loan. 14, 1. 4 Rom. 1, 25.

scabellum est quod adoratur » (apud A. M. Landgraf, 140). — Quod hanc opinionem suam propriam hic facit Magister, apparet ex verbis Damasceni (« una adoratione... Non enim ut nudam carnem adoramus sed ut unitam deitati ») et pseudo-Augustini (« non solam vel nudam, sed divinitati unitam »): quare enim talia intexeret ipsius expositioni (in num. 3), et plena verba afferret (in nn. 4-5), nisi ut suam novam positionem quodammodo manifestaret ?

immo perfectam in Christo humanitatem, ideo adoro, quod a divinitate suscepta et deitati unita est: ut non alium et alium, sed unum eundemque Deum et hominem, Filium Dei esse confitear. Denique, si hominem separaveris a Deo, illi nunquam credo nec servio. Velut si quis purpuram vel diadema regale iacens inveniat, numquid ea conabitur adorare ? Cum vero ea rex fuerit indutus, periculum mortis incurrit si ea cum rege adorare quis contempserit. Ita etiam in Christo Domino humanitatem non solam vel nudam, sed divinitati unitam, scilicet unum Filium, Deum verum et hominem verum, si quis adorare contempserit, aeternaliter morietur ».

6. Idemi super Psalmum 98, ubi dicitur [2]; *Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est:* « Sciendum quia in Christo terra est, id est caro; quae sine impietate adoratur. Suscepit enim de terra terram, quia caro de terra est, et de carne Mariae carnem accepit. Haec sine impietate, a Verbo Dei assumpta, adoratur a nobis, quia nemo carnem eius manducat nisi prius adoret; sed qui adorat, non terram intuetur, sed illum potius cuius scabellum est, propter quem adorat ». — His auctoritatibus praemissae investigationis absolutio explicatur.

2 ut non *trp.* ABCT. 3 Filium Dei *trp.* BCLMRT. 11 Idem] Item BCVM. 12 sanctum] sanctus ALOR. IS seda *om.* ALMNX, *add. marg.* O.

1 Cf. *Enarr. in Ps.* 98, n. 9 (PL 37, 1264; CCL 39, 1385); et notam infra positam. 2 Ps. 98, 5.

Num. 6: Auctoritas quae hic Augustino ascribitur sumitur ex *Glossa* Lombardi in Ps. 98, 5 (PL 191, 895 B); conficitur autem ex verbis Augustini (uti supra indicatur in propria nota) et *Glossa ordinaria* in h. l. (« Haec sine... quem adorat »; cod. Laurenz. Pl. XVII, 4, f. 113b). — Quomodo postea (annis 1163-1164) doctrinam Lombardi tam in *Glossa in psalmos* quam in *Libro Sententiarum* oppugnaverit Gerhohus praepositus Reichersbergensis, longius esset narrare. Cf. PL 194, 1095s, 1097 A-B, 1143 C; dein PL 193, 565 A-B, 547 D, unacum defensione Lombardi ex parte Eberhardi Episcopi Bambergensis, *ibid.,* 561 D - 563 D. Quoad chronologiam controversiae, videsis D. Van den Eynde, *L'oeuvre littéraire de Geroch de Reichersberg,* Romae 1957, 139-157, 265, 274ss, 279ss.

DISTINCTIO X

Cap. 1 (29).

1. **An Christus secundum quod homo est sit persona vel aliquid.** Solet etiam a quibusdam inquiri utrum Christus secundum quod homo sit persona, vel etiam sit aliquid.

2. **Argumentatio ex utraque parte quaestionis.** Ex utraque parte quaestionis argumenta concurrunt. Quod enim persona sit, his edisserunt rationibus: Si secundum quod homo aliquid est, vel persona, vel substantia, vel aliud est; sed aliud non; ergo persona vel substantia. Sed si substantia est, vel rationalis, vel irrationalis; sed non est irrationalis substantia; ergo rationalis. Si vero secundum quod homo est rationalis substantia, ergo persona, quia haec est definitio personae[1]: « Substantia rationalis individuae naturae ». Si ergo secundum quod homo est aliquid, et secundum quod homo persona est. — Sed e converso, si secundum quod homo persona est, vel tertia in Trinitate, vel alia; sed alia non; ergo tertia in Trinitate persona. At si secundum quod homo, persona est tertia in Trinitate, ergo Deus 2.

4 a quibusdam inquiri *trp.* BCN. 5 sit *om.* ABC. 6 Rubrica em. RVW.

1 Boethii scilicet, uti supra, Dist. 5, c. 3, n. 2. 2 Vide cap. 5 inter *Capitula haeresum Petri Abaelardi* damnata in concilio Senonensis 1140: «Quod neque 'Deus et homo' neque 'haec persona' quae Christus est, sit tertia persona in Trinitate » (ed. E. Buytaert, in *Antonianum* 43 1968 424; DS n. 724). Cf. Guill. de S. Theodorico, *Adv. P. Abaelardum,* c. 8 (PL 180, 276 D - 280 B); et Rolandus Bandinelli, *Sententiae* (ed. A. M. Gietl, 174-177).

Dist. X, capp. 1-2: Cf. E. Portalié, *Adoptionisme au xiie siècle,* in *Diet. Théol. Cath.* 1 (1909) 413-418; A. M. Landgraf, *Die Stellungnahme der Scholastik des 12. Jahrhunderts zum Adoptianismus,* in *Divus Thomas* (Fr.) 12 (1935), 257-289, ac (in forma aliqualiter nova) *Die Stellungnahme zum Adoptianismus* in sua *Dogmengeschichte* 11-2, 7-36; L. Ott, *Untersuchungen zur theol. Briefliteratur,* pp. 641-651; P. Glorieux, *L'orthodoxie de III Sentences,* in *Miscellanea Lomb.,* 140-144. — Num. 1: Quaestio iam discutitur a Magistro in *Glossa* in Rom. 1, 4: « Quaeri solet utrum Christus secundum quod homo sit persona » (in textu nostro, n. 29), cui nunc adnectitur: « vel etiam sit aliquid ». — Num. 2: Argumentum quod persona sit quodammodo dependet a verbis Boethii in libro *Contra Euticen etNestorium* (seu *De persona et duabus naturis),* c. 3 (PL 64, 1343 D; ed. N. Haring, *The Commentaries on Boethius by Gilbert of Poitiers,* 390), et a commentariis Gilbert! de la Portée in hunc locum (PL 64, 1371 B - 1373 B; ed. N. Haring, 271ss). Argumentum autem «e converso» iam habetur in *Glossa* Lombardi in Rom. 1, 4 (n. 28).

3. Propter haec inconvenientia et alia, quidam 1 dicunt Christum secundum hominem non esse personam nec aliquid, nisi forte 'secundum' sit expressivum unitatis personae. 'Secundum' enim multiplicem habet rationem: aliquando enim exprimit conditionem vel proprietatem naturae divinae vel humanae, aliquando unitatem personae; aliquando notat habitum, aliquando causam. Cuius distinctionis rationem diligenter lector animadvertat atque in sinu memoriae recondat, ne eius confundatur sensus cum de Christo sermo occurrerit.

4. **Etsi Christus secundum quod homo dicatur esse substantia rationalis, non inde tamen sequitur quod persona sit secundum quod homo.** Illud tamen non sequitur, quod in argumentatione superiori inductum est: quod si Christus secundum quod homo est substantia rationalis, ergo persona. Nam et modo anima Christi est substantia rationalis, non tamen persona, quia non est per se sonans, immo alii rei coniuncta2. Illa tamen personae descriptio non est data pro illis tribus personis.

3-4 habet rationem *trp.* BCX. 9 Christus *om.* TV. ‖ esse *om.* BCX. 14 Illa] illa descriptio non est data pro tribus personis *nota seu rubrica marg. add.* LMNOT. 15 illis tribus *trp.* BLMRT.

1 Ita Gilbertus Porretanus, *Expositio in Boecii librum Contra Euticen et Nestorium,* IV, 49-57 (ed. N. M. Haring, *The Commentaries on Boethius by Gilbert of Poitiers,* 297-299; PL 64, 1382 D - 1383 C); Rolandus (ed. Gietl, 176s); etc. Anno 1170 Alexander Papa III (id est idem Magister Rolandus) monebat Parisius esse abrogandam pravam doctrinam « Petri quondam Parisiensis episcopi, qua dicitur quod Christus secundum quod est homo, non est aliquid »; et anno 1177 eandem doctrinam « sub anathemate » interdicebat (apud Denifle-Chatelain, *Chart. Univ. Paris.* I, nn. 3 et 9; DS nn. 749, 750). Sed vide etiam testimonium Petri Manducatoris: « Quod quaeritur, utrum Christus inquantum est homo est aliquid, Magister, inquit, non semper negabat, immo quandoque concedebat extraneis. Cum autem negabat, tutis auribus loquebatur, id est illis quos instruxerat. Dicebat enim, quia quamvis nomina neutri generis soleant accipi in designatione naturae, plerumque tamen accipiuntur in designatione personae. Ideo quoque concedebat: 'Christus in quantum est homo est aliquid', id est alicuius naturae. Negabat tamen, quia 'aliquid' ibi videtur accipi in designatione personae. Christus enim non, in quantum est homo, est aliqua persona » (I. Brady, *Peter Manducator and the oral Teachings of Peter Lombard,* in *Antonianum* 41 1966 473). 2 Eadem descriptio datur a Hug. de S. Victore: « Sic enim quidam personam dictam esse voluerunt, quasi per se sonantem, et quasi singulariter discernentem... per se discernens se» *(De sacram.* II, p. 1, c. 11; PL 176, 406 B).

Num. 3: Quid 'nec aliquid' seu 'nihil' theologis significaverit saec. xii, videsis apud N. M. Haring, *The Case of Gilbert,* in *Mediaeval Studies* 13 (1951), 39, n. 12. —Multiplicem rationem 'secundum' iam notat *Glossa* in Rom. 1, 4 (n. 28).

5. **Alia<probatio quod Christus sit persona.** Sed adhuc aliter nituntur probare Christum secundum hominem esse personam: quia Christus secundum quod homo *praedestinatus est* ut sit *Dei Filius* 1. Sed illud est, quod ut sit praedestinatus est; ergo si praedestinatus est secundum quod homo ut sit Filius Dei, et secundum quod homo est Filius Dei. — **Responsio :** Ad quod dici potest Christum esse id, quod ut sit praedestinatus est: est enim praedestinatus ut sit Filius Dei, et ipse vere est Filius Dei. Sed secundum hominem praedestinatus est ut sit Filius Dei, quia per gratiam hoc habet secundum hominem; nec tamen secundum hominem est Filius Dei, nisi forte 'secundum' unitatis personae sit exprèssivum, ut sit sensus: ipse qui est homo, est Dei Filius; ut autem ipse, ens homo, sit Dei Filius, per gratiam habet. Sed si causa notetur, falsum est; non enim quo homo est, eo Dei Filius est.

Cap. 2 (30).

1. An Christus sit adoptivus filius secundum quod homo vel aliquo modo. Si vero quaeritur an Christus sit adoptivus filius secundum quod homo sive alio modo, respondemus Christum non esse adoptivum filium aliquo modo, sed tantum naturalem, quia natura filius est, non adoptionis gratia. — Non autem sic dicitur filius natura, ut dicitur Deus natura: non enim eo filius est quo Deus est, quia proprietate nativitatis filius, natura divinitatis Deus est. Et tamen dicitur natura vel naturae filius,

6 Responsio *om.* BCRWX. 20 est2 *om.* BCMR, *add. interi.* T.

1 **Rom. 1, 4.**

Num. 5: Cf. *Glossa* **Lombardi in Rom. 1,4 (n. 28). Hic etiam notari oportet testimonium cuiusdam discipuli (scii., ut nobis videtur, Petri Manducatoris); « Quod queritur, utrum ille homo ab eterno fuerit non-homo, satis potest recipi. Quod queritur, utrum Christus inquantum est homo est aliquid, Magister, inquit, non semper negabat, immo quandoque concedebat extraneis. Cum autem negabat, tutis auribus loquebatur, id est illis quos instruxerat. Dicebat enim, quia quamvis nomina neutri generis soleant accipi in designatione nature, plerumque tamen accipiuntur in designatione persone. Ideo quoque concedebat: 'Christus in quantum est homo est aliquid', id est, alicuius nature. Negabat tamen, quia 'aliquid' ibi videtur accipi in designatione persone. Christus enim non, in quantum est homo, est aliqua persona ». (Cod. Paris. Bibi. Nat. lat. 18108, f. lOOv; Trecis. Bibl. Com. lat. 964, f. 142r; Cf. I. Brady,** *Peter Manducator and the Oral Teachings of Peter Lombard,* **in** *Antonianum* **41, 1966, 473).**

Cap. 2; Cf. *Glossa* **in Rom. 1, 4 (in ed. nostra, n. 27); in versione secunda (ut in PL 191, 1311 A-B) plura adduntur ex hoc capitulo libri III.**

quia naturaliter est filius, eandem scilicet habens naturam quam ille qui genuit i.

2. **Quare non sit adoptivus filius?** Adoptivus autem filius non est, quia non prius fuit et postmodum adoptatus est in filium, sicut nos dicimur adoptivi filii, quia cum nati fuerimus *irae filii*2, per gratiam facti sumus *filii Dei* 3. Christus vero nunquam fuit non filius, et ideo non est adoptivus filius.

3. **Oppositio quod sit adoptivus filius.** Sed ad hoc opponitur sic: Christus filius hominis est, id est Virginis, aut gratia, aut natura, vel utroque modo. Si vero natura, aut divina, aut humana; sed divina non: ergo aut humana natura, aut non natura est filius hominis. Si non natura, ergo gratia tantum; et si etiam natura humana, non ideo minus per gratiam. Si ergo gratia filius Virginis est, adoptivus filius esse videtur: ut idem sit naturalis filius Patris et adoptivus filius Virginis. — **Responsio.** Ad quod dici potest Christum filium Virginis esse natura vel naturaliter et gratia; nec tamen adoptivus filius Virginis est, quia non per adoptionem, sed per unionem filius Virginis esse dicitur. Filius enim Virginis dicitur eo quod in Virgine hominem accepit in unitatem personae; et hoc fuit gratiae, non naturae. — Unde **Augustinus**, *Super loannem* 4: «Quod Unigenitus est aequalis Patri, non est gratiae, sed naturae; quod autem in unitate personae Unigeniti assumptus est homo, gratiae est, non naturae ». Christus ergo nec Dei nec hominis est adoptivus filius, sed Dei naturaliter, et hominis naturaliter et gratia filius.

4. Quod vero naturaliter sit filius hominis, **Augustinus** ostendit in libro *De fide ad Petrum*5: «Ille scilicet Deus factus est naturaliter hominis filius, qui est naturaliter filius unigenitus Dei Patris ».

3 Rubrica *om.* RVW. 8 sic] Si A, *corr. in* si T. 14 Responsio *om.* BCRVWX. 16 Virginis est *irp.* BNX. 18 unitatem] unitate AOX. 24 filius hominis *trp.* ABCLRTVW. 26 hominis filius *trp.* BCMT.

1 Verba sunt Hilarii: « Natura filius est, quia eandem naturam quam ille qui genuit habet » *(De Trinit.,* V, n. 37; PL 10, 155 A; cf. supra, tom. 1,88, n. 7). 2 Resp. Eph. 2, 3: *Et nos omnes aliquando... eramus natura filii irae.* 3 Cf. Ioan. 1,12: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri;* Rom. 8, 15-16: *Spiritum adoptionis filiorum... quod sumus filii Dei;* Galat. 3, 26: *Omnes enim filii Dei estis.* 4 Tract. 74, n. 3 (PL 35, 1828; CCL 36, 514). 5 Cap. 2, n. 14 (opus Fulgentii, PL 65, 678 B; CCL 91A, 720).

Num. 2: Quis sit adoptivus suggeritur in *Summa sent.,* I, c. 18 (PL 171, 1103 B; 176, 76C). — Num. 3: Verba Augustini *Super loannem* (« Quod Unigenitus... ») leguntur in Glossa ad Rom. 12, 3 (ccd. x, *f.* 60c; z, f. 36d; PL 191, 1498 D); et in editione secunda etiam ad Rom. 1, 4 (PL 191, 1311 B-C), non autem in versione prima.

5. Qtiqd autem non sit adoptivus filius et tamen gratia sit filius, ex subditis probatur testimoniis. **Hieronymus,** *Super Epistolam ad Ephesios* 1 ait: « De Christo Iesu scriptum est quia semper cum Patre fuit, et nunquam eum ut esset voluntas paterna praecessit. Et ille quidem natura filius est, nos vero adoptione. Ille nunquam filius non fuit; nos antequam essemus, praedestinati sumus, et tunc *spiritum adoptionis* 2 accepimus, quando credidimus in Filium Dei ». — **Hilarius** quoque in libro III *De Trinitate i* ait: «Dominus dicens4: *Clarifica Filium tuum,* non solo nomine contestatus est se esse filium, sed et proprietate. Nos filii Dei sumus, sed non talis hic filius: hic enim verus et proprius est filius: origine, non adoptione; veritate, non nuncupatione; nativitate, non creatione ». — **Augustinus** etiam, *Super Ioannem* 5 ait: « Nos sumus filii gratia, non natura; Unigenitus autem natura, non gratia. An hoc etiam in ipso Filio ad hominem referendum est ? Ita sane ». — **Ambrosius** quoque in I libro *De Trinitate* 6 ait: «Christus filius est non per adoptionem, sed per naturam; per adoptionem nos filii dicimur, ille per veritatem naturae est ». — Ex his evidenter ostenditur quod Christus non sit filius gratia adoptionis. Illa enim gratia intelligitur, cum **Augustinus**7 eum non esse gratia filium asserit: gratia enim, sed non adoptionis, immo unionis, Filius Dei est filius hominis et e converso.

Cap. 3 (31).

Utrum persona vel natura praedestinata sit. Deinde, si quaeritur utrum praedestinatio illa, quam commemorat Apostolus8, sit de persona an de

9 et] etiam BCLV. 15 primo libro *trp.* BCTV.

1 In Eph. 1, 5: *Qui praedestinavit nos in adoptionem filiorum:* « De Domino nostro Iesu Christo in alio loco scriptum est: *oristhentos* [Rom. 1, 4], quia semper cum Patre fuit » etc. (PL 26 [1845], 448 C - 449 A). 2 Resp. Rom. 8, 15. 3 Num. 11 (PL 10, 82 A-B). 4 Ioan. 17, 1. 5 Tract. 82, η. 4 (PL 35, 1844; CCL 36, 533s). ◊ Id est *De fide,* I, c. 19, n. 126 (PL 16 [1845], 557 B; CSEL 78, 53). 7 Parum supra, *Super Ioannem.* 8 Rom. 1, 4.

Num. 5: Secundum auctorem anonymum illius *Glossae* quae olim Petro Pictaviensi attribuebatur, quoad ultima verba huius numeri Magister ancipitem se manifestavit: « *Ita sane* [i.e. ad finem auctoritatis Augustini]. Aesi diceretur: 'non gratia', subaudi adoptionis, sed 'natura', et non excluditur gratia unionis. Quod autem illa Hylarii auctoritas sic intelligi debet, Magister exponit ubi dicit: *Illa enim gratia intelligitur [...] et e converso.* Istud *e converso* longo tempore abraserat episcopus et postea apposuit » (n f. 42d; p 82r).

Cap. 3: Longius tractatur haec quaestio in *Glossa* primitiva in Rom. 1, 4 (n. 25).

natura, sane dici potest et personam Filii, quae semper fuit, esse praedestinatam secundum hominem assumptum, ut ipsa scilicet ens homo esset Dei Filius; et naturam humanam esse praedestinatam, ut Verbo Patris personaliter uniretur.

DISTINCTIO XI

Cap. 1 (32).

1. **Utrum Christus sit creatura sive creatus vel factus.** Solet etiam quaeri utrum debeat simpliciter dici atque concedi Christum esse factum vel creatum vel creaturam. — Ad quod dici potest hoc simpliciter et absque determinatione minus congruenter dici; et si quandoque, brevitatis causa, simpliciter denuntietur, nunquam tamen simpliciter debet intelligi; quia ut **Augustinus** in I libro *De Trinitate* i ait, « cum de Christo loquimur, quid, secundum quid et propter quid dicatur, prudens et diligens ac pius lector intelligere debet ».

2. Qui Christum vel Dei Filium non esse factum vel creaturam, in I libro *De Trinitate* 2 ostendit, ita inquiens: « *In principio erat Verbum,* et *Verbum caro factum est,* et *omnia per ipsum facta sunt*\ Neque dicit *omnia,* nisi quae facta sunt, id est omnem creaturam. Unde liquido apparet ipsum factum non esse, per quem facta sunt omnia. Et si factus non est, creatura non est. Si autem creatura non est, eiusdem cum Patre substantiae est. Omnis enim substantia quae Deus non est, creatura est; et quae creatura non est, Deus est. Sed si Filius non eiusdem substantiae est cuius Pater, ergo facta substantia est; et si facta substantia est, non omnia per ipsum facta sunt. At *omnia per ipsum facta sunt*». Facta igitur

11 denuntietur] enuncietur ABCMTW. 12 ait *trp. ante* Augustinus BCNVX, *post* August. L. 13 dicatur *om.* OX. 23 cuius Pater] cum patre OVWXxz, *marg.* L2.

1 Cap. 13, n. 28 (PL 42, 840; CCL 50, 69). 2 Cap. 6, n. 9 (PL 42, 825; CCL 50, 38). 3 loan. 1, vv. 1, 14, et 3.

Dist. XI, capp. 1-2: Cf. A. M. Landgraf, *Die Stellungnahme der Friihseholastik zur Frage, ob Christus ein Geschopf sei,* in *Scholastic* 25 (1950) 75-96; idem in *Dogmengesch.* II-1, 172-198. — Cap. 1, num. 1, necnon et num. 2 usque ad finem primae auctoritatis Augustini (unacum conclusione: « Facta igitur... »), verbotenus ex *Glossa* primitiva in Rom. 1, 3 (n. 22), quae dependet ex eadem quaestione in *Summa sent.,* I, 18 (PL 171, 1103; 176, 76 C - 77 A), unde quaedam sumuntur.

substantia 410η est, sed una cum Patre infecta substantia est. — Item in eodem i; « Si vel Filium fecit Pater quem non fecit ipse Filius, non omnia per Filium facta sunt. At *otrinia per* Filium *facta sunt;* ipse igitur factus non est, ut cum Patre faceret omnia quae facta sunt ».

3. Idem in libro *84 Quaestionum* 2. « Dicitur creatura quidquid fecit Deus Pater per Filium; qui non potest appellari creatura, quoniam per ipsum facta sunt omnia ». — Ambrosius in I libro *De Trinitate* 3; « Probemus, inquit, creaturam non esse Dei Filium. Audivimus enim in Evangelio 4 Dominum mandasse discipulis: *Praedicate Evangelium universae creaturae.* Qui *universam creaturam* dicit, nullam excipit. Et ubi ic sunt qui creaturam Christum appellant? Nam si creatura esset, sibi mandaret Evangelium praedicari »; et subiectus esset vanitati, quia testante Apostolo s, *omnis creatura vanitati sublecta est.* « Non igitur Christus creatura est, sed Creator, qui docendae creaturae discipulis mandat officium ».

Cap. 2 (33).

1. **De perfidia et poena Arii. — Ambrosius in I libro De Trinitate** *:* Arii haec fuisse perfidia legitur 6, ut Christum creaturam fateretur. Ideo « effusa sunt Arii viscera atque crepuit medius, prostratus in faciem, ea quibus Christum negaverat foeda ora pollutus ». 20

2. **Quo sensu Christus dicitur factus** *:* His aliisque pluribus testimoniis instruimur non debere fateri simpliciter 'Christum esse factum vel creaturam'; sed addita determinatione recte dici potest, ut si dicatur factus secundum carnem vel secundum hominem, ut factura humanitati, non Deo attribuatur. — Ut enim ait Ambrosius in I libro *De Tri-* 25

6 Deus Pater *trp.* ANOVWX. 8 Dei Filium *trp.* BCRTV. 9 Praedicate] predicare BCLN. 9-10 universae] omni VWX, *corr. ex* omni R. 21 Rubrica *om.* BRVW.

1 **Cap. 6, n. 12 (PL 42, 827; CCL 50, 42).** 2 **Quaest. 67, nn. 1-2 (PL 40, 66, 67).** 3 **Id est** *De fide,* **I, c. 14, n. 86 (PL 16 [1845], 549 A-B; CSEL 78, 38).** ♦ **Mare. 16, 15.** 5 **Rom. 8, 20. Quod sequitur Ambrosii est, uti supra.** 6 **In Ambrosio,** *De fide,* **I, c. 19, nn. 123,124, 130 (PL 16 [1845], 557 A, 558 A; CSEL 78, 52s, 54).**

Num. 3: Auctoritas *Libri 84 Quaest.,* **ex** *Glossa* **in Rom. 8, 19 (PL 191, 1442 B). Quod sequitur de Ambrosio necnon et totum cap. 2 originem forsitan trahunt ex verbo eiusdem** *Summae sent.:* **« Ambrosius quoque multis argumentis probat adversus Arium quod non sit creatura Christus, vel adoptivus filius» (PL 171, 1103 B; 176, 76 C). Unde tamen trahuntur auctoritates Ambrosii, nescimus.**

nitate 1, « non Deus factus est, sed Deus Dei Filius natus est; postea vero secundum carnem homo factus ex Maria est. *Misit enim Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub Lege* 2. Filium inquit *suum,* scilicet non unum de multis. Cum dicit *suum,* generationis aeternae proprietatem signavit. Postea *factum ex muliere* asseruit, ut factura non divinitati, sed assumptioni corporis adscriberetur. *Factum* igitur *ex muliere* dicit propter carnis susceptionem; *sub Lege* propter observantiam Legis ». « Generatio 3 generationi non praeiudicat, nec caro divinitati ». « Deus4 enim aeternus incarnationis sacramentum suscepit, non dividuus, sed unus, et in utroque unus, scilicet divinitate et corpore. Non enim alter ex Patre, alter ex Virgine, sed idem aliter ex Patre, aliter ex Virgine ». Qui *factus est* « secundum 5 nostrae susceptionem naturae, non secundum aeternae substantiam vitae ». Quem « legimus 6 *primogenitum* et *unigenitum:* primogenitum, quia nemo ante ipsum; unigenitum, quia nemo post ipsum ». — Ex his evidenter traditur qua intelligentia accipiendum sit cum dicitur Christus *factus* vel simpliciter, vel cum additamento, ut factura scilicet vel creatura non ad assumentem Deum, sed ad assumptum hominem referatur.

3. In Deo enim creatura esse non potest, ut Ambrosius ait in I libro *De Trinitate* 7; « Numquid dicto factus est Christus ? Numquid mandato creatus est Christus ? Quomodo autem creatura in Deo esse potest ? Etenim Deus naturae simplicis est, non coniunctae atque compositae, cui nihil accidat, sed solum quod divinum est in natura habeat sua ».

4. Etsi ergo Christus secundum hominem dicitur creatura, non tamen Christus simpliciter praedicandus est creatura. Nec ex eo quod Christus secundum hominem dicitur esse creatura, potest quis progredi sic argumentando: Si secundum quod homo Christus est creatura, vel rationalis vel non, vel quae est Deus vel non, nitens per hoc probare

9 suscepit] accepit BCX. 19 Ambrosius ait *trp.* BCMRT. 21 creatura in Deo *trp.* TV. ‖ esse *trp. post* creatura ANO. 23 accidat] accidit BCV, *corr. ex* accidit T. 23-24 natura... sua] naturam... suam LMR.

1 Id est *De fide,* I, c. 14, nn. 93-94 (PL 16 [1845], 550 B-C; CSEL 78, 40s). 2 Gal. 4, 4. 3 Ambrosius (in marg.), *De incarnationis dom. sacramento,* c. 5, n. 36 (PL 16 [1845], 827 D; CSEL 79, 241). 4 Ambrosius, ibid., n. 35 (827 C; 240s). 5 Ambrosius, ibid., n. 37 (828 A; 241). 6 Ambrosius, *De fide,* I, c. 14, n. 89 (PL 16 [1845], 549 C-D; CSEL 78, 39); resp. Matth. 1, 25: *Peperit filium suum primogenitum;* et Ioan. 1, 14: *Gloriam quasi unigeniti a Patre.* 7 *De fide,* I, c. 16, nn. 105-106 (PL 16 [1845], 552 D-553 A; CSEL 78, 45s); resp. Ps. 148, 5: *Ipse dixit et facta sunt, ipse mandavit et creata sunt.*

Christum esse aliquid non divinum: quia quod ipse est secundum hominem, ipse est; et ideo si secundum hominem est aliqua substantia non divina, est utique aliquid non divinum. — Sed ex tropicis locutionibus non est recta argumentationis processio; illa autem locutio tropica est, qua Christus dicitur creatura, vel simpliciter, vel cum adiunctione.

DISTINCTIO XII

Cap. 1 (34).

1. **An homo ille semper fuerit vel coeperit.** Post praedicta quaeritur utrum homo ille coeperit esse vel semper fuerit, sicut simpliciter enuntiamus Christum vel Dei Filium semper fuisse nec coepisse.

2. De hoc **Augustinus** inquit ita *Super loannem* 1; « Habuit aliquando Dei Filius quod nondum habuit idem ipse homo filius, quia nondum erat homo ». Item in eodem 2: « Priusquam mundus esset, nec nos eramus, nec ipse *mediator Dei et hominum, homo Christus lesus* 3 ». Idem super Psalmum 4: « Christus noster, etsi forte homo recens est, tamen est aeternus Deus ». — Alibi vero legitur5 quod « puer ille creavit stellas »; et Christus dicit 6 se esse *principium,* et esse *ante Abraham.*

5 vell *om.* BCMNRTW. 8 coeperit] esse *add.* ABCNVW. 12 Dei Filius *trp.* BCV. 15 Christus noster *trp. p.* est BCMRW. ‖ est *om.* ATW, *add. interi.* O2V.

1 Tract. 106, n. 5 (PL 35, 1910; CCL 36, 611). 2 Tract. 105, n. 7 (PL 35, 1907; CCL 36, 607). 3 I Tim. 2, 5. *4 Enarr. in Ps. 80,* 10: *Non erit in te deus recens,* n. 13 (PL 37, 1039; CCL 39, 1127). 5 Auctoritas sine rubrica in omnibus codicibus, illo non excepto quem confecit Magister Herbertus de Boseham, cod. Cantabrigiae, Collegii Ss. Trinitatis B.5.6., f. IIv. Numquid referatur ad hymnum *Conditor alme siderum* in Officio Adventus (PL 17 [1845], 1198; G. Dreves - C. Blume, *Analecta Hymnica* 51, 47)? Vel melius, ad *Sermonem 4* (de Epiphania) Fulgenti! Ruspensis, n. 6; «Iste itaque puer, qui mundum creavit, qui mundum regit...; n. 8: «Haec stella nunquam ante apparuit, quia nunc eam puer iste creavit» (PL 65, 735 A, 736 A; CCL 91 A, 914, 915). « Resp. Ioan. 8, 25: *Principium qui et loquor vobis;* 8, 58: *Antequam Abraham fieret, ego sum.*

Dist. XII: Secundum Alexandrum de Hales et plures alios scholasticos, hic incipit nova Distinctio. Econtra, S. Bonaventura initium huius Distinctionis infra ponit, ad nostrum Cap. secundum. De historia quaestionis, cf. I. Brady, *The Distinctions of Peter Lombard's Book of Sentences and Alexander of Hales,* in *Franc. Studies* 25 (1965), 113s. —Cap. 1: Quasi in toto sumitur ex *Olossa* primitiva in Rom. 1, 4 (nn. 32-33). Cf. N. M. Haring, *The Case of Gilbert de la Porrée Bishop of Poitiers* (*7142-1154),* in *Mediaeval Studies* 13 (1951) 30, nota 46.

3. His igitur auctoritatibus in nullo resultantes, dicimus hominem illum, in quantum homo est, coepisse; in quantum Verbum est, semper fuisse. Hic enim absque distinctione non est ferenda responsio. Nam et ipse **Augustinus** huiusmodi utitur distinctione in pluribus locis [1], dicens per Christum omnia esse facta, in quantum Verbum est; secundum id vero quod homo est, ipsum esse factum et glorificatum. Si igitur ad personam respicias, confidenter dic hominem illum semper fuisse; si vero ad naturam hominis, concede eum coepisse.

Cap. 2 (35).

1. **Si Deus alium hominem assumere potuit vel aliunde quam de genere Adae.** Solet etiam quaeri utrum alium hominem, vel aliunde hominem quam de genere illius Adam, Deus assumere potuerit.

2. **Responsio.** Ad quod sane dici potest ipsum et aliam animam et aliam carnem potuisse assumere, quia gratia tantum assumpta est anima illa et caro a Verbo Dei. — **Augustinus in libro XIII De Trinitate.** Ut enim ait **Augustinus**[2], «in rebus per tempus ortis illa summa gratia est, quod homo in unitate personae coniunctus est Deo». Potuit igitur Deus aliam animam et aliam carnem sumere. — Et carnem utique aliunde quam de genere Adam. Unde **Augustinus** in libro XIII *De Trinitate*[3]: «Poterat utique Deus hominem aliunde suscipere, in quo esset mediator Dei et hominum; non de genere illius Adam, qui peccato suo obligavit genus humanum; sicut ipsum quem primum creavit, non de genere alicuius creavit. Poterat ergo, vel sic vel

1 igitur] ergo BC, *marg.* O, *interi.* T. 3 ferenda] referenda ATWX, facienda BC, *corr. ex* referenda O. 12-13 hominem *om.* BCOV. 13 Deus *om.* CL, *add. interi.* R.‖ potuerit] potuit AO. 14 Responsio *om.* ABCORVWX. 19 sumere] assumere BCLR. 23 obligavit genus *trp.* BCLMRT. 23-24 primum] primo AOVWX, prius LR. 24 Poterat] Potuit LRT.

1 Hic ante oculos Magister habuit auctoritates Augustini iam adductas in *Glossam* in Rom. 1, 4 (in editione primitiva, n. 33; ed. 2, PL 191, 1315 A-B); praesertim *In loannem,* tr. 105, n. 7 (PL 35, 1907; CCL 36, 607). 2 Cap. 19, n. 24 (PL 42, 1033; CCL 50A, 416). 3 Cap. 18, n. 23 (PL 42, 1032; CCL 50A, 413).

Cap. 2: Quaestio haec non agitur in *Glossa* in Apostolum, eo probabilius quod verba Augustini (hic in n. 2) quae quaestionem suggerunt et solutionem proponunt nusquam inveniuntur in *Expositione epistolarum* Flori Lugdunensis. In quibusdam codicibus secunda auctoritas (et quidem in forma longiore) alia manu additur in marginibus ad glossam in Rom. 5,„ 9 (ex. gr. Vat. lat. 144 (x), f. 28r in imo folio; Vat. lat. 695 (z), f. 16v in imo; Paris. Bibi. Nat. lat. 648, f. 21r in imo folio; forsitan etiam alibi; ut in pluribus autem non invenitur).

alio quo vellit modo, creare unum alium, de quo vinceretur victor prioris. Sed melius iudicavit et de ipso quod victum fuerat genere assumere hominem, per quem hominis vinceret inimicum; et tamen ex virgine, cuius conceptum Spiritus, non caro, fides, non libido praevenit. Nec interfuit carnis concupiscentia, qua ceteri concipiuntur qui originale trahunt peccatum; sed credendo, non concumbendo sancta est fecundata virginitas ». Ex his aperte ostenditur et alium et aliunde hominem Deum assumere potuisse.

Cap. 3 (36).

1. **Si homo ille potuit peccare vel non esse Deus.** Ideo non immerito quaeritur utrum ille homo potuerit peccare vel non esse Deus. Si enim potuit peccare, et potuit damnari; si potuit damnari, potuit non esse Deus; ergo, si potuit peccare, potuit non esse Deus, quia esse Deum et posse velle iniquitatem simul esse nequeunt 1.

2. **Responsio.** Hic distinctione opus est, utrum de persona, an de matura agatur. Si enim de persona agitur, manifestum est quia peccare non potuit, nec Deus non esse potuit. Si vero de natura, discutiendum est utrum agat de ea ut Verbo unita, an de ea tamquam non unita Verbo et tamen enti; id est an de ea secundum quod fuit unita Verbo, an de ea secundum quod esse potuit et non unita Verbo. Non est enim ambiguum animam illam, entem unitam Verbo, peccare non posse; et est sine ambiguo verum eandem, si esset et non unita Verbo, posse peccare.

3. **Quorundam oppositio, quod potuerit etiam unita Deo peccare.** Quidam tamen probare conantur eam, etiam unitam Verbo, posse peccare, quia liberum arbitrium habet, et ita potest flecti in utramque partem.

6 sancta] facta LRV. ‖ fecundata *corr. in* fecunda R, *corr. interi, ex* fecunda V. 11 ille homo trp. LRW. 14 posse] et add. LRV. 15 Responsio *om.* BCLMRVWX. 20 est enim *trp.* COV.

1 *Glossa interi,* **in Ps. 5, 5:** *et videbo quoniam non Deus volens iniquitatem tu es:* «**esse :Deum et placere iniquitatem nunquam conveniunt**» **(cod. Laurent. Pl. XVII. 4, f. 136; apud Lyranum, III, 93a; necnon et apud Magistrum in h.l., PL 191,96 D).**

Cap. 3: Cf. A. M. Landgraf, *Die Unsiindbarkeit Christi* **in Dogmengeschichte II-1, 320-370, praesertim 351ss. — Num. 1: Quaestio iam proponitur in** *Summa sent.,* **1, c. 18 (PL 171, 1104 D; 176, 78 A); quodammodo tangitur ab ipso Magistro in** *Glossa* **in Hebr. 2, 14 (PL 192, 421 D). — Num. 2: Responsio fundatur in verba Augustini citata in illo loco** *Glossae,* **quae inveniuntur infra, Dist. 19, c. 2 (seu 56). — Num. 3-4: Omnia praeter responsum in fine num. 4, ex** *Summa sent., toc. cit.,* **ubi auctor anonymus opinionem refellit quam Petrus Abaelardus**

— Quod frivolum est, cum et angeli liberum arbitrium habeant 1, et tamen gratia adeo sunt confirmati, ut peccare nequeant. Quanto magis ergo ille homo, cui Spiritus 2 est datus sine mensura ?

4. Auctoritate utuntur ad idem ? Inducunt quoque auctoritatem ad probandum idem. Scriptum est enim in libro Sapientiae 3: *Qui potuit transgredi et non est transgressus, facere malum et non fecit.* — Sed hoc accipiendum est secundum membra, vel partim de capite, partim de membris 4; de capite: *non est transgressus,* et *non fecit* malum; de membris: *potuit transgredi,* et *facere malum.*

Cap. 4 (37).

Si Deus potuit assumere hominem in sexu muliebri. Solet etiam quaeri, quamvis curiose, a nonnullis, si Deus humanam naturam potuit assumere secundum muliebrem sexum. — Quidam arbitrantur eum potuisse assumere hominem in femineo sexu ut assumpsit in virili; sed opportunius atque convenientius factum est ut de femina nasceretur et virum assumeret, ut ita utriusque sexus liberatio ostenderetur. Unde **Augustinus** in libro *84 Quaestionum* 5: « Hominis liberatio in utroque sexu debuit apparere. Ergo quia virum oportebat suscipere, qui sexus honorabilior est, consequens erat ut feminei sexus liberatio hinc appareret, quod ille vir de femina natus est ». « Sapientia ergo Dei, quae dicitur unigenitus Filius, homine suscepto » in utero et de utero Virginis, « liberationem hominis indicavit ».

3 Spiritus] sanctus *add.* LRV. 4 Rubrica *om.* CLRVW, *diversa* A. ‖ utuntur] utitur BTX. 6 malum] mala ALW. 9 potuit... humanitate (132,16) *om.* C *ob defectum pecte.*

1 Cf. Lib. II, d. 25, c. 3 (tom. I, 463). 2 Resp. Ioan. 3, 34: *Non enim ad mensuram dat Deus spiritum.* 3 Eccli. 31, 10. 4 Iuxta Tichonii regulam primam, apud August., *De doctrina christ.,* III, c. 31, n. 44 (PL 34, 82; CSEL 80, 106; CCL 32, 104). 5 Quaest. 11 (PL 40, 14; CCL 44 A, 18), ubi et textus immediate sequens.

proposuerat in suis *Commentariis in Epistolam Pauli ad Romanos,* Lib. I (in cap. 3, 4) (PL. 178, 823 B - 824 C; ed. E. Buytaert, CCL, Contin. Med. XI, 98s).

DISTINCTIO XIII

Cap. unicum (38).

1. **Si Christus secundum naturam hominis in sapientia et gratia proficere potuit vel profecit.** Praeterea sciendum est Christum secundum hominem ab ipsa conceptione gratiae plenitudinem recepisse, cui *spiritus datus est non ad mensuram* et in quo *plenitudo divinitatis corporaliter habitat* 2.

2. **Quomodo dicitur plenitudo divinitatis habitare in Christo?** Ita vero habitat, ut ait **Augustinus** *Ad Dardanum* 3, quod omni gratia plenus est; non ita habitat in sanctis. Ut « in nostro corpore inest sensus singulis membris, sed non quantum in capite: ibi enim et visus est et auditus et olfactus et gustus et tactus, in ceteris autem solus est tactus »; ita et in Christo *habitat omnis plenitudo divinitatis,* quia ille est caput, in quo sunt omnes sensus; in sanctis vero quasi solus tactus est, quibus datus est spiritus ad mensuram, cum *de illius plenitudine* acceperunt 4. — **Quomodo intelligatur: de plenitudine eius accepimus?** Acceperunt autem de illius plenitudine non secundum essentiam, sed secundum similitudinem, quia nunquam illam eandem essentialiter, sed similem acceperunt gratiam.

3. Puer ergo ille *plenus sapientia et gratia*5 fuit ab ipsa conceptione. Unde Ieremias 6 recte dicit: *Novum faciet Dominus super terram: mulier*

4 profecit] proficit B, profecerit NV. 8 Rubrica *om.* LRW. 10 Ut] et *add.* BT, *add. sed del.* L, etiam *add.* R. 16 Rubrica *om.* LRW.

1 Ioan. 3, 34. 2 Col. 2, 9. 3 *Epist. 187,* c. 13, n. 40 (PL 33, 847; CSEL 57, 117). 4 Resp. Ioan. 1, 16: *Et de plenitudine eius nos omnes accepimus.* Cf. *Glossa interi.* in h.l.: « Quia illis *(legas:* illi) spiritus datus est non ad mensuram, nobis ab eo secundum mensuram » (apud Lyranum V, 188v; textus corr. ope codd. Berolini theol. lat. 112, f. 125v; Vatic. Chigi A. VIII. 248, f. 430r). 5 Resp. Luc. 2, 40. « Ier. 31, 22.

Dist. XIII-X1V: Cf. L. Ott, *Untersuchungen* 375-378; A. M. Landgraf, *Das Wissen der Seele Christi,* in *Dogmengeschichte,* II-2, 44-131; quoad antecessores nostri Magistri videsis etiam seriem studiorum dom. H. Santiago Otero, quorum quaedam infra indicantur. — Num. 1: Influxus *Summae Sententiarum,* I, 16, quibusdam verbis detegitur (PL 171, 1100 A; 176, 73 C). — Num. 2: Ex *Glossa* in Coloss. 2, 9 (PL 192, 273 A), partim verbis Augustini compacta (ex Floro, 657 A), partim paraphrasibus Gilbert!.

Num. 3-5 (usque ad auctoritatem Gregorii) fundantur super *Summam sent,* (loco cit.);

circumdabit virum, quia [1] in utero Virginis perfectus vir exstitit, non solum propter animam et carnem, sed etiam propter sapientiam et gratiam qua plenus erat.

4. **Auctoritatem ponit quae videtur obviare.** Huic autem videtur obviare sententiae quod in Lucae Evangelio legitur [2]; *Iesus proficiebat sapientia et aetate et gratia apud Deum et homines.* Si enim proficiebat sapientia et gratia, non videtur a conceptione habuisse plenitudinem gratiae sine mensura.

5. **Determinatio auctoritatis.** Ad quod sane dici potest ipsum, secundum hominem, tantam a conceptione accepisse sapientiae et gratiae plenitudinem, ut Deus ei plenius conferre non potuerit; et tamen vere dicitur profecisse sapientia et gratia: non quidem in se, sed in aliis, qui de eius sapientia et gratia proficiebant, dum eis sapientiae et gratiae munera secundum processum aetatis magis ac magis patefaciebat. — **Gregorius.** Unde **Gregorius** in quadam homilia [3] ait: « luxta hominis naturam proficiebat sapientia: non quod ipse sapientior ex tempore, qui a prima conceptionis hora spiritu sapientiae plenus permanebat, sed eandem qua plenus erat sapientiam ceteris ex tempore paulatim demonstrabat. luxta hominis naturam *proficiebat aetate:* de infantia ad iuventutem; iuxta hominis naturam *proficiebat gratia:* non ipse quod non habebat per accessum temporis accipiendo, sed pandendo donum gratiae quod habebat; *apud Deum et homines:* quia quantum proficiente aetate patefaciebat hominibus dona gratiae quae sibi inerant et sapientiae, tantum eos ad laudem Dei excitabat; et sic Deo Patri ad laudem, et hominibus ad salutem proficiebat ». — In aliis ergo, non in se *proficiebat*

5 sententiae *trp. post* autem LMRT. 9 Rubr. *om.* RVW. 16 ipse] esset A. ‖ sapientior] esset *add. marg.* L2W2, *add. interi.* T2. ‖ tempore] fuerit *add.* X. 17 a prima] ab ipsa LR.

[1] Cf. *Glossa interi,* in h.L: «A conceptu, quia iuxta incrementa aetatis... proficere videbitur sapientia et aetate, sed perfectus vir in ventre femineo solitis mensibus continebitur» (apud Lyranum IV, 135v); ex Hieron. in h.l. (PL24 [1845], 880 D; CSEL 59, 397s; CCL 74, 313). [2] Luc. 2, 52. [3] Sub nomine Gregorii in *Glossa ordin.* in Luc. 2, 52 (apud Lyranum V, 133a); sed reapse est Bedae, *In Evang.,* I, hom. 12 (PL 94, 67 C - 68 A; hom. 19 in CCL 122, 139s).

de quo fonte cf. H. Santiago Otero, *La actividad sapiential de Christo en manto hombre en la « Summa de las sententias »,* in *Rivista espanola de teologla* 28 (1968) 80s.

In num. 5 nova auctoritas ps.-Gregorii locum tenet illae Bedae quae invenitur in *Summa sent.* Tunc ubi eadem *Summa* de profectu episcopi loquitur, archidiaconus noster exemplum proponit rectoris ecclesiastici.

sapientia et, gratia. Unde in eodem Evangelic 1 puer ille *plenus sapientia et gratia* perhibetur. Sic ergo dicitur profecisse sapientia et gratia, ut aliquis rector ecclesiasticus dicitur proficere in cura sibi credita, dum per eius industriam alii proficiunt.

6. Praedictis videtur adversari quod Ambrosius ait. Alibi tamen s scriptum reperitur quod secundum sensum hominis profecerit, sicut aetate hominis profecit. Ait enim Ambrosius in libro III De *Spiritu Sancto* 2 sic: « Deus perfectionem naturae assumpsit humanae. Suscepit sensum hominis, sed non sensu carnis fuit inflatus 3. Sensu hominis animam dixit turbatam 4; sensu hominis esurivit et rogavit5; sensu hominis profecit, ic sicut scriptum est 6; *lesus proficiebat aetate et sapientia et gratia.* Quomodo proficiebat sapientia Dei ? Profectus aetatis et profectus sapientiae, sed humanae est. Ideo aetatem commemoravit, ut secundum hominem crederes dictum: aetas enim non divinitatis, sed corporis est. Ergo, si proficiebat aetate hominis, proficiebat sapientia hominis. Sensus autem pro- 15 ficit; quia sensus, ideo sapientia ». — **De duobus sensibus Christi, scilicet gemina sapientia :** « Qui sensus proficiebat ? Si humanus, ergo ipse susceptus est; si divinus, ergo mutabilis per profectum: quod enim proficit, mutatur in melius. Sed quod divinum est, non mutatur 7; quod ergo mutatur non est divinum. Sensus igitur proficiebat humanus: sensum 2C ergo suscepit humanum ». « Non poterat confortari virtus Dei, nec crescere Deus, nec altitudo sapientiae Dei 8 impleri. Quae igitur implebatur, erat non Dei, sed nostra sapientia. Nam quomodo implebatur, qui *ut omnia impleret descendit 9?* Per quem autem sensum dixit Isaias quod patrem puer nesciebat aut matrem ? Scriptum est enim 1°: *Priusquam sciat puer* 2s *patrem aut matrem,* accipiet *spolia Samariae.* Sapientiam enim Dei futura

9 Sensu2] sensus hic varie (accipitur *add.* T), scilicet sensibilitas, infirmitas, sapientia *nota marg.* BT2. ‖ dixit] esse *add.* LRW. 15-16 proficit] profecit BOVX. 16 Rubrica *om.* RVW. 17 Qui] Quis NRV. 21 Non] nec LRV.

1 Resp. Luc. 2, 40. 2 Immo in libro *De incarnationis dom. sacramento,* c. 7, nn. 71-76 (PL 16 [1845], 836 B-837 D; CSEL 79, 260-263), nonnullis passim omissis. 3 Resp. Coi. 2, 18: *inflatus sensu carnis suae.* 4 Resp. Ioan. 12, 27. 5 Resp. Matth. 4,2: *Postea esuriit;* Luc. 22,32: *Ego autem rogavi pro te.* 6 Luc. 2,52. ' Resp. Num. 23, 19: *Non est Deus... ut fllius hominis, ut mutetur;* Malach. 3, 6: *Ego enim Dominus, et non mutor.* 8 Resp. Rom. 11, 33. 9 Eph. 4, 10. 10 Isai. 8, 4.

Num. 6: Auctoritas Ambrosii frequentius citatur (nonnumquam in forma breviori) a scholasticis Lombardo coaevis: ex. gr. a Petro Abaelardo, *Sic et non,* c. 73 (PL 178, 1444 B-C), et ab auctore quaestionum in cod. Clm 7972, f. 24 r-v (de quo cf. H. Santiago Otero *La actividad,* 78 et 82s); non autem invenitur in *Summa sent.,* etc.

et occulta non fallunt; expers autem agnitionis infantia, per humanam utique imprudentiam, quod adhuc non didicit ignorat ». — « Sed verendum est, inquam, ne, si duos principales sensus aut geminam sapientiam Christo tribuimus, Christum dividamus. Numquid, cum et divinitatem eius et carnem adoramus, Christum dividimus ? Numquid, cum in eo imaginem Dei crucemque veneramur, dividimus eum ? Apostolus certe, qui de eo dixit i; *Quoniam etsi crucifixus est ex infirmitate nostra, vivit tamen ex virtute Dei,* ipse dixit 2 quia non *divisus est Christus.* Numquid etiam, cum dicimus quia animam rationalem et intellectus nostri suscepit capacem, dividimus eum ? Non enim ipse Deus Verbum pro anima rationali et intellectus capaci in carne sua fuit; sed animam rationalem et intellectus capacem, et ipsam humanam et eiusdem substantiae cuius nostrae sunt animae, et carnem nostrae similem 3 eiusdemque cuius caro est nostra substantiae suscipiens, perfectus etiam homo fuit ».

7. **De intelligentia praemissorum verborum.** Haec verba **Ambrosii** pia diligentia inspicienda sunt, quae ex parte hominis ignorantiam instruunt et illuminant, ex parte errandi fomitem male intellecta ministrant.

8. **De gemina sapientia Christi: genita et creata ?** His etenim evidenter traditur duos in Christo esse principales sensus, sive geminam sapientiam. Neque ideo unitas et singularitas personae dividitur, sed iuxta duas naturas, duas habet sapientias: unam non creatam sed genitam, quae ipse est; alteram non genitam, sed creatam, et per gratiam ei collatam. Nam Isaias de eo praetestatur 4: *Requiescet super eum spiritus sapientiae et intellectus* etc. Spiritu ergo sapientiae et intellectus, id est sapientia et intelligentia per Spiritum Sanctum gratis data, Christus erat sapiens secundum animam; secundum Deum vero sapiens erat sapientia genita

4 et *om.* AVX. 7 etsi] christus *add.* LR, scilicet Christus *add. interi.* V2. 14 nostra] nostre OVW. 18 Rubrica *om.* RVW. 23 praetestatur] protestatur BMR, *corr. in* testatur L, *corr. ex* prestatur N. 26 genita] eterna NRVW, *om.* B, *corr. interi, in* eterna L2, eterna que deus est *add. mg.* T2.

1 II Cor. 13, 4. 2 I Cor. 1, 13. 3 Resp. Rom. 8, 3: *In similitudinem carnis peccati.* 4 Isai. 11, 2.

Num. 7-8. Hic lubet notare commentum *Glossae* ps.-Petri Pictaviensis: *«Haec verba Ambrosii.* Hic Magister verba sua interponit, quia Ambrosius capitulum illud difficilius pertractaverat, et quod de gemina Christi sapientia dixerat, et quomodo Christus non sit divisus manifestius explanat. — In sequenti vero capitulo [n. 9] qualiter hoc sit intelligendum de profectu sensus Christi, in quo Ambrosius praedictae auctoritati contradicere videtur, aperte distinguit. Notandum tamen quod quaedam in hoc capitulo [n. 8] Magister posuit quae ipse cum primum legeret has Sententias, asseruit, sed ut P. decanus se audivisse est testatus, cum

quae ipse est. Et sicut in quantum Deus est, bonus est bonitate naturali quae ipse est, et iustus iustitia naturali quae ipse est, ita sapiens sapientia naturali quae ipse est. Anima vero eius, sicut bona est et iusta bonitate vel iustitia gratis data quae ipse vel ipsa non est, ita est sapiens sapientia gratis data quae ipsa non est. Et licet gemina in Christo sit sapientia, una tamen eademque persona est, quae in quantum Deus est, vel in quantum natura divina est, sapiens est sapientia aeterna 1,

[textus originalis]	[lectio secunda]
scilicet sapientia genita, id est seipsa, et sapientia quae non est genita quae communis est tribus personis; non tamen gemina sapientia, quia non est alia et alia sapientia, sapientia genita, quae tantum Filius est, et sapientia quae communiter Pater est et Filius et Spiritus Sanctus.	scilicet sapientia *ingenita quae est Pater,* et sapientia quae non est *ingenita* quae communis est tribus personis; non tamen gemina sapientia, quia non est alia et alia sapientia, sapientia *ingenita* quae tantum *Pater* est, et sapientia quae communiter Pater est et Filius et Spiritus Sanctus.

In quantum vero eadem persona homo est, id est secundum hominem acceptum, vel in quantum est subsistens ex anima et carne, sapiens est sapientia gratuita. Sapiens est igitur humano sensu et divino.

9. **Quomodo intelligendum sit illud: sensus proficiebat humanus.** Sed ex qua causa illius dicti intelligentia, scilicet 'sensus proficiebat humanus', assumenda est ? Aperte enim videtur **Ambrosius** innuere quod

1 ipse] Deus NVW(T2). 3 eius *om.* V, *add. interi.* N. 4 vel ipsa *om.V, sed add. interi.* V2. 5 quae] ipse vel *add.* N. ‖ ipsa] ipse BMX. 6 eademque] et eadem LR. 9-15 scilicet... Sanctus *va-cat* T, non est textus sed glossa que accipitur *nota marg.* V2. *Vide notam historicam infra positam; hic autem notetur quod textus originalis sine correctione inventur in* ABOX *Gualt., cum correctionibus in* LM *(sed male)* T; *et quod sola lectio secunda praesefert in* NRVW. 12 *(lectio 2a)* gemina *corr. ex* genita R, *corr. in* genita W2. 13 *(2a)* tantum Pater est *trp.* est tantum Pater R, Pater tantum est VW. 18 gratuita] genita *marg.* A, *corr. marg.* ex genita L2. ‖ est *om.* ANOX. ‖ est igitur *trp.* LR.

1 Vide Lib. I, d. 32, cc. 2-5 (pp. 234-238), praesertim cap. 5.

secundo eadem legeret eadem improbavit, et potius pro aliorum opinione quam pro se haec dixisse testabatur. Dixerat enim quod persona Christi, in quantum Deus est, sapiens est sapientia genita, id est seipso, quod postea negavit» (cod. n, f. 43c; cod. p, f. 83c); cf. I. Brady, *Peter Manducator and the Oral Teachings of Peter Lombard,* in *Antonianum* 41 (1966) 474, et Proleg. ad tomum I, p. 127 Veritas huius assertionis apparet ex diversitate lectionum n codicibus. Interest etiam advertere quod Gualt. de S. Victore monstrans *errores lombardi pervertentis veritatem* (ita rubrica sua), hunc passum secundum formam originalem profert,, non iuxta correctionem postea factam *(Contra IV Labyrinthos Franciae* IV, Additamenta, posteriora; ed. P. Glorieux, *Archives d'histoire doctr. et Utt.* 19, 1952, 318, lin, 24-30).

Christus secundum humanum sensum profecerit, et quod infantia eius expers cognitionis fuerit, et patrem et matrem ignoraverit: quod nec Ecclesia recipit, nec praemissae auctoritates patiuntur sic intelligi. Sed ita sane potest accipi, ut quantum ad visum hominum et sui sensus ostensionem, Christus profecisse dicatur. Proficiebat ergo humanus sensus in eo secundum ostensionem et aliorum hominum opinionem. Ita etiam patrem et matrem dicitur ignorasse in infantia, quia ita se habebat et gerebat ac si agnitionis esset expers.

DISTINCTIO XIV

Cap. 1 (39).

1. **Si anima Christi habuerit sapientiam parem cum Deo, et si omnia scit quae Deus.** Hic quaeri opus est, cum anima Christi esset sapiens sapientia gratuita, utrum habuerit sapientiam aequalem Deo, sive omnium rerum scientiam habuerit vel habeat, id est utrum omnia sciat quae Deus scit.

2. **Opinio quorundam.** Quibusdam placet [1] quod nec parem cum Deo habeat scientiam, nec omnia sciat quae Deus, « quia in nullo creatura aequatur Creatori [2] ». — **Rationem inducunt.** Cum igitur anima illa creatura sit, in nullo aequatur Creatori: ergo nec in sapientia. Non ergo

7 habebat] agebat L, corr. ex agebat R. 11-12 Rubrica *om.* V, *abbrev.* RX. 11 habuerit] habuit ABL. 13 gratuita] genita AL. ‖ habuerit] habuit BVW. 14 habuerit] habuit LVW. 17-18 creatura aequatur *trp.* LOR.

1 Ita Gualterus de Mauritania, *Epist. ad Hugonem de S. Victore* (PL 186, 1052 B - 1054 B); de cuius doctrina cf. L. Ott, *Untersuchungen zur theol. Briefliteratur,* 340-347; idem, *Walter* p. *Mortagne und Petrus Lombardus in ihrem Verhâltnis zueinander,* in *Mélanges J. de Ohellinck* II, 651s; et H. Santiago Otero, *Gualterio de Mortagne* (f *1174) y las controversias cristologicas dei siglo XII,* in *Rev. espanola de teologia* 27 (1967) 271-283. 2 Verba sunt Gualterii (PL 186, 1053 A); cf. August., *De natura et gratia,* c. 33, n. 37: «Etiam cum fuerit in nobis tanta iustitia ut ei addi omnino nihil possit, non aequabitur creatura Creatori» (PL 44, 265; CSEL 60, 261).

Dist. XIV, c. 1: Fons huius quaestionis invenitur in *Summa sent.* 1,16 (PL 171, 1100 C - 1101 C; 176,74 A-D), unde sumuntur multa et ad verba in nn. 1-2, 4-5. Verumtamen nec Gualterus de Mauritania (qui *Summae* fonti erat) nec ipsa *Summa sent,* «inducunt auctoritates» propositas in n. 2 (praeter verba Apostoli ad Cor.) nec «alias plures rationes et auctoritates».

habet aequalem sapientiam cum Deo, nec scit omnia quae Deus. — Item, si anima illa aequalem habet cum Deo sapientiam, non ergo Deus in omni bono maiorem habet sufficientiam quam eius creatura. — **Auctoritates etiam inducunt.** Inducunt etiam auctoritates ad idem probandum. Ait enim Propheta 1 ex persona hominis assumpti: *Mirabilis facta est scientia tua ex me, et non potero ad eam.* Quod exponens, **Cassiodorus** 2 ait: « Veritas humanae conditionis ostenditur, quia homo assumptus divinae substantiae non potest aequari in scientia vel in alio ». — Apostolus etiam **ait** 3: *Nemo novit quae sunt Dei nisi Spiritus Dei, qui solus scrutatur omnia, etiam profunda Dei.* — His aliisque pluribus rationibus et auctoritatibus nituntur, qui animam Christi asserunt nec parem cum Deo habere scientiam, nec omnia scire quae Deus; quia si omnia scit quae Deus, scit ergo creare mundum, scit etiam creare se ipsam.

3. **Responsio quaestionis definitivam continens sententiam.** Quibus respondentes, dicimus animam Christi per sapientiam gratis datam, in Verbo Dei cui unita est, quod perfecte intelligit, omnia scire quae Deus scit, sed non omnia posse quae potest Deus; nec ita clare ac perspicue omnia capit ut Deus; et ideo non aequatur Creatori suo in scientia, etsi omnia sciat quae et ipse. Nec eius sapientia aequalis est sapientiae Dei, quia illa multo est dignior, digniusque et perfectius omnia capit quam illius animae sapientia. Ergo et in scientia maiorem habet sufficientiam Deus quam anima illa, quae dignior est omni creatura.

4. Illud vero Apostoli 4 quod inducunt, *Nemo novit quae Dei sunt nisi Spiritus Dei, qui solus scrutatur omnia,* pro nobis facit. Mox enim addit Apostolus 5: *Nos autem Spiritum Dei habemus,* ut per Spiritum quem habebat, Dei *profunda* se scire ostenderet. Sed anima illa prae omnibus Spiritum Dei habuit, cui *Spiritus non est datus ad mensuram,* ut ait Joannes Evangelista 6; dona igitur Spiritus Sancti sine mensura habuit; ergo et sapientiam. Omnia ergo scivit anima illa. Si enim quaedam scivit, quaedam non, non sine mensura scientiam habuit. Sed sine mensura scientiam habuit; scit igitur omnia.

1 sapientiam cum Deo *trp.* ABLV. ‖ quae] scit *add.* LMTV. 3-4 Rubrica *om.* BLOT. 6 me] et *(om.* LR) confortata est *add.* LMR. 11 nituntur] utuntur MV. 16 quod] que ABL, quem MR, etiam *add.* V, et *add.* W. 16-17 Deus scit *trp.* BMT. 18 capit] capere BM. ‖ in] etiam BMV. 19 est *trp. p.* Nec BLMRT, *om.* AX. 23 Apostoli *trp. p.* inducunt LMRT. 28 ergo] igitur LMR.

1 Ps. 138, 6. 2 In h.l. (PL 70, 985 D; CCL 98, 1244); ex *Glossa* Magistri in h.l. (PL 191, 1218 B). 3 i Cor. 2, 10-11. 4 i Cor. 2, 10-11. 5 i Cor. 2, 12. 6 Ioan. 3, 34; cf. supra, Dist. 13, fin. 1-2.

5. **Fulgentius** etiam in sermone quodam [1] multa inducit, quibus asserit animam illam rerum omnium scientiam habere, utens auctoritate Apostoli dicentis [2]; *[n quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi.* — Quod etiam ratione probari potest, sic: Nihil scit aliquis, quod eius anima ignoret; sed Christus, secundum omnium concessionem, omnia scit; igitur anima eius omnia scit.

6. Ad id vero quod dicunt, 'Si omnia scit, ergo scit creare mundum vel se ipsam', respondemus quod scientiam habet creandi mundum, sed non potentiam; et creandi animam, et scit quomodo Deus se ipsam creavit; habet ergo scientiam sui creatae, non sui creandae, quia non est creanda, sed creata.

Cap. 2 (40).

1. **Quare Deus non dedit illi potentiam omnium ut scientiam.** Si vero quaeritur quare Deus non ei dederit potentiam faciendi omnia ut scientiam, responderi potest quia naturaliter capax est scientiae, et ideo id ei congrue datum est sine mensura, cuius ipsa naturaliter capax est. Non est autem ei datum posse facere omnia quae Deus facit, ne omnipotens, et per hoc Deus putaretur. Verumtamen forte nec potentiam faciendi omnia ei Deus praestare potuit, etsi potentiam faciendi aliqua quae non facere potest. — Scit igitur anima Christi omnia quae Deus in Verbo Dei, quod liquidius et praesentius omni creatura contemplatur ut ei unita; in quo etiam angeli et quae Dei sunt et quae futura sunt cognoscunt [3].

2. **Quomodo intelligenda sint quaedam verba Ambrosii super Lucam.** Sed si anima illa non habet tantam potentiam quantam et Deus, nec homo assumptus tantam potentiam quantam et Deus, quomodo ergo intelligitur illud **Ambrosii** super Lucam [4], ubi angelus de nascituro Filio Virginis **ait**[5]: *Hic erit magnus et filius Altissimi vocabitur:* « Non

4 probare potest *trp.* BMRT. 9-10 creavit] creaverit BMNTVW. 10 creatae] creare AB. ‖ non sui creandae] sed non potest seipsam creare A. 14-15 ut scientiam *om.* OX. 17 autem *om.* R, *add. interi.* OV. 23 Ambrosii] vel Bede *add.* LRW. 27 Non] Ambrosius *rubr. mg.* AM, Ambrosius (et *add.* T) Beda *rubr. mg. authentica* BLNOTX.

1 Immo in *Epist. 14 (ad Ferrandum),* q. 3, n. 29 (PL 65, 418 D; CCL 91, 421). 2 Coi. 2, 3. 3 Vide Lib. II, d. 11, c. 2, praesertim nn. 8-10 (tom. I, 381-383). *4 Glossa ordin.* in Luc. 1, 32 (apud Lyranum V, 125a), sub nomine Bedae et Ambrosii (in rubrica marginali); est autem Bedae, *in Evang.t* I, hom. 1 (PL 94, 11 C-D; hom. 3 in CCL 122, 16s). 5 Luc. 1, 32.

Cap. 2, num. 1: Pars prior fundatur in *Summa sent.* I, c. 16 (PL 171, 1101 C; 176, 74 D).

ideo, inquit, erit magnus, quod ante partum Virginis magnus non fuerit, sed quia potentiam quam Dei Filius naturaliter habet, homo erat ex tempore accepturus, ut una sit persona homo et Deus ». Ecce aperte dicit quod homo erat accepturus ex tempore potentiam quam habuit Dei Filius naturaliter.

3. Sed si homo accepturus erat illam potentiam, ergo vel persona, vel natura hominis. Sed persona non, quia semper habuit et habet; ergo natura. Si natura, ergo anima; nam de carne constat quod accipere non posset. — Ad hoc dicimus illud esse accipiendum de persona, sed non in quantum est Dei, immo in quantum est hominis persona. Una est enim persona Dei et hominis, Filii Dei et filii hominis; quae in quantum est Dei persona, semper et naturaliter omnipotentiam habuit; sed in quantum est hominis, non semper fuit. Illa ergo persona quae semper fuerat Dei, futura erat hominis persona; et secundum hoc quod futura erat hominis persona, acceptura erat ex tempore potentiam quam naturaliter et semper habuerat in quantum Dei persona. — Secundum hanc distinctionem illud et similia sane accipi possunt; quae distinctio in pluribus quaestionum articulis est necessaria adversus quorundam perplexam verbositatem. Sed « cum de rebus constat, in verbis frustra habetur controversia].

DISTINCTIO XV

Cap. 1 (41).

1. **De hominis defectibus quos assumpsit Christus in humana natura.** Illud quoque praetermittendum non est, quod Dei Filius naturam ho-

] Hanc auctoritatem tamquam Augustini accepit Magister de *Summa sent.,* I, 15 (PL 171, 1097 D; 176, 71 B); et forsitan ex eadem rubricam adiunxit *Augustinus in libro de trinitate* (quae hic invenitur in codd. ABLMNOT); non est autem Augustini in *De Trinitate.* Vide tamen August., *Contra Academicos,* II, c. 10, n. 24; dein c. 11, n. 25: « Vetuit te [Alypius], res cum constaret, de verbis movere quaestionem»; ac III, c. 13, n. 29: «Docuit enim me [loquitur Augustinus], cum de re constat, ...de verbis non debere contendi» (PL 32, 930, 931, 949; CSEL 63, 40, 41, 68s); necnon et aptius, *Epist. 238 (ad Pascentium),* n. 4: «Quid est enim contentiosius, quam ubi de re constat, certare de nomine [scii, *homoüsion]* ?» (PL 33, 1040; CSEL 57, 536).

Dist. XV: Cf. L. Ott, *Untersuchungen,* 213-234; necnon et idem, *Walter von Mortagne und Petrus Lombardus in ihrem Verhdltnis zueinander,* in *Mélanges Jos. de Ghellinck* II, 649-651; utrobique ostendit Gualterum fontem esse Lombardi, mediante autem *Summa sent.* I, 17 (PL 171, 1101 C - 1102 B; 176, 75 A-C), cui Magister alia quamplura adiungit. — Cap. 1, num. 1: Ex *Summa sent.* I, 17 (PL 171, 1101 C; 176, 75 A).

minis accepit passibilem: animam passibilem, carnem passibilem et mortalem. Ut enim probaretur verum corpus habere, suscepit defectus corporis !; famem et sitim et huiusmodi; et ut veram animam probaretur habere, suscepit defectus animae, scilicet tristitiam, timorem, dolorem et huiusmodi.

2. **Augustinus** *. Omnis autem sensus animae est: non enim caro sentit, sed anima utens corpore velut instrumento. Unde **Augustinus**, *Super Genesim,* in libro XII 2: «Non corpus sentit, sed anima per corpus, quo velut nuntio utitur ad confirmandum in se ipsa quod extrinsecus nuntiatur ». Sicut ergo anima quod foris est per corpus tamquam instrumentum videt vel audit, ita etiam per corpus quaedam sentit mala, quae sine corpore non sentiret, ut famem et sitim et huiusmodi; unde non immerito defectus corporis dicuntur. Quaedam autem non per corpus, immo etiam sine corpore sentit, ut est timor et huiusmodi. Sentit igitur anima dolores, sed quosdam per instrumentum corporis, quosdam vero non 3..

3. Suscepit autem Christus sicut veram naturam hominis, ita et veros defectus hominis, sed non omnes. Assumpsit enim defectus poenae, sed non culpae; nec tamen omnes defectus poenae, sed eos omnes quos homini eum assumere expediebat et suae dignitati non derogabat. Sicut enim propter hominem homo factus est4, ita propter eum hominis defectus suscepit. Suscepit enim de nostro ut de suo nobis tribueret, ut nostrum tolleret. Suscepit enim nostram vetustatem, ut suam nobis infunderet novitatem. Simplam accepit ille vetustatem, id est poenae, ut nostram duplam consumeret, id est poenae et culpae 5.

4. **Qualiter accipiendum sit illud quod ait Leo Papa.** Tradit auctoritas 6 quod « Dominus noster in se suscepit omnia infirmitatis nostrae

17-18 sed2... poenae *om. (hom.)* OV, *sed add. marg.* V.

i Cf. August., *Epist. 137 (ad Volusianum),* c. 3, n. 9 (PL 33, 519; CSEL 44, 107s). 2 Cap. 24, n. 51 (PL 34, 475; CSEL 28-1, 416). 3 Cf. August., *Enarr. in Ps. 87,* 4: *Depleta est malis anima mea* (PL 37, 1110; CCL 39, 1209); in *Glossa* Magistri in h.L: « Non vitiis, sed doloribus, quibus anima carni compatitur. Non enim dolor corporis potest esse sine anima. Dolere autem anima etiam non dolente corpore potest» (PL 191, 811 D-812A).. 4 Cf. Symbolum Constantinopolitanum, in forma liturgica: « Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de caelis »; apud DS 150. 5 Cf. August., *De Trinit.,*. IV, cc. 2-3 (PL 42, 889s; CCL 50, 163-166). 6 Cf. *Sermo 63,* c. 4: « Omnes enim infirmitates nostras quae veniunt de peccato, absque peccati communione suscepit » (PL 54, 355 B).

Num. 3 in fine: Cf. *Glossa* Lombardi in Rom. 6, 6 (PL 191, 1405 A-B), ubi ultima phrasis invenitur. — Num. 4: Auctoritas Leonis papae sumitur ex *Summa sent. (loc. cit.);* iam invenitur apud Gualterum (cf. L. Ott, *Untersuchungen,* 214, n. 2; et 226, n. 36). Quatenus prae-

praeter peccatum ». Quod nisi accipiatur de illis tantum quae eum sumere pro nobis oportuit nec dedecuit, falsum esse probabitur. — Non enim assumpsit ignorantiam aliquam, cum sit ignorantia quaedam quae defectus est nec peccatum est, scilicet ignorantia invincibilis 1. Nam vincibilis peccatum est, si tamen de his est quae nobis expedit scire: sunt enim quaedam quorum scientia non affert, vel ignorantia non impedit salutem, et forte talium rerum ignorantia defectus non est.

5. Constat autem in nobis esse ignorantiam atque difficultatem volendi vel faciendi bonum, quae ad miseriam nostram pertinent. Unde **Augustinus** in libro III *De libero arbitrio* 2: « Approbare, inquit, falsa pro veris, ut erret invitus, et resistente atque torquente dolore carnalis vinculi, non posse a libidinosis operibus temperare, non est natura instituti hominis, sed poena damnati ». « *Ex* qua miseria 3 peccantibus iustissime inflicta liberat Dei gratia, quia sponte homo libero arbitrio cadere potuit, non etiam surgere. Ad quam miseriam pertinet ignorantia et difficultas quam patitur omnis homo ab exordio nativitatis suae, nec ab isto malo quisquam nisi gratia Dei liberatur ». — Ecce evidenter dicit hic **Augustinus** ignorantiam qua quisque invitus falsa pro veris approbat, et difficultatem qua non potest se temperare a malo, ad miseriam nostram pertinere et poenam esse hominis. Haec autem Christus non habuit; non igitur accepit omnes defectus nostrae infirmitatis praeter peccatum.

6. **Quod ignorantia talis et difficultas non sit peccatum.** Sed forte aliquis dicet 4 illa esse peccatum. — Cui obviat quod **Augustinus** tradere videtur, haec scilicet Deum inculpabiliter ante peccatum, in exor-

2 probabitur] probatur ABLRVW. *15* surgere] resurgere V, *corr. ex* resurgere A, *corr. interi, in resurgere L.* 18 quisque] quis BMNRTW.

1 De ignorantia vincibili et invincibili, v. Lib. II, d. 20, c. 5, n. 4; et praesertim d. 22, c. 5, nn. 1-2 (tom. I, 432, 446). Hic Magister aliquantulum sese opponit doctrinae *Summae sen/.,* I, 17 (PL 171, 1101 C -1102 B; 176, 75 A-C). 2 Cap. 18, n. 52 (PL 32, 1296; CSEL 74, 133); mediante libro I *Retractationum,* c. 9, n. 5 (PL 32, 598; CSEL 36,45). 3 August., *Retract.,* 1, c. 9, n. 6 (PL 32, 598; CSEL 36, 46). 4 Ita auctor *Summae sent.,* I, 17 (PL 171, 1101 D; 176, 75 B), qui docet quod «sicuti concupiscentia peccatum est..., ita ignorantia est peccatum, et tamen non imputatur nisi negligentia sit».

decessores nostri (ed. 1916, p. 611) rubricam more proprio omiserant et verba Ioan. Damasceni hic agnoscere censuerant, recte redarguebantur a studiosis: cf. B. Geyer, *Verfasser und Abfassungszeit der sog. Summa sententiarum,* in *Theol. Quartalschrift* 107 (1926), 92-94; et L. Ott, *Untersuchungen* 226, n. 36; necnon et idem, *Walter von Mortagne und Petrus Lombardus,* ubi supra, 651.

dio conditionis, homini potuisse indere, ut essent ei naturalia, ita in libro *Retractationum*[1] inquiens: «Ignorantia et difficultas etiam si essent hominis primordia naturalia, nec sic culpandus Deus, sed laudandus esset ». Sed si haec homo in primordio naturaliter habuisset, numquid esset in eo defectus et poenae ? Si defectus vel poena ei indita fuisset ante peccatum, iniuste cum eo agi videretur, si ante culpam sentiret poenam. — Ob hoc sane dicimus illa non fuisse defectus vel poenas, si naturaliter homini infuissent;: sicut non fuit homini ante peccatum, nondum gratiam adepto, defectus sive poena non posse proficere 2. Sed postquam gratiam recepit, per quam proficere potuit et ad tempus etiam profecit, eamque culpa sua post amisit, simulque proficiendi facultatem perdidit, defectus fuit ei et poena non posse proficere, scilicet malum declinare et bonum facere.

7. Omnes igitur defectus nostros suscepit Christus praeter peccatum, quos ei conveniebat suscipere et nobis expediebat. Sunt enim plura aegritudinum genera et corporis vitia, a quibus omnino immunis exstitit.. Quos enim defectus habuit, vel ad ostensionem verae humanitatis: ut timorem et tristitiam, vel ad impletionem operis ad quod venerat: ut passibilitatem et mortalitatem, vel ab immortalitatis desperatione spem nostram erigendam: ut mortem, suscepit.

8. **Quod sola voluntate illos defectus suscepit, non necessitate conditionis suae** *.* Hos autem defectus non conditionis suae necessitate, sed miserationis voluntate suscepit[3]. Veros quidem habuit defectus, sicut et nos, sed non eadem causa. Nos enim ex peccato originali hos defectus trahimus, sicut Apostolus insinuat dicens[4]: *Corpus quidem propter peccatum mortuum est,* id est necessitatem moriendi habet in se. Christus autem non ex peccato huiusmodi habuit defectus, quia sine peccato est

5 vel... fuisset] et... fuissent LN. 27 miserationis] sue *add.* LNR.

1 Lib. I, c. 9, n. 6 (PL 32, 598; CSEL 36, 46). 2 Cf. Lib. II, d. 24, c. 1 (tom. I, 450-452). 3 August., *Enarr. in Ps. 87,* 4: « Hos autem humanae infirmitatis affectus,, sicut ipsam carnem... ac mortem... non conditionis necessitate, sed miserationis voluntate suscepit» (PL 37, 1111; CCL 39, 1209); in *Glossa* Lombardi super h.l. (PL 191, 812 A-B). » Rom. 8, 10; *Glossa* Magistri in h.l.: *mortuum,* « id est habens in se necessitatem moriendi »· (PL 191, 1436 C); inde et *Sent.* II, d. 19, c. 2, n. 1 (tom. I, 422).

Num. 8: Fontes satis indicantur in notis textui appositis. Cf. etiam Hugo de S. Victore, *De sacramentis Christianae fidei* II, 1, c. 7 (PL 176, 389 D), qui tamen inter fontes non est annumerandus.

conceptus natus et in terris conversatus 1. Sed ex sola miserationis voluntate de nostro in se transtulit veram infirmitatem, sicut accepit veram carnem; quam sine omni infirmitate assumere potuit, sicut absque culpa eandem suscepit.

9. Auctoritatibus probat Christum secundum hominem vere dolores sensisse et timuisse, contra quosdam hoc negantes. Sed quia nonnulli 2 de sensu in passione humanitatis Christi male sensisse inveniuntur, asserentes similitudinem atque imaginem passionis et doloris Christum hominem pertulisse, sed nullum omnino dolorem vel passionem sensisse, auctoritatum testimoniis, eos convincentes, indubitabile faciamus quod u supra diximus.

10. Propheta Isaias dicit3: *Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit.* Et Veritas ipsa in Evangelio 4 ait: *Tristis est anima mea usque ad mortem;* ubi etiam legitur5: *Coepit Iesus pavere et taedere.* — Propheta etiam ex persona Christi ait *Repleta est malis anima mea.* is Quod exponens Augustinus7 ait: «Non vitiis et peccatis, sed humanis malis, id est doloribus repleta fuit anima Christi, quibus ipsa compatitur carni. Non enim dolor corporis potest esse sine anima; dolere autem anima etiam non dolente corpore potest. Hos autem humanae infirmitatis affectus, sicut ipsam carnem ac mortem, non conditionis ne- 21 cessitate, sed miserationis voluntate suscepit ».

11. Ambrosius etiam in libro III *De Trinitate* sic ait: «Scriptum est 9: *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste.* Timet ergo Chri-

9 pertulisse] pretulisse MTWL 12 dicit] dixit B, ait NX. 14 pavere et taedere *trp.* BMOTVW. 16 ait] inquit BMNRTX. 22 libro III *trp.* NRVX.

i Vide supra, Dist. 3, c. 4, n. 1; resp. Baruch 3, 38: *Postea in terris visus est, et cutn hominibus conversatus est.* Quod sequitur in hoc numero in parte invenitur in *Glossa* Magistri in Ps. 93, 15 (PL 191, 871 A-B); ex August, in h.l. (PL 37, 1208; CCL 39,1321). 2 Haec accusatio iam invenitur in *De sacramentis* Magistri Hugonis, ut infra notatur. 3 Isai. 53,4. 4 Matth. 26,38. 5 Mare. 14,33. « Ps. 87, 4. *t* In h.l., n. 3 (PL 37, 1110s; CCL 39, 1209). 8 Id est *De fide,* et rectius lib. II, c. 5, nn. 41, 43-44 (PL 16 [1845], 567s; CSEL 78, 70s). 9 Matth. 26, 39.

Num. 9: Hic econtra Magister se convertit ad Hugonis *De sacramentis* II, 1, c. 7 (PL 176, 390 C), ut errorem quorumdam vituperet. De quo, cf. L. Ott, *Untersuchungen,* § 14: *Walters [von Mortagné] Brief an Magister Alberich Uber die Traurigkeit und Todesfurcht Christi,* 213-234. — Num. 10: Prima auctoritas, Isaiae scilicet, invenitur apud Hugonem; secunda, in Evangelio, sumitur de *Summa sent.* I, 17 (PL 171, 1102 A; 176, 75 C). Quod sequitur, ex Augustino, iam exstat in Magistri *Glossa* in Ps. 87, 4 (PL 191, 811 D - 812 A). — Num. 11-12: Auctoritates Ambrosii et pseudo-Hieronymi (suggerente forsitan *Summa sent., locis cit.)*

stus, et dum Petrus non timet, Christus timet. Petrus dixit 1; *Animam meam pono pro te;* Christus dixit 2; *Anima mea turbatur.* Utrumque verum est et rationis plenum: quod et ille qui est inferior non timet, et ille qui superior est gerit timentis affectum». — Idem in eodem 3; «Ut homo turbatur, ut homo flet, ut homo crucifigitur 4». «Per naturam hominis et taediavit et resurrexit 5». «Non turbatur eius virtus, non turbatur eius divinitas, sed *turbatur anima* 6; secundum humanae fragilitatis assumptionem turbatur. Nam qui suscepit animam, suscepit etiam animae passionem: non enim eo quod Deus erat, aut turbari, aut mori posset». — Idem in eodem 7; «Suscepit tristitiam meam. Confidenter tristitiam nomino, qui crucem praedico. Ut homo habuit tristitiam, quam meo suscepit affectu: mihi compatitur, mihi tristis est, mihi dolet. Ergo pro me et in me doluit, qui pro se nihil habuit quod doleret. Doles igitur, Domine Iesu, mea vulnera, non tua, quia tu non pro te, sed pro me doles».

12. **Hieronymus** quoque in *Explanatione fidei* s ait: «Nos ita dicimus hominem passibilem a Dei Filio susceptum, ut deitas impassibilis permaneret. Passus est enim Filius Dei, non putative, sed vere, omnia quae Scriptura testatur secundum illud quod pati poterat, scilicet secundum substantiam assumptam. Licet ergo persona Filii susceperit passibilem hominem, ita tamen eius habitatione secundum suam substantiam nil passa est, ut tota Trinitas, quam impassibilem necesse est confiteri». — His aliisque auctoritatibus perspicuum fit Christum vere passibilem assumpsisse hominem, atque in eo defectus et affectus nostrae infirmitatis suscepisse, sed voluntate, non necessitatis conditione.

13. **Hic ponit quae praedictis adversari videntur.** Quaedam tamen reperiuntur in Sanctorum tractatibus, quae praemissis adversari viden-

6 resurrexit] Christus *add.* ALO. 18 scilicet] id est L, *om.* OX. 19 susceperit] suscepit BLMRT, *quod corr.* R.

1 Ioan. 13, 37. 2 Ioan. 12, 27. 3 Cap. 7, η. 56 (PL 16 [1854], 571 A; CSEL 78, 75s); secunda sententia *(Per... resurrexit),* ibid., c. 8, η. 59 (572 A; 77). 4 Resp. Ioan. 12, 27; Luc. 19, 41; Matth. 27, 35. 5 Resp. Marc. 14, 33 et 16, 6. » Ioan. 12, 27. 7 Cap. 7, nn. 53-54 (PL 16 [1854], 570 C-D; CSEL 78, 74s). » Id est Pelagius, *Libellus fidei,* η. 5 (PL 45, 1717).

trahuntur ex originalibus. Quoad primam cf. L. Ott, *Walter von Mortagne und Petrus Lombardus,* in *Mélanges J. de Ghellinck* II, 651, n. 13. —Num. 13; Introducitur verbis *Summae sent.* I, 17 (PL 171, 1102 B; 176, 75 D), ubi statim proponuntur verba Hieronymi, ut in fine huius paragraph!. Quod Augustinus tradere videtur invenitur apud *Glossam* in Ps. 21, 3 (PL 191, 227 B-D); sed ut iam indicatur in nostris Prolegomenis ad Tom. 1, 60*, ille passus nihil

fur. Nam super illum locum Psalmi 1; *Clamavi et non exaudies,* **Augustinus**2 tradere videtur Christum nec vere timuisse, nec vere tristatum esse, sic dicens: « Quomodo hoc dicit *qui peccatum non fecit nec inventus est dolus in ore eius* 2 ? Sed de nobis, corpore suo, hoc dicit; corporis enim sui, id est Ecclesiae, gerebat personam. Sicut et alibi, cum dixit 4; *Transeat a me calix iste,* pro nobis loquitur. Nisi forte putatur timuisse mori. Sed non vere timebat Dominus pati, tertia die resurrecturus, cum arderet Paulus *dissolvi et esse cum Christo* 5. Non enim fortior est miles quam imperator. Miles ergo coronandus gaudet mori, et Dominus coronaturus timet mortem ? Sed infirmitatem nostram repraesentans, pro suis infirmis, qui timent mori, haec dixit: vox illorum erat ». — **Hieronymus** etiam ait 6: « Erubescant, qui putant Salvatorem timuisse mortem, et passionis pavore dixisse 7: *Transeat a me calix iste*».

Cap. 2 (42).

1. **Determinatio auctoritatum.** Ne autem in sacris litteris aliqua adversa diversitas esse putetur, harum auctoritatum verba in hunc modum accipienda dicimus: ut non veritatem timoris et tristitiae vel propassionem, sed timoris et tristitiae necessitatem et passionem a Christo removisse intelligantur. — Habuit enim Christus verum timorem et tristitiam in natura hominis, sed non sicut nos, qui sumus membra eius. Nos enim causa peccati nostri his defectibus necessario subiacemus, et in nobis sunt isti defectus secundum propassionem et passionem; sed in Christo nonnisi secundum propassionem.

2. **De propassione et passione timoris vel tristitiae** 8. Sicut enim in peccatis gradus quidam notantur propassio et passio 8, ita et in his poenalibus

6 Nisi] ubi ALR. 8 fortior est *trp.* BRT. 25 vel] et ATX.

1 Ps. 21, 3. 2 *Enarr. II in Ps. 21, n. 4* (PL 36, 172s; CCL 38, 123); vide etiam *Enarr. in Ps. 93,* 15, n. 19 (PL 37,1207s; CCL 39,1319ss); et etiam infra, c. 2, n. 4. 3 I Petri 2, 22. 4 Matth. 26, 39. 5 Phil. 1, 23. 6 *in Matth.* 26, 1 (PL 26(1845], 190 B). 7 Matth. 26, 39. 8 Quae distinctio Hieronymi est, *In Matth.* 5, 28: «Inter *pathos* et *propatheian,* id est, inter passionem et propassionem, hoc interest, quod passio reputatur in vitium; propassio, licet initii culpam habeat, tamen non tenetur in crimine » (PL 26 [1845], 38 C). De qua cf. Lib. II, d. 33, c. 5, n. 5 (tom. I, 524); et *Glossa ordin.* in h.l. (apud Lyranum V, 20c).

aliud videtur quam summarium praesentis quaestionis occasione factum lectionis publicae eiusdem *Glossae.* — Idem dicendum videtur de quibusdam verbis in num. 1 sequentis capituli (cf. eadem Prolegom., p. 60 nota 3).

affectibus. Afficitur enim quis interdum timore vel tristitia, ita ut mentis intellectus non inde moveatur a rectitudine vel Dei contemplatione, et tunc propassio est. Aliquando vero movetur et turbatur, et tunc passio est.

3. **Hieronymus** ℣ Christus vero non ita fuit turbatus in anima timore vel tristitia, ut a rectitudine vel Dei contemplatione aliquatenus declinaret: secundum quem modum intelligitur, cum dicitur non timuisse vel tristis fuisse. Unde **Hieronymus**, *Super Matthaeum* 1, ubi legitur: *Coepit contristari et moestus esse:* « Ut veritatem, inquit, probaret assumpti hominis, vere contristatus est; sed non passio eius dominatur animo, verum propassio est. Unde ait: *Coepit contristari.* Aliud est enim contristari, aliud incipere contristari », quod est, aliter contristatur quis per propassionem, aliter per passionem. Ideoque, secundum hanc distinctionem aliquando dicitur Christus non vere timuisse, aliquando vere timuisse, quia verum timorem habuit et tristitiam, sed non secundum passionem neque ex necessitate conditionis.

4. **Augustinus, Super Psalmum** ℣ Unde **Augustinus**, ex his causis volens assumi dictorum intelligentiam, dicit Christum non vere timuisse vel tristatum esse, et in continenti veram tristitiam habuisse, his verbis 2: « Infirmos in se praesignans Dominus ait 3: *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste.* Non enim vere timebat Dominus pati, tertia die resurrecturus, cum arderet Paulus *dissolvi et esse cum Christo* 4. Iste gaudet coronandus, et tristis est Dominus coronaturus ? » Ecce hic videtur tristitiam et timorem a Christo removere. — Continuo autem subiunxit 5; « Sed tristitiam sic assumpsit quomodo carnem. Fuit enim tristis, ut Evangelium dicit. Si enim non tristis fuit, cum Evangelium dicat 6; *Tristis est anima mea* etc., ergo et quando dicit *t: Dormivit Iesus,* non dormivit; vel quando dicit 8 *manducasse,* non manducavit: et ita nihil

17 dictorum intelligentiam *trp.* ALR. 27 dicit] dicitur AL, eum *add.* V (iniert.) X.

1 In c. 26, 37 (PL 26 [1845], 197 A-B); eadem in *Glossa ordin.* in h.l. (apud Lyranum, V, 80a), ubi ultima verba *(Aliud est enim* etc.) omittuntur. 2 *Enarr. in Ps. 93,* 15, n. 19 (PL 37, 1206, 1207s; CCL 39, 1319s); axioma « ex causa assumenda est intelligentia dictorum», Hilarii est; cf. tom. I, 619b, s.v. *Intelligentia.* 3 Matth. 26, 39. 4 Phil. 1, 23. 5 August., l.c. (1208; 1321). 6 Matth. 26, 38; Mare. 14, 34. 7 Matth. 8, 24. 8 Luc. 14, 1.

Num. 3: Cf. *Summa sent.* I, 17 (PL 171, 1102 A-B; 176, 75 C-D). — Num. 4: Ex *Glossa* Magistri in Ps. 93, 15 (PL 191, 870 D - 871 B); ex parte invenitur in *Summa sent.,* unde sumitur prima conclusio: « Ecce hic... removere ».

sanum relinquitur, ut dicatur etiam quia corpus non erat verum. Quidquid ergo de illo scriptum est, verum est et factum est. Ergo tristis fuit; sed voluntate tristitiam suscepit veram, quomodo voluntate carnem veram ». — Aperte noscis eundem sibi in his verbis contradicere, nisi varias dictorum discerneret causas ex quibus intelligentia verborum assumenda est; si enim discernatur intelligentiae causa praedictorum verborum, nihil occurrit contradictionis 1.

Cap. 3 (43).

1. De quibusdam Hilarii capitulis valde obscuris quae videntur communi sententiae obviare. Verumtamen magis movent ac difficiliorem afferunt quaestionem verba **Hilarii,** quibus videtur tradere ictus et vulnera et huiusmodi sic in Christum incidisse, ut passionis dolorem non incuterent; sicut telum tractum per aquam vel ignem vel aëra, ea facit quae et cum trahitur per corpora animata, quia perforat et compungit, non tamen dolorem ingerit, quia non sunt illae res capaces doloris. Ita et corpus Christi sine sensu poenae vim poenae excepisse dicit, quia sicut corpus nostrum non habet talem naturam ut valeat calcare undas, ita corpus Christi dicit non habuisse naturam nostri doloris, quia non habuit naturam ad dolendum.

2. Ait enim sic in X libro *De Trinitate* 2: « Unigenitus Deus hominem verum secundum similitudinem nostri hominis, non deficiens a se Deo, sumpsit: in quo quamvis aut ictus incideret, aut vulnus descenderet,

1 relinquitur] relinquetur BLMTW, *quod corr.* L. 2 Ergo] et *add.* BLMT. 4 Aperte] Ecce *praem.* LRX. 9 valde *om.* AMNRW. 9-10 communi] huic V, *om.* O, *add. marg.* T. 15 capaces doloris *trp.* BLMRTV.

1 De principio hic enuntiato, cf. Lib. I, d. 25, c. 2, n. 1 (1,192). 2 Num. 23 (PL 10, 361 A - 363 A).

Capp. 3-4: Textus Hilarii saltem in parte iam a tempore Abaelardi vulgati *(Sic et non,* c. 80; PL 178, 1458) controversiam suscitaverunt post Consistorium Remense (de quo cf. Proleg. ad tom. I, 230 ut apparet ex serie epistolarum inter Philippum de Harveng et loannem praepositum (PL 203, 34 D - 66 C, 170 A - 174 C). Circa argumentum, cf. X. Le Bachelet, *Hilaire (saint),* in *DThC* VI (Paris 1913), 2438-2449, et bibliogr., 2462; G. *P.* Sijen, *La possibilité du Christ chez Philippe de Harveng,* in *Analecta Praemonstratensia* 14 (1938) 189-208; necnon et A. M. Landgraf, *Die Sterblichfceit Christi* in *Dogmengeschichte* II-l,226ss. — Hic oportet notare quod contra divisionem ab Alexandro de Hales introductam (cf. *Glossa in librum III,* Quaracchi 1954, 6-7) S. Bonaventura hic, ad cap. 3, initium ponit Distinctionis XVI (cf. *Comm. in Tertium Librum Sent.,* ed. Quaracchi 1887, 345, et nota 1 Pp. Editorum ibidem).

aut nodi concurrerent, aut suspensio elevaret, afferrent quidem haec impetum passionis, non tamen dolorem passionis inferrent. Ut telum aliquod aquam perforans, vel ignem compungens, vel aëra vulnerans, omnes quidem has passiones naturae suae infert: ut foret, ut compungat, ut vulneret; sed naturam suam in haec passio illata non retinet, dum in natura non est vel aquam forari, vel pungi ignem, vel aëra vulnerari, quamvis naturae teli sit et vulnerare et compungere et forare. Passus quidem Christus, dum caeditur, dum suspenditur, dum moritur; sed in corpus irruens passio nec non fuit passio; non tamen naturam passionis exercuit: dum et poenali mysterio poena desaevit, et virtus corporis sine sensu poenae vim poenae in se desaevientis excepit. Habuit sane illud Domini corpus doloris nostri naturam, si corpus nostrum id naturae habet ut calcet undas et fluctus desuper eat, nec clausae domus obstaculis arceatur. (**Hic intende !**) At vero si Domini corporis solum ista natura sit, ut feratur in humidis et sistat in liquidis et structa transcurrat, quid per naturam humani corporis carnem ex Spiritu conceptam iudicamus ? Caro illa de caelis est, et homo ille de Deo est; habens ad patiendum corpus, et passus est, sed naturam non habens ad dolendum ».

3. Idem in eodem E « Videamus an ille passionis ordo infirmitatem in Domino doloris permittat intelligi. Dilatis enim causis ex quibus metum Domino haeresis adscribit, res ipsas ut gestae sunt conferamus. Nec enim fieri potest ut timor eius significetur in verbis, cuius fiducia contineatur in factis. Timuisse igitur, haeretice, passionem videtur ? Sed ob ignorantiae huius errorem Petrus *et satanas et scandalum* est[2]. Anne timuit qui armatis obvius prodiit ? et in corpore eius infirmitas fuit, ad cuius occursum consternata persequentium agmina supinatis corporibus conciderunt[3] ? (**Intellige !**) Quam igitur infirmitatem dominatam huius corporis credis, cuius tantam habuit natura virtutem ? Sed forte dolorem vulnerum timuit ? Quem, rogo, o tu dominicae infirmitatis assertor, penetrantis carnem clavi habuit terrorem, qui excisam aurem solo restituit attactu[4] ? Producens haec aurem manus clavum dolet ? Et sentit vulnus,

4 ut foret] perforet V, ut perforet L. ‖ compungat] pungat AO. 5 haec] hoc BLX. 7 compungere] pungere O, *corr. in* pungere R. ‖ forare] perforare BV. 8 Christus] est *add.* L *Hil., add. interi.* V. 9 non2] si M, nec V *Hil., corr. ex* nec A. 10 mysterio] ministerio *Hil.,* vel mini. *add. marg.* N, *corr. interi, in* ministerio, *sed tunc dei. correctionem* R. 13 fluctus *trp. post* eat LRV. ‖ desuper eat *om.* O. 14 Hic intende ! *om.* NVW. 16 Spiritu] sancto *add,* NOVW, 27 Intellige! *om.* LRVW.

1 Num. 26-28 (PL 10, 366 C-368 A). 2 Resp. Matth. 16, 23: *Vade post me, satana; scandalum es mihi.* 3 Resp. Ioan. 18, 4-6. 4 Vide Luc. 22, 51.

qui alteri dqlorem vulneris non reliquit ? Pungendae carnis metu tristis est, cuius attactu caro post caedem sanatur ? »

4. Item 1; « Collatis igitur dictorum gestorumque virtutibus, demonstrari non est ambiguum in natura corporis eius infirmitatem corporeae naturae non fuisse, et passionem illam, licet corpori illata sit, non tamen naturam dolendi corpori intulisse. Quia licet forma corporis nostri esset in Domino, non tamen vitiosae infirmitatis nostrae forma erat in corpore quod ex conceptu Spiritus Sancti Virgo progenuit ».

5. Audisti, lector, verba Hilarii, quibus dolorem excludere videtur. Sed si excussa sensus et impietatis hebetudine, praemissis diligenter intendas atque ipsius scripturae circumstantiam inspicias, dictorum rationem atque virtutem percipere utcumque poteris, et intelligentiam arguere non attentabis. Intelligitur enim ea ratione dixisse dolorem passionis in Christum non incidisse, et virtutem corporis Christi excepisse vim poenae sine sensu poenae, quia causam et meritum doloris in se non habuit. Quod videtur notasse ubi ait2: 'non habens naturam ad delendum'. Et ideo non iudicanda est caro illius secundum naturam nostri corporis. Nec in eo etiam dominium habuit passio 3. Ita etiam non habuit naturam ad timendum vel tristandum, quia non habuit talem naturam, in qua esset causa timoris vel tristitiae. Itaque necessitas timendi non fuit in eo, sicut est in nobis; nec natura doloris fuit in eo sicut est in nobis.

6. Hilarius in libro *De synodo* 4: « Cum haec passionum genera infirmitatem carnis afficiant, Deus tamen Verbum, caro factus, non potuit a se demutabilis esse patiendo. Verbum enim quod *caro facium est*5, licet se passioni subdiderit, non tamen demutatum est passibilitate patiendi. Nam pati potuit et passibilis esse non potuit, quia passibilitas naturae infirmae significatio est; passio autem eorum est quae sunt illata perpessio».

Cap. 4 (44).

De tristitia Christi et eius causa secundum eundem. — Hilarius :*

Tristitiam tamen in eo fuisse consequenter asserit, sed causam eius exstitisse non suam mortem, sed defectum Petri et aliorum Apostolorum.

5 corpori illata *trp.* BLMRT *Hil.* 22-27 Notula *om.* ANOV; *marg. ponitur in* L *ad init. cap. 3, in* M *ad finem cap. 2, in* R *ad in finem n. 3 tertii cap.f in* X *hic seu potius ad initium cap. 4; in summo folio T, ad c. 3; in tertia columna in* B *iuxta c. 4, in* W *ad cap. 3, n. 2.* 22 Hilarius... synodo *om.* BMX. ‖ passionum} passionis BX. 29 Rubricae *om.* LRW.

i Hilarius, ibid., n. 35 (PL 10, 371 A-B). 2 Supra, in fine num. 2. 3 Item, in medio n. 2. 4 *synodis,* n. 49 (PL 10, 516 B-C); de usu huius libri ex parte Magistri, vide Proleg. ad tom. I, pp. 121*s. s ioan.1, 14.

— Dicit enim Christum non propter mortem, sed usque ad mortem tristem fuisse, his verbis[1]: «Interrogo quid sit tristem esse *usque ad mortem*[2]. Non enim eiusdem significationis est tristem esse 'propter mortem' et 'usque ad mortem', quia ubi 'propter mortem' tristitia est, illic mors causa tristitiae est; ubi vero tristitia 'usque ad mortem' est, mors non tristitiae causa est, sed finis. Adeo autem non propter mortem suscepta est tristitia, ut sit destituta per mortem ». « Non[3] ergo sibi tristis est, sed illis qui in scandalo per infirmitatem carnis erant futuri: quos monet orare ne inducantur in tentationem[4], qui ante polliciti erant se non scandalizari[5] ».

DISTINCTIO XVI

Cap. 1 (45).

1. **An in Christo fuerit necessitas patiendi et moriendi, quae est defectus generalis.** Hic oritur quaestio ex praedictis ducens originem. Dictum est enim supra[6] quod Christus in se nostros defectus suscepit, praeter peccatum. Est autem hominis generalis quidem defectus qui peccatum non est, scilicet necessitas patiendi vel moriendi: unde corpus nostrum non tantum mortale, sed etiam *mortuum* dicitur[7], quia non tantum aptitudinem moriendi, sed etiam necessitatem habet. Ideo quaeritur utrum necessitas talis in Christi corpore fuerit. — **Quod mortalitas ante peccatum non fuit in homine defectus.** De aptitudine enim moriendi, quod in eo fuerit, ambiguum non est. Quae etiam ante peccatum in homine fuit, quando aliquis in eo non fuit defectus: nec igitur mortalitas illa tunc in eo fuit defectus, quia naturae ei erat. — **An illa modo sit in nobis defectus.** Unde etiam quidam talem mortalitatem in nobis non esse defectum

16 quidem] quidam ARV. 20 corpore] carne ABW, vel carne *add. interi.* V. 20-21 Rubrica *om.* LVW. 24 ei] eius NV, *corr. in* eius O2. 24-25 Rubrica *om.* LVW.

1 Hilarius, *De Trinit.,* X, n. 36 (PL 10, 371 C-372 A). 2 Resp. Matth.26, 38. 3 Ibid., n. 37 (373 B). 4 Matth. 26, 41: *Orate ut non intretis in tentationem.* 5 Matth. 26, 33-35: *Ego nunquam scandalizabor... Similiter et omnes discipuli dixerunt.* 6 In Dist. 15, c. 1, n. 3. 7 Resp. Rom. 8, 10.

Dist. XVI: Cf. A. M. Landgraf, *Die Sterblichkeit Christi,* in *Dogmengeschichte* II-1, 199-272, praesertim 246ss. — Cap. 1, num. 1, fundatur super Libr. II, d. 19, cc. 1-4 (tom. I, 421-424).

non improbejradunt, sed necessitatem moriendi vel patiendi. Quae etiam mortalitas dicitur vel passibilitas: dicitur enim homo nunc passibilis vel mortalis non modo propter aptitudinem, sed etiam propter necessitatem 1. — **An anima Christi habuit necessitatem patiendi.** Sed numquid hic defectus fuit in Christi carne ? Anima quoque eius, cum passibilis exstiterit ante mortem, numquid necessitatem patiendi habuit ? Si enim necessitas patiendi vel moriendi fuit in Christo, non videtur sola voluntate miserationis defectus nostros accepisse.

2. **Solutio** *: Ad quod dici potest Christum voluntate, non necessitate suae naturae, hos defectus sicut alios accepisse, scilicet necessitatem patiendi in anima, simul autem patiendi et moriendi in carne. Verum hanc necessitatem non habuit ex necessitate suae conditionis, quia a peccato immunis, sed ex sola voluntate accepit 2 de nostra infirmitate, ponens *tabernaculum suum in sole* 3, scilicet sub temporali mutabilitate et labore. — Unde super Epistolam ad Hebraeos auctoritas 4 dicit quod sicut *hominibus* aliis iure et lege naturae *statutum est semel mori,* ita *et Christus* eadem necessitate et iure naturae *semel oblatus est,* et non saepe. Nec ideo dicit 'iure naturae', quod ex natura suae conditionis hunc defectum traxerit; qui etiam non provenit nobis ex natura secundum quod prius est instituta, sed ex ea peccato vitiata5. Et ideo dicitur hic defectus naturalis, quia quasi pro natura inolevit 6 in omnibus diffusus.

3 etiam] et BMRT. 4 Rubrica *om.* LVW. 9 Solutio *om.* LRVW. 10 accepisse] suscepisse BMT. 20 est] in nobis *add.* L, nobis *add.* R.

1 Cf. Dist. 15, c. 1, n. 8; et etiam Lib. II, d. 19, c. 2 (tom. I, 422s). *2 Glossa ordin.* in Hebr. 9, 27: « Non est intelligendum quod aliqua peccati sui necessitate oblatus sit... imo sola voluntate (cod. l 203c; m 180 b; apud Lyranum, VI, 51c); apud Magistrum in h.l. (PL 192, 478 A). 2 Resp. Ps. 18, 6. Cf. *Glossa* Magistri in h.l.: « *In sole,* in tempore, quia carnem assumpsit temporalibus vicissitudinibus subiectam... Vel *in sole,* id est in labore» (PL 191, 208 D-209 A). *4 Glossa interi,* in Hebr. 9, 27-28: *Et quemadmodum statutum est* (lege naturae) *hominibus semel mori... sic et* (eadem necessitate et iure naturae) *Christus semel oblatus est* (cod l 203 v; m 180r; apud Lyranum, VI, 151v); idem apud Magistrum in h. 1. (PL 192, 478 A). s cf. Sent. II, d. 30, c. 7, nn. 3-4 (tom. I, 499). *6* cf. August., *In Ioan.,* tr. 44, n. 1: «Caecitas contigit in primo homine per peccatum, de quo omnes originem duximus, non solum mortis sed etiam iniquitatis... Quandoquidem Apostolus... dicit: *Fuimus et nos aliquando natura filii irae* [Eph. 2, 3]... Si filii irae, filii vindictae, filii poenae, filii gehennae. Quomodo *natura,* nisi quia peccante primo homine, vitium pro natura inolevit ? » (PL 35, 1713s; CCL 36, 381); in *Glossa* Magistri in Eph. 2,3 (PL 192,180 D - 181 A); ex Floro in h.l., 569-570.

Num. 2: Circa formulam: « voluntate, non necessitate », cf. (praeter notas supra ad ipsum textum positas) A. M. Landgraf, *art. cit.,* 200ss; O. Lottin, *Psych, et morale,* V, 214

Cap. 2 (46).

De statibus hominis et quid de singulis Christus accepit. Et est hic notandum Christum de omni statu hominis aliquid accepisse, qui omnes venit salvare 1. Sunt enim quatuor status hominis: primus ante peccatum, secundus post peccatum et ante gratiam, tertius sub gratia, quartus in gloria. De primo statu accepit immunitatem peccati; unde Augustinus2, illud Ioannis evangelistae exponens: *Qui desursum venit, super omnes est,* dicit Christum venisse *desursum,* « id est de altitudine humanae naturae ante peccatum, quia de illa altitudine assumpsit Verbum Dei humanam naturam, dum non assumpsit culpam, cuius assumpsit poenam ». Sed poenam assumpsit de statu secundo et alios defectus; de tertio vero gratiae plenitudinem; de quarto non posse peccare et Dei perfectam contemplationem. Habuit enim simul bona viae quaedam et bona patriae, sicut et quaedam mala viae.

DISTINCTIO XVII

Cap. 1 (47).

Si omnis Christi oratio vel voluntas impleta sit. Post praedicta considerari oportet utrum Christus aliquid voluerit vel oraverit, quod factum non sit. Hoc enim aestimari potest per id quod ipse ait 3; *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste; verumtamen non quod ego volo, sed quod tu vis.* Hic namque voluntatem suam a Patris voluntate discernere videtur.

21 quod1] sicut LRV. ‖ quod2] sicut LR. 22 vis *om.* LRX.

1 Resp. Matth. 18, 11: *Venit enim Filius hominis salvare quod perierat;* cf. II Cor. 5, 15: *pro omnibus mortuus est Christus.* 2 *Olossa ordin.* in Ioan. 3, 31 (apud Lyranum, V, 196c); ex Ioan. Scoto Eriug., in h.l. (PL 122, 328 B-C). 3 Matth. 26, 39.

(Guill. de Campellis); et Hugo de S. Victore, *De sacramentis* II, 8, c. 3 (PL 176,463 B). Forsitan fons invenitur in *Olossa* Aicuini (seu pseudo-Ambrosiastri) in h.l.: «voluntarie, et non necessarie » (PL 100, 1076 C); de qua *Glossa,* cf. Proleg. ad tom. I, p. 80*.

Cap. 2: De quattuor statibus, cf. Lib. II, d. 25, c. 6 (tom. I, 464), ubi fontes indicantur, et Magister in Rom. 8, 11 (PL 191, 1437 C; ubi rubricam vel commutavit vel male interpretatus est Richardus editor), ex Aug., *De diversis quaestionibus* 83, q. 66, n. 3 (PL 40, 62). Plura inveniuntur apud A. M. Landgraf, *Dogmengeschichte* II-1, 246ss, et 352ss.

Dist. XVII, capp. 1-2: Fons quaestionis, *Summa sent.* I, 17 (PL 171,1102 C - 1103 A; 176, 76 A-B), quae dependet a libello seu epistola Hugonis, *De quatuor voluntatibus in Christo* (PL 176, 841 B - 846 C). Cf. L. Ott, *Untersuchungen,* 385-404, ubi agitur de Lombardo, 400s.

Cap. 2 (48).

1. **De voluntatibus Christi secundum duas naturas.** Quocirca ambigendum non est diversas in Christo fuisse voluntates iuxta duas naturas, divinam scilicet voluntatem et humanam. Et humana voluntas est affectus rationis, vel affectus sensualitatis; et alius est affectus animae secundum rationem, alius secundum sensualitatem; uterque tamen dicitur humana voluntas. Affectu autem rationis id volebat quod voluntate divina, scilicet pati et mori; sed affectu sensualitatis non volebat, immo refugiebat.

2. Non tamen in eo caro contra spiritum vel contra Deum concupiscebat, quia ut ait **Augustinus**, «non nullum est vitium cum *caro concupiscit adversus spiritum* [2]». «Caro [3] autem dicta est concupiscere, quia hoc secundum ipsam agit anima; sicut anima per aurem audit et per oculum videt». «Caro [4] enim nihil nisi per animam concupiscit; sed concupiscere dicitur, cum anima carnali concupiscentia spiritui reluctatur», habens «carnalem [3] delectationem de carne et a carne adversus delectationem quam spiritus habet». «Ipsius autem carnalis concupiscentiae causa non est in anima sola, nec in carne sola: ex utroque enim fit, quia sine utroque delectatio talis non sentitur». Talis igitur rixa talisque concertatio in anima Christi nullatenus esse potuit, quia carnalis concupiscentia ibi esse nequit. Dei etiam voluntas erat, et rationi placebat, ut id secundum carnem vellet, quatenus veritas humanitatis in eo probaretur. Nam qui hominis naturam suscepit, quae ipsius sunt subire debuit.

7 Affectu] Affectus AO. 14 et *om.* ANO. 21 nequit] nequivit MNTVW.

1 *De civit. Dei,* XIX, c. 4, n. 3 (PL 41, 628; CSEL 40-II, 375; CCL 48, 665). 2 Gal. 5, 17. 3 August., *De Genesi a Utt.,* X, c. 12, n. 21 (PL 34, 416s; CSEL 28-1, 310). 4 August., *De continentia,* c. 8, n. 19 (PL 40, 361; CSEL 41, 163). 5 *De Genesi ad Utt.,* X, c. 12, n. 20 (PL 34, 416; CSEL 28-1, 309), ubi et textus immediate sequens.

Cap. 2, num. 1-2: Vide Lomb. *Glossam* in Ps. 21, 7, quae dependet ab hac quaestione; aliud enim non est, ut nobis videtur, quam quaestionis resumptio *Glossae* adiuncta occasione lectionis eius publicae (cf. Proleg. ad tom. I, 60*s). Auctoritates autem Augustini contextae sunt sine rubricis ex *Glossa* in Gal. 5, 17 (PL 192, 158 B-C); omnes iam inveniuntur apud Florum in h.l. (548s).

3. Ideoque, sicut in nobis duplex est affectus, mentis scilicet et sensualitatis i, ita et in eo debuit esse geminus affectus, ut mentis affectu vellet mori, et sensualitatis affectu nollet, sicut in viris sanctis fit. Petro enim ipsa veritas dicit 2: *Cum senueris, extendes manus tuas, et alius praecinget te et ducet* te *quo tu non vis,* scilicet ad mortem. Quod exponens **Augustinus**3, dicit quod Petrus « ad illam molestiam nolens est ductus: nolens ad eam venit, sed volens eam vicit; et reliquit affectum infirmitatis quo nemo vult mori, qui adeo est naturalis, ut eum Petro nec senectus abstulerit. Unde etiam Dominus ait 4; *Transeat a me calix iste,* sed vicit eum vis amoris ». Ergo et in Christo secundum humanitatem, et in membris eius geminus est affectus: unus rationis, caritate informatus, quo propter Deum quis mori vult; alter sensualitatis, carnis infirmitati propinquus et ideo coniunctus, quo mors refugitur. — Ut enim ait A u**gustinus**5, « pius mentis ratione cupit *dissolvi et esse cum Christo* 6, sensu autem carnis refugit et recusat ». « Hoc habet humanus affectus: quoniam diligit vitam, odit mortem 7 ». Secundum istum affectum Christus mori noluit; nec obtinuit quod secundum istum affectum petiit.

4. Auctoritatibus probat diversas in Christo voluntates. Ex affectu igitur humano, quem de Virgine traxit, volebat non mori et calicem transire orabat. — **Beda** 8: Unde B e d a 8: «Orat transire calicem, quia homo est, dicens »: *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste.* Ecce habes voluntatem humanam expressam. Vide iam rectum cor 1°: *Sed non quod ego volo, sed quod tu vis.* Unde alibi H; *Non veni facere voluntatem meam,* quam scilicet temporaliter sumpsi de Virgine, *sed voluntatem eius qui misit*

4 ipsa veritas *trp.* BLRT. 5 praecinget *corr. in* cinget N. ‖ praecinget te] te cinget BLMRT. ‖ *te2 om.* LRT. 8 qui] quia ABLMX, *corr. ex* quia T. 10 vicit] vincit LMT, *quod corr.* T. 13 ideo] ei ANOV *(et quidem rectius ?).* 20 Orat] orabat LRV. 21 est] erat OVW, *cui add,* vel est *interi.* O. 23 alibi *om.* AMRTX.

1 Cf. Lib. 2, d. 24, cc. 3-5, et 13 (tom. I, 452ss, 460). 2 Ioan. 21, 18. 3 *In Ioan.,* tr. 123, n. 5 (PL 35, 1969; CCL 36, 679). 4 Matth. 26, 39. 5 *Epist. 150 (ad Honoratum,* c. 6, n. 16 (PL 33, 544; CSEL 44, 167). 6 Phil. 1, 23. 7 August., *Sermo 344,* n. 4 (PL 39, 1514). 8 /n *Mare.* 14, 35-36 (PL 92, 276 B-C; CCL 120, 616). 9 Mare. 14, 35. 10 Mare. 14, 36. 11 Ioan. 6, 38.

Num. 3: Verba Augustini in Ioan. 21,18, ex *Glossa ordin.* et *interi,* in h.l. (apud Lyranum, V, 243v). Quae sequuntur, in fine huius numeri, ex *Glossa* Magistri in II Cor. 5, 4 (PL 192, 17 C); ex Floro in h.l.,470. — Vide etiam Augustinum supra, Lib. I,d. 48, capp. 1-2 (tom. I, 325s). — Num. 4-5: Auctoritates Bedae et ps.-Hieronymi, ex *Glossa ordin.* in Mare. 14, 35-38 (apud Lyranum, V, 116b).

me, quam scilicet aeternus habui cum Patre ». Hic aperte dicit duas in Christo fuisse voluntates, secundum quas diversa voluit.

5. **Hieronymus** [1]. Hieronymus quoque i super illum locum: *Spiritus promptus est, caro autem infirma,* dans intelligi hic duas voluntates exprimi, ait ita: « Hoc contra Eutychianos, qui dicunt in Christo unam tantum voluntatem. Hic autem ostendit humanam, quae propter infirmitatem carnis recusat passionem; et divinam, quae prompta est perficere dispensationem ».

6. **Augustinus, Super Psalmum XXXI** [2]. Augustinus2 etiam duas in Christo asserit voluntates, dicens: « Quantum distat Deus ab homine, tantum voluntas Dei a voluntate hominis. Unde hominem gerens, Christus ostendit privatam quandam hominis voluntatem, in qua et suam et nostram figuravit, qui caput nostrum est3, et ad eum sicut membra pertinemus. *Pater,* inquit 4, *si fleri potest, transeat a me calix iste.* Haec humana voluntas erat, proprium aliquid et tamquam privatum volens. Sed quia rectum vult esse hominem et ad Deum dirigi, subdit: *Non quod ego volo, sed quod tu vis;* ac si diceret: Vide te in me, quia potes aliquid proprium velle, ut Deus aliud velit5; conceditur hoc humanae fragilitati ». — **Idem, super Psalmum LXXXVIII** [3]. Idem alibi 6: « Christus in passione duas expressit in se voluntates secundum duas naturas. Ait enim 7; *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste:* ecce habes hominis voluntatem. Quam ad divinam continuo dirigens, ait: *Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu* ».

7. **Ambrosius** [4]. Ambrosius etiam in libro III *De Trinitate*8: « Scriptum est 9; *Pater, si possibile est, transfer a me calicem hunc.* Verba

9 XXXI] xxii BX, *om.* LV. 17 Vide] o homo *add.* AR *(interi.)* T. 19 Rubrica *om.* LRV. ‖ LXXXVIII] ixxviii BX, ixxxxviii AT. 20 in se voluntates *trp.* NOWX. 23 tu] vis *add.* ALMRV. 24 Ambrosius *(rubr.) om.* BMRVWX. ‖ etiam *om.* LRV, *interi.* T. 25 possibile est] fieri potest BLN *(trp.)* VW.

1 **Sub nomine Hieron. in** *Glossa ordin.,* **sed concinnata potius ex Beda,** *In Mare.* **14, 38:** *Spiritus quidem* **etc. (PL 92, 277 B-C; CCL 120,617s).** z **Rectius** *Enarr. II in Ps.32,1,* **n. 2 (PL 36, 277s; CCL 38, 248).** 3 **Resp. Eph. 1, 22-23.** « **Matth. 26, 39; Mare. 14, 35.** 5 **Videsis verba Augustini in** *Seni.* **I, d. 48, c. 1, n. 2 (I, 325).** 6 **Rectius** *Enarr. in Ps. 93* **(LXXXIII), 15, n. 19 (PL 37, 1206s, 1208; CCL 39, 1319, 1321).** 7 **Matth. 26, 39; Mare. 14, 35-36.** s **Rectius** *De fide,* **II, c. 5, nn. 41-42 (PL 46 [1485], 567 C - 568 A; CSEL 78, 70s).** ' **Matth. 26, 39; Mare. 14, 35; Luc. 22, 42.**

Num. 6: Prima auctoritas Augustini, ex *Glossa* **Magistri in Ps. 32,** 1 **(PL 191, 325 D - 326 C). Alia, ex** *Glossa* **in Ps. 93, 15 (PL 191, 870 D - 871 A).**

Christi sunt; sed quo modo et in qua forma dicatur adverte. Hominis substantiam gerit, hominis assumpsit affectum; non ergo quasi Deus, sed quasi homo loquitur ». « Suscepit i quidem voluntatem meam. Mea est voluntas quam suam dixit cum ait 2: *Non sicut ego volo, sed sicut tu vis* ». « Cum 3 autem dixit 4: *Omnia quae habet Pater, mea sunt,* quia nihil excipitur, sine dubio quam Pater habet, eandem et Filius habet voluntatem. Eadem est Christi voluntas quae paterna ». « Una s ergo voluntas est Patris et Filii. Sed alia voluntas hominis, alia Dei: ut scias vitam in voluntate esse hominis, passionem autem Christi in voluntate divina, ut pateretur pro nobis ».

8. His testimoniis evidenter docetur in Christo duas fuisse voluntates: quod quia negavit **Macarius** archiepiscopus6, in Metropolitana Synodo condemnatus est. — Et ex affectu humano, sensualitatis quidem, non rationis, illud voluit et petiit, quod non impetravit. Nec ideo petiit, ut impetraret, quia sciebat Deum non esse facturum illud; nec illud fieri volebat affectu rationis vel voluntate divinitatis.

9. **Quare oravit illud ?** Ad quid ergo petiit ? Ut membris formam praeberet, imminente turbatione, clamandi ad Dominum et subiciendi voluntatem suam divinae voluntati; ut si pulsante molestia tristantur, pro eiusdem amotione orent; sed si nequeunt vitare, dicant quod ipse Christus. — **Cassiodorus** *7: «Non ergo *ad insipientiam* fuit, quod Christus clamans non auditur ad salutem corporalem »: bonum quidem petiit, scilicet ut non moreretur; sed melius erat ut moreretur, quod et factum est.

1 dicatur] dicantur VWX, loquatur *Ambr.* 6 Pater habet *trp.* AO. 21 Cassiodorus *om.* LRVW.

1 **Ambrosius, ibid., c. 7, n. 53 (570 C; 74).** 2 **Matth. 26, 39.** 3 **Ibid., c. 6, n. 51 (570 B; 74).** 4 **loan. 16, 15.** 5 **Ibid., c. 7, n. 52 (570 B-C; 74).** « **Patriarcha Antiochenus, damnatus in Concilio oecumenico VI (680-681). Cf. eius Fidei professio Concilio oblata, ubi dicit: « totam nostram conspersionem hanc adimpleverit una et singulari voluntate divina, utpote non exsistente in eo et alia voluntate... Impossibile enim est in uno eodemque Christo Deo nostro duas simul et ad invicem contrarias seu similes exsistere voluntates » (in B. M. Xiberta, *Enchiridion de Verbo incarnato,* 642); cf. DS, n. 556.** *In Ps. 21,* **3:** *et non ad insipientiam mihi* **(PL 70, 154 B-D; CCL 97, 191s).**

Num. 8: Argumentum ex condemnatione Macarii, ex *Summa sent.* **1, 17 (PL 171,1102 D; 176,76 A). Reliqua num. 8 et 9 resumuntur in** *Glossa* **Magistri in Ps. 21, 3 et 7 (PL 191, 229 D - 230 B); cf. Proleg. in tom. I, pp. 60*s.**

Cap. 3 (49).

1. **De eo quod Ambrosius dicit, Christum dubitasse affectu humano.** Ceterum non parum nos movent verba **Ambrosii**, quibus significare videtur Christum secundum humanum affectum de potentia Patris dubitasse, sic dicens in III libro *De Trinitate* i; « De quo dubitat ? de se an de s
Patre ? De eo utique cui dicit: *Transfer* 2, dubitat hominis affectu. Nam Deus de Patre non dubitat, nec de morte formidat. Propheta 3 etiam non dubitat, qui nihil Deo esse impossibile asserit. Num intra homines constitues Deum ? Propheta non dubitat, et Filium dubitare tu credis ? Ut homo ergo dubitat, ut homo locutus est ». His verbis innui videtur quod κ
Christus, non in quantum Deus est vel Dei Filius, sed in quantum homo, dubitaverit affectu humano. — **Ex quo sensu illud accipiendum sit.** Quod ea ratione dictum accipi potest: non quia ipse dubitaverit, sed quia modum gessit dubitantis, et hominibus dubitare videbatur.

2. **Verba Hilarii longe diversam exprimentia sententiam a praemissa,** u
Illud etiam ignorandum non est, quod **Hilarius** asserere videtur Christum non sibi, sed suis orasse, cum dixit 4: *Transeat a me* etc., sicut nec sibi, sed suis timuit; nec eum voluisse ut sibi non esset passio, sed ut a suis transiret calix passionis, ita inquiens 5: « Si passio honorificatura eum erat, sicut luda exeunte ait 6; *Nunc honorificatus est Filius hominis,* a
quomodo tristem eum metus passionis effecerat ? Nisi forte tam irrationabilis fuerit, ut pati mortem timuerit, quae patientem se glorificatura esset ? Sed forte timuisse usque eo aestimabitur, ut transferri a se calicem deprecatus sit dicens ?: *Pater, transfer calicem hunc a me?* Quomodo enim per patiendi metum transferri deprecaretur a se, quod per dispen- 2·
sationis studium festinaret implere 8 ? Non enim convenit ut pati nolit,

3 Ceterum] Verumtamen AL. 10 homo ergo *trp.* BLOR. 12 Rubrica *om.* ARW. 17 me] calix iste *add.* V, calix *add. marg.* X. ‖ etc.] calix iste BLR. 22 mortem *om.* BMRWX *HU., add. interi.* N, *add. marg.* T. 23 eo] adeo LORX, vel adeo *add. interi.* V.

1 Scilicet *De fide,* II, c. 5, nn. 43 et 42 (PL 16 [1845], 568 A-B; CSEL 78,71). 2 Marc. 14, 36; Luc. 22, 42. 3 In num. 42 scribit Ambrosius: «Aut aliquid impossibile Deo, cum scriptum sit: *Impossibile enim tibi nihil est ?* » Pp. Maurini sese referunt ad Iob 22, 17 (ed. Venetiis 1751, III, coi. 606); moderniores, minus recte ad Iob 10,13, et aptius ad 42, 2: *Scio quia omnia potes, et nulla te latet cogitatio.* Cf. Dan. 4, 6: *omne sacramentum non est impossibile tibi* (sed hic Danielem alloquitur rex). « Matth. 26, 39. 5 In libro X *De Trinitate* (rubr.), nn. 29-30 (PL 10, 368 B-369 A). « Ioan. 13, 31. 7 Marc. 14, 36. 8 Resp. Ioan. 13, 27: *Quod facis, fac citius.*

quod pati velit; et cum pati eum velle cognosceres, religiosius fuerat hoc confiteri, quam ad id impiae stultitiae prorumpere, ut eum assereres ne pateretur orasse, quem pati velle cognosceres ». « Non 1 ergo sibi tristis neque sibi orat transire calicem, sed discipulis, ne in eos calix passionis incumbat, quem a se transire orat, ne in his scilicet maneat ». « Non 2 enim rogat ne secum sit, sed ut a se *transeat.* Deinde ait: *Non sicut ego volo, sed sicut tu vis:* humanae in se sollicitudinis significans consortium, sed non discernens sententiam sibi communis cum Patre voluntatis ». « Pro 3 hominibus ergo vult transire calicem, per quem omnes tentandi erant discipuli; et ideo pro Petro rogatur 4 *ne deficiat fides* eius ». « Sciens 5 igitur haec omnia post mortem suam desitura, *usque ad mortem* tristis est 6. Et scit hunc calicem non posse transire nisi biberit; ideo ait 7. *Pater mi, si non potest transire calix iste nisi bibam illum, fiat voluntas tua:* sciens in se consummata passione, metum calicis transiturum; qui nisi eum bibisset, transire non posset, nec finis terroris nisi consummata passione terrori succederet, quia post mortem eius per virtutum gloriam apostolicae infirmitatis scandalum pelleretur». — Intende, lector, his verbis pia diligentia, ne sint tibi *vasa mortis*^.

DISTINCTIO XVIII

Cap. 1 (50).

1. **Si Christus meruit sibi et nobis, et quid sibi et quid nobis. De** merito etiam Christi praetereundum non est, de quo quidam dicere solent quod non sibi, sed membris tantum meruerit.

1 fuerat hoc *trp.* BLX. 14 in se consummata *trp.* BLRT *Hit.* 17-18 diligentia] intelligentia AV. 23 meruerit] meruit ALR.

1 **Hilarius, ibid., n. 37 (PL 10, 373 B); resp. Matth. 26, 39.** 2 **Ibid. (372 C - 373 A).** 3 **Ibid., n. 38 (373 C-374 A).** 4 **Resp. Luc. 22, 32.** 5 **Ibid., n. 39 (374 A-B).** 6 **Matth. 26, 38.** 7 **Matth. 26, 42.** 8 **Resp. Ps. 7, 14:** *Et in eo paravit vasa mortis;* **vide** *Glossam* **Magistri in h.l. (PL 191, 117 D et 118 A); ex Augustino in h.l. (PL 36, 106; CCL 38, 46).**

Num. 1: Quaestio introducitur verbis Hugonis, *De sacramentis* **II, 1, c. 6 (PL 176, 384 B). De merito Christi et de illis qui dicere solebant quod Christus membris tantum meruerit, cf. A. M. Landgraf,** *DasVerdienst Christi,* **in** *Collectanea Franciscana* **21 (1951) 5-44, et 121-162; et in** *Dogmengeschichte 11-2,* **170-253.**

2. Merpit quidem membris redemptionem a diabolo, a peccato, a poena 1, et regni reserationem 2, ut amota ignea rhompaea 3 libere pateret introitus. Sed et sibi meruit impassibilitatis et immortalitatis gloriam, sicut ait Apostolus 4; *Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen quod est super omne nomen.* Aperte dicit Apostolus Christum propterea exaltatum per impassibilitatis gloriam, quia est humiliatus per passionis obedientiam. Humilitas ergo passionis meritum fuit exaltationis, et exaltatio praemium humilitatis.

3. **Augustinus, Super Ioannem ?** Unde **Augustinus**5 exponens praemissum capitulum ait: « Ut Christus resurrectione clarificaretur, prius humiliatus est passione: humilitas claritatis est meritum, claritas humilitatis est praemium. Sed hoc totum factum est in *forma servi 6:* in forma enim Dei semper fuit et erit claritas ». — **Ambrosius ?** Item **Ambrosius**7 idem capitulum tractans ait: « Quid et quantum humilitas mereatur, hic ostenditur».

4. Quod meruit etiam animae impassibilitatem ? His testimoniis evidens fit quod Christus per humilitatem et obedientiam passionis meruit clarificationem corporis; nec id solum, sed etiam impassibilitatem animae. Anima enim ipsius ante mortem erat passibilis, sicut caro mortalis; sed post mortem, merito humilitatis, et anima impassibilis facta est et caro immortalis.

5. **Quando anima Christi sit facta impassibilis ?** Utrum autem anima sit facta impassibilis quando caro facta est immortalis, scilicet ipso resurrectionis momento, de auctoritate nobis certum non est; sed vel mox post carnis separationem anima impassibilitate donata est, aut in resurrectione quando *caro refloruit*8.

5-6 donavit] dedit BM. 6-7 Christum propterea *trp.* LRX. 10 Rubrica *om.* LRVW. 17 *Rubrica* om. LRVW. 23 Quando] An BX, Quod LNV.

1 De his infra, Dist. 19. 2 De hoc infra, c. 5, n. 2. 3 De qua Gen. 3, 24, et Apoc. 2,12; cf. Lib. II, d. 29, c. 5 (tom. I, 494s). 4 Phil. 2,8-9. 5 *Jn Ioan.t* tr. 104, n. 3 (PL 35, 1903; CCL 36, 603). « Resp. Phil. 2, 6-7. *r* Id est Ambrosiaster in Phil. 2, 9 (PL 17 [1845], 409 D; CSEL81-III, 142). 8 Resp. Ps. 27, 7: *Et refloruit caro mea.* Cf. *Glossa interi,* in h.l.: « in resurrectione » (cod. Laurent. Pl. XVII, 4, f. 32v; apud Lyranum, III, 123r; apud Magistrum in h.l., PL 191, 281 B).

Num. 2: conficitur est *Summa sententiarum* I, 18 (PL 171, 1104 A; 176, 77 B) et Hugonis *De Sacramentis, loc. cit.* (PL 176, 384 D). — Num. 3 Auctoritates ex *Glossa* Magistri in Phil. 2, 9 (PL 192, 236 A-B); illa Augustini ex Floro in h.l. *(ed. cit.,* 625). — Num. 4-5: cf. *Summa sent.,* ubi supra, parum infra.

Cap. 2 (51).

1. **Quod a conceptu meruit Christus sibi haec quae per passionem.** Nec solum haec meruit Christus quando Patri obediens crucem subiit, sed etiam ab ipsa conceptione. Ex quo homo factus est, per caritatem et iustitiam et alias virtutes, in quarum plenitudine fuit secundum hominem conditus, sibi tantum meruit quantum post per martyrii tolerantiam. Tanta enim plenitudo spiritualium charismatum in eo fuit, quod in eis proficere non potuit 1; et ideo melior ipsius anima fieri non potuit quam ab initio suae conditionis exstitit, quia proficere in meritis non valuit. Ut enim Gregorius ait2, « non habuit omnino Christus, iuxta animae meritum, quo potuisset proficere; in membris autem quae nos sumus quotidie proficit ». — Non ergo plus meruit sibi per crucis patibulum, quam a conceptione meruit per gratiam virtutum. Non igitur profecit secundum animae meritum, quantum ad virtutem meriti. Profecit tamen quantum ad numerum meritorum. Plura enim habuit merita in passione quam in conceptione; sed maioris virtutis non exstiterunt in merendo plura, quam ante fuerant pauciora.

2. Meruit ergo a conceptione non modo gloriam impassibilitatis et immortalitatis corporis, sed etiam impassibilitatem animae. Per quid? Per obedientiam et voluntatem perfectam, quam non tunc primum habuit nec maiorem, cum pati coepit et mori: obediens enim perfecte et bonus exstitit secundum hominem ex quo fuit homo.

3. Habuit igitur anima illa aliquod bonum in se post mortem, quod non habuit ante. Non igitur melior vel beatior fuit quam ante? Absit quod melior fuerit, quia non sanctior, non gratia cumulatior. Nec etiam

3 haec] hoc LRWX. 17 ante *om.* AMRWX. 24 Non] Numquid BR, Num MNVWX.

1 **Vide supra, Dist. 13, nn. 3 et 5.** 2 **Non obstante rubrica marginali** *Gregorius: Super Exodum,* **revera est** *Glossa ordinaria* **in Exod. 25, 31: «Christus ex conceptione et nativitate perfectus Deus et homo exstitit... et secundum corpus per passionis contumelias ad immortalitatem profecit. Nam iuxta animae meritum, quo potuisset proficere omnino non habuit. In membris autem quae nos sumus quotidie passionibus proficit» (apud Lyranum, I, 178c); ex Gregorio,** *In Ezech.* **I, hom. 6, n. 8 (PL 76, 831 D-832 A; CCL 142,71).**

Cap. 2: Cf. Hugo, *De sacram.,* **II, 1, 6 (PL 176, 385 D - 386 A, 388 C - 389 A);** *Summa sent.,* **I, 18 (PL 171, 1402 B-D; 176, 77 C-D); necnon et A. M. Landgraf,** *Das Verdienst Christi,* **212.**

ibeatior fuit m Dei contemplatione, in quo praecipue beatitudo consistit. Potest tamen dici in hoc fuisse beatior, quia ab omni miseria immunis; ex quo nequit inferri simpliciter quod beatior fuerit.

Cap. 3 (52).

1. **De eo quod scriptum est: Donavit illi nomen quod est super omne nomen.** Nec tantum gloriam impassibilitatis et immortalitatis meruit, sed etiam donari sibi *nomen quod est super omne nomen* 1, scilicet honorificentiam quod vocatur Deus. Hoc tamen nomen ante mortem habuit: habuit enim hoc nomen Dei Filius in quantum Deus est ab aeterno per naturam; in quantum vero homo factus est, habuit ex tempore per gratiam.

2. **Augustinus in libro contra Maximinum: Quod nomen illud datum est homini, et non Deo.** Verumtamen Augustinus dicit 2 « homini donatum esse illud nomen, non Deo, quia illud nomen habuit cum in forma Dei tantum erat. Sed cum dicitur 3; *Propter quod illum exaltavit, et donavit illi nomen quod est super omne nomen,* satis apparet propter quid exaltaverit, id est propter obedientiam; et in qua forma exaltatus sit: in qua enim forma crucifixus est, in ea exaltatus est, et in ea donatum est ei nomen, ut cum ipsa forma servi nominetur unigenitus Filius Dei ». « Hoc 4 illi donatum est ut homini, quod iam habebat idem ipse Deus ». Hoc igitur per gratiam accepit, ut ipse, ens homo vel subsistens in forma servi, id est in anima et carne, nominetur et sit Deus.

3. **Ex quo sensu id accipiendum sit.** Sed numquid hoc meruit? Supra enim dictum est 5 quia hoc tantum bonum homo ille non meruit. Quomodo ergo hic dicitur 'propter obedientiam donatum est ei hoc no-

11 Aug... Maximum *om.* RVW. ‖ in libro *om.* BT. 11-12 Quod... Deo *om.* MRVW. 23 meruit] meruerit OW. 24 est] esse N, om. AMTWX.

1 Resp. Phil. 2, 9; et *Glossa interi,* in h.l.: «Honorificentiam quod vocatur Deus» (apud Lyranum, VI, 100r; cod. 1 f. 131v, m 122v). 2 *Contra Maximinum,* I, c. 5 (PL 42, 747). 3 Phil. 2, 9. 4 August., ibid., II, c. 2 (PL 42, 760). 5 In Dist. 6, c. 2, nn. 4, 6-7.

Cap. 3 dependet ut in pluribus a *Glossa* Magistri in Phil. 2, 9 (PL 192, 236 B - 238 B); quae mixtim conficitur ex *Expositione* Flori Lugd. *(ed. cit.* col. 625s), *Glossa ordinaria* (cf. A. M. Landgraf, *Das Verdienst Christi,* 213, n. 153; et melius, infra, ad num. 3), et *Glossa* Gilberti (ed. V. Miano, *II commento alie letiere di S. Paolo di G.Porretano, in Scholastica ratione historico-critica instauranda,* Romae 1951, 194s). — Num. 1-2: Ex *Glossa* Magistri, ut supra (PL 236 C-D, 238 B). — Num. 3: De tropo cf. *Glossa* in Phil. 2, 9, et in Hebr. 1, 5 (PL 192, 236 C, et 408 D).

men' ? — Secundum tropum ilium, in Scriptura creberrimum, hoc accipiendum est, quo dicitur res fieri quando innotescit. « Post[1] resurrectionem vero quod ante erat in evidenti positum est, ut scirent homines et daemones ». Manifestationem ergo illius nominis donavit illi Deus post resurrectionem, sed illam meruit per obedientiam passionis: qui eo quod obedivit patiendo, exaltatus est resurgendo, et per hoc manifestatum est nomen. — Hoc eodem tropo usus est etiam post resurrectionem dicens[2]: *Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra:* non quod tunc primo acceperit, sed quam ante habebat, tunc manifestata est potestas.

4. **Ambrosius: quod datum fuit Deo, non homini.** Ceterum Ambrosius[3] dicit nomen illud donatum esse Deo, non homini; et videtur secus verborum superficiem oppositus Augustino. Sed intelligentia non obviat, licet diversum sapiat. Nam Ambrosius de naturali donatione id dictum intelligit, qua aeternaliter Pater generando dedit Filio *nomen quod est super omne nomen,* scilicet esse Deum per naturam, quia genuit ab aeterno Filium plenum et sibi aequalem Deum. Quod tamen nomen Apostolus propter passionis obedientiam Christo donatum dicit; sed praemisso locutionis modo[4] accipiendum est.

Cap. 4 (53).

1. **Si Christus sine omni merito illa habere potuit.** Si vero quaeritur utrum Christus illam immortalitatis et impassibilitatis gloriam, et nominis Dei manifestationem, sine omni merito habere potuerit, sane dici potest quia humanam naturam ita gloriosam suscipere potuit sicut in resurrectione exstitit, nomenque suum et aliter hominibus manifestare potuit; sed homo passibilis esse non potuit, sicut fuit, et ad illam gloriam sine merito pervenire.

4 Uli] ei ANOT. 5 qui] in *add.* ABLR. 6 manifestatum] manifestum; ABLMV, *corr. ex* manifestum N (mg.) R2 (inferi.). 7 tropo] dominus *add.* NOV-IO Deo] et *add.* LTV. 22 potuerit] potuit LR, *corr. in* potuit V.

1 Ita *Glossa ordin.* in Phil. 2, 9 (apud Lyranum, VI, 100a; cod. l 131c, m 122c). 2 Matth. 28, 18. 3 Id est Ambrosiaster, *In Phil. 2,* 9 (PL 17 [1845], 410 A-411 D; CSEL 81-III, 142s). 4 ia est, secundum tropum quo res dicitur fieri quando innotescit.

Num. 4: De interpretatione Ambrosii seu Ambrosiastri, cf. *Glossa* in Phil. 2, 9 (PL 192, 237 C, 238 B).

Cap. 4, ni fallimur, synopsis haberi potest quaestionis Hugonis, in *De sacram.,* II, 1, 6 (PL 176, 384 B - 386 C).

2. Potuit quidem pervenire ad illam sine merito passionis, quia potuit, consumpta mortalitate, immortalitatis gloria vestiri; sed non sine merito iustitiae et caritatis, aliarumque virtutum. Non enim Christus homo esse potuit, in quo plenitudo virtutum et gratiae non fuerit; nec virtutes ei inesse potuerunt, cilicio mortalitatis induto 1, quin per eas mereretur. Habens igitur has virtutes secundum hominem passibilem ac mortalem, non potuit non mereri gloriam immortalitatis. Non igitur potuit, factus mortalis, sine merito gloriam impassibilitatis et immortalitatis ac manifestationem Dei nominis consequi. Potuit tamen haec assequi sine merito passionis, quia per passionem nil sibi meruit, quod non ante per virtutes meruerit.

Cap. 5 (54).

1. **De causa mortis et passionis Christi.** Ad quid ergo voluit pati et mori, si ei virtutes ad merendum illa sufficiebant ? Pro te, non pro se. Quomodo pro me ? Ut ipsius passio et mors tibi esset forma et causa 2: iorma virtutis et humilitatis, causa gloriae et libertatis 3; forma Deo usque ad mortem obediendi 4, et causa tuae liberationis ac beatitudinis. Meruit enim nobis per mortis ac passionis tolerantiam quod per praecedentia non meruerat, scilicet aditum paradisi et redemptionem a peccato, a poena, a diabolo s. Et per mortem eius haec nos adepti sumus, scilicet redemptionem et filiorum gloriae adoptionem 6. Ipse enim moriendo factus est hostia nostrae liberationis.

2. Qualiter per mortem nos redemit et aditum regni aperuit, et prius de apertione aditus ? Sed quomodo per mortem nos a diabolo et a peccato redemit et aditum gloriae aperuit ? Decreverat Deus « in mysterio », ut ait Ambrosius7, propter primum peccatum non intromitti hominem in paradisum, id est ad Dei contemplationem non admitti, nisi in uno homine tanta exsisteret humilitas, quae omnibus suis sufficere posset;

23-24 Rubrica *om.* ANW. ‖ etA.. aditus om. LR. 28 homine] hominum ABMTW, ■vel -um *add. interi.* N. ‖ suis] satis B, om. LR, sufficere et *add. mg.* V. ‖ sufficere] proficere AMTV, vel suf- *add. interi.* T.

1 *Glossa interi,* in Ps. 34, 13: *Induebar cilicio:* «carne mortali» (apud Lyranum, III, 134r; cod. Laurent. PL XVI 1.4, f. 42r); in *Glossa* Magistri in h.l. (PL 191,351C). 2 Cf. *Glossa* Magistri in Rom. 6, 4 (PL 191, 1403 A-D). 3 Resp. Ioan. 8, 36. 4 Phil. 2, 8. 3 Resp. Col. 1, 13-14; Hebr. 5, 9. 6 Resp. Rom. 8, 15; Gal. 4, 5. 7 Ambrosiaster, *In Rom.* 5, 14: « Adam autem ideo *forma futuri* est, quia iam tum in mysterio decrevit Deus per unum Christum emendare, quod per unum Adam peccatum erat» (PL 17 [1845], 96 C; CSEL 81-1, 178s). Cf. *Glossa* Lombardi in Rom. 5, 14 et 15 (PL 191, 1392 B, 1393 B).

sicut in primo homine tanta fuit superbia, quae omnibus suis nocuit. Non est autem inventus inter homines aliquis, quo id posset impleri, nisi *leo de tribu luda* 1, qui aperuit *librum* et solvit *signacula* implendo in se *omnem iustitiam* 2, id est consummatissimam humilitatem qua maior esse non potest. Nam alii homines debitores erant, et vix unicuique sua virtus sufficiebat et humilitas. Nullus ergo eorum hostiam poterat offerre sufficientem nostrae reconciliationi. Sed Christus homo sufficiens et perfecta fuit hostia, qui multo amplius est humiliatus amaritudinem mortis gustando *i,* quam ille Adam superbiit per esum ligni vetiti noxia delectatione perfruendo 4. Si igitur illius superbia omnium exstitit ruina, ipsum de paradiso mittens foras aliisque accludens ianuam 5, multo magis Christi humilitas, qua mortem gustavit, ingressum regni caelestis omnibus suis, impleto Dei decreto, aperire valuit, atque *decreti* delere *chirographum* 6.

3. **Ambrosius super epistolam ad Hebraeos.** Ut enim ait Ambrosius 7, «tantum fuit peccatum nostrum, ut salvari non possemus, nisi unigenitus Dei Filius pro nobis moreretur debitoribus mortis; sed sic dignos nos fecit testamenti et promissae hereditatis». — Quod non ita est intelligendum, quasi non alio modo salvare nos potuerit quam per mortem suam, sed quod per aliam hostiam non potuit nobis aperiri regni aditus et fieri salus, nisi per mortem Unigeniti: cuius tanta fuit, ut dictum est, humilitas et patientia, ut eius merito pateret credentibus in eum aditus regni. Magna ergo in morte Unigeniti praestita sunt nobis, ut liceat nobis redire in patriam; sicut olim in morte summi pontificis, his qui ad civi-

2 quo... impleri] qui... implere LR. 5 homines] omnes BMTW, vel omnes *add. interi.* N. 14 Rubrica *om.* RVW. ‖ Hebraeos] romanos ALOT (ed. *i" ?).*

1 Apoc. 5, 5. 2 Resp. Matth. 3, 15; *Glossa ordin.* in h.l.: « *Omnem iustitiam,* id est humilitatem, quae est omnis iustitia. Et perfecta humilitas habet tres gradus: primus est subdere se maiori et se non praeferre aequali: hic vocatur sufficiens... et iste gradus omni iusto est necessarius. Secundus gradus est subdere se aequali nec praeferre se minori: hic dicitur abundans. Tertius est subesse minori, in quo est omnis iustitia. Hunc Christus implevit# (apud Lyranum, V, 15a). 5 Resp. Hebr. 2, 9: *Ut... pro omnibus gustaret mortem»; 'Glossa interi,* in h.l.: « quia amara » (apud Lyranum, VI, 137v; 1 188r, m 167v). 4 Resp. Oen. 3, 6. 5 Resp. Gen. 3, 23-24. 6 Coi. 2, 14. ~ Ambrosiaster (scilicet Alcuinus), *In Hebr.* 9, 15 (PL 100, 1074 A); remote ex Chrysost. in h.L, hom. 16, n. 1 (PG 63, 124); de quo commentario cf. Proleg. ad tom. I, p. 80*.

Num. 3: Verba Ambrosiastri seu Alcuini, ex *Glossa* Magistri in Hebr. 9, 15 (PL 192, 474 B); sed unde quae sequuntur, nescimus, praeter quaedam in Rom. 5, 8 (PL 191, 1384 D) quae prolixius offeruntur infra in Dist. 20, cap. 1.

tatem refugii confugerant, secure ad propria remeare 1. — Ecce aliquatenus ostensum est qualiter per Christi mortem aditus regni sit nobis paratus.

DISTINCTIO XIX

Cap. 1 (55).

1. **Hic qualiter a diabolo et a peccato redemit per mortem.** Nunc igitur quaeramus quomodo per mortem ipsius a diabolo et a peccato et a poena redempti sumus. — A diabolo igitur et a peccato per Christi mortem liberati sumus, quia ut ait Apostolus2, *in sanguine ipsius iustifleati* sumus; et in eo quod sumus justificati, id est a peccatis soluti, a diabolo sumus liberati, qui nos vinculis peccatorum tenebat.

2. **Quaestio.** Sed quomodo a peccatis per eius mortem soluti sumus ? — **Solutio.** Quia per eius mortem, ut ait Apostolus *i,* commendatur nobis caritas Dei, id est apparet eximia et commendabilis caritas Dei erga nos, in hoc quod Filium suum tradidit in mortem 4 pro nobis peccatoribus. Exhibita autem tantae erga nos dilectionis arrha, et nos movemur accendimurque ad diligendum Deum, qui pro nobis tantum fecit; et per hoc iustificamur, id est soluti a peccatis, iusti efficimur. Mors igitur Christi nos iustificat, dum per eam caritas excitatur in cordibus nostris 5.

3. Dicimur quoque et aliter per mortem Christi iustificari: quia per fidem mortis eius a peccatis mundamur. Unde Apostolus 6; *Iustitia Dei* est *per fidem Iesu Christi;* et item 7: *Quem proposuit Deus propitiatorem*

12-13 Quaestio... Solutio (ru&r.) om. LNRVW.

1 Resp. Num. 35, 25 et 28; necnon et Iosue 20, 6. 2 Rom. 5,9. 2 Rom. 5, 8. 4 Resp. Rom. 8, 32. 5 Cf. *Glossa* Magistri in Rom. 6, 3-5 (PL 191, 1403 B-D); in parte ex August., *Enchiridion,* c. 53 (PL 40, 257; CCL 46, 78), et in fine ex fragmento *Sermonis de resurrectione Domini* (PL 39, 1724). 6 Rom. 3, 22. 7 Rom. 3,25; *Glossa interi.* in h.l.: *per fidem* « passionis » (apud Lyranum VI, 9v; 17c, m 7c).

Dist. XIX-XX : Videsis analysim quaestionum necnon et historiam earumdem apud D. E. DeClerck, *Questions de sotériologie médiévale,* in *Rech. de théol. anc. et médiévale,* 13 (1946), 150-184; 14 (1947), 32-64, ubi pressius agitur de doctrina Magistri, 45-47; non inutile invenietur opusculum (posthumum) J. Rivière, *Le dogme de la Rédemption au xiie siècle d'après les dernières publications,* in *Revue du moyen âge latin,* 2 (1946), 100-112, 219-230. — Cap. 1, num. 2: Cf. Joh. Schupp, *Die Gnadenlehre des Petrus Lombardus,* Freiburg im Br. 1932,174-175. — Num. 3: Cf. Magister in Rom. 3,25, necnon et in 6,6-8 (PL 191,1362 A; 1404 B -1405 D); et parum infra, ad auctoritatem Augustini, in Col. 2, 14 (PL 192, 275 B).

per *fidem in sanguine ipsius,* id est « per fidem passionis »; ut olim aspicientes in serpentem aeneum in ligno erectum, a morsibus serpentum sanabantur i. Si ergo rectae fidei intuitu in illum respicimus qui pro nobis pependit in ligno 2, a vinculis diaboli solvimur, id est a peccatis. Et ita a diabolo liberamur, ut nec post hanc vitam in nobis inveniat quod puniat. — **Augustinus** «Morte 3 quippe sua, uno verissimo sacrificio, quidquid culparum erat, unde nos diabolus ad luenda supplicia detinebat, Christus exstinxit », ut in hac vita tentando nobis non praevaleat. Licet enim nos tentet post Christi mortem quibus modis ante tentabat, non tamen vincere potest sicut ante vincebat. Nam Petrus, qui ante Christi mortem voce ancillae territus negavit 4, post mortem ante reges et praesides ductus non cessit5. Quare ? Quia *fortior,* id est Christus, veniens *in domum fortis* 6, id est in corda nostra ubi diabolus habitabat, *alligavit fortem,* id est a seductione compescuit fidelium, ut tentationem quae ei adhuc permittitur non sequatur seductio.

4. **Augustinus, De agone Christiano** *: Itaque in Christi sanguine, qui solvit quae non rapuit7, redempti sumus a peccato, et per hoc a diabolo. Nam, ut ait **Augustinus**8, in ipso « vincuntur inimicae nobis invisibiles potestates, ubi vincuntur invisibiles cupiditates ». — **Augustinus in libro De baptismo parvulorum.** « Fuso 9 enim sanguine sine culpa, omnium culparum chirographa deleta sunt, quibus debitores qui in eum credunt a diabolo ante tenebantur; unde 10; *Qui pro multis effundetur* ».

1 sanguine] sanguinem NO. 6 quippe sua *trp.* MT *Aug.* ‖ uno verissimo] in novissimo M. 7 nos *om.* OX. 8 ut] ideo B, et MOR, *quod corr.* O. ‖ praevaleat] prevalet B. 16 Rubrica *om.* BORTVWX. 19-20 Rubrica *om.* ALR; in aliis ponitur ad initium n. 5. 22 ante *om.* LOR, *interi.* N.

1 Resp. Num. 21, 9; Ioan. 3, 14-15: *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto... ut omnis qui credit in ipsum* etc.; *Glossa interi,* in h.l.: « id est vera fide intuetur in ipsum » (apud Lyranum, V, 195v); et August., *In Ioann.,* tr. 12, n. 11: « Quomodo qui intuebantur illum serpentem, non peribant morsibus serpentum; sic qui intuentur fide mortem Christi, sanantur a morsibus peccatorum » (PL 35, 1490; CCL 36, 127). 2 Resp. Qal. 3, 13. 3 *De Trinit.,* IV, c. 13, n. 17 (PL 42, 899; CCL 50, 183). 4 ReSp. Mare. 14, 66-72; Luc. 22, 56-60. 5 Resp. Matth. 10, 18; Act. 5, 27-29. 6 Resp. Luc. 11, 22 *(fortior)* et Matth. 12, 29; *Glossa interi,* in ult. loc.: *alligaverit fortem:* « a seductione electorum compescuerit » (apud Lyranum, V, 42r). 7 Ps. 68, 5: *Quae non rapui, tunc exsolvebam; Glossa interlin.* in h.l.: « Hoc est gratis: non peccavi, et poenas dedi » (apud Lyran., III, 180v; cod. Florent. Pl. XVII, 4, f. 85v). 8 Cap. 2, n. 2 (PL 40,291; CSEL 41, 103). 9 August., *De pecc. meritis seu de bapt. parvulorum,* II, c. 30, n. 49 (PL 44, 180s; CSEL 60, 120); de chirographis: Coi. 2, 14. 10 Matth. 26, 28.

Num. 4: Verba Augustini, in *Glossa* in Coi. 2, 15 (PL 192, 276 B-C).

5. **Augustinus in libro De baptismo parvulorum** [1]. Per illum ergo redempti sumus, in quo princeps mundi nihil invenit [1]. Unde Augustinus [2], causam et modum nostrae redemptionis insinuans, ait: « Nihil invenit diabolus in Christo ut moreretur, sed pro voluntate Patris mori Christus voluit; non habens mortis causam de peccato, sed de obedientia et iustitia mortem gustavit; per quam nos redemit a servitute diaboli ». « Incideramus [3] enim in principem huius saeculi, qui seduxit Adam et servum fecit, coepitque nos quasi vernaculos possidere. Sed venit Redemptor, et victus est deceptor. Et quid fecit Redemptor captivatori nostro ? Tetendit ei muscipulam, crucem suam; posuit ibi quasi escam, sanguinem suum. Ille autem sanguinem fudit non debitoris, per quod recessit a debitoribus. Ille quippe ad hoc sanguinem suum fudit, ut peccata nostra deleret. Unde ergo diabolus nos tenebat, deletum est sanguine Redemptoris: non enim tenebat nos nisi vinculis peccatorum nostrorum [4]. Istae erant catenae captivorum. Venit ille, *alligavit fortem* [5] vinculis passionis suae; intravit *in domum eius,* id est in corda eorum ubi ipse habitabat, et *vasa eius,* scilicet nos, eripuit; quae ille impleverat amaritudine sua. Deus autem noster, vasa eius eripiens et sua faciens, fudit amaritudinem et implevit dulcedine », per mortem suam a peccatis redimens et adoptionem gloriae filiorum largiens.

Cap. 2 (56).

Cur Deus homo et mortuus. Factus est igitur homo mortalis, ut moriendo diabolum vinceret. « Nisi [6] enim homo esset qui diabolum vinceret, non iuste, sed violenter homo ei tolli videretur, qui se illi sponte subiecit;

4 mori *trp. p.* voluit A. 4-5 mori Christus *trp.* BLN. 12 debitoribus] id est hominibus *add.* BR (inferi.).

1 Resp. Ioan. 14, 30. 2 *De peccat, meritis* etc., II, c. 31, n. 51 (PL 44, 181s; CSEL. 60, 121s). 3 August., *Sermo 130,* n. 2 (PL 38, 726s); cf. etiam *Sermo, 263,* n. 1 (2) (PL 38,. 1210; PLS 2,593). 4 Cf. Prov. 5,22; et II Tim. 2,25-26. 5 Matth. 12,29. «Vide *Glossam ordin.* in Hebr. 2, 11 (apud Lyranum, VI, 137c; cod. m, f. 167c).

Num. 5: Verba Augustini, non sine quadam paraphrasi (ut apparet tam ex originali; quam ex opere Flori in h.L, 778-779), iam in *Glossa* in Hebr. 2, 14 (PL 192, 421 B-D). Videsis etiam Sermonem 4 nostri Magistri (PL 171, 385 A). De « muscipula », cf. J. Rivière, « *Muscipula diaboli ». Origine et sens d'une image augustinienne, in Rech, de théol. anc. etméd.* 1 (1929)-484ss.

Cap. 2: Omnia usque ad *cecidisse,* in *Glossa* Magistri in Hebr. 2, 14 (PL 192,421 D), ubL et reliqua saltem ad sensum; ex *Glossa ordin.,* uti supra notatur.

sed si eum homo vicit, iure manifesto hominem perdit. Et ut homo vincat, necesse est ut Deus in eo sit, qui eum a peccatis immunem faciat. Si enim per se homo esset, vel angelus in homine, facile peccaret, cum utramque naturam per se constet cecidisse». Ideo Dei Filius hominem passibilem sumpsit, in quo et mortem gustavit 1; quo caelum nobis aperuit et a servitute diaboli, id est a peccato: servitus enim diaboli peccatum est 2, et a poena redemit.

Cap. 3 (57).

Quomodo et a qua poena Christus nos redemit per mortem. A qua poena ? Temporali et aeterna. Ab aeterna quidem relaxando debitum; a temporali vero penitus nos liberabit in futuro, quando *novissima mors inimica destruetur* 3. Adhuc enim exspectamus *redemptionem corporis* 4*. Secundum animas vero iam redempti sumus ex parte, non ex toto: a culpa, non a poena; nec omnino a culpa: non enim ab ea sic redempti sumus ut non sit, sed ut non dominetur 5.

Cap. 4 (58).

Quomodo poenam nostram portavit. *Peccata* quoque *nostra,* id est poenam peccatorum nostrorum, dicitur *in corpore suo super lignum* portasse 6, quia per ipsius poenam, quam in cruce tulit, omnis poena temporalis quae pro peccato converso debetur, in baptismo penitus laxatur, ut nulla a baptizato exigatur; et in poenitentia minoratur: non enim sufficeret illa poena qua poenitentes ligat Ecclesia, nisi Christi poena cooperaretur, qui pro nobis solvit 7. Unde peccata iustorum qui fuerunt ante adventum *in sustentatione Dei* fuisse usque ad Christi mortem dicit Apostolus 8, *ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore.* — Ecce ex parte

1 perdit] perdidit LR, *corr. in* perdidit V. 18 pecc. nostrorum *trp.* MT. 21 nulla] nullo AM.

1 Hebr. 2, 9: *Ut... pro omnibus gustaret mortem.* 2 Resp. Ioan. 8, 34; et II Tim. 2, 26. 3 I Cor. 15, 26. * Rom. 8, 23; Glossa Magistri in h.l. (PL 191, 1445 A). 5 Resp. Rom. 6, 6: *ut ultra non serviamus peccato;* vide *Glossam* Lombardi in h.L: «Non dico ut non sit, sed ut non cogamur servire, et vere non cogimur» [cogemur *cod. z,* f. 20c] (PL 191, 1405 D); de his plura in lib. II, d. 32, c. 1 (tom. I, 511-13). 6 I Petri 2, 24; *Glossa interi.* in h.l.: *Qui peccata nostra:* «Id est poenam pro peccatis debitam» (apud Lyranum, VI, 219). 7 Resp. Ps. 68, 5; v. supra, Cap. 1, n. 4. 8 Rom. 3, 26; cf. *Glossa* Lombardi in h.l. (PL 191, 1362 B - 1363 A).

expositum #st quomodo et quid Christus per mortem nobis meruit et impetravit.

Cap. 5 (59).

Si solus Christus debet dici redemptor, ut solus dicitur mediator. Unde ipse vere dicitur mundi redemptor et Dei hominumque mediator, Sed mediator in Scriptura dicitur solus Filius [1]; redemptor vero aliquando etiam Pater vel Spiritus Sanctus [2], sed hoc propter usum potestatis, non propter exhibitionem humilitatis et obedientiae. Nam secundum potestatis simul et obedientiae usum, Filius proprie dicitur redemptor, quia et in se explevit per quae iustificati sumus, et ipsam iustificationem est operatus potentia deitatis cum Patre et Spiritu Sancto. Est igitur redemptor in quantum est Deus potestatis usu, et in quantum homo humilitatis effectu. Et saepius dicitur redemptor secundum humanitatem, quia secundum eam et in ea suscepit et implevit illa sacramenta quae sunt causa nostrae redemptionis. Proprie igitur Filius dicitur redemptor.

Cap. 6 (60).

1. **De mediatore.** Qui solus dicitur mediator, non Pater vel Spiritus Sanctus. De quo Apostolus [3]: *Unus mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus,* id est per hominem quasi in medio arbiter est ad componendam pacem : id est ad reconciliandum homines Deo. Hic est arbiter quem Iob desiderat [4]: *Utinam esset nobis arbiter.*

2. **Augustinus, Super Ioannem** [5]. *Reconciliati* enim *sumus Deo,* ut ait Apostolus [6], *per mortem Christi:* « Quod non sic est intelligendum, quasi nos ei sic reconciliaverit Christus, ut inciperet amare quos oderat,

8 et] usum *add.* V. ‖ obedientiae] usum *add. interi.* NR. 12 et *om.* BORVX. ‖ quantum] est *add.* BLR. 22 Rubrica *om.* ORVW.

1 Gal. 3, 19-20; I Tim. 2, 5; Hebr. 9, 15. 2 Cf. Ps. 18, 15; 77, 35; Isai. 41, 14; 49, 7 et 26; 60, 16; 63, 16. 3 J Tim. 2, 5. 4 Iob 9, 33. 5 Rom. 5, 10. 6 *Tract. Ioan.,* tr. 110, n. 6 (PL 35, 1923; CCL 36, 626).

Cap. 6-7: Cf. A. M. Landgraf, *Die Mittlerschaft Christi,* in *Dogmengeschichte, 11-2,* 288-328. — Cap. 6, num. 1: Ex *Glossa* in I Tim. 2, 5 (PL 192, 339 A); partim *ex Glossa media* Gilbert! (cf. V. Miano, *Il commento,* p. 196; A. M. Landgraf, *Die Mittlerschaft Christi,* 299s). — Num. 2: Verba Augustini *Super Ioannem,* mutato ordine verborum, in *Glossa* Magistri in Rom. 5, 10 (PL 191, 1384 A-B), ex Floro in Rom. 5, 8-9 *(ed. cit.,* 86); illa *De Trinitate,* in Rom. 5, 10 (PL 191, 1386 C), item ex Floro in h.l. (coi. 90).

sicut reconciliatur inimicus inimico, ut deinde sint amici, qui ante se oderant; sed iam nos diligenti Deo reconciliati sumus. Non enim ex quo ei reconciliati sumus per sanguinem Filii nos coepit diligere, sed ante mundum, priusquam nos aliquid essemus ». — Quomodo ergo diligenti nos Deo sumus reconciliati ? « Propter 1 peccatum cum eo habebamus inimicitias, qui habebat erga nos caritatem, etiam cum inimicitias exercebamus adversus eum operando iniquitatem ». — **Augustinus in libro De Trinitate** « Ita 2 ergo inimici eramus Deo sicut iustitiae sunt inimica peccata; et ideo, remissis peccatis, tales inimicitiae finiuntur, et reconciliantur iusto quos ipse iustificat ».

3. Christus ergo dicitur mediator eo quod medius inter Deum et homines, ipsos reconciliat Deo. Reconciliat autem dum offendicula hominum tollit ab oculis Dei, id est dum peccata delet quibus Deus offendebatur et nos inimici eius eramus.

4. **Quaestio.** Sed cum peccata deleat non solus Filius, sed et Pater et Spiritus Sanctus, quorum deletio est nostra ad Deum reconciliatio, quare solus Filius dicitur mediator ? Nam de Patre legitur quod reconciliaverit sibi mundum. Ait enim Apostolus3: *Deus erat in Christo mundum sibi reconcilians.* Cum igitur reconciliet, quare non dicitur mediator ? — **Responsio.** Quia nec medius est inter Deum et homines, nec in se habuit illa sacramenta quorum fide et imitatione iustificemur, id est reconciliemur Deo. Reconciliavit ergo nos tota Trinitas virtutis usu, scilicet dum peccata delet; sed Filius solus impletione obedientiae, in quo patrata sunt secundum humanam naturam per quae credentes et imitantes iustificantur.

Cap. 7 (61).

1. **Secundum quam naturam sit mediator.** Unde et mediator dicitur secundum humanitatem, non secundum divinitatem. « Non 4 est enim mediator inter Deum et Deum, quia *unus est Deus* 5; sed inter Deum et

7 Rubrica *om.* RVW. 8 sunt inimica *trp.* ARV. 12 reconciliat1] reconciliavit LN. 15 Quaestio *om.* RVW. 16 deletio] dilectio M, *corr. ex* delectatio L. 19 sibi reconcilians trp. LT Vulg. 20 Responsio] Solutio B, *om.* RVW. 22 ergo] igitur MT.

1 August., ibid. 2 Lib. XIII, c. 16, n. 21 (PL 42, 1030s; CCL 50 A, 411). 3 π Cor. 5,19. 4 August., *In Epist. ad Oalat.,* n. 24 (PL 35,2122); invenitur in parte in *Glossa ordin.* in Gal. 3, 19-20 (apud Lyranum, VI, 83b-c; cod. 1 107a, m 100c). 5 Gal. 3, 20.

Cap. 7, num. 1: Cf. *Glossa* in Gal. 3, 20 (PL 192, 130 A), ubi primae duae auctoritates; dein, in I Tim. 2, 5 (PL 192, 339 A-B), ubi verba Aug. in *Confess.*

hominem, qtiasi inter duo extrema, quia medius esse non potest nisi inter aliqua». — **Augustinus in sermone quodam**[1] «Mediatori est igitur in quantum homo ; nam in quantum Deus non mediator, sed aequalis Patri est, hoc idem quod Pater, cum Patre unus Deus ». Mediat ergo inter homines et Deum Trinitatem secundum hominis naturam, in qua suscepit illa per quae reconciliamur Deo Trinitati. — **Augustinus in libro Confessionum**[2] Et secundum eandem «habet aliquid simile Deo et aliquid simile hominibus »; quod mediatori congruebat, « ne per omnia similis hominibus, longe esset a Deo; aut per omnia Deo similis, longe esset ab hominibus, et ita mediator non esset. Verus igitur mediator Christus inter mortales peccatores et immortalem iustum apparuit: mortalis cum hominibus, iustus cum Deo »; « per infirmitatem propinquans nobis[3] », « per iustitiam Deo. Recte igitur mediator dictus est, quia inter Deum immortalem et hominem mortalem est Deus homo, reconcilians hominem Deo: in tantum mediator, in quantum est homo; in quantum autem Verbum non est medius, quia unus cum Patre Deus ».

2. **Vigilius, Contra Eutychen**[4] « Si ergo Christus secundum vos, 0 haeretici, unam tantum habet naturam, unde medius erit ? Nisi ita sit medius ut Deus sit propter divinitatis, et homo propter humanitatis naturam, quomodo humana in eo reconciliantur divinis ? Nam ipse veniens, prius in se humana sociavit divinis per utriusque naturae coniunctionem in una persona; deinde omnes fideles per mortem reconciliavit Deo », dum « sanati[5] sunt ab impietate quicumque humilitatem Christi credendo dilexerunt, et diligendo imitati sunt ».

3. **Summam intelligentiae praemissae perstringit**[5] Ecce hic aliquatenus insinuatur quare Christus solus dicitur mediator Dei et hominum; et secundum quam naturam mediet, scilicet humanam; et cui mediet, scilicet Deo Trinitati. Trinitati enim nos reconciliavit per mortem; per

2 Rubrica *om.* RW, *trp. ad p. 123, tin. 27 alii codd. (praeter* X). ‖ est igitur *trp.* LNV. 3-4 Patri est *trp.* RVX. 13 igitur] ergo LOVWX. ‖ quia] qui ORVW. 17 Vigilius] Viilius BX, Aug. L. 19 propter1] naturam *add.* BLNOV. 25 Rubrica *om.* ARW.

1 *Sermo 293 (in Natali Ioan. Bapt.),* n. 7 (PL 38, 1332). 2 Lib. X, cc. 42-43, nn. 67-68 (PL 32,808; CSEL 33, 277s). 3 Ex *Glossa* Magistri in Ps. 29, 3 (PL 191, 292 B); ex August., *Enarr. II in Ps. 29,* n. 1 (PL 36, 216; CCL 38, 174). 4 Lib. V, n. 15 (PL 62, 145 B-D). 5 August., *In Epist. ad Galat.,* n. 24 (PL 35, 2122).

Num. 2: Ex *Glossa* in Gal. 3, 20 (PL 192, 130 C), sed unde incorporetur in *Glossam,* nescimus.

quam etiam nos redemit a servitute diaboli. Nam ut Petrus ait 1, *non corruptibilibus auro et argento redempti* sumus, *sed pretioso sanguine Agni immaculati.*

DISTINCTIO XX

Cap. 1 (62).

Quod alio modo potuit liberare et quare potius isto. — Augustinus in libro X[III] De Trinitate : Si vero quaeritur utrum alio modo posset Deus hominem liberare quam per mortem Christi, dicimus et «alium2 modum fuisse possibilem Deo, cuius potestati cuncta subiacent, sed nostrae miseriae sanandae convenientiorem modum alium non fuisse, nec esse oportuisse ».

Cap. 2 (63).

1. **Ratio quare isto modo** « Quid 3 enim mentes nostras tantum erigit et ab immortalitatis desperatione liberat, quam quod tanti nos fecit Deus, ut Dei Filius immutabiliter bonus, in se manens quod erat, et a nobis accipiens quod non erat, dignatus nostrum inire consortium, mala nostra moriendo perferret ? »

2. **Alia ratio : — Augustinus in eodem :** Est et alia ratio quare isto potius modo quam alio liberare voluit : «quia 4 sic iustitia superatur

1 ait] in epistola canonica *add.* BOV. 6 et... isto *om.* LMRWX. 8 Deus *om.* LOWX, *inierl.* R. 13 tantum *trp. p.* enim LRV, *post* erigit A. 18 Rubricae *om.* LRVW.

1 I Petri 1, 18-19. 2 Cap. 10, n. 13 (PL 42, 1024; CCL 50A, 399s); partim tantum in *Glossa ordin.* in Rom. 5, 8 (apud Lyran., VI, 12c; cod. 1 10c, m 1ib). 3 August., ibid. (1024; 400); partim in *Glossa ordin.* ut in nota praecedenti. 4 Cap. 13, n. 17 (1026; 404); sed verba sunt *Glossae ordin.* in Rom. 5, 9 (locis cit.).

Dist. XX, capp. 1-4: Fons in *Glossa* Lombardi, in Rom. 5, 8 (PL 191, 1384 D –1386 B), ubi dependet a *Glossa media* Gilbert! (apud M. Simon, *La glose de l'épître aux Romains de Gilbert de la Porrée,* in *Rev. Hist. Eccl.,* 52, 1957, 76). Videsis etiam Magistrum in Hebr. 2, 14-15 (PL 192, 421 D - 422 D) et eius sermones, nn. 4, 16, 18 (PL 171, 384 C, 501 C, 610 A); Hugonem, *De sacram.,* I, 8, 4-10 (PL 176, 307 D - 312 A); *Summam sent.,* 1,14 et 18 (PL 171, 1095 D - 1096 A, 1105 C; 176, 69 C-D, 78 C-D); et alios plures apud A.M. Landgraf, *Das Axiom « Non alium modum possibilem... »,* in *Dogmengeschichte,* II-2, 254-287; et L. Ott, *Untersuchungen zur theol. Briefliteratur,* 599-614.

-diabolus, -fion potentia »; « et i quomodo id factum sit, explicabo ut potero ». « Quadam 2 iustitia Dei in potestatem diaboli traditum est genus humanum, peccato primi hominis in omnes originaliter transeunte et Illius debito omnes obligante. Unde omnes homines ab origine sunt sub principe diabolo; unde Apostolus 3: *Eramus natura filii irae:* natura scilicet ut est depravata peccato, non ut est recta creata ab initio. Modus autem ille, quo traditus est homo in diaboli potestatem, non ita debet intelligi, tamquam Deus hoc fecerit aut fieri iusserit, sed quod tantum permiserit, iuste tamen. Illo deserente peccantem, peccati auctor illico invasit. Non tamen Deus continuit *in ira sua miserationes suas* 4, nec hominem a lege suae potestatis amisit, cum in diaboli potestate esse ■permisit, quia nec diabolus a potestate Dei est alienus, sicut nec a bonitate; nam qualicumque vita non subsisteret, nisi per eum qui vivificat omnia. Non ergo Deus hominem deseruit, ut non se illi exhiberet Deum, sed inter mala poenalia, etiam malis multa praestitit bona; et tandem hominem, quem commissio peccatorum diabolo subdidit, remissio peccatorum per sanguinem Christi data a diabolo eruit, ut sic iustitia vinceretur diabolus, non potentia ».

Cap. 3 (64).

1. **Qua iustitia sit victus diabolus.** «Seds qua iustitia? Iesu Christi. Et quomodo victus est ea ? Quia in eo nihil dignum morte inveniens 6, occidit eum tamen. Et utique iustum est ut debitores quos tenebat, liberi dimittantur in eum credentes quem sine ullo debito occidit». «Ideo 2 autem potentia vincere noluit, quia diabolus vitio perversitatis suae amator est potentiae, et desertor oppugnatorque iustitiae: in quo homines magis eum imitantur, qui neglecta vel etiam perosa iustitia, potentiae magis student, eiusque vel adeptione laetantur, vel cupiditate inflammantur. Ideoque placuit Deo ut non potentia, sed iustitia vincens erueret hominem: in quo homo eum imitari disceret ». « Post 8 vero in resurrectione secuta est potentia, quia revixit mortuus, nunquam postea moriturus ».

4 omnes' *om.* MRTXz. 12 diabolus] quod diabolus non est alienus a bonitate dei *rubr. marg. omnes codd. praeter .WW.* 13 vita] vel *(add.* L3) diabolus vel homo *add.* BV, *add. interi.* O2, *add. marg.* L3.

1 August., Ibid., c. 11, ŋ. 15 (PL 42, 1025; CCL 50A, 402). t August., ibid., c. 12-13, nn. 16-17 (1026s; 402ss). 3 Eph. 2, 3. -»Ps.76,10. s August., ibid., c. 14, n. 18 (PL 42, 1027s; CCL 50A, 406). 6 Resp. Luc. 23, 15: *Nihil dignum morte actum .est ei.* 7 August., ibid., c. 13, n. 17 (1026s; 404), partim in *Glossa ordin.* in Rom. 5, 9 (locis cit.). s ibid., c. 14, n. 18 (1028; 407).

2. **Quaestio**. « Sed nonne [1] iure aequissimo vinceretur diabolus, si potentia tantum Christus cum illo agere voluisset ? Utique, sed postposuit Christus quod potuit, ut prius ageret quod oportuit ». Iustitia ergo humilitatis [2] hominem liberavit, quem sola potentia aequissime liberare potuit.

Cap. 4 (65).

1. **De causa inter Deum et hominem et diabolum.** Si enim tres illi in causam venirent, scilicet Deus, homo, diabolus, diabolus et homo quid adversus Deum dicerent, non haberent. Diabolus enim de iniuria Dei convinceretur, quia servum eius, scilicet hominem, et fraudulenter abduxit et violenter tenuit. Homo etiam iniurius Deo convinceretur, quia praecepta eius contempsit et se alieno dominio mancipavit. De hominis etiam iniuria. convinceretur diabolus, quia illum et prius fallaci promissione decepit,, et post mala inferendo laesit. Iniuste igitur diabolus, quantum ad se, tenebat hominem, sed homo iuste tenebatur; quia diabolus nunquam meruit potestatem habere super hominem, sed homo meruit per culpam pati diaboli tyrannidem.

2. Si igitur Deus, qui utrique praeerat, potentia hominem liberare vellet, sola iussionis virtute hominem poterat rectissime liberare; sed ob causam praemissam [3] iustitia humilitatis uti voluit. — **Augustinus in libro XIII De Trinitate**. Qui [4] dum in carne mortali crucifixus est, iustificati sumus, id est per remissionem peccatorum eruti de potestate diaboli, et ita a Christo iustitia diabolus victus est, non potentia. Quomodo autem in eius sanguine nobis peccata sint dimissa, supra expositum est [5].

1 Quaestio *am.* LRVW. 8 Deus] et *add.* LR. ‖ homo1] et *add.* BLNOR. ‖ diabolus1] et *add.* M., *add. sed del.* T. 16 potestatem habere *trp.* LRV. 20-21 Rubrica *om.* RVW. 24 sint] sunt BNX.

1 August., ibid. (1028; 406). 2 Cf. August., ibid.: « Ideo gratior facta est in humilitate iustitia» etc. (1028; 407). 3 In cap. 3, n. 2. 4 potius paraphrasis Augustini, qui scribit: « Sed aliud est propter quod iustificamur in Christi sanguine, cum per remissionem peccatorum eruimur a diaboli potestate: hoc ad id pertinet quod a Christo iustitia diabolus vincitur, non potentia. Ex infirmitate quippe quam suscepit in carne mortali... crucifixus est Christus » (1028; 407). 5 In Dist. 19, c. 1, nn. 1 et 4.

Cap. 5 (66).

1. **De traditione Christi, quae dicitur facta a Patre, a Filio, a luda -et a ludaeis.** Christus ergo est sacerdos idemque hostia et pretium nostrae reconciliationis i, qui se in ara crucis non diabolo, sed Deo Trinitati obtulit, pro omnibus quantum ad pretii sufficientiam 2, sed pro electis tantum quantum ad efficaciam, quia praedestinatis tantum salutem effecit.

2. De quo et legitur quod sit traditus a Patre 3, et quod se ipsum tradidit 4, et quod ludas eum tradidit 5 et ludaei 6. Ipse se tradidit, quia sponte ad passionem accessit; et Pater eum tradidit, quia voluntate Patris, immo totius Trinitatis, passus est; ludas tradidit prodendo, et ludaei instigando. Et fuit actus ludae et ludaeorum malus, et actus Christi vel Patris bonus. Opus Christi et Patris bonum, quia bona Patris et Filii voluntas; malum fuit opus ludae et ludaeorum, quia mala fuit intentio.

3. Diversa fuerunt ibi facta sive opera, id est diversi actus; et una res sive factum, scilicet passio ipsa. Ideo doctores aliquando uniunt in facto illo Patrem, Filium, ludam, ludaeum; aliquando disiungunt. Respicientes enim ad passionem, unum opus illorum dicunt; attendentes intentiones et actus, facta diversa discernunt. — **Augustinus, Super epistolam Ioannis** 7: Unde **Augustinus** 7: « Facta est, inquit, traditio a Patre, facta est traditio a Filio, facta est traditio a luda: una res facta est. Quid ergo discernit inter eos ? Quia hoc fecit Pater et Filius in caritate; ludas

3 a *om.* MNW. 6 efficaciam] efficientiam ABNRVW, vel efficaciam *add. marg.* V2. ‖ effecit] efficit AN. 7 et1] etiam LNR, *am.* B. 19 iniquit *om.* OX. 20 traditio a Filio *trp. MN.*

1 Cf. *Glossa* Magistri in Hebr. 9, 25: «sacerdos et hostia » (PL 192, 477 C); et in Rom. 5, 10: « Hoc est pretium reconciliationis nostrae» (PL 191,1386 B; ubi, licet sub rubrica *Augustinus* inveniantur [deest in cod. z, f. 17a], verba potius Magistri esse videntur). 2 Vide *Glossam* in Hebr.5,9: *causa salutis aeternae omnibus obtemperantibus sibi:* «tantum enim valet eius passio quod omnibus sufficit ad salutem » (PL 192, 438 B). 3 Resp. Rom. 8, 32: *Sed pro nobis omnibus tradidit illum.* 4 Resp. Gal. 2, 20, et Eph. 5, 2. 5 Cf. Matth. 26, 25; et 26, 48. 4 Resp. Matth. 27, 18: *Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum.* 7 *In I Ioan.* 4, 9, tr. 7, n. 7 (PL 35, 2032s).

Cap. 5, num. 1: De traditione Christi vide Lomb., *Sent.,* I, d. 48, c.2; et II,d. 40, n. 11 (tom. I, 325s, 560); et in Rom.8, 32 (PL 191, 1451 D). Circa distinctionem inter sufficientiam et efficaciam, cf. A. M. Landgraf, *Die Unterscheidung zwischen Hinreichen und Zuwendung der Erlbsung,* in *Dogmengeschichte* II-2, 329-358. — Num. 3: Auctoritas Augustini ex *Glossa* in Gal. 2, 20 (PL 192, 117 A-B).

vero in proditione. Videtis quia non quid faciat homo, sed qua voluntate considerandum est. In eodem facto invenimus Deum quo ludam. Deum benedicimus, ludam detestamur: quia Deus cogitavit salutem nostram, ludas cogitavit pretium quo vendidit Dominum, Filius pretium quod dedit pro nobis. Diversa ergo intentio diversa facta facit, cum tamen sit una res ex diversis ». Ecce unam rem dicit ibi fuisse et diversa facta, quia una fuit ibi passio, sed diversi actus; et actus quidem ludae ac ludaeorum mali, quibus operati sunt Christi passionem, quae bonum est et opus Dei est.

Cap. 6 (67).

1. **Quod Christi passio dicitur opus Dei et ludaeorum et quomodo.** Passio ergo Christi et opus ludaeorum dicitur, quia ex actibus eorum provenit; et opus Dei, quia eo auctore, id est volente, fuit. Unde **Augustinus**[1]: « Nemo aufert animam Christi ab eo, quia potestatem habet ponendi et sumendi [2]; ecce habes auctorem operis. Ponet animam: ecce habes opus auctoris. Et ut generaliter concludam, quotiens in carne Christus aliquid patitur, opus auctoris est; quia enim sua voluntate, non alio cogente perpetitur, ipse auctor est operis ».

2. **Si ludaei sunt ibi operati bonum?** Cum autem passio Christi opus Dei sit et ideo bonum, eamque operati sint ludas et ludaei: quaeritur an concedendum sit eos operatos ibi esse bonum. — Hic distinguendum est: potest enim dici quod operati sunt bonum, quia ex actibus eorum bonum provenit, id est passio Christi; et item quod operati non sint bonum, sed malum, quia actio eorum non fuit bona, sed mala [3].

7 fuit ibi *trp.* MTX. ‖ ac] et BLMRX. 13 est] eo *add.* NV. 15 Ponet) Ponit BMV. 18 perpetitur] patitur B, perpetratur MR. 21 ibi esse *trp.* LNR. 22 sunt] sint BMT. 23 sint] sunt LRV.

1 Rubr. marg.: *In expositione fidei catii. contra Felicianum;* id est Vigilius Thapsensis, *Contra Feiic. Arianum de unitate Trinitatis,* c. 14 (PL 42, 1169s; vel c. 20, PL 62, 348 D). 1 Resp. Ioan. 10, 17-18. 3 Cf. supra, c. 5, n. 2; et loci Libr. I et II ibi citati.

Cap. 6, num. 1: Verba ps.-Augustini, ex *Glossa* in I Cor. 2, 8 (PL 191, 1549 D - 1550 A).

DISTINCTIO XXI

Cap. 1 (68).

1. **Si in Christo divisio in morte fuit animae vel carnis a Verbo.** Post praedicta considerandum est utrum in morte a Verbo sit separata anima vel caro.

2. **Opinio quorundam asserentium carnem a deitate divisam.** Quidam [1] putaverunt carnem, sicut ab anima, ita a divinitate in morte fuisse divisam. Si enim, inquiunt, anima media divinitas carnem sibi univit, sicut superius [2] praetaxatum est, ergo quando divisa est caro ab anima, divisa est etiam a divinitate; quia non potuit ab anima seiungi per quam Verbo erat unita, quin a Verbo divideretur. — **Augustinus.** Fuit autem divisa ab anima in morte: alioquin vera mors ibi non fuisset; quia ut ait **Augustinus** [3], « mors quam timent homines, separatio est animae a carne; mors autem quam non timent, separatio est animae a Deo; utraque vero diaboli suasu homini propinata est ». Si ergo in Christo homine vera mors fuit, divisa est ibi anima, ac per hoc divinitas, a carne.

3. **Auctoritatem inducunt. — Ambrosius.** Huic suae probabilitati addunt auctoritatis testimonium. **Ambrosius** [4] enim, tractans de

8 media] mediante B, *corr. in* mediante X. 9 praetaxatum) dictum V, predictum X. 17 Rubricae *om.* RVW.

1 Ita inter alios Mag. Hermannus, *Sententiae,* c. 27: «...rationabilius esse videtur, quod a corpore fuerat separata [divinitas]. Sicut enim non potuit adiungi nisi anima mediante, sic in eo non debuit remanere anima separata » (PL 178, 1737 B). Videsis etiam *Sententias Florianenses,* n. 44 (ed. H. Ostlender, Bonn 1929, 20-21); et *Sent. Parisienses,* p. I (ed. A.M. Landgraf, in *Écrits théologiques de l'école d'Abélard,* Lovanii 1934, p. 35, 12-20). 2 Dist. 2, c. 2. 3 Rubrica marg. indicat *August, super ps. xlvii;* sed est *Enarr. in Ps. 48,* 15, sermo 2, c. 2 (PL 36, 556; CCL 38, 565s). 4 Iterum rubrica legitur *Ambr. in expositione psalmi;* sed revera est eius *In Lucam,* X, n. 127 (PL 15 [1845], 1836 A; CSEL 32-111, 503; CCL 14, 381).

Dist. XXI-XXII: Cf. A. M. Landgraf, *Das Problem « Utram Christus fuerit homo in triduo mortis»,* in *Dogmengeschichte* II-1, 273-319; praesertim quoad positionem Lombardi, 273-296; Hugo, *De sacram.,* II, 1, 10-11 (PL 176, 399ss); *Summa sent.,* I, 19 (PL 171, 1105s; 176, 78ss). — Cap. 1: Quaestio ponitur ut in *Summa sent.,* I, 19 (PL 171, 1105 C; 176, 78 D), unacum quadam expositionis opinionis affirmativae. Cf. etiam Hugo, *De sacram.,* II, 1, 10 (PL 176, 399 C - 400 D). — Num. 2: Auctoritas Augustini, ex *Glossa* in Ps. 48, 6 (PL 191,466 D - 467 A). — Num. 3: Auctoritatem Ambrosii, ex *Summa sent.,* 1, 19 (PL 171, 1106 C; 176, 80 A-B), inducunt *Sent. Florianenses, n.* 41 (p. 21, 7-10) et *Sent. Parisienses* (p. 35, 5-8); in parte, apud Hugonem, *De sacram.,* II, 1, 10 (PL 176, 399 C).

Christi derelictione, qui in cruce *voce magna* damans dixit h *Deus, Deus meus, ut quid me dereliquisti ?* ait: « Clamat homo separatione divinitatis moriturus: nam cum divinitas mortis libera sit, utique mors ibi esse non poterat nisi vita discederet, quia vita divinitas est ». Hic videtur tradi quod divinitas separata sit in morte ab homine, quae nisi discessisset, homo ille mori non posset; quod illi ad carnem referunt, quam dicunt a Deo separatam.

4. **Responsio :** Quibus respondemus illam separationem sic esse accipiendam sicut intelligitur derelictio, quae illis verbis significatur: *Ut quid me dereliquisti ?* Quomodo igitur Christus derelictus erat a Patre, cum in cruce se derelictum clamabat ? Non recesserat Deus ab homine, ita quod esset soluta unio Dei et hominis: alioquin fuit quoddam tempus quando Christus adhuc vivus homo erat et non Deus, quia adhuc vivus se derelictum clamabat, non derelinquendum. Si ergo illa derelictio unionis intelligatur solutio, ante facta fuit solutio Dei et hominis quam Christus mortuus esset. Sed quis hoc dicat ? Fateamur igitur Deum quodam modo illum hominem in morte deseruisse, quia potestati persequentium eum exposuit ad tempus; non suam potentiam exserendo illum defendit, ut non moreretur. Separavit se divinitas quia subtraxit protectionem, sed non solvit unionem; separavit se foris ut non adesset ad defensionem, sed non intus defuit ad unionem. Si non ibi cohibuisset potentiam, sed exseruisset, non moreretur Christus. Mortuus est Christus divinitate recedente, id est effectum potentiae defendendo non exhibente. — Hic est hircus apopompeius, qui altero hirco immolato *in solitudinem* mittebatur, ut legitur in Levitico 2. Duo enim hirci humanitas et divinitas Christi intelliguntur 3. Humanitate igitur immolata, divinitas in solitudinem abiit, id est in caelum. — **Hesychius, super Leviticum :** Unde Hesychius 4: « *In solitudinem,* id est in caelum tempore passionis

8 Responsio om. RVW. 18 exserendo] exercendo BNRVW. 22 exseruisset MOTW, exercuisset *alii.* 27 Rubrica om. LRVW.

1 Matth. 27, 46. 2 Levit. 16, 8-10. *3 Glossa ordin.* in Lev. 16, 7-8: *Duos hircos...* «quia Christus Deus et homo: secundum humanitatem passus, secundum divinitatem impassibilis... *mittit* Aaron *super utrumque sortem:* qua divinitatem et humanitatem dividi intelligimus » (apud Lyranum, I, 242c); ex Hesychio in h.l. (PG 93, 991 B). 4 *Glossa ordin.* in Lev. 16, 10: *et emittat eum in solitudinem* (apud Lyranum, I, 242c); iterum ex Hesychio in h.l. (PG 93, 992 B-C).

Num. 4: Responsio, summatim ex Hugone *(ibid.,* 399 D - 400 D). De hirco apopompaeo prolixius (cum *Glossa ordinaria)* loquitur Magister in Sermone 22, *In Parasceve* (PL 171, 689 A); de quo cf. Proleg. ad tom. I, 106*.

divinitas abii^se dicitur, non locum mutans, sed quodam modo virtutem cohibens, ut possent impii consummare passionem. Abiit ergo, id est virtutem cohibuit; et portavit *iniquitates* nostras 1, non ut haberet, sed ut consumeret: *Deus* enim *ignis consumens est2».* Ex his satis ostenditur praemissa verba Ambrosii sic esse accipienda ut praedixi mus.

5. Aliam inducunt auctoritatem. — Athanasius : Alii quoque auctoritati innituntur, qui asserunt divinitatem in morte recessisse ab homine secundum carnem. Ait enim Athanasius 3; « Maledictus qui totum hominem quem assumpsit Dei Filius, denuo assumptum vel liberatum tertia die a mortuis resurrexisse non confitetur. Fiat, fiat ». — **Qualiter de hac auctoritate argumentando procedunt :** Si, inquiunt, denuo assumptus est homo in resurrectione, quem assumpserat in incarnatione, deposuit ergo eum in morte; separata ergo fuit divinitas in morte ab humanitate.

6. Responsio : Quibus respondemus quod, si his verbis assumptio talis intelligatur quae sit secundum unionem, non carnem tantum, sed totum hominem, id est animam et carnem, denuo sibi univit in resurrectione, quia non simpliciter 'hominem', sed 'totum hominem' assumptum dicit. Totum igitur hominem in morte deposuit, id est animam et carnem. Sed quis, nisi hostis veritatis, dicat animam a Verbo depositam ? Et tamen, nisi hoc fateantur, quod totus homo sit assumptus, non pro eis facit illa auctoritas, quae totum dicit assumptum.

7. Determinatio auctoritatis : Sciendum est igitur Athanasium id dixisse contra illorum perfidiam qui resurrectionem Christi negabant, putantes morte detineri qui solus *inter mortuos liber* 4 est. Ideo illum maledicit qui non confitetur totum hominem denuo assumptum resurrexisse, id est Christum animam denuo corpori coniunxisse, et in illis duobus denuo coniunctis in resurrectione vere secundum hominem vixisse sicut ante mortem. Nam in morte separata est anima a carne: unde vere dicitur Christus mortuus ; sed neutrum separatum est a Verbo Dei.

6 Athanasius *om.* MRVW. 15 si *dei.* 0, in *add.* OVX.

1 Resp. Lev. 16, 22: *Cumque portaverit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam.* *t* Deut. 4, 24. 3]<j est Eusebius Vercellensis, *De Trinit.,* VI (inter opp. Vigilii Thapsensis, PL 62, 280 A; sub proprio nomine, CCL 9, 87s); cf. *Clavis patrum latinorum,* n. 105. 4 Ps. 87, 6.

Num. 5: in parte ex *Summa sent.,* I, 19 *(loc. cit.)·* iam in *Sent. Florian.,* uti supra. — Num. 7: partim in *Summa sent.*

8. **Auctoritatibus adstruit carnem a Verbo in morte non esse divisam.** Sicut **Augustinus** super loannem 1 docet, tractans illud Domini verbum 2: *Ego pono animam meam ut iterum sumam eam. Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a me ipso; potestatem habeo ponendi eam, et iterum sumendi eam.* (**De eo quod scriptum est: Ego pono animam meam etc.**) Hic animam dicit emissam. A quo emissa est ? A se ipsa non est emissa, quia se ipsam non posuit. Nec Verbum animam posuit vel carnem. Caro ergo animam posuit, sed potestate in se manentis deitatis; potentia ergo deitatis anima divisa est a carne, sed neutrum a Verbo Dei. Unde **Augustinus**3; «Verbum, ex quo suscepit hominem, id est carnem et animam, nunquam deposuit animam, ut esset anima separata a Verbo; sed caro posuit animam quando exspiravit, qua redeunte surrexit. Mors ergo ad tempus carnem et animam separavit, sed neutrum a Verbo Dei. Caro igitur ponit et sumit animam: non potestate sua, sed potestate inhabitantis carnem deitatis ». Hic evidenter traditur nec animam nec carnem a Verbo Dei divisam in morte, ut aliquo modo soluta fuerit unio.

9. **Augustinus in Expositione fidei catholicae.** Unde **Augustinus**, *Contra Felicianum* 4: « Absit ut Christus sic senserit mortem, ut quantum in se est vita vitam perdiderit. Si enim hoc ita esset, vitae fons aruisset. Sensit igitur mortem participatione humani affectus quem sponte susceperat; non naturae suae perdidit potentiam per quam cuncta vivificat. Sic in sepulcro carnem suam commoriendo non deseruit, sicut in utero Virginis connascendo formavit. Mortuus est ergo non discedente vita, sicut passus est non pereunte potentia. Nemo tollit animam eius ab eo, quia potestatem habet ponendi et sumendi ». Ecce et hic habes

4 eam2] animam R, animam meam BCLN, *corr. ex* animam meam X. 4 Rubrica *om.* LRVW. scriptum] dictum BCX. 11 separata a Verbo *trp.* BCLMRT. 14 igitur] ergo BCOX. 16 divisam in morte *trp.* BCLMRT. 17 Rubrica *incorp. in textum* RV. ‖ Augustinus1 *om.* BCTX. 18 Christus sic *trp.* BCLMRT. 22 commoriendo] moriendo LX, *corr. ex* moriendo *sed et del. corr.* O, *corr. interi, ex* moriendo R2.

1 Tract. 47, nn. 10-11 (PL 35, 1738s; CCL 36, 409ss). 2 Ioan. 10, 17-18. » *August, super loannem* (rubr.), in loan. 10, 17: *quia pono animam meam,* scii. tr. 47, nn. 10-11 (PL 35, 1738s; CCL 36, 409ss); ex *Glossa ordin.* (apud Lyranum V, 216c). 4 Id est Vigilius Thapsensis, *Contra Felicianum Arianum de unitate Trinitatis,* c. 14 (PL 42, 1169; vel c. 20, PL 62, 348 A-C et D).

Num. 8: partim in Hugonis *De Sacram.* 11,1,11 (PL 176, 401 B); sed Magister se vertit potius ad *Glossam ordin.* in Ioan. 10, 17 (apud Lyranum, V, 216c). — Num. 9: ex *Glossa* in 1 Cor. 2, 8 (PL 191, 1549 D).

Christum non deseruisse carnem in mortem, et vitam non discessisse a mortuo; et quod sponte tradidit spiritum, non alius extorsit 1.

10. **Ambrosius in III libro De Spiritu Sancto.** Unde Ambrosius2: «*Emisit* Christus *spiritum,* et tamen quasi arbiter eruendi suspendique corporis, emisit spiritum, non amisit. Pendebat in cruce, et omnia commovebat». Sed unde emisit? Ex carne. Quo emisit? Ad Patrem.

Cap. 2 (69).

1. **Qua ratione Christus dicitur mortuus et passus.** Recedente vero anima, mortua est Christi caro; et quia caro mortua est, mortuus est Christus. Sicut enim mortuus dicitur Deus quando mortuus est homo, ita mortuus dicitur homo quando mortua est caro. Separatio animae mors carnis fuit. Propter carnem ergo unitam Verbo, quae mortua est, dicitur Deus mortuus; et propter carnem et animam, quae utraque dolorem sensit, dicitur Deus passus, cum divinitas omnis doloris exsors exsisteret.

2. **Augustinus, super Psalmum CXXIX.** Unde Augustinus^: «*Verbum caro jactum est4,* ut per carnem panis caelestis 5 ad infantes transiret. Et secundum hoc ipsum Verbum crucifixum est; sed non est mutatum in hominem: homo in illo mutatus est, ut melior fieret quam erat. Per id ergo quod homo erat, mortuus est Deus; et per id quod Deus erat, homo excitatus est et resurrexit. Quidquid passus est homo, non potest dici non passus Deus, quia Deus erat homo: quomodo non potes dicere non te passum iniuriam, si vestis tua conscindatur, quamvis vestis tua non sis tu. Multo magis ergo quidquid patitur caro unita Verbo, debet dici pati Deus, licet Verbum nec mori, nec corrumpi, nec mutari potuerit. Sed quidquid horum passus est, in carne passus est».

8 Qua ratione] Quare AOTX. 14 exsors] expers BC. 16 caro trp. postfactum BL, *post* est MR.

1 *Glossa interi,* in Matth. 27, 50: *Emisit spiritum:* «non aliud extorsit» (apud Lyran., V, 86r). 2 Revera, *De incarnationis dom. sacramento,* c. 5, n. 39 (PL 16 [1845], 828 B; CSEL 79, 242s); resp. Matth. 27, 50 (nihil in *Glossa ordin.* in h.l.). 3 Rectius, *Enarr. in Ps. 130, 2,* nn. 9-10 (PL 37, 1711; CCL *40,* 1906). 4 Ioan. 1, 14. 3 Resp. Ioan. 6, 31-33.

Num. 10: Quaestio in fine, et prima pars num. 1 cap. 2: «Sed unde... carnis fuit», verba sunt Hugonis, *De sacram.,* II, 1, 11 (PL 176, 401 B-C).

Cap. 2, num. 2: Ex *Glossa* in Ps. 130, 2 (PL 191, 1172 D - 1173 A).

3. De hoc etiam **Ambrosius** in libro III *De Spiritu Sancto*[1] ait: « Quod Verbi caro patiebatur, manens in carne Verbum in se pro corporis assumptione referebat: ut pati diceretur, quia caro patiebatur, sicut scriptum est[2]: *Christo in carne passo*». — Hic docetur qua ratione Deus vel Dei Filius passus vel mortuus dicitur: non quia mortem senserit in quantum Deus est, sed quia caro ei unita mortua est.

4. **Augustinus in sermone de fide.** Secundum quam rationem dicit **Augustinus**[3]: «Si quis dixerit atque crediderit Filium Dei Deum passum, anathema sit ». Cuius dicti causam, ex qua intelligentia sumenda est, aperiens, in eodem subdit[4]: « Si quis dixerit quod in passione dolorem sentiebat Filius Dei Deus, et non caro tantum cum anima quam sibi acceperat, anathema sit ».

5. Sane igitur dici potest quod mortuus est Deus et non mortuus, passus est Dei Filius et non passus, passa est tertia persona et non passa, crucifixum est Verbum et non crucifixum. Secundum alteram naturam passus est, secundum alteram impassibilis. — Unde **Ambrosius**[5]: « Generalis ista est fides: quia Christus est Dei Filius et natus ex Virgine. Quem quasi gigantem Propheta describit[6], eo quod biformis geminaeque naturae unus sit, consors divinitatis et corporis. Idem ergo patiebatur et non patiebatur, moriebatur et non moriebatur, sepeliebatur et non sepeliebatur, resurgebat et non resurgebat. Resurgebat secundum carnem quae mortua fuerat, non secundum Verbum quod apud Deum semper manebat ».

DISTINCTIO XXII

Cap. 1 (70).

1. **Si Christus in morte fuit homo.** Hic quaeritur utrum in illo triduo mortis Christus fuerit homo.

11 sentiebat] senserit N, sentiret V. 13 igitur] ergo X, *om.* BC. 17 ista est *trp.* CLNRVX. 26 fuit] fuerit BCX.

1 *De incarnat, dont, sacramento,* c. 5, n. 44 (PL 16 [1845], 829 D-830 A; CSEL 79, 246s). 2 1 Petri 4,1. 3 *Sermo 233,* n. 2 (inter opp. August., PL 39, 2176; cf. PL 56, 587 A); ut iam notatur, est *Symbolum fidei* Concilii Toletani I (DS, n. 196). 4 *Sermo 233,* n. 3 (2176); ex Tomo Damasi, alias Epistola IV Damaso I attributa, n. XIV (PL 13, 362 A, et alibi; cf. *Clavis,* n. 1633). 5 *De incarnationis dom. sacramento,* c. 5, nn. 35-36 (PL 16 [1845], 827 C - 828 A; CSEL 79, 240s). 6 Resp. Ps. 18, 6: *Exsultavit ut gigas ad currendam viam.*

Dist. XXII: Cf. auctores citatos ad initium Dist. XXI. Quamplura ex hac distinctione

2. **Opinio quorundam.** Quod non videtur quibusdam, quia mortuus erat, et homo mortuus non est homo. — Addunt etiam quod si tunc erat homo, vel mortalis, vel immortalis; sed mortalis non, quia mortuus; nec immortalis, quia tantum post resurrectionem.

3. **Responsio qua confirmatur quod homo et qualiter.** Quibus respondemus quia licet homo mortuus fuerit, erat tamen in morte Deus homo; nec mortalis quidem nec immortalis, et tamen vere erat homo. Illae enim et huiusmodi argutiae in creaturis locum habent, sed fidei sacramentum a philosophicis argumentis est liberum. — **Ambrosius.** Unde **Ambrosius**1: «Aufer argumenta, ubi fides quaeritur. In ipsis gymnasiis suis iam dialectica taceat. Piscatoribus creditur, non dialecticis». — Dicimus ergo in morte Christi Deum vere fuisse hominem, et tamen mortuum; et hominem quidem nec mortalem nec immortalem, quia unitus erat animae et carni seiunctis. Alia enim ratione dicitur Deus homo vel homo Deus, quam Martinus vel Ioannes. Homo enim dicitur Deus, et e converso, propter susceptionem hominis, id est animae et carnis. — **Augustinus.** Unde **Augustinus**2: «Talis erat illa susceptio, quae Deum hominem faceret, et hominem Deum». Cum ergo illa susceptio per mortem non defecerit, sed Deus homini et homo Deo sicut ante unitus erat, vere et tunc Deus erat homo et e converso, quia unitus animae et carni. Et homo mortuus erat, quia anima a carne divisa erat. Propter separationem animae a carne mortuus, sed propter utriusque secum unionem homo. — Non autem sic erat homo, ut ex anima et carne simul iunctis subsisteret: ex qua ratione dicitur aliquis alius homo; et ipse forte ante mortem hoc etiam modo erat homo 3, et post resurrectionem fuit. In morte vero homo erat tantum propter animae et carnis secum unionem, et mortuus propter inter illa duo divisionem.

2 quod *om.* BCMT.

1 *In libro I De Trinitate* (rubr.), id est *De fide,* I, c. 13, n. 84 (PL 16, 548 B-C; CSEL 78, 36s). 2 *In primo libro De Trinitate* (rubr.), c. 13, n. 28 (PL 42, 840; CCL 50, 69); cf. supra, Dist. 7, c. 1, n. 4. 3 De hac sententia, supra, Dist. 6, c. 2, n. 1.

excerpuntur a Gualtero de S. Victore, in suis primis Additamentis ad *Contra IV Labyrinthos Franciae* (ed. P. Glorieux, 294s.); unde revera sese opponit (inscienter ?) theologiae Magistri Hugonis. — Cap. 1 repetitur in toto a Gualtero (p. 294). — Num. 2: Ex *Summa sent.,* I, 19 (PL 171, 1106 B; 176, 79 B - 80 A). — Num. 3: In parte ex eadem et ex Hugone, *De sacram.,* II, 1, 11 (PL 176, 411 D).

Cap. 2 (71).

1. **Si Christus in morte erat homo alicubi, et si ubicumque est homo** sit. Hic quaeritur si Christus in morte alicubi erat homo, et si ubicumque est, homo sit. — Ad quod dicimus quia non ubicumque erat, homo erat; nec modo ubicumque est, homo est: quia ubique est secundum deitatem, nec ubique homo, quia non ubique homini unitus. Sed ubicumque est secundum hominem, ibi homo est. Tempore autem mortis, et ubique erat secundum Deum, et in sepulcro secundum hominem, et in inferno secundum hominem; sed in inferno secundum animam, et in sepulcro secundum carnem 1. Et in sepulcro ergo erat homo, quia humanitati unitus, etsi non toti, quia carni tantum; et in inferno erat homo, quia humanitati unitus; sed non toti, quia animae tantum.

2. **Oppositio.** Sed si in inferno animae tantum, et in sepulcro carni tantum unitus erat, ergo nec in inferno unitus erat animae et carni, nec in sepulcro. Quomodo ergo hic vel ibi homo esse dicitur ? Quae est ratio dicti ? — **Redditio causae.** Quia una eademque unione unitus erat animae in inferno et carni in sepulcro; et sic erat illis duobus, tunc separatis, unitus sicut ante separationem, id est ante mortem.

3. **Oppositio.** Ad hoc autem opponitur: Si Christus animam tantum vel carnem tantum assumpsisset, non fuisset verus homo; sed propter utriusque assumptionem verus homo fuit. Sic ergo, ubi carnem et animam sibi unitam non habebat, verus homo ibi non erat. Sed tempore mortis nusquam illa duo unita habebat, quia nec in sepulcro, nec in inferno, nec alibi; nusquam ergo erat homo. — Ad quod dicimus quia Christus utique verus homo non fuisset, si carnem et animam non assumpsisset; sed tamen, quia ex quo assumpsit, neutrum deposuit, sed cum utroque eandem unionem indesinenter tenuit quam assumendo contraxit, ideo non incongrue ubicumque animae vel carni vel utrique unitus est, ibi homo

5 deitatem] divinitatem NX *Gualt.* 11 etsi] sed BCV. ‖ et *om.* MT *Gualt.* 13 Sed *om.* BCLR *Gualt.* ‖ animae tantum *trp.* LNR. 16 Rubrica *om.* L *(lac.)* VW *Gualt.* 19 Oppositio *om.* OTVW. 21 Sic] Si L, *corr. ex* Si N, *om.* RX.

1 Cf. Fulgentius, *De fide ad Petrum,* c. 2, n. 11 (PL 65, 677 B; CCL 91A, 718).

Cap. 2, num. 1-2, apud Gualterum, *op. cit.,* 294; in parte fundantur supra Hugonem, *De sacram.,* II, 1, 11 (PL 176, 401 B - 404 B). — Num. 3: Cf. Hugo, *cap. cit.* (PL 176, 403 C-D; et inde 401 D); auctoritas Augustini invenitur in *Glossa* primitiva in Rom. 1, 3 (ad finem n. 12).

esse dicituf, quia ibi humanatus est i. Ergo et *in* sepulcro erat homo, et in inferno erat homo, quia utrobique humanatus erat Christus, et unam eandemque cum anima et carne, licet separatis, habebat unionem. Et uno eodemque tempore in sepulcro iacuit Christus et ad infernum descendit; sed in sepulcro iacuit secundum solam carnem, et in infernum descendit secundum solam animam. — **Augustinus, super Ioannem** [1]: Unde **Augustinus** 2; « Quis *non est derelictus in inferno* î ? Christus, sed in anima sola. Quis iacuit in sepulcro ? Christus, sed in carne sola. Quia in his singulis Christus est; Christum in his omnibus et in singulis confitemur ».

4. Ex his evidenter ostenditur quod carni iacenti in sepulcro unitus erat Christus, sicut animae in inferno. Alioquin, si carni mortuae non esset unitus, non in ea diceretur iacuisse in sepulcro. Anima igitur ad infernum descendit, caro in sepulcro iacuit, Sapientia cum utroque permansit. Quae « in inferno positis, ut ait **Ambrosius**[4], lumen vitae fundebat aeternae. Radiabat illic lux vera Sapientiae, illuminabat infernum, sed inferno non claudebatur. Quis enim locus est Sapientiae ? de qua scriptum est[5]: *Nescit homo vias eius, nec inventa est inter homines;* de qua *abyssus dicit: Non est in me; mare dicit: Non est mecum.* Ergo nec in tempore nec in loco Sapientia est. Cui nec mors tribuenda est »: « in ligno [6] enim caro, non illa operatrix omnium substantia divina pendebat ». Confitemur tamen Christum pependisse in ligno et iacuisse in sepulcro, sed in carne, et fuisse in inferno, sed in anima sola.

Cap. 3 (72).

1. **Quod Christus ubique totus est, sed non totum: ut totus est homo vel Deus, sed non totum.** Utique totus eodem tempore erat in inferno, totus in caelo, totus ubique. Persona enim illa aeterna non maior erat

4 in sepulcro *trp. p.* Christus ABC. 15 Quae] quia LORX. 17 sed] in *add.* ABCRTV, *add. sed det. N.* 21 substantia divina *trp.* BCV. 25 est2 *om.* ABCLVX. 26 Utique] Et *praem,* MNTVX.

1 **Cf. supra, Dist. 7, c. 1, n. 17.** 2 **Tract. 78, n. 3 (PL 35, 1836; CCL 36, 525).** 3 **Act. 2, 31.** 4 *In tertio libro de Spiritu Sancto* **(rubr.), scil.** *De incarn. dom. sacramento,* **c. 5, nn. 41-42 (PL 16 [1845], 829 A-B; CSEL 79, 244s).** 5 **Iob 28, 13-14.** 6 **Ambrosius, ibid., c. 6, n. 50 (831 B; 249).**

Cap. 3, num, 1: Auctoritates ps.-Augustini et ipsius Augustini, in *Glossa* **in I Cor. 2, 8 (PL 191, 1550 A); in parte, in** *Summa sent.,* **I, 19 (PL 171, 1106 A; 176, 79 A).**

ubi carnem et animam simul unita sibi habebat, quam ubi alterum tantum; nec maior erat ubi utrumque simul vel alterum tantum unitum habebat, quam ubi erat neutrum habens unitum. Totus ergo Christus et perfectus ubique erat. — **Augustinus in Expositione fidei contra Felicianum** *:* Unde **Augustinus**[1]: «Non dimisit Patrem Christus cum venit in Virginem: ubique totus, ubique perfectus. Uno igitur eodemque tempore totus erat in inferno, totus in caelo. Erat apud inferos resurrectio mortuorum, erat super caelos vita viventium. Vere mortuus, vere vivus: in quo et mortem susceptio mortalitatis excepit, et vitam divinitas non perdidit». «Mortem[2] igitur Dei Filius et in anima non pertulit et in maiestate non sensit; sed tantum participatione» infirmitatis «Rex gloriae crucifixus est[3]».

2. Ex his apparet quod Christus eodem tempore totus erat in sepulcro, totus in inferno, totus ubique; sicut et modo totus est ubicumque est, sed non totum. Nec in sepulcro vel in inferno totum erat, etsi totus: sicut Christus totus est Deus, totus homo, sed non totum, quia non solum est Deus vel homo, sed et Deus et homo. 'Totum' enim ad naturam refertur, 'totus' autem ad hypostasim; sicut 'aliud' et 'aliquid' ad naturam, 'alius' vero et 'aliquis' ad personam referuntur. — **Damascenus** *:* Unde **Ioannes**[4]: «Totus est Christus Deus perfectus, non autem totum Deus est: non enim solum Deus est, sed et homo; et totus homo perfectus, non autem totum homo: non solum enim homo, sed et Deus. 'Totum' enim naturae est repraesentativum, 'totus' autem hypostaseos; sicut 'aliud' quidem est naturae, 'alius' autem hypostaseos»; sic et huiusmodi.

1 unita] unitam CLVX. ‖ unitas sibi *trp.* BCLRX. 4-5 Rubrica *om.* RVW. 11 tantum] tamen ANW. 15 vel] nec BMV. 17 homo2] est *add.* LOW. 19 Damascenus om. RVW, Iohannes *praem,* BCNX. 20 Ioannes] Damascenus *add.* BCR *Gualt.*

1 **Id est Vigilius Thapsensis,** *Contra Felicianum,* **c. 14 (PL 42, 1170; c. 21, in PL 62, 349 A).** 2 **Ibid., c. 16 (1171s; vel c. 24, 351 A).** 3 **August., De** *Trinit.,* **I, c. 13, n. 28 (PL 42, 840; CCL 50, 69).** 4 **De** *fide orthodoxa,* **III, c. 7 (PG 94, 1011 B-C); versio est Burgundionis, c. 51, n. 5 (ed. E. Buytaert, 194).**

Num. 2: Mediante Ioanne Damasceno, introducendo distinctionem inter *totus* **et** *totum* **Magister aliqualiter positionem Hugonis corrigit (cf. De** *sacram.,* **II, 1, 11; PL 176, 403 D); saltem in parte excerpitur hic numerus a Gualtero, una cum conclusione (n. 3) capituli sequentis (p. 295).**

Cap. 4 (73).

1. **Si ea quae dicuntur de Deo vel de Filio Dei, possint dici de homine illo vel de filio hominis.** Solet etiam quaeri si congruenter dici possit filius hominis vel ille homo descendisse de caelo vel ubique esse, sicut dicitur Filius Dei vel Deus de caelo venisse et ubique esse.

2. Ad quod dicimus: Si ad unitatem personae referatur dicti intelligentia, sane dici potest; si vero ad distinctionem naturarum, nullatenus concedendum est. — **Augustinus, Contra Maximinum.** Unde **Augustinus**[1]: « Una persona est Christus, Deus et homo. Ideo dicitur[2]: *Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo* etc. Si ergo attendas distinctionem substantiarum, Filius Dei descendit, et filius hominis crucifixus est; si vero unitatem personae, et filius hominis descendit, et Filius Dei crucifixus est. Propter hanc unitatem personae non solum filium hominis descendisse de caelo, sed etiam **dixit**[3] esse in caelo, cum loqueretur in terra ». — **Augustinus in primo libro De Trinitate.** Propter hanc eandem « **dicitur**[4] Deus gloriae crucifixus, qui tamen ex forma servi tantum crucifixus est, non secundum hoc quod Deus gloriae est, secundum quod glorificat suos; et tamen dicitur Deus gloriae crucifixus, recte quidem: non ex virtute divinitatis, sed ex infirmitate carnis[5]. Quid ergo propter quid, et quid secundum quid dicatur, prudens et diligens et pius lector intelligat ».

3. Haec de corrigia calceamenti dominici[6] sufficiant, ne *ossa regis Idumeae* consumantur *usque in cinerem*[7]

2 possint] possunt BCLMX. 8 et 15 Rubricae om. VW. 11 distinctionem] distinctiones AOW. 13 crucifixus est *trp.* BMNTW. 15 primo *om.* BLOX, *trp. p.* libro CMT. 17 est2] sed *add.* ABCRTV, *quod del.* B, et *add.* O. ‖ secundum2 *corr. in* sed L, *corr. ex* sed N.

1 Lib. II, c. 20, n. 3 (PL 42, 789s). 2 Ioan. 3, 13. 3 Resp. Ioan. 3, 13: *Filius hominis, qui est in caelo.* 4 Cap. 13, n. 28 (PL 42, 840; CCL 50, 69), contracte. Resp. I Cor. 2, 8: *Nunquam Dominum gloriae crucifixissent;* et Phil. 2, 7: *Formam servi accipiens.* 5 Resp. II Cor. 13, 4: *Crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei.* 6 Videsis supra, Dist. 2, c. 2, n. 2, et notam illic appositam. 7 Resp. Amos 2,1: *Haec dicit Dominus: Super tribus sceleribus Moab, et super quatuor non convertam eum, eo quod incenderit ossa regis Idumaeae usque ad cinerem* (cf. IV Reg. 3, 27); *Glossa ordin.* in Amos 2, 1: « Allegorice; Ossa regis Idumaeae est spiritualis intelligentia solidissima et firmissima, quae versatur in littera. Sed hanc convertunt ludaei in carnes et redigunt in cineres quando dimissa vigore spirituali, soli litterae adhaerunt » (apud Lyranum, IV, 360a-b); in parte ex Hieron. in h.l. (PL 25 [1845], 1003 C).

Cap. 4, num. 2: Auctoritates Augustini, in *Glossa* in I Cor. 2, 8 (PL 191, 1549 C et B).

DISTINCTIO XXIII

Cap. 1 (74).

1. **Si Christus habuerit fidem et spem ut caritatem.** Cum vero supra 1 perhibitum sit Christum plenum gratia fuisse, non est supervacuum inquirere utrum fidem et spem, sicut caritatem, habuerit. Si enim his caruit, non videtur plenitudinem gratiarum habuisse.

2. **De his tribus hic tractandum est, et prius de fide.** Ut autem haec quaestio valeat apertius explicari, de his singulis aliqua in medium proferenda sunt; et primum de fide, secundum mensuram cuius praecipit Apostolus2 unicuique sapere.

Cap. 2 (75).

1. **Quid sit fides.** Fides est virtus qua creduntur quae non videntur 3. Quod tamen non de omnibus quae non videntur accipiendum est, sed de his tantum quae credere, ut ait **Augustinus**4, «ad religionem pertinet». Multa enim sunt quae «si Christianus ignoret, nihil metuendum est», quia non ideo a religione deviat.

3 habuerit BOVWX *elenchus capp.*, habuit *alii.* ‖ ut] et BLR. 7 Rubrica om. RVW. ‖ et] sed BCX. 12 Fides] autem *add.* NVX. 14-15 pertinet] pertinent BCTV, *quod corr.* T. 16 deviat] Augustinus in libro de predestinatione sanctorum: Credere ipsum nihil est aliud quam cum assensione cogitare *add. in summo folio* T, *in tertia col. (infra, ad c. 4, n.* 7) W. *Cf. supra, Lib. II, d. 26, c. 4, n. 4 (tom. I, 475). Omittunt omnes alii nostri codices.*

1 In Dist. 13, n. 1. 2 Resp. Rom. 12, 3: *Sed sapere ad sobrietatem, et unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei.* 3 *Glossa ordin.* in Rom. 1, 17 (apud Lyranum, VI, 5a; cod. 1 2a, m 2a); ex August., *Enchiridion,* c. 8: «Sed melius hanc appellamus fidem... earum scilicet rerum quae non videntur» (PL 40, 235; CCL 46, 52). 4 *Enchiridion* (rubr.), c. 9 (PL 40, 235; CCL 46, 52).

Dist. XXIII-XXVI. Cf. G. Englhardt, *Die Entwicklung der dogmatischen Glaubenspsychologie in der mittelalterlichen Schoiastik vom Abaelardstreit (um 1140} bis zu Philipp dem Kanzler (gest. 1236),* in BGPTMA XXX, Heft 4-6 (Muenster in W., 1933), 5-114. — Cap. 2-3: Quaestiones iam proponuntur in *Olossa* in Rom. 1, 17 (PL 191, 1324 A), ubi et definitio ad initium cap. 2 posita (cf. etiam 1323 D) et tres modi fidei ut in cap. 3, num. 1; cf. G. Englhardt, *Die Entwicklung,* 44-46.

Cap. 3 (76).

1. **Quot modis dicitur fides.** Accipitur autem fides tribus modis, scilicet pro eo quo creditur et est virtus, et pro eo quo creditur et non est virtus, et pro eo quod creditur: quod aliud est ab eo quo creditur. — **Augustinus in XIII libro De Trinitate**[1]. Unde **Augustinus** inquit[2]: « Aliud sunt ea quae creduntur, aliud fides qua creduntur. Illa enim in rebus sunt, quae vel esse vel fuisse vel futura esse dicuntur; haec autem in animo credentis est, ei tantum conspicua cuius est ». *Et* tamen nomine fidei censetur utrumque, et illud scilicet quod creditur, et id quo creditur. Id quod creditur dicitur fides, sicut ibi[2]: «Haec est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit ».

2. Fides autem qua creditur, si cum caritate sit, virtus est, quia « caritas, ut ait **Ambrosius**[3], mater est omnium virtutum », quae omnes informat[4], sine qua nulla vera virtus est. Fides ergo operans *per dilectionem*[5] virtus est qua non visa creduntur.

3. **Augustinus in libro De fide et operibus**[6]. Haec est fundamentum quod mutari non potest, ut ait Apostolus[7]; quae posita in fundamento,,

4 quodz] et BC. ‖ aliud est *trp.* BCL. 5 Ruhr. *om.* LVW. ‖ XIII] iii° ACNOR, iiii° B.

1 **Cap. 2, n. 5 (PL 42, 1016s; CCL 50A, 386).** 2 **In fine symboli** *Quicumque* **Athanasio attributi (inter opp. Athanasii, PG 28, 1583 C); DS n. 76.** 3 *Ambr. super ep. ad Rom.* **(rubr.), mediante** *Qlossa ordin.* **in Rom. 14, 5: « Caritas est mater omnium » (cod. 1, f. 30a), cui additur «virtutum» in editionibus (apud Lyranum, VI, 29a; PL 114, 515 B). Reapse autem Ambrosiaster, in Rom. 14, 5: « Caritas, quae quasi mater est animarum » (PL 17 [1845], 167 A; CSEL 81, 432** *et* **433). Econtra, Hieronymus, in** *Epist. 82 (ad Theophilutri):* **«cunctarum virtutum mater est caritas» (PL 22 [1859], 742; CSEL 55, 118). Quem postea forsan inscie sequitur Leo Magnus,** *Sermo 38,* **n. 4: «ipsam matrem virtutum omnium caritatem in secretis suae mentis inquirat...» (PL 54, 262B).** 4 **Cf.** *Glossa* **Magistri in Ps. 118, 96: «omne bonum opus in caritate radicatur et formatur» (PL 191, 1092 A).** 5 **Resp. Gal. 5, 6.** « **Resp. 1 Cor. 3, 11:** *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus.*

Cap. 3, num. 1: Auctoritas Augustini, in *Glossa* **in Eph. 4, 5 (PL 192, 197 C-D; ex Floro in h.l., col. 582). Quod sequitur, ex** *Glossa* **in Rom. 1, 17 (PL 191, 1324 B). — Num. 2: Partim ex** *Glossa* **in Rom. 1, 17 (PL 191, 1324 B), ubi tamen caritas dicitur** *forma* **omnium virtutum; cf. in Rom. 14, 5, ubi cum Ambrosiastro** *mater* **vocatur (PL 191, 1513 D). — Num. 3: Ex Glossa in 1 Cor. 3,11 (PL 191,1556 C). — Num. 4:** *ExGlossa* **in Gal. 5,6· (PL 192, 154 C-D).**

neminem perire sinit. Unde **Augustinus**[1]: « Fundamentum est Christus Iesus, id est Christi fides, scilicet *quae per dilectionem operatur* 2, per quam Christus habitat *in cordibus* 3, quae neminem perire sinit. Alia vero non est fundamentum ».

4. Augustinus, super Epistolam Ioannis[4]: « Fides 4 enim sine dilectione inanis est. Fides cum dilectione Christiani est; alia daemonis est, nam *et daemones credunt et contremiscunt* 5 ». — **Augustinus, De verbis Domini**[6]: « Sed 6 multum interest utrum quis credat Christum, vel Christo, vel in Christum: nam ipsum esse Christum daemones crediderunt 7, nec tamen in Christum crediderunt ».

Cap. 4 (77).

1. **Quid sit credere Deum vel Deo vel in Deum. — Beda; Augustinus**[8]: « Aliud 8 est enim credere in Deum, aliud credere Deo, aliud credere Deum. Credere Deo, est credere vera esse quae loquitur: quod et mali faciunt; et nos credimus homini, sed non in hominem. Credere Deum, est credere quod ipse sit Deus: quod etiam mali faciunt. Credere in Deum, est credendo amare, credendo in eum ire, credendo ei adhaerere et eius membris incorporari». [— **Augustinus, super Psalmum**[9] « Per 9 hanc fidem iustificatur impius, ut deinde ipsa fides incipiat per dilectionem operari. Ea enim sola bona opera dicenda sunt, quae fiunt per dilectionem

12 Beda *om.* LRVW. || Augustinus NOT, om. *alii.* 13 est enim *trp.* AOTV. 18 Rubrica om. *codices (sumpta ex Glossa in Rom. 4, 3).*

1 *In libro De fide et operibus* (rubr.), c. 16, n. 27 (PL 40, 215; CSEL 41, 69s); iam in parte (sed anonym.) in *Glossa ordin.* in I Cor. 3, 11 (apud Lyranum, VI, 37c; cod. 142d, m 42a). 2 Gal. 5, 6. 3 Resp. Eph. 3, 17. 4 Scil. *In I Ioan.*, tr. 10, n. 2 (PL 35, 2055); « Fides... daemonis est »; iam in *Glossa ordin.* in Gal. 5, 6 (apud Lyranum, VI, 86c; cod. 110d, m 103d). 5 Iac. 2, 19. 6 *Sermo 144,* c. 2, n. 2 (PL 38, 788). 7 Resp. Mare. 3, 11-12; 5, 6-7; Luc. 4, 34. 8 In parte, ut videtur (haesitantes dicimus), ex *Glossa ordin.* in Iac. 2, 23 (apud Lyranum, VI, 213a), confecta ex Beda, *In Iac.* 2,19 (PL 93, 22 A), et Augustino, *In Ioan.*, tr. 29, n. 6 (PL 35, 1631; CCL 36, 287); vide etiam notam infra de fontibus. 9 *Enarr. in Ps. 67,* 32-33, n. 41 (PL 36, 838; CCL 39, 898).

Cap. 4: Cf. Th. Camelot, *Credere Deo, credere Deum, credere in Deum: pour l'histoire d'une formule traditionelle,* in *Revue des sciences phil. et théol.*, 30 (1941-1942) 149-152; et C. Mohrmann, *Credere in Deum,* in *Mélanges J. de Ghellinck,* I, Gembloux 1951, 277-285. — Num. 1: Ex *Glossa* in Rom. 4, 3 (PL 191, 1367 C), praeter verba « et nos... hominem » et infra, « credendo ei adhaerere », quae inveniuntur in *Glossa* in Ps. 77, 8 (PL 191, 727 C). Ultima auctoritas (« Ipsa etiam... »), ex *Glossa* in Gal. 5, 6 (PL 192, 154 C).

Dei». — **Augustinus, super Ioannem** [1]: «Ipsa[1] etiam dilectio opus fidei dicitur».

2. Fides igitur quam daemones et falsi Christiani habent, qualitas mentis est, sed informis, quia sine caritate est. Nam et malos fidem habere, cum tamen caritate careant, Apostolus ostendit dicens[2]: *Si habuero omnem fidem, caritatem autem non habuero* etc. Quae fides etiam donum Dei dici potest, quia et in malis quaedam Dei dona sunt[3].

Cap. 5 (78).

An illa informis qualitas mentis, quae in malo Christiano est, fiat virtus cum fit bonus. Si vero quaeritur utrum illa informis qualitas, qua malus Christianus universa credit quae bonus Christianus, accedente caritate remaneat et fiat virtus, an ipsa eliminetur, et alia qualitas succedat quae virtus sit, utrumlibet sine periculo dici potest. Mihi tamen videtur quod illa qualitas quae prius erat, remaneat, et accessu caritatis virtus fiat.

Cap. 6 (79).

1. **Ex quo sensu dicatur una fides.** Cumque diversis modis dicatur fides, fatendum est tamen unam esse fidem, ut ait Apostolus[4]: *Unus Dominus, una fides.* Sive enim accipiatur fides pro eo quod creditur, sive pro eo quo creditur, recte dicitur fides una.

2. **Ambrosius** [5]: Si pro eo quod creditur accipiatur, ex hac intelligentia dicitur *una fides,* quiajs idem iubemur credere »[5], et «unum idemque

1 Rubrica *om.* RVW; *ad p. 143, 18 in aliis codd.* 7 Dei dona *trp.* AMW. 20 Ambrosius *om.* LRVW.

1 *In I Ioan.,* tr. 10, n. 1: «Opus autem fidei ipsa dilectio est» (PL 35, 2054). 2 1 Cor. 13, 2; *Glossa interl.:* «etsi illa magna»; et *ordin.:* «Habent haec utique et mali» (apud Lyranum VI, 54a; cod. l 63c, m 61d); unde Magister: «Etsi illa magna sint, habent illa utique etiam mali» (PL 191, 1659 C). 3 Cf. verba Augustini: «etiam malis multa praestitit bona» (supra, Dist. 20, c. 1, ad finem n. 2). 4 Eph. 4, 5. 5 *Glossa ordin.* in Eph. 4, 5 (apud Lyran., VI, 93c; cod. l 120b, m 112c).

Num. 2: In parte ex *Glossa* in Rom. 1, 17 (PL 191, 1324 B-C); cf. etiam in 1 Cor. 13, 2 (PL 191, 1659 C-D).

Cap. 5: Ex eadem *Glossa* in Rom. 1, 17; cui additur conclusioipsius Magistri. — Cap. 6: Partim ex *Glossa* in Eph. 4, 5 (PL 192, 197 C); auctoritas autem Augustini, suggerente *Glossa,* sumi videtur ex originali.

est quod creditur » 1 a cunctis fidelibus; unde fides 'catholica' dicitur 2,. id est universalis.

3. Si vero accipitur fides pro eo quo creditur, ea ratione dicitur una esse fides: non quia sit una numero in omnibus, sed genere, id est similitudine λ — **Augustinus in libro XIII De Trinitate** ⁋ Unde **Augustinus**4: « Fides, quam qui habent fideles vocantur, et qui non habent infideles, communis est omnibus fidelibus; sicut pluribus hominibus facies communis esse dicitur, cum tamen singuli suas habeant. Non enim fides numero est una, sed genere; quae cum sit in uno, est et in aliis: non ipsa,, **sed** similis; et propter similitudinem magis unam dicimus esse quam multas. Sicut idem volentium dicitur voluntas una, cum cuique sit sua. voluntas; et duorum simillimorum dicitur facies una ».

Cap. 7 (80).

1. **Quod fides est de his quae non videntur proprie, quae tamen videtur ab eo in quo est.** Notandum quoque est quod fides proprie de non. apparentibus tantum est. — **Gregorius in homelia quadam** ⁋ Unde **Gregorius** 5; « Apparentia non habent fidem, sed agnitionem ». — **Idem in Dialogo** ⁋ Idem 6: « Cum Paulus dicat 7: *Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium,* hoc veraciter dicitur credi, quod non valet videri: nam credi iam non potest, quod videri potest »^ « Thomas 8 aliud vidit, et aliud credidit: hominem vidit, et Deum confessum est dicens9: *Deus meus et Dominus meus* ».

2. **Augustinus in libro XIII De Trinitate** ⁋ De hoc etiam **Augustinus** ait 10: « Fidem ipsam videt quisque in corde suo esse si credit, vel non esse si non credit. Non sicut corpora quae videmus oculis corporis,

3 accipitur] accipiatur BCN. 3-4 una esse *trp.* LVX. 5 Rubrica *om.* LRW. 8 habeant] habent BCV, *quod corr.* V. 10 dicimus esse *trp.* ABCN. 11 cum] tamen. *add.* NOV. 23 etiam *om.* LNRV. 25 corporis] corporeis N *Aug.,* vel corporeis *add. interi.* V.

1 *Ambr.* (rubr.), id est Ambrosiaster, *In Eph.* 4, 4 (PL 17 [1845], 386 B; CSEL. 81-III, 96). 2 Uti supra, cap. 3, n. 1. 3 Glossa *ordin.* in Eph. 4,5 (apud Lyran.,. VI, 93c; cod. 1 120a, m 112c). 4 Cap. 2, n. 5 (PL 42,1016s; CCL 50A, 385ss). 5 *In Evang.,* hom. 26, n. 8 (PL 76,1202 A). 6 Lib. IV, C. 6 (PL 77, 329 A). 7 Hebr. 11, 1. 8 Gregorius, *In Evang.,* loc. cit. » Ioan. 20, 28. 10 Cap. 1, n. 3 (PL. 42, 1014s; CCL 50A, 383).

Cap. 7, num. 1: Ex *Summa sent.,* I, 2 (PL 171, 1069 D; 176, 44 B).

et per ipsorufn imagines quas memoria tenemus etiam absentia cogitamus. Nec sicut ea quae non vidimus, et ex his quae vidimus cogitatione ut-cumque formamus, et memoriae commendamus. Nec sicut hominem cuius animam, etsi non videmus, ex nostra conicimus; et ex motibus corporis hominem, sicut videndo didicimus, intuemur etiam cogitando. Non sic videtur fides in corde in quo est ab eo cuius est; sed eam tenet certissima scientia. Cum igitur ideo credere iubeamur, quia id quod credere iubemur, videre non possumus, ipsam tamen fidem, quando est in nobis, videmus in nobis; quia et rerum absentium praesens est fides, et rerum quae foris sunt intus est fides, et rerum quae non videntur videtur fides. Et ipsa temporaliter fit in cordibus hominum; et si ex fidelibus infideles fiunt, perit ab eis ».

3. His verbis evidenter traditur fidem ipsam in corde hominis ab ipso homine videri, non corporaliter, non imaginarie, sed intellectualiter; et ipsam tamen absentium et eorum quae non videntur esse. Ut enim Augustinus alibi ait i, « credimus ut cognoscamus, non cognoscimus ut credamus. Quid est enim fides, nisi credere quod non vides ? Fides ergo est, quod non vides credere; veritas, quod credidisti videre ».

4. Unde recte fides dicitur 2 *argumentum* vel convictio rerum *non apparentium,* quia si fides est, ex eo convincitur et probatur aliqua esse non apparentia, cum fides non sit nisi de non apparentibus.

Cap. 8 (81).

1. **Descriptio fidei.** Ait enim Apostolus 3: *Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum* vel convictio *non apparentium:* quia per fidem subsistunt in nobis etiam modo speranda, et subsistent in futuro per experientiam. Et ipsa est probatio et *convictio non apparentium,* quia si

1 memoria] memorie LORW, *quod corr. interi.* R. 2 vidimus... vidimus] videmus... videmus LOR. ‖ cogitatione] cogitationem TX. 10 videtur fides *trp.* BCNX. 13 His verbis] Hic LR. ‖ verbis *om.* AMTX. 16 Augustinus *trp. p.* ait BCX. 19 (et 26) convictio] convinctio CLMNRX, *quod corr.* M (inferi.) NX.

1 *Super Ioan,* (rubr.), tr. 40, n. 9 (PL 35, 1690; CCL 36, 355). 2 Resp. Hebr. 11, 1. 3 Hebr. 11, 1; loco *argumentum non apparentium* (Vulg.), Augustinus habet *convictio rerum quae non videntur, v.* gr. in *Enchiridion,* c. 8 (PL 40, 235; CCL 46, 52); *et De Trinit.,* XIII, c. 1, n. 3 (PL 42, 1015; CCL 50A, 383).

Num. 3; Auctoritas Augustini invenitur tam in *Summa sent.,* I, 2 (PL 171, 1070 A, sub nomine Aug.; 176, 44 C, anonyma) quam in *Glossa* ad I Tim. 2, 3 (PL 192, 340 A). Si sequimur rubricam, fons est Glossa. — Cap. 8, num. 1: Mixtim ex *Summa sent.,* I, 1 (PL 171, 4068 A-B; 176, 43 A-B) et *Glossa* in Hebr. 11, 1 (PL 192, 488 B-C).

quis de eis dubitet, per fidem probantur: ut adhuc probatur futura resurrectio, quia ita crediderunt Patriarchae et alii Sancti. Vel probatio est et certitudo quod sint aliqua non apparentia, ut supra dictum est h Proprie autem fides dicitur *substantia rerum sperandarum,* quia sperandis- substat, et quia fundamentum est bonorum quod nemo mutare potest..

2. **Si illa descriptio spei conveniat.** Si vero quaeritur an haec descriptio spei conveniat, sane concedi potest utrumlibet. Si autem dicatur convenire, sunt et alia plura quibus differunt fides et spes 2. Sed non improbe dici potest soli fidei convenire, non spei, quia fides sola fundamentum dicitur 3; non quia fides virtus possit esse sine spe et caritate. — **Augustinus in Enchiridion.** Unde Augustinus 4: « Fides operans *per dilectionem* 5 utique sine spe non potest esse, nec amor sine spe, nec sine amore spes; nec utrumque sine fide, et fides sine amore *nihil prodest* ^ ».

3. Potest tamen credi aliquid, quod non speratur; nihil autem potest sperari, quod non creditur. Ideoque credere, quod est actus fidei, naturaliter praecedit sperare, quod est actus spei; quia nisi aliquid credatur, non potest sperari; creditur autem quod non speratur. Inde est quod in. Scriptura 7 plerumque reperitur quod fides praecedit spem, et spes sequitur fidem: non quod virtus fidei praecedat virtutem spei tempore vel causa, sed quia actus fidei naturaliter praecedit actum spei. Quod etiam quidam 8 concedunt de ipsa virtute fidei, ut naturaliter praecedat spem, non tempore.

Cap. 9 (82).

1. **Quare fides sola dicitur fundamentum.** Unde et recte ea sola: dicitur fundamentum omnium virtutum et bonorum operum 9.

4 autem] tamen ANW. 24 et *add, interi.* M, om, BCNX.

1 Cap. 7, n. 4. 2 Qe quibus infra, Dist. 26, c. 3. 3 Vide supra, c. 3, nn. 2-3- 4 Cap. 8 (PL 40, 235; CCL 46, 52); Magister mutat ordinem verborum. 5 Resp. Gal. 5, 6. 6 Resp. I Cor. 13, 3. 7 I Cor. 13, 13: *Manent fides, spes, caritas, tria haec.* s Ita auctor *Summae sent.,* I, c. 2 (PL 171, 1069 A-B; 176, 43 C-D); *Glossa interi,* inMatth. 1, 2: • *Abraham* (fides) *genuit Isaac* (spes). *Isaac* (spes) *autem genuit Iacob* (caritas)» (apud Lyran., V, 5r-v); Petrus Abaeiardus, *Theologia «Scholarium»,* I, 2 (PL 178, 984 B-C)seu n. 18 (ed. E. M. Buytaert, CCL Cont. Med. 12, 406); et *Sententiae Hermanni,* c. 2 (PL 178, 1696 A). 9 Ita auctoritates in nota praecedenti citatae; quibus addi potest ipse Magister, *Glossa* in Rom. 1, 17 (PL 191, 1324 B), et in Hebr. 11, 1 (PL 192, 488 A).

Num. 3: quodammodo fundatur in *Summam sent.,* I, c. 2 (PL 171, 1069 A-B;. 176, 43 C).

2. Non^autem fundamentum est caritatis: quia non ipsa caritatis, sed caritas ipsius virtutis fidei causa est. Caritas enim causa est et mater omnium virtutum 1. (**Augustinus, super Ioannem 2 ***) «Quae si desit, frustra habentur cetera; si autem adsit, habentur omnia ». Caritas enim Spiritus Sanctus est, ut in superioribus 3 praetaxatum est. Ipsa est ergo causa omnium virtutum, non ipsius aliqua virtutum causa est, quia omnia munera excellit. Unde **Augustinus** 4: « Respice ad munera Ecclesiae, et universis excellentius caritatis munus cognosces »; « quae iit oleum non potest premi in imo, sed superexsilit ». Non ergo eius causa vel fundamentum fides est.

3. **Gregorius *** **Gregorius** tamen, *Super Ezechielem* 6, dicit: « Quia nisi prius fides teneatur, nullatenus ad spiritualem amorem attingitur. Non enim caritas fidem, sed fides caritatem praecedit, quia nemo potest amare quod non crediderit », sicut nec sperare. — Sed hoc accipi potest dictum de fide quae virtus non est: ipsa enim spem et caritatem frequenter praecedit. Vel de actu fidei, qui forte naturaliter actum caritatis praecedit, sicut actum spei. Quod verba praemissa, diligenter notata, innuunt; et ea etiam quae addit dicens 7: «Nisi ea, inquit, quae audis credideris, ad amandum ea quae audis non inflammaris »: quae tantum de non visis est, ut ante diximus 8. — **Ioannes Chrysostomus *** Unde **Chrysostomus** 9; « Fides in anima nostra facit subsistere ea quae non videntur », de quibus proprie fides est: de visis enim non est fides, sed agnitio 10.

3 Rubrica om. LRVW. 11 Gregorius *(rubr.) om.* LORVW. 16 naturaliter *trp. p.* caritatis BCL. 20 Rubrica *om.* BCRVWX.

1 Vide supra, c. 3, n. 2. 2 Tract. 9, n. 8 (PL 35, 1462; CCL 36,95). 3 Lib. I, •dist. 17 (tom. 1,141-52). 4 *Super Ps. CHI* (rubr.), 3, sermo 1, n. 9 (PL 37, 1343; CCL 40, 1482). 5 August., *In Ioan.,* tr. 6, n. 20 (PL 35, 1435; CCL36,64). « Lib. II, hom. 4, n. 13 (PL 76, 981 A-B). 7 Ibid. (981 B). 8 In cap. 7 huius Distinctionis. » *In Hebr.,* hom. 21, n. 2 (PG 63, 151). 10 Uti dicitur supra, c. 7, ŋ. 1.

Num. 2: Auctoritates Augustini, ex *Glossa* in I Cor. 13, 1 (PL 191, 1658 D - 1659 A). — Num. 3: Verba Chrysostomi, ex *Glossa* in Hebr. 11, 1 (PL 192, 488 B). — Hic ad finem aliqui codices addunt; « Augustinus in libro De praedestinatione sanctorum; Credere ipsum nihil est aliud quam cum assensione cogitare » (cod. T in summo folio 148d; in marg. codd. Paris., Bibl. Nat. lat. 3025, 3028; in tertia col. cod. W, codd. Paris., Bibl. Nat. lat. 3020, 3027 A); meliores autem omittunt. De qua auctoritate cf. supra Lib. II, dist. 26, cap. 4, num. 4 (tom. I, 475, 18-19).

DISTINCTIO XXIV

Cap. 1 (83).

1. **Quomodo intelligitur quod scriptum est: Cum factum fuerit, credatis.** Hic quaeritur, si fides tantum de non visis est, quomodo Veritas Apostolis ait E *Nunc dico vobis, priusquam fiat, ut cum factum fuerit, credatis;* ubi innui videtur quod fides illis fuerit de factis et visis.

2. **Augustinus, Super Ioannem.** Super quo Augustinus2 movet quaestionem, et absolvit ita inquiens: « Quid sibi vult: *Ut cum factum fuerit, credatis ?* Haec est laus fidei, si quod creditur non videtur. Nam et Thomas, cui dictum est *Quia vidisti me* et *credidisti,* non hoc credidit, quod vidit. Cernebat enim et tangebat carnem viventem, quam viderat morientem, et credebat Deum in carne ipsa latentem. Credebat ergo mente quod non videbat per hoc quod sensibus corporis apparebat. Si vero dicuntur credi quae videntur, sicut dicit unusquisque oculis suis credidisse, non ipsa est quae in nobis aedificatur fides, sed ex rebus quae videntur, agitur in nobis ut ea credantur quae non videntur ». — Ex his aperte intelligitur quod proprie fides non apparentium est; nec illa est fides qua in Christo aedificamur, qua dicimus usitata locutione nos ea credere quae videmus.

3. **Quod etiam de rebus praesentibus dicitur fides, sed improprie.** Alibi tamen dicit Augustinus5, fidem esse de rebus praesentibus: quod erit in futuro, cum per speciem Deum praesentem contemplabimur; quae tamen non proprie dicitur fides, sed veritas. — **Augustinus in libro Quaestionum Evangelii.** « Est, inquit, fides qua creduntur ea quae non videntur; sed tamen est etiam fides rerum, quando non verbis, sed rebus ipsis praesentibus creditur: quod erit cum per speciem manifestam se

3 est] ut *add.* BCLX. 7 Rubrica *om.* RTVW. 8 absolvit] solvit LRV. 10 ct2 *interi.* R, *om.* BCTV. 20 Rubrica *om.* AVW. 23-24 Rubrica *om.* LRVW.

1 Ioan. 14, 29. 2 Tract. 79, η. 1 (PL 35, 1837; CCL 36, 526). 3 Ioan. 20, 29. 4 Resp. I Cor. 3, 11. 5 *Quaest. Evang.,* Lib. II, q. 39 (PL 35, 1352).

Cap. 1, num. 1-2: Fons quaestionis, *Summa sent.,* I, 2 (PL 171, 1070 A; 176,44 C), ubi etiam referuntur in parte verba Augustini (num. 2); tota autem auctoritas trahitur ex *Glossa* in Hebr. 11, 1 (PL 192, 488 B; ex Floro in h.l., coi. 806). — Num. 3: Auctoritas Augustini: in parte in *Summa sent.,* ibid. (PL 171, 1070 B; 176, 44 D); plenius in *Glossa* in Rom. 1, 17 <(PL 191, 1323 D; dein, 1324 D et A), in parte ex Floro in h.l., coi. 38.

contemplandam sanctis praebebit Dei sapientia ». — Sed non proprie haec dicitur fides, immo fidei merces ad quam credendo pervenietur, ut « ex fide verborum » transeat iustus « in fidem rerum 1 ».

Cap. 2 (84).

1. **Si Petrus habuit fidem passionis quando vidit hominem illum pati,** Si vero quaeritur utrum Petrus fidem passionis habuit, cum hominem Christum oculis pati cernebat, dicimus eum fidem passionis habuisse: non in eo quod credebat hominem pati, quia hoc videbat; sed in eo quod credebat Deum esse qui patiebatur. Non enim virtus fidei erat, quod credebatur homo pati et mori: quod Iudaeus cernens credebat; sed quod credebatur Deus esse qui patiebatur.

2. Unde **Augustinus** super illum Psalmi 2 locum: *Respondit ei in via virtutis suae:* « Laus fidei est non quia credit hominem illum mortuum: quod et paganus credit, sed quia credit eum glorificatum » et verum Deum. Credit igitur fides Deum mortuum et hominem glorificatum. Non igitur fuit Petro fides credere hominem illum mori: quod oculis cernebat, sed credere Deum esse qui moriebatur. Nec nobis etiam fides in hoc meretur, quod credimus hominem illum mortuum: quod et Iudaeus credit, sed quia credimus hominem-Deum mortuum.

Cap. 3 (85).

1. **Si aliqua sciuntur quae credantur.** Post haec quaeri solet, cum fides sit de non apparentibus et non visis, utrum sit etiam de incognitis tantum: si enim de incognitis tantum est, de his videtur esse tantum quae ignorantur.

6 habuit] habuerit LMNT. 12 Psalmi locum *trp.* BCLNRTV. 21 sciuntur) sciantur ANVX. ‖ credantur] creduntur LMR.

1 **Ut ait Augustinus, ibidem.** *2 Enarr. in Ps. 101,* **24, sermo 2, n. 7 (PL 37, 1308; CCL 40, 1442); verba sunt** *Glossae interi,* **in Ps. 101, 25, in cod. Laur. Plut. XVII, 4, f. 136v;** *Glossae* **autem** *ordin.* **apud Lyran., III, 237a.**

Cap. 2, num. 1: de eodem in *Summa sent.,* **I, 2 (PL 171, 1060 C; 176, 45 A). — Num. 2: ex** *Glossa* **in Ps. 101, 24 (PL 191, 914 C). — Cap. 3: Cf. G. Englhardt,** *Die Entwicklung der dogm. Glaubenspsychologie,* **49-53.**

2. **Quod fides nullo capitur sensu** ‡ Sed sciendum est quod, cum visio alia sit interior, alia exterior, non est fides de subiectis exteriori visioni; est tamen de his quae visu interiori utcumque capiuntur. Et quaedam utique sic capiuntur ut intelligantur, etsi non ut in futuro; quaedam autem non. Quia cum fides sit *ex auditu* 1, non modo exteriori, sed interiori, non potest esse de eo quod omnino ignoratur; quae ipsa ad sensum corporis non pertinet, ut Augustinus 2 tradit dicens: « Quamvis *ex auditu* fides in nobis sit, non tamen ad eum sensum corporis pertinet qui dicitur auditus, quia non est sonus; nec ad ullum sensum corporis, quoniam cordis est res ista, non corporis ».

3. **Augustinus, super Octonarium X** ‡ Quaedam ergo fide creduntur quae intelligiuntur naturali ratione, quaedam vero quae non intelliguntur. Unde Propheta 3; *Nisi credideris, non intelliges.* — Quod Augustinus 4 aperte distinguit: « Alia sunt, inquit, quae nisi intelligamus, non credimus; alia quae nisi credamus, non intelligemus ». « Nemo tamen potest credere in Deum nisi aliquid intelligat, cum fides sit ex auditu praedicationis ». — Idem in libro *De Trinitate* «Certa fides utcumque inchoat cognitionem; cognitio vero certa non perficitur nisi post hanc vitam ». — **Super Octonarium X** Ambrosius quoque ait 6; « Ubi fides, non statim cognitio; ubi cognitio, fides praecedit ». — Ex his apparet aliqua credi, quae non intelliguntur vel sciuntur nisi prius credantur; quaedam vero intelligi aliquando etiam antequam credantur.

4. Nec tamen sic intelliguntur modo ut in futuro scientur; et nunc etiam per fidem, qua mundantur corda 7, amplius intelliguntur, quia nisi per fidem diligatur Deus, non mundatur cor ad eum sciendum. —

1 Rubrica *om.* BCLMRWX. 9 ullum] illum CORW, *quod corr. in* ullum OW, *corr. interi, in* alium R. 19 Rubrica om. BCRVWX.

1 Resp. Rom. 10, 17. 2 *In XIII libro De Trinitate* (rubr.), c. 2, n. 5 (PL 42, 1016; CCL 50A, 385s). 3 Isai. 7, 9, iuxta LXX. 4 *Glossa ordin.* in Ps. 118, 73: *Da mihi intellectum* (apud Lyran., III, 267b; cod. Laur. Plut. XVII, 4, f. 167c); ex August.,in h.l., serm. 18, n. 3 (PL 37, 1552; CCL 40, 1724). 5 Lib. IX, c. 1, n. 1 (PL 42, 961; CCL 50, 292s). 6 *Expositio de Psalmo 118,* sermo 10, n. 31 (PL 15 [1845], 1342 B; CSEL 62, 222); non invenitur in *Glossa ordin.* in v. 75: *Cognovi, Domine,* saltem ut apparet ex cod. Laurent, cit.; habetur apud Lyranum, III, 267c, probabilius ex *Glossa* Lombardi, ut infra notatur. 7 Resp. Act. 15, 9: *Fide purificans corda eorum;* August.,Enarr. *inPs. 118,* 73, serm. 18, n. 3: « Ipsa fide qua credit sanatur, ut intelligat ampliora » (PL 37, 1552; CCL 40, 1724).

Num. 3: Prima auctoritas Augustini, ex *Glossa* Magistri in Ps. 118,73 (PL 191, 1081 B), *ex Glossa ord.,* uti supra notatur. Alia, ex *Glossa* in Phil. 3, 15 (PL 192,249 A; ex Floro, col. 639). Illa Ambrosii, ex *Glossa* in Ps. 118, 76 (PL 191, 1082 D).

Augustinus fh VIII libro De Trinitate : Unde **Augustinus**1: «Quid est Deum scire, nisi eum mente conspicere, firmeque percipere ? Sed et priusquam valeamus perspicere et percipere Deum sicut percipitur a mundis cordibus 2, nisi per fidem diligatur, non poterit cor mundari quo ad eum videndum sit aptum ». Ecce hic aperte habes quia non potest sciri Deus, nisi prius diligendo credatur.

5. **Quod creduntur et amantur quae ignorantur :** Supra autem dictum est 3 quod nemo potest credere in Deum nisi aliquid intelligatur. Unde colligitur non posse sciri et intelligi credenda quaedam nisi prius credantur, et quaedam non credi nisi prius intelligantur, et ipsa per fidem amplius intelligi. Nec ea quae prius creduntur quam intelligantur, penitus ignorantur, cum fides sit ex *auditu* 4; ignorantur tamen ex parte, quia non sciuntur. Creditur ergo quod ignoratur, sed non penitus, sicut etiam amatur quod ignoratur. — **In VIII libro De Trinitate :** Unde **Augustinus**5: « Sciri aliquid et non diligi potest; diligi vero quod nescitur, quaero utrum possit. Si non potest, nemo diligit Deum antequam sciat. Ubi autem sunt illa tria, fides, spes, caritas, nisi in animo credente quod nondum scit, et sperante et amante quod credit ? Amatur ergo et quod ignoratur, sed tamen creditur ».

DISTINCTIO XXV

Cap. 1 (86).

1. **De fide antiquorum.** Praedictis adiciendum est de sufficientia fidei ad salutem illis qui praecesserunt adventum Christi et qui sequuntur. Videtur profecisse fides secundum temporis processum, sicut profecit cognitio. Fides quippe magna dicitur cognitione et articulorum quanti-

2 et om. BCLMR. 4 poterit] potest BCN. 14 VIII] vii° ABCMOT.

1 Cap. 4, n. 6 (PL 42, 951; CCL 50, 275). 2 Resp. Matth. 5,8: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* 3 In num. 3. 4 Resp. Rom. 10, 17. 5 Cap. 4,. n. 6 (PL 42, 951; CCL 50, 275).

Dist. XXV: Cf. L. Ott, *Untersuckungen zur theol. Briefliteratur,* 527-539, ubi agitur de controversia in capp. 1-3; J. Schupp, *Die Gnadenlefire des Petrus Lombardus,* 130-133. — Cap. 1, num. 1: Iam ex rubrica apparet quomodo dependet Magister *de Summa sent,,* 1, c. 3:: *De fide antiquorum* (PL 171, 1071 A; 176, 45 C); unde etiam materia istius numeri.

tate, vel Constantia et devotione. Est autem quaedam fidei mensura, sine qua nunquam potuit esse salus. Unde Apostolus 1; *Oportet accedentem credere quia est, et quod remunerator est sperantium in se.*

2. **Quod sine fide mediatoris nunquam fuerit salus.** Sed quaeritur utrum haec credere ante adventum vel ante Legem ad salutem suffecerit. Nam tempore gratiae constat certissime hoc non sufficere: oportet enim universa credi quae in symbolis continentur. — Sed nec ante adventum, nec ante Legem videtur hoc suffecisse, quia sine fide Mediatoris nullum hominem vel ante vel post fuisse salvum, Sanctorum auctoritates contestantur.

3. **Augustinus.** Unde **Augustinus,** *Ad Optatum 2:* « Illa fides sana est, qua credimus nullum hominem sive maioris sive parvulae aetatis liberari a contagio mortis et obligatione peccati quod prima nativitate

2 accedentem] ad deum *add.* BCV, *add. interi.* N2R2. 4 Rubrica om. RWX. ‖ fuerit] fuit LT. 11 Augustinus (ruôr.) om. LMRVWX. 12 parvulae] parve NOV.

1 Hebr. 11, 6: *Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, et inquirentibus se remunerator sit.* 2 *Epist. 190,* c. 2, nn. 5-6 (PL 33, 858; CSEL 57, 141).

Num. 2: Quaestio eruitur, ut videtur, ex *Glossa* in Rom. 5, 19: «*ita per obedientiam hominis unius,* id est Christi, *iusti constituuntur multi...* Et nota quod non ait per unius Dei vel Verbi, sed per unius hominis obedientiam iustificari, ne putes antiquos iustos solo Verbo Dei, id est solius Verbi fide sine fide Incarnationis liberari, sine qua nec antiqui nec moderni liberari potuerunt » (PL 191, 1396 C); quae verba praeter ultima paraphrasis sunt *Glossae mediae* Gilberti (cf. R.-M. Martin, *Le péché originel d'après Gilbert de la Porrée* (f *1154) et son école,* in *Revue Hist. Eccl.,* 13,1912,682, n. 2); cf. etiam *Glossa* in Hebr. 11,6, ubi legitur: « Haec tamen fides non sufficit ad salutem » (PL 192, 491 B), necnon et idem cap. *Summae sent.* (PL 171, 1071 D - 1072 A; 176, 46 B). Proferri hic oportet testimonium Petri Manducatoris de doctrina Magistri in scholis suis: « Solutio. De primo, inquid, articulo fuit alia opinio antiquorum et alia Magistri. Fuit enim trita antiquorum quod antiquis ante legem sufficiebat pauciora credere quam modernis. Sufficiebat enim credere unum Deum esse creatorem omnium, remuneratorem omnium sperantium in se. Non enim visum est eis, quod pastores educati in montibus haberent aliquam noticiam articulorum. Magistro visum est, quia omnes articulos, scilicet duodecim in simbolo expressos, tenebantur credere et de omnibus aliquam noticiam habere. Et adherebat huic verbo: Hec est fides catholica, quam nisi quisque fide firmiter crediderit, salvus esse non potest, quia *Quicumque vult* habebant pro simbolo. Cum querebatur ab eo quam noticiam omnium articulorum poterant habere simplices vel pastores in montibus educati, dicebat quia eandem quam et discreti, licet forte sub aliis idiomatibus» (Paris. Bibi. Nat. 18108, fol. 89r); cf. I. Brady, *Peter Manducator and the Oral Teachings of Peter Lombard,* in *Antonianum* 41 (1966), 475. — Num. 3: Auctoritas Augustini partim occurrit in *Summa sent.* I, 3 (1072 A, 46 B), sed Magister recurrit potius ad textum pleniorem in *Glossa* ad Rom. 5,19 (PL 191, 1396 C-D).

contraxit, nisi per *unum mediatorem Dei et hominum, Christum lesum*[1]. Cuius hominis eiusdemque Dei saluberrima fide etiam illi iusti salvi facti sunt, qui priusquam veniret in carnem, crediderunt in carnem venturum. Eadem enim fides est et nostra et illorum ». « Proinde[2], cum omnes iusti, sive ante incarnationem sive post, nec vixerint nec vivant nisi ex fide incarnationis Christi, profecto quod scriptum est[3], *non esse aliud nomen sub caelo in quo oporteat salvari nos,* ex illo tempore valet ad salvandum genus humanum, ex quo in Adam vitiatum est ».

4. **In libro De correctione et gratia**[4]. Idem[4]: « Nemo liberatur a damnatione quae facta est per Adam, nisi per fidem lesu Christi ». — **In libro De nuptiis et concupiscentia**[5]. Idem[3]; «Eadem fides Mediatoris quae nos salvat, salvos iustos faciebat antiquos, pusillos cum magnis; quia sicut credimus Christum in carne venisse, ita illi venturum; et sicut nos mortuum, ita illi moriturum; et sicut nos resurrexisse, ita illi resurrecturum; et nos et illi ad iudicium vivorum et mortuorum venturum».

5. **Gregorius**, *Super Ezechielem*[6]: *«Et qui praeibant et qui sequebantur clamabant dicentes: Hosanna filio David* etc. 7, quia omnes electi, qui in ludaea esse potuerunt, sive qui nunc in Ecclesia sunt, in Mediatorem Dei et hominum crediderunt et credunt ». — His aliisque pluribus testimoniis perspicue docetur nulli unquam salutem esse factam, nisi per fidem Mediatoris. *Oportet* ergo *accedentem credere* quae supra dixit Apostolus[8], sed non sufficit.

Cap. 2 (87).

1. **De fide simplicium**. Quid ergo dicetur de illis simplicibus, quibus non erat revelatum mysterium incarnationis, qui pie credebant quod eis traditum fuit ?

2. Dici potest nullum fuisse iustum vel salvum, cui non esset facta

1 Christum lesum *trp.* ANOW. 2 salvi *trp. p.* sunt NO. 5 vixerint] vixerunt BLMRV. 9 Rubrica *om.* RVW. 10-11 Rubrica *om.* LRVW.

1 I Tim. 2, 5. 2 Ibid., n. 8 (859; 143). 3 Act. 4, 12. 4 *De corrept. et gratia,* c. 7, n. II (PL 44, 923). 5 Lib. II, c. 11, n. 23 (PL 44, 450; CSEL 42, 277). 6 Lib. II, hom. 5, n. 2 (PL 76, 985 D). 7 Mare. 11, 9, et Matth. 21, 9. 8 Infinen. 1.

Num. 4-5: Ex *Summa sent.* (1072 A-B; 46 C-D).

Cap. 2: Eadem quaestio in *Summa sent.* I, 3, ubi et responsio in parte (PL 171, 1071 D et 1072 C-D; 176, 46 B et 46 D - 47 B). Cf. B. Geyer, *Verfasser und Abfassungszeit der sag. Summa sententiarum,* in *Theologische Quartalschrift, 107* (1926), 98-100. Vide etiam Hugonem de S. Victore, *Miscell.* I, tit. 18 (PL 177, 487 B).

revelatio, vel distincta, vel velata: in aperto, vel in mysterio. Distincta, ut Abrahae et Moysi aliisque maioribus, qui distinctionem articulorum fidei habebant. Velata, ut simplicibus quibus revelatum erat ea esse credenda, quae credebant illi maiores et docebant, sed eorum distinctionem apertam non habebant. Sicut et in Ecclesia aliqui minus capaces sunt, qui articulos Symboli distinguere et assignare non valent, omnia tamen credunt quae in Symbolo continentur: credunt enim quae ignorant, habentes fidem velatam in mysterio; ita et tunc minus capaces, ex revelatione sibi facta, maioribus credendo inhaerebant, quibus fidem suam quasi committebant. — Unde lob k *Boves arabant, et asinae pascebantur iuxta eos.* Simplices et minores sunt asinae pascentes iuxta boves, quia humilitate maioribus adhaerendo, in mysterio credebant quae et illi in mysterio docebant; qualis forte fuit vidua Sareptana 2.

Cap. 3 (88).

1. **Quae ante adventum credere de Mediatore sufficiebat.** Sed quaeritur, cum sine fide Mediatoris antiquis non fuerit salus, sicut nec modernis, utrum oportuerit illos credere omnia illa de Mediatore, quae nunc credimus.

2. Quibusdam videtur quod suffecerit illis quatuor tantum credere, scilicet nativitatem, mortem, resurrectionem, adventum ad iudicium; quod ex praemissis verbis **Augustini**2 colligunt, ubi ista quatuor posuit.

3. Aliis autem videtur, habita fide Trinitatis, id de mysterio incarnationis fidei suffecisse, ut Dei Filius crederetur nasciturus de homine et iudicaturus. Qui de loanne Baptista documentum huius rei assumunt,

1 velata] revelata M, *corr. ex* revelata T, vel *add.* LNOV. 2 et] vel BCNOV. 5 et *om.* BCO, *add. interi.* V. 9 fidem suam *trp.* NOVW. 13 Sareptana] sareptena BCMOTX, *quod corr.* T. 15 adventurn] christi *add.* BCM. 24 crederetur *trp. post* ut BCLMRTX.

1 lob 1, 14: *Glossa ordin.* in h.l.: «*Boves arantes,* id est boni bene operantes; *asinae,* simpliciter viventes. Hae iuxta boves, quia intelligentia eorum pascuntur» (apud Lyranum, III, 7b). 2 Resp. III Reg. 17, 10-16. 3 Supra, in cap. 1, n. 1.

Cap. 3, num. 1: Cf. verba Magistri citata supra in nota ad cap. 1, num. 2, *exGlossa* in Rom. 5, 19. — Num. 2: Hanc opinionem notat sed non accipit auctor *Summae sent.,* I, 3 (PL 171, 1072 C; 176, 46 D). Videtur esse Magistri Hugonis, in *De sacram.* 1,10, 7 (PL 176, 339 D - 340 A).

qui de morte Christi et descensu ad inferos in Evangeiio dubitasse videtur,, secundum expositionem Gregorii 1, quando interrogavit per discipulos 2: *Tu es qui venturus es, an alium exspectamus?* Quasi: Es tu per te ipsum descensurus ad infernum, an alium ad haec sacramenta missurus es ? — Quidam3 tamen dicunt eum non dubitasse de ignorantia, 5. sed de pietate, id est dubitare se ostendisse non quia ignoraverit, sed pietatis affectu compassum Christo, et eius humilitatem admirando insinuasse.

Cap. 4 (89).

1. **De fide Cornelii.** Solet etiam quaeri de Cornelio, utrum fidem in- 10 carnationis habuerit, cum dictum est ei per angelum 4: *Acceptae sunt*

7 compassum] esse *add.* BCLNRVX. ‖ et] idest LR, *om.* T. 11 habuerit] habuit ACLRVX, *corr. in* habuit B.

1 Bis exponit Gregorius non absque quadam discrepantia: in libro I *In Ezech.,* hom. 1, n. 5: « *Tu es qui venturus est...* In quibus verbis ostenditur quia in terris quidem venisse Redemptorem noverat, sed an per semetipsum ad aperienda inferni claustra descenderet dubitabat » (PL 76, 788 D; CCL 142, 7); dein, in *In Evang.,* hom. 6, η. 1: « [Ioannes] requirit, non quia ipsum esse mundi Redemptorem dubitet, sed quaerit, ut sciat si is qui per se in mundum venerat per se etiam ad inferni claustra descendat... Ac si aperte dicat: Sicut pro hominibus nasci dignatus es, an etiam pro hominibus mori digneris insinua, ut qui nativitatis tuae praecursor exstiti, mortis etiam praecursor fiam, et venturum inferno nuntiem, quem iam venisse mundo nuntiavi » (PL 76, 1095 D, 1096 A). — In *Glossa ordin.* autem in Luc. 7, 19 tam Be[da] quam *Gregorius* signantur; unde clare apparet quod verba a Lombardo citata reapse sunt paraphrasis Bedae: « Cum ab Herode interficiendus et ad inferna sim descensurus, debeo te nunciare inferis, qui nunciavi superis ? An conveniat Filio Dei mori, an alium ad hec sacramenta missurus es ? » (apud Lyran., V, 144a); cf. Beda, *In Lue.* 7, 19 (PL 92, 419 B; CCL 120, 160). Sed, ut notant Editores CCL, quasi omnia ad verbum sumpsit Beda ex Hieron. in Matth. 11,3 (PL 26 [1845], 70 B), cuius verba repetuntur in *Glossa ordin.* in Matth. 11, 3 (ap. Lyran., V, 38c); quae tamen non videtur fonti esse Magistro. 2 Matth. 11, 3; Luc. 7, 19. 3 Ita Ambrosius, *In Lue.* 7, 19: «Non igitur fide, sed pietate dubitavit» (PL 15 [1845], 1662 D; CSEL 32-111, 221; CCL 14, 67). Cuius verba repetuntur in *Glossa ordin.* in Luc. 7, 19 (ap. Lyran., V, 144a), non autem in Matth. 11, 3. 4 Act. 10, 4: *Orationes tuae et eleemosynae tuae ascenderunt in memoriam in conspectu Dei;* verba Augustini, infra in num. 3, hic magis allegat Magister.

Cap. 4: Cf. A. M. Landgraf, *Glaube und Werk bei der Bekehrung des Hauptmanns Cornelius,* in *Dogmengeschichte,* 1-2, 31-40, ubi agitur plus de discipulis Lombardi quam de ipso Magistro. — Inter fontes huius cap., quod non dependet a *Glossa ordin.* in Act. Apost. c. 10, enumerari licet *Summa sent.* I, 3 (PL 171, 1073 A; 176, 47 B), unde auctoritas Augustini in num. 3. Addi lubet quod ad *Glossam* primitivam in Rom. 11, 35-36 (post *conservat omnia,* in PL 191, 1492 D) quaedam auctoritas ponitur in margine superiori codicis Vat. lat. 695,

eleemosynae tuae, et exauditae sunt orationes tuae. Si enim fidem incarnationis non habebat tunc, ergo sine fide incarnationis erat ei iustitia, quia de illo scriptum est [1] quod *iustus* erat *et timens Deum.* Si vero fidem incarnationis habebat, ad quid ergo missus est ad eum Petrus ?

2. Sane dici potest eum, sicut fidem unitatis, ita et incarnationis habuisse Dei revelatione, sed incarnatum iam esse Dei Filium ignorasse; et ideo missus est ad eum Petrus, ut iam natum Dei Filium ei annuntiaret et sacramentum regenerationis ei conferret. Habebat igitur fidem incarnationis, sed an facta, vel futura esset, non noverat. — **Gregorius** * 2. Et ita «per fidem venit ad opera, et per opera amplius solidatus est in fide ». « Per fidem enim, ut ait **Gregorius,** venitur ad opera. Cornelius etiam per fidem venit ad opera: Deum enim unum credebat, sed Filium eius nesciebat incarnatum. Per fidem placuerunt Deo eius opera: *Sine fide* enim *impossibile est Deo placere* [3] ».

3. **Augustinus** vero dicit [4] «Cornelio dictum esse per angelum: *Acceptae sunt eleemosynae tuae et orationes tuae,* antequam in Christum crederet; nec tamen sine aliqua fide donabat et orabat. Nam quomodo invocabat in quem non credebat [5] ? Sed si posset sine fide Christi esse

1-2 fidem ineam, *trp.* BCLMRTX. 6 iam esse *trp.* BCLR. 9 vel] an BCV. ‖ Gregorius *om.* LRVW, *bis in* MNOT. 14 Deo placere *trp.* BCLRX, aliquem *add.* NOV.

[1] Act. 10, 22. [2] *in Ezech.,* II, hom. 7, n. 9: «Non enim virtutibus venitur ad fidem, sed per fidem pertingitur ad virtutes. Cornelius enim... non operibus venit ad fidem, sed fide venit ad opera. Nam ei per angelum dicitur: *Orationes tuae...* Sciebat igitur creatorem omnium Deum, sed quod eius... Filius incarnatus esset, ignorabat. *Sine fide impossibile est placere Deo.* Fidem ergo habuit, cuius orationes et eleemosynae placere Deo potuerunt... Per fidem ergo venit ad opera, sed per opera est solidatus in fide» (PL 76, 1018 A-B; CCL 142, 322s). [3] Hebr. 11, 6. [4] *De praedest. sanctorum,* c. 7, n. 12: «Quod de Cornelio dici potest, cuius acceptae sunt eleemosynae et exauditae orationes antequam credidisset in Christum; nec tamen » etc. (PL 44, 969s). [5] Resp. Rom. 10, 14: *Quomodo ergo invocabunt in quem non crediderunt ?*

35b: « *Aimo.* Quidam voluerunt contra hoc intelligere centurionem Cornelium, bonis suis meritis exigentibus, a Deo accepisse fidem, quasi causa remunerationis, propter elemosinas scilicet et orationes quibus instabat. Qui idcirco ignoranter locuti sunt, quoniam a fide venitur ad bona opera agenda, non ab operibus ad fidem. Non enim Cornelius fidem primum habuisset nisi preventus esset ab inspiratione divina. Et nequaquam bona opera habuisset; set, sicut beatus gregorius dicit, preventus est a deo ut haberet fidem unius dei. Non tamen trinitatem personarum in deo esse cognovit quoadusque petrus ad eum missus est. Unusquisque autem deo fidem et opera sua tribuit quando eius gratia preventus credit in eum et bona opera exercendo studet voluntati eius placere» (in Haymonis *Expositione in epp. Pauli,* in h.l., **PL** 117, 467 D - 468 A).

salus, non ad eum mitteretur architectus Ecclesiae Petrus ». — Attende quod ait sine fide Christi non posse esse salutem, et tamen Cornelium exauditum antequam crederet in Christum. Quod ita potest intelligi: scilicet antequam sciret Christum incarnatum, in quem credebat in mysterio.

Cap. 5 (90).

1. **De aequalitate fidei, spei et caritatis et operis, quae secundum aliquid sunt aequalia.** Illud etiam non est praetermittendum, quod fides, spes, caritas et operatio secundum aliquid aequalia sunt in praesenti. — **Gregorius, Super Ezechielem** [a]: Unde **Gregorius** 1; « Fidem, spem, caritatem atque operationem, dum in hac vita vivimus, aequales sibi esse apud nos invenimus: quia quantum credimus, tantum amamus; et quantum amamus, tantum de spe praesumimus. Quisque enim fidelis tantum credit quantum sperat et amat, et tantum operatur quantum credit et amat et sperat. Sed tamen maior spe et fide caritas dicitur 2, quia cum ad Dei speciem pervenitur, spes et fides transit, sed caritas permanet 3», et quia [b] **Ambrosius** «caritas 4 mater est omnium virtutum». Quae non ideo post fidem et spem ponitur 5, quod ex eis oriatur, sed quia post illa remanebit aucta 6; *Caritas* enim *nunquam excidit* 7. Praemissa autem aequalitas proprie secundum actuum interiorum intensionem consideranda est.

7 aequalitate] qualitate LMV. ‖ et] *om.* NTVX. 10 Rubrica om. LRVW. 15 amat et sperat *trp.* AVX. 17 Ambrosius *om.* LRVW. ‖ mater est *trp.* MTV. 20 interiorum om. ALMNRTX.

i *In Ezech.,* II, hom. 10, n. 17 (PL 76, 1068 A-C; CCL 142, 392s). 2 Resp. I Cor. 13, 13. 3 I Cor. 13, 8-10. [a] *De* fonte huius dicti, vide Dist. 23, c. 3, n. 2. 3 cf. supra, Dist. 23, c. 9, n. 2. [b] August., *De doctrina Christiana,* I, c. 38, n. 42: «Sed fidei succedit species, quam videbimus; et spei succedit beatitudo ipsa, ad quam perventuri sumus; charitas autem etiam ipsis decedentibus augebitur potius »; et c. 39, n. 43: «duobus istis decedentibus caritas auctior et potior permanebit» (PL 34, 36 et 37; CSEL 80, 32; CCL 32, 31); apud *Glossam* Magistri in I Cor. 13, 13 (PL 191, 1662 B, 1663 B). 7 I Cor. 13, 8.

Cap. 5: Quaestio oritur, ut videtur, ex quibusdam verbis *Summae sent.* I, ad initium et ad finem cap. 2 (PL 171, 1069 A, 1070 D; 176,43C, 45 B), necnon et ex oppositione duorum dictorum, scilicet quod «fides est fundamentum omnium bonorum» (cf. supra, Dist. 23, c. 3, num. 3; c. 8, num. 1; et c. 9) dum « caritas est mater omnium virtutum» (Dist. 23, c. 3, num. 2; c. 9, num. 2).

2. Huic vero quod hic et superius dictum est[1], scilicet quod caritas non est ex fide et spe, sed e converso, videtur obviare quod ait Apostolus[2]: *Finis praecepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta.*. — **Augustinus**[3]. Quod exponens **Augustinus**[1], *cor* accipit pro intellectu, et *conscientiam* pro spe: « Qualis, inquit, caritas est *finis praecepti ?* Procedens *de corde puro,* id est de puro intellectu, ut nihil nisi Deus diligatur; *et conscientia,* id est de spe, *bona; et fide non ficta,* id est simulata ». Non igitur caritas fidem vel spem, sed fides et spes caritatem praecedere videntur. — Hoc ergo ea ratione traditum intellige: non quod fides et spes causa vel tempore caritatem, omnium bonorum matrem, praecedant,, sed quia caritas sine illis in aliquo esse non potest; sed illa sine caritate possunt esse, quamvis non sit pia fides vel spes sine caritate. Ideo igitur ex fide et spe procedere dicitur caritas, quia nulli provenit sine istis.

DISTINCTIO XXVI

Cap. 1 (91).

De spe, quid sit. Est autem spes virtus qua spiritualia et aeterna: bona sperantur, id est cum fiducia exspectantur. Est enim certa exspectatio futurae beatitudinis, veniens ex Dei gratia et ex meritis praecedentibus vel ipsam spem, quam natura praeit caritas; vel rem speratam, id est beatitudinem aeternam. Sine meritis enim aliquid sperare non spes, sed praesumptio dici potest.

1 quod2] quia LM. 4 Rubrica *om.* LMORTV. 13 procedere dicitur] procedit T, trp. LR. ‖ dicitur *om.* O. 17 enim] spes *add.* NOVW.

1 Dist. 23, c. 8, n. 3; et c. 9. 2 I Tim. 1,5. 3 *De doctrina Christiana,* I, c. 40, n. 44 (PL 34, 36; CSEL 80, 33; CCL 32, 31s).

Num. 2: Auctoritas Augustini, ex *Glossa* in I Tim. 1, 5 (PL 192, 329 C-D). Conclusio trahitur in parte ex *Summa sent., c. 2* (PL 171, 1069 A-B; 176, 43 D), in parte ex *Glossa* in I Cor. 13, 13 (PL 191, 1663 B).

Dist. XXVI, cap. 1: Cf. S. Pinckaers, *Les origines de la definition de l'espérance dans les sentences de Pierre Lombard,* in *Redl. de théol. anc. et méd.,* 22 (1955), 306-312., Definitio spei concinnatur partim ex *Glossa* in Rom. 5, 4 (PL 191, 1380 A; ex Haymone in h.l., PL 117,. 403 A) et ex *Summa sent.,* I, c. 2 (PL 171, 1069 A-B; 176, 43 C, 44 A).

Y

Cap. 2 (92).

De quibus sit spes. — Augustinus in Enchiridion : Et sicut fides, ita et spes est de invisibilibus. Unde **Augustinus** 1; « Fidem appellamus •earum rerum quae non videntur. De spe quoque dicitur 2: *Spes quae videtur non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat ?* » « Quod attinet ad non videre, vel quae creduntur, vel quae sperantur, fidei speique commune est ».

Cap. 3 (93).

Quo differant fides et spes : « Distinguitur2 tamen fides a spe, sicut vocabulo, ita rationabili differentia ». « Est enim fides malarum rerum et bonarum, quia et bona creduntur et mala; et hoc fide bona, non mala. Est etiam fides et praeteritarum rerum et praesentium et futurarum: credimus enim mortem Christi, quae iam praeteriit; credimus sessionem, quae nunc est; credimus venturum ad iudicandum, quod futurum est. Iterum fides et suarum rerum est et alienarum: nam et se quisque credit esse coepisse, nec fuisse utique sempiternum; et alia atque alia non modo de aliis hominibus multa, quae ad religionem pertinent, verum etiam de angelis credimus. Spes autem nonnisi bonarum rerum, nec nisi futurarum, et ad eum pertinentium qui earum spem gerere perhibetur ».

Cap. 4 (94).

Redit ad praemissam quaestionem, an scilicet fides et spes in Christo fuerint. Post haec superest investigare utrum fides et spes in Christo fuerint; unde tractatus iste sumpsit exordium 4. — Quibusdam non indocte videtur fidem virtutem et spem in eo non fuisse, sicut in sanctis iam beatificatis vel in angelis non sunt. Et tamen sancti credunt et sperant resur-

2 Aug. in Enchir. *om.* LRVW. 9 Quo] Quod BCX. 15 Iterum] Ita A, Item BLNRT *Aug.* 22 fuerint] fuerunt· MT.

i Cap. 8 (PL 40, 235; CCL 46, 52), transposito ordine verborum. 2 Rom. 8, 24. 3 August., ibid. (235 et 234; 52 et 51s). 4 Initio Dist. 23.

Cap. 3: Cf. *Glossa* in Rom. 1, 17 (PL 191, 1324 C) et *Summa sent.,* I, 2 (PL 171, 1069 C; 176, 44 A-B); utrobique distantia inter fidem et spem summatim exponitur. — Cap. 4: Cf. *Summa sent.,* I, 18 (PL 171, 1103 D - 1104 A; 176, 77 B), quae sub verbo «Quibusdam» indicari videtur; ubi etiam ultima verba, de spe Christi.

rectionem futuram, et angeli eandem credunt; nec tamen in eis fides vel spes virtus est, quia et Deo per speciem contemplando fruuntur, et in Dei Verbo resurrectionem futuram sive iudicium, non *per speculum in aenigmate* i, sed praeclarissime inspiciunt. Si enim quia credunt resurrectionem futuram, ideo verum est eos fidem habere, ergo ea consummata, post iudicium, similiter et fidem habere dicentur, quia credent eam praeteritam. Sed sicut tunc credent, nec tamen fidem quae fideles facit habebunt: quia non credent absque scientia, quae non erit aenigmatica, sed per speciem; ita et modo credunt et sperant resurrectionem, nec tamen fidem habent, quia credendo cognoscunt. Venit enim eis *quod perfectum est,* et evacuatum est *quod ex parte est* 2: venit enim cognitio et evacuata est fides; venit species et desiit spes. — Ita et Christus, in quo fuerunt bona patriae, credidit quidem et speravit resurrectionem tertio die futuram, pro qua et Patrem oravit 3; nec tamen fidem virtutem vel spem habuit, quia non aenigmaticam et specularem, sed clarissimam de ea cognitionem habuit; quia non perfectius eam cognovit praeteritam, quam intellexit futuram. Speravit tamen Christus, sicut in Psalmo ait 4: *In te, Domine, speravi;* nec tamen fidem vel spem virtutem habuit, quia per speciem videbat ea quae credebat.

Cap. 5 (95).

Si iusti apud inferos tenti fidem et spem habuerunt? De antiquis vero Patribus, qui apud inferos usque ad passionem tenebantur, non incongrue dici potest quod fidem et spem virtutem habuerint, quia credebant et sperabant se visuros Deum per speciem; qualiter eum tunc non videbant, quia non patuit eis cognitio Dei per speciem ante passionem Christi, qua consummata, a fide transierunt ad speciem.

6 dicentur] dicuntur MNOTVX, *quod corr,* T. ‖ credent] credunt M, crederent N. 13 tertio] tertia NTV. 16 cognitionem habuit *trp.* BCLMRTX. 21 habuerunt] habuerint ALMX.

1 I Cor. 13, 12. 2 I Cor. 13, 10. 3 Resp. Ioan. 17, 1: *Clarifica Filium tuum* etc.; Ps. 40, 11: *Resuscita me et retribuam eis.* 4 Ps. 30, 2.

Cap. 5: Videsis *Glossam* in Rom. 3, 26 (PL 191, 1363 A-B), quae huic capitulo quandam habet affinitatem.

DISTINCTIO XXVII

Cap. 1 (96).

1. **De caritate qua diligitur Deus et proximus, quae in Christo et in nobis est.** Cum autem Christus fidem et spem non habuerit, dilectionem tamen habuit in quantum homo, tantam qua maior esse non valet; qui s ex caritate eximia animam posuit pro amicis et inimicis L Habuit enim in corde caritatem quam opere nobis exhibuit, ut exhibitionis forma nos ad diligendum institueret.

2. Hic aliquid dicendum est de caritate, et modo et ordine diligendi Deum et proximum. io

Cap. 2 (97).

1. **Quid sit caritas.** Caritas est dilectio qua diligitur Deus propter se, et proximus propter Deum vel in Deo.

2. **De duobus mandatis caritatis** *:* Haec habet duo mandata: unum pertinens ad dilectionem Dei, quod est maximum in Lege mandatum2; 15 et alterum pertinens ad diligendum proximum, illi simile. Primum est: *Diliges Deum ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima,* quod scriptum est in Deuteronomio 3. Secundum est: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus praeceptis tota Lex pendet et Prophetae.* — **Augustinus**

3 et>] vel VX, vel etiam OT. 4 habuerit] habuit ORV. 8 institueret} instrueret BCV, vel institueret *add. interi. V*2. 17 corde] et *add.* BVX, tuo et *add.* L, tuo *add.* R. 18 est2] in levitico *add.* BC, scriptum est in levitico *nota marg.* O.

1 Ioan. 15, 13: *Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* 2 Resp. Matth. 22, 36-40. 3 Deut. 6, 5; dein cf. Levit. 19, 18.

Dist. XXVII-XXXII: Inter fontes tractatus de caritate qui satis rubricis et notis nostris indicantur, certo certius non enumerari oportet *Capitula de caritate* Maximi Confessoris, uti olim affirmabatur (cf. J. Leclercq, *Origine au xiie siècle,* in *Irénikon* 24, 1951, 433-436; et *L'amour des lettres et le désir de Dieu,* Paris 1957, 96). — De caritate cf. P. Abaelardus, *Theologia « Scholarium »,* I, 1 (PL 178, 981 D - 984 A); *Sententiae Hermanni,* capp. 31-32 (PL 178, 1747 C - 1749 D); Rolandus, *Sent.* (ed. Gietl, 313ss); Hugo, *De sacram.,* II, 13, 6-12 (PL 176, 528 D - 550 C); *Summa sent.,* IV, 7-8 (solummodo in PL 176, 125 A - 126 D). — Cap. 1: Cf. *Summa sent.,* I, 18 (PL 176, 77 B). — Cap. 2, num. 2: Auctoritas Aug., ex *Glossa* in I Tim. 1, 5 (PL 192, 328 D).

in libro I De doctrina Christiana « Finis i enim praecepti est dilectio, et ea gemina, id est Dei et proximi », est.

Cap. 3 (98).

Si eadem caritate diligitur Deus et proximus. Hic quaeritur si ex ea ipsa dilectione diligitur Deus, qua diligitur proximus, an alia sit dilectio Dei, et alia proximi. — Eadem sane dilectio est qua diligitur Deus et proximus; quae Spiritus Sanctus est, ut supra dictum est[2], quia *Deus caritas est*[3]. — **Augustinus in libro VIII De Trinitate** Unde Augustinus[4]; « Ioannes ait[5]: *Non potest Deum diligere quem non videt, qui fratrem quem videt non diligit.* Sed si eum quem videt humano visu, spirituali caritate diligeret, videret Deum qui est ipsa caritas visu interiori, quo videri potest. Qui igitur fratrem quem videt non diligit, Deum qui est dilectio, qua caret qui fratrem non diligit, quomodo potest diligere ? Ex una enim eademque caritate Deum proximumque diligimus, sed Deum propter Deum, nos vero et proximum propter Deum ».

Cap. 4 (99).

1. **Quare dicitur caritas gemina** Si vero una eademque caritas est Dei et proximi, quare dicitur 'gemina'[6] ? — Propter duo dilecta, id est Deum et proximum. Etsi enim una sit caritas, duo tamen diversa ea diliguntur, scilicet Deus et homo vel angelus.

2. **Ob hoc idem duo habet mandata** Pro quo etiam et duo sunt mandata, quia cum eadem caritas utroque commendetur, diversa tamen diligi praecipiuntur. — **Augustinus in sermone de Ascensione** Unde

4 diligitur] diligatur BCM. 8 Rubrica om. LRVW. ‖ VIII] vii° BCMX. 17 dicitur caritas *trp.* LNRTV. 21 Rubrica *om.* ALVW. 23 Rubrica om. LRV.

1 Cap. 26, n. 27 (PL 34, 29; CSEL 80, 23; CCL 32, 21); resp. I Tim. 1, 5: *Finis autem praecepti est caritas.* 2 In Dist. 23, c. 9, n. 2. 3 I Ioan. 4, 8 et 16. 4 Cap. 8, n. 12 (PL 42, 958s; CCL 50, 288s). 5 I Ioan. 4, 20. 6 Vide verba August, supra, ad fin. c. 2.

Cap. 3: Cf. *Glossa* in Ps. 133, 1 (PL 191, 1185 B-C). — Cap. 4, num. 1: Cf. eadem *Glossa* in Ps. 133, 1 (PL 191, 1185 B-C), et verba Aug. infra in num. 2. — Num. 2: Auctoritas Augustini, in *Glossa* in Rom. 5,5 (PL 181, 1381 A; ex Floro, 83), ubi etiam commentum verbis Augustini appositum («ideo forte... minus»).

Augustines i; «Arbitror ideo Spiritum Sanctum bis datum2, semel in terra et iterum de caelo, ut commendarentur nobis duo praecepta caritatis, scilicet Dei et proximi. Una est caritas et duo praecepta, unus Spiritus et duo data, quia alia caritas non diligit proximum nisi illa quae diligit Deum. Qua ergo caritate proximum diligimus, ipsa Deum diligimus. Sed quia aliud est Deus, aliud est proximus, etsi una caritate diliguntur », ideo forte duo praecepta dicuntur, et alterum maius, et alterum minus. Vel propter duos motus qui in mente geruntur, dum Deus diligitur et proximus: movetur enim mens ad diligendum Deum, movetur et ad diligendum proximum, et multo magis erga Deum quam erga proximum.

Cap. 5 (100).

1. **De modo diligendi.** Consequenter modum utriusque dilectionis advertamus. — **Augustinus in libro De doctrina Christiana** : « Haec regula, ut ait Augustinus3, dilectionis divinitus constituta est », ut Deum propter se *toto corde,* et proximum diligas *sicut te ipsum* 4, id est is ad quod et propter quod te ipsum diligere debes. In bono enim et propter Deum te ipsum diligere debes. — **Augustinus** 5; « In bono ergo diligendus est proximus, non in malo », et propter Deum. — **Augustinus in Psalmo XI** «Proximum6 vero omnem hominem oportet intelligi, quia nemo est cum quo sit operandum male ». — **Augustinus in libro VIII De Trinitate** : « Qui 7 ergo amat homines, vel quia iusti sunt, vel ut iusti sint amare debet, hoc est in Deo vel propter Deum. Sic enim et se ipsum amare debet, scilicet in Deo vel propter Deum, id est quia iustus est, vel ut iustus sit. Qui enim aliter se diligit, iniuste se diligit, quia ad hoc se diligit ut sit iniustus: ad hoc ergo ut sit malus. Non ergo iam se diligit: *Qui* enim *diligit iniquitatem, odit animam suam* 8 ».

1 Sanctum NOVW *Aug., om. alii.* 9 et *om.* BCO, *add. interi.* V. 13 Rubrica *om.* RVW. 15 se] et *add.* AOV. 17 Rubrica *om.* RVW. 20-21 Rubrica *om.* RVW. ‖ VIII] vii° BCX, *om.* LN.

1 *Sermo 265,* c. 8, n. 9 (PL 38, 1223). 2 Resp. Ioan. 20, 22; Act. 2,4. 3 Lib. 1, c. 22, ŋ. 21 (PL 34, 27; CSEL 80, 19; CCL 32, 17). 4 Matth. 22, 37-39; et Rom. 13, 9. 5 *De Trinit.,* VIII, c. 6, n. 9 (PL 42, 956; CCL 50, 283s). 6 *Enarr. In Ps.* 77, 3 (PL 36, 138; CCL 38, 82s). 7 Cap. 6, n. 9 (PL 42, 956; CCL 50, 283s). 8 Ps. 10, 6.

Cap. 5, num. 1: Praeter quoddam commentum ad initium huius numeri, omnia sumuntur ex *Glossa* in Rom. 13, 9-10 (PL 191, 1507 C, et 1508 B-C).

2. Augustinus in XIV libro De Trinitate «Sic[1] condita est mens humana, ut nunquam sui non meminerit, nunquam se non intelligat, nunquam se non diligat. Sed quoniam qui odit aliquem, nocere illi studet, non immerito et mens honinis, quando sibi nocet, se odisse dicitur. Nesciens enim sibi vult male, dum non putat sibi obesse quod vult; sed tamen male sibi vult, quando id vult quod obsit sibi, secundum illud 2: Qui *diligit iniquitatem, odit animam suam.* Qui ergo diligere se novit, Deum diligit. Qui vero non diligit Deum, etiam si se diligit: quod ei naturaliter inditum est, tamen non incongrue se odisse dicitur, cum id agit quod sibi adversatur, et se ipsum tamquam suus inimicus insequitur ».

3. **Augustinus in libro De doctrina Christiana** «Modus[3] ergo diligendi praecipiendus est homini, id est quomodo se diligat ut prosit sibi. Quin autem se diligat et prodesse sibi velit, dubitare dementis est». Modus autem praecipitur cum ait[4]: *Sicut te ipsum,* ut proximum diligas ad quod te ipsum. — **In eodem**[5]: « Si ergo[3] te non propter te diligere debes, sed propter illum ubi dilectionis tuae rectissimus finis est, non succenseat alius aliquis homo, si et ipsum propter Deum diligis ». — **Augustinus, Super Ioannem** 6[*]: Huius dilectionis modum Veritas insinuat dicens 7: *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem sicut dilexi vos,* id est ad quod dilexi vos, scilicet ut filii sitis, ut vitam habeatis 8.

4. **De modo diligendi Deum.** Dilectionis autem Dei modus insinuatur cum dicitur 9; *Ex toto corde,* id est ex toto intellectu; *ex tota anima,* id

1-9 Notula (T) *add. hic in ipso textu* NOVW, *in textu ad* Deum[1] (p. 164, 5) TX; *add. hic in margine* L, *repetit hic in marg.* X; *add. hic in tertia col.* BC; *add. in textu infra post n. 3 (et sine rubrica)* M; *add. seu rep. in textu post cap. 1 seq. Dist.* AB *(partim)* CLRT. 5 id] illud BC[1]X[2], *om.* M. 7 si] non BOX[2]. 14 Rubrica *om.* ACRV. 16-17 Rubrica *om.* RVW.

1 Cap. 14, n. 18 (PL 42, 1049s; CCL 50A, 445s). 2 ps. æ, 6. 3 Lib. I, c. 25, n. 26 (PL 34, 28s; CSEL 80, 22; CCL 32, 20). 4 Matth. 22, 39; Rom. 13, 9. 5 Cap. 22, n. 21 (27; 19; 17). Haec rubrica (vel eius omissio) iam difficultates parturivit apud Scholasticos, ut apparet ex nota in cod. V: « Istud non est ibi [id est in *De doctrina Christiana*] nec in glosa sed super Ioh. omelia 65, id est sententialiter ». Cui concordamus. Cf. *In Ioan.,* tr. 65, nn. 1-2 (PL35, 1808s; CCL 36, 490ss). 7 Ioan. 13, 34. 8 Resp. I Ioan. 3, 1: *Ut filii Dei... simus;* Ioan. 5, 40: *ut vitam habeatis.* 9 Matth. 22, 37, cum expositione *Glossae interlin.* (apud Lyran., V, 70r); ita exponit etiam Hugo de S. Victore, *De sacram.,* II, 13, 9 (PL 176, 536 A).

Num. 2: In *Glossa* in Magistrum quae olim Petro Pictaviensi attribuebatur, notatur: « *Sic condita:* Et nota hanc auctoritatem post libri editionem m[argini] esse appositam » (n 33a; p 88d), — Num. 3: Textus Augustini sub rubrica *In eodem,* ex *Glossa* in Rom. 13, 10 (PL 191, 1508 B). — Num. 4: Verba Augustini, ex *Glossa* in Rom. 13, 9 (PL 191, 1508 B). In codicibus nostris, ut apparet ex maiusculo ad *Dilectionis,* hic inciperet novum capitulum. Non autem sic designatur in elencho capitulorum; unde nec hic res dividere oportet.

est voluntate; *ex tota mente,* id est memoria; «ut[1] omnes cogitationes, et omnem vitam, et omnem intellectum in illum conferas, a quo habes ea quae confers». Haec dicens, «nullam partem vitae nostrae reliquit, quae vacare debeat; sed quidquid venerit in animum, illuc rapiatur quo dilectionis impetus currit». — Et diligere Deum 'propter se' modus est diligendi Deum; et sunt isti duo modi diligendi Deum, ut quibusdam placet.

Cap. 6 (101).

1. **De impletione illius mandati.** Illud autem praeceptum non penitus impletur ab homine in hac mortali vita, sed ex parte; non ex toto, quia ex parte diligimus, sicut *ex parte cognoscimus* 2; in futuro autem implebitur ex toto. — **Augustinus, De perfecta iustitia hominis** *: Unde **Augustinus**[1]: «Cum adhuc est aliquid carnalis concupiscentiae, non omni modo *ex tota anima* diligitur Deus. Caro tamen non dicitur concupiscere, nisi quia carnaliter anima concupiscit 4. *Cum autem venerit quod perfectum est,* ut destruatur *quod ex parte est* 5, id est iam non ex parte sit, sed ex toto, caritas non auferetur, sed augebitur et implebitur. In qua plenitudine illud praeceptum caritatis implebitur 6; *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo* etc. Tunc erit iustus sine peccato, quia nulla erit lex repugnans menti 7; tunc prorsus *toto corde, tota anima, tota mente* diliges Deum, quod est summum praeceptum».

2. **Quaestio de praecepti ratione. — Augustinus in eodem** *: «Sed[8] cur praecipitur homini ista perfectio, cum in hac vita eam nemo habeat? — Quia non recte curritur, si quo currendum est nesciatur. Quomodo autem sciretur, si nullis praeceptis ostenderetur?» — Ecce habes cur illud praeceptum est, quod hic penitus impleri non potest; impletur tamen ex parte, scilicet secundum perfectionem viae. Alia enim est perfectio currentis,

5 Et *om.* MX, *interi.* T. 12 Rubrica *om.* LVW. 14 omni modo] omnino BCLMR. 22 Quaestio... ratione *om.* LRV. ‖ Aug. in eodem *om.* LRW. 27 enim est *trp.* NOVW.

1 August., *De doctrina Christiana* (rubr.), I, c. 22, n. 21 (PL 34,27; CSEL 80, 19; CCL 32, 17). 2 Resp. 1 Cor. 13, 9. 3 Cap. 8, n. 19 (PL 44, 300; CSEL 42, 17s). 4 Resp. Gal. 5, 17. 5 1 Cor. 13, 10. 6 Matth. 22, 37; Deut. 6, 5. 7 Resp. Rom. 7, 23. 8 *De perfectione iustitiae hominis,* ibid. (PL 44, 301; CSEL 42, 18).

Cap. 6 fundatur super verba Augustini, ex *Glossa* in Phil. 3, 15 (PL 192, 249 C-D), mutato autem hic ordine verborum.

alia pervenientis; facit hoc mandatum ut cursor, qui Deum ante omnia et prae omnibus diligit, nec tamen omnino perficit.

Cap. 7 (102).

Quod alterum mandatum in altero est. — **Augustinus in libro De Trinitate**[1]: « Cum autem duo sint praecepta caritatis, pro utroque saepe unum ponitur. Nec immerito, quia nec Deus sine proximo, nec proximus sine Deo diligi potest ». Unde Apostolus[2] omne mandatum Legis dicit *instaurari,* id est contineri et impleri, *in hoc verbo: Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Et Christus dilectionem proximi specialius commemorat dicens[3]: *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem sicut dilexi vos;* **(Augustinus, super Ioannem**[4]**:)** « ubi[4] illud maius mandatum dilectionis Dei videtur praetermissum. Sed bene intelligentibus utrumque invenitur in singulis. Quia qui diligit Deum, non potest eum contemnere quem Deus praecipit diligi; et qui diligit proximum, quid in eo diligit nisi Deum ? Ipsa est dilectio ab omni mundana dilectione discreta, quam distinguens Dominus ait: *Sicut dilexi vos.* Quid enim nisi Deum dilexit in nobis ? Non quem habebamus, sed ut haberemus. Sicut medicus aegros; et quid in eis diligit nisi salutem quam cupit revocare, non morbum quem venit expellere ? Sic et nos invicem diligamus, ut quantum possumus, invicem ad habendum in nobis Deum ex dilectione attrahamus ».

Cap. 8 (103).

Quae caritate diligenda sint. Sed quae hac dilectione diligenda sint iam inquiramus. — **Augustinus in libro De doctrina Christiana**[5] «Non enim omnia, ut ait **Augustinus**[5], quibus utendum est, diligenda sunt, sed ea sola quae vel nobiscum societate quadam referuntur in Deum,

4-5 Aug... Trinit. *om.* ARVW. 11 Rubrica *om.* CRVW. 22 Quae] hac *add.* ABCX. U sint] sunt ALRV. 23 Rubrica *om.* LRVW.

1 Lib. VIII, c. 7, n. 10 (PL 42, 956; CCL 50, 284). 2 Rom. 13, 9. 3 Ioan. 13, 34. 4 Tract. 65, η. 2 (PL 35, 1809; CCL 36, 491s). 5 Lib. I, c. 23, n. 22 (PL 34, 27; CSEL 80, 19; CCL 32, 18).

Cap. 7: Prima auctoritas Augustini iam in *Glossa ordin.* in Rom. 13, 8 (l 29b; m 30b; apud Lyranum VI, 28c), dein in *Glossa* Lombardi in h.l. (PL 191, 1507 C), ubi parum supra explicatur verbum *instaurari;* illa *In Ioannem,* ibid. (1507 D - 1508 A).

sicut est homo vel angelus; vel ad nos relata, beneficio Dei per nos indigent, ut corpus », quod ita « praecipiendum 1 est diligi, ut ei ordinate prudenterque consulatur ».

DISTINCTIO XXVIII

Cap. 1 (104).

1. Si illo praecepto iubemur diligere totum proximum et nos totos. Hic potest quaeri utrum illo mandato dilectionis proximi totum proximum, id est animam et corpus, nosque ipsos totos diligere praecipiamur.

2. Augustinus in libro De doctrina Christiana. Ad quod dicimus omne genus diligendarum rerum illis duobus mandatis contineri. « Quatuor enim diligenda sunt, ut ait **Augustinus**2: unum quod supra nos est, scilicet Deus; alterum quod nos sumus; tertium quod iuxta nos est, scilicet proximus; quartum quod infra nos est, scilicet corpus. De secundo et quarto nulla praecepta danda erant», scilicet ut diligeremus nos vel corpus nostrum. Praecipitur autem Deus diligi et proximus; « ut 3 autem quisque se diligat, praecepto non est opus ». « Quantumlibet4 enim homo excidat a veritate, remanet illi dilectio sui et dilectio corporis sui », quia *nemo unquam carnem suam odio habuit*5. Nam viri iusti qui corpus suum cruciant, « non 6 corpus, sed corruptiones eius et pondus oderunt ».

3. Hic videtur **Augustinus** tradere quod ex praecepto non teneamur diligere nos ipsos vel corpus nostrum. Quod si est, non omne

7 potest quaeri *trp.* BCNR. 9 Rubrica *om.* RVW.

1 August., ibid., c. 25, n. 26 (PL 34, 29; CSEL 80, 22; CCL 32, 20). 2 Lib. I, c. 23, n. 22 (27; 19; 18). 3 Ibid., c. 26, n. 27 (29; 22; 21). " Ibid., c. 23, n. 22 (27; 19; 18). 5 Eph. 5, 29. « August., ibid., c. 24, n. 24 (28; 20; 19).

Dist. XXVIII, cap. 1-3: Cf. Hugo de S. Victore, *De sacram.,* II, 13, 7 (PL 176,531 C - 534 A). Doctrinam autem horum capp. Magister directe traxit, ut videtur, ex opere Augustini, *De doctrina Christiana;* cf. etiam *Glossa* Magistri in I Tim. 1, 5 (PL 192, 329 A-C). Videsis usum istius doctrinae in Sermone 19 eiusdem Magistri (PL 171, 520 C). — Num. 3: Interpretatio duorum praeceptorum quam Magister super verba Augustini fundavit, iam ab anno 1163 improbatur a Gerhoho praeposito Reichersbergensis in suo opusculo *De gloria et honore Filii hominis,* c. 18, n. 5 (PL 194, 1141 B); ac iterum anno sequenti in *Epist. XVIII,* ad Alexandrum Papam III (PL 193, 565 A-D).

genus diligendarum rerum illis duobus praeceptis continetur, cum et nos ipsos et corpus nostrum diligere debeamus, ad quod necessarium est praeceptum, cum scriptum sit k *Qui diligit iniquitatem, odit animam suam.*

4. Sed speciale de hoc praeceptum non erat dandum, nec speciali praecepto opus erat id tradi, ut quisque se vel corpus suum diligeret, quia hoc in illo praecepto continetur 2; *Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Ibi enim et proximum totum et te totum intelligere debes. Unde Augustinus in eodem 3: « Si te totum intelligas, id est animam et corpus, et proximum totum, id est animam et corpus: homo enim ex anima constat et corpore, nullum rerum diligendarum genus in his duobus praeceptis praetermissum est. Cum enim praecurrat dilectio Dei eiusque dilectionis modus praescriptus appareat, et sequatur dilectio proximi, de tua dilectione nihil dictum videtur. Sed cum dictum est: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum,* simul et tui abs te dilectio praetermissa non est ». Ecce hic aperte dicit in illo praecepto non modo proximi, sed et mei dilectionem contineri, et totius proximi totiusque mei.

5. Ex quo apparet quod dictum est 4, 'de secundo et quarto, id est de dilectione nostri et corporis nostri, nulla praecepta danda esse', ita esse intelligendum, scilicet specialia et divisa; quia in illo uno totum continetur, et « quia5 id quod sumus et quod infra nos est, ad nos tamen pertinens, naturae lege diligimus, quae in bestiis etiam est». Ideoque «et de illo quod supra nos et de illo quod iuxta nos est divisa praecepta sumpsimus », in quorum altero eius quod sumus et illius quod infra nos est dilectio continetur.

Cap. 2 (105).

Si illo praecepto continetur dilectio angelorum. — Augustinus in libro De doctrina Christiana : « Oritur 6 autem hic de angelis quaestio, utrum ad illud praeceptum dilectionis proximi etiam dilectio pertineat angelorum ».

7 hoc *om.* ABL. 23 nosq est *add.* BCNV, *add. interi.* X. 25 continetur] notuia (supra, *p. 165, 1-9) hic add. (seu rep.)* AB *(partim)* CLRT.

1 Ps. 10, 6. 2 Matth. 19, 19; 22, 39. 3 *De doctrina christ.,* I, c. 26, n. 27 (PL 34, 29; CSEL 80, 23; CCL 32, 21s). 4 Supra, in num. 2. 5 *August, in eodem* (rubr.), I, c. 26 (PL 34, 29; CSEL 80, 22; CCL 32, 21). « Lib. I, c. 30, n. 31 (30s; 25; 23s).

Cap. 3 (106).

1. **Quid sit proximus?** — **Augustinus in libro De doctrina Christiana:** « Nam [1] quod nullum hominem exceperit qui praecepit proximum diligere, Dominus in parabola *semivivi relicti* [2] ostendit, eum dicens *proximum* qui erga illum exstitit misericors [3]. Deinde subdit: *Vade, et tu fac similiter,* ut eum proximum intelligamus, cui vel exhibendum est officium misericordiae si indiget, vel exhibendum esset si indigeret. Nullum vero exceptum esse, cui misericordiae negandum sit officium, quis non videat? cum usque ad inimicos etiam porrectum sit, Domino dicente [4]; *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos* ». « Manifestum [5] est igitur omnem hominem proximum esse deputandum ».

2. **Quod hoc nomen proximus ad aliquid est:** — **Quod angeli illo praecepto contineantur:** « Proximi [6] vero nomen ad aliquid est, nec quisquam esse proximus nisi proximo potest ». Unde consequens est « et [7] cui praebendum et a quo praebendum est officium misericordiae recte proximum dici. Manifestum est igitur praecepto dilectionis proximi etiam sanctos angelos contineri, a quibus tanta nobis misericordiae impeduntur officia ».

3. **Quod etiam Christus proximus noster: quod secundum quod homo illo praecepto diligi praecipitur et diligere, non secundum quod Deus:** « Ex quo[8] et Dominus proximum se nostrum dici voluit, ut in parabola saucii significati et in Propheta [10]: *Quasi proximum et quasi fratrem nostrum sic complacebam.* Sed quia excellentior ac supra nostram naturam est divina substantia, praeceptum dilectionis Dei a proximi dilectione distinctum est ». Ideoque, licet Deus omnia nobis impendat beneficia, non tamen nomine 'proximi' includitur in illo praecepto: quem non sicut nos diligere debemus, sed plus quam nos, *toto corde et anima* [n]. Christum vero, in quantum homo est, sicut nos diligere debemus; eiusque secundum hominem dilectio illo continetur mandato. Quem etiam secundum ho-

2 Quid] Quis OT. 8 sit] est LRV, *quod corr. interi.* V. 10 vestros] et *add.* ABCMN *(interi.)* T. 12-13 Quod angeli... contineantur *om.* AVW. 12 angeli] in *add.* BCX. 19-20 Rubrica *abbrev.* AR, *om.* VW. 19 noster] est *add.* ABCNRX, dicitur *add.* L. ‖ quod»] qui CLNRX. 22 et» *om.* LNOVR.

1 **Lib. I, c. 30, n. 31 (31; 25s; 24).** 2 **Resp. Luc. 10, 30-37.** 3 **Resp. Luc. 10, 37.** 4 **Matth. 5, 44; Luc. 6, 27.** 5 **August., ibid., c. 30, n. 32 (31; 26; 25).** 6 **Ibid., n. 31 (31; 25; 24).** 7 **Ibid., n. 33 (31; 26; 25).** 8 **Ibid.** 9 **Resp. Luc. 10, 36-37.** 10 **Ps. 34, 14.** n **Vide supra, Dist. 27, c. 5, n. 4.**

minem magis quam nos, sed non quantum Deum, debemus diligere, quia in quantum est homo, minor est Deo.

Cap. 4 (107).

Quibus modis dicitur proximus. Hic notandum est proximum dici diversis modis, scilicet conditione primae nativitatis, spe conversionis, propinquitate cognationis, ratione beneficii exhibitionis.

DISTINCTIO XXIX

Cap. 1 (108).

1. **De ordine diligendi: quid prius, quid post.** Post praedicta de ordine caritatis agendum est, quia dicit sponsa 1; *Introduxit me rex in cellam vinariam et ordinavit in me caritatem.* — **Ambrosius**: « Videamus 2 igitur ordinem, quid prius, quid post esse debeat. Peccat enim qui praepostere agit: nam scire quid facias, et nescire ordinem faciendi, non est perfectae cognitionis. Ordinis namque ignorantia conturbat meritorum formam».

2. **Augustinus in I libro De doctrina Christiana**: Ordinem autem diligendi **Augustinus** 3 insinuat dicens: « Ipse est qui ordinatam habet dilectionem, ne aut diligat quod non est diligendum, aut non diligat quod diligendum est, aut aeque diligat quod minus vel amplius

9 prius] et *add.* BC ‖ post] posterius NVX. 11 Ambrosius *om.* RVW. 15 Rubrica *om.* LRVW.

1 **Cant. 2, 4.** 2 *In Psalm. 118,* **27, sermo 4, n. 12 (PL 15 [1845], 1245 A; CSEL 62, 73s).** 3 **Cap. 27, n. 28 (PL 34, 29s; CSEL 80, 23; CCL 32, 22).**

Cap. 4 concinnatur ex *Glossa* **in Ps. 11, 3 (PL 191, 155 B), quae forsitan dependet a** *Glossa ord.* **in h.l. (apud Lyranum III, 102a; quae in parte tantum invenitur in cod. Laurent. Plut. XVII 4, f. 12b); et ex** *Glossa* **in Eph. 4, 25 (PL 192, 205 D). Vide etiam Augustini** *Sermonem de hac lectione,* **scii, in Eph. 4, 25: « Proximus est omnis homo. Omnes proximi sumus conditione terrenae nativitatis; et [= sed] aliter fratrem [= fratres] illa spe caelestis hereditatis. Proximum tuum debes putare omnem hominem, et antequam sit Christianus » (apud Florum, col. 588); ex** *Enarr. in Ps. 25,* **II, n. 2 (PL 36, 189; CCL 38, 142-143).**

Dist. XXIX, cap. 1, n. 1: Verba Ambrosii, ex *Glossa* **in Ps. 118, 27 (PL 191, 1058 C-D). — Num. 2: Quasi tota auctoritas Augustini invenitur in** *Glossa* **in I Tim. 1, 5 (PL 192, 329 A-B); sumitur potius ex originali Augustini. Cf. etiam** *Sermo 19* **Magistri nostri (PL 171, 520 C).**

diligendunvest, aut minus vel amplius quod aeque diligendum est. Omnis peccator, in quantum peccator est, non est diligendus; et omnis homo, in quantum est homo, diligendus est propter Deum; Deus vero propter se ipsum. Et Deus propter se omni homine amplius diligendus est; et amplius quisque Deum debet diligere quam se ipsum. Item amplius alius homo diligendus est quam corpus nostrum: quia propter Deum omnia ista diligenda sunt, et potest nobiscum Deo perfrui: quod non potest corpus, quia corpus per animam vivit qua fruimur Deo ».

3. Audisti aliqua de ordine caritatis: ubi expressum est nos amplius debere diligere Deum quam omnes homines vel nos ipsos, et amplius animum alius hominis quam corpus nostrum. In enumeratione etiam quatuor diligendorum superius posita i, prius ponitur quod supra nos est, secundo quod nos sumus, tertio quod iuxta nos est, quarto quod infra nos est: ubi ordo diligendi insinuari videtur ex ratione enumerationis. — Non est autem apertum utrum omnes homines pariter debeamus diligere, et tantum quantum nos vel minus.

Cap. 2 (109).

1. An omnes homines pariter diligendi sint. Unde et super hoc saepe movetur quaestio, quam perplexam faciunt Sanctorum verba varie prolata.

2. Auctoritates ponit quae videntur dicere omnes pariter diligendos, sed in effectu differentiam esse. Quidam enim tradere videntur quod pari affectu omnes diligendi sint; sed in effectu, id est in exhibitione obsequii, distinctio observanda sit. — **Augustinus in libro I De doctrina Christiana.** Unde **Augustinus**2: « Omnes homines aeque diligendi

3 est homo *trp.* BCLMRTX. 5 Deum debet *trp.* NT *Aug.* 7 nobiscum] alius homo *add. Aug., add. interi, ad* perfrui V. 14 enumerationis] numerationis ALRW. 18 sint] sunt ABNVX. 20-21 Rubr. om. W, *abbrev.* AR. 23-24 Rubrica *om.* LRVW.

1 Dist. 28, c. 1, n. 1. 2 Cap. 28, n. 29 (30; 23s; 22s).

Cap. 2, num. 1: Quaestio ut in fine num. 3 capituli praecedentis, ex *Stunma sent,* IV, 7 (PL 176, 125 A). — Num. 2: *Quidam* iam indicantur in parte in *Summa sent.* Distinctio inter affectum et effectum necnon et differentia in operis exhibitione inveniuntur in libro *Pancrisis* magistri Anselmi Laudunensis (ed. O. Lottin, in *Psych, et morale,* tom. V, n. 71, p. 61, lin. 9-10; et p. 63, lin. 10 et 19); in sententiis eius scholae, nn. 432-433 *(Psych, et morale, V,* p. 297); in *Sententiis* pseudo-Anselmi (ed. F. Bliemetzrieder, *Anselms von Laon systematische Sentenzen,* in BGPTMA XVII, Heft 2-3, p. 81); in tractatu seu summula *Prima rerum origo* (cf. H. Weisweiler, *Die âltesten scholastischen Gesamtdarstellungen der Théologie,* in *Scho-*

sunt; sed cum omnibus prodesse non possis, his potissimum consulendum est, qui pro locorum et temporum vel quarumlibet rerum opportunitatibus constrictius tibi quasi quadam sorte iunguntur. Pro sorte enim habendum est quo quisque tibi temporaliter colligatius adhaeret, ex quo legis potius illi dandum esse». — Idem, *Super Epistolam ad Galatas*[1]: « *Operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei,* id est ad Christianos. Omnibus enim pari dilectione vita aeterna optanda est, etsi non omnibus eadem possunt exhiberi dilectionis officia». Quae fratribus maxime sunt exhibenda, « quia sunt *invicem membra* [2] », « qui habent eundem Patrem [3] ». — His aliisque testimoniis innituntur, qui dicunt omnes homines pariter diligendos esse caritatis affectu, sed in operis exhibitione differentiam.

3. **Quae his repugnare videntur.** Quibus obviat illud praeceptum Legis de diligendis parentibus [4]: *Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longaevus super terram.* Ut quid enim specialiter illud praeciperetur de parentibus, nisi maiori dilectione forent diligendi ? — Sed hoc illi referendum dicunt ad exteriorum exhibitionem, in qua praeponendi sunt parentes; unde *honora* dixit, non *dilige.*

4. **Hieronymus ?** Obviat etiam illis quod **Hieronymus,** *Super Ezechielem*[5], ait; scilicet « ut ordine caritatis, sicut scriptum est [6]; *Ordinavit in me caritatem,* post omnium patrem Deum, carnis quoque pater diligatur et mater, et filius et filia, frater et soror ».

5. **Ambrosius ?** **Ambrosius**[7] quoque, diligendi exprimens or-

13 videntur] videantur NVW. 14 tuum *om.* LMORTW. ‖ tuam *om.* LNORW. 19 Rubrica *om.* CLMRVW. 22 filia] et *add.* BCLR. 23 Rubrica *om.* CLRVW.

1 *In Oalat.* 6, 10, n. 61 (PL 35, 2146). 2 Eph. 4, 25; Ambroslaster, *In Galat.* 6, 10 (PL 17 [1845], 371 A; CSEL 81-III, 65); sine rubrica in codd. nostris. 3 *Hieron.* (rubr.), in h.l. (PL 26 [1845], 433 A). 4 Exod. 20, 12; Deut. 5, 16. 5 *In Ezech.* 44, 25 (PL 25 [1845], 442 C; CCL 75, 667); propius, ex *Glossa ordin.* in h.l. (apud Lyranum, IV, 282c). » Cant. 2, 4. 7 *Glossa ordin.* in Cant. 2, 4 (apud Lyran., III, 357d); ex Origene, non Ambrosio, in h.l., hom. 2, n. 8 (PG 13, 54 A-B).V,

lastik, 16, 1941, 252s et 364); et in *Sententiis Atrebatensibus* (ed. O. Lottin, in *Psych, et morale,* V, 419-420). Prima auctoritas Augustini ex parte in *Summa sent,* et in *Glossa* in I Tim. 1, 5 (PL 192, 329 B); sed potius sumitur ex originali. Alia, ex *Glossa* in Gal. 6,10, unacum Ambrosiastro et Hieronymo (PL 192, 165 D).

Num. 4-5; Eo quod Anselmus et sequaces eius confirmationem suae opinionis in Cant. 2, 4 invenerant, Magister eis opponit auctoritates Hieronymi et ps.-Ambrosii (scii. Origenis). De commento orali Magistri nostri super verba Ambrosii adest testimonium Petri Manducatoris; cf. I. Brady, *Peter Manducator and the oral Teachings of Peter Lombard,* in

dinem, super illud Canticorum: *Ordinavit in me caritatem,* secundo capitulo, ait: «Multorum caritas inordinata est: quod in primo est, ponunt tertium vel quartum. Primo Deus diligendus est, secundo parentes, inde filii, post domestici; qui si boni sunt, malis filiis praeponendi sunt. Secundum hoc in Evangelio [1] ad cuiusque dilectionem proprium ponit: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex omnibus viribus tuis,* et *proximum tuum sicut te ipsum,* et *inimicos* [2]. non *ex tota virtute,* non *sicut te ipsum,* sed simpliciter. Sufficit enim quod diligimus et non odio habemus ».

6. **Ordo diligendi hic ostenditur.** Ecce ex praemissis aperte insinuatur quae in affectu caritatis distinctio sit habenda: ut differenti affectu, non pari, homines diligamus, et ante omnia Deum, secundo nos ipsos, tertio parentes, inde filios et fratres, post domesticos, demum inimicos diligamus. — Sed inquiunt illi quae de ordine dilectionis supra dicuntur esse referenda ad operum exhibitionem, quae differenter proximis exhibenda sunt: primo parentibus, inde filiis, post domesticis, demum inimicis; Deum vero tam affectu quam obsequii exhibitione ante omnia diligendum.

7. **Quod aliqui eorundem tradunt tantum proximos quantum nos debere diligere.** Quorum etiam nonnulli tradunt affectu caritatis tantum proximos esse diligendos quantum nos ipsos diligimus. — **Augustinus in libro VIII De Trinitate** [3]. Quod confirmant auctoritate Augustini, qui ait: « Nec illa iam quaestio moveat, quantum caritatis fratri debeamus impendere, quantum Deo. Incomparabiliter plus Deo quam nobis; fratri

1-2 secundo capitulo X, capitulum AW, primum capitulum NOT, primo capitulo V, ut capitulum M, see. Apostolum B, see. capitulum C, quintum cap. LR. 11 quae] quod LOW, *corr. in* quod X. 18 tradunt *trp. post* diligere (19) BCX. 20-21 Rubrica *om.* RVW. ‖ VIII] vii° BCX.

1 Lue. 10, 27; cf. Matth. 22, 37-39; Mare. 12,30-31. 2 Matth. 5, 44; Luc. 6, 27. 3 Cap. 8, n. 12 (PL 42, 959; CCL 50, 288s).

Antonianum, 41 (1966), 475. — Canticum canticorum iam ante saec. XII in capitula divisum erat; vide Bedam, *In Cantica* (PL 91, 1080 A-C), et H. H. Olunz, *History of the Vulgate in England from Alcuin to Roger Bacon,* Cambridge 1933,342, ubi tractat de exemplari Herbert! de Bosham, discipuli Lombardi.

Num. 6: Vide sententias scholae Anselmi, nn. 432-433 (O. Lottin, *Psych, et morale* V, 297); ex. gr.: ‹ Cum enim ad omnes equaliter debeat esse affectus propter Deum, patri et matri pre ceteris debet exhiberi effectus » *[ed:* affectus]. Cf. etiam *Sententiae Atrebatenses,* 420, lin. 126-131. — Num. 7: Opinio nonnullorum commemorari videtur in *Summa sent.,* IV, 7: « Nec est intelligendum *sicut teipsum,* id est quantum teipsum, sicut quidam exponunt » (PL 176, 125 A); sed qui sint, nescimus.

vero quantum nobis; nos autem tanto magis diligimus, quanto magis diligimus Deum ». — Ex hoc et praemissis testimoniis **Augustini** asserunt omnes homines pariter diligendos a nobis, et tantum quantum nos; Deum autem plus quam nos, corpus vero nostrum minus quam nos vel proximos. Nec in enumeratione praemissa [1] quatuor diligendorum ordinem diligendi assignari dicunt, sed tantum quae sunt diligenda.

8. **Secundum alios non pari affectu omnes diligendi sunt.** Verum quia praemissa verba **Ambrosii** ordinem diligendi secundum affectum magis quam secundum effectum diligenter intuentibus explicare videntur, non indocte alii dicunt non modo in exhibitione operis, sed etiam in affectu caritatis ordinem differentem esse statutum: ut ante omnia diligamus Deum, secundo nos, tertio parentes, quarto filios vel fratres et huiusmodi, postea domesticos, demum inimicos.

9. **Determinatio auctoritatum quae videntur adversari.** Quod vero **Augustinus** dicit [2], pariter omnes esse diligendos et pari dilectione omnibus vitam optandam, ita accipi potest: ut paritas non ad affectum referatur, sed ad bonum quod eis optatur, quia caritate omnibus optare debemus ut paria bona mereantur, sicut Apostolus dicit [3]; *Volo omnes homines esse sicut me.* Optanda est enim minoribus perfectio maiorum, ut ipsi fiant perfecti et sic parem mereantur beatitudinem. Vel 'pari dilectione', id est eadem dilectione omnes diligendi sunt. — Item quod ait [4], ut tantum diligamus fratres quantum nos, ita intelligi potest: id est ad tantum bonum diligamus fratres ad quantum nos, ut tantum bonum eis optemus in aeternitate quantum nobis, etsi non tanto affectu. Vel ibi 'quantum' similitudinis est, non quantitatis.

10. **Quaestio de parentibus malis et aliis bonis.** Solet etiam quaeri, si parentes nostri mali sint, vel filii, vel fratres, an magis vel minus diligendi sint aliis bonis, hac ratione nobis non copulatis. — Videtur quod magis sint diligendi boni qui nobis carne non sunt coniuncti, quam alii carne coniuncti: quia nobis sunt coniuncti corde, glutino caritatis; sanctior

16 affectum] effectum CLMRW. 27 mali sint *trp.* BCNX. ‖ sint] sunt LOVW. 29 sint diligendi *trp.* ABCNV. ‖ alii] mali AT2 *(mg.)* V2.

1 De qua supra, c. 1, n. 1. 2 *Super Epist. ad Qalat.,* hic supra, num. 2. 3 I Cor. 7, 7. 4 Supra, in num. 7.

Num. 8: Forsitan *alii* respicit auctorem *Summae sent.,* IV, 7 (PL 176, 125 B), qui parum infra verba Augustini (hic in num. 9) exponit.

est enim copula cordium quam corporum. — **Beda**[1]: Unde **Beda**[1] de illis verbis Domini[2]: *Mater mea et fratres mei hi sunt, qui verbum Dei faciunt,* ait: « Non iniuriose negligit matrem, nec mater negatur, quae etiam de cruce agnoscitur[3], sed religiosiores monstrantur copulae mentium quam corporum ». — Verumtamen latebrosa quaestio est haec, nec a nobis plene absolvenda properantibus ad alia.

11. Movemur enim super verbis illis[4]: «Inimicos non ex tota virtute, non sicut te ipsum iubet diligere, sed simpliciter: sufficit enim quod diligimus et non odio habemus ». — Quod non ita accipiendum est, quasi sufficiat tibi diligere inimicum et non *sicut te ipsum:* quia omnes, et amicos et inimicos, sicut te ipsum diligere debes. Sed ad ostendendum gradus diligendi Deum et proximum et inimicum, qui tamen proximus est, 'propria Dominus ponit', cum ait[5]; *Diliges Deum ex tota virtute,* et *proximum sicut te:* non ait *ex tota virtute,* ut ostendat proximum diligendum minus quam Deum. Dicit etiam[6]; *Diligite inimicos,* nec addit *ex tota virtute,* nec *sicut te ipsum,* 'sed simpliciter: sufficit enim quod diligimus et non odio habemus': id est sufficit dicere ut diligamus et non odio habeamus; non quin eos diligere debeamus sicut nos, quia proximi sunt; sed sufficit si eos minus diligimus quam alios proximos: quod dictionis genus innuit.

12. **Quaestio. — Augustinus in libro Retractationum**[7]: Quaeri etiam solet « cur[7] Dominus praeceperit diligere inimicos[8], cum alibi praecipiat odio habere parentes et filios[9]». — Ad quod dicendum est duo esse diligenda in homine: naturam et virtutem; vitium vero et peccatum odiendum. Et parentes ergo, in quantum mali sunt, odiendi sunt; et inimici diligendi in quantum homines. « Diligamus[10] ergo inimicos lucrandos regno Dei, et odiamus in propinquis si impediunt nos a regno Dei »; et in omnibus communiter naturam diligamus quam Deus fecit.

1 est enim *trp.* ABCOV. ‖ Bedai *om.* LMRV. 4 agnoscitur] cognoscitur ANR. 7 verbis illis *trp.* MOT. 10 et2 *om.* ABCX. 14 te] ipsum *add.* BCNV. 19 dictionis] distinctionis BC, *cui* id est locutionis *add.* B *(interi.)* C *(in textu),* conditionis M, dilectionis VX, *quod corr.* V. 21 praeceperit] precepit LNV. 26 nos *om.* AMNRTX *Aug.*

1 Reapse ex *Glossa ordin.* in Luc. 8, 20, confecta partim ex Beda in Luc. 8, 19 (PL 92, 433 D - 434 A; CCL 120, 179), partim et latius ex Ambrosio in Luc. 8, 21 (PL 15 [1845], 1678 C; CSEL 32-III, 247s; CCL 14, 188). 2 Luc. 8, 21. 3 Resp. Ioan. 19, 26. 4 Hic supra relatis, in num. 5. 5 Mare. 12, 30-31. 6 Matth. 5, 44; Luc. 6, 27. 7 Lib. I, c. 19, n. 5 (PL 32, 615; CSEL 36, 91), retractans quod dixerat in *De Serm. Domini in monte,* I, c. 15, n. 41 (PL 34, 1250; CCL 35, 44s). 8 Matth. 5, 44. 9 Luc. 14, 26. 10 August., ibid. (PL 32, 615; CSEL 36, 92).

Num. 12: Cf. *Glossa* Magistri in Ps. 118, 113 (PL 191, 1100 B-C); et *Summa sent.,* IV, 7 (PL 176, 125 C).

Cap. 3 (110).

1. **De gradibus caritatis.** Sciendum quoque est diversos esse gradus caritatis: est enim caritas incipiens, proficiens, perfecta, perfectissima. — **Augustinus, super Epistolam Ioannis** Unde **Augustinus**[1]: « Perfecta caritas haec est: ut quis paratus sit pro fratribus etiam mori. Sed numquid mox ut nascitur, iam prorsus perfecta est ? Immo, ut perficiatur nascitur; cum fuerit nata, nutritur; cum fuerit nutrita, roboratur; cum fuerit roborata, perficitur; cum ad perfectionem venerit, dicit: *Cupio dissolvi*[2] » etc. Hic aperte progressus et perfectio caritatis insinuatur.

2. Quam perfectionem etiam Veritas commendat dicens[3]: *Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Quod utique dictum est de opere dilectionis, quia maior dilectionis effectus non est, quam ponere animam pro aliis. Nec te moveat quod ait *pro amicis:* qui enim ponit animam pro amicis, ponit et pro inimicis, ad hoc ut et ipsi fiant amici.

DISTINCTIO XXX

Cap. unicum (111).

1. **Si melius est diligere amicos quam inimicos, et e converso.** Hic solet quaeri quid potius sit plurisque meriti, diligere amicos, an diligere inimicos. — Sed haec comparatio implicita est. Si enim conferatur dilectio 'amicorum tantum' dilectioni 'amicorum et etiam inimicorum',

4 Rubrica *om.* RVW. 9 etc.] et esse cum Christo (etc. *add.* T) BCNT. 15 et *om.* LTVX. 18 et] vel ABNW. 21 etiam *om.* BCMNR.

1 *In I Ioan.,* 3, 9, tr. 5, n. 4 (PL 35, 2014). 2 Phil. 1, 23. 3 ioan. 15, 13.

Cap. 3: Cf. L. Ott, *Untersuchungen zur theol. Briefliteratur,* 335-338, ubi agitur de tribus gradibus secundum Gualterum de Mauretania; qui tres inveniuntur etiam apud Anselmum Laudun. (Cf. O. Lottin, *Psych, et morale, V,* 64-65). Quandam variationem graduum infra (Dist. XXXI, cap. 1, num. 9) admittit ipse Magister, sub influxu Gratiani. — Num. k Auctoritas Augustini, ex *Glossa* in II Cor. 12, 15 (PL 192, 88 B).

Dist. XXX: Cf. A. M. Landgraf, *Die Bestimmung des Verdienstgrades,* in *Dogmengeschichte* 1-2, 82-98, ubi cl. auctor potius illustrat doctrinam discipulorum Lombardi super hanc quaestionem.

perspicua e^t absolutio. Sed si in aliquo uno homine, qui diligit simul amicum et inimicum, quid horum potius sit quaeratur, obscura est responsio: quia de motu mentis agitur de quo non est nobis facile iudicium, an unus et idem motus sit erga amicum et inimicum, sed erga amicum intensior; an duo: unus erga inimicum, qui dicitur difficilior; alter erga amicum, qui videtur ferventior. Nec incongrue putatur melior qui est ferventior. Vel si unus idemque est, inde potior ubi est ardentior, non improbe aestimatur.

2. **Augustinus in Enchiridion** [5]. Augustinus tamen sentire videtur maius esse diligere inimicum quam amicum. Qui perfectorum esse dicit diligere inimicos et benefacere eis, neque hoc a tanta multitudine impleri, quanta exauditur in oratione dominica cum dicitur [1] *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Illam enim sponsionem dicit a multis impleri, qui nondum diligunt inimicos. Ait enim sic [2]: « Magnum est erga eum qui tibi nihil mali fecerit esse benevolum et beneficum; illud multo grandius, et magnificentissimae bonitatis est, ut tuum quoque inimicum diligas, et ei qui tibi malum vult, et si potest facit, tu semper bonum velis faciasque quod possis, audiens dicentem Iesum [3]: *Diligite inimicos vestros* et *benefacite his qui oderunt vos, et orate pro persequentibus et calumniantibus vos.* Sed quoniam perfectorum filiorum Dei est istud, quo quidem se debet omnis fidelis extendere, et humanum animum ad hunc affectum orando Dominum secumque agendo luctandoque perducere, tamen quia hoc tam magnum bonum tantae multitudinis non est, quantam credimus exaudiri cum dicitur in oratione [4]: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris,* procul dubio verba sponsionis huius implentur, si homo qui nondum ita profecit ut etiam diligat inimicum, tamen quando rogatur ab homine qui peccavit in eum ut ei dimittat, dimittit ex corde: qui etiam sibi roganti vult dimitti cum orat et dicit: *sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* ». — « Quicumque [5] vero rogat hominem in quem peccavit, si peccato suo movetur ut roget, non est adhuc deputandus inimicus, ut eum diligere sit difficile, sicut erat quando inimicitias exercebat. Quisquis vero roganti et poenitenti non dimittit, non aestimet a Domino sua peccata dimitti; quia mentiri Veritas non potest, quae cum docuisset oratio-

6 melior] ille *add.* BCLOV. 9 - p. 180, 2 Augustinus... accipiendum est [i.e. *usque ad finem Dist.*] *om.* M. 19 et *om.* BCVWX.

1 **Matth. 6, 12.** 2 **Cap. 73 (PL 40, 266s; CCL 46, 88s).** 3 **Matth. 5, 44; cf. Luc. 6, 27.** 4 **Matth. 6, 12.** 5 *Enchiridion,* **c. 74 (PL 40, 267; CCL 46, 89).**

nem, hanc in ea positam sententiam commendavit dicens[x]: *Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et vobis Pater vester; si vero non dimiseritis, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra».*

3. Ecce hinc haberi videtur quod et praetaxavimus, scilicet maioris virtutis esse diligere inimicum et benefacere ei, quam illum qui nihil mali nobis fecit vel amicum. — Quod si quis concedere simpliciter noluerit, dicens: intensius diligitur amicus quam inimicus, et ideo illud potius isto, determinet ista secundum praemissam intelligentiam [2], dicens ibi comparationem factam inter dilectionem qua tantum diligitur amicus, et illam qua amicus et inimicus diligitur.

4. Illud vero quod sequitur magis nos movet, quod scilicet dicit [3] 'non esse tantae multitudinis diligere inimicos, quanta exauditur cum dicitur: *Dimitte nobis'* etc., ubi dat intelligi quod alicui a Deo dimittuntur peccata non diligenti inimicum, si tamen fratri roganti, qui in se peccavit, dimittit. — Sed cum peccata non dimittantur alicui adulto nisi caritatem habeat, sequitur ut caritatem habeat qui non diligit inimicum. Quomodo ergo nomine 'proximi' omnis homo intelligitur in illo mandato [4]: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum ?* Si enim omnis homo 'proximus' est, tunc inimicus; praecipimur ergo inimicos diligere. Et quia illud praeceptum generale est, omnibus praecipitur omnes homines diligere, etiam inimicos.

5. Quidam, quod hic dicitur simpliciter tenere volentes, illud praeceptum determinant dicentes illic perfectis dari in praeceptum diligere omnem hominem, etiam inimicum, minoribus vero in consilium; in praeceptum vero eos diligere qui nihil mali fecerunt eis, et inimicos non odire. — Sed melius est ut intelligatur omnibus illo mandato praecipi cunctos diligere, etiam inimicos; cui sensui attestantur superius positae auctoritates [5] et aliae multae.

6. Illud vero **Augustini** novissime positum [6] de perfecta caritate dictum intelligitur, quae tantum perfectorum est, qui non solum amicos, sed etiam inimicos perfecte diligunt eisque benefaciunt. Quae perfectio dilectionis 'non est tantae multitudinis, quanta exauditur in oratione dominica'. Et hoc revera grande est et eximiae bonitatis, scilicet perfecte diligere inimicum. Ita et cum dicit [7] 'impleri verba illius spon-

4 et *om.* NRTWX, *add. interi.* L2. 13 dat] datur BCX. 19 ergo] et *add.* BLCO. 29 perfectorum est *trp.* BCW.

1 Matth. 6,14-15. 2 Hic, sub num. 2. 3 In medio num. 2, supra. 4 Matth. 22,39; Marc. 12,31; quod omnis homo proximus est, dixit Augustinus supra, Dist. 28, c. 3, n. 1. 5 In Dist. 27-28. 6 Hic supra, n. 2. 7 Ad initium n. 2.

sionis ab lyimine qui non ita profecit ut diligat inimicum', de dilectione perfecta accipiendum est.

DISTINCTIO XXXI

Cap. 1 (112).

1. **SI caritas semel habita amittatur.** Illud quoque non est praetereundum, quod quidam asserunt caritatem semel habitam ab aliquo non posse excidere, nullumque damnandum hanc aliquando habere. Qui hanc traditionem subditis muniunt testimoniis:

2. Apostolus ait i; *Caritas nunquam excidet.* — **Augustinus, ad Iulianum comitem** Augustinus etiam inquit2; «Caritas quae deseri potest, nunquam vera fuit». — **Super Psalmum CIII** ? Item 3; «Caritas est fons proprius et singularis bonorum, cui non communicat alienus. Alieni sunt omnes qui audituri sunt 4: *Non novi vos* ». De hoc fonte Scriptura ait 5; *Fons aquae vivae sit tibi proprius, et nemo alienus communicet tibi.* Si autem alieni sunt qui audituri sunt illam vocem, non ergo huic fonti communicant damnandi.

1 I Cor. 13, 8. 2 Rectius Paulinus Aquileiensis, *Liber exhortationis de salutaribus documentis,* c. 7 (PL 99, 202 A; inter opp. August., PL 40, 1049); ex Hieron., *Epist. 3 (ad Pufinum),* n. 6 (PL 22 [1859], 335; CSEL 54, 18). 3 Sermo 1, n. 9 (PL 37, 1344; CCL 40, 1482); partim in *Olossa ordin.* in I Cor. 13,1 (apud Lyranum, VI, 53c; cod. 1 63c; m 61d). AMatth. 7, 23. 5 Prov. 5, 17-18; de hac versione cf. CSEL 12, 679; et L. Ott, *Untersuchungen,* 337.

Dist. XXXI, Cap. 1: Cf. Joh. Schupp, *Die Gnadenlehre des Petrus Lombardus,* 266-273; L. Ott, *Untersuchungen zur theol. Briefliteratur,* 328-335; A. M. Landgraf, *Unverlierbarkeit, Vollkommenheit, Vermehrung und Verminderung der Caritas,* in *Dogmengeschichte* 1-2, 136-203, praesertim 136-169, ubi loci paralleli indicantur. — Maior fons huius capituli *Decretum* exstat Gratiani quod dehinc tam in tertio libro quam in quarto magnam habebit partem inter fontes Magistri (cf. Proleg. ad tom. I, 120*). — Num. 1: Cf. Hugo de S. Victore, *De sacram.* II, 13, 11: *Utrum charitas semel habita amittatur* (PL 176, 539 B). *Quidam* forsitan inveniuntur in schola Anselmi Laudun. (cf. 0. Lottin, *Psych, et morate,* V, 64, lin. 32ss; A. M. Landgraf, uti supra, 143) et Petri Abaelardi (cf. *Sic et non,* c. 138; PL 178, 1576 B). Antecedit enim haec sententia operibus Hugonis, *Summae sent.,* Gratiani, etc. — Num. 2: Primae duae auctoritates, ex *Decreto,* De poenitentia d. 2, c. 7 et c. 2 (ed. Aem. Friedburg, 1192, 1190).

3. **Augustinus** : Item **Augustinus**, *Super Epistolam Ioannis* i; « Radicata est caritas ? securus esto: nihil mali procedere potest ». — **Gregorius** Item **Gregorius** in *Moralibus*2:* «*Valida est ut mors dilectio* 3. Virtuti enim mortis dilectio comparatur, quia nimirum mentem quam semel ceperit, a dilectione mundi funditus occidit». — **Augustinus** : Item **Augustinus**, *Super Epistolam Ioannis*4: « *Unctio* invisibilis caritas est, quae in quocumque fuerit, radix illi erit; quae ardente sole arescere non potest: nutritur calore solis, non arescit ».

4. **Beda** : Item Beda, *Super Ioannem*5: «Quaerendum est quomodo speciale Filii Dei agnoscendi signum fuerit, quod super eum descenderit et manserit Spiritus. Quid magni est Filio Dei, quod in ipso manere Spiritus astruatur ? Notandumque quod semper in Domino manserit Spiritus; in sanctis vero, quamdiu mortale corpus gestaverint, partim semper maneat, partim rediturus secedat. Manet enim apud eos, ut bonis insistant actibus; recedit vero ad tempus, ne semper infirmos curandi, mortuos suscitandi, daemones eiciendi vel etiam prophetandi habeant facultatem. Manet ergo semper ut possint habere virtutes, ut mirabiliter ipsi vivant; venit ad tempus ut etiam aliis, per miraculorum signa, quales sint intus effulgeant ».

5. **Gregorius, super Ezechielem** : Item **Gregorius**6: « In sanctorum cordibus secundum quasdam virtutes semper manet Spiritus, secundum quasdam recessurus venit et venturus recedit. In his virtutibus, sine quibus ad vitam non pervenitur, in electorum suorum cordibus permanet; in his vero per quas sanctitatis virtus ostenditur, ut in exhibitione miraculorum, aliquando adest, aliquando se subtrahit ». — **Ambrosius** : Item **Ambrosius**7: « Ficta caritas est, quae in adversitate deserit ».

1 p. 182, 1 Item Aug... amittatur *om.* M. 12 astruatur] astruitur BCTV. 20 Rubrica *om.* RTVW.

1 *In 1 Ioan., 4,* 12-16, tr. 8, n. 9 (PL 35,2041). 2 Lib. X, c. 21, n. 39 (PL 75, 942 D - 943 A). 3 Cant. 8, 6. * In c. 2, 27: *unctionem quam accepistis,* scii. tr. 3, n. 12 (PL 35, 2004). 5 Ps-Beda, *In Ioan.* 1, 33: *Super quem videris Spiritum descendentem et manentem* (PL 92, 650 C-651 A). 6 Lib. I, hom. 5, n. 11 (PL 76,825 B; CCL 142,62). 7 *Ambr. super Ep. Rom.* (rubr.), sed rectius *Glossa ordin.* in II Cor. 6, 6: *in caritate non ficta* (apud Lyran., VI, 68c; cod. 1 85d; m 80d); ex Ambrosiastro in h.l., ubi legitur: «Simulata caritas in his est, qui in necessitate deserunt fratres» (PL 17 [1845], 300 B; CSEL 80-11, 241).

Num. 3-5: Ut ex rubricis apparet et operibus citatis, omnes auctoritates ex *Decreto,* De poen. d. 2, cap. 3, 4, 8, 6 (quibusdam omissis), et 11 (etiam cum quadam adaptatione), ^respective (ed. cit, 1190-1194).

6. Haec innuere videntur quod caritas, semel habita, non amittatur. Ideo quidam in praetaxatam prosiluerunt audaciam, dicentes caritatem a damnandis non haberi, nec a quoquam habitam posse amitti.

7. Quos ratio vincit et auctoritas. Quidam enim ad tempus sunt boni, qui postea fiunt mali, et e converso. Unde quorundam nomina Christus dicit 1 *scripta* in libro vitae, qui tamen postea *abierunt retro* 2; sed *scripta* dicit non secundum praescientiam, sed secundum praesentem iustitiam cui deserviebant, quia digni erant tunc illo bono quod habituri sunt scripti secundum praescientiam. — **Ambrosius in epistolam ad Romanos** 3: Unde Ambrosius 3; « Quibusdam gratia data est in usum, ut Sauli 4 et Iudae et illis discipulis quibus Dominus dixit 5; *Ecce nomina vestra scripta sunt in caeiis,* et post *abierunt retro 6.* Sed hoc dixit propter iustitiam cui deserviebant, quia boni erant. Frequenter enim ante sunt mali, qui futuri sunt boni; et aliquotiens prius sunt boni, qui futuri sunt et permansuri mali »; secundum quod dicuntur scribi in libro vitae et deleri.

8. **Determinatio auctoritatum praedictarum** 7, Quod vero Apostolus ait: *Caritas nunquam excidit,* nullatenus pro illis facit. Dignitatem enim caritatis ostendens, dicit eam non excidere, quia hic et in futuro erit; sed fides et spes evacuabuntur, et scientia 8. — Item quod dicitur, 'caritas nunquam fuisse vera, quae deseri potest', non ad essentiam caritatis refertur, sed ad efficientiam: quia non efficit caritas quae deseritur hominem vere beatum, non perducit ad verum bonum. — 'Huic etiam fonti alieni, id est damnandi, non communicant': scilicet in fine, quia non perseverant.

2 prosiluerunt] prosiliunt ALO, *quod corr. in* prosilierunt L2. 9 scripti] prescript» BCLORVW, *quod corr.* LO. ‖ Rubrica *om.* MRVW. 10 Sauli] et *add.* BCV. 12 caelis] celo ABCNX, libro vite V. 17 excidit] excidet LMTW. 22 non]; nec BCL.

1 Resp. Luc. 10, 20. 2 Ioan. 6, 67. 3 Ambrosiaster, in Rom. 9, 11-13 (PL 17, 135 B-D; CSEL 80-1, 314-317); partim in *Glossa ordin.* in Rom. 9, 23: *Ut ostenderet divitias* etc. (apud Lyranum, VI, 22a; l 21b; m 22c). 4 Resp. 1 Reg. 9, 2: *Saul, electus et bonus.* s Luc. 10, 20. 6 Ioan. 6, 67. 7 Supra, in num. 2. 8 Resp. 1 Cor. 13, 8-10; vide infra, cap. 2.

Num. 7: Auctoritas Ambrosiastri iam in *Glossa* Magistri in Rom. 9, 23 (PL 191, 1467 D - 1468 A). — Num. 8: Cf. *Glossa* in 1 Cor. 13, 8 (PL 191, 1661 A-B et C), et Hugo, *De sacram.,* II, 13, 11 (PL 176, 542 A).

9. Potest tamen hoc, et cetera quae de caritate dicta sunt, de perfecta intelligi, quam soli perfecti habent. Quae semel habita, non amittitur; exordia vero caritatis aliquando crescunt, aliquando deficiunt. Sunt enim virtutis exordia et profectus et perfectio. Quos gradus ille discernit, qui parabolam illam 1 intelligit: *Sic est regnum Dei, quemadmodum si iactet homo semen in terra et dormiat, et exsurgat* semen *et germinet et crescat* etc. Etsi ergo perfecta caritas sic radicata est ut amitti nequeat, incipiens tamen et provecta amitti potest et saepe amittitur.

10. Sed dum habetur, non sinit habentem criminaliter peccare. Quod Augustinus2 ostendit inquiens: « Quia *radix omnium malorum est cupiditas* 3, et radix omnium bonorum caritas, simul ambae esse non possunt: nisi una radicitus evulsa fuerit, alia plantari non potest. Sine causa conatur aliquis ramos incidere, si radicem non contendit evellere ».

Cap. 2 (113).

1. Quare fides et spes et scientia dicuntur evacuari, et non caritas, cum et ea ex parte sit. Advertendum etiam est quomodo fides, spes et scientia dicantur evacuari, quia *ex parte* sunt 4, et non caritas, cum et ipsa ex parte sit. Ex parte enim, id est imperfecte, diligimus, sicut ex parte scimus, ut ait Hesychius *Super Leviticum* 5. Cum igitur omne quod *ex parte est* evacuetur, cur caritas excipitur, quae dicitur *nunquam* excidere ◊ ?

2. Caritas quidem etiam ex parte est, ut saepe Sancti docent, quia ex parte diligimus nunc; et ideo ipsa evacuabitur in quantum ex parte

1-13 Potest... evellere *om.* M. 11 bonorum] est *add.* BCNTX *Grat.* 16 ea] ipsa BC *et elench. capp.* ‖ Advertendum] Querendum BC, *in core.* X.

1 Mare. 4, 26-27. 2 *Super epist. Iohannis* (rubr.), rectius autem Caesarius Arelat., *Sermo 182,* n. 1 (CCL 104, 739s); alias Augustino ascribebatur ut *Sermo 270* appendicis, n. 1 (PL 39, 2248). 3 1 Tim. 6, 10. 4 Resp. 1 Cor. 13, 8-10. 5 *Glossa ordin.* in Lev. 2, 2 (apud Lyran., I, 217a); ex Hesychio in h.l. (PG 93, 805 D-806 B). 6] cor. 13, 8: *Caritas nunquam excidit.*

Num. 9: fundatur supra dicta Gratiani ante cap. 15 et in ipso capitulo (col. 1194); trahitur ex S. Greg., *In Ezech.* II, hom. 3, nn. 4-5 (PL 76, 960), ubi parabola seminis gradibus caritatis aptatur. — Num. 10: concinnatur ex dicto Gratiani (col. 1193) ante can. 13 (col. 1194) et ipso canone, qui auctoritatem continet pseudo-Augustini.

Cap. 2, num. 1: Cf. *Glossa* in 1 Cor. 13, 10 (PL 191, 1661 C-D), et in Phil. 3, 18 (PL 192, 249 B-C). — Num. 2:Summatim ex *Glossa* in 1 Cor. 13, 10 (PL 191, 1662 A). Quod tamen sequitur in *Glossa:* « Vel ex parte... nec quidam modus » (1662 B-C) deest in versione primitiva eiusdem.

est, quia tollatur imperfectio et addetur perfectio; remanebitque ipsa aucta, et actus eius, et modus diligendi: ut diligas Deum propter se et toto corde et proximum sicut te, sed imperfectionis modus eliminabitur. Fides vero et spes penitus evacuabuntur. Scientia vero secundum actum et modum suum qui nunc est, non secundum sui essentiam tolletur: ipsa enim virtus scientiae remanebit, sed alium tenebit usum et modum.

Cap. 3 (114).

1. **Si Christus ordinem caritatis praescriptum habuerit.** Nunc iam superest investigare si Christus secundum quod homo ordinem diligendi praescriptum 2 servaverit. Quod si est, omnem hominem sicut se ipsum dilexit; omnibus ergo vitam optavit, omnesque salvos fieri voluit. Sed non omnes salvi sunt, et ita non est factum quod optavit.

2. Sed non est ignorandum in eo fuisse caritatem iuxta modum patriae, non viae; eumque ordinem diligendi implesse qui servatur in patria, non in via. Qui enim in patria sunt, id est iam beatificati sunt, adeo iustitiae Dei addicti sunt, ut nihil eis placeat nisi quod Deo placet; ac per hoc illorum tantum salutem volunt, quos Deus salvari vult, eosque solos sicut se diligunt. Ita et Christus electos tantum sicut se dilexit eorumque salutem optavit.

DISTINCTIO XXXII

Cap. 1 (115).

1. **De caritate Dei.** Praemissis adiciendum est de dilectione Dei, qua ipse diligit nos; quae non est alia quam illa qua diligimus eum. Dilectio autem Dei divina usia est, eademque dilectione Pater et Filius et Spiritus Sanctus se diligunt et nos, ut supra 3 disseruimus.

8 habuerit] habuit OVX. 10 ipsum *om.* MTWX. 17 illorum tantum *trp.* BCW. ‖ salutem] diligunt et *add.* LOV. 18-19 Ita... optavit *om.* O.

1 Hic in quibusdam codicibus (ALMOT) rubrica invenitur: *Super epistolam Iohannis;* sed in vanum locum quaesivimus. 2 Cf. Dist. 27, c. 5, et dist. 29, cc. 1-2. 3 Im Libro I, dist. 10 et 17 (tom. I, 110-114; 141-150).

Dist. XXXII: Cf. *Summa sent.,* IV, 8 (PL 176, 126 A-D).

2. **Quod alia magis, alia minus diligit Deus? — Augustinus, super Ioannem.** Cumque eius dilectio sit immutabilis et aeterna, alium tamen magis, alium minus diligit. Unde Augustinus[1]: «Incomprehensibilis est dilectio atque immutabilis, qua Deus in unoquoque nostrum amat quod fecit, sicut et odit quod fecimus. Miro igitur et divino modo, etiam quando odit, diligit nos; et hoc quidem in omnibus intelligi potest. Quis ergo digne possit eloqui quantum diligat membra Unigeniti sui, et quanto amplius Unigenitum ipsum? De ipso etiam dictum est[2]: *Nihil odisti eorum quae fecisti».* — Ex his percipitur quod Deus omnes creaturas suas diligat, quia scriptum est: *Nihil odisti eorum quae fecisti;* et item[3]: *Vidit Deus cuncta quae fecerat, et erant valde bona.* Si omnia quae fecit bona sunt, et omne bonum diligit, omnia igitur diligit quae fecit. Et inter ea magis diligit rationales creaturas; et de illis eas amplius quae sunt membra Unigeniti sui, et multo magis ipsum Unigenitum.

Cap. 2 (116).

1. **Ex qua intelligentia dicitur magis vel minus diligere haec vel illa.** Cum autem dilectio Dei immutabilis sit, et ideo non intenditur vel remittitur, si quaeritur quae sit ratio dicti, cum dicitur magis vel minus diligere hoc quam illud, et cum dicitur omnia diligere: dicimus dilectionem Dei, sicut pacem[4], exsuperare omnem sensum humanum, ut ad tantae altitudinis intelligentiam vix aliquatenus aspiret.

2. **Ex quo sensu omnia quae fecit Deus diligere dicatur?** Potest tamen sane intelligi ea ratione dici 'omnia diligi a Deo quae fecit', quia omnia placent ei, omnia approbat, in quantum opera eius sunt; nec tunc prius vel amplius placuerunt ei cum facta sunt, sed et antequam fierent, immo ab aeterno omnia placuerunt ei, non minus quam postquam esse coeperunt.

1-2 Aug. super loannem *om.* RVW. 21 aspiret] sensus humanus aspiret L, humanus sensus asp. NV, humanus asp. sensus O *(ed.* 7«?). 24 tunc] vel *add.* ABCLR. 25 et *om.* CRWX, *interi.* L.

1 *In Ioan.* 17, 21-23, tr. 110, n. 6 (PL 35, 1923s; CCL 36, 626). 2 Sap. 11, 25. 3 Gen. 1, 31. 4 Resp. Phil. 4, 7: *Pax Dei, quae exsuperat omnem sensum.*

Cap. 1, num. 2: Auctoritas Augustini, ex *Gtossa* in Rom. 5, 8 (PL 191,1384 A-C), multis omissis et mutato ordine verborum.

3. **Quomodo alios magis, alios minus diligere dicatur.** Quod vero rationales creaturas, id est homines vel angelos, alios magis, alios minus diligere dicitur, non mutabilitatem caritatis eius significat, sed quod alios ad maiora bona, alios ad minora dilexit; alios ad meliores usus, alios ad minus bonos. Omnia enim bona nostra ex eius dilectione nobis proveniunt. Electorum ergo alios magis, alios minus dilexit ab aeterno et diligit etiam nunc, quia aliis maiora, aliis minora ex dilectione sua praeparavit bona, aliisque maiora et aliis minora bona confert in tempore: unde magis vel minus dicitur hos vel illos diligere.

Cap. 3 (117).

1. **Quod duobus modis inspicienda est dilectio Dei.** Consideratur enim duobus modis dilectio Dei: secundum essentiam, et secundum efficientiam. Non recipit magis vel minus secundum essentiam, sed secundum efficientiam tantum: ut magis dilecti dicantur, quibus ex dilectione ab aeterno maius bonum praeparavit et in tempore tribuit; et minus dilecti, quibus non tantum.

2. Inde etiam est quod aliqui, quando convertuntur et justificantur, dicuntur tunc incipere diligi a Deo: non quod Deus nova dilectione quemquam possit diligere, immo sempiterna dilectione dilexit *ante mundi constitutionem* quoscumque diligit; sed tunc dicuntur incipere diligi ab eo, cum aeternae dilectionis Dei sortiuntur effectum, scilicet gratiam vel gloriam.— **Augustinus in libro V De Trinitate.** Unde Augustinus: « Absit ut Deus temporaliter aliquem diligat, quasi nova dilectione quae in ipso ante non erat, apud quem nec praeterita transierunt et futura iam facta sunt. Itaque omnes sanctos suos *ante mundi constitutionem* dilexit, sicut praedestinavit. Sed cum convertuntur et inveniunt illum, tunc incipere ab eo diligi dicuntur: ut eo modo dicatur quo potest humano affectu capi quod dicitur. Sic etiam cum iratus malis dicitur et placidus bonis, illi mutantur, non ipse. Ut lux infirmis oculis aspera, firmis lenis

1 dicatur] dicitur BNOR. 8 et aliis] aliisque MNV, *in corr.* B. 14 tantum *trp. post* sed MRTX, *post* secundum O. 21 dilectionis Dei *trp.* MTX. 22 Rubrica *om.* MRVW.

1 Eph. 1, 4. 2 Cap. 16, n. 17 (PL 42, 924; CCL 50, 227). 3 Eph. 1, 4.

Cap. 3, num. 2: Cf. *Summa sent.,* IV, 8 (PL 176 C-D), ubi auctoritas Augustini invenitur in parte. Videsis etiam supra, Lib. I, dist. 30, cap. 1 (tom. I, 220-222).

est, ipsorum scilicet mutatione, non sua »; ita cum aliquis per justificationem « incipit esse amicus Dei, ipse mutatur », non Deus.

Cap. 4 (118).

Si quis magis vel minus diligatur a Deo uno tempore quam alio. Si vero quaeritur de aliquo uno utrum magis diligatur a Deo uno tempore quam alio, distinguenda est dictionis intelligentia: si enim referatur ad dilectionis effectum, concessibile est; si vero ad dilectionis essentiam, infitiabile est.

Cap. 5 (119).

Si Deus ab aeterno dilexit reprobos. De reprobis vero, qui praeparati non sunt ad vitam, sed ad mortem, si quaeritur utrum debeat concedi quod Deus ab aeterno dilexerit eos, dicimus de electis solis simpliciter hoc esse concedendum, quod Deus ab aeterno eos dilexit, quos ad iustitiam et coronam praeparavit. De non electis vero simpliciter est concedendum quod odio habuit, id est reprobavit, sicut legitur 1; *Iacob dilexi, Esau odio habui.* Sed non est simpliciter dicendum quod dilexit, ne praedestinati intelligantur; sed cum adiectione: dilexit eos in quantum opus eius futuri erant, id est quod et quales facturus eos erat.

DISTINCTIO XXXIII

Cap. 1 (120).

1. **De quatuor virtutibus principalibus.** Post praedicta de quatuor virtutibus quae principales vel cardinales vocantur disserendum est, quae sunt iustitia, fortitudo, prudentia, temperantia.

4 diligatur] diligitur ANVWX *et elench. capp.* 18 quod] quos ARVX, *corr. in* quos T2, quid O, vel quid *add. mg.* N.

1 Rom. 9, 13; cf. Malach. 1, 2-3.

Dist. XXXIII-XXXV. Cf. Joh. Schupp, *Die Gnadenlehre des Petrus Lombardus,* 243-251. Quoad praesentem Dist., cf. O. Lottin, *Les vertus cardinales et leur ramifications chez les théologiens de 1230 à 1250,* in *Psych, et morale,* III-1, 154s; quoad iustitiam tam in originali Augustini quam in usu Lombardi, v. H. Lio, *Estne obligatio iustitiae subvenire miseris?* Romae 1957, 1-29. — Cap. 1, num. 1: Cf. *Glossa* Lombardi in Ps. 14, 2 (PL 191, 168 B), unde ru-

2. **De usibus earum hic : — In XIV libro De Trinitate :** De quibus **Augustinus ait**1: « Justitia est in subveniendo miseris, prudentia in praecavendis insidiis, fortitudo in perferendis molestiis, temperantia in coercendis delectationibus pravis ».

3. De his dicitur in libro Sapientiae 2: *Sobrietatem et prudentiam* 5; *docet, iustitiam et veritatem. Sobrietatem* vocat temperantiam, et *veritatem* vocat fortitudinem. Hae virtutes 'cardinales' dicuntur, ut ait **Hieronymus**3; « quibus in hac mortalitate bene vivitur » 4, et post ad aeternam vitam pervenitur.

Cap. 2 (121). 10»

Quod hae virtutes in Christo fuerint : Quae in Christo plenissime fuerunt et sunt, *de* cuius *plenitudine nos accepimus5;* in quo habuerunt usus eosdem quos in patria habent, et quosdam etiam viae.

Cap. 3 (122).

1. **De usibus earum. — Augustinus in XIV libro De Trinitate :** Ve- 15 rumtamen « an *6* hae virtutes, cum et ipsae in animo esse incipiant (qui cum sine illis prius esset, tamen animus erat), desinant esse cum ad aeterna

1 In...Trinit. *om.* RVW. 6 veritatem1 *corr. in* virtutem T"V2. ‖ veritatem2 *corr.. in* virtutem T2W2, vel virtutem *add. marg.* V2. 11 Rubrica *om. VW, om. in parte* L. ‖ fuerint] fuerunt AMRTV, plenissime fuerint (fuerunt X) et sunt BCX. 12 nos] omnes R,. omnes *add.* AC, *add. interi.* V2. 15 De usibus earum *rubr. ex elencho capp., om. codd.*

1 Cap. 9, n. 12 (PL 42, 1046; CCL 50A, 439). 2 Sap. 8, 7; de lectione *veritatem,.* quae habetur in omnibus codicibus antiquioribus Magistri, cf. *Biblia Sacra iuxta latinam vulgatam versionem,* XII, Romae 1964, 52. 3 De quatuor virtutibus iuxta Stoicos loquitur Hieron. in *Epist. 66 (ad Pammactiium),* n. 3 (PL 22 [1859], 640; CSEL 54, 649); primus autem qui eas cardinales vocat est Ambrosius (c. 377-378), *De excessu jratris sui Satyri,* I, n. 57 (PL 16 [1845], 1309 A; CSEL 73, 239); et (c. 385-389) *In Luc.* 6, 20, V, n. 49 (PL 15 [1845], 1649 B-C; CCL 14, 152); vide etiam alias notas infra. 4 August., *De Triait.,* XIV, c. 9, n. 12 (PL 42, 1045; CCL 50A, 438); cf. etiam *De civit. Dei,* XXII, c. 24, n. 3: «Artes bene vivendi et ad immortalem perveniendi felicitatem, quae virtutes vocantur» (PL 41, 789; CSEL 40-11,644s; CCL 48,848); et *Enarr. in Ps. 83,*8, n. 11 (PL 37,1065s; CCL 39,1157s). s Ioan. 1, 16. 6 Cap. 9, η. 12 (PL 42, 1045s; CCL 50A, 438ss), ubi et num. 2-4.

brica hic; vel forsitan sumitur ex *Glossa interl.* in Sap. 8, 7: « Quatuor enim principales virtutes ponit» (apud Lyranum, III, 735r); iam sic nominantur ab Ambrosio, *De paradiso,* c. 3, n. 18 (PL 14 [1845], 282 C; CSEL 32-1, 277); et in *De sacramentis* III, c. 2, n. 9: «quasi cardinales sunt, quasi principales» (PL 15 [1845], 434 B; CSEL 73, 42).

perduxerint, nonnulla quaestio est. Quibusdam 1 visum est esse desituras; et de tribus quidem, prudentia scilicet, fortitudine, temperantia, cum hoc dicitur, non nihil dici videtur ».

2. **De usu iustitiae in futuro** : « *Iustitia enim immortalis est* 2, et magis tunc perficietur in nobis quam esse cessabit, cum beate vivemus contemplatione naturae divinae, quae creavit omnes ceterasque instituit naturas, qua nihil melius et amabilius est. Cui regenti esse subditum, iustitiae est; et ideo immortalis est omnino iustitia; nec in illa beatitudine esse desinet, sed talis ac tanta erit, ut perfectior et maior esse non possit ».

3. **De usibus aliarum trium in futuro** : « Fortassis et aliae tres virtutes, prudentia sine ullo iam periculo erroris, fortitudo sine molestia tolerandorum malorum, temperantia sine repugnatione libidinum, erunt in illa felicitate: ut prudentiae ibi sit nullum bonum Deo praeponere vel aequare, fortitudinis ei firmissime cohaerere, temperantiae nullo defectu noxio delectari ».

4. « Quod vero nunc agit iustitia in subveniendo miseris, quod prudentia in praecavendis insidiis, quod fortitudo in perferendis molestiis, quod temperantia in coercendis delectationibus pravis, non erit ibi omnino, ubi nihil mali erit. Ista igitur virtutum opera, huic mortali vitae necessaria, sicut fides ad quam referenda sunt, in praeteritis habebuntur ». Ecce aperte hic dicit **Augustinus** quod praedictae virtutes in futuro erunt, sed alios usus tunc habebunt quam modo.

5. **Beda** : Cui **Beda** consentit, super Exodum 3, ita dicens: « Columnae ante quas appensum est velum, potestates caeli sunt, quatuor eximiis virtutibus praeclarae, id est fortitudine, prudentia, temperantia, iustitia; quae aliter in caelis servantur ab angelis et animabus sanctis,, quam hic a fidelibus ». Et consequenter assignat **Beda** usus illarum virtutum secundum praesentem statum et futurum, imitans **Augustinum** in praemissis assignationibus.

4 Rubrica *om.* CVW. 6 naturae divinae *trp.* ABCLNV. 11 Rubrica *om,.* BCVWX. ‖ in futuro *om.* AM. 13 repugnatione] repugnantia BCV. 24 Beda] *om.* CRVW. 29 statum *trp. post* futurum BCLNV. ‖ et futurum *om.* A.

1 Nempe Ciceroni in *Hortensio,* cuius verba refert ibidem Augustinus. 2 Sap. 1, 15.. 3 *Glossa ordin.* in Exod. 26, 32 (apud Lyranum, I, 184c); ex Beda, *De tabernaculo,* H, c. 8· (PL 91, 446 A-B; CCL 119A, 71).

DISTINCTIO XXXIV

Cap. 1 (123).

De septem donis Spiritus Sancti. Nunc de septem donis Spiritus Sancti agendum est: ubi prius considerandum est an haec dona virtutes sint; secundo an in futuro desitura sint, vel omnia vel horum aliqua; deinde an in Christo fuerint cuncta haec dona.

Cap. 2 (124).

1. **Quod septem dona sint in angelis et sint virtutes. — Ambrosius In libro I De Spiritu Sancto**[1]: Haec dona virtutes esse, nec in futuro desitura, **Ambrosius** ostendit, ea septem fore virtutes dicens et in angelis abundantissime esse, sic: « Civitas Dei, illa Ierusalem caelestis, non meatu alicuius fluvii terrestris abluitur; sed ex vitae fonte procedens Spiritus Sanctus, cuius nos brevi satiamur haustu, in illis caelestibus spiritibus redundantius videtur effluere, pleno septem virtutum spiritualium fervens meatu. Si enim fluvius riparum editis superfusus exundat, quanto magis Spiritus omnem supereminens creaturam, cum nostrae mentis arcana tamquam inferiora perstringat, caelestem illam angelorum naturam effusiore quadam sanctificationum ubertate laetificat ! »

2. **Ambrosius**[2]: Deinde sanctificationes exponens, subdit 2: « His autem sanctificationibus significatur plenitudo septem spiritualium virtutum, quas enumerat Isaias dicens3: *Spiritus sapientiae et intellectus,*

10 et *om.* VW, interi. O. 18 effusiore] effusione BCMRX.

1 Cap. 16, n. 158 (PL 16 [1845], 740 B-C; CSEL 79, 82). 2 Ibid., n. 159 (740C; 82). 3 Isai. 11, 2-3.

Dist. XXXIV, capp. 1-3. Cf. Iac. de Blic, *Pour l'histoire de la théologie des dons avant saint Thomas,* in *Revue d'ascétique et de mystique,* 22 (1946), 117-179; O. Lottin, *Les dons du Saint-Esprit du XIIe siècle à l'époque de saint Thomas d'Aquin,* in *Psych, et morale,* III-1, 329-456, ubi revera parum dicitur de doctrina Lombardi; et id., *La doctrine d'Anselme de Laon sur les dons du Saint-Esprit et son influence,* in *Psych, et morale,* VI, 445-477, ubi concluditur quod nullum influxum in Lombardum exercuerit *Glossa in Matthaeum* Magistri Anselmi (p. 476). — Capp. 1-2: Cf. *Glossa* in I Cor. 12, 1-17 (PL 191, 1649 C -1655 C); Hugo, *De sacram.,* II, 13, 2 (PL 176, 526 C - 527 B); *Summa sent.,* III, 17 (PL 171,1143 C- 1144 D; 176, 114 C - 115 A).

consilii et fortitudinis, scientiae et pietatis et timoris Dei. Unum est ergo flumen, sed multi spiritualium donorum meatus ». « Quamvis 1 ergo multi dicantur *spiritus,* ut *spiritus sapientiae et intellectus* etc., unus tamen est Dei Spiritus », suae libertatis arbiter, *omnia* pro auctoritate voluntatis. *dividens singulis 2.* — Hic expresse traditum est septem dona et virtutes esse sanctificationesque fidelium mentium, et in futuro non desitura, cum sint et in angelis.

Cap. 3 (125).

1. **Quod in Christo fuerint illa septem dona.** In Christo etiam haec eadem fuisse, Isaias ostendit dicens 3; *Egredietur virga de radice lesse, et flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus Domini:· spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini.*

2. **Quod videtur obviare praemisso. — Beda** *:* His autem videtur obviare quod **Beda** de timore Domini dicit, *Super Parabolas* 4, scilicet quod omnis timor in futuro cessabit. Ait enim sic super illum locum: *Timor Domini principium sapientiae:* « Duo sunt timores Domini: servilis, qui principium est sapientiae; et amicalis, qui perfectionem sapientiae comitatur. Servilis principium sapientiae est, quia qui post errata sapere incipit, primo timore corripitur divino ne puniatur; sed hunc *perfocta caritas foras mittit*5. Succedit huic *timor Domini sanctus, permanens in saeculum saeculi* 6, quem non excludit caritas, sed auget: quo timet filius ne vel in modico oculos amantissimi patris offendat. Uterque in futuro cessabit.. *Caritas* vero *nunquam excidet* 7 ».

1 Dei] domini BCLNX. 2 spiritualium] spiritalium MNR. 9 fuerint] fuerunt AMRV. 14 Quod] Quid BMORX. ‖ Beda *om.* RVW. 22 quo] quod AM.

i Ambrosius, *De Spiritu Sancto,* I, c. 4, n. 60 (719 B; 40s). 2 Resp. I Cor. 12, 11: *Haec autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult.* Commentum est Ambrosii, *De Spiritu Sancto,* II, c. 12, n. 140: «...ex voluntate, qui sui est liber arbitrii »; c. 13, n. 144: « Arbiter suae exprimitur potestatis » (PL 16, 772 D, 773 D; CSEL 79, 141, 143). 3 Isai. 11, 1-3. *4 Comment, in Parabolas Salomonis,* I, c. 1 (PL 91, 939 C); scii, in Prov. 1,7. 5 I Ioan. 4, 18. *6* ps. 18, 10. 7 I Cor. 13,8.

Cap. 3, num. 2: Suggerente *Summa sent.,* III, 17 (PL 171, 1144 C; 176, 115C), Magister recurrit ad verba Bedae in *Glossa ord.* in Prov. 1, 7 (apud Lyranum, III, 309 C). Videsis etiam Hugonem, *De sacram.,* II, 13, 4 (PL 176, 527 D).

3. **Augustinus** Augustinus quoque, super illum locum Psalmii; *Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo,* timorem desiturum dicit, sic: « Timor Domini est magnum praesidium proficientibus ad salutem, sed pervenientibus foras mittitur. Non enim timent iam amicum, cum scilicet ad id quod repromissum est perducti fuerint ». — Ex his auctoritatibus significatur quod timor non erit in futuro. Si autem timor non fuerit in futuro, ergo nec septem dona erunt, nec modo sunt in angelis sive in animabus sanctis.

4. **Solutio.** Ad quod dicimus, auctoritatum praemissarum quae videtur repugnantiam dirimentes, quod septem illa dona et in angelis modo sunt et in animabus sanctis feliciter viventibus, et in nobis erunt in futuro; sed non habebunt omnia hos usus sive haec officia quae nunc habent. Ut, verbi gratia, timor filialis modo facit timere ne offendamus quem diligimus, et ne separemur ab eo; facit etiam nos revereri eundem; in futuro vero faciet nos revereri, quando non timebimus separari vel offendere. Non ergo metus separationis vel offensionis nunc est in angelis vel animabus sanctis, nec in nobis erit in futuro, sed reverentia, quae est mixta cum sublectione dilectio; quae etiam in Christo fuit, sicut Apostolus dicit in Epistola ad Hebraeos [2], loquens de Christo: *Qui exauditus est pro sua reverentia.* — Quidam tamen secundum effectum timorem in Christo et in angelis tantum esse contendunt.

Cap. 4 (126).

1. **Plena timorum distinctio.** Et quia de timore tractandi nobis occurrit locus, sciendum est quatuor esse timores, scilicet mundanum sive

1 quoque] vero NRV, *om.* OX. 9 Solutio *om.* NRVW.

1 *Enarr. in Ps. 5, 8,* n. 9 (PL 36, 87; CCL 38, 23s). 2 Hebr. 5, 7.

Num. 3: Verba Augustini, ex *Glossa* in Ps. 5, 8 (PL 191, 99 C). — Num. 4: Descriptio reverentiae concinnari videtur ex *Summa sent.,* III, 17: « Ibi erit timor, scilicet reverentia. Duo enim in ipso Deo attendent, maiestatem et pietatem: ex maiestate reverentia, ex pietate dilectio. Itaque maiestatem timebunt, id est ei cum reverentia subditi erunt» (PL 171, 1144 D; 176, 115 D - 116 A).

Cap. 4: Cf. Joh. Schupp, *Die Gnadenlehre des Petrus Lombardus,* 162-167, et 247; L. Ott, *Untersuchungen zur theol. Briefliteratur*, 215-234; A. M. Landgraf, *Die knechtische Furciit,* in *Dogmengeschichte,* IV-1, 276-371. — Nostri non est historiam intexere doctrinae quatuor timorum. Quaedam elementa offert Landgraf; alia proximiora, D. Van den Eynde, *Essai chronologique sur l'oeuvre littéraire de Pierre Lombard,* in *Miscell. Lombardiana,* Novara 1957,

humanum, servilem, initialem, castum vel filialem sive amicalem. — **Cassiodorus**: Humanus timor est, ut ait **Cassiodorus**[1], quando « timemus pati pericula carnis vel perdere bona mundi »; propter quod delinquimus. Hic timor malus est, qui « in primo gradu cum mundo deseritur »; quem Dominus prohibet in Evangelio dicens[2]: *Nolite timere eos qui occidunt corpus* etc. — **Augustinus**: Timor autem servilis est, ut ait **Augustinus**[3], « cum per timorem gehennae continet se homo a peccato », « quo praesentiam iudicis et poenas metuit; et timore facit quidquid boni facit: non timore amittendi aeternum bonum quod non amat, sed timore patiendi malum quod formidat. Non timet ne perdat amplexus pulcherrimi sponsi, sed timet ne mittatur in gehennam. Bonus est iste timor et utilis », licet insufficiens, per quem « fit paulatim consuetudo iustitiae ». — Et succedit initialis timor, quando « incipit quod durum erat amari »; et sic incipit « excludi servilis timor a caritate ». — Et succedit deinde timor castus sive amicalis, « quo timemus ne sponsus tardet, ne discedat, ne offendamus, ne eo careamus. Timor iste de amore venit. Ille quidem servilis est utilis, sed non *permanens in aternum*[4] ut iste ». « Timor[5] divinus comes est per omnes gradus ».

2. **Collatio praedictorum**. Et attende quod quatuor hic distinguuntur timores, cum supra[6] **Beda** dixerit duos esse. Sed **Beda** humanum timorem praetermisit, et nomine 'servilis' duos, quos hic distinximus, complexus fuit, scilicet servilem et initialem; amicalem vero 'castum' dicit.

3. **Augustinus** quoque servilem et castum timorem aperte discernit, dum Epistolae ad Romanos illum locum[7] exponit: *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei,* ita dicens[8]: « Duo timores hic insinuantur: unus qui

1 *Super psalmum* (rubr.), id est *In Ps. 127,* prol. (PL 70, 931 B-C; CCL 98, 1176). 2 Matth. 10,28. 3 *Enarr. in Ps. 127,* 1, nn. 7-8 (PL 37,1680ss; CCL 40, 1871ss); ubi omnia fere ad verbum, licet hinc et inde mixtim excerpta. 4 Resp. Ps. 18, 10. 5 Cassiodorus, ubi supra (931 C; 1176). 6 In cap. 3, n. 2. 7 Rom. 8, 15. 8 Magister hic duos textus repetit (sine rubrica) *ex. Glossa* in Rom. 8,15 (PL 191, 1439 D); quorum primus partim legitur in *De spiritu et litt.,* c. 32, n. 56 (PL 44, 236; CSEL 60, 213); alter vero licet inveniatur in *Confess.,* I, c. 12, n. 19 (PL 32, 669; CSEL 33, 17), sumitur potius ex *Sententiis* Prosperi Aquitani, n. 172 (173) (PL 45, 1873; 51, 451 C). Cf. Lib. II, d. 40, n. 6 (tom. I, 558, 7-10).

48-49. Divisio non occurrit in manuscriptis *Glossae ord.* in Ps. 127, 1 (Van den Eynde, n. 17, p. 61; ita deest in cod. Laur. Plut. XVII, 4, f. 179v), nec in *Glossa media* Gilberti in h.l. (cod. Laur. Plut. VII, d. 9, f. 160v-161r). Alia apud *Prolegomena* nostra ad tom. I, pp. 54*-55*. — Fons immediatus num. 1 huius capituli *Glossa* exstat Magistri in Ps. 127, 1 (PL 191, 1161 D - 1162 D).

est in perfecta caritate, scilicet timor castus; alter qui non est in caritate, id est servilis, in quo quamvis Deo credatur, non tamen in Deum; et si bonum fiat, non tamen bene ». « Nemo enim invitus bene facit, etiam si bonum est quod facit ».

Cap. 5 (127).

1. **De casto et servili plenius agit, tangens interdum de initiali. — Augustinus in IX Homilia super epistolam Ioannis** [1]. De his eisdem timoribus latius disputat [2] dicens: « Coepit aliquis credere diem iudicii. Si coepit credere, coepit et timere. Sed qui adhuc timet, nondum habet *fiduciam in die iudicii,* nondum est in illo *perfecta caritas* [3] ». « Si [4] perfecta in illo esset caritas, non timeret. Perfecta enim caritas faceret perfectam justitiam, et non haberet quare timeret, immo haberet quare desideraret ut transeat iniquitas et veniat regnum Dei. **(Hic tangit de initiali timore.)** Ergo *timor non est in caritate* [5]. Sed in qua caritate ? Non in inchoata. In qua ergo? In perfecta: *Perfecta,* inquit, *caritas foras mittit timorem*^, Ergo incipiat timor, quia *initium sapientiae timor Domini* [6]. Timor quasi locum praeparat caritati; cum autem coeperit caritas habitare, pellitur timor qui ei praeparavit locum. Quantum enim illa crescit, ille decrescit; et quantum illa fit interior, timor pellitur foras. Maior caritas, minor timor; minor caritas, maior timor ».

2. **Similitudo servilis timoris inducitur** [7]. « Si ? autem nullus est timor, non est qua intret caritas. Sicut videmus per setam introduci linum quando aliquid suitur: seta prius intrat; nisi exeat, non succedit linum; sic timor primo occupat mentem, non autem ibi remanet timor, quia ideo intravit, ut introduceret caritatem ».

3. **Quod videtur praedictis adversari.** « Est [8] autem alia sententia, quae videtur huic esse contraria, si non habet pium intellectorem. Dicitur enim in Psalmo [9]; *Timor Domini castus permanet in saeculum saeculi.* Aeternum quendam timorem nobis ostendit, sed castum. Quod si ostendit ille nobis aeternum timorem, numquid contradicit illi ista Epistola, quae dicit [10]:

2 id est] scilicet BCLOVW. 7 Aug... loannis *om.* RVW. 8 disputat] Augustinus *add.* AR, *add. interi.* TV. 11 in illo esset *trp.* ABMR. 13 Rubrica *om.* RTVW. 26 Quod] Quid BLX, Que V.

1 *In I loan.,* tr. 9, n. 2 (PL 35, 2046). 2 Resp. I Ioan. 4, 17. 3 Ibid., n. 4 (2047). 4 1 Joan. 4,18. 5 1 ioan. *4,* 18. 6 ps. 110, 10; Eccli. 1, 16; Prov. 1, 7. 7 Ibid. (2047s). 8 August, ibid., n. 5 (2048s). 9 ps. 18, 10. 10 I Ioan. 4, 18.

Timor non est in caritate, sed perfecta caritas foras mittit timorem? Hoc enim dictum est per Ioannem, illud dictum est per David. Sed nolite putare alium esse Spiritum. Si unus flatus inflat duas tibias, non potest unus Spiritus implere duo corda et agitare duas linguas ? Si spiritu uno, id est uno flatu, impletae duae tibiae consonant, impletae duae linguae Spiritu Dei dissonare possunt ? Immo, est ibi quaedam consonantia, est quaedam concordia; sed auditorem desiderat studiosum, non otiosum. — Ecce movit duas linguas Spiritus Dei, et audivimus ex una: *Timor non est in caritate;* audivimus ex alia: *Timor Domini castus permanet in saeculum saeculi.* Quid est hoc ? Dissonant ? Non. Excute aures, intende melodiam. Non sine causa hic addidit *castus,* illic non addidit; quia est timor aliquis qui dicitur castus, est autem alius timor qui non dicitur castus. Discernamus istos duos timores, et intelligamus consonantiam tibiarum. Quomodo discernimus ? — Attendat caritas vestra. Sunt homines qui propterea timent Deum, ne mittantur in gehennam, ne forte ardeant cum diabolo in igne aeterno. Ipse est timor qui introducit caritatem; sed sic venit ut exeat: si enim propter poenas times Deum, nondum amas quem sic times; non bona desideras, sed mala caves. Sed ex eo quia mala caves, corrigis te, et incipis bona desiderare. Cum bona desiderare coeperis, erit in te timor castus. Quid est timor castus ? Timere ne amittas ipsa bona, timere Deum ne recedat a te. Cum autem times Deum ne te deserat praesentia eius, amplecteris eum, ipso frui desideras ».

Cap. 6 (128).

1. **Quomodo distent duo timores per similitudinem duarum mulierum ostendit. — Augustinus** «Noni potes melius explanare quid intersit inter istos duos timores, quam si ponas duas mulieres maritatas, quarum unam constituas volentem facere adulterium, sed timet ne damnetur a marito. Timet maritum quia adhuc amat nequitiam. Huic non est grata, sed onerosa mariti praesentia; et si forte vivit nequiter, timet maritum ne veniat. Tales sunt qui timent diem iudicii. — Fac alteram amare virum, debere illi castos amplexus, nulla se adulterina immunditia maculare velle: ista optat praesentiam viri. Illa timet, et illa timet. Iam ergo interrogentur quare timeant. Illa dicet: timeo virum ne veniat; illa dicet:

3 potest] poterit R, potuit W, 11 addidît] addit ANVX. 25 Augustinus om. RVW. 32 Illa] Ista ABCX.

1 **August., ibid., n. 6 (PL 35, 2049).**

timeo viriqn ne discedat. Illa dicet: timeo virum ne damner; illa dicet: timeo virum ne deserar. Pone haec in animo, et invenis timorem quem *foras mittit caritas,* et alium timorem *castum* permanentem *in saeculum saeculi* ». Illum timorem *perfecta caritas foras mittit,* « quia [1] ille timor tormentum habet: torquetur conscientia peccatorum, nondum facta est iustificatio. Est ibi quod titillat mentem, quod pungat, quod stimulet. Stimulat ille timor, sed intrat caritas, quae sanat quod vulnerat timor ». Timor castus «facit securitatem in animo».

2. «Audivimus[2] duas tibias, Ioannem et David, consonantes. Illa de timore Dei dicit quo timet anima ne damnetur, illa de timore quo timet anima ne deseratur. Ille est timor quem caritas excludit, ille est timor qui permanet in saeculum saeculi ». Ecce in his verbis praedictis aperte ostendit **Augustinus** quis sit timor castus et quis servilis, et qualiter differant.

3. In quibus etiam initialem timorem significavit, qui nec ex toto est servilis, nec ex toto castus, sed tamquam medius. Aliquid de servili, et aliquid de casto timore habet. Facit enim servire partim timore poenae, partim amore iustitiae; per quem timemus puniri, et timemus offendere. Iste timor est in inchoata caritate, non in perfecta; et quantum crescit caritas, tantum decrescit iste timor: quantum ad metum poenae, id est quantum ad id quod facit timere poenam et quantum ad tormentum conscientiae; nam quanto diligimus, tanto minus timemus. — Iste timor notatur in illis verbis **Augustini;** ubi non negat timorem esse in caritate inchoata, sed perfecta. Quod non posset dici de servili, quia ut ipse supra dixit [3], servilis timor non remanet veniente caritate; nec intrat caritas nisi prius ille timor exeat; nec in illo timore aliquis credit in Deum, etsi credat Deo; nec bene facit, etiam si bonum est quod facit [4]. Non est ergo timor ille in caritate, etiam inchoata, quia omnis qui caritatem habet, licet non perfectam, et in Deum credit et bene bona facit.

1-2 damner... deserar MNTW *Aug.,* damnet... deserat *alii codd.* 2 virum *om.* OT. ‖ haec] hoc MRT *Aug.* 6 titillat *codd.,* titillet *Aug.* 9 Ioan, et David *om.* M, *marg.* W2, *trp. post* consonantes R. 13 quis2] qui ACX.

[1] Ibid., n. 4 (2048). [2] Ibid., n. 8 (2051). [3] In cap. 5, n. 2. * Supra, c. 4, n. 3.

Num. 3: Cf. Hugo, *De sacram.,* II, 13, 5 (PL 176, 528 C-D); et *Summa sent.,* III, 17 (PL 171, 1144 C; 176, 115 B). In parte dependet hic numerus a *Glossa* in Ps. 18, 10, ubi agitur de timore initiali, « quo partim ex timore poenae, partim ex amore iustitiae servitur » (PL 191, 211 B).

Quare servilis non est timor ille, quem in caritate inchoata fore concessit, et quem crescente caritate decrescere dixit; sed ille est timor initialis, quem non negat esse in caritate nisi perfecta sit.

Cap. 7 (129).

1. **Quod timor servilis et initialis dicitur initium sapientiae, sed differenter.** Sciendum tamen est quod uterque timor, scilicet servilis et initialis, in Scripturae diversis locis dicitur *initium sapientiae* 1; et ita fore comperies, si diligenter adnotaveris loca Scripturae in quibus de timore Domini fit mentio.

2. Ex alia tamen ratione et causa diversa dicitur servilis initium sapientiae, et ex alia initialis. Servilis enim ideo dicitur initium sapientiae, quia praeparat locum sapientiae et ducit ad sapientiam; sed tamen non remanet cum ea, immo foras exit 2. Initialis vero dicitur initium sapientiae, quia est in inchoata sapientia: quem cum quis habere incipit, sapientiam et caritatem habere incipit. Inde etiam est quod uterque timor dicitur initialis; quod invenire poteris per diversa Scripturae loca. Uterque etiam timor interdum dicitur servilis 3, quia et ipse initialis qui est in caritate inchoata, aliquid habet de servili, scilicet angorem poenae; sicut et aliquid habet de casto, scilicet quod timet offendere ac separari.

Cap. 8 (130).

1. **De hoc quod Augustinus dicit, castum timorem esse aeternum.** Illud quoque diligenter est notandum quod in superioribus **Augustinus** dicit 4, castum timorem esse aeternum. Per quod confirmatur praemissa sententia5, scilicet quod spiritus timoris erit in futuro, sicut et alia dona Spiritus Sancti; sed non habebit omnem illum usum quem modo habet: faciet enim tunc nos revereri Deum, non timere separari vel carere.

2. Fuit ergo et in Christo timor ille 6, sed iuxta usum illum quem habebit in futuro in sanctis. Non enim timuit Christus separari vel offendere Deum, sed eum prae omnibus reveritus est 7.

27 usum illum *trp.* NRV.

1 Cf. Ps. 110, 10; Eccli. 1, 16; Prov. 1, 7; Prov. 9, *W: Principium sapientiae timor Domini.* 2 Cf. verba Bedae supra, c. 3, n. 2. 2 Vide supra, c. 4, n. 2; c. 6, n. 3. 4 Cap. 5, n. 3. 5 Hic supra, cc. 2-3. 6 De quo supra, c. 3, n. 4. 7 Hebr. 5, 7: *Exauditus est pro sua reverentia.* Videsis *Glossam* Magistri in h.l. (PL 192, 437 B).

Cap. 9 (131).

1. **An timor poenae qui fuit in Christo fuerit servilis vel initialis vel alius.** Cum autem fuerit in Christo timor poenae i, quaeritur an iste timor fuerit mundanus, vel servilis, vel initialis. — Ad quod dicimus nullum eorum fuisse in Christo, quia mundanus malus est, ut supra dictum est 2[1] et « in primo gradu cum mundo deseritur »; servilis vero vel initialis in perfecta caritate non est; nullus ergo timorum istorum fuit in Christo.

2. Quis ergo fuit timor ille quo poenam timuit ? Potest timor ille dici naturalis sive humanus, qui omnibus hominibus inest, quo horretur mors ac formidatur poena. Et dicitur timor iste naturalis non quia accesserit homini ex natura secundum quod prius fuit instituta, quia non fuit iste timor concretus homini nec de bonis naturalibus; sed quia ex corrupta natura per peccatum omnibus advenit, cui corruptio inolevit tamquam esset naturalis. Et est iste timor effectus peccati, ut praedictum est 3.

DISTINCTIO XXXV

Cap. 1 (132).

1. **Quomodo differant sapientia et scientia.** Post praemissa diligenter considerandum est in quo differat sapientia a scientia.

2. **Augustinus in XIV libro De Trinitate : — Definitio sapientiae secundum philosophos :** De hoc Augustinus ita ait 4; « Philosophi disputantes de sapientia definierunt eam dicentes: Sapientia est rerum humanarum divinarumque scientia. Ego quoque utrarumque rerum cognitionem, id est divinarum et humanarum, et sapientiam et scientiam dici posse non nego ».

3. **Distinctio sapientiae et scientiae secundum theologos :** « Verum 5 iuxta distinctionem Apostoli, qua dixit 6: *Alii datur sermo sapientiae,*

17 praemissa] predicta ARV. ‖ praemissa dilig. om. L. 19 Aug... Trinit. *om.* RVW.

1 De quo supra, Dist. 15, c. 2. 2 Hic, ad initium cap. 4, n. 1, ex Cassiodoro. 3 Dist. 16, c. 1, n. 2. 4 cap. 1, n. 3 (PL 42, 1037; CCL 50A, 423). De relata definitione, v. August., *Contra Academicos,* I, cc. 6-7 (PL 32, 914ss; CSEL 63, 16-19). 5 August., *De Trinit.,* XIV, c. 1, n. 3 (PL 42, 1037; CCL 50A, 423s). « I Cor. 12, 8.

alii sermo scientiae, illa definitio dividenda est: ut rerum divinarum cognitio sapientia proprie nuncupetur, humanarum vero cognitio proprie scientiae nomen obtineat. Neque vero quidquid sciri ab homine potest in rebus humanis, ubi plurimum supervacuae vanitatis et noxiae curiositatis est, huic scientiae tribuo, sed illud tantum quo fides saluberrima, quae ad veram beatitudinem ducit, gignitur, nutritur, defenditur, roboratur; qua scientia non pollent fideles plurimi, quamvis polleant ipsa fide plurimum. Aliud est enim scire tantummodo quid homo credere debeat propter adipiscendam vitam beatam; aliud est scire quomodo hoc ipsum et piis opituletur et contra impios defendatur: quae proprio vocabulo appellatur scientia ».

4. **Augustinus** * De his quoque duabus virtutibus idem **Augustinus,** differentiam inter eas assignans, super Psalmum ait i; « Distat sapientia a scientia, testante sancto lob, qui quodam modo singula definiens ait 2; *Sapientia est pietas, scientia vero est abstinere a malis* ». « Pietatem 3 vero hoc loco posuit Dei cultum: quae graece dicitur 'theosebia' », «quae est in cognitione et dilectione eius quod semper est et incommutabiliter manet, quod est Deus. Abstinere vero a malis est *in medio pravae nationis* 4 prudenter versari ».

5. **Augustinus in XII libro De Trinitate** * Idem quoque, inter haec duo aperte distinguens, ait 5; « Distat ab aeternorum contemplatione actio qua bene utimur temporalibus rebus, et illa sapientiae, haec scientiae deputatur. Quamvis et illa quae sapientia est possit nuncupari scientia, ut Apostolus loquitur ubi dicit 6; *Nunc scio ex parte:* quam scientiam profecto contemplationis Dei vult intelligi. In hoc ergo differentia est, quia ad contemplationem sapientia, ad actionem vero scientia pertinet ». — Ecce aperte demonstratum est in quo differat spiritus sapientiae et spiritus scientiae, scilicet « **ut**7 sapientia divinis, scientia humanis attributa sit rebus ».

12 Augustinus» *om.* MRTVW. 18 est Deus *trp.* BCNV. 20 Rubrica om. RVW.

1 *Enarr. in Ps. 135,* 9, n. 8 (PL 37, 1759s; CCL 40, 1962). 2 lob 28, 28, iuxta versionem August. 3 August., *De Trinit.,* XII, c. 14, n. 22 (PL 42, 1010; CCL 50,375); verba quae sequuntur («quae... versari»), ex *Enarr. in Ps. 135,* uti supra. » Resp. Phil. 2, 15. 5 Cap. 14, η. 22 (PL 42, 1009s; CCL 50, 375). « I Cor. 13, 12. 7 August., *De Trinit.,* XIII, c. 19, n. 24 (PL 42, 1033; CCL 50A, 415s).

Num. 4: Auctoritas Augustini concinnatur ex *Olossa* in Ps. 135, 9 (PL 191, 1197 B) et ex ilia in I Cor. 12, 8 (PL 191, 1652 C-D).

6. **Augustinus in XII[I] libro De Trinitate.** Et, ut docet Augustinus 1, « utrumque agnoscimus in Christo », scilicet et rem divinam et rem humanam, et ideo de ipso habemus sapientiam et scientiam. « Cum enim legitur 2: *Verbum caro factum est,* in *Verbo* intelligitur verus Dei Filius, in *carne* agnoscitur verus hominis filius». Item cum dicitur 3; « *Vidimus plenum gratiae et veritatis, gratiam* referamus ad scientiam, et *veritatem* ad sapientiam », quia in Christo scientia et sapientia fuit plenarie 4, et nos scientiam et sapientiam de eo habemus, qui Deus est et homo.

Cap. 2 (133).

1. **In quo differat sapientia ab intellectu.** Ostensa differentia inter scientiam et sapientiam, quid distet inter sapientiam et intellectum videamus. — In hoc differunt illa duo, quia sapientia proprie est de aeternis, quae veritati aeternae contemplandae intendit; intelligentia vero non modo de aeternis est, sed etiam de rebus invisibilibus et spiritualibus temporaliter exortis. Per eam enim et natura summa quae fecit omnes naturas, id est divina, consideratur; et quae post ipsam sunt spirituales et invisibiles naturae, ut angeli et omnes animae bonae affectiones, conspiciuntur. In hoc ergo differentia est: quia sapientia Creator tantum inspicitur, intellectu vero et Creator et creatura quaedam. Item intellectu intelligibilia capimus tantum, sapientia vero non modo capimus superiora, sed etiam in cognitis delectamur.

2. **Quomodo differant scientia, intelligentia, sapientia?** Sic ergo distingui potest inter illa tria, scilicet scientiam, intellectum et sapientiam: scientia valet ad rectam administrationem rerum temporalium et ad bonam inter malos conversationem; intelligentia ad Creatoris et creaturarum invisibilium speculationem; sapientia vero ad solius aeternae veritatis contemplationem et delectationem.

1 Aug... Trinit.] Idem in eodem A, Aug. in eodem BX, *om.* LRVW. 7 scientia et sap. *trp.* ABCLN. 19 inspicitur] conspicitur LOV, *quod corr.* L, et *add.* AOV. 20 creatura] creata BCMNRWX. 23 intelligentia] intellectus AV.

1 Ibid., ubi et sequentia partim vei fere verbotenus. 2 Ioan. 1, 14; vide supra, Dist. 6, c. 2, n. 2. 3 Ioan. 1, 14. 4 Vide supra, Dist. 14, c. 1, nn. 3-5.

Num. 6 (et conclusio num. 5): Cf. *Glossa* in Coi. 2, 3 (PL 192, 269 B-C); ubi etiam, parum supra, breviter agitur de quaestione in capitulo sequenti discussa.

Cap. 3 (134).

1. **Quod intellectus et scientia de quibus hic agitur, non illa sunt quae naturaliter habet homo.** Et notandum quod intellectus et scientia quae dicuntur dona Spiritus Sancti, alia sunt ab intellectu et scientia quae naturaliter sunt in anima hominis. Hae enim virtutes sunt, quae per gratiam infunduntur animis fidelium ut per eas recte vivant; illa vero naturaliter habet homo ex beneficio creationis, a Deo tamen. Per has autem virtutes quae dicuntur Spiritus Sancti dona, illa naturalia reformantur atque adiuvantur: ut verbi gratia intellectus naturalis, peccato obtenebratus, per virtutem quandam et gratiam quae dicitur *spiritus intelligentiae,* reformatur atque iuvatur ad intelligendum; ita et per illam virtutem quae dicitur *spiritus sapientiae,* iuvatur atque erigitur mentis ratio ad contemplationem et delectationem aeternae veritatis.

2. **Quod sapientia ista Dei est, nec est illa quae Deus est. — Augustinus in libro XIV De Trinitate.** Illud etiam sciendum est, quod sapientia de qua nunc disserimus, non est « illa Dei sapientia, ut ait **Augustinus**[1], quae Deus est, sed hominis sapientia; vera tamen, quae secundum Deum est, ac verus et praecipuus cultus eius est ». Si ergo « colat[2] mens hominis Deum, cuius ab eo capax facta est et cuius esse particeps potest, sapiens ipsa fit; et non sua luce, sed summae illius lucis participatione sapiens fit. Ista ergo hominis sapientia etiam Dei est; verum non ita Dei est ut ea sapiens sit Deus: non enim participatione sui sapiens est, sicut mens participatione Dei. Sic etiam dicitur *iustitia Dei*[3] non solum illa qua ipse iustus est, sed etiam illa quam dat homini cum iustificat impium ».

2 agitur] agit RTX. 14-15 Aug... Trinit. *om.* RVW. 19 esse particeps *trp.* ABC.

1 Cap. 1, n. 1 (PL 42, 1035; CCL 50A, 421). 2 August., ibid., c. 12, n. 15 (1048; 443). 3 Resp. Rom. 10, 3.

DISTINCTIO XXXVI

Cap. 1 (135).

1. **De connexione virtutum quae non separantur.** Solet etiam quaeri utrum virtutes ita sint sibi coniunctae, ut separatim non possint possideri ab aliquo, sed qui unam habet, omnes habeat. — **Hieronymus, super Isaiam** [1]: De hoc **Hieronymus** ait [1]; « Omnes virtutes sibi haerent, ut qui una caruerit, omnibus careat »; qui ergo unam habet, omnes habet.

2. Quod quidem probabile est. Cum enim caritas mater sit omnium virtutum [2], in quocumque mater ipsa est, scilicet caritas, et cuncti filii eius, id est virtutes, recte fore creduntur. — **Augustinus, super Ioannem** [3]: Unde **Augustinus** [3]: « Ubi caritas est, quid est quod possit deesse ? Ubi autem non est, quid est quod possit prodesse ?» — **Augustinus, ad Hieronymum** [4]: « Cur [4] ergo non dicimus, qui hanc virtutem habet, habere omnes, cum plenitudo Legis sit caritas[5] ? quae quanto magis est in homine, tanto magis est virtute praeditus; quanto vero minus, tanto minus inest virtus; et quanto minus inest virtus, tanto magis est vitium ».

Cap. 2 (136).

1. **Si cunctae virtutes pariter sint in quocumque sunt.** Utrum vero pariter quis omnes possideat virtutes, an aliae magis, aliae minus in aliquo ferveant, quaestio est.

5-6 Hier, super Is. *om.* RVW. 10 et 12 Ruhr. *om.* RTVW.

[1] *Glossa interlin.* in Isai. 56, 1: *Et facite iustitiam:* «Omnes virtutes... Omnes enim sibi haerent, ut qui una caruerit, omnibus careat » (apud Lyranum, IV, 92v); ex Hieron. in h.l. (PL 24 [1845], 538; CCL 73A, 629). Cf. etiam Hieron., *In Isaiam,* 16, 11 (PL 24, 238 C; CCL 73, 264). [2] Vide supra, Dist. 23, c. 3, n. 2. [3] *In Ioan.* 15, 12, tr. 83, n. 3 (PL 35, 1846; CCL 36, 536). [4] *Epist. 167,* c. 3, n. 11 (PL 33, 738; CSEL 44, 599). [5] Resp. Rom. 13, 10: *Plenitudo ergo legis est dilectio.*

Dist. XXXVI. Cf. J. Schupp, *Die Gnadenlehre des Petrus Lombardus,* 251-255; de quaestione ante Magistrum, cf. Abaelardus, *Sic et non,* c. 137 (PL 178, 1570 C - 1574 B); sententiae scholae Anselmi, in O. Lottin, *Psych, et morale,* V, n. 425, p. 293; post Magistrum, cf. O. Lottin, *La connexion des vertus chez saint Thomas et ses prédécesseurs,* in *Psych, et morale,* III-1, 195-252. — Cap. 1, num. 2: Auctoritates Augustini, ex *Glossa* in Rom. 13,10 (PL 191, 1508 D - 1509 A).

2. Quibusdam [1] enim videtur quod aliae magis, aliae minus habeantur ab aliquo, sicut in Iob patientia eminuit, in David humilitas, in Moyse mansuetudo. Qui etiam concedunt magis aliquem mereri per aliquam unam virtutem quam per aliam, sicut eam plenius habet quam aliam. Non tamen magis per aliquam mereri dicunt quam per caritatem, nec aliquam plenius a quoquam haberi quam caritatem. Alias igitur magis et alias minus in aliquo esse dicunt, sed nullam plenius caritate, quae ceteras gignit. Hasque dicunt [2] esse multas facies quas memorat Apostolus dicens: *Ex personis multarum facierum* etc.

3. Alii verius dicunt omnes virtutes et simul et pares esse in quocumque sunt, ut qui in una alteri par exstiterit, in omnibus eidem aequalis sit. — **Augustinus in VI libro De Trinitate** [3]. Unde **Augustinus**[3]: « Virtutes quae sunt in animo humano, quamvis alio et alio modo singulae intelligantur, nullo modo tamen separantur ab invicem: ut quicumque fuerint aequales, verbi gratia, in fortitudine, aequales sint et prudentia et iustitia et temperantia. Si enim dixeris aequales esse istos in fortitudine, sed illum praestare prudentia, sequitur ut huius fortitudo minus prudens sit; ac per hoc nec fortitudine aequales sunt, quia est illius fortitudo prudentior. Atque ita de ceteris virtutibus invenies, si omnes eadem consideratione percurras ».

4. Ex his clarescit omnes virtutes non modo esse connexas, sed etiam pares in animo hominis. Cum ergo dicitur aliquis aliqua praeminere virtute, ut Abraham fide, Iob patientia, secundum usus exteriores accipiendum est, vel in comparatione aliorum hominum. Quia vel humilitatis habitum maxime praefert, vel opus fidei vel alicuius ceterarum virtutum praecipue exsequitur: unde et ea prae aliis pollere, vel inter alios homines singulariter excellere dicitur.

5. **Augustinus, ad Hieronymum** [4]. Secundum hunc modum, scilicet

2 eminuit] emicuit BC, vel emicuit *add. interi.* V. 12-13 Augustinus] in vi° (vii°) libro de trin. *add.* BCRX. omnia *om.* M. 28 Augustinus] in epistola *add.* ALN. 12 Rubrica *om.* CRVW. 28 - 205, 4 Secundum...

1 De hac sententia et exemplis adductis, cf. Hieron., *Dialogus contra Pelagianos,* I, nn. 18-19 (PL 23 [1845], 512 B-C); Gregorius, *Moralia,* XXVII, c. 10, n. 17 (PL 76, 407 D-409 A); qui tamen non sunt noti Magistro, ut videtur. 2 Quorum dictum recitat Magister in *Glossa* in II Cor. 1, 11: *Multarum facierum:* « Id est discretorum meritorum et diversarum virtutum, ut facies Iob fuit patientia, facies David humilitas, facies Moysi mansuetudo » (PL 192, 12 C). 3 Cap. 4, n. 6 (PL 42, 927; CCL 50, 233s).

Num. 3: *Alii,* ut ipse Lombardus in sermone 16, *In ramis palmarum* (PL 171, 497 A).

secundum rationem actuum exteriorum, alibi **Augustinus**[1] dicit in aliquo aliam magis esse virtutem, aliam minus, et unam esse et non alteram. Ait enim sic: « Clarissima disputatione tua satis apparuit non placuisse auctoribus nostris, immo ipsi veritati, omnia paria esse peccata, etiam si hoc de virtutibus verum sit ». « Quia [2] etsi verum est eum qui habet unam, omnes habere virtutes, et eum qui unam non habet, nullam habere, nec sic peccata sunt paria. Quia ubi virtus nulla est, nihil rectum est, nec tamen ideo non est pravo pravius distortoque distortius. Si autem, quod puto esse verius sacrisque Litteris congruentius, ita sunt animae intentiones ut corporis membra (non quod videantur locis, sed quod sentiantur affectibus), et alius illuminatur amplius, alius minus, alius omnino caret lumine: profecto ut quisque illustratione piae caritatis affectus est: in alio actu magis, in alio minus, in aliquo nihil, sic dici potest habere aliam, et aliam non habere; et aliam magis, aliam minus habere virtutem. Nam et 'maior est in isto caritas quam in illo' recte possumus dicere; et 'aliqua in isto, nulla in illo', quantum pertinet ad caritatem quae pietas est. Et in uno homine, quod maiorem habeat pudicitiam quam patientiam; et maiorem hodie quam heri, si proficit; et adhuc non habeat continentiam, et habeat non parvam misericordiam. Et ut generaliter breviterque complectar quam de virtute habeo notionem: Virtus est caritas qua id quod diligendum est diligitur. Haec in aliis maior, in aliis minor, in aliis nulla est; plenissima vero, quae iam non possit augeri, quamdiu hic homo vivit, in nemine ».

6. Hic insinuari videtur quod aliquis ea ratione possit dici habere unam virtutem magis quam aliam, quia per caritatem magis afficitur in actu unius virtutis quam alterius; et propter differentiam actuum, ipsas virtutes magis vel minus habere dici potest; et aliquam non habere, cum tamen simul omnes et pariter habeat quantum ad mentis habitum vel essentiam cuiusque. In actu vero aliam magis, aliam minus habet; aliam etiam non habet, ut vir iustus, utens coniugio, non habet continentiam in actu, quam tamen habet in habitu.

7. **Augustinus** «Cur[3] ergo non dicantur paria peccata? Forte

7 sunt] sint O, esse V. ‖ est] sit BX, *ûm.* V. 14 magis] et *add,* BCNRV. 14-15 habere virtutem *om.* OVX, *add. interi.* R. 17 quod] qui BC, quidem OR. 21-22 maior... minor *trp.* LT. 23 nemine] est *add.* BCV *Aug.* 28 simul omnes *trp.* RTX. 3'2 Augustinus *om.* CRTVW, *trp.* ad Hic *(lin. 24)* BX.

1 *Epist» 167,* c. 2, n. 4 (PL 33, 735; CSEL 44, 592). 2 ibid., c. 4, nn. 14-15 (PL 33, 738s; CSEL 44, 601s); de hac quaestione nihil apud Florum in II Cor. 1, 11. 3 *Epist. 167,* c. 5, nn. 16-17 (PL 33, 739s; CSEL 44, 603s).

quia magis facit contra caritatem qui gravius peccat, minus qui levius. Nemo enim peccat nisi adversus illam faciendo, quae est *plenitudo Legis* L Ideo recte dicitur 2: *Qui offenderit in uno, factus est omnium reus,* id est contra caritatem facit in qua pendent omnia ».

Cap. 3 (137).

1. **Repetit de caritate ut addat quomodo tota lex in ea pendet.** Cum duo sint praecepta caritatis, in quibus, ut praetaxatum est 3, *tota Lex pendet et Prophetae* 4, advertendum est quomodo hoc sit, cum in Lege et Prophetis multa fuerint caerimonialia mandata, quae si ad caritatis sanctificationem pertinuissent, viderentur nondum debere cessare. Quia vero non iustificationis gratia, quam facit caritas, instituta sunt, sed in figura futuri et in onus imposita5, ideo clarescente veritate, cessaverunt velut umbra 6. Verumtamen et ipsa caerimonialia, secundum spiritualem intellectum quem continent, et omnia moralia ad caritatem referuntur. Pertinent enim omnia ad decem mandata in tabulis scripta 7, ubi omnium summa perstringitur, ex quibus cetera emanant; sicut in sermone Domini 8 octo virtutes praemittuntur, ad quas cetera referuntur. Et sicut ad decem mandata Decalogi cetera referuntur, ita et ipsa decem ad duo mandata caritatis 9. Omnia ergo ad duo mandata caritatis pertinent, quia per caritatem implentur, et ad caritatem tamquam finem referri debent 10.

2. **Augustinus in libro De doctrina Christiana** * Unde **Augustinus** 11: « Totam magnitudinem et amplitudinem divinorum Eloquiorum possidet caritas qua Deum proximumque diligimus, quae radix est om-

22 Augustinusi *om.* NOT.

1 Rom. 13, 10. 2 Iac. 2, 10. 3 In Cap. 1, et in Dist. 27, c. 2. 4 Matth. 22, 40. 5 Resp. Hebr. 10, 1; Act. 15, 28. « Resp. Coi. 2, 16-17. De praeceptis agitur in Dist. seq. 8 Matth. 5, 3-12. 9 Vide supra, Dist. 27, c. 2. 10 Resp. Rom. 13, 10: *Plenitudo ergo Legis est dilectio;* I Tim. 1, 5: *Finis autem praecepti est caritas.* n Rectius, *Sermo 350,* n. 2 (PL 39, 1534); de cuius authenticitate cf. PLS 2, 402.

Num. 2: Prima auctoritas, ex *Glossa* in I Tim. 1, 5 (PL 192, 328 D - 329 D), ubi iam, forsitan ex falso situ rubricae in suo exemplari Flori, Augustino ascribitur in *Libro de doctrina Christiana.* In originali Flori rectius rubricatur *Ex sermone de laude caritatis* (coi. 698); quoddam excerptum libri *De doctrina* sequitur parum infra. — Secunda, ex eadem *Glossa* (PL 192, 329 C); illa *ad Anastasium,* ex *Glossa* in I Tim. 1, 8 (PL 192, 331 A); ultima, in I Tim. 1, 5 (PL 192, 329 B); omnes autem trahuntur ex Floro, coi. 698, 699, 701, et iterum 699.

nium bonorum. Unde Veritas ait i; *In his duobus mandatis universa Lex pendet et Prophetae.* Si ergo non vacat omnes Paginas sanctas perscrutari, omnia involucra sermonum evolvere, tene caritatem, ubi pendent omnia », quia perfectio est et finis omnium. — **Augustinus in Enchiridion** : « Tunc 2 enim et praecepta et consilia recte fiunt, cum referuntur ad diligendum s Deum, et proximum propter Deum. Quod vero timore poenae vel aliqua intentione carnali fit, ut non referatur ad caritatem, nondum fit sicut fieri oportet, quamvis fieri videatur».— **Augustinus, ad Anastasium** « Inimicus3 enim iustitiae est, qui poenae timore non peccat; amicus vero, qui eius amore non peccat ». — **Augustinus in libro De doctrina** io **Christiana** «Omnium4 igitur haec summa est, ut intelligatur Legis et omnium divinarum Scripturarum plenitudo esse dilectio Dei et proximi ».

DISTINCTIO XXXVII

Cap. 1 (138).

1. De decem praeceptis, quomodo contineantur in duobus mandatis 15 **caritatis.** Sed iam distributio Decalogi, qui in duobus mandatis completur, consideranda est. — **Augustinus, De decem chordis** : « Habet 5 enim Decalogus decem praecepta, quae sunt decachordum psalterium 6. Quae sic sunt distributa, ut tria quae sunt in prima tabula pertineant ad Deum, scilicet ad cognitionem et dilectionem Trinitatis; septem quae sunt in 20 **secunda** tabula ad dilectionem proximi ».

1 Unde] ut L, uti 0, Et ut W. 12 divin. Script, *trp.* BCX.

1 Matth. 22, 40. 2 Cap. 121 (PL 40, 288; CCL 46, 113s). 3 *Epist. 145,* n. 4 (PL33,594; CSEL 44,269). 4 Lib. I, c. 35, n. 39 (PL34,34; CSEL 80,30; CCL32,28s). 5 *Sermo 9, cc.* 5-6 (PL 38, 79s; CCL 41, 117-122); quoad Decalogum, cf. Exod. 20, 3-17; Deut. 5, 7-21. « Resp. Ps. 143, 9: *In psalterio decachordo psallam tibi.*

Dist. XXXVII: Cf. Hugo, *De sacram.,* 1, 12, 5-8 (PL 176, 352 A -360 B); *Summa sent.,* IV, 3-6 (PL 171, 1150 B [= finis textus huius editionis]; 176, 120 D - 124 D); et praesertim *Glossa ordinaria* in Exod. 20, 3-17, et Deut. 5, 6-21 (apud Lyranum, 1,163a-165a; 337r), unde pleraque hausit Magister. — Cap. 1, num. 1: concinnatur auctoritas ex *Glossa* in Rom. 13, 9- (PL 191, 1509 A) et in Galat. 3, 13 (PL 192, 121 D); cf. etiam *Glossa* in Ps. 32, 2 (PL 191, 327 A), necnon et in Eph. 6, 2 (PL 192, 217 C-D).

2. **De primo praecepto.** Primum in prima tabula est P *Non habebis deos alienos, non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem* etc. Haec **Origenes**2 dicit esse duo mandata, sed **Augustinus**3 unum. Hoc ipsum enim quod dixerat, *non habebis deos alienos,* perfectius explicat, cum prohibet coli figmenta, scilicet idolum vel similitudinem alicuius rei. — **Origenes.** Quae duo **Origenes**4 ita dicit distare, ut *idolum* sit quod nihil habet simile sui; *similitudo* vero quod habet speciem alicuius rei, ut, verbi gratia, « si quis in auro vel ligno vel alia re faciat speciem serpentis vel avis vel alius rei, et statuat ad adorandum, non idolum, sed similitudinem fecit. Qui vero facit speciem quam non vidit oculus, sed animus sibi fingit, ut si quis humanis membris caput canis vel arietis formet, vel in uno habitu hominis duas facies, non similitudinem, sed idolum facit, quia facit quod non habet aliquid simile sui ».

Cap. 2 (139).

1. **Quomodo idolum nihil esse in mundo dicitur.** « Ideo5 dicit Apostolus 6: *Quia idolum nihil est in mundo.* Non enim aliqua ex rebus constantibus assumitur species, sed quod mens otiosa et curiosa reperit. Similitudo vero est, cum aliquid *ex his quae sunt* vel *in caelo* vel *in terra* vel *in aquis* 7 formatur ». — **Aliter Augustinus. — Augustinus, super Ioannem.** **Augustinus**3 vero ita exponit illud: « *Idolum nihil est in mundo,* id est inter creaturas mundi non est forma idoli. Materiam enim formavit Deus, sed stultitia hominum formam dedit. Quaecumque facta sunt naturaliter, facta sunt per Verbum; sed forma hominis in idolo non est

6 Origenes (rubr.) *om.* RVW. 8 ut *om.* MRWX, *adi. interi.* T. 9 alius] alicuius ABCLMN. 10 vidit] videt BCN. 11 oculus MRX *Origen.,* oculis *alii codd., corr. in* oculus T. ‖ fingit] finxit LOV, *corr. interi, in* finxit T2. 19 Aliter *om.* BCX. ‖ Aliter Aug. *om.* RVW, *trp.* LM. ‖ Aug. super Ioan. *om.* RVW.

1 Exod. 20, 3-4; Deut. 5, 7-8. 2 *In Exod.,* hom. 8, n. 2 (PG 12, 351 C; GSC29 [1920], 219). 3 *Quaest. in Heptat.,* q. 71 (PL 34, 620s; CSEL 28-11, 136; CCL 33,102). 4 Ibid., n. 3 (PG 12, 353 C-D; GSC 29, 222). 5 Origenes, ibid. (353 D-354A; 222). « I Cor. 8, 4. 7 Resp. Exod. 20, 4; Deut. 5, 8. 8 *In Ioan.* 1, 3, tr. 1, n. 13 (PL35, 1385; CCL 36, 7).

Num. 2: Ex *Glossa* ord. in Exod. 20, 2-3 (apud Lyranum, I, 163a-c), ubi et verba Origenis.

Cap. 2: Verba Origenis, ibid. (163c); auctoritas Augustini, ex *Glossa ord.* in I Cor. 8, 4 (cod. 1 52b; m 51b; apud Lyranum, VI, 44c), unde sumitur in *Glossam* Lombardi in h.l. (PL 191, 1602 B-C).

facta per Verbum. Sicut peccatum non est factum per Verbum, sed est nihil; et nihil fiunt homines cum peccant ».

2. **Quaestio. In expositione horum verborum: Omnia per ipsum facta sunt**[1] *:* Sed quaeritur quomodo hic dicatur forma idoli non esse facta per Verbum, cum alibi legatur 2: « Omnis forma, omnis compago, omnis concordia partium facta est per Verbum ». — Hoc autem a diversis varie solvitur. **Quidam** enim dicunt omnem formam et quidquid est, a Deo esse in quantum est; et formam idoli, in quantum est vel in quantum forma est, a Deo esse, sed non in quantum est idoli, id est posita ad adorandum. In hoc enim non est creatura, sed perversio creaturae. Sicut illud quod peccatum est, in quantum peccatum est, « nihil est; et homines cum peccant nihil fiunt 3 », quia ab illo qui vere est separantur. — **Hieronymus, super Ezechielem** *:* Unde **Hieronymus**4: « Quod ex Deo non est, qui solus vere est, non esse dicitur »; ideoque peccatum, quod nos a vero esse abducit, nil esse vel non esse dicitur. — **Alii** vero dicunt omnem formam, quae scilicet naturaliter est, et omne quod naturaliter est, esse a Deo; sed forma idoli non est naturaliter, quia naturae iustitiae non servit. Id enim naturaliter esse dicitur, quod simplici naturae iustitiae, quae Deus est, militat, non resultat, et naturam creatam non vitiat.

3. **De secundo praecepto** *:* Secundum praeceptum est 5; *Non assumes nomen Dei tui in vanum.* Quod est dicere, secundum litteram: Non iurabis pro nihilo nomen Dei A __ **Isidorus** *:* Allegorice vero praecipitur ut « non 7 putes creaturam esse Christum, Dei Filium, quia omnis creatura *vanitati subiecta est* 8, sed aequalem Patri ».

4. **De tertio** *:* Tertium vero est?: *Memento ut diem sabbati sanctifices.* 9

3-4 Rubr. *om. VW* || In... facta sunt *proprius ponitur ad* alibi *(lin.* 5). 12-13 Rubrica om. RVW. 15 nil] nihil ABCLMVX, *corr. ex* nihil N. 22 Isidorus *om.* RVW.

1 Ioan. 1,3. 2 August., *In loan.,* tr. 1, n. 13 (PL 35,1386; CCL 36,8). 3 Verba sunt August., supra, ad finem n. 1. 4 */n Ezech.* 26, 19: « Qui Deo non vivit, in Scripturis sanctis» dicitur «non subsistere» (PL 25 [1845], 246 A; CSEL 75, 355s). 5 Exod. 20, 7; Deut. 5, 11. 6 Ita *Glossa interi,* in Exod. 20, 7 (apud Lyran., I, 164r). 7 Glossa *ordin.* in Exod. 20, 2, et in Deut. 5, 11 (apud Lyranum, I, 163c; 337a); ex Isidoro, *Quaest. in Vet. Test., In Exod.,* c. 29, n. 3 (PL 83, 301 C). 8 Resp. Rom. 8, 20. 9 Exod. 20, 8; Deut. 5, 12. Cf. *Glossa ordin.* in Deut. 5, 12 (apud Lyran., I, 337a).

Num. 2: Unde quaestio et verba Augustini, quae non «alibi» sed ibidem parum inferius, sumantur, nescimus. De prima opinione, quae forsitan Magistri sit, cf. Lib. II, Dist. 35, cap. 2, num. 1, et Dist. 37, cap. 1 (Tom. I, 530, 15-19; 543-545). — De secunda, cf. Sententiae scholae Anselmi, n. 511 (apud O. Lottin, *Psych, et morale,* V, 325); et *Summa sent.,* IV,3 (PL 176, 121 B-C), quae tamen non enumerentur oportet inter fontes huius capituli.

Ubi secundum litteram praecipitur sabbati observantia; allegorice vero,, ut requiem et hic a vitiis et in futuro in Dei contemplatione exspectes- ex Spiritu Sancto, id est ex caritate et dono Dei; non quod Spiritus- Sanctus sine Patre et Filio hoc operetur.

Cap. 3 (140).

1. **Quare in Spiritu Sancto proprie dicitur fieri remissio * — Augustinus, De blasphemia Spiritus Sancti** « Accepit 1 utique Ecclesia hoc donum, ut in Spiritu Sancto fiat remissio peccatorum. Quam remissionem cum Trinitas faciat, proprie tamen ad Spiritum Sanctum dicitur pertinere, quia ipse est *Spiritus adoptionis filiorum* 2 », ipse est Patris et Filii amor et connexio vel communitas 3; ideoque iustificatio nostra et. requies ei attribuitur saepius 4.

2. Haec sunt tria mandata primae tabulae ad Deum pertinentia. Et primum quidem, quod est de uno Deo colendo, pertinet ad Patrem, in. quo est unitas vel auctoritas; secundum ad Filium, in quo est aequalitas;, tertium ad Spiritum Sanctum, in quo est utriusque communitas5.

Cap. 4 (141).

1. **De mandatis secundae tabulae.** In secunda vero tabula septem erant mandata ad dilectionem proximi pertinentia.

2. **De primo secundae tabulae *** Quorum primum ad patrem carnalem refertur, sicut primum primae tabulae ad Patrem caelestem; quod est 6: *Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longaevus super terram,* scilicet *viventium* 7. Parentes vero sic sunt honorandi, ut eis debita reverentia exhibeatur et necessaria ministrentur.

6 remissio] peccatorum *add.* LRV.

1 *Sermo* 77, c. 17, n. 28 (PL 38, 460). 2 Resp. Rom. 8, 15. 3 Cf. Lib. I, d. 10, c. 2, nn. 4-5; et d. 31, c. 6 (tom. I, 112s, 232). 4 *Glossa interlin.* in Exod. 20, 8: «Tertium mandatum pertinens ad Spiritum Sanctum, cuius dono requies aeterna promittitur et sanctificatio perficitur» (apud Lyranum, I, 164r). s Cf. *Glossa ordin.* in Deut. 5, 11 (apud Lyranum, I, 337a). e Exod. 20, 12; Deut. 5, 16. Cf. *Glossa ordin.* et *interlin.* in hos locos (164v; 337r). ? Resp. Ps. 26, 13: *Credo videre bona Domini in terra viventium..*

Cap. 3, num. 1: Ex *Glossa* in Eph. 4, 4 (PL 192, 197 A); cf. etiam in Rom. 8,16 (PL 191, 1440 D). — Cap. 4, num. 1-2: ex *Summa sent.,* IV, 3, et 4 (PL 176, 121 A, 122 A), praeter ultima verba, quae sunt ex *Glossa* Magistri in Eph. 6, 2 (PL 192, 217 D et C).

3. **De secundo** Secundum est 1; *Non occides.* Ubi secundum litteram actus homicidii prohibetur, secundum spiritum vero etiam voluntas occidendi. Unde huic mandato secundum litteram fit superadditio in Evangelio 2, quia littera Evangelii exprimitur, quod Legis littera non exprimebatur.

4. **De sensu spirituali et carnali** Evangelii littera exprimit intelligentiam spiritualem, id est quam spirituales habent, et secundum quam spiritualiter vivitur; littera Legis sensum carnalem, id est quem carnales habent, et secundum quem carnaliter vivitur: cui facta est superadditio.

5. **De tertio** — **Isidorus** Tertium est 3; *Non moechaberis,* « id est 4 ne cuilibet miscearis, excepto foedere matrimonii. A parte enim totum intelligitur ». — **Augustinus, super Exodum** « Nomine5 igitur moechiae omnis concubitus illicitus, illorumque membrorum non legitimus usus prohibitus debet intelligi ».

Cap. 5 (142).

1. **De quarto.** Quartum est 6; *Non furtum facies.* Ubi sacrilegium et rapina omnis prohibetur. — **Augustinus, super Exodum** «Non7 enim Tapinam permisit, qui furtum prohibuit, sed furti nomine bene intelligi voluit omnem illicitam usurpationem rei alienae ».

2. Sacrilegium tribus modis committitur: quando scilicet vel sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro aufertur.

12 igitur] ergo N, enim ABC. 17 rapina omnis *trp.* CLV.

1 Exod. 20, 13; Deut. 5, 17. 2 Resp. Matth. 5, 21-22: *Audistis quia dictum est antiquis: Non occides... Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio* etc. 3 Exod. 20, 14; Deut. 5, 18. 4 *Glossa interlin. in Exod.* 20, 14: « Id est... Per partem enim totum vult intelligi » (apud Lyranum, I, 164v); ex Isidoro, *Quaest. in Vet. Test., In Exod.,* c. 29, n. 11 (PL 83, 302 D - 303 A). 5 *Glossa ordin.* in Exod. 20, 14: « et nomine moechiae omnis illicitus concubitus atque illorum membrorum non legitimus usus prohibitus debet intelligi» (apud Lyranum, I, 164d); ex August., *Quaest. in Heptat.,* II, q. 71 (PL 34,622; CSEL 28-11,138s; CCL33,104s). « Exod. 20, 15; Deut. 5, 19; dein *Glossa intertin.* in hos locos: « Quamlibet rei usurpationem », « Quamlibet rapinam » (apud Lyran., I, 164v, 337r). 7 *Olossa ordin.* in Exod. 20, 14: « ...furti nomine bene intelligitur omnis illicita usurpatio rei alienae (non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit) » (apud Lyran., I, 164d); ex August., loc. cit.

Cap. 5, num. 1: Cf. Hugo, *De sacram.,* I, 12, 7 (PL 176, 356 D).— Num. 2-3: ut supra notatur, partim ex *Summa sent.,* IV, 4 (PL 176, 122 B-C); partim (August.) *ex Glossa* in Ps.54, 12 (PL 191, 511 B); partim ex Hieronymo *In Ezechielem.*

Sacrum vero dicitur quidquid mancipatum est cultui divino, ut ecclesia vel res ecclesiae.

3. **Hieronymus, in epistola quadam ad** Hic etiam usura prohibetur, quae sub rapina continetur. Unde **Hieronymus**1: « Usuras quaerere vel fraudare aut rapere nihil interest. Commoda fratri tuo, et accipe quod dedisti et nihil superfluum quaeras, quia superabundantia in usura computatur ». — **Augustinus, super Psalmum** Est enim usura, ut ait **Augustinus**2, « cum quis plus exigit in iniuria vel qualibet re quam acceperit ». — **Hieronymus, super Ezechielem** Item **Hieronymus** 3; « Putant aliqui usuram tantum esse in pecunia; sed intelligant usuram vocari superabundantiam, scilicet quidquid est, si ab eo quod dederit plus est: ut si in hieme demus decem modios, et in messe quindecim recipiamus ».

4. **Si furtum fecerunt filii Israel quando spoliaverunt Aegyptios** Si vero quaeritur de filiis Israel, qui, Domino iubente, ab Aegyptiis mutuaverunt vasa aurea et argentea et vestes pretiosas, et asportaverunt4, utrum furtum commiserint, dicimus eos qui ut parerent Deo iubenti illud fecerunt, non fecisse furtum, nec omnino peccasse. — **Augustinus, super Exodum** Unde **Augustinus**5: « Israelitae non furtum fecerunt, sed Deo iubenti ministerium praebuerunt. Hoc enim Deus iussit, qui Legem dedit. Sicut minister iudicis sine peccato occidit quem Lex praecipit; sed si id sponte faciat, homicida est, etiam si eum occidat quem scit a iudice occidendum ». — **Augustinus, super Psalmum** « Infirmi e autem, qui ex cupiditate Aegyptios deceperunt, magis permissi sunt hoc facere: illis, qui iure talia passi sunt, quam iussi ».

8 iniuria] pecunia X, usura AMT, *quod corr.* M (mg.) T. 9 tantum esse *trp.* BLNR. 24 iure talia *trp.* MRTX.

i Non invenitur apud Hieronymum; sumitur unacum alia auctoritate eiusdem in Ezech. (infra), ex *Summa sententiarum,* IV, 4 (PL 176, 122 C). *2 Glossa ordin.* in Ps. 54, 12: *usura et dolus* (apud Lyran., III, 162a; cod. Laurent. Pl. XVII. 4, fol. 69d); ex Augustino in h.l., n. 14 (PL 36, 638; CCL 39, 667). *3 Glossa ordin.* in Ezech. 18, 8 (apud Lyranum, IV, 237a); ex Hieron., *In Ezech.,* 18, 8 (PL 25 [1845], 176 C, 177 A; CCL 75, 240). 4 Exod. 11, 2; et 12, 35-36. *5 Glossa ordin.* in Exod. 11, 2 (apud Lyranum, I 145a); ex August., *Quaest. in Heptat.,* II, q. 39 (PL 34, 607s; CSEL 28-11, 112; CCL 33,85). *6 Glossa ordin.* in Ps. 104, 37: *Et eduxit eos cum argento et auro* (apud Lyranum, III, 243c; cod. Laurent., f. 144a); ex August, in h.l., n. 28 (PL 37, 1400; CCL 40, 1547s).

Num. 4: Quaestio suggeritur in *Summa sent.,* IV, 4 (PL 176, 122 C); vide dein Lomb. in Ps. 104, 37 (PL 191, 955 C).

5. Augustinus, super Psalmum : Hic opponitur quod etiam boni in illo opere peccaverunt, quia naturalem legem, cui concordat Evangelium et lex moralis praeceptionis, transgressi sunt, quae est: *Quod tibi non vis, alii ne feceris* 1. « Quam 2 Veritas scripsit in corde hominis; et quia non legebat in corde, iteravit in tabulis, ut voce forinsecus admota, rediret *ad cor* 3 et ibi inveniret quod extra legeret ». Hanc igitur illi praevaricati videntur in illo facto, aliis facientes quod nolebant sibi fieri. — Sed ibi subintelligendum est 'iniuste', ut non alii scilicet iniuste facias, quod tibi non vis fieri. Alioquin huius praevaricator est iudex, dum punit reum, nolens aliquid tale sibi fieri. Ita etiam et illud Domini verbum 4: *Omnia quaecumque vultis ut faciant vobis homines* etc., de bonis accipiendum est quae nobis invicem exhibere debemus.

Cap. 6 (143).

1. **De quinto** Quintum praeceptum est5; *Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.* Ubi crimen mendacii et periurii prohibetur.

2. **Augustinus, super Exodum: scilicet si omne mendacium ibi prohibetur :** « Solet 6 autem quaeri utrum prohibitum sit omne mendacium. Quidam dicunt illud tantum prohiberi quod obest et non prodest ei cui dicitur. Tale enim non est *adversus proximum,* ut ideo videatur hoc addidisse Scriptura. Sed de mendacio magna quaestio est, nec cito explicari potest ».

3 vis] fieri *add.* LRX, *add. interi.* V. 4 ne] non OV. 10 et *om.* MRT. 17 scilicet *om.* MNVW.

1 Resp. Tob. 4, 16; Matth. 7, 12; Luc. 6, 31. 2 Partim in *Glossa ordin.* in Ps. 57, 1: *Si vere utique iustitiam loquimini* (apud Lyran., III, 165c; cod. cit., 72b, in parte tantum); ex August, (rubrica) in h.l., n. 1 (PL 36, 673s; CCL 39, 708). 3 Resp. Isai. 46, 8: *Redite, praevaricatores, ad cor.* 4 Matth. 7, 12: *Glossa interlin.* in h.l.: « Voluntas hic de bonis tantum dicitur » (apud Lyranum, V, 28v). 5 Exod. 20, 16; Deut. 5, 20. *Glossa interim.* in Exod. 20, 16: «Quod est crimen mendacii et falsitatis » (apud Lyranum, I, 165r). 6 *Glossa ordin.* in Exod. 20, 16 (apud Lyran., I, 165a); ex August., *Quaest. in Heptat.,* II, q. 71 (PL 34, 622s; CSEL 28-11, 139s; CCL 33, 105).

Num. 5: Verba Augustini, ex *Glossa* in Ps. 57, 1 (PL 191, 534 C).

DISTINCTIO XXXVIII

Cap. 1 (144).

1. **De triplici genere mendacii. — Augustinus, super Psalmum V**[1]. Sciendum est tamen tria esse genera mendaciorum. «Sunti enim mendacia quaedam pro salute vel commodo alicuius, non malitia, sed benignitate dicta: qualiter obstetrices [2] mentitae sunt» et Raab [3]. — «Est et aliud mendacii genus, quod fit ioco, quod non fallit: scit enim cui dicitur, causa ioci dici. Et haec duo genera mendaciorum non sunt sine culpa, sed non cum magna. Perfectis vero non convenit mentiri, nec etiam pro temporali vita alicuius, ne pro corpore alterius animam suam occidant. Licet autem eis verum tacere, sed non falsum dicere: ut si quis non vult hominem ad mortem prodere, verum taceat, sed non falsum dicat». — Tertium vero genus mendacii est, quod ex malignitate et duplicitate prodit, cunctis valde cavendum.

2. His videtur innui mendacia illa quae fiunt ioco vel pro salute alicuius, imperfectis esse venialia peccata; perfectis vero illud quod pro commodo alterius dicitur, esse damnabile. Quod etiam de mendacio ioci putari potest, praecipue si iteretur.

3. **Quod mendacium obstetricum et Raab fuit veniale**[1]. — **Augustinus, super Leviticum**[1]. De mendacio autem obstetricum et Raab, quod

15 videtur innui *trp.* MRTX.

1 Num. 7 (PL 36, 85; CCL 38, 22); vide notam infra positam. 2 Resp. Exod. 1, 15-21. 3 Resp. Ios. 2, 3-6.

Dist. XXXVIII. Cf. Ivo Carnutensis, *Decretum,* XII, De mendacio et periurio (PL 161, 779ss, 792ss); et eius *Panormia,* VIII, capp. 124-134 (PL 161, 1333ss); Hugo, *De sacram.,* I, *12,* 7 (PL 176, 356 D - 357 C); *Summa sent.,* III, 5 (PL 176, 122 D -123 D); Gratianus, *Decretum,* C. 22, q. 2 (ed. Ae. Friedberg, I, 866-875). — Cap. 1, num. 1: Auctoritas Augustini, ex *Gtossa ord.* in Ps. 5, 7 (cod. Laurent., Plut. XVII, 4, f. 4c; apud Lyranum, III, 93b); inde, quibusdam probabiliter adiunctis textui originali, in *Glossa* Magistri (PL 191, 98 A-D); cf. Proleg. ad tom. I, 59 — De verum tacendo, cf. A. M. Landgraf, Der *verfolgte Feind und das nichtgehaltene Versprechen in der Théologie der Friihscholastik,* in *Divus Thomas* (Fr.), 22 (1944), 3-30. — Num. 3: Prima auctoritas Augustini, ex *Glossa ord.* in Levit. 19, 11 (apud Lyranum, I, 247b). Alia (et aliae quae infra inveniuntur) de *Enchiridion,* ex originali quod ad manum habuit Lombardus. Non negamus quod inspirante Gratiano Magister recurrit a *Decreto* ad originale, etiam infra.

fuerit veniale, Augustinus tradit dicensF « Forsitan sicut obstetrices non remuneratae sunt quia mentitae sunt, sed quia infantes liberaverunt, et propter hanc misericordiam veniale fuit peccatum, non tamen nullum: sic Raab liberata propter liberationem exploratorum, pro qua fuit veniale peccatum. Sed ne putet quisque in ceteris peccatis, si propter liberationem hominum fiant, ita posse concedi veniam. Multa enim mala detestanda talem sequuntur errorem». — **Augustinus in Enchiridion** « Possumus 2 enim et furando alicui prodesse, si pauper cui datur sentit commodum, et dives cui tollitur non sentit incommodum. Ita et adulterando possumus, si aliqua, nisi ad hoc ei consentiatur, appareat amando moritura; et si vixerit, poenitendo purganda: nec ideo peccatum grave negabitur tale adulterium ».

Cap. 2 (145).

1. **De octo generibus mendacii.** Sciendum est etiam octo esse genera mendacii, ut Augustinus in libro *De mendacio* 3 tradit; quae diligenter notanda sunt, ut appareat quod mendacium sit veniale, et quod damnabile. « Primum capitale est mendacium longeque fugiendum, quod fit in doctrina religionis; ad quod nulla causa quisquam debet adduci. Secundum, quod tale est ut nulli prosit, sed obsit alicui. Tertium, quod ita prodest alteri, ut obsit alteri. Quartum, sola mentiendi fallendique libidine, quod mirum mendacium est. Quintum, quod fit placendi cupiditate de suaviloquio. His omnibus evitatis, sequitur sextum genus, quod et nulli obest et prodest alicui, ut si quis pecuniam alicuius iniuste tollendam sciens ubi sit, nescire se mentiatur. Septimum, quod et nulli obest et prodest alicui, ut si quis, nolens hominem ad mortem quaesitum prodere, mentiatur. Octavum, quod nulli obest, et ad hoc prodest ut ab immunditia corporali aliquem tueatur ».

5 quisque] quisquam MV, *corr, in* quisquam CPT. 14 De octo gen. (speciebus *clench,)* mendacii BCX *et elenchus capp.t* Quod sunt genera mendaciorum N, *om, alii codd.* 17 - 215, 4 Primum... arbitretur om. M.

1 *Quaest. in Heptat.,* III, q. 68 (PL 34, 708; CSEL 28-11, 296s; CCL 33, 221s). 2 Cap. 22 (PL 40, 244; CCL 46, 62); partim in *Decreta* Gratiani, C. 22, q. 2, c. 4, § 2 (I, 868). 3 Cap. 14, n. 25 (PL 40, 505; CSEL 41, 444s).

Cap. 2, num. 1: Ex *Decreto* Gratiani, tam ex dicto eius ante cap. 8 quam ex C. 22, q. 2, c. 8 (869), quibusdam omissis.

2. « In his[1] autem tanto minus peccat quisque cum mentitur, quanto magis a primo recedit. Quisquis vero aliquod genus esse mendacii, quod peccatum non sit, putaverit, decipiet se ipsum turpiter, cum honestum esse deceptorem aliorum arbitretur ». — « Omne[2] ergo genus mendacii summopere fuge », « quia[2] omne mendacium non est a Deo ».

Cap. 3 (146).

Quid sit mendacium. Hic videndum est quid sit mendacium et quid sit mentiri, deinde utrum omne mendacium sit peccatum et quare. — **Augustinus in libro Contra mendacium** «Mendacium est, ut ait Augustinus[4], falsa significatio vocis cum intentione fallendi ». Ut ergo mendacium sit, necesse est ut falsum proferatur, et cum intentione fallendi: « hoc[5] enim malum est proprium mentientis, aliud habere clausum in pectore, aliud promptum in lingua ».

Cap. 4 (147).

1. Quid sit mentiri? Mentiri[6] vero est loqui contra hoc quod animo sentit quis, sive illud verum sit, sive non. Omnis ergo qui loquitur mendacium, mentitur, quia loquitur contra hoc quod animo sentit, id est voluntate fallendi; sed non omnis qui mentitur, mendacium dicit, quia quod verum est loquitur aliquando mentiendo, sicut e converso falsum dicendo aliquando verax est. — **Augustinus in Enchiridion?** Unde Augusti-

1 peccat quisque *trp.* RTVX. 2 esse mendacii *trp.* ABCN. 3 decipiet] decipit ATV, *corr. ex* decipit R. 12-13 hoc... lingua *om.* M. 20 Rubrica *om.* RTV.

1 August., ibid., c. 21, n. 42 (PL 40, 516; CSEL 41, 464s). 2 Isidorus (sine rubrica), *Synonyma de lamentatione animae peccatricis,* II, n. 52 (PL 83, 857 C). 3 Cui attribuendum sit hoc dictum, non apparet. 4 Cap. 12, n. 26 (PL 40, 537; CSEL 41, 507). 5 August., *Enchiridion,* c. 18 (PL 40, 241; CCL 46, 58). 6 Haec descriptio Magistri quasi paraphrasis exstat Augustini, in *Enchiridion,* c. 22 (PL 40, 243; CCL 46, 62).

Num. 2: Ex eodem canone *Decreti,* § 2 (870). Ultima autem verba ex c. 16 (872).

Cap. 3: Cf. A. M. Landgraf, *Definition and Siindhafiigkeit der Liige nach die Lehre der Frühscholastik,* in *Zeitschrift fiir kath. Théologie,* 63 (1939), 50-85, 157-180. — Definitio invenitur in *Glossa* in II Cor. 1, 17 (PL 192, 14 D), et in dicto Gratiani ad secundam partem C. 22, q. 2 (868).

Cap. 4, num. 1: quasi omnia verba Augustini in *Enchiridion* inveniuntur etiam apud Gratiani *Decretum,* C. XXII, q. 2, c. 4, § 3 (868); Magister autem auctoritatem traxit, ut videtur, ex originali (ita etiam infra in sequentibus capitulis).

nus1: « Nemo sane mentiens iudicandus est, qui dicit falsum quod putat verum, quia quantum in ipso est non fallit ipse, sed fallitur. Non igitur mendacii arguendus est, qui falsa incautius credit ac pro veris habet; potiusque e contrario ille mentitur, qui dicit verum quod putat falsum. Quantum enim ad animum eius attinet, non verum dicit, quia non quod sentit dicit, quamvis verum inveniatur esse quod dicit. Nec ille liber est a mendacio, qui ore nesciens loquitur verum, sciens autem voluntate mentitur ».

2. **Quaestio de ludaeo qui dicit Christum esse Deum** ⁋ Hic quaeri solet, si ludaeus dicat Christum esse Deum, cum non ita sentiat animo, utrum loquatur mendacium. — Non est mendacium quod dicit, quia licet aliter teneat animo, verum est tamen quod dicit, et ideo non est mendacium; mentitur tamen illud quod verum est dicens.

Cap. 5 (148).

1. **Quod omne mendacium sit peccatum** ⁋ — **Augustinus in Enchiridion** ⁋ Quod vero omne mendacium sit peccatum, Augustinus insinuat 2; « Mihi, inquit, videtur omne mendacium esse peccatum, sed multum interesse quo animo et de quibus rebus quisque mentiatur. Non enim sic peccat qui consulendi, ut qui nocendi voluntate mentitur; nec tantum nocet qui viatorem mentiendo in diverso itinere mittit, quantum qui viam vitae mendacio depravat ».

2. **Quare omne mendacium sit peccatum** ⁋ « Porro 3 omne mendacium ideo dicendum est esse peccatum, quia hoc debet loqui homo quod animo gerit, sive illud verum sit, sive putetur et non sit. Verba enim ideo sunt instituta: non ut per ea homines invicem fallant, sed per ea in alterius notitiam suas cogitationes ferant. Verbis ergo uti ad fallaciam, non ad quod sunt instituta, peccatum est ».

12 est tamen *trp.* BCLT. 15-16 Aug. in Ench. *om.* RVW. ‖ in Ench. *om.* BCN. 18 interesse] interest BCRVW. 22 Quare] Quod CMT. 23 est *om.* BCMNT.

1 Cap. 18 (PL 40, 240; CCL 46, 58). 2 Cap. 18 (PL 40, 240; CCL 46, 58). 3 Ibid., c. 22 (243; 62).

Num. 2: Quaestio oritur ex *Summa sent-,* IV, 5 (PL 176, 123 B).

Cap. 5, num. 1: Cf. *Decretum,* C. 22, q. 2, c. 12 (871). — Num. 2: ibid., c. 4, § L (867s).

3. **Quod non ideo mendacium non est peccatum quia prodest.** « Nec i ideo etiam ullum mendacium putandum est non esse peccatum, quia possumus alicui aliquando prodesse mentiendo: possumus enim, ut praedictum est2, et furando et adulterando prodesse ».

4. **Quod non tantum tunc mendacium est quando laeditur. — Augustinus, super Leviticum** «Mendacium 3 quoque non tunc tantum esse possumus dicere, quando aliquis laeditur: cum enim a sciente dicitur falsum, mendacium est, sive quis sive nemo laedatur ».

5. Hic solvitur supraposita quaestio *4. Ecce ex his constat omne mendacium esse peccatum. Non tamen de omni mendacio accipiendum est illud5: *Perdes omnes qui loquuntur mendacium;* nec illud 6; *Os quod mentitur, occidit animam.* Nec omne mendacium isto praecepto prohiberi videtur, nec praemissa descriptione mendacium ioci includi.

Cap. 6 (149).

1. **Ubi cum periculo erratur vel non. — Augustinus in Enchiridion.** Illud etiam sciendum est, quod « in 7 quibusdam rebus magno malo, in quibusdam parvo, in quibusdam nullo fallimur». « In8 quibus rebus nihil interest ad capessendum Dei regnum, utrum credantur an non, vel utrum vera putentur an falsa, sive sint sive non: in his errare, id est aliud pro alio putare, non arbitrandum est esse peccatum; vel si est, minimum atque levissimum ». « Et 9 sunt vera, quamvis non videantur, quae nisi credantur, ad vitam aeternam non potest perveniri ».

2. **Quid sit error.** Et licet « error 10 maxima cura cavendus sit, non modo in maioribus, sed etiam in minoribus rebus, nec nisi rerum ignorantia

5-6 Aug. super Levit, *om.* RVW. 15 Aug. in Ench. *om.* RVW. 23 Quid] Quis OT.

1 Ibid., c. 22 (243s; 62). 2 Supra, Cap. 1, in fine n. 3. 3 Id est, *Quaest. in Heptat.,* III, q. 68 (PL 34, 707; CSEL 28-11, 295; CCL 33, 221). 4 Posita in fine Dist. 37, c. 6, n. 2. 5 ps. 5, 7. 6 Sap. 1, 11. 7 Cap. 19 (PL 40, 241; CCL 46, 59). 8 Ibid., c. 21 (PL 40, 243; CCL 46, 61). 9 Ibid., c. 20 (242; 61). 10 Ibid., c. 17 (239; 57); videsis etiam Lib. II, d. 22, c. 5 (tom. I, 446).

Num. 3: ibid., § 2 (868). — Num. 4: non videtur trahi de *Glossa ord.* in Levit. 19, 11 (apud Lyranum, I, 247a), nec ex originali Augustini; non invenitur in collectione Flori Lugdunensis. — Num. 5: Cf. dictum Gratiani ad C. 22, q. 2, c. 8 (869), quod in parte fons est huius numeri.

Cap. 6, num. 1: Quaedam verba Augustini in *Decreto,* C. 22, q. 2, c. 6 (868-869).

possit errari, non est tamen consequens ut continuo erret quisquis aliquid nescit, sed quisquis se existimat scire quod nescit: pro vero enim approbat falsum, quod est erroris proprium. Verumtamen in qua re quisque erret, interest plurimum. Sunt enim quae nescire sit melius quam scire. Item nonnullis errare profuit aliquando, sed in via pedum, non in via morum ».

3. **De Iacob, si mentitus fuit** Solet quaeri de Iacob, qui se dixit esse Esau 1, aliter animo sentiens, utrum mentitus sit. — De hoc **Augustinus**2 ait: «Iacob quod matre fecit auctore ut falleret patrem, si diligenter attendatur, videtur non esse mendacium, sed mysterium ». Intendebat enim matri obedire, quae per Spiritum noverat mysterium. Et ideo, propter familiare consilium Spiritus Sancti quod mater acceperat, a mendacio excusatur Iacob.

DISTINCTIO XXXIX

Cap. 1 (150).

De periurio. Nunc de periurio videamus. Periurium est mendacium juramento firmatum.

Cap. 2 (151).

1. **An periurium sit quod non est mendacium? — Hieronymus, super Ieremiam?** Hic quaeritur utrum sit periurium, ubi non est mendacium. Quod quibusdam videtur, ex auctoritate **Hieronymi** dicentis 3: «Advertendum est quod iusiurandum tres habeat comites: veritatem, iudicium et iustitiam. Si ista defuerint, non erit iuramentum, sed

19-20 Hieron. super Ier. *om.* RVW.

1 Resp. Gen. 27, 19-24. 2 *Contra mendacium,* c. 10, n. 24 (PL 40, 533; CSEL 41, 499). 3 *In Ierem.* 4, 2 (PL 24 [1845], 706 A-B; CSEL 59, 51; CCL 74, 40).

Num. 3: Quaestio et solutio, ex *Summa sent.,* IV, 5 (PL 176, 122 D - 123 A).

Dist. XXXIX: Cf. Hugo, *De sacram.,* I, 12, 7 (PL 176, 357 C - 358 C); *Summa sent.,* IV, 5 (PL 176, 123 D - 124 B); et M. David, *Parjure et mensonge dans le Décret de Gratien,* in *Studia Gratiana* III, 1955, 117-141. — Cap. 1: Definitio, ex *Summa sent.,* IV, 5 (PL 176, 123 D). — Cap. 2, Num. 1: Auctoritas Hieronymi, ex *Decreto,* C. 22, q. 2, c. 2 (867); *tres* tamen legitur in dicto Gratiani post c. 23 ad finem q. 4 (882, lin. 2).

periurium ». Ubi autem falsum iuratur, veritas deest; si ergo falsum iuretur, etsi non sit ibi intentio fallendi, videtur esse periurium, quia deest veritas.

2. **Quorundam opinio de hac re.** Quibusdam placet non esse periurium ubi non est mendacium; et sicut dicitur aliquando falsum sine mendacio, ita iuratur falsum sine periurio. Falsum forte dixit Apostolus [1] cum se venturum ad Corinthios promisit, nec tamen, sicut ei imponebatur [2], culpam mendacii contraxit, quia sic animo sentiebat. Et si iuramento illud confirmasset, non periurium incurrisset, quia quantum in ipso fuit, verum dixit; et si iurationem addidisset, quantum in se foret, verum iurasset, etsi aliter evenerit quam dixit. Ideo, sicut quis non est mendax nisi aliter sentiat animo quam dicit, sive ita sit sive non, ita videtur quibusdam neminem periurum constitui nisi aliter sentiat animo quam loquitur, sive ita sit sive non.

Cap. 3 (152).

1. **De triplici modo periurii. — Sententia verior.** Sed melius creditur et ille peierare qui falsum voluntate fallendi iurat, et qui falsum putans quod verum est iurat, et qui verum putans quod falsum est iurat. — Unde **Augustinus**[3]: « Homines falsum iurant vel cum fallunt, vel cum falluntur. Aut putat homo verum esse quod falsuri) est, et temere iurat; aut scit vel putat falsum esse, et tamen pro vero iurat, et nihilominus cum scelere iurat. Distant autem ista periuria duo quae commemoravi. Fac illum iurare qui verum esse putat pro quo iurat: verum putat esse, et tamen falsum est; non ex animo iste periurat, sed fallitur: hoc pro vero habet quod falsum est, non pro falsa re sciens iurationem interponit. Da alium qui scit falsum esse et dicit verum esse, et iurat tamquam verum sit, quod scit falsum esse. Videtis quam ista detestanda sit belua.

11 evenerit] eveniret BC, *corr. ex* evenit *in* eveniret V. 16 Sententia verior *om.* LRVW. 18 et... iurat *marg.* TW. 21 falsum esse trp.NTV.

1 Resp. 1 Cor. 16, 5. 2 Ab huiusmodi accusatione se purgat Apostolus, II Cor. 1, 15-23; cf. *Glossa* Magistri in h.l. (PL 192, 14 C). 3 *De verbis Apostoli in sermone xxviii* (rubr.); id est *Sermo 180,* c. 2, n. 2 (PL 38, 973).

Num. 2: Fundatur, ut videtur, in dictum Gratiani post capitulum iam citatum in num. 1, ubi arguitur ex verbis Apostoli, et aliud post cap. 3 (ibid.).

Cap. 3, num. 1: Hic quodammodo arguitur contra conclusionem Gratiani, post eundem canonem 2. Auctoritas Augustini, ibidem in can. 3 (867).

Fac alium qui putat falsum esse, et iurat tamquam verum sit, et forte verum est. Verbi gratia, ut intelligatis: Pluit in illo loco ? interrogas hominem. Et dicit pluisse. Et tunc pluit ibi, sed putat non pluisse: periurus est. Interest quemadmodum verbum procedat ex animo: ream linguam non facit nisi rea mens ». — His evidenter traditur quod tripliciter peierat homo, ut supra diximus: dum vel sciens falsum iurat, vel putans falsum quod verum est iurat, vel existimans verum quod falsum est iurat.

2. Sed hoc extremum non videtur esse periurium; vel si periurium nominetur eo quod falsum iuratur, non videtur esse reus periurii qui sic iurat, quia non est mens eius rea, et ideo nec lingua. — Immo eius mens rea est, dum iurare praesumit quod perspicue verum non deprehendit. Non igitur omne periurium mendacium est, nec omnis qui peierat mentitur; sed omnis mentiendo iurans peierat, et omnis qui falsum iurat, sive mentiens sive non, peierat.

3. **Quaestio.** Cum vero quis iurat quod verum est, aestimans esse falsum, quaeritur quid sit ibi periurium. Ipsa enim significatio vocis vera est, quia verum nescienter loquitur. Non igitur ipsa significatio vel falsum vel mendacium est, quia vera est; et quod verum est, periurium non videtur esse. — **Solutio ?** Ad hoc dicimus loqui sic, scilicet contra mentem sub attestatione iuramenti, esse periurium. Mentiri ergo adhibita iuratione periurium est. Periurium ergo est vel iurando loqui falsum cum intentione fallendi, vel iurando loqui falsum sine intentione fallendi, vel iurando loqui verum cum intentione fallendi.

4. **Oppositio.** Hic opponitur: Si omnis qui falsum iurat, peierat, tunc qui alicui promittit dare sub certo termino aliquid, quod tamen non faciet, ex quo iuravit, peieravit, quia falsum iuravit: non enim ita futurum erat ut iuravit. — **Determinatio ?** Ad hoc dici potest quia non omnis qui iurat quod falsum est, ex quo iurat periurus est, sicut iste de quo agimus; sed ex quo propositum mutat vel terminum transgreditur, iuratio talis fit periurium.

3 tunc] cum *add.* ACOT, *add. sed del.* B. 7 existimans] estimans BCX. 11 mens eius *trp.* MRT. 16 Quaestio *om.* MRVW. ‖ aestimans] existimans LMR. 20 Solutio *om.* TVW. ‖ hoc] quod MNTV. 21-22 Mentiri... est\ *om.* M. 23 vell... fallendi *om. (hom.)* MO, 27 faciet] facit BC, faciat X. 31 periurium] reatu *add.* BCNTVW.

Num. 2: Cf. dictum Gratiani post cap. 3 (867).

Cap. 4 (153).

1. **An iuratio sit malum.** Si autem quaeritur utrum iurare sit malum, dicimus aliquando malum esse, aliquando non. Sponte enim et sine necessitate iurare, vel falsum iurare, peccatum grande est. Ex necessitate autem iurare, scilicet vel ad asserendam innocentiam, vel ad foedera pacis confirmanda, vel ad persuadendum auditoribus quod est eis utile, malum non est, quia necessarium.

2. **Augustinus, De sermone Domini in monte.** Unde Augustinus[1]: « Juramentum faciendum est in necessariis, cum pigri sunt homines credere quod est eis utile. Iuratio non est bona, non tamen mala cum est necessaria », id est non est appetenda sicut bona, non tamen fugienda tamquam mala, cum est necessaria.

3. **Augustinus, super Epistolam ad Galatas.** « Non[2] est enim contra praeceptum Dei iuratio; sed ita intelligitur Dominus prohibuisse a iuramento[3], ut quantum in ipso est, quisque non iuret: quod multi faciunt, in ore habentes iurationem tamquam magnum atque suave aliquid. Apostolus enim novit praeceptum Domini, et tamen iuravit[4]. Prohibemur ergo iurare cupiditate vel delectatione iurandi ».

4. **Augustinus, De sermone Domini.** Quod ergo Christus ait in Evangelio[5]: *Ego dico vobis non iurare omnino,* « ita intelligitur praecepisse, ne quisquam sicut bonum appetat iuramentum, et assiduitate iurandi labatur in periurium ». Quod vero addidit[6]: « *Sit sermo vester, Est, est.*

13 Rubrica *om.* RVW. 22 addidit] addit MRTWX, *corr. interi, ex* addit V.

1 Lib. 1, c. 17, n. 51 (PL 34, 1255; CCL 35, 58). 2 In Gal. 1, 20: *Ecce coram Deo, quia non mentior,* n. 9 (PL 35, 2110). 3 Matth. 5, 34 (uti infra, in num. 4), 4 Verbi gr., Rom. 1, 9; I Cor. 15, 31; II Cor. II, 31; Gal. 1, 30; Phil. 1, 8. 5 Matth. 5, 34; inde August., *De serm. Domini in monte,* I, c. 17, n. 51 (PL 34, 1255s; CCL 35, 58s). 6 Matth. 5, 37.

Cap. 4, num. 1: Quaestio oritur ex dicto Gratiani ad initium C. 22, q. 1, ad I Partem (862); cf. etiam *Glossa* Magistri in I Cor. 15, 30 (PL 191, 1683 C).— Num. 2: Auctoritas Augustini, ex *Glossa ord.* in Rom. 1, 9 (cod. 1 le; m 1C; apud Lyranum, VI, 4c), inde in *Gtossa* Magistri in h.l. (PL 191, 1318 C); cf. Gratianus, C. 22, q. 1, c. 5 (862). Glossa ad verba Aug., ex dicto Gratiani, ibid., pars III (864). — Num. 3: Ex *Decreto,* C. 22, q. 1, c. 2 (861). — Num. 4: concinnatur ex cap. 5 et 6, c. 2 in fine et c. 14 in fine (862, 861, 864); sed « qui aliter non credit », ex Augustino *(De sermone Domini in monte,* loc. cit.) in *Glossa* in I Cor. 15, 30 (PL 191, 1683 D); vide etiam dictum Gratiani, ibid., pars III (864).

Non, non, bonum est et appetendum. *Quod autem amplius est, a malo est,* id est si iurare cogeris, scias de necessitate venire infirmitatis eorum quibus aliquid suades. Quae infirmitas utique malum est, unde nos quotidie liberari precamur dicentes i; *Libera nos a malo.* Ideoque non dixit: *Quod amplius est,* malum est: tu enim non facis malum, qui bene uteris iuratione; sed *a malo est:* illius » « qui aliter non credit», id est ab infirmitate 2, quae aliquando poena est, aliquando poena et culpa 3. « Ibi ergo Dominus prohibuit malum, suasit bonum, induisit necessarium 4 ».

Cap. 5 (154).

1. **De iuramento quod fit per creaturas.** Quaeritur etiam utrum liceat iurare per creaturam. Quod non videtur, cum in Lege scriptum sit 5; *Reddes autem Domino iuramenta tua,* et Christus in Evangelio 6 praecipiat *non iurare omnino, nec per caelum, nec per terram, nec per lerosolymam, nec per caput tuum.*

2. **Hieronymus, super Matthaeum** «ludaeis7 quasi parvulis concessum fuit iurare per Creatorem», et **Augustinus** «praeceptum ut

12 praecipiat] preceperat M, precepit V, *in corr.* X. 15 Rubrica *om.* RVW.

i Matth. 6, 13. 2 August, ibidem legit: «illius cuius infirmitate iurare cogeris » (PL 34, 1256; CCL 35, 59); *Glossa ordin.* in Matth. 5, 37: *A malo est:* « Non tuo, sed illius a quo cogeris iurare, id est ab infirmitate illius, quae malum est » (apud Lyranum, V, 22a). 3 Cf. Lib. II, d. 36, c. 1 (tom. I, 536s). 4 Haec ultima phrasis datur tanquam Augustini, et quidem sub rubrica: *Idem in eodem* (id est *De sermone Domini in monte),* in *Glossa* in Rom. 1, 9 (PL 191, 1318 B; cod. z 6a); unde transit in *Summam* Alex, de Hales, III, n. 313, solutio (IV, 473b), et in alios Scholasticos. Sed adhuc non invenimus. Non habetur ap. Florum in Rom. 1, 9 (coi. 37-38); nec in originali Augustini *De sermone Domini in monte,* uti parum supra. Unde nihil aliud videtur esse quam resumptio ipsius Magistri doctrinae Augustini, quod scilicet Dominus prohibet malum (in num. 3), suadit bonum (n. 4), indulget necessarium (nn. 1-2). 5 Verba sunt Christi, Matth. 5, 33, praeceptum memorantis Deut. 23, 31: *Cum votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere;* vel Ps. 49, 14: *Redde Altissimo vota tua.* 6 Matth. 5, 34-36. 7 *In Matth.* 5, 33 (PL 26 [1845], 40 A; CCL 77, 32); de rubrica *Augustini,* vide alias notas infra.

Num. 2: Auctoritas conflatur, ut nobis videtur, ex *Glossa ord.* in Matth. 5, 33 (apud Lyranum, V, 22a); sub forma diversa invenitur in parte in *Decreto,* C. 22, q. 1, c. 8 (863). Quare quaedam verba Hieronymi ad initium passus Augustino attribuantur, nescimus, nisi forte in autographo Magister hic rubricam collocaverit quam poni oportuisset ad finem capituli. Quod sequitur conficitur ex dicto Gratiani post cap. 16, C. 22, q. 1 (865-866), et ex *Glossa ord.* in Matth. 5, 34-36 (22a).

si iurare contingeret, nonnisi per Creatorem iurarent, non per creaturam »; quia « iurantes per angelos et elementa, creaturas venerabantur honore, et melius erat hoc exhiberi Deo quam creaturis ». Infirmis ergo illud prohibuit; sanctis vero, qui in creaturis Creatorem venerabantur tantum, non prohibuit. Unde Ioseph *per salutem Pharaonis* iuravit i, Dei iudicium in eo veneratus, quo positus erat in infimis. Christus vero ita per creaturas· iurare prohibuit, ne vel aliquid divinum in eis crederetur, pro quo reverentia eis deberetur; vel ne per ea iurantes falsum, homines se iuramento non teneri putarent 2.

Cap. 6 (155).

Quae iuratio magis teneatur, an quae fit per Deum, an quae fit per Evangelia, vel per creaturas. Si autem quaeritur quis magis teneatur, an. qui per Deum, an qui per Evangelium vel per creaturas iurat, dicimus: qui per Deum, quia per eum haec facta sunt. — **Ioannes Chrysostomus** ?. Unde **Chrysostomus** 3; «Si qua causa fuerit, modicum videtur facere qui iurat per Deum; qui vero per Evangelium, maius aliquid fecisse videtur. Quibus dicendum est: Stulti ! Scripturae propter Deum sanctae sunt, non Deus propter Scripturas ». Ita et creaturae factae sunt per Deum.

Cap. 7 (156).

1. **Quid est dicere: Per Deum.** Hic quaeritur quid sit dicere: 'Per Deum iuro'. Hoc est testem adhibere Deum. Iuravit enim Apostolus dicens 4: *Testis est mihi Deus;* ac si dixisset: Per Deum, ita est. — **Augusti-**

6 infimis] infirmis V, *corr. ex* infirmis LNRT. 8 ea *corr. in* eas AW. 11 teneatur OTVX, teneat *alii.* ‖ fit... fit] sit... sit MOR. 14 facta] et sancta *add.* L2W, vel sancta *add. marg. V.* 15 Unde] Iohannes *add.* CLNRV. 18 sanctae] facte ALMOX. ‖ factae] sancte NRT. 19 per] propter LR, *corr, ex* propter A. 21 Deum] iuro *add. A.V.*

1 Resp. Gen. 42, 15-16. 2 *Glossa ordin.* in Matth. 5, 34: « Vel caelum plus aliquid suspicabantur, vel per illud iurantes, non putabant se iuramento teneri » (apud Lyranum,. V, 22a); ultima sententia est August., *De serm. Domini in monte,* I, c. 17, n. 52 (PL 34, 1256; CCL 35, 59). 3 Pseudo-Chrysostomus, *In Matth. opus imperf.,* hom. 44 (PG 56,883). 4 Rom. 1, 9; Phil. 1, 8.

Cap. 6: Omnia ex *Decreto* Gratiani, ibid., ex dicto et c. 11 (863s). Conclusio est Magistri.

Cap. 7: In parte dependet ex *Gtossa* in Rom. 1, 9 (PL 191, 1318 A-B); sed ut apparet ex integra rubrica marginali in codicibus *Sententiarum: In sermone de periurio qui sic incipit? Quisquis est pravi et perversi cordis* (quae verba inveniuntur in medio sermonis 180 seu sermonis 28 *De verbis Apostoli,* c. 6, n. 6, PL 38,975), fons num. 1-2 et 4 *forsitan* invenitur in *Pa-*

nus in sermone de periurio : Unde **Augustinus** 1; « Ridiculum est putare hoc ». « Si dicas 'per Deum', iuras; si dicas 'testis est Deus', non iuras ? Quid est enim 'per Deum', nisi 'testis est Deus' ? Aut quid est 'testis est Deus', nisi 'per Deum' ? Quid est autem iurare, nisi ius Deo reddere quando per Deum iuras ? ius scilicet veritatis, et non falsitatis ».

2. **In sermone de periurio :** Item 2; « Ecce dico caritati vestrae: Et qui per lapidem iurat falsum periurus est », quia non lapidem, qui « non audit », sed eius Creatorem adhibet testem. Hoc est ergo iurare per quamlibet creaturam, scilicet Creatorem eius testem adhibere.

3. **Augustinus, super Psalmum VII :** Est etiam « quoddam 3 genus iuramenti gravissimum, quod fit per exsecrationem, ut cum homo dicit: Si illud feci, illud patiar », vel illud contingat filiis meis. Secundum quem modum accipitur etiam interdum, cum aliquis iurando dicit: 'per salutem meam', vel 'per filios meos' et huiusmodi. Obligat enim haec Deo.

4. **In sermone de periurio.** Unde **Augustinus** 4; « Cum quis ait 'per salutem meam', salutem suam Deo obligat; cum dicit 'per filios meos', oppignerat eos Deo, ut hoc eveniat in caput eorum, quod exit de ore ipsius: si verum, verum; si falsum, falsum ». Et sicut per haec iurans aliquando haec Deo obligat, ita per Deum iurans, ipsum adhibet testem. In omni ergo iuratione, aut Deus testis adhibetur, aut creatura Deo obligatur et oppigneratur: ut hoc sit iurare, scilicet Deum testem adhibere, vel Deo aliquid oppignerare.

Cap. 8 (157).

De illis qui iurant per falsos deos. Post haec quaeritur utrum fide eius utendum sit, qui per daemonia vel idola iuraverit. — De hoc A u-

10 Rubrica *om.* RVW. 18 haec] hoc LOW. 19 haec] hoc LO. 22 oppignerare] Hoc... adhibere *add. seu rep. ex lin. 8-9* ABCMOT, *quod exp. (ya-caf)* T.

1 *De serm. Domini in monte,* I, c. 17, n. 51: « Ridiculum est hoc putare » (PL 34, 1255; CCL 35, 58); cetera ex *Sermone 180, c. 6,* nn. 6-7 (PL 38, 975). 2 *Sermo 180,* c. 12, n. 13 (PL 38, 978). 3 Num. 3 (PL 36, 99; CCL 38, 38). 4 *Sermo 180,* c. 6, n. 7 (PL 38, 975).

normia Ivonis, VIII, cap. 115-116 (PL 161, 1332 B - 1333 A, ubi rubricas codicum mutilavit cl. Editor M. de Vosmidian), non autem in *Decreto* eiusdem, XII, cap. 34 (PL 161, 788 C - 798 A), ubi rubrica diversa est; nec in Gratiani *Decreto,* C. 22, q. 5, c. 10 (885), ubi tantum in parte habetur. — Num. 3: Ex *Glossa* in Ps. 7, 5 (PL 191, 113 A).

Cap. 8: Quaestio eruitur ex dicto Gratiani ante C. 22, q. 1, c. 16 (865), ubi etiam verba Augustini, quae hic contracte adaptantur. Idem cap. invenitur apud Ivonem, *Decretum,*

gustinus scribens *Ad Publicolam* [1] ait: « Te prius considerare volo utrum, si quispiam per deos falsos iuraverit et fidem non servaverit, non tibi videtur bis peccasse. Bis utique peccavit, quia et iuravit per quos non debuit, et contra pollicitam fecit fidem quod non debuit. Ideoque, qui utitur fide illius quem constat iurasse per deos falsos, et utitur non ad malum, sed ad bonum, non peccato illius se sociat quo per daemonia iuravit, sed bono pacto eius quo fidem servavit. Et sine dubitatione minus malum est per deos falsos iurare veraciter, quam per Deum verum fallaciter. Quanto enim per quod iuratur magis sanctum est, tanto magis est poenale periurium ».

Cap. 9 (158).

1. **Quod iuramentum quo incaute iuratur non est observandum, vel votum, vel promissio iniuste facta.** Nunc superest videre utrum omne iuramentum implendum sit. Si enim quis aliquid iuraverit contra fidem et caritatem, « quod observatum peiorem vergat in exitum [2] », potius est mutandum quam adimplendum. — **Ambrosius in libro I De officiis** [3]. Unde **Ambrosius** [3]: « Est contra officium nonnunquam, promissum solvere sacramentum, ut Herodes fecit [4] ».

2. **Isidorus in Synonymis** [5]. Item **Isidorus** [5]: « In malis promissis rescinde fidem; in turpi voto muta decretum. Quod incaute vovisti, non facias; impia est promissio, quae scelere adimpletur». — **Isidorus in libro Sententiarum**. Idem [6]: «Non est observandum sacramentum quo malum incaute promittitur, ut si quis adulterae perpetuam fidem cum ea permanendi polliceatur. Tolerabilius enim est non implere sacramentum, quam permanere in stupro ».

5 utitur2] fide illius *add.* MOV, *add. marg.* L2. 10 est poenale *trp.* BCR. 12-13 vel... vel] nec... nec ABCV, nec... vel LNW. 19 Rubrica *om.* RVW. 20 non] ne BCW. 22 Idem] Item MRV. 24 enim est *trp.* LNRT *Grat.*

[1] *Epist. 47,* n. 2 (PL 33, 184; CSEL 34-11, 130). [2] Verba sunt Bedae, ut infra ad initium num. 3. [3] Cap. 50, ŋ. 254 (PL 16 [1845], 100 C - 101 A). [4] Resp. Matth. 14. 7-11. [5] Lib. II, n. 58 (PL 83, 858 C). [6] Lib. II, c. 31, n. 9 (PL 83, 634 A).

XII, 35; et *Panormia,* VIII, 117 (PL 161, 789 A-C, 1333 A-B); sed non immediate sequitur quod haec opera Magistro fontibus fuerint.

Cap. 9: Rubrica trahitur, saltem in parte, ex illa Gratiani ad C. 22, q. 4, c. 6 (876), unde etiam auctoritates huius capituli, uti monstrant ad oculos tam earum rubricae quam textus. — Num. 1: Ambrosius, ex Gratiani canone 2 (875). — Num. 2: Ex cc. 5 et 13 (876, 878).

3. **Beda in Homilia XLIII** : Item Beda E « Si quid nos incautius iurare contigerit, quod observatum peiorem vergat in exitum, libere illud salubriori consilio mutandum noverimus, ac magis instante necessitate peierandum esse nobis, quam pro vitando periurio in aliud crimen gravius esse divertendum. Denique iuravit David 2 per Deum occidere Nabal, virum stultum; sed ad primam intercessionem Abigail, feminae prudentis, remisit minas, revocavit ensem in vaginam, nec aliquid culpae se tali periurio contraxisse doluit ».

4. **Augustinus in sermone quodam** : Item Augustinus 3:« Quod David juramentum per sanguinis effusionem non implevit, maior pietas fuit. Iuravit David temere, sed non implevit iurationem maiori pietate ». — Ex his aliisque pluribus ostenditur quaedam iuramenta non esse observanda. Et qui sic iurat, vehementer peccat; cum autem mutat, bene facit. Qui autem non mutat, dupliciter peccat, et quia iniuste iuravit, et quia facit quod non debet.

Cap. 10 (159).

1. **Si est periurus, qui non facit quod incaute iuravit.** Qui vero mutat, utrum periurus debeat dici, solet quaeri. Beda, supra4, tale iuramentum vocavit periurium. — Ioannes etiam, apocrisarius orientalium sedium, dixit5: « Sermo patris nostri Sophronii significat quod melius est iurantem peierare, quam servare sacramentum in fractione sanctarum imaginum ».

2. Sed 'periurium' dicitur tale iuramentum non observatum, et 'peierare' qui non implet quia falsum iuravit, non quia inde reus sit, quod non observat, sed quia iuravit iniustum: ex quo reus est sicut ille qui peierat.

1 (et 9) Rubr. *om.* RVW. 3 salubriori] saluberrimo AMO, *cui add. interi,* vel salubriori O. 4 esse] est BCX, *corr. ex* est R, *om.* ANTW *Grat.* 17 periurus qui] periurium quod MOT, sed *corr.* quod *in* qui O. ‖ quod] qui T. ‖ iuravit] iurat N *et elench. capp.* 21 peierare] periurare MNRTW.

1 Id est *In Evang.,* II, hom. 20 (PL 94, 239 D-240 A; hom. 23 in CCL 122, 352). 2 Resp. I Reg. 25,22-25. *3 Sermo 308,* c. 2, n. 2 (PL 38,1408s). 4 Supra, in c. 9, n. 3. 3 Scii. loannes de lerusalem, in actione (seu sessione) quarta Concilii II Nicaeni (1 oct. 785); in *Concil.,* ed. regia (Paris. 1644), XVIII, 392; ed. I. B. Mansi, XIII, 599; de quo cf. L. Petit, art. *Jean de Jérusalem,* in *Did. de théol. cath.* VIII, 765s.

Num. 3: Ex Gratiani c. 6 (876, una cum lectione varianti circa num. homiliae). — Num. 4: ex cc. 3-4 (876).

Cap. 10, num. 1: Verba loannis, ex *Decreto* Gratiani, C. 22, q. 4, c. Ig (879).

Cap. 11 (160).

De eo qui verborum calliditate iurat. — Isidorus in libro II Sententiarum : Hoc etiam sciendum est, quod « quacumque 1 arte verborum quis iuret, Deus tamen, qui conscientiae testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur intelligit. Dupliciter autem reus fit, qui et nomen Dei in vanum assumit, et proximum in dolo capit ».

Cap. 12 (161).

1. **De illo qui cogit aliquem iurare.** Quaeritur etiam si peccat, qui hominem iurare cogit. — **Augustinus in sermone quodam :** De hoc Augustinus ait 2: « Qui exigit iurationem, multum interest si nescit illum juraturum falsum, an scit. Si enim nescit, et ideo dicit 'iura mihi' ut fides ei sit, non est peccatum; tamen humana tentatio est 3. Si vero scit eum fecisse, et cogit eum iurare, homicida est ». — Idem 4; « Qui provocat hominem ad iurationem et scit eum falsum iurare, vincit homicidam; quia homicida corpus occisurus est, ille animam, immo duas animas: et eius quem iurare provocavit, et suam ».

2. **Ex concilio Aurelianensi5:** « Sancta synodus decrevit, nisi pro pace facienda, ut omnes fideles ieiuni ad sacramenta accedant ».

2 Isidorus... Sent, *om,* RVW. 5 intelligit] Si sane intelligit *nota seu rubr. marg. add.* BCX. 9 Rubrica *om.* RVW.

1 Cap. 31, n. 8 (PL 83, 634). 2 *Sermo 180,* c. 10, n. 11 (PL 38, 978). 3 Resp. I Cor. 10, 13. 1 *Sermo 308,* c. 4, n. 4 (PL 38, 1409). 5 Si rubricam sequimur et ordinem verborum, sumi videtur ex *Decreto* Ivonis, XII, c. 70 (PL 161, 797 D-798 A); sed aequo modo fons potest esse *Decretum* Burchardi Wormatiensis, XII, cap. 13 (PL 140, 878 C). Utrobique apparet quod verbo *sacramenta* iuramenta intelliguntur. Fontes antiquiores seu remotiores usque adhuc non invenimus.

Cap. 11: Rubrica eadem est ac titulus Gratiani ad C. 22, q. 5, c. 9 (885), ubi et auctoritas Isidori; sed eadem ratione sumpta dici posset ex *Panormia* Ivonis, VIII, cap. 112 (PL 161, 1332 A).

Cap. 12, num. 1: Prima auctoritas (praeter rubricam) sumitur etiam ad ipsa verba ex *Decreto* Gratiani, C. XXII, q. 5, c. 6 (884). Alia, *ibid.,* c. 5 (883), quamquam hic pro *esse iuraturum* legitur *iurare* cum Ivone ut in *Panormia,* VIII, cap. 108 (PL 161, 1330 D).

DISTINCTIO XL

Cap. 1 (162).

1. De sexto praecepto et septimo. Sextum praeceptum est L *Non desiderabis uxorem proximi tui.* Septimum est: *Non concupisces domum proximi tui, non servum, non ancillam* etc. — Sed videtur praeceptum de s non concupiscendis rebus proximi unum esse cum eo quo dicitur: *Non furaberis;* et praeceptum de non concupiscenda uxore unum esse cum eo quo dicitur: *Non moechaberis.* —**Augustinus, super Exodum** *: «Poterat 2 enim praeceptum non furandi in illa generalitate intelligi, ubi de non concupiscenda re proximi praecipitur; et in eo quod dictum est, *Non moechaberis,* poterat illud intelligi: *Non concupisces uxorem proximi tui.* Sed in illis duobus praeceptis non moechandi et non furandi, ipsa opera notata sunt et prohibita; in his vero extremis ipsa concupiscentia ». Multum ergo differunt illa ab istis. Unde illi praecepto non moechandi fit superaddditio in Evangelio 3, ubi omnis concupiscentia moechandi prohibetur. is

2. **Quare Lex dicitur non comprimere animum, sed manum.** Sed cum hic prohibetur concupiscentia alienae uxoris et alienae rei, quare dicitur Lex comprimere manum et non animum, Evangelium vero et manum et animum 4 ? — **Solutio** *: Illud de Lege dicitur secundum caerimonialia, non secundum moralia. Vel quia in Lege non est generalis prohibitio 20 omnis mortiferae concupiscentiae ut in Evangelio.

3 Rubrica AV, *om. alii.* *4* est *om.* MTVX. 8 Rubrica *om.* RVW. ‖ super Exodum *om.* MT. 16 Quare... manum] Questio A, Quare dicitur lex *(om. C)* comprimere manum et *(om.* B) non animum BCX. 19 Solutio *om.* COTVW. 21 Evangelio] vel secundum eorum carnalem intelligentiam *add. marg.* L2V2, *add. in ipso textu infra post* Evangelio (229, 7) BC.

1 Exod. 20, 17; Deut. 5, 21; ubi et sequens. *2 Quaest. in Heptat.,* II, q. 71 (PL 34, 621; CSEL 28-11, 137s; CCL 33, 103s). 3 Resp. Matth. 5, 27-28. 4 *Giossa ordin.* in Ps. 18, 8: *Lex Domini immaculata convertens animas:* « Voluntates, non modo manus, ut Vetus» (cod. Laurent. Pl. XVII, 4. f. 21d; apud Lyranum, III, 111a); Lombardus, *Glossa* in h.l.: « Et nota quod ait *animas,* id est voluntates, non solummodo manus, ut Vetus Lex manum maxime, non animum cohibebat» (PL 191, 210 D).

Dist. XL, Cap. 1, num. 1: Praeter *Glossam ord.* in Exodum (infra), cf. Hugo,De *sacram.,* I, 12, 7 (PL 176, 358 C - 359 B); *Summa sent.,* IV, 6 (PL 176, 124 B-D).— Auctoritas Augustini, ex *Glossa ord.* in Ex. 20, 15 et 14, et *interi,* in Ex. 20, 17 (apud Lyranum, 1,164d et c, 165r).

Cap. 2 (163).

Quae sit Httera occidens. — Augustinus, De baptismo parvulorum. Si vero quaeritur quam dicat Apostolus[1] litteram occidentem, « ea[2] certe est Decalogus. Qui non dicitur *littera occidens* eo quod mala sit Lex, sed quia prohibens peccatum, auget concupiscentiam et addit praevaricationem, nisi liberet gratia »; quae gratia non sic abundabat in Lege ut in Evangelio. « Lex ergo bona est, et tamen occidit sine gratia, cum sit *virtus peccati*[3], quae iubet quod sine gratia impleri non potest». Gratia autem deerat, et ideo littera occidens erat.

Cap. 3 (164).

1. **De Legis et Evangelii distantia. — Augustinus** Distat autem Evangelii littera a Legis littera[4]: quia diversa sunt promissa, ibi terrena, hic caelestia promittit. Diversa etiam sacramenta, quia illa tantum significabant, haec conferunt gratiam. Praecepta etiam diversa: quantum ad caerimonialia, nam quantum ad moralia sunt eadem, sed plenius in Evangelio continentur.

2. Audistis decem chordas psalterii[5] utrique sexui impositas: quae caritate tangendae sunt, ut vitiorum ferae occidantur.

Explicit liber tertius.

6 abundabat] abundat LRV. 11 Augustinus om. MRVW. 13-14 significabant LMOV, significant *alii codd.*

1 Resp. II Cor. 3, 6: *Littera enim occidit.* 2 Non obstante rubrica (ex errore Flori, coi. 453; idem error supra, in tomo I, p. 475, lin. 28), verba Augustini, hic valde abbreviata, trahuntur ex *De spiritu et littera,* C. 14, nn. 24 et 25 (PL 44, 215, 216; CSEL 60, 178s); deinde, in ultima parte, quae exstat in *Glossa ordin.* in II Cor. 3, 6 (cod. 1 79b; m 75c; apud Lyranum, VI, 64c), ex August., *Epist. 145 (ad Anastasium),* nn. 2-3 (PL33,593; CSEL 44, 268). $ Resp. I Cor. 15, 56. 4 cf. August., *Enarr. in Ps. 73,* 1, n. 2 (PL 36, 930s; CCL 39, 1005s). 5 De quo supra, Dist. 37, c. 1, n. 1; resp. August., *Sermo 9,* c. 9, n. 13: « Tange easdem decem chordas, et feras occidas... Nam multa capita sunt sub istis capitibus. In singulis chordis non singulas bestias, sed greges interficis bestiarum. Sic ergo canticum novum cum amore, non cum timore cantabis» (PL 38, 85; CCL 41, 132, 134).

Cap. 2: Fundatur in *Glossam* in II Cor. 3, 6 (PL 192, 24).

Cap. 3, num. 1: ex *Glossa* in Hebr. 8, 6-7 (PL 192, 460 A); cf. etiam *Glossa* in Ps. 73, 1 (PL 191, 682 D), ubi abbreviatur *Glossa media* Gilbert! Porretani in h.l. (apud D. Van den Eynde, *L'oeuvre littéraire de Géroch de Reichersberg,* Rome 1957, 390s); et Hugo de S. Victore, *De sacram.,* I, 12, 10 (PL 176, 364 A).

INCIPIT LIBER QUARTUS

De Doctrina Signorum

His tractatis quae ad doctrinam rerum pertinent quibus fruendum est i, et quibus utendum est, et quae fruuntur et utuntur, ad doctrinam signorum accedamus.

DISTINCTIO I

Capitulum Primum

1. Samaritanus enim, vulnerato appropians, curationi eius sacramentorum alligamenta adhibuit 2; quia contra peccati originalis et actualis vulnera sacramentorum remedia Deus instituit.

2. **De sacramentis, ubi quatuor prius consideranda sunt** ? De quibus quatuor primo consideranda occurrunt: quid sit sacramentum, quare institutum, in quibus consistat et conficiatur, et quae sit distantia inter sacramenta veteris et novae Legis.

1 liber *om.* M. ‖ quartus] de sacramentis *add.* RX, sententiarum *add.* W. 3 His] Transitus *praem.* A, Incipit prologus quarti libri *praem.* T. 5 accedamus] Explicit prologus *add.* LT, Explicit liber tercius *add.* X. 9 peccati originalis *trp.* BCT. 11 Rubrica *om.* RVWX. 12 occurrunt] sunt CL, est B.

1 Cf. Lib. I, d. 1, c. 1, n. 3 (tom. I, *55),* ubi distinguitur cum Augustino inter res (quae tractantur in Libris I-III) et signa (de quibus hic in libro IV); dein, ibid., c. 2 (p. 56), ubi iterum distinguitur iuxta Augustinum inter res quibus fruendum est, illas nempe quae nos beatos faciunt, et illas quibus utendum est (mundum scilicet et in eo creata); tunc inter eas quae fruuntur et utuntur (nosmetipsos et angelos sanctos). Quae distinctio quodammodo singulis libris respondet. 2 Resp. Luc. 10, 33-34: *Samaritanus autem... appropians, alligavit vulnera eius.*

Cap. 1, n. 1. Invenitur « sacramentorum alligamenta » iam in *Glossa ordin.* in Ps. 146, 3: *Et alligat contritiones eorum* (cod. Flor. Laurenz. Pl. XVII.4, f. 397a; apud Lyranum, III, 303b). Quod repetitur in *Glossa* Magistri in hunc locum (PL 191, 1274 D) unacum glossa Augustini, *Enarrat, in Ps. 146,* n. 8 (PL 37,1903s; CCL 40, 2127). Reliqua, ex *Summa sent.,* IV, 1 (PL 171, 1145 D; 176, 117 A). — Num. 2: In parte ex eodem loco *Summae sent.,* et aequo modo ex Hugonis de S. Victore *De sacramentis,* I, p. 9, c. 1; et I, 11, 4 (PL 176, 317 B, 345 A).

Cap. 2.

Quid sit sacramentum. — Augustinus in libro X De civitate Dei [1]: « Sacramentum est sacrae rei signum ». Dicitur tamen sacramentum etiam 'sacrum secretum' [2], sicut dicitur sacramentum deitatis [3]; ut sacramentum sit sacrum signans et sacrum signatum. Sed nunc agitur de sacramento secundum quod est signum. Item, sacramentum est invisibilis gratiae visibilis forma [4].

3 etiam *om.* BCR.

1 Cap. 5: «sacramentum id est sacrum signum» (PL 41, 282; CSEL 40-1, 452; CCL 47, 277). Cf. etiam *Contra advers. Legis et Prophet.,* II, c. 9, n. 34: «tantae rei sacramenta, id est sacra signa » (PL 42, 658); et *Epist. 138 (ad Marcellinum),* c. 1, n. 7: « Quae [signa], cum ad res divinas pertinent, sacramenta appellantur » (PL 33, 527; CSEL 44, 131). 2 Non invenitur apud Augustinum; cf. tamen *Enarr. in Ps. 103,* 3, n. 14: « Quid est quod occultum est, et non publicum in ecclesia? sacramentum baptismi, sacrum [sacramentum CCL] eucharistiae » (PL 37, 138; CCL 40, 1487); necnon et *Epist. 55 (ad Januarium* II), n. 25: « Profundum (crucis) quod terrae infixum est, secretum sacramenti praefigurat » (PL 33, 216; CSEL 34-1, 197). 3 Cf. Sap. 6, 24: *Et non abscondam a vobis sacramenta Dei;* et Eph. 3, 9: *dispensatio sacramenti absconditi a saeculis in Deo.* 4 Cf. Augustinus, *Quaestiones in Heptat.,* III, q. 84: «Dominus [sanctificavit] invisibili gratia per Spiritum Sanctum, ubi est totus fructus etiam visibilium sacramentorum. Nam sine ista sanctificatione invisibilis gratiae, visibilia sacramenta quid prosunt?» (PL 34, 712; CSEL 28-1, 305; CCL 33, 227s).

Cap. 2. Inter nova et vetera de sacramento definiendo, cf. J. de Ghellinck, *Un chapitre dans l'histoire de la définition des sacrements au xiie siècle,* in *Mélanges Mandonnet* II (Bibl. thomiste XIV), 1930, 79-96; ac eiusdem, *Le mouvement théologique du xiie siècle,* Bruges 1948 (sub verbo *Sacrements)* ; F. Holbock, *Der eucharistische und der mystische Leib Christi in ihren Beziehungen zueinander nach der Lehre der Frühscholastik,* Romae 1941; N. M. Haring, *Berengar's Definitions of Sacramentum and their Influence on mediaeval Sacramentology,* in *Mediaeval Studies* 10 (1948) 109-146; D. Van den Eynde, *Les définitions des sacrements pendant la première période de la théologie scolastique (1050-1240),* Rome 1950; H. Weisweiler, *Sakrament als Symbol und Teilhabe. Der Einfluss des ps-Dionysius auf die allgemeine Sakramentenlehre Hugos von St. Viktor,* in *Scholastik* 27 (1952) 321-343; N. M. Haring, *Character, Signum und Signaculum. Die Entwicklung bis nach der karolingischen Renaissance,* in *Scholastik* 30 (1955), 481-512; 31 (1956) 41-69, 182-212; J. Finkenzeller, art. *Sakrament: dogmengeschichtlich,* in LThK2 9 [1964] 220-225; necnon et recentius A. Caprioli, *Alte origini della « definizione » di Sacramento: da Berengario a Pier Lombardo,* in *La scuola cattolica* 102 (1974) 718-743. — Prima definitio hic proposita Augustino ascribitur in *Summa sent.,* ibid.; quam « doctoribus » iam assignavit Magister Hugo, *De sacram.,* I, 9, 2 (PL 176, 317 B-C). Citatur iam in *Glossa* Magistri in 1 Cor. 11, 24 (PL 191, 1642 B) seu in tractatu primitivo *De eucharistia,* n. 9 (vide Proleg. ad hunc tomum). De secunda *(sacrum secretum),* cf. D. Van den Eynde, *Les définitions,* 22.

Cap. 3.

Quid sit signum? — **Augustinus, De doctrina Christiana** 1: « Signum vero est res, praeter speciem quam ingerit sensibus, aliud aliquid ex se faciens in cogitationem venire ».

Cap. 4.

1. **Quo differant signum et sacramentum.** « Signorum 2 vero alia sunt naturalia, ut fumus significans ignem; alia data ». Et eorum quae data sunt, quaedam sunt sacramenta, quaedam non. Omne enim sacramentum est signum, sed non e converso. — Sacramentum eius rei similitudinem gerit, cuius signum est. — **Augustinus**: « Si 3 enim sacramenta non haberent similitudinem rerum quarum sacramenta sunt, proprie sacramenta non dicerentur ».

2. **Quid proprie dicitur sacramentum?** Sacramentum enim proprie dicitur, quod ita signum est gratiae Dei et invisibilis gratiae forma, ut ipsius imaginem gerat et causa exsistat. Non igitur significandi tantum gratia sacramenta instituta sunt, sed et sanctificandi.

3. **Quod legalia melius signa quam sacramenta dicuntur.** Quae enim significandi gratia tantum instituta sunt, solum signa sunt, et non sacramenta: sicut fuerunt sacrificia carnalia et observantiae caerimoniales veteris Legis, quae nunquam poterant iustos facere offerentes 4; quia ut ait

2 Quid sit signum *om.* LVW. 17 dicuntur trp. *post* melius BCX, *post* signa T.

1 Lib. II, c. 1, n. 1 (PL 34,35; CSEL 80, 33; CCL 32, 32). 2 Augustinus, ibid., n. 2 (36, 34, 32s). 3 *Epist. 98 (ad Bonifacium episc.),* n. 9: « Si enim... omnino sacramenta non essent» ((PL 33, 364; CSEL 34-11, 531). 4 Resp. Hebr. 10, 1-4: *Nunquam potest accedentes perfectos facere... Impossibile enim est sanguine taurorum et hircorum auferri peccata.*

Ultima, in *Summa sent.,* IV, 1 (PL 171, 1145 D; 176, 117 A), et in *Decreto* Gratiani, de consecr. d. 2, c. 32 (1324). Forsitan concinnatur ex August., *Epist. 105,* c. 3, n. 12: «Si autem malus est (minister), operatur per illum Deus visibilem sacramenti formam, ipse autem donat invisibilem gratiam » (PL 33, 401; CSEL 34-11, 604).

Cap. 3: ex *Decreto,* de consecr. d. 2, c. 33 (1324); vel ex originali. — Cap. 4, n. 1: Ultima pars conficitur ex Hugone, *De sacram.,* I, 9, 2 (PL 176, 318 B), et (quoad auctorit. Aug.) ex *Summa sent.,* IV, 1 (PL 171, 1146 A; 176, 117 A). — Num. 3: cf. Magister in Hebr. 9, 13 (PL 192, 471 C), ubi et verba Augustini. Verba Ambrosiastri (Alcuini), ex *Glossa* Magistri in Hebr. 10, 5 (PL 192, 480).

Apostolusi, *sanguis hircorum et taurorum, et cinis vitulae aspersus, inquinatos sanctificabat ad emundationem carnis,* « non animae », nam inquinatio illa erat contactus mortui. — **Augustinus**: Unde Augustinus2: « Nihil aliud intelligo inquinationem quam Lex mundat, nisi contactum mortui hominis: quem qui tetigerat, *immundus* erat *septem diebus;* sed purificabatur secundum Legem3 *die tertio et septimo,* et mundus erat », ut iam intraret templum. Mundabant etiam interdum « a corporali lepra » illa legalia 4; sed nunquam ex operibus Legis aliquis iustificatus est, ut ait Apostolus5, etiam si in fide et caritate fierent. Quare? — **Ambrosius, super epistolam ad Hebraeos**: «Quia6 imposuit ea Deus in servitutem, non in iustificationem, et ut figura futuri essent 7, volens ea sibi potius offerri quam idolis ». — Illa ergo signa erant; sed tamen et sacramenta, licet minus proprie, in Scripturis saepe vocantur, quia signa erant rei sacrae: quam utique non praestabant.

4. **Quae dicantur opera Legis**: Illa autem Apostolus 8 *opera Legis* dicit, quae tantum significandi gratia vel in onus9 instituta sunt.

Cap. 5.

1. **De causa institutionis sacramentorum.** Triplici autem ex causa sacramenta instituta sunt: propter humiliationem, eruditionem, exercitationem.

2 sanctificabat] sanctificat MNORX, *quod corr.* MO. 6 et2 *om.* MNO. 7 intraret]in *add.* NRV. 15 Quae] quid BCX.

1 Hebr. 9, 13; sequitur *Glossa interliti,* in h.l.: « non animae » (cod. m 178v; apud Lyranum VI, 150v). 2 Augustinus, *Quaest. in Heptat.* IV, q. 33 (PL 34, 735; CSEL 28-11, 346s; CCL 33, 258s). 3 Resp. Num. 19, 11-12; *Qui tetigerit cadaver hominis, et propter hoc septem diebus fuerit immundus: aspergetur ex hac aqua die tertio et septimo, et sic mundabitur.* *4 Glossa interi,* (potius, in margine in cod. m, f. 178d) in Hebr. 9, 13: *sanctificat:* «a corporali macula leprae» (apud Lyranum VI, 150v); de lepra: Lev. 13-14; etiam apud Lombardum in Hebr. 9, 13 (PL 192, 471 C). 5 Rom. 3, 20: *Ex operibus Legis non iustificabitur omnis caro·,* Gal. 2, 16: *Non iustificatur homo ex operibus Legis.* *o* Non invenitur in *Glossa* Ambrosiastri seu Alcuini in Hebr. 10, 5 (PL 100, 1078), sed revera in *Glossa ordin.* in h.l. (cod. m 180c; apud Lyran. VI, 152c). *r* Cf. I Cor. 10, 6 et 11. 8 Resp. Rom. 3, 20; Gal. 2, 16. 9 Resp. Act. 15,10.

Cap. 5: Mixtim ex Hugone, *De sacram., 1,9,3* (PL 176, 319A-320C), praesertim in nn. 1-3; et, in num. 4, ex *Summa sent.,* IV, 1 (PL 171, 1146 C -1147 A; 176, 117 C - 118B), praeter auctoritatem Hieronymi.

2. **Prima causa.** Propter humilitatem quidem, ut, dum homo insensibilibus rebus, quae natura infra ipsum sunt, ex praecepto Creatoris se reverendo subicit, ex hac humilitate et obedientia Deo magis placeat et apud eum mereatur, cuius imperio salutem quaerit in inferioribus se, etsi non ab illis, sed per Illa a Deo.

3. **Secunda.** Propter eruditionem etiam instituta sunt, ut per id quod foris in specie visibili cernitur, ad invisibilem virtutem quae intus est agnoscendam mens erudiatur. Homo enim, qui ante peccatum sine medio Deum videbat, per peccatum adeo hebuit, ut nequeat divina capere nisi humanis excitatus.

4. **Tertia.** Propter exercitationem similiter instituta sunt: quia, cum homo otiosus esse non possit, proponitur ei utilis et salubris exercitatio in sacramentis, qua vanam et noxiam declinet occupationem. Non enim facile capitur a tentatore, qui bono vacat exercitio. Unde **Hieronymus**[1] monet: «Semper aliquid operis facito, ut te occupatum diabolus inveniat». — **De triplici genere exercitationis.** Sunt autem exercitationum tres species: una ad aedificationem animae pertinet, altera ad corporis fomentum, alia ad utriusque subversionem.

5. Cum igitur absque sacramentis, quibus non alligavit potentiam suam Deus, homini gratiam donare posset, praedictis de causis sacramenta instituit.

6. In quibus constat sacramentum. Duo autem sunt in quibus sacramentum consistit, scilicet verba et res; verba, ut invocatio Trinitatis; res, ut aqua, oleum et huiusmodi.

Cap. 6.

De differentia sacramentorum veterum et novorum. Iam videre restat distantiam sacramentorum veterum et novorum, ut 'sacramenta' vocemus

1 Prima causa *trp.* BCX, *om.* RVW. ‖ humilitatem] humiliationem ALVX. 10 excitatus] exercitatus ARTW, *quod corr.* RT. 24 aqua] et *add.* BCL.

1 *Epist. 125 (ad Rusticum),* n. 11 (PL 22 [1859], 1078; CSEL 56, 130).

Num. 5: in parte ex conclusione cap. 7 tract. V *Summae seul.* (PL 176, 133 D); cf. etiam Hugo, *De sacram.,* I, 9, 5 (PL 176, 323 C - 324 A). — Num. 6: ex *Summa sent.,* IV, 1 (PL 171, 1147 A; 176, 118C).

Cap. 6. Cf. J. Schupp, *Die Gnadenlehre des Petrus Lombardus,* 126-30. Verba Augustini (et onus huius capituli), ex *Glossa* in Hebr. 8, 6 (PL 192, 460 A).

quae antiquitus res sacras signabant, ut sacrificia et oblationes et huiusmodi. — **Super psalmum LXXIII** : Eorum autem differentiam breviter **Augustinus** assignat dicens 1; « quia illa promittebant tantum » et significabant, « haec autem dant salutem ».

Cap. 7.

De circumcisione. Fuit tamen et inter illa sacramentum quoddam, scilicet circumcisionis, idem conferens remedium contra peccatum quod nunc baptismus. — **Augustinus, Ad Valerium contra Iulianum** : Unde **Augustinus**2: «Ex quo instituta est circumcisio in populo Dei, quae erat tunc *signaculum iustitiae fidei* 3, ad purgationem valebat, magnis et parvulis, originalis veterisque peccati; sicut baptismus ex illo valere coepit ad innovationem hominis, ex quo institutus est ». — **Beda, super Evangelium** Item **Beda**4: « Idem salutiferae curationis auxilium circumcisio in Lege contra originalis peccati vulnus agebat, quod baptismus agere revelatae gratiae tempore consuevit, excepto quod regni caelestis ianuam necdum intrare poterant; tamen in sinu Abrahae post mortem beata requie consolati, supernae pacis ingressum spe felici exspectabant ». — His aperte traditur per circumcisionem, ex quo instituta fuit, remissionem peccati originalis et actualis parvulis et maioribus a Deo praestitam; sicut nunc per baptismum datur.

1 signabant] significabant LMN, sonabant W. 6 et *om.* BCLMNO. 8 Valerium] valentinum ABCOT. ‖ contra Iulianum *om.* AOTV. 16 necdum] nondum ABCMOW. 19 peccati originalis *top.* AO, peccati *trp. ante* actualis N.

1 August., *Enarr. in Ps. 73,* n. 2 (PL 36, 931; CCL 39, 1006); iam in *Glossa ordin.* in Ps. 73, 1 (cod. Laurent. XVII. 4, 94c, sine nomine; ap. Lyranum III, 190a). Cf. supra, lib. III, d. 40, c. 3 (p. 229). 2 Scilicet, *De nuptiis et concttp.,* II, c. 11, n. 24 (PL 44, 450; CSEL 42, 276s). 3 Rom. 4, 11. 4 *In Evang.,* I, hom. 10 (PL 94, 54 B) seu hom. 11 (CCL 122, 74).

Capp. 7-9: Cf. A. M. Landgraf, *Die Wirkungen der Besctmeidung*, in *Dogmengeschicltle* III-1, 61-108. Praeter quaedam infra notata, dependent haec capitula a *Glossa* Magistri in Rom. 4, 11-12 (PL 191, 1371 C - 1372 C), in qua recte videri potest tractatus primitivus super hanc materiam, ubi incorporatur plurimum de *Summa sent.,* IV, 1 (PL 171, 1147 D - 1148 B; 176, 119 B-C). — Cap. 7: Auctoritas Augustini cum rubrica, ex *Decreto,* de consecr., d. 4, c. 6 (1363); illa Bedae (quae iam invenitur in *Summa sent.,* IV, 1; 1148 C; 119 D), ex *Glossa* in Rom. 4, 11 (PL 191, 1372 B), ubi et conclusio Magistri.

Cap. 8.

De viris qui fuerunt ante circumcisionem, et de feminis quae fuerunt ante et post. Quaeritur autem de viris qui fuerunt ante circumcisionem, et de feminis quae fuerunt ante et post, quod remedium contra peccatum habuerunt. — Quidam [1] dicunt sacrificia et oblationes eis valuisse ad remissionem peccati. Sed melius est dicere illos qui de Abraham prodierunt per circumcisionem iustificatos; mulieres vero per fidem et operationem bonam: vel suam si adultae erant, vel parentum si parvulae; eos vero qui fuerunt ante circumcisionem, parvulos in fide parentum; parentes vero per virtutem sacrificiorum, scilicet quam intelligebant spiritualiter in illis sacrificiis, iustificatos. — **In Moralibus, libro IIII°** Unde **Gregorius**[2]: « Quod apud nos valet aqua baptismi, hoc egit apud veteres vel pro parvulis sola fides, vel pro maioribus virtus sacrificii ; vel pro his qui ex Abrahae stirpe prodierunt mysterium circumcisionis ».

Cap. 9.

1. **De institutione circumcisionis et causa.** Hic dicendum est in quo instituta fuerit circumcisio, et quare, et cur mutata per baptismum. — Abraham primus mandatum circumcisionis habuit, ad probationem obedientiae [3]. Nec ei soli praecepta fuit circumcisio, sed et semini eius, id

5 habuerunt] habuerint ABCLX, *corr. in* habuerint NT. 6 prodierunt] prodierant BCLNTX. 17 instituta fuerit] instituerit MO, *quod corr.* O.

1 Auctor scii. *Summae sent,* (unde quaestio trahitur), IV, 1: «De mulieribus quaeritur quod remedium contra originale peccatum habebant. Respondetur: Fidem, oblationes et sacrificia » (PL 171,1148 B; 176,119 C); forsitan *ex Glossa ordin.* in Gen. 17,23-27 (apud Lyran. I, 69a). 2 Cap. 3 (PL 75, 635 B). 3 Resp. Gen. 17, 10-12.

Cap. 8: Ad verba *in fide parentum* postea annotabit Petrus Manducator: « De parvulis... quaestio est: in fide quorum parentum salvabantur ante circumcisionem, id est, an in fide parentum de quibus secundum carnem nascebantur, an spiritualium, id est patriarcharum. Et non audivi super hoc Magistrum in certitudine dogmatizantem...» (cf. I. Brady, *Peter Manducator and the oral Teachings* o/ *Peter Lombard,* in *Antonianum* 41 [1966] 478). — Auctoritas Gregorii, ex *Glossa* in Rom. 4, 12 (PL 191, 1372 B-C), ex *Summa sent.,* IV, 1 (1147 C; 119 A). — Cap. 9 resumptio est Glossae in Rom. 4, 11-12 (PL 191, 1371 C - 1372 C), quae in multis pendet ad litteram de *Summa sent.,* IV, 3 (PL 171, 1147 D-1148 A; 176, 119 B-C); plura repetit Magister in Sermone 7, *In Circumc. Domini* (PL 171, 400 A).

est omnibus Hebraeis. Quae fiebat secundum Legemi octava die, lapideo cultro, in carne praeputii.

2. **Quare data circumcisio?** Data autem fuit circumcisio pluribus de causis: scilicet (**Strabus** 2:) « ut per obedientiam mandati Abraham placeret Deo, cui per praevaricationem Adam displicuerat ». Data etiam fuit (**Augustinus** 3;) « in signum magnae fidei Abrahae, qui credidit se habiturum filium, in quo fieret benedictio omnium ». Deinde « ut hoc signo a ceteris nationibus discerneretur populus ille ».

3. **Quare in carne praeputii?** In carne vero praeputii ideo iussa est fieri circumcisio, quia in remedium instituta est originalis peccati, quod a parentibus trahimus per concupiscentiam, quae in parte illa magis dominatur. Et « quia 4 in parte illa culpam inobedientiae primus homo sensit, decuit ut ibi signum obedientiae acciperet ».

4. **Quare die octavo et petrino cultro?** Fiebat autem octava die, petrino cultro, quia et in resurrectione communi, octava aetate futura, per petram Christum 5 omnis ab electis abscidetur corruptio; et per Christi resurrectionem, octava die factam, circumciditur a peccatis anima cuiusque in eum credentis 6. Duae igitur res sunt illius sacramenti.

5. **Quare per baptismum mutata sit** Ideo autem mutata est circumcisio per baptismum, quia sacramentum baptismi et communius est et perfectius, quia pleniori gratia accumulatum. Ibi enim peccata solum dimittebantur, sed nec gratia ad bene operandum adiutrix, nec virtutum possessio vel augmentum ibi praestabatur, ut in baptismo, ubi non modo abolentur peccata, sed etiam gratia adiutrix confertur et virtutes augentur. Unde *aqua refectionis* dicitur7, quae aridos fecundat, et iam fructificantes ampliori ubertate donat. Quia quantumcumque per fidem

1 octava] octavo ANT, septima M. 3 data] fuit *add.* BCNRVX. 10 circumcisio *om.* BCRVWXz. 12 primus] prius AOTWX, *quod corr.* O. 14 octava] octavo CMRTV.

1 Cf. Gen. 17, 11-12; et 21, 4. 2 *Glossa ordin.* in Gen. 17, 10-11 (apud Lyran. I, 68c); ex pseudo-Remigio Altiss. (Strabo?) in 11.l. (PL 131, 88 C). 3 Potius Ambrosiaster, in Rom. 4, 10-11 (PL 17 [1845], 84 B-C; CSEL 81-1, 134-137). Nomina tam *Aug.* quam *Amb.* inveniuntur in margine codicum Glossae Magistri (x, f. 25d; z, f. 14c) et in editione (PL 191, 1371 C). 4 *Glossa ordin.* in Gen. 17, 11 (I, 68c). 5 Resp. I Cor. 10, 4: *Petra autem erat Christus.* 6 Cf. Rom. 4, 24: *Reputabitur credentibus in eum, qui suscitavit Iesum Christum.* 7 Resp. Ps. 22, 2, ubi *Glossa interi.:* « reficiuntur qui vires amiserint [amiserant = Ed.] et anima ariditate peccatorum sterilis fecundatur (apud Lyran. III, 117r; cod. Laurent. XVII.4, f. 26v); P. Lombardi *Glossa* in h.l. (PL 191, 242 D); ex August., *Enarr. in Ps.* 22, n. 2 (PL 36, 182; CCL 38, 134), et Cassiodoro in h.l. (PL 70, 168 B; CCL 97, 210).

et caritatem ante habitam aliquis iustus ad baptismum accedit, uberiorem ibi recipit gratiam; sed non ita in circumcisione. Unde Abrahae, per fidem iam justificato, signaculum tantum fuit 1; nihil ei intus contulit.

Cap. 10.

De parvulis defunctis ante diem octavum. Si vero quaeritur de parvulis qui ante diem octavum moriebantur, antequam non fiebat circumcisio ex Lege 2, utrum salvarentur vel non, idem potest responderi quod sentitur de parvulis ante baptismum defunctis: quos perire constat3. — **Beda.** Unde **Beda**4: « Qui nunc per Evangelium terribiliter et salubriter clamat 5; *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non intrabit in regnum Dei,* ipse dudum clamat per suam Legem 6; *Anima cuius praeputii caro circumcisa non fuerit, peribit de populo suo, quia pactum meum irritum fecit*». — Forte tamen sub Lege, ingruente necessitate mortis, ante octavum diem circumcidebant sine peccato filios, sicut modo in Ecclesia fit de baptismo.

DISTINCTIO II

Cap. 1 (11).

1. **De sacramentis novae Legis.** Iam ad sacramenta novae Legis accedamus: quae sunt baptismus, confirmatio, panis benedictionis, id est eucharistia, poenitentia, unctio extrema, ordo, coniugium. Quorum alia

6 antequam] ante quem AW, corr. *in* quem O. 11 intrabit] potest intrare BCRTV, potest introire M *Summa sent.* ‖ Dei] celorum BC, et *add.* M. ‖ clamat] clamabat BCNV. 18 sacramentis] sacramento AMOVX. 19 benedictionis] benedictio BCMNX, *quod corr. interi.* N.

1 Resp. Rom. 4, 11: *Et signum accepit circumcisionis, signaculum iustitiae fidei.* Cf. Glossa Magistri in h.l.: « iustitiae signum iam habitae. Non ergo circumcisio aliquid magnae dignitatis habebat, sed signum erat ei tantum » (PL 191, 1371 A), ex Ambrosiastro in h.l. (PL 17, 84 B-C; CSEL 81-1, 134-137). 2 Cf. Gen. 17, 12. 3 Cf. infra, Dist. 4, c. 4, nn. 12-13. 4 *In Evang.,* I, hom. 10 (PL 94, 54 C) seu hom. 11 (CCL 122, 74). 5 Ioan. 3, 5. 6 Gen. 17, 14.

Cap. 10. Quaestio ponitur in *Summa sent.,* IV, 1 (PL 171, 1148 B; 176, 119 C-D), ubi etiam auctoritas Bedae, sine titulo operis.

Dist. II, c. 1, n. 1. Quoad historiam huius septenarii, cf. B. Geyer, *Die Siebenzahl der*

remedium contra peccatum praebent et gratiam adiutricem conferunt, ut baptismus; alia in remedium tantum sunt, ut coniugium; alia gratia et virtute nos fulciunt, ut eucharistia et ordo.

2. **Quare mox post casum non fuerunt instituta ;** Si vero quaeritur quare non fuerint haec sacramenta instituta mox post hominis lapsum, cum in his sit iustitia et salus, dicimus non ante adventum Christi, qui gratiam attulit 1, gratiae sacramenta fuisse danda, quae ex ipsius morte et passione virtutem sortita sunt. Christus autem venire noluit antequam homo de lege naturali et scripta convinceretur quod neutra iuvare posset.

3. **Quod sacramentum coniugii fuit ante peccatum :** Fuit tamen coniugium ante peccatum institutum, non utique propter remedium, sed ad sacramentum et ad officium. Post peccatum vero fuit in remedium contra carnalis concupiscentiae corruptelam. De quo suo loco tractabimus2.

Cap. 2 (12).

1. **De baptismo.** Nunc vero de baptismi sacramento videamus, quod inter novae gratiae sacramenta primum est.

2. **De baptismo Ioannis** Baptismum Christi loannes suo baptismo praenuntiavit. Qui primus baptizasse legitur 3, sed in aqua, non in Spiritu, sicut ipse ait4: *Ego baptizo vos in aqua in poenitentiam.* Sola enim corpora abluebat, a peccatis vero non mundabat.

1 remedium] remedia NR. ‖ peccatum] peccata CNV. 4 post] hominis *add.* BCX. ‖ casum] hominis *add.* NV. ‖ fuerunt] sint BCX. 10-11 coniugium] et *add.* WX, etiam *add.* BLRT. 13 suo loco *trp.* BCMR. 17 Rubrica, *om.* RTVW.

1 Ioan. 1, 17: *Gratia et veritas per lesum Christum facta est.* 2 Infra scii., in Dist. 26. 3 « In Matheo» (rubrica in quibusdam codd.) 3, 5-11; cf. etiam Marc. 1, 4-8; Luc. 3, 3-16; Ioan. 1, 25. 4 Matth. 3, 11; *Glossa interi,* in h.I.: *in aqua·,* «tantum, non Spiritu»; et *Glossa ordin.:* « Tantum corpora lavo, qui peccata solvere nequeo » (apud Lyran. V, 14v et 14a); cf. etiam *Glossa ordin.* in Luc. 3, 16: « aqua non Spiritu baptizat » (f. 134c).

Sakramente in ihrer historischenfEntmckliing, in *Théologie und Glaube* 10 (1918) 325-348; E. Dhanis, *Quelques anciennes formules septénaires des sacrements,* in *Rev. Hist. Eccl.* 26 (1930) 574-608, 916-950; 27 (1931) 5-26; H. Weisweiler, *Maître Simon et son groupe «De sacramentis »* (Spicii, sacrum Lovan. 17), LXXV-LXXX; D. Van den Eynde, *Les définitions,* 44s; J. de Qhellinck, *Le mouvement théol.,* A. Michel, *Sacrements,* in DThC XIV-1, 545-51. — Num. 2. Eadem quaestio in *Summa sent.,* IV, 1 (PL 171, 1147 B; 176, 118 C). — Num 3: Texitur ex verbis Hugonis, *De sacram.,* I, 8, 12-13 (PL 176, 314 A-C). — Cap. 2 fundatur usque ad verba in *Summam sent.,* V, 1 (PL 176, 127 A; iam desinit textus in PL 171).

Cap. 3 (13).

De differentia baptismi Christi et loannis. Baptismus loannis erat in poenitentiam, non in remissionem; baptismus vero Christi in remissionem i. Quia loannes baptizans, homines ad poenitentiam vocabat; et quos baptizabat, poenitere docebat 2, secundum illud 3; *Veniebant ad Joannem in Iordanem, confitentes peccata sua.* Sed in baptismo loannis non dabatur peccatorum remissio; quae data est in Christi baptismo.

Cap. 4 (14).

1. **Quid utilitatis habuit baptismus loannis.** Ad quid ergo utilis erat baptismus loannis ? Quia homines usu baptizandi praeparabat ad baptismum Christi.

2. **Quare dictus baptismus loannis.** Sed quaeritur quare dictus est loannis baptismus, sicut Veritas dicit4: *Baptismus loannis unde est?* Quia ibi loannis operatio visibilis tantum erat exterius lavantis, non invisibilis gratia Dei interius operantis. Sed tamen et illa loannis operatio a Deo erat et baptismus ille a Deo erat, non ab homine; sed hominis dictus est, quia nihil ibi gerebatur, quod non ageret homo.

Cap. 5 (15).

Si vere fuit sacramentum baptismus ille. Si vero quaeritur an sacramentum fuerit, satis potest concedi, ex eo sensu quo legalia signa dicun-

2 Rubrica *om.* TVW. 6 baptismo loannis *trp.* BCLRTX. 9 habuit] habet OT, haberet R. 12 Rubrica *om.* AVW. ‖ dictus1] est *add.* BCLRX. ‖ quaeritur *om.* BCLRTV, *add. marg.* W. 13 loannis baptismus *trp.* BCO. 20 satis potest *trp.* BCRTX.

1 *Glossa ordin.* in Matth. 3, 11: *Fortior me est:* « Quia ego baptizo in poenitentiam, ille in remissionem» (apud Lyran. V, 14c). 2 *Glossa interi,* in Matth. 3, 11: *in poenitentiam:* «docendo poenitere» (apud Lyran. V, 14v). 3 Mixtim ex Ioan, 3, 23: *Et veniebant et baptizabantur,* et Matth. 3, 6: *Et baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua.* 4 Matth. 21, 25.

Cap. 3-4: Cf. *Summa sent.,* ibid, (unde quaedam verba) et Hugo, *De sacram.,* II, 6, 6 (PL 176, 451 C-D); plura apud J. Kürzinger, *Zur Deutung der Johannestaufe in der mittelalt. Théologie,* in *Aus der Geisteswelt des Mittelalters* (BGPTMA, Supplbd II1-2, 954-73). — Cap. 5: Negat Magister Simon, *Tract, de sacram.,* et auctor *Tract, de septem sacram. Ec-*

tur sacramenta 1. Signabat enim baptismus loannis rem sacram, scilicet baptismum Christi, qui non tantum est poenitentiae, sed et remissionis peccatorum.

Cap. 6 (16).

1. **De forma baptismi loannis et de baptizatis ab eo.** Hic considerandum est si baptizati a loanne iterum baptizati sint baptismo Christi, et qua forma verborum usus sit Joannes.

2. Illi qui baptizati sunt a loanne nescientes Spiritum Sanctum esse, ac spem ponentes in illius baptismo, postea baptizati sunt baptismo Christi 2. — Baptismus autem loannis in nomine Venturi tradebatur 3. — **Hieronymus :** Unde **Hieronymus,** *Super loel* 4; « Qui dicit se in Christum credere, et non credit in Spiritum Sanctum, nondum habet claros oculos. Unde baptizati a loanne in nomine Venturi, id est Domini lesu, quia dixerunt5: *Sed neque si Spiritus Sanctus est audivimus,* iterum baptizantur, immo verum baptisma accipiunt ».

3. Illi vero qui spem non posuerunt in baptismo loannis, et Patrem et Filium et Spiritum Sanctum credebant, non post baptizati fuerunt; sed impositione manuum ab Apostolis super eos facta, Spiritum Sanctum receperunt. Alii vero, qui non ita credebant, baptizati sunt baptismo Christi, ut praedictum est. — **Hieronymus in Epistola de unius uxoris viro :** Unde **Hieronymus** 6; « Qui Spiritum Sanctum nesciebant

2 et] etiam BCRX. 15 baptizantur] baptizabantur V, *corr. in* baptizabantur MT. ‖ accipiunt] accipiebant W, acceperunt V. 17 post] postea A, *om.* O, *add. interi.* N, *add. mg.* R.

1 Cf. supra, Dist. 1, c. 4, nn. 1 et 3. 2 Resp. Act. 19, 2-6. 2 Act. 19, 4: *loannes baptizavit baptismo poenitentiae populum, dicens: In eum qui venturus esset post ipsum, ut crederent, hoc est, in lesum.* ‖ 4 *Glossa ordin.* in loel 2, 28: *Effundam spiritum meum* (apud Lyran. IV, 335c), ex Hieron. in h.l. (PL 25 [1845], 976 A-B). 5 Act. 19, 2. 6 *Epist. 69 (ad Oceanum),* n. 6 (PL 22 [1859], 660; CSEL 54, 691).

etesiae (ed. H. Weisweiler, in *Magister Simon...,* 15, et 83); asserit Hugo, *De sacram.,* II, 6, 6: « Sacramentum ergo utrobique quantum ad formam exteriorem idem fuit » (PL 176, 451 D).

Cap. 6, nn. 1-2, et in prima parte n. 3, dependet de *Summa sent.,* V, 1 (PL 176, 127 B –128 A, unde auctoritas Hieron. in num. 3). Sententia Magistri proposita ad initium n. 3 falsae innititur interpretationi Act. Ap. 8, 16-17: *Nondum enim in quemquam illorum venerat [Spiritus sanctus], sed baptizati tantum erant in nomine lesu. Tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum sanctum.* Unde « hic Magister non tenetur » (cod. W, 223c). — Verba Ambrosii ex originali, ut videtur (cf. etiam tom. I, 576, 21-31).

cum baptismum a Ioanne acceperunt, iterum baptizati sunt, ne quis ex ludaeis vel Gentibus putaret aquam sine Spiritu Sancto ad salutem posse sufficere ». — **In libro De Spiritu Sancto**[1]: De hoc etiam **Ambrosius**: « Quidam negaverunt se scire Spiritum Sanctum, cum baptizatos se dicerent Ioannis baptismo[2], qui in advenientis Iesu, non in suo baptizavit nomine. Isti ergo, quia nec in Christi nomine, nec cum fide Spiritus Sancti baptizati fuerant, non potuerunt accipere baptismi sacramentum. Baptizati sunt igitur in nomine Christi. Nec iteratum est in his baptisma, sed novatum ».

DISTINCTIO III

Cap. 1 (17).

1. **Quid sit baptisma.** Post haec videndum est quid sit baptismus,, et quae sit forma, et quando institutus, et causa institutionis.

2. Baptismus dicitur tinctio, id est ablutio corporis exterior, facta sub forma verborum praescripta. Si enim fiat ablutio sine verbo, non est ibi sacramentum; sed accedente verbo ad elementum, fit sacramentum: non utique ipsum elementum fit sacramentum, sed ablutio facta in elemento. — **Super Ioannem**[3]: Unde **Augustinus**: « Verbo baptisma consecratur. Detrahe verbum, et quid est aqua nisi aqua? Accedit verbum ad elementum, et fit sacramentum. Unde est haec tanta virtus aquae, ut corpus tangat et cor abluat, nisi faciente verbo? Non quia dicitur, sed quia creditur. Nam et in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud est virtus manens ». — In duobus ergo consistit sacramentum baptismi, sci-

5 in] *om.* ANTWX, *add. interi.* LO. 9 novatum] innovatum MVX. 12 baptisma] baptismus BCRV. 14 tinctio] unctio ANR. 23 manens] immanens ALTW.

1 Lib. I, c. 3, nn. 41-42 (PL 16 [1845], 713 A-B; CSEL 79, 31s). 2 Act. 19, 2. 3 Tract. 80, n. 3 (PL 35, 1840; CCL 36, 529).

Dist. III. Cf. J. Bellamy, *Baptême dans l'Église latine depuis le VIIIe siècle,* in DThC II (Paris 1910), 83-88. — Cap. 1, n. 1: Quasi eaedem quaestiones (ordine quidem diverso) in *Summa sent.,* V, 2 (PL 176, 128 A). — Num. 2: Hac definitione (quae iam *Summae sent.* erat, V, 4, 129 C-D) Magister quodammodo sese opponit Hugoni de S. Victore, qui sacramentum in aqua posuerat sanctificata per Verbum Dei, non in actione ablutionis *(De sacram.* II, 6, 2; PL 176, 443 A-C). Cf. N. M. Haring, *Signum und Signaculum...,* in *Schol.* 31 (1956) 188. Auctoritas Augustini ex *Glossa* Lombardi in Rom. 10, 8 (PL 191, 1475 C), ex Floro in h.l.. (199).

licet verbo et elemento. Ergo, etsi alia desint, quae ad decorem sacramenti instituta sunt, non ideo minus est verum sacramentum et sanctum, si verbum sit ibi et elementum.

3. **Quod in hoc et in aliis sacramentis quaedam fiunt ad decorem, quaedam ad necessitatem.** Nam et in hoc sacramento et in aliis quaedam solent fieri ad decorem et honestatem sacramenti, quaedam ad substantiam et causam sacramenti pertinentia. De substantia huius sacramenti sunt verbum et elementum; cetera ad solemnitatem eius pertinent.

Cap. 2 (18).

De forma baptismi. Sed quod est illud verbum, quo accedente ad elementum, fit sacramentum? — Veritas te docet, quae huius sacramenti formam tradens ait discipulis i; *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.* Invocatio ergo Trinitatis verbum dicitur quo baptisma consecratur; et haec est forma verborum sub qua traditur baptismus. — **Zacharias.** Unde Bonifacio episcopo Zacharias Papa 2: « Firmissime praeceptum est in synodo Anglorum, ut quicumque sine invocatione Trinitatis mersus fuisset, quod sacramentum regenerationis non haberet. Quod omnino verum est, quod si mersus in baptismi fonte quis fuerit sine invocatione Trinitatis, perfectus Christianus non est, nisi in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti fuerit baptizatus ».

1 desint] desunt ABCMOX. 4 Rubrica *om. VW.* ‖ hoc] sacramento *add.* BCX. 5 quaedam ad necessitatem *om.* MT. ‖ necessitatem] quaedam ad substantiam et causam pertinentia sacramenti *add.* BCX. ‖ et] *om. [post* Nam] ANOV. 15 Unde] et *add.* CLOR. h Bonifacio episcopo *trp. post* Papa V, *om.* LRTW, *rubrica marg. tantum* BCX. 16 ut *om.* BCLTW, *interi.* R.i

i Matth. 28, 29. 2 *Epist. 11, ad Bonifacium Moguntinum archiep.* (PL 89, 943 D).

Num. 3 dependet a *Summa sent.,* V, 4 (129 D).

Cap. 2. De quaestione utrum *Baptizo te* pertineat ad formam baptismi, cf. A. Landgraf, *Die Ansicht der Friihscholastik von der Zugehorigkeit des Baptizo te zur Taufform,* in *Schol.* 17 (1942) 412-427, 531-555; vel sub titulo *Die Frage der Zugehorigkeit des Baptizo te zur Form der Taufe,* in *Dogmengeschichte* III-2, 47-86, praesertim 47-56. — Cf. Hugo, *De sacram.,* II, 6, 2 (PL 176, 443 B, 445 D); necnon et *Summa sent.,* V, 3 (PL 176, 129 A-C). Verba Zachariae, ex *Decreto* Gratiani, de consecr. d. 4, c. 83 (1389).

Cap. 3 (19).

Quod Apostoli in nomine Christi baptizaverunt? Legitur tamen in Actibus Apostolorum i Apostolos baptizasse in nomine Christi. Sed in hoc nomine, ut exponit **Ambrosius**2, tota Trinitas intelligitur: « Intelligitur enim, cum Christum dicis, et Pater a quo unctus est, et ipse qui unctus est, et Spiritus Sanctus per quem unctus est ». — **Nicolaus ?** Unde **Nicolaus** Papa ad consulta Bulgarorum 3; « A quodam ludaeo multos baptizatos asseritis, et quid inde agendum sit consulitis. Hi profecto, si in nomine sanctae Trinitatis, vel in nomine Christi, sicut in Actibus Apostolorum legimus, baptizentur, baptizati sunt. Unum enim idemque est, ut sanctus exponit Ambrosius ».

Cap. 4 (20).

1. **Si in nomine Patris tantum vel Spiritus possit tradi baptismus.** Hic quaeritur an baptismus esset verus, si diceretur in nomine Patris tantum vel Spiritus Sancti, ut cum dicitur in nomine Christi. — **Ambrosius** videtur dicere quod, si fide mysterium Trinitatis teneatur, et una persona tantum nominetur, plenum esse sacramentum; et e converso, si tres nominentur, et non recte de aliquo illorum sentiatur, vacuum fieri mysterium. **(Ambrosius in I libro De Spiritu Sancto ?)** Ait enim

2 Rubrica *om.* RVW. ‖ in\ *interi.* L, *om.* MT. ‖ nomine Christi *trp.* ABC *elenchus capp.* 7 ad consulta Bulg. *om.* LTW, *in rubrica mg. tantum* BC, *add. interi.* R2. 11 exponit Ambrosius *trp.* BMN. 13 Spiritus] sancti *add.* BCLNRVW *elench. capp.* 19 Ru-.brica *om.* RVW. ‖ primo (I) *om.* ANX.

1 Cf. Act. 8, 12: *In nomine lesu Christi baptizabantur,* 19, 5: *Baptizati sunt in nomine Domini lesu.* Cf. etiam 2,38: *Baptizetur unusquisque vestrum in nomine lesu Christi.* 2 *De Spiritu Sancto,* I, c. 3, n. 44 (PL 16 [1845], 715 A; CSEL 79, 33). 3 Nicolaus I, *Epist. et decreta,* c. 104 (PL 119,1014 D; ex I. Mansi 15,432 C-D; cf. DS 646).

Cap. 3. Prima pars, cum auctoritate Ambrosii, sumitur quasi ad litteram de *Summa sent.,* V, 3 (PL 176, 129 A-B). Altera, ex *Decreto* Gratiani, de consecr. d. 4, c. 24 (1368); cf. DS, n. 646. — Cap. 4. Quaestio suscitatur tam a Hugone, *De sacram.,* II, 6, 2 (PL 176, 446 A) quam ab auctore *Summae sent.,* V, 3 (129 B). Responsio seu verba Ambrosii (in nn. 1-2), ex eodem capitulo Hugonis sumuntur (446 B et D, 447 A-B); strictura vero (in n. 3) fundatur in verba eiusdem (447 C); ita etiam determinatio Magistri in num. 4. Conclusio (n. 5) propria Magistri est.

sic i; « Ubi non est plenum baptismi sacramentum, nec principium, nec species aliqua baptismi aestimatur. Plenum autem est, si Patrem et Filium et Spiritum Sanctum fatearis. Si unum neges, totum subrues. Et sicut si unum in sermone comprehendas, vel Patrem, vel Filium, vel Spiritum Sanctum, fide autem nec Patrem, nec Filium, nec Spiritum Sanctum abneges, plenum est fidei sacramentum; (Nota!) ita etiam licet Patrem et Filium et Spiritum Sanctum dicas, et Patris vel Filii vel Spiritus Sancti minuas potestatem, vacuum est omne mysterium. Cum dicitur *in nomine Christi,* per unitatem nominis impletum est mysterium; nec a Christi baptismate Spiritus separatur, quia Christus baptizavit *in Spiritu* »[2].

2. **Quaestio Ambrosii** : « Nunc [3] consideremus utrum sicut in Christi nomine legimus baptismi plenum esse sacramentum, ita etiam Spiritu Sancto tantum nuncupato, nihil desit ad mysterii plenitudinem ». — **Solvit** : « Rationem sequamur. Qui unum dixerit, Trinitatem signavit. Si Christum dicas, et Patrem a quo unctus est Filius, et ipsum qui unctus est Filium, et Spiritum quo unctus est designasti. Scriptum est enim [4]: *Hunc Iesum a Nazareth, quem unxit Deus Spiritu Sancto.* Et si Patrem dicas, Filium eius et Spiritum oris eius pariter indicas; si tamen id etiam corde comprehendas. Et si Spiritum dicas, Deum Patrem a quo procedit, et Filium cuius est spiritus nuncupasti. Unde, ut rationi copuletur auctoritas, Dominus dicit[5]: *Vos autem baptizabimini in Spiritu Sancto;* ex quo indicat nos recte posse baptizari in Spiritu Sancto ».

3. **Perstringitur praemissorum intelligentia cum determinatione cuiusdam dicti** : Ex his aperte intellexisti in nomine Christi verum baptisma tradi. Ubi nihilominus insinuari videtur verum baptisma dari posse in nomine Patris tantum vel Spiritus Sancti, si tamen ille qui baptizat fidem Trinitatis teneat: quae Trinitas in quolibet horum nominum intelligitur. Si autem aliquis perverse credens, et errorem inducere intendens, unum de tribus tantum nuncupet, non implevit mysterium.

4. Ecce quid oportet determinari : Quod vero ait, 'nominatis tribus vacuum esse mysterium, si baptizans minuat potestatem Patris vel Filii

7 Nota *om.* ABCRWX. 14 Solvit] solutio BCX, *om.* RVW. 16 Spiritum] sanctum *add.* BTX *Arnbr.* 23-24 Rubrica om. VW. ‖ cuiusdam dicti *om.* MOT. 31 vel] et BCO.

i Cap. 3, nn. 42-43 (PL 16 [1845], 713 B–714 B; CSEL 79, 32). 2 cf. Ioan. 1, 33: *Saper quem videris Spiritum..., hic est, qui baptizat in Spiritu Sancto;* Marc. 1, 8: *Illevero baptizabit vos Spiritu Sancto;* Act. 1, 5: *Vos autem baptizabimini Spiritu Sancto.* 3 Ambrosius, ibid., nn. 44-45 (PL 16, 714 B–715 A; CSEL 79, 32s), ubi et solutio sequens.. 4 Act. 10, 38. 5 Act. 1, 5.

vel Spiritus Sancti', id est male sentiat de potentia alicuius horum, non credens unam potentiam trium, intelligendum est hoc super eum qui non intendit nec credit baptizare: qui non tantum caret fide, sed etiam intentionem baptizandi non habet.

5. Quid est 'in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti' * Qui ergo baptizat in nomine Christi, baptizat in nomine Trinitatis, quando ibi 'ntelligitur. Tutius est tamen tres personas ibi nominare, ut dicatur: *in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.* — **Ambrosius in libro I De Spiritu Sancto** * i; «Non in nominibus, sed *in nomine»,* id est in invocatione vel in confessione Patris et Filii et Spiritus Sancti. Invocatur enim ibi Trinitas ut invisibiliter ibi operetur per se, sicut extra visibiliter per ministrum. Si autem dicatur *in nominibus,* non est ibi sacramentum, quia non servatur forma.

Cap. 5 (21).

1. De institutione baptismi. De institutione baptismi, quando coeperit, variae sunt aestimationes. — Alii dicunt baptismum tunc institutum, cum Nicodemo Christus ait 2: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto.* — Alii dicunt institutionem baptismi factam cum Apostolis dixit 3: *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.* Sed hoc dixit eis post resurrectionem, praecipiens eis de vocatione gentium; quos ante passionem binos et binos miserat ad praedicandum in ludaea et ad baptizandum, dicens4: *In viam gentium ne abieritis.* Iam ergo institutus erat baptismus, quia baptizabant simul et praedicabant.f*

5 Rubrica *om.* RVW *(in codd. ponitur ad lin. 10).* 6 quando] que RX, *corr. in* que W. 8-9 Ambrosius... Sancto] Aug. (Ambr. N) in libro de trin. BCNX, *om.* RVW. 11 ministrum] ministerium BCV, misterium AM. 12 forma] baptismi *add.* ABC, *add. interl. V2, add. mg.* W2. 15 baptismil] tunc institutum cum nicodemo ait: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto *add.* MOT. 16 aestimationes] institutiones MO. || institutum] esse *add.* ANV. 16-18 tunc... Sancto *mg.* O2. 17 Nic. Christus *trp.* LRX. || Christus] dominus NO2 *(mg.)* V. 18 Sancto *om.* BC, etc. *add.* ANVW.

i Cap. 13, η. 132 (PL 16 [1845], 735 C; CSEL 79, 72); cf. etiam supra, Lib. I, d. 2, c. 5, n. 2 (I, 67, 16-17). 2 Ioan. 3, 5; ita Augustinus infra, d, 4, c, 4, η. 9. 3 Matth, 28, 19. 4 Matth. 10, 5; cf. etiam Mare. 6, 7; Luc. 9, 1-2. Hisce locis mandantur ad praedicandum et sanandum, non autem, ut dicit Magister, ad baptizandum; cf. tamen Ioan. 3, 22; et 4, 2.

Cap. 5, n. 1 fundatur in verba Hugonis, *De sacram.,* II, 6, 4 (PL 176, 449 C).

2. **De forma in qua baptizaverunt Apostoli ante Christi passionem.** Si vero quaeritur in qua forma tunc baptizaverint, sane dici potest: in nomine Trinitatis, scilicet in ea forma in qua baptizaverunt postea gentes: quae ante passionem potest intelligi fuisse tradita, licet non sit scriptum. Non ergo tunc illam formam Christus prius tradidit, cum ad evangelizandum gentibus misit 1; sed quam ante tradiderat mittens in ludaeam 2, post iteravit cum ad gentes misit. 5*

3. Commodius ergo dicitur institutio facta quando Christus a loanne baptizatus est in Iordane3: quod dispensavit (**Ambrosius:4**) non quia mundari voluerit, cum sine peccato fuerit; sed quia contactu mundae carnis suae vim regenerativam contulit aquis, ut qui postea immergeretur, invocato nomine Trinitatis, a peccatis purgaretur. Tunc igitur institutus est baptismus Christi in quo Trinitas, cuius mysterium ibi innotuit 5, interius hominem baptizat. 10

Cap. 6 (22). 15-

Quare In aqua tantum fiat. Celebratur autem hoc sacramentum tantum in aqua, non in alio liquore, ut Christus ait *6- Nisi quis renatus fuerit ex aqua* etc. — **Ambrosius, Super Epistolam ad Romanos * ?:** « Ideo uni-

2 baptizaverint] baptizaverunt ALMRVW, *corr. ex* baptizaverunt TX. 3 baptiz. postea *trp.* LTX. ‖ gentes *trp. post* qua BCLX. 12 igitur] invocato nomine trinitatis *add.* LNV, *add. mg.* W. 17 in2] aliquo *add.* MV. ‖ alio] aliquo NO, aliquo *add.* A.

1 Resp. Matth. 28, 19, scii, post resurrectionem. 2 Ioan. 3, 22. Tum hic cum ad finem n. 1 Magister de suo hanc interpretationem inducere videtur. 3 Resp. Matth. 3,. 16; Marc. 1, 9; Luc. 3, 21. 4 *In Luc.,* II, n. 83 (PL 15 [1845], 1583 A; CSEL 32-111,87; CCL 14, 67); sed revera potius sub forma *Glossae ordin.* in Luc. 3, 21: « Baptizatur Dominus, non mundari indigens, sed tactu mundae carnis suae aquas mundans, ut vim abluendi habeant. Et ideo qui ad lavacrum Christi venerit... vim regenerativae sanctificationis aquae concipit » (apud Lyranum, V, 135a); ex Beda in h.l. (PL 92, 358 B; CCL 120, 83). 5 Cf.. *Glossa ordin.* in Marc. 1, 10: «Mysterium Trinitatis in baptismo demonstratur: Filius baptizatur, Spiritus est in columba, Pater in voce sonat » (apud Lyranum, V, 91 a); ex Beda in h.l. (PL 92, 138 B; CCL 120, 442). 6 Joan. 3, 5. 7 Ambrosiaster, in Rom. 6, 4: « Nam ideo per aquam celebratur, ut sicut aqua sordes corporis abluit, ita et nos per baptismum ab omni peccato spiritualiter purgatos nos et innovatos credamus» (PL 17 [1845], 100 C; CSEL 81-1, 192s).

Num. 3 concinnatur ex verbis Hugonis, *De sacram.,* II, 6, 4 (449 D), *Summae sent., V,* 1 (127 C), et *Glossae ordin.* (uti supra). —Totum cap. 6 depromitur ex *Summa sent.,V,* 10 (PL 176, 136 A-B).

formiter id fieri in aqua praecipitur, ut intelligatur quod sicut aqua sordes corporis ac vestes abluit, ita baptismus maculas animae sordesque vitiorum emundando abstergit ». — **Augustinus** * 1; Vel ideo, « ut nullum inopia excusaret: quod posset fieri si in vino et oleo fieret; et ut communis materia baptizandi inveniretur apud omnes ». Quod aqua signavit, quae de latere Christi manavit 2; sicut sanguis alterius sacramenti signum fuit. Non igitur in alio liquore potest consecrari baptismus, nisi in aqua.

Cap. 7 (23).

1. **De immersione, quoties fieri debeat.** De immersione vero, si quaeritur quomodo fieri debeat praecise, respondemus: vel semel, vel tertio, pro vario more Ecclesiae. — **Leandro episcopo Gregorius** *: Unde Gregorius 3; « De trina immersione baptismi, nil verius responderi potest quam quod ipsi sensistis; quia in una fide nihil officit Ecclesiae sanctae consuetudo diversa. Quia enim in tribus subsistentiis una substantia est, reprehensibile esse nullatenus potest infantem in baptismo vel ter vel semel mergere: quia et in tribus mersionibus personarum trinitas, et in una potest divinitatis singularitas designari. Nos vero, qui tertio mergimus, etiam triduanae sepulturae sacramentum signamus ». — Secundum hoc licet non modo ter, sed etiam semel tantum mergere.

2. Ibi tamen dumtaxat semel mergere licet, ubi consuetudo Ecclesiae talis exsistit. Si quis vero id facere incipiat ubi consuetudo talis non est, vel semel tantum mergendum esse asserat, reprehensibilem se constituit. — **Haymo, super Epistolam ad Romanos** *: Unde **Haymo** 4: « In suo sensu abundabat **Cyprianus** cum semel mergebat in baptismo

4 eti] vel BCLX, in *add.* C. 5 signavit] significavit BC. 10 quomodo] quotiens X, corr. m quotiens W. 11 Leandro ep. Greg. *trp.* Greg. Leandro ep. ABCX. 16 et' *om.* LMNORV. 24 mergebat in baptismo *trp. BCL,*

1 Non invenitur apud Augustinum. 2 Ioan. 19, 34. 3 *Registrum epist.,* 1, epist. 43 (41), ad Leandrum episcopum (PL 77, 497 *C* - 498 A; MGH, Epist., I, 56). 4 Haymo Altiss., *In Rom.* 14, 5: *Unusquisque in suo sensu abundet* (PL 117, 488 A). De sententia Cypriani, v. August., *Epist. 93 (ad Vincentium),* c. 10, nn. 38-40 (PL 33, 340; CSEL 34-11, 482ss).

Cap. 7. Tres auctoritates (in nn. 1-3), diverso tamen ordine, leguntur in *Sumina seni., V,* 4 (PL 176, V, 4 (PL 176, 129 D - 130 B). Illi Gregorii (in n. 1) quaedam adiungit Magister ex versione Gratiani in *Decreto,* de consecr. d. 4, c. 80 (1388). In illa Augustino attributa (etiam in *Decreto,* c. 79), loco vos... *promisistis* legit Magister *nos... promisimus.*

parvulos: qui quod intelligebat, studiose implebat, bonis operibus abundando, licet in hoc nescius delinqueret. Sed quia bonis operibus abundabat, postea correctus a Deo, abundavit altiori sensu, ter illos mergendo ». — Ecce habes quia deliquit qui semel mersit; sed hoc ideo, quia aliter se habebat illius Ecclesiae consuetudo, vel quia unam tantum faciendam mersionem asserebat.

3. **Augustinus, in homilia quadam** *1*. De trina mersione **Augustinus**1 ait: « Postquam nos credere promisimus, tertio capita nostra in sacro fonte dimersimus. Qui ordo baptismi duplici mysterii significatione celebratur. Recte enim tertio mersi estis, qui accepistis baptismum in nomine Trinitatis; recte tertio mersi, qui accepistis baptismum in nomine Christi, qui die tertia resurrexit a mortuis. Illa enim tertio repetita dimersio typum dominicae exprimit sepulturae ».

4. Constat ergo baptizandos tertio debere immergi; et tamen, si semel tantum immergantur, verum baptisma accipiunt. Et qui semel immergit tantum, non peccat, nisi consuetudo Ecclesiae obsistat, vel hoc modo tantum debere fieri asserat.

Cap. 8 (24).

Quando circumcisio amisit vitn suam. Solet quaeri si circumcisio amisit statum ab institutione baptismi. — Ad quod dicimus in Christi morte terminata legalia omnia. Ex tunc igitur circumcisio perdidit vim suam, ita quod postea non profecit, potius obfuit observatoribus suis *2*. Sed usque ad oblationem verae hostiae, potuit prodesse. Si enim ante passionem legalia finem habuissent, non ea imminente vetus pascha cum discipulis manducasset *3*.

4 deliquit] delinquit OVR, *quod corr.* O. 9 dimersimus] mersimus C, demersimus LNW, *corr. in* demersimus R. 11 mersi] estis *add.* MN, *add. interi.* V2. 16 consuetudo Eccl. *trp.* BCLMRTX. 17 debere fieri *trp.* ALMRX. 22 profecit] profecerit MOR, sed *add.* BCLRVW.

1 *Sermo de mysterio baptismatis* (inter opp. August., PL 40, 1211; item inter opp. Maximi Taurin., PL 57, 778 A); verius Mediolani confectus saec. VI medio *(Clavis,* n. 222; PLS II, 1370). 2 Cf. Gal. 5, 2: *Ecce ego Paulus dico vobis: quoniam si circumcidamini, Christus: vobis nihil proderit.* 3 Cf. Matth. 26, 17ss; Mare. 14, 12ss; Luc. 22, 7ss.; Ioan. 13, Iss.

Cap. 8. Quaestio ponitur eisdem quasi verbis ut in *Summa sent., V,* 2 (PL 176, 128 C). Solutio autem Magistri est; partim invenitur in *Glossa* sua in Galat. 5, 2 (PL 192, 153 C). Cf. L. Ott, *Untersuch. zur theol. Brteflit.,* 502s, 505.

Cap. 9 (25).

1. **De causa institutionis.** Causa vero institutionis baptismi est innovatio mentis, ut homo qui per peccatum vetus fuerat, per gratiam baptismi renovetur 1; quod fit depositione vitiorum et collatione virtutum. Sic enim fit quisque novus homo, cum abolitis peccatis ornatur virtutibus. Abolitio peccatorum pellit foeditatem; appositio virtutum affert decorem 2. Et haec est res huius sacramenti, scilicet interior munditia 3.

2. **An baptismus aperuerit caelum, quod non aperuit circumcisio.** Si quaeritur utrum baptismus aperuerit caelum, quod non aperuit circumcisio, dicimus quia nec baptismus nec circumcisio aditum regni nobis aperuit, sed hostia Salvatoris 4; quae si tempore circumcisionis oblata fuisset, illius temporis homines in regnum intrassent. Res ergo huius sacramenti justificatio est 5.

DISTINCTIO IV

Cap. 1 (26).

1. **Quod alii suscipiunt sacramentum et rem, alii sacramentum et non rem, alii rem et non sacramentum.** Hic dicendum est aliquos suscipere sacramentum et rem, aliquos sacramentum et non rem, alios rem et non sacramentum.

2. **De errore quorundam.** Sacramentum et rem simul suscipiunt omnes parvuli, qui in baptismo ab originali mundantur peccato. Quamvis

4 renovetur] renovaretur BCX. 8 aperuerit] aperuit BCRX. 11 Salvatoris] salutaris BC, salvationis X. 18 rem1] sacramenti *add.* BCLX.

1 Cf. Rom. 6, 2-11; Eph. 4, 22-24; Col. 3, 9-10. 2 Cf. Magistri *Glossa in Ps. 103,* 2: *Confessionem et decorem induisti:* « Prius est in ea confessio peccatorum, per quam foeditatem deponit; deinde decor virtutum » (PL 191, 927 C); ex August, in h.l., sermo 1, n. 6 (PL37, 1340; CCL40, 1478). 3 De qua fusius infra, d. 4, c. 7. 4 Cf. supra, Lib. III, d. 18, c. 5 (pp. 116-118). 5 Vide infra, d. 4, c. 7.

Cap. 9. Suggeritur quaestio in *Summa sent.* (128 B); solvitur autem, ut videtur, auxilio *Glossae* in Rom. 6, 5 (PL 191, 1403).

Dist. IV, c. 1, n. 1 sumitur ex *Summa sent.,* V, 5 (PL 176, 130 B). De qua cf. D. Van den Eynde, *William of St. Thierry and the Author of the Summa Sententiarum,* in *Franc. Studies* 10 (1950) 241-52. — Num. 2 iterum dependet ad initium et ad finem ab eodem cap. *Summae*

quidam diffiteantur illis qui perituri sunt parvulis in baptismo dimitti peccata, innitentes illi verbo Augustini i; « Sacramenta in solis electis efficiunt quod figurant »; non intelligentes illud ita esse accipiendum: quia cum in aliis efficiant remissionem, non eis hoc faciunt ad salutem, sed solis electis. — **Augustinus in Enchiridion** ². Nam quod omnibus parvulis in baptismo remittatur peccatum, evidenter Augustinus2 dicit: « A parvulo, inquit, recens nato usque ad decrepitum senem, sicut nullus prohibetur a baptismo, ita nullus est qui non peccato moriatur; sed parvuli tantum originali, maiores vero etiam omnibus quae male vivendo addiderunt ad illud », nisi vitae enormitas impediat. — Adulti quoque qui cum fide baptizantur, sacramentum et rem suscipiunt.

Cap. 2 (27).

1. **De ficte accedentibus** Qui vero sine fide accedunt vel ficte, sacramentum, non rem suscipiunt. — **Hieronymus, super Ezechielem** ³. Unde Hieronymus3: « Sunt lavacra gentilium, haereticorum, sed non lavant *in salutem*. In Ecclesia etiam, qui non plena fide baptismum accipiunt, non Spiritum, sed aquam accipiunt ».

2. **Augustinus, in Psalmum LXXVII** ⁴. Augustinus4 etiam ait: « Iudaeis omnibus communia erant sacramenta, sed non communis omnibus erat gratia, quae est virtus sacramentorum. Ita et nunc baptismus communis est omnibus baptizatis, sed non virtus baptismi, id

4 eis hoc *trp.* BCLRX. 7 recens] recenter RVW, *mg.* B, *corr. in* recenter LO (?).

1 Non obstante rubrica marginali: *In libro de baptismo,* sententia non est Augustini; cf. tamen *De bapt. contra Donatistas,* V, cc. 27-28, nn. 38-39 (PL 43, 195ss; CSEL 51, 293-297) et notas infra positas. 2 Cap. 43 (PL 40, 253; CCL 46, 73). 3 *In Ezech.,* 16, 4 (PL 25 [1845], 127 B-C; CCL 75, 163s). 4 *Enarr. in Ps. 77,* 1, n. 2 (PL 36, 983s; CCL 39, 1067).

sent. Error, quod iliis qui perituri sint non dimittantur peccata in baptismo, forsitan Porretanorum fuit, non autem Magistri Gilberti. Cf. A. M. Landgraf, *Die Summe des cod. lat. 109 der Stiftsbibliothek von Zwettl und die Lettre von der Nacltlassttng zukünftiger Sünden durcit die Taufe,* in *Dogmengesch.,* II1-2, 187s.

Cap. 2. Cf. A. M. Landgraf, *Die Wirkung der Taufe im Fictus und iin Contritus,* in *Dogmengeschichte,* II1-2, 87-128. — Num. 1 verbis introducitur *Summae sent.,* V, 5 (PL 176, 130), unde etiam secunda auctoritas in n. 2. Illa Hieronymi, exGtossa *ordin.* in Ezech. 16, 4: *Et aqua non est lota in salutem* (apud Lyran. IV, 231a).— Num. 2: Illa Augustini in Psalmum, ex *Glossa* in I Cor. 10, 5: *Non in pluribus beneplacitum est Deo* (PL 191, 1620 B-C); aptatur ex Floro in h.l. (358).

est ipsa gratia». — **Augustinus, De poenitentia** Idem 1; «Omnis qui iam suae voluntatis arbiter constitutus est, cum accedit ad sacramentum fidelium, nisi poeniteat eum veteris vitae, novam non potest inchoare. Ab hac poenitentia, cum baptizantur, soli parvuli immunes sunt ».

3. His aliisque testimoniis aperte ostenditur adultis sine fide et poenitudine vera in baptismo non conferri gratiam remissionis, quia nec parvulis sine fide aliena, qui propriam habere nequeunt, datur in baptismo remissio. Si quis ergo ficte accedat, non habens cordis veram contritionem, sacramentum sine re accipit.

4. Attende diligenter. Videtur tamen **Augustinus** dicere· quod ficte accedenti, qui etiam habet odium fraternum, in ipso momento quo baptizatur omnia condonentur, et post baptismum mox redeant;, sed non hoc asserendo dicit, immo hanc opinionem et praemissam sententiam conferendo. — **Augustinus, in libro De baptismo.** Ait enim sic 2: « His qui ficto corde baptizantur, aut peccata nullatenus dimittuntur, quia *Spiritus Sanctus disciplinae effugiet fictum* 3; aut in ipso temporis **puncto** per vim sacramenti dimissa, iterum per fictionem replicantur: ut etiam illud verum **sit**4: *Quotquot in Christo baptizati estis* etc., et **illud**5? *Spiritus Sanctus disciplinae effugiet fictum·,* ut induat eum Christum sanctitas baptismi, exuat eum Christum pernicies fictionis ». — **De reditu peccati.** « Nam redire dimissa peccata ubi fraterna caritas non est, aperte Dominus docet in illo servo a quo dominus dimissum debitum petiit, quia ille conservo dimittere noluit. Sic non impeditur baptismi gratia quominus omnia peccata dimittantur, etiam si fraternum odium in eius cui dimittuntur animo perseverat. Solvitur enim hesternus dies, et quidquid superest; solvitur etiam ipsa hora momentumque ante baptismum et in baptismo; deinceps autem continuo reus esse incipit, non solum consequentium, sed et praeteritorum dierum, horarum, momentorum, redeuntibus omnibus quae dimissa sunt ».

20-21 Rubrica *om.* BCVWX, *add. sed del.* R.

1 Id est, *Sermo 351* (seu potius *Liber de poenitentia),* c. 2, n. 2 (PL 39, 1537); licet sexies citetur a Floro Lugd., de eius genuinitate valde dubitat (et recte) *Clavis Patrum,* n.. 284 (p. 75); cf. etiam *Rev. Bën.* 48 (1936) 118. 2 *De bapt. contra Donatistas,* I, c. 12, nn. 19-20 (PL 43, 119s; CSEL 51, 163ss). 3Sap.1,5. 4 Gal. 3, 27. sgap.1,5. « Resp. Matth. 18, 23-25.

Num. 4: Cf. sententia scholae Anselmi Laudun., n. 370, ed. O. Lottin, *Psych, et morale,* V, 275. Fons autem Magistri *Decretum* est Gratiani, de consecr. d. 4, c. 41, § 6 (1379).

5. Hoç autem, ut praediximus 1, non sub assertione dixit. Quod ostenditur ex eo quod ait in eodem libro 2 sic: « Si ad baptismum fictus accedit, dimissa sunt ei peccata, aut non sunt dimissa? Eligant quod volunt ». Ecce aperte cernis, si tamen intendis, id dixisse **Augustinum** non asserendo, sed quaerendo et aliorum opinionem referendo. — **Augustinus, in eodem libro** Idem enim ait 3; «Tunc valere incipit ad salutem baptismus, cum illa fictio veraci confessione recesserit, quae corde in malitia perseverante peccatorum ablutionem non sinebat fieri ». Non igitur ficte accedenti peccata dimittuntur.

Cap. 3 (28).

Quomodo intelligatur illud: 'Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis'. Quaeritur ergo quomodo accipiendum **sit** illud 4; *Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis.* — Potest dici quod qui *in Christo,* id est in Christi conformitate, baptizantur: ut scilicet moriantur vetustati peccati5 sicut Christus vetustati poenae, induunt Christum, quem per gratiam inhabitantem habent. — Potest et aliter solvi. Duobus enim modis induere Christum dicimur: vel per assumptionem sacramenti, vel rei perceptionem. — **Augustinus, in libro De baptismo** ?: Unde **Augustinus** 6: « Induunt homines Christum aliquando usque ad sacramenti perceptionem, aliquando usque ad vitae sanctificationem. Atque illud primum bonis et malis potest esse commune; hoc autem proprium est bonorum et piorum ». Omnes ergo qui in Christi nomine baptizantur, Christum induunt, vel secundum sacramenti perceptionem, vel secundum sanctificationem.

3 Eligant] Eligat LMO. ‖ volunt] voluerint A, voluerit LMO. 6-7 ad salutem bapt. *trp.* LMVX. 11-12 Rubrica *om. VW, abbrev.* AC. 17-18 per assumptionem] assumptione BCLTWX. 18 perceptionem] perceptione BCLTWX. 20 sacramenti perceptionem *trp.* AOVW.

1 Supra, ad initium n. 4. 2 Ibid., n. 18 (PL 43, 119; CSEL 51, 162). 1 Num. 18 (119; 163). 4 Gal. 3, 27. s Cf. Eph. 4, 22-23; Rom. 6, 3-4. *6 De baptismo contra Donatistas,* V, c. 24, n. 34 (PL 43, 193; CSEL 51, 291).

Num. 5: prima auctoritas, parum supra in *Decreto,* c. 32, § 2 (1372); alia, ex c. 42 (1379).

Cap. 3. Fere totum ex *Summa sent.,* V, 5 (PL 176,131 A-B); auctoritas autem Augustini potius ex *Decreto,* uti supra, c. 41, § 1 (1377) quam ex *Summa sent.* (131 B).

Cap. 4 (29).

1. De illis qui suscipiunt rem et non sacramentum. Sunt et alii, ut supra posuimus 1, qui suscipiunt rem et non sacramentum.

2. **Quod passio implet vicem baptismi.** Qui enim effundunt sanguinem pro nomine Iesu, etsi non sacramentum, rem tamen percipiunt. — **In libro XIII De civitate Dei.** Unde **Augustinus**2: « Quicumque non percepto regenerationis lavacro pro confessione Christi moriuntur, tantum eis valet ad dimittenda peccata, quantum si abluerentur sacro fonte baptismi ». Audisti quod passio pro nomine Iesu suscepta supplet vicem baptismi.

3. **Quod non modo passio, sed fides et contritio, implet vicem baptismi.** — **Augustinus in libro IIII De baptismo.** Nec tantum passio vicem baptismi implet, sed etiam fides et contritio, ubi necessitas excludit sacramentum, sicut aperte docet **Augustinus,** dicens3: « Baptismi vicem aliquando implere passionem, de latrone illo cui non baptizato dictum est4: *Hodie mecum eris in paradiso,* beatus **Cyprianus**5 non leve documentum assumit. Quod etiam atque etiam considerans, invenio non tantum passionem pro nomine Christi id quod baptismo deerat posse supplere, sed etiam fidem conversionemque cordis, si forte ad celebrandum mysterium baptismi in angustiis temporum succurri non potest. Neque enim latro ille pro nomine Christi crucifixus est, sed pro me-

4 effundunt] fundunt BCRTWX. 9 Audisti] Audistis LNV. ‖ Iesu] Christi LNVX. 11 Rubrica *om.* CRVW. 13 vicem LX *Aug.,* vim *alii codd.* 16 Cyprianus] in libro iv de baptismo *add. hic in marg.* BCX, *add. in textu* ALMOT, *add. sed del.* V; *sed reapse est rubrica ad* August, (lin. 12) *ut in* N, *quam om.* RW. 17 Quod] Quid BC, Qui M, ego *add.* L. 19 conversionemque BL *(sed corr.)* RTX *Grat., et* conversionem AL *(post corr.)* MNOVW, contritionemque C; conversionem *corr. mg. in* contritionem A; vel contritionem: *add. interi.* B.

1 Initio huius distinctionis (c. 1, n. 1). 2 Cap. 7 (PL 41, 381; CSEL 40-1, 622;. CCL 48, 389). 3 *De baptismo contra Donatistas,* IV, c. 22, n. 29 (PL43, 173; CSEL 51, 257). 4 Luc. 23, 43. 5 *Epist. 73 (ad lubaianum et episc. Numidiae),* n. 22 (PL. 3 [1844], 1124 B - 1125 A; CSEL 3-1, 796).

Cap. 4. Cf. L. Ott, *Untersuchungen zur theol. Briefiiteratur,* 507-527; A. M. Landgraf,. *Das Sacramentum in voto,* in *Dogmengesch.,* III-1, 210-253; et *Kindertaufe und Glaube,* ibid., 279-345. Pleraque huius cap. ex eadem *Summa sent.,* V, cc. 5-6 (PL 176, 131 B -133 A). — Num. 3: Auctoritas Augustini potius ex *Decreto* Gratiani, de consecr., d. 4, c. 34 (1372-1373) quam de *Summa sent.,* V, 5 (PL 176, 131 C -132 A), quamvis conclusio seu resumptio ad finem huius numeri eiusdem *Summae* sit (132 B).

ritis facinorum suorum; nec quia credidit passus est, sed dum patitur credit. Quantum igitur valeat etiam sine visibili baptismi sacramento quod ait Apostolus1: *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem,* in illo latrone declaratum est. Sed tunc impletur invisibiliter, cum mysterium baptismi non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit ». « Et 2 baptismus quidem potest etiam esse, ubi conversio cordis defuerit; conversio autem cordis potest quidem inesse non percepto baptismo, sed contempto baptismo non potest. Nec ullo modo dicenda est conversio cordis ad Deum, cum Dei sacramentum contemnitur ». — Ecce hic habes non solum passionem, sed etiam fidem et contritionem conferre remissionem, ubi non contemnitur sacramentum, ut in latrone illo ostenditur: qui non per passionem, sed per fidem salvatus est sine baptismo.

4. **Augustinus in libro Retractationum II ?** Sed dicunt quidam 3 **Augustinum** hoc retractasse. Retractavit quidem exemplum, sed non sententiam. Ait enim sic4: « In quarto libro *De baptismo,* cum dicerem vicem baptismi posse habere passionem, non satis posui idoneum illius latronis exemplum, quia utrum non fuerit baptizatus incertum est ».

5. **Ambrosius ?** Constat igitur sine baptismo aliquos iustificari et salvari. Unde **Ambrosius**3 de Valentiniano: « *Ventrem meum doleo^,* ut prophetico utar eloquio, quia quem regeneraturus eram amisi; ille lamen gratiam quam poposcit non amisit ».

6. **Quae videntur obviare praedictis ?** His autem videtur obviare quod Dominus ait ?: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum caelorum.* Quod si generaliter verum est, non videntur esse vera superius posita.

6 esse] inesse T *Aug., Qrat.* Il non] nec LON. 13 Rubrica *om.* RVW· 15 quarto libro *trp.* ABMT. 16 posui idoneum *trp.* BCLRTX *Aug.* 22 Rubrica ■*om.* RVW, *abbrev.* A. 24 potest introire] potest intrare AV, in. BTW, intrabit CR. ‖ caelorum] dei AVX.

1 Rom. 10, 10. 2 August., ibid., c. 25, n. 32 (PL 43, 176; CSEL 51, 260). 4 Inter quos auctor anonymus (et Magistro ignotus) *Sent, divinae paginae:* «Augustinus dicit: Si non contemptus religionis, sed articulus excludit necessitatis, salvantur. Sed in libro retractationum profitetur se male dixisse, aperte ostendens quod nullus sine gratia baptismi salvari potest » (ed. Bliemetzrieder, BGPTMA XVIII, Heft 2-3, 46). 4 Cap. 18 (PL 32, 638; CSEL 36, 153). s *De obitu Valentiniani,* nn. 29-30 (PL 16 [1845], 1368 B-C; CSEL 73, 344). 6 1er. 4,19. 7 loan. 3, 5.

Num. 4-5: Ex *Summa sent.,* ibid. (132 A); n. 6, ibid. (131 B-C), ubi desunt quaedam verba, ut notat dom. L. Ott, *Briefliteratur* 517, n. 54.

7. **Determinatio.** Sed illud intelligendum est de his qui possunt et contemnunt baptizari. Vel ita intelligendum est: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto,* id est ea regeneratione quae fit per aquam et Spiritum Sanctum, non salvabitur. Illa autem regeneratio fit non tantum per baptismum, sed etiam per poenitentiam et sanguinem. — **Super epistolam ad Hebraeos.** Unde auctoritas l dicit ideo Apostolum « pluraliter » dixisse *fundamentum baptismatum,* « quia est baptismus in aqua, in sanguine, in poenitentia». Hoc autem non ideo dicit, quod baptismi sacramentum fiat nisi in aqua, sed quia ipsius virtus, id est sanctificatio, datur non modo per aquam, sed per sanguinem vel poenitentiam.

8. Ratio etiam id suadet. Si enim parvulis non valentibus credere sufficit baptismus, multo magis sufficit fides adultis volentibus, sed non valentibus baptizari. — **In libro De unico baptismo.** Unde **Augustinus**2* « Quaeris quid sit maius, fides an aqua? Non dubito quin respondeam fidem. Si ergo quod minus est sanctificare potest, nonne quod maius est, id est fides, de qua Christus ait 3; *Qui crediderit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet?* »

9. **Opinio quorundam quod nullus sine baptismo possit salvari, nisi patiens pro Christo.** Sed dicunt aliqui 4 nullum adultum in Christum credere vel caritatem habere sine baptismo, nisi sanguinem fundat pro Domino; subdita introducentes testimonia. — **Augustinus, in libro de**

5 etiam} et BCTW, *om.* R. 21 introducentes] inducentes BCLRTWX.

1 *Glossa ordin.* in Hebr. 6, 1-2: *Non rursum lacientes fundamentum poenitentiae... baptismatum doctrinae* etc. (apud Lyr. VI, 143a; cod. l 194b, ubi legitur « in poenitentia, in sanguine », ut etiam in *Glossa* Magistri hic [PL 192, 440 C; cod. m 172b]). 2 Non invenimus apud Augustinum; cf. tamen *De unico bapt. contra Petllianum,* c. 11, n. 18 (PL 43, 604; CSEL 53, 18), et notam infra positam. 3 Ioan. 11, 25. 4 Sententia est P. Abaelardi, *In Rom.* II (PL 178, 837 A-838C; CCL, Contin. Med. 11, 117-121).

Num. 7: Ex *Glossa* Magistri in Hebr. 6, 2 (PL 192, 440 C - 441 A). — Num. 8: *Ratio* dependet de *Summa sent., V,* 5 (PL 176, 132 B). Quod sequitur, sub nomine Augustini, non invenitur apud eum nec apud Florum nec in Olossis Magistri; concinnata videtur ex verbis Hugonis, *De sacram.,* I, 9, 5: « Utrum est maius, aqua an fides ?... *Qui credit in me, mortem non videbit in aeternum* » (PL 176, 324 D - 325 A). — Num. 9: Ex *Summa sent.,* V, 5 (PL 176, 132 B-C), ubi et auctoritates. Ad primam Gennadii codices eiusdem *Summae* legunt: *Ex dictis Augustini episcopi* loco *Anselmi* (132 C), ut notat L. Ott, *Briefliteratur,* 512, 517. Probabilius Magister sese contulit ad originale Gennadii, eo quod ultima auctoritas non datur in *Summa sent.* Vide etiam H. Grillmeier, *Fulgentius von Ruspe, De fide ad Petrum, und die Summa sententiarum,* in *Scholastik* 34 (1959) 539.

fide ad Petrum : Augustinus ait E « Ex illo tempore quo Salvator dixit 2; *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto* etc., absque sacramento baptismi, praeter eos qui in Ecclesia sanguinem fundunt, aliquis vitam aeternam accipere non potest ». — **In ecclesiasticis dogmatibus, ex dictis Augustini** : Item 3: « Nullum catechumenum, quamvis in bonis operibus defunctum, vitam aeternam habere credimus, excepto martyrio, ubi baptismi tota sacramenta complentur ». — **In eodem** : Item 4: « Baptizatis tantum iter esse salutis credimus ».

10. **Responsio** : Sed quod in his minus dixit, in aliis capitulis supra positis supplevit5; et ideo haec sic intelligenda sunt, ut soli habentes tempus excipiantur. Si enim aliquis habens fidem et caritatem voluerit baptizari, et non potest, necessitate praeventus, **Augustinus** «supplet 6 Omnipotentis benignitas quod sacramento defuerat ». Dum enim solvere potest, nisi solvat tenetur; sed cum iam non potest et tamen vult, non imputat ei Deus, qui suam potentiam sacramentis non aliigavit 7.

11. **Augustinus** Quod vero invisibilis sanctificatio sine visibili sacramento quibusdam insit, aperte **Augustinus** super Leviticum tradit, dicens « invisibilem sanctificationem quibusdam adfuisse et profuisse sine visibilibus sacramentis; visibilem vero sanctificationem, quae fit sacramento visibili, sine invisibili posse adesse, non posse prodesse.

2 ex... Sancto *om.* BCLTX. ‖ et... Sancto *om.* AR. ‖ Sancto *om.* MV. 7 complentur] implentur AMOV. 8 esse salutis *trp.* BCMV. 9 Responsio] Expositio BCX, *om.* NRVW. 10 soli] non *add. interi.* R2, *add. mg.* W2. 18 super Leviticum *trp. post* insit X, *post* aperte L, *post* dicens ANVW.

1 Immo Fulgentius, *De fide ad Petrum, c.* 3, n. 41 (PL 65, 692 B; CCL 91 A, 740). 2 Ioan. 3, 5. 3 Gennadius, *Liber sive diffinitio eccl. dogmatum,* c. 74 (PL 58, 997 C; c. 41 in PL42, 1220). 4 Ibidem, ante locum iam citatum. 5 Scilicet in nn. 2-4 huius cap. 6 *De baptismo contra Donatistas,* IV, c. 24: « In illo latrone quod ex baptismi sacramento defuerat complevit Omnipotentis benignitas» (PL 43, 175; CSEL 51, 260). 7 Augustinus, *De Genesi ad Utt.,* VI, c. 13, n. 23: «Ita enim certas temporum leges generibus qualitatibusque rerum... attribuit, ut eius voluntas sit super omnia. Potentia quippe sua numeros creaturae dedit, non ipsam potentiam eisdem numeris alligavit» (PL 34, 348s; CSEL 28-1, 188). Applicationem principii ad sacramenta idem innuit, *De diversis quaest. 83,* q. 62 (PL 40, 53). 8 *Quaest. in Heptat.,* III, q. 84 (PL 34, 713, dein 712; CSEL 28-11, 305s; CCL 33, 228); sed hic potius ut textus exstat in fonte, scii. *Glossa ordin.*

Num. 10. Praeter primam phrasim, sumitur ex *Summa sent.,* V, 7 (133 C-D). Cf. L. Ott, ibid., 518. — Num. 11: Ex *Glossa ordin.* in Levit. 21, 12-13 (apud Lyran. I, 252b); vei forsitan ex Olossa ignota ipsius Magistri in h.l.

Nec tamen visibile sacramentum ideo contemnendum, quia contemptor eius invisibiliter sanctificari non potest. Hinc Cornelius et qui cum eo erant, iam Spiritu sanctificati baptizati sunt [1]; nec superflua iudicata est visibilis sanctificatio quia invisibilis praecessit ». « Sine visibili ergo invisibilis sanctificatio esse potest et prodesse; visibilis autem, quae fit sacramentotenus, sine invisibili prodesse non potest, cum ista sit omnis illius utilitas. Simoni Mago visibilis baptismus non profuit [2], quia invisibilis non adfuit; sed quibus invisibilis adfuit, profuit ».

12. « **Firmissime tene** ». Nec tantum valet fides aliena parvulo, quantum propria adulto. Parvulis enim non sufficit fides Ecclesiae sine sacramento. Qui si absque baptismo fuerint defuncti, etiam cum deferuntur ad baptismum, damnabuntur, sicut multis Sanctorum testimoniis comprobatur. — **Augustinus in libro De fide ad Petrum** *:* Ad quod hoc unum sufficiat **Augustini** [3]; « Firmissime tene parvulos qui vel in uteris matrum vivere incipiunt et ibi moriuntur, vel de matribus nati sine sacramento baptismi de hoc saeculo transeunt, aeterno supplicio puniendos: quia etsi peccatum propriae actionis non habuerunt, originale tamen peccatum carnali conceptione traxerunt ».

13. Et sicut parvuli qui sine baptismo moriuntur numero infidelium adscribuntur, ita qui baptizantur fideles vocantur. Quia a fidelium consortio non separantur cum orat Ecclesia pro fidelibus defunctis; fideles igitur sunt non propter virtutem, sed fidei sacramentum. — **Augustinus, ad Bonifacium** *:* Unde **Augustinus** [4]: « Parvulum, etsi nondum fides illa quae in credentium voluntate consistit, iam tamen ipsius fidei sacramentum, id est baptismus, fidelem facit. Sicut credere respondetur, ita etiam fidelis vocatur: non rem ipsam mente annuendo, sed ipsius rei sacramentum percipiendo ».

9 Rubrica *om.* RVW. 20 qui] quia **BW**.

1 Resp. Act. 10, 44-48. 2 Resp. Act. 8, 13-24. 3 Rectius Fulgentii, c. 27, n. 70: « Firmissime tene et nullatenus dubites, non solum homines iam ratione utentes, verum etiam parvulos, qui sive in uteris matrum vivere incipiunt et ibi moriuntur, sive iam de matribus nati sine sacramento sancti baptismatis quod datur in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, de hoc saeculo transeunt, ignis aeterni sempiterno supplicio puniendos. Quia etsi peccatum propriae actionis nullum habuerunt, originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione et nativitate traxerunt » (PL 65, 701 B-C; CCL 91 A, 753). *4 Epist. 98,* n. 10 (PL 33, 364; CSEL 34-11, 531s).

Num. 12. Cf. *Summa sent.,* V, 6 (PL 176, 132 D). — Num. 13. Verba Augustini inveniuntur apud Florum in Rom. 6, 4 (100); non repetuntur a Magistro in h.l. (PL 191, 1402).

Cap. 5 (30).

Quid prosit baptismus his qui cum fide accedunt. Solet quaeri de illis qui iam sanctificati Spiritu, cum fide et caritate ad baptismum accedunt, quid eis conferat baptismus. Nihil enim videtur eis praestare, cum per fidem et contritionem iam remissis peccatis iustificati sint. — **Responsio** *. Ad quod sane dici potest eos quidem per fidem et contritionem iustificatos, id est a macula peccati purgatos et a debito aeternae poenae absolutos; tamen adhuc teneri satisfactione temporali qua poenitentes ligantur in Ecclesia. Cum autem baptismum percipiunt, et a peccatis, si qua interim post conversionem contraxerunt, mundantur, et ab exteriori satisfactione absolvuntur, et gratia adiutrix omnisque virtus augetur, ut vere novus homo tunc dici possit. Fomes quoque peccati in eo amplius debilitatur. — Ideo **Hieronymus**[1] dicit quod «fides quae fideles facit, in aquis baptismi datur vel nutritur »: quia non habenti aliquando ibi datur, et iam habenti ut plenius habeatur. Sic et de aliis intelligendum est. — Qui ergo mundus accedit, ibi fit mundior; et omni habenti ibi amplius datur[2].

Cap. 6 (31).

1. **Quod exterior satisfactio ibi dimittitur** *. — **Ambrosius** *. Quod vero omnis exterior satisfactio ibi relaxetur, **Ambrosius**[1] ostendit, super illum locum: *Sine poenitentia sunt dona Dei et vocatio,* dicens: « Gratia Dei in baptismo non requirit gemitum vel planctum, vel aliquod opus, et omnia gratis condonat ». Quod quidem de exteriori gemitu vel planctu

2 Solet] etiam *add.* ABLV. 5 sint] sunt BCLRVX. ‖ Responsio om. RVW.

• Auctoritas spuria. Vide tamen Hieronymi « aquarum et baptismi laudes » in *Epist. 69 (ad Oceanum),* nn. 6-7 (PL 22 [1859], 659ss; CSEL 54, 689-694). 2 Resp. Matth. 25, 29: *Omni enim habenti dabitur et abundabit.* *1* Ambrosiaster in Rom. 11, 29 (PL 17 [1845], 154 A; CSEL 81-1, 384-387).

Cap. 5. Cf. A. M. Landgraf, *Die Wirkung der Taufe im Fictus und im Contritus,* in *Dogmengeschichte* II1-2, 128-169. Fundatur doctrina Magistri in *Summam sent.,* V, 7 (PL 176, 133 A-D). Unde vel cuius sit auctoritas Hieronymo attributa (frequentissima in diebus, illis), nescimus. — Cap. 6, n. 1: Verba Ambrosiastri iam in *Glossa ordin.* in Rom. 11, 29 (apud Lyran. VI, 26a; cod. 1, fol. 26a; m, fol. 27d, ubi *Ambr.* adiungitur s.m.); dein in *Glossa* Magistri (PL 191, 1491 A).

accipiendum est, nam sine interiori nemo adultus renovatur; sed exteriores satisfactiones et afflictiones, scilicet sordes poenitentium, ibi dimittuntur. — Multum ergo confert baptismus etiam iam per fidem iustificato; qui accedens ad baptismum, quasi ramus a columba portatur in arcam [1]; ante intus erat iudicio Dei, sed nunc etiam iudicio Ecclesiae intus est.

2. Cum vero in baptismo peccatum deleatur et satisfactio exterior non imputetur, quaeritur cur poenalitas cui pro peccato addicti sumus non tollatur. — Hoc ideo fieri tradunt Sancti [2]: « Quia si a poena homines per baptismum liberarentur, ipsam putarent baptismi pretium, non aeternum regnum. Ideo soluto reatu peccati, temporalis poena tamen manet, ut illa vita studiosius quaeratur, quae erit a poenis omnibus aliena ». Ideo etiam manet, ut sit fideli certandi materia et vincendi occasio; qui non vinceret si non pugnaret, nec pugnaret si in baptismo immortalis fieret.

Cap. 7 (32).

1. **Cuius rei baptismus qui datur iam iusto sit sacramentum.** Si quaeritur cuius rei baptismus ille sit sacramentum, qui datur iam iusto, dicimus sacramentum esse et rei quae praecessit, id est remissionis ante per fidem datae, et remissionis temporalis poenae (sive peccati, si quod interim committitur habetur), et novitatis ac munditiae ibi praestitae. Omnis enim rei signum est, cuius causa est.

2. Nec mireris rem aliquando praecedere sacramentum, cum ali-

11 Ideo... peccati] reatus peccati tollitur M. ‖ poena tamen *trp.* ABC. ‖ tamen] tantum MX, cum *corr. interi, in* tantum V. 13 certandi] concertandi AMOX. 14-15 immortalis fieret *trp.* BCLX. 17 sit sacramentum *trp. post* rei ABC; *cf. etiam elenchus capp.* 21 ac munditiae] sacramentum omnis gratie V. ‖ munditiae] omnis gratie NW. 21-22 Omnis... est2 *om.* AMORTX, *va-cat* N.

1 Gen. 8, 11-12. 2 Propius Isidorus, *Sententiae,* I, c. 22, n. 3 (PL 83, 588 A - 589 A).

Num. 2 dependet a *Summa sent.,* V, 11 (PL 176, 136 D), ubi auctoritas attribuitur (et recte) Isidoro, *De summo bono.*

Cap. 7. Cf. A. M. Landgraf, *Nebenfragen: res und sacramentum in der Taufe des Gerechten,* in *Dogmengesch.,* III-2, 169-172; J. Schupp, *Die Gnadenlehre...* § 18, 189. — Notare lubet quod contra meliores codd. (cf. lect. variantes), ad finem n. 1 retinenda adiudicamus ultima verba, eo quod inveniuntur in Glossa *Summa divinae paginae* olim Petro Pictaviensi attributa (cod. b 5; n 49b; p 95).

quando etiam longe post sequatur: ut in illis qui ficte accedunt, quibus cum post poenituerint, incipiet baptismus prodesse; in quibus fuit baptismus sacramentum huius sanctificationis quam poenitendo habent. — Sed si nunquam poeniterent nec a figmento recederent, cuius rei sacramentum esset baptismus ab illis susceptus? Potest dici: rei quae ibi fieret, si non illorum enormitas impediret.

3. **Si parvulis datur in baptismo gratia qua possint in maiori aetate proficere.** Solet etiam quaeri si parvulis in baptismo datur gratia, qua cum tempus habuerint utendi libero arbitrio, possint velle et currere 1. — De adultis enim qui digne recipiunt sacramentum, non ambigitur quin gratiam operantem et cooperantem 2 perceperint. Quae *in vacuum* eis cedit 3 si per liberum arbitrium post mortaliter deliquerint; qui merito peccati gratiam appositam perdunt. Unde et dicuntur contumeliam facere Spiritui Sancto 4 et ipsum a se fugare 5. — De parvulis vero qui nondum ratione utuntur, quaestio est an in baptismo receperint gratiam, qua ad maiorem venientes aetatem, possint velle et operari bonum.

4. **Hinc inde opponit.** Videtur quod non receperint, quia gratia illa caritas est et fides, quae voluntatem praeparat et adiuvat. Sed quis dixerit eos accepisse fidem et caritatem? — Si vero gratiam non receperunt, qua bene operari possint cum fuerint adulti, non ergo sufficit eis in hoc statu gratia in baptismo data; nec per illam possunt modo boni esse, nisi alia addatur; quae si non additur, non est ex eorum culpa, quia iustificati sunt a peccato.

5. **Responsio.** Quidam putant gratiam operantem et cooperantem cunctis parvulis in baptismo dari, in munere, non in usu, ut cum ad maio-

6 illorum] eorum L, morum BC, *om. A.* ‖ impediret] Item: Ego dico... erat Christus baptizavit *add. hic* (ex d. 5, c. 1, n. 3) X; *quod infra repetit in loco suo.* 7 datur in baptismo *trp.* BCX. 9 utendi] utendo MOX. 17 Rubrica *om.* LRVW. 24 Rubrica *om.* CRVW.

1 Cf. Rom. 9, 16: *Non volentis neque currentis, sed miserentis esi Dei.* 2 De quibus gratiis in Lib. II, dist. 26-27 (I, 470-487). 3 Resp. II Cor. 6, 1: *Ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* 4 Cf. Hebr. 10, 29: *Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui... spiritui gratiae contumeliam fecerit.* 5 Cf. *Glossa interlin.* in Eph. 4, 30: *Nolite contristare Spiritum Sanctum:* « a vobis per mala opera fugando » (apud Lyran., VI 95r; cod. 1, f. 122v; cod. m, 115r).

Num. 3-5. De quaestione hic proposita cf. A. M. Landgraf, *Kindertaufe und Glaube,* in *Dogmengeschichte* III-1, 320-324. Quod solutio ipsius Magistri exhibetur sub n. 5, patet ex testimonio Petri Manducatoris: « Solutio. Quorundam, inquit, opinio est quod parvulis in baptismo tantum dimittantur peccata et nulla virtus conferatur. Et hanc, inquit, sententiam

rem venerint aetatem, ex munere sortiantur usum; nisi per liberum arbitrium usum muneris exstinguant peccando. Et ita ex culpa eorum est, non ex defectu gratiae, quod mali fiunt; qui ex Dei munere valentes habere usum bonum, per liberum arbitrium renuerunt, et usum pravum elegerunt.

DISTINCTIO V

Cap. 1 (33).

1. **Quod baptismus aeque sanctus est a bono vel malo datus bono vel malo.** Post haec sciendum est sacramentum baptismi a bonis et a malis ministris dari, sicut a bonis et a malis sumitur. Nec melior est baptismus qui per meliorem datur, nec minus bonus qui per minus bonum datur, nec malus qui per malum datur. Nec maius munus datur in baptismo a bono dato, nec minus in baptismo dato a malo, sed aequale, quia non est hominis, sed Dei munus. Quod totum subditis declaratur testimoniis.

2. **Augustinus, Super Ioannem.** Augustinus ait 1; « Baptismus talis est, qualis est ille in cuius potestate datur, non qualis est ille per cuius ministerium datur ». — **Augustinus in libro De unico baptismo.** Item 2; « Prorsus fieri potest ut aliqui verum habeant baptismum, et non habeant veram fidem ». — **Augustinus, Contra Crescentium grammaticum.** Item 3; « Si inter bonos ministros, cum sit alius alio melior, non

9 a2 *om.* ACMR, *add. interi.* O. 10 a? *om.* ABCM. 15 Rubrica A, *om. alii.* 17 in libro *om.* BOX.

1 *In Ioan.,* tr. 5, n. 6 (PL 35, 1417; CCL 36, 43s). 2 Cap. 11, n. 18 (PL 43, 604; CSEL 53, 18). 3 Rectius *Contra Cresconium,* III, c. 6 (PL 43, 499; CSEL 52, 415).

non improbat Magister in *Sententiis.* Nos autem, qui audivimus eum, scimus quia erat in contraria sententia, scilicet quod parvulis in baptismo dantur virtutes, sed in munere vel habitu, non in usu. Nondum enim habet usum alicuius virtutis sed munus, et ex munere sortitur usum ». Cf. I. Brady, *Peter Manducator and the Oral Teachings of Peter Lombard,* in *Antonianum* 41 (1966) 478.

Dist. V, c. 1. Cf. L. Ott, *Briefliteratur,* 146-160. Fons principalis *Summa* exstat *Sententiarum, V,* 8 (PL 176, 133 D -134 C), unacum auctoritatibus ex fontibus diversis. — Num. 2: Prima auctoritas (cum rubrica), ex *Summa sent.* (134 B) vel ex *Decreto,* de consecr. d.4, c. 26 (1369); alia, ex *Olossa* in I Cor. 1, 13 (PL 191, 1540 A), ex Floro in h.l. (259); tertia, ex *Decreto,* c. 25 (1368) una cum rubrica.

est melior baptismus qui per meliorem datur, nullo modo malus est qui etiam per malum datur, quia idem baptismus datur. Et ideo per ministros dispares Dei munus aequale est, quia non illorum, sed eius est ».

3. **Augustinus, Super Ioannem** [1]: Idem i; « Cum baptizat malus, illud quod datum est unum est, nec impar propter impares ministros, sed par et aequale propter hoc[2]; *Hic est qui baptizat*». — Item 3; «Ego dico, et nos dicimus omnes, quia iustos oportet esse per quos baptizatur, iustos oportet esse tanti iudicis ministros. Sint ministri iusti si volunt; si autem noluerint esse iusti qui in cathedra Moysi sedent[4], securum me fecit magister meus, de quo Spiritus Sanctus dicit 5; *Hic est qui baptizat* ». — Item 6; « Quos baptizavit Iudas, Christus baptizavit. Si quos ergo baptizavit ebriosus, homicida, adulter: si baptismus Christi erat, Christus baptizavit. Non timeo adulterum, non ebriosum, non homicidam, quia columbam attendo, per quam mihi dicitur: *Hic est qui baptizat* ». — Item 7: « Homicida dedit baptismum Christi. Quod sacramentum tam sanctum est, ut nec homicida ministrante polluatur ».

4. **Augustinus in libro De fide ad Petrum** [1]: Item?: «Si in haeresi quacumque vel schismate quisquam *in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti*[9] baptismi sacramentum acceperit, integrum sacramentum accepit; sed salutem, quae virtus est sacramenti, non habebit, si extra catholicam Ecclesiam ipsum sacramentum habuerit. Debet igitur ad Ecclesiam redire: non ut sacramentum baptismi iterum accipiat, quod nemo debet in aliquo repetere; sed ut in societate catholica vitam accipiat. Baptismus enim extra Ecclesiam nequit prodesse: ibi enim cuique potest prodesse baptismus, cui potest prodesse eleemosyna, scilicet in Ecclesia ».

9 sedent *trp. p.* qui BCLX. 13 non] BCX *Aug., Ivo,* nec L, *om. alii et Grat.* 20-21 catholicam Ecclesiam *trp.* BCLX. 23 aliquo] quolibet NRTX. 25 cui] ubi V, corr. *in* ubi C2W (mg.).

1 Tr. 6, n. 8 (PL 35,1429; CCL 36,57). 2 Ioan.1,33. 3 *In Ioan.,* tr. 5, n. 15 (PL 35,1422; CCL 36, 49). 4 Matth. 23, 2. 5 Ioan. 1, 33. 6 *In Ioan.,* tr. 5, n. 18 (PL 35, 1424; CCL 36, 51s). 7 Ibid., n. 19 (1424; 52). 8 Seu Fulgentius, c. 3, n. 43 (PL 65, 692 B-C; CCL 91 A, 741). 9 Matth. 28, 19.

Num. 3: Prima, ex *Decreto,* ibid., c. 27 (1369); alia, forsitan ex eodem *Decreto,* c. 26 (1369), cum quibusdam verbis («Sint ministri iusti si volunt») suppletis de *Summa sent.* (134 C); tertia, ex fonte qui nos evadit; non invenitur apud Florum vel *Glossam* Magistri, nec videtur componi ex duobus Gratiani capp., scii. C. 1, q. 1, c. 46 (376), et *de consecr.* d. 4, c. 26 § 4 (1369); idem dicendum est de ultima. — Num. 4 probabiliter ex originali; illa Isidoro attributa in num. 5, ex *Decreto,* de consecr. d. 4, c. 23 (1368), ut notatur secunda manu in mg. cod. A (f. 72a); vide etiam C. 1, q. 1, c. 59 (380).

5. **Isidorus.** Item Isidorus i; « Romanus Pontifex non hominem iudicat qui baptizat, sed Spiritum Dei subministrare gratiam baptismi, licet paganus sit qui baptizat ». — In his perspicue cernis baptismum verum bonis et malis dari a bonis et a malis; et ipsum tamen aeque sanctum esse, et munus eius aequale in bonis, sive a bonis sive a malis baptizentur.

Cap. 2 (34).

1. **De potestate baptismi et ministerio.** Quia ministerium tantum habent, non potestatem baptismi: potestatem enim sibi retinuit. Quod novit Ioannes cum vidit columbam descendentem super Christum2. — **Super Ioannem.** Unde **Augustinus**3: « Quid noverat Ioannes Baptista? Dominum. Quid non noverat? Potestatem baptismi dominici in nullum hominem a Domino transituram, sed ministerium plane transiturum: potestatem a Domino in neminem, sed ministerium in bonos et malos. Non exhorreat columba ministerium malorum: respiciat Domini potestatem. Quid facit tibi minister malus, ubi bonus est Dominus?» «*Neque*4 *qui plantat, neque qui rigat est aliquid; sed qui incrementum dat,* est *Deus*5. Si superbus fuerit minister, cum diabolo computatur; sed non contaminatur donum Christi. Quod per illum fluit purum est. Per lapideum canalem transit aqua ad areolas: in canali lapideo nihil generatur, sed hortus fructus plurimos affert ». Habent igitur non modo boni, sed et mali ministerium baptizandi; sed neutri potestatem baptismi.

1 Isidorus^ *om.* BCMNO, *interi.* WL 4 dari] et *add.* LNVX. ‖ az *om.* AMRT. 10 Super Ioannem om. NVW. 11 baptismi dominici *trp.* BCX. 12 hominem] hominum TX. 16 est aliquid *trp. p.* plantat ABCX. ‖ est2 *om.* BTX, *del.* V.

1 Dictum spurium; quoad historiam tam istius dicti quam totius quaestionis, cf. N. M. Haring, *A Brief Historical Comment on St. Thomas, Summa theol.* ***III,*** *qu. 67, a. 5*·. « *Utrum non baptizatus possit sacramentum baptismi conferre»,* in *Mediaeval Studies* 14 (1952) 153-59. 2 Ioan. 1, 32-33: *Vidi Spiritum descendentem quasi columbam... Et ego nesciebam eum; sed qui misit me... ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem... hic est, qui baptizat in Spiritu Sancto.* 3 Tract. 5, n. 11 (PL 35, 1419; CCL 36, 46). 4 Ibid., n. 15 (1422; 50). 5 I Cor. 3, 7.

Cap. 2. Initium ita concisum (ab ultimis verbis cap. praeced.) Magistri est, factum forsitan quando elenchum capitulorum postea compilavit et materiam divisit. — Num. 1. Auctoritas Augustini, probabilius ex originali; in parte tantum invenitur in *Summa sent.,* V, 5 (PL 176, 134 B-C); non datur apud Florum.

2. **Augustinus, Super Ioannem** «Ministerium 1 enim dedit Christus servis, sed potestatem sibi retinuit. Quam, si vellet, poterat servis dare, ut servus daret baptismum suum tamquam vice sua. Et potestatem suam poterat constituere in aliquo vel aliquibus servis suis, ut tanta vis esset in baptismo servi, quanta est in baptismo Domini. Sed noluit, ne servus in servo spem poneret. Baptizat servus ut minister; baptizat Dominus tamquam potestatem habens. Quam si daret servis, ut scilicet ipsorum esset quod Domini erat, tot essent baptismi quot servi: ut sicut dictus est *baptismus loannis* 2, sic diceretur baptismus Petri vel Pauli. Quod ne fieret, tenuit sibi Dominus potestatem baptismi, servis ministerium dedit. Si ergo servus dicit se baptizare, recte dicit, sed tamquam minister baptizat; et ideo non differt, sive bonus sive malus baptizet». « Inde 3 etiam nemo dicit baptismus meus, cum tamen dicat *evangelium meum prudentia mea* 5, licet haec sint a Deo, In quibus differentia est: alius enim alio melius operatur in evangelizando, et alius alio prudentior est; alius autem alio magis minusve baptizatus, sive ab inferiore sive a maiore baptizetur, dici non potest».

Cap. 3 (35).

1. **Quae fuit potestas baptismi quam Christus potuit dare servo.** Hic quaeritur quae sit illa potestas baptismi, quam Christus sibi tenuit et potuit dare servis. — Haec est, ut plurimi volunt, potestas dimittendi peccata in baptismo.

2. **Oppositio** *: Sed potestas dimittendi peccata quae est in Deo,

1 Augustinus Super loannem] In eodetn A, om. CR, Super Ioan. om. N. 20 Christus sibi *trp.* LT, sibi om. V. 23 Oppositio om. RVW. ‖ est in Deo *trp.* ABCNRVX.

1 Tract. 5, n. 7 (1417; 44). 2 ct. Matth. 21, 25: *Baptisma loannis unde erat?* » Quamvis inveniatur sub eadem rubrica, revera est August., *De bapt. contra Donatistas,V,* c. 14, n. 16 (PL 43, 185; CSEL 51, 277). 4 Cf. II Tim. 2, 8: *Secundum evangelium meum.* 5 Cf. Eph. 3, 4: *Potestis legentes intelligere prudentiam meam.*

Num. 2 iam in parte in *Glossa ordin.* in I Cor. 1, 12 (apud Lyranum VI, 34a; cod. l 37c; deest in cod. m); deinde, uti hic iacet, in *Glossa* Magistri in h.l. (PL 191, 1538 C-1539 A; cod. x f. 70c; z fol. 44c); non invenitur apud Florum.

Cap. 3. Cf. A. M. Landgraf, *'Potestas auctoritatis, ministerii, excellentiae' und der Streit um die 'potestas, quam Christus potuit dare servis et non dedit',* in *Dogmengeschichte* III-1, 169-209. — Num. 1. Notare oportet quod rubrica hic brevior est quam in elencho capitulorum (supra, p. 12), ubi adiungitur *et non dedit.* — Num. 2: Primum argumentum in contrarium

Deus est: ideo alii dicunt hanc potestatem non potuisse dare alicui servorum, quia nulli potuit dare ut esset quod ipse est, vel ut haberet essentiam quam ipse habet, cui hoc est esse quod posse 1. — **Alia** [1]. Dicunt etiam: Si hanc potentiam alicui dare potuit, potuit ei dare creare creaturas, quia non est hoc maioris potentiae quam illud 2.

3. Ad quod dici potest quia potuit eis dare potentiam dimittendi peccata: non ipsam eandem qua ipse potens est, sed potentiam creatam, qua servus posset dimittere peccata, non tamen ut auctor remissionis, sed ut minister, nec tamen sine Deo auctore: ut sicut in ministerio habet exterius sanctificare, ita in ministerio haberet intus mundare; et sicut illud facit Deo auctore, qui cum eo et in eo operatur illud exterius, ita mundaret interius Deo auctore, qui eius verbo velut quodam ministerio uteretur. — Ita etiam posset Deus per aliquem creare aliqua: non per eum tanquam auctorem, sed ministrum, cum quo et in quo operaretur; sicut in bonis operibus nostris ipse operatur et nos: nec ipse tantum, nec nos tantum, sed ipse nobiscum et in nobis; et tamen in illis agendis ministri eius sumus, non sumus auctores. — Ita ergo potuit dare servo potestatem dimittendi peccata in baptismo, id est ut in mundatione interiori servus cum Domino operaretur: non servus sine Domino, nec Dominus sine servo, sed Dominus cum servo et in servo; sicut in exteriori ministerio Dominus operatur cum servo et in servo.

4. Unde et Dominus dicitur sanctificare et servus, sed Dominus invisibili gratia, servus visibili sacramento. Unde **Augustinus** super

1 Deus est *trp.* ATVW. 3 Alia] oppositio *add.* AN, *om.* RVW. 6 dare potentiam *trp.* BCX. 8 tamen *om.* ABCTW. 9 tamen *om.* BNRWX, *add. interi.* C. 11-12 mundaret] mundare MOW. 15 nostris, *om.* M, *add. interi.* O2, *add. mg.* R2. 17 sumus2 *om.* LNX. 20-21 sicut... in servo *om.* AMN.

1 Vide Lib. I, d. 8, c. 8; et d. 45, capp. 1-2 (1, 101 ss; 306s). 2 Cf. *Glossa ordin.* in Ioan. 14, 12: *Et maiora horum faciet:* «maius videtur impios iustificare quam iustos creare» (apud Lyram, V, 228c); ex August., in h.l., tr. 72, n. 3 (PL 35, 1823s; CCL 36, 508s).

iam in *Glossa primitiva* in I Cor. 1, 13 (PL 191, 1539 A-B; cod. x 70d; z 43c-d), quam confecerat Magister post Pascha 1148. Ambo tamen, ut recte notat cl. L. Hodl, inveniuntur in quadam quaestione Magistri Odonis Suessionis (seu postea Ursicampi), qui saltem ab anno 1145 Parisius docuit in eisdem scholis Nostrae Dominae; cf. L. Hodl, *Die Geschichte der scholastiscfien Literatur und der Théologie des Schliisselgewalt,* 123, 131-132. — Num. 3: Solutio maturior est quam illa Glossae (1536 B-C), adiuvante auctoritate Augustini (in n. 4) *ex Glossa ordin.* (vel forsitan ex quadam Glossa adhuc ignota ipsius Magistri) in Levit. 21, 13 (apud Lyranum, I, 252b).

Leviticum iz « Dominus ait 2: *Ego Dontinus, qui sanctifico.* De Moyse etiam dictum est3: *Et sanctificabis eum.* Sed Moyses sanctificat visibilibus sacramentis per ministerium; Dominus autem invisibili gratia per Spiritum, ubi est totus fructus visibilium sacramentorum. Sine hac sanctificatione visibilia sacramenta nihil prosunt ». — Si quis hoc melius aperire poterit, non invideo.

DISTINCTIO VI

Cap. 1 (36).

Quibus liceat baptizare. Nunc quibus liceat baptizare addamus. — **In libro De officiis :** De hoc Isid0rus ait 4: « Constat baptisma solis sacerdotibus esse traditum; eiusque ministerium nec ipsis diaconibus implere est licitum absque episcopo vel presbytero, nisi his procul absentibus et ultima languoris cogat necessitas; quod et laicis fidelibus permittitur». — **Ex Concilio Carthaginensl quinto** Item 5; «Mulier, quamvis sancta, baptizare non praesumat », nisi necessitate cogente.

Cap. 2 (37).

1. **Si rebaptizandi sunt qui ab haereticis sunt baptizati :** De illis vero qui ab haereticis baptizantur, utrum rebaptizandi sint, quaeri solet. —

17 qui *om.* NR *elenchus capp.* ‖ sunt *om.* NOR *elenchus capp.* ‖ sunt baptizati] baptizantur ACM, *trp.* BX. ‖ Rubrica *om.* VW.

1 August., *Quaesi, in Heptat.,* III, q. 84 (PL 34, 712; CSEL 28-11, 304s; CCL 33, 227s). 2 Lev. 21, 15. 3 Potius Moysi dictum est a Domino de Aaron et filiis eius, Exod. 28, 41; 29, 24; 30, 30. 4 *De eccl. officiis* II, c. 25, n. 9 (PL 83, 822 C). 5 Rectius invenitur inter statuta Concilio Carthagensi IV (suppositicio, sub anno 436) adscripta, n. 100: « Mulier baptizare non praesumat »; verba « quamvis sancta », ex n. 99: « Mulier, quamvis docta et sancta viros in conventu docere non audeat », in *Concilia Africae A. 345 - A. 525,* ed. C. Munier (CCL 149, 352); cf. etiam *Statuta Ecclesiae antiqua* (c. annum 475), nn. 41 et 37, in *Concilia Galliae A. 314 - A. 506,* ed. C. Munier (CCL 148, 173 et 172).

Dist. VI, Cap. 1: Quaestio eruitur ex *Summa sent.,* V, 8 (PL 176, 133 D); sed auctoritates veniunt potius ex *Decreto* Gratiani, de consecr. d. 4, cc. 19-20 (1367). — Cap. 2. Cf. L. Ott, *Untersuchungen zur theol. Briefliteratur,* 146ss; et N. M. Haring, *The Augustinian Axiom: « Nulli sacramento iniuria facienda est »,* in *Mediaeval Studies* 16 (1954) 87-117; A. M. Landgraf,

Ad quod breviter dicimus quia quicumque sit qui baptizet, si servatur forma a Christo tradita, verum baptismum dat; et ideo qui illum sumit, non debet rebaptizari.

2. **Beda.** Unde **Beda** 1: « Sive haereticus, sive schismaticus, sive facinorosus, quisque in confessione sanctae Trinitatis baptizet, non valet ille qui baptizatus est a bonis catholicis rebaptizari, ne confessio et Trinitatis invocatio videatur annullari ». — **Ad quaestiones Orosii.** Item **Augustinus** 2; « Quamvis unum baptisma sit et haereticorum (scilicet eorum qui in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti baptizant) et Ecclesiae catholicae, tamen qui foris Ecclesiam baptizantur, non sumunt baptismum ad salutem, sed ad perniciem: habentes formam sacramenti, virtutem autem eius abnegantes 3; et ideo Ecclesia non eos rebaptizat, quia in nomine Trinitatis baptizati sunt, et ipsa est forma sacramenti ». — **Augustinus, Ad Maximinum.** Item 4; « Rebaptizare haereticum qui haec sanctitatis signa perceperit, omnino peccatum est; catholicum vero, immanissimum scelus est ».

3. Ex his aperte colligitur quod qui etiam ab haereticis baptizati sunt servato charactere Christi, rebaptizandi non sunt, sed tantum manus impositione reconciliandi, ut Spiritum Sanctum accipiant, et in signum detestationis haereticorum.

4. **Opinio quorundam.** Sunt tamen nonnulli doctorum, ut Cyprianus et alii quidam 5, qui dicere videntur ab haereticis non posse

1-2 servatur forma... tradita] servat formam... traditam LX. 2 baptismum] baptisma BCM. 11 baptismum ad salutem *trp.* BCLX. 14 Rubrica pm. MRVW.

1 *In Evang.,* II, hom. 12 (PL 94, 198 B) seu hom. 18 (CCL 122, 312); in parte ex Gennadio, *Liber seu diffinitio eccl. dogmatum,* c. 52 (PL 58, 993 B-C; c. 22 in PL 42, 1217); invenitur etiam apud Pseudo-Bedam, *In Ioan.* 3, 4 (PL 92, 668 C). Hic lubet notare etiam epistolam Leonis Pp. 1 de hac quaestione: *Epist. 166,* Neoni ep. Ravennati (PL 54,1193 B -1194 B); apud *Decretum* Gratiani, De consecr. d. 4, c. 112 (I, 1396). 2 Ps.-August. (post saec. IX), *Dialogus quaest. 65 Orosii percontantis et Augustini respondentis,* q. 59 (PL 40, 750; cf. PLS II, 1364). 3 Resp. II Tim. 3, 5: *Habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes.* 4 Epist. 23, n. 2 (PL 33, 95; CSEL 34-1, 65). 5 De quibus cf. August., *De bapt. contra Donatistas,* III, VI et VII (PL 43, 139ss, 197ss, 223ss; CSEL 51, 196ss, 297ss, 341ss).

Zur Frage von der Umviederholbarkeit von Sakramenten, in *Dogmengesch.* III-1, 254-278. — Num. 1-2. Auctoritas Bedae (circa quam v. N. M. Haring, ibid., 89-90), *de Summa sent-,* ubi etiam sine titulo operis (134 A); illae Augustini, ut apparet ex rubricis, *ex Decreto,* cc. 29 et 108 (1370, 1395). — Num. 3-5 fundantur usque ad litteram in dicta *Summae sent.* (134 D - 135 B).

tradi baptismum, et eos esse rebaptizandos cum veniunt ad Ecclesiam, qui ab illis dicuntur baptizati. — Sed hoc de illis verum est, qui extra formam Ecclesiae baptizare praesumunt.

5. Cyprianus tamen ibi a veritate deviasse videtur, qui ait [1] de haeretico: « Quomodo sanctificare aquam potest, cum ipse immundus est, et apud quem Spiritus Sanctus non est, cum Dominus dicat in Lege [2]: *Quaecumque tetigerit immundus, immunda erunt?* Quis potest dare quod ipse non habet? » — **Augustinus in libro De unico baptismo** : Hoc vero ex ignorantia eum dixisse, Augustinus innuit dicens [3]; « Martyrem gloriosum Cyprianum, qui apud haereticos vel schismaticos datum baptismum nolebat cognoscere, dum eos nimis detestaretur, tanta eius merita, usque ad triumphum martyrii, secuta sunt, ut et caritatis qua excellebat luce obumbratio illa fugaretur; et si quid purgandum erat, passionis falce tolleretur. Nec nos, qui baptismi veritatem et haereticorum iniquitatem agnoscimus, ideo Cypriano meliores sumus; sicut nec Petro, quia gentes iudaizare non cogimus[4] ».

6. **Hieronymus, Super Epistolam ad Ephesios** : Hoc etiam sciendum est, quod «licet[5] ter immergatur propter mysterium Trinitatis, tamen unus baptismus reputatur ».

Cap. 3 (38).

1. Quod nullus in materno utero baptizatur. Illud etiam ignorandum non est, quod in materno utero nullus baptizari potest, etiam si mater baptizetur. — **Isidorus in libro Sententiarum primo** : Unde Isidorus [6]; « Qui in maternis uteris sunt ideo baptizari non possunt, quia qui natus adhuc secundum Adam non est, secundum Christum non potest renasci; neque regeneratio in eum dici potest, in quem generatio non praecessit ». — **Augustinus, Ad Dardanum** : Item Augustinus[7]: «Non potest quisquam renasci antequam natus sit ».

9 innuit) insinuat BCLX. 21 Rubrica X *et elenchus capp.; om. alii codd.*

1 *Epist. 70 (ad ianuarium),* n. 1 (PL 3, 1039 A - 1040 A; CSEL 3-1, 767s). 2 Num. 19, 22. 3 Cap. 13, q. 22 (PL 43, 606; CSEL 53, 22). 4 Resp. Gal. 2, 14. 5 [n *Eph.* 4, 5 (PL 26 [1845], 496 C). 6 Cap. 22, n. 5 (PL 83, 589). 7 *Epist. 187,* c. 9, n. 31 (PL 33, 844; CSEL 57, 109).

Num. 6: Ex *Decreto,* de consecr. d. 4, c. 8 (1389).

Cap. 3, nn. 1-3: Quaestio et auctoritates iam in *Summa sent.,* V, 12 (PL 176, 136 D - 138 A); ubi etiam quaedam elementa solutionis in q. 4.

2. **De Ioanne Baptista et Ieremia.** Si vero opponitur de Ieremia et de Ioanne Baptista, qui ab utero sairtificati leguntur 1, quod etiam de Iacob quidam putant2,3 dicimus: Si sanctificatio ibi accipitur interior emundatio, in miraculis divinae potentiae esse habendum, ut **Augustinus** (**in libro Ad Dardanum**) ait 3, ambigue super hoc loquens: « Si usque adeo, inquit, in illo puero acceleratus est usus rationis et voluntatis, ut intra materna viscera iam posset agnoscere, credere, quod in aliis parvulis exspectatur aetas ut possint, in miraculis est habendum divinae potentiae, non ad humanae trahendum exemplum naturae; nam quando voluit Deus, etiam iumentum 4*locutum est ».

3. **In eodem** Idem5; «De Ieremia legitur6; *Priusquam exires de vulva, sanctificavi te;* illa tamen sanctificatio, qua efficimur templum Dei 7, nonnisi renatorum est ». *Nisi* enim *quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non intrabit in regnum Dei* 8; « nemo autem renascitur, nisi prius nascatur. Unde illa sanctificatio potest secundum praedestinationem accipi ». Ecce dubitanter videtur loqui. — Qui etiam in eodem dicit9: « Non dictum est quia *credidit* infans in utero, sed *exsultavit.* Nec Elisabeth dicit: *exsultavit in fide,* sed *exsultavit in utero meo.* Et potuit esse haec sanctificatio tantae rei a maiori cognoscendae indicium, non a parvulo cognitae ».

4. Absque assertione de hac sanctificatione loquitur, non definiens qualiter intelligenda sit illa sanctificatio, an signum futurae rei, an veritas iustificationis per Spiritum factae. Sed melius est ut dicamus illos praeter communem legem in uteris iustificatos et gratia praeventos,

11 In eodem *om.* BCVWX. 12 vulva] ventre BCR. 14 intrabit COR, i. BWX, in. T, potest introire (intrare V) LMNV. ‖ Dei] celorum BCT.

1 Resp. Ier. 1, 5: *Antequam exires de vulva, sanctificavi te;* Luc. 1, 15: *Et Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris suae.* Cf. *Glossa ordin.* in Ier. 1, 5: « Ioannes sanctificatur quoque in utero, et Spiritum Sanctum accipit» (apud Lyran. IV, IIIa); ex Hieron. in h.l. (PL 24 [1845], 683 A; CSEL 59, 7; CCL 74, 4). 2 Cf. Gen. 25, 22-25; Mal. 1, 2; Rom. 9, 11-13: *Cum enim nondum nati fuissent..., scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* 3 *Epist. 187,* c. 7, n. 24 (PL 33, 840; CSEL 57, 101). 4 Cf. Num. 22, 28, de asina Balaam. 5 Cap. 10, n. 32 (PL 33, 844; CSEL 57, 110). 6 [er. 1, 5. 7 Cf. I Cor. 6, 19. 8 Ioan. 3, 5. Verba *Summae sent,* quae sequuntur fundantur in illa Augustini in eadem ep., c. 10, n. 33: « Renascitur ergo antequam nascitur; quod fieri nullo modo potest »; c. 12, n. 37: « Nam illa priusquam exiret de vulva, sanctificatio Ieremiae... potest et secundum praedestinationem non inconvenienter intelligi » (PL 33, 845, 846; CSEL 57, 111, 114). 9 In eadem epist., c. 7, n. 23 (PL 33, 840; CSEL 57, 101). Resp. Luc. 1,41: *Exsultavit infans in utero eius,* et 1, 44: *Exsultavit in gaudio infans in utero meo.*

dimissis onjnibus peccatis. Quod et multis Sanctorum testimoniis edocetur 1.

Cap. 4 (39).

1. Si baptismus sit, illis verbis corrupte prolatis. Quaeri etiam solet, si corrupte proferantur illa verba, an baptismus sit. — **Zacharias Papa** 2: De hoc Zacharias Bonifacio scribit 2: « Retulerunt mihi nuntii tui quod fuerit sacerdos in eadem provincia qui latinam linguam penitus ignorabat, et dum baptizaret, nescius latini eloquii, infringens linguam diceret: Baptizo te in nomine Patria et Filia et Spiritu Sancta; et propter hoc considerasti rebaptizare. Sed si ille qui baptizavit, non errorem introducens vel haeresim, sed pro sola ignorantia romanae locutionis, infringendo linguam baptizans dixisset, non possumus consentire ut denuo baptizetur ».

2. **Leo Papa** 3: Praeterea sciendum est quod illi de quibus « nulla exstant indicia inter propinquos vel clericos vel vicinos, quibus baptizati fuisse doceantur, agendum est ut renascantur, ne pereant; in quibus quod non ostenditur gestum, ratio non sinit ut videatur iteratum. Conferendum eis videtur quod collatum esse nescitur; quia non temeritas intervenit praesumptionis, ubi est diligentia pietatis ».

Cap. 5 (40).

1. De illo qui pro ludo immergitur. Solet etiam quaeri de illo qui iocans sicut mimus, commemoratione tamen Trinitatis immergitur, utrum bapti-

1 Ita v. gr. Hieron., *In Ier.* 1, 5 (PL 24 [1845], 683 A; CSEL 59, 7; CCL 74, 4), uti supra in notis ad num. 2; Ambrosius, *In Luc.* 1, 15 (PL 15 [1845], 1547 A-B; CSEL, 32-III, 31s; CCL 14, 22s); Beda, *In Luc.* 1, 13-15, et 1, 41 (PL 92, 312 A-D, 320 C; CCL 120, 25s, 35s); id., *In Evang.* I, hom. 2 (PL 94, 15 A -16 A) seu hom. 4 (CCL 122, 21ss); etc. 2 *Epist. 6* (Ioan. Mansi, *Concilia,* XII, 325 D) seu *Epist.* 7 (PL 89, 929 B-C). 3 Leo I, *Epist. 167 (ad Rusticum Narbon.),* inq. 16-17 (I. Mansi, VI, 406 A-B, C; PL 54, 1208 A - 1209 A).

Cap. 4, n. 1. Quaestio sumitur de *Summa sent.,* V, 9 (PL 176, 135 C-D); ubi et auctoritas, quae tamen corrigitur ope *Decreti,* de consecr. d. 4, c. 86 (1390). Illa Leonis, in n. 2, quibusdam omissis, ex eodem, c. 113 (1396s).

Cap. 5. Quaestio est *Summae sent., V,* in eodem cap. 9 (135 D); cf. etiam Hugo, *De sacram.,* II, 6, 13 (PL 176, 459 A). Cui auctoritate Augustini respondetur ut in eademSumma, auxiliante *Decreto,* de consecr. d. 4 c. 31 § 1 (1371). Solutio quasi ad litteram est eiusdem *Summae.*

zatus sit. — **Augustinus in libro De baptismo**: Hoc autem Augustinus non definit, ita inquietis k « Si totum ludicre et mimice et ioculariter ageretur, utrum approbandus esset baptismus qui sic daretur, divinum iudicium, per alicuius revelationis miraculum, oratione implorandum esse censerem ». — Videtur tamen sapientibus non fuisse baptisma. Ut cum aliqui in balneum vel in flumen merguntur in nomine Trinitatis, non est tamen baptismus, quia non intentione baptizandi illud geritur. Nam in hoc et in aliis sacramentis, sicut forma est servanda, ita et intentio illud celebrandi est habenda.

2. **Augustinus, ad Bonifacium**: « Illud 2 etiam non te moveat, quod quidam non ea fide parvulos ad baptismum ferunt, ut per Spiritum ad vitam regenerentur aeternam, sed eos putant hoc remedio temporalem retinere vel recipere sanitatem. Non enim propterea illi non regenerantur, quia nec ab illis hac intentione offeruntur ».

3. **Leo Papa**: Agnoscendum est etiam « in 3 baptizandis electis duo tempora esse servanda, id est Pascha et Pentecosten », ut in sabbato

6 balneum... flumen *trp.* LNV. 7 tamen om. BCLMO. 15 Agnoscendum]· Cognoscendum LO.

1 *De bapt. contra Donatistas,* VII, c. 53, n. 102 (PL 43, 243; CSEL 51, 374). 2 *Epist. 98,* n. 5 (PL 33, 361; CSEL 34-11, 526). 3 *Epist. 16 (ad universos episc. Siciliae),* cc. 5-6 (PL 54, 701 A et 702 B).

Num. 2: Ex *Decreto,* ibid., c. 33 (1372). Ad finem huius numeri in duobus nostris codicibus (L et R) in tertia columna additur: « Contrarium (om. R): legitur in ecclesiastica historia quod Alexander episcopus Alexandrie, cum Petri Martiris solemnia celebraret, post expleta missarum sacramenta vidit super oram maris puerorum ludum imitantium, ut solet fieri, episcopum, et gerentium ea que in ecclesia geri mos est. Mox eos ad se perduci iubet, et quid egissent percunctatur. Illi rei ordinem pandunt, baptizatos a se esse quosdam cathecuminos confitentur per Athanasium puerum, qui illis fuerat episcopus,simulatus. Ubi ex responsis eorum vidit secundum religionis nostre ritum cuncta constare, statuit illis quibus integris interrogationibus et responsionibus aqua fuerat infusa, iterari baptisma non debere, sed adimpleri ea que sacerdotis mos est» (Rufinus, *Hist, eccl.,* 1,14; PL 21, 487 *A-B·, Decretum,* C. 1, q. 1, dictum post c. 58 [380], unde textus hic). Idem legitur in quibusdam aliis codd.quos olim consuluimus (ex. gr. Paris., BN lat. 3016, 3017, 3021, 3025, etc.); ac refertur a Gandulpho Bonon. (p. 427), et in Glossa olim Petro Pictav. attributa, in h.l. (n 50r; p 96c), ubi concluditur: « Nos vero sentimus in contrarium, nec est istud ad consequentiam trahendum ». Haec verba probabiliter sese referunt ad traditionem viva voce *Sententiarum* ex parte Magistri, ut apparet ex *Tractatu de sacramentis* Magistri Petri Manducatoris, de baptismo, n. 21, ubi post summarium nostri textus additur: « Magister autem Petrus non dicit esse baptismum, quia nec iste intendit baptizare, nec illi baptizari» (ed. R. M. Martin, apud*Spicileg. sacrum Lovaniense* 17, 27*). — Num. 3: Ex *Decreto,* de consecr. d. 4, c. 12 (1365); dein, c. 16 (1367)

Paschae vel f Pentecostes baptismi sacramentum celebretur. « Qui vero necessitate mortis vel periculi urgentur, omni tempore debent baptizari ».

Cap. 6 (41).

1. **De responsione patrinorum.** Porro cuncti ad baptismum venientes fidem suam profiteri debent, et exponere quid petere venerint ad ecclesiam. Unde et a baptizando quaeritur: *Quid venisti ad ecclesiam petere?* Qui, si adultus est, pro se respondet: *Fidem,* id est sacramentum fidei et doctrinam. Ita etiam per singula interrogatus, respondet se credere in Patrem et Filium etc. Si autem parvulus est, non valens credere vel loqui, alius pro eo respondet. — **Isidorus in libro De ŏfficiis** Unde Isidorus[1]; « Parvuli alio profitente baptizantur, qui adhuc loqui vel credere nesciunt; sicut etiam pro aegris, mutis vel surdis alius profitetur dum baptizantur ». « Sic et de poenitentibus agendum est ». — **Augustinus in libro De unico ßaptismo** «Si[2] vero pro eo qui respondere potest alius respondeat, non itidem valet; sicut dictum est[3]: *Aetatem habet, pro se loquatur* ».

2. **De sensu illorum verborum. — Responsio ⁋** Si vero quaeritur ex quo sensu pro parvulo dicatur *credo* vel *fidem peto,* dicimus de sacramento fidei id esse intelligendum: quod respondetur petere cum defertur ad ecclesiam, et habere cum baptizatur; ut sit sensus: cum dicitur *fidem peto,* id est sacramentum fidei praesto sum recipere; *credo,* id est sacramentum fidei suscipio; quod est: hic parvulus praesto est sacramentum fidei accipere. — **Augustinus, Ad neophytos ⁋** Unde Augustinus[4]: « Nihil

1 Pentecostes] Pentecosten MVW. 5 petere] petendum LMOW, *quod corr.* W. 9 etc.] et spiritum sanctum CLNVX. 10 Rubrica *om.* LVW. 23 Ad neophytos] de neophitis BCWX.

1 *De eccl. officiis,* II, c. 25, n. 7 (PL 83, 822 A); vide etiam aliam seriem notarum. 2 *De baptismo contra Donatistas,* IV, c. 24, n. 31 (PL 43, 175s; CSEL 51, 260). 3 Ioan. 9, 21. 4 Potius *Epist. 98 (ad Bonifaciurn'),* n. 9 (PL 33, 364; CSEL 34-11, 531).

Cap. 6: Cf. ultimum studium cl. A. M. Landgraf piae memoriae, *Zur Erôffnenden Frage im rômischen Taujritus,* in *ZfKTh* 80 (1958) 562-566. — Num. 1: Rubrica ex titulo *Summae sent.,* V, II (PL 176, 136 B). Auctoritas Isidori, ex *Decreto,* de consecr. d. 4, c. 74 (1387); verba quae sequuntur («Sic... est»), ex c. 75 (1387), ubi Concilio Carthag. IV ascribuntur cum nota editoris: *deest,* scii, in canone 48 illius Concilii (de quo Concilio et textu, cf. CCL 149, 265, lin. 424-426); auctoritas Augustini, ex c. 77 (1388). — Num. 2: Quaestio eruitur ex *Summa seni., V,* 11 (136 C); auctoritas autem Augustini, ex *Decreto,* ibid., c. 76 (1387).

est aliud credere quam fidem habere; et ideo, cum respondetur credere parvulus, qui fidei nondum habet affectum, respondetur fidem habere propter fidei sacramentum, et convertere se ad Deum propter conversionis sacramentum ».

3. **Item de sensu verborum ?** Sed adhuc quaeritur ex quo sensu pro parvulo respondeatur: *Credo in Deum Patrem et in lesum Christum et in Spiritum Sanctum.* Numquid de sacramento fidei, an de fide mentis ibi agitur? Si de sacramento, cur nominatim distinguuntur personae? Si vero de fidei affectu, quomodo verum est, cum eo careat parvulus? An illud facturus parvulus spondetur cum creverit, sicut et omnibus pompis diaboli respondetur abrenuntiare? Quod si non servaverit factus adultus, tenebitur ipse, vel sponsor? — **Responsio ?** Sane dici potest ibi responderi pro parvulo quod, ad maiorem aetatem si venerit, et pompis diaboli renuntiabit et sanam fidem tenebit, cuius tunc sacramentum recipit. Hac autem sponsione parvulus pro quo fit tenebitur, non sponsor; si tamen ut cautio impleatur quantum in se est et operam dederit, quia exigitur a patrino diligens circa eum pro quo respondit sollicitudo. — **Ad catechumenos ?** De hoc **Augustinus** i; « Certissimam emisistis cautionem, qua renuntiare pompis diaboli spopondistis ».

Cap. 7 (42).

1. **De catechismo et exorcismo.** Illa autem interrogatio et responsio fidei fit in catechumeno, cui et additur exorcismus. Ante baptismum enim fit catechismus et exorcismus. Post catechismum sequitur exorcismus, ut ab eo qui iam fide instructus est adversaria virtus pellatur.

1 est aliud *trp.* ATV, 11 respondetur] spondetur BCNRVW, *corr. in* spondetur LX. 12 Responsio *om.* RVW. ‖ responderi] sponderi BCTW, responsio dari N. 16 et *om.* BCLW, *del.* RV. 17 respondit] respondet BCL, respondebit M, responderit X, spopondit R. 18 emisistis] emisisti BCL. 19 spopondistis] spopondisti BCL, spoponderatis A. 23 et exorcismus *om.* BCV.

1 *Sermo 2* (inter opp. August., PL 40, 1209; reapse Mediolani confectus saec. VI: *Clavis,* n. 222, et PLS II, 1370).

Num. 3: Verba August, *ad cathecumenos* (ita codd.), ex c. 73 (1386).

Cap. 7. Praeter auctoritates in fine, conflatur ex verbis Hugonis, *De sacram.,* et illis *Summae sent.* — Num. 1: Mixtim ex *Summa sent.,* V, 13 (PL 176, 138 B) et *De sacram.,* II, 6, 10 (456 A); in num. 2, quaedam sunt Hugonis, II, 6, 9 (456 A), reliqua eiusdem *Summae;* num. 3 dependet ab Hugone, II, 6, 7 (454 C).

2. Exorcismus de graeco in latinum dicitur adiuratio; catechismus, instructio. Catechizare est instruere, ut de symbolo ac rudimentis fidei. Exorcizare est adiurare, ut: *Exi ab eo, spiritus immunde.* Symbolum dicitur signum vel collatio; signum, quia eo fideles ab infidelibus discernuntur; collatio, quia ibi totius fidei sufficientia et integritas collata est.

3. Catechismus et exorcismus neophytorum sunt, magisque sacramentalia quam sacramenta dici debent. Neophytus novitius interpretatur vel rudis; et dicitur neophytus nuper ad fidem conversus, vel in disciplina religiosae conversationis rudis.

4. Haec igitur praecedunt baptismum: non quod sine istis non possit esse verus baptismus, sed ut baptizandus de fide instruatur et sciat cui debitor fiat deinceps, et ut diaboli potestas in eo minuatur. — **Rabanus, De institutione clericorum**[1]. Unde **Rabanus**[2] «Ante baptismum catechizandi debet in hominem praevenire officium, ut fidei catechumenus accipiat rudimentum, et sciat cui debitor deinceps fiat». — **Augustinus, in libro De symbolo**. Item **Augustinus**[3]: «Parvuli exsufflantur et exorcizantur, ut pellatur ab eis diaboli potestas»; **Rabanus**[4] «ne iam contendat eos subvertere ne baptismum consequantur». — **Augustinus**[5]: «Non ergo in infantibus creatura Dei exsufflatur vel exorcizatur, sed diabolus, ut recedat ab homine.

DISTINCTIO VII

Cap. 1 (43).

De confirmatione. Nunc de sacramento confirmationis addendum est, de cuius virtute quaeri solet. Forma enim aperta est, scilicet verba quae dicit episcopus, cum baptizatos in frontibus sacro signat chrismate.

3 spiritus immunde *trp.* AMNTVW. 11 verus *om.* LMO. 14 hominem] homini LR.

1 *De institutione clericorum, I,* c. 25 (PL 107, 310 C-D). 2 Cap. 1, n. 2 (PL 40, 628; CCL 46, 186). 3 *Op. cit.,* I, 27 (312 A). 4 Augustinus, *loc. cit.*

Num. 4: conclusio est illa *Summae;* dein Rabanus, ex *Decreto,* de consecr. d. 4, c. 54 (1382); et Augustinus, ex c. 62 (1383).

Dist, VII. Praeter titulum ad cap. 1 et nomina ante auctoritates, aliae rubricae seu tituli desunt in codicibus; unde apparet quod materiam in capitula postea divisit Magister quando «elenchum capp. confecit. Quam divisionem sequimur etiam hic, rubricas supplendo ex eodem

Cap. 2 (44).

1. **Quod nonnisi a summis sacerdotibus tradi potest. — Eusebius Papal** Quod «sacramentum ab aliis perfici non potest nisi a summis sacerdotibus; nec tempore Apostolorum ab aliis quam ab ipsis Apostolis legitur peractum; nec ab aliis quam qui locum eorum tenent perfici potest aut debet. Nam si aliter praesumptum fuerit, irritum habeatur et vacuum, nec inter ecclesiastica reputabitur sacramenta ». — **Gregorius** 2 *: Licet autem « presbyteris baptizatos tangere in pectore », sed « non chrismate signare in fronte ».

2. **Gregorius** tamen Ianuario episcopo ita scribit[3]: « Pervenit ad nos quosdam scandalizatos fuisse, quod presbyteros chrismate tangere eos qui baptizati sunt prohibuimus. Et nos quidem secundum veterem usum nostrae Ecclesiae fecimus. Sed si omnino de hac re aliqui contristantur, ubi episcopi desunt, ut presbyteri etiam in frontibus baptizatos chrismate tangere debeant, concedimus ». « Sed istud pro scandalo sedando semel tantum concessum aestimatur ».

2 Quod... potest *(rubr.) ex elencho capp.; om. omnes codices.* 5 quam] ab ipsis *add.* N, ab illis *add.* RVX. 6 habeatur] habetur LRTWX, *quod corr.* L, *corr. in* habetur N, erit M. 7 Gregorius *(rubric.) ad lin. 6* MNO, Augustinus ABCL *et quidem ad lin. 6* BC, *om.* TX. 10 Glossa volatilis *om.* ANOV; *hic ad calcem col.* X2; *hic in tertia col.* W; post sacramenta (7) M2; *post cap. 3* R2 (marg.) T *(in textu), ad finem dist. VU* BCL. 15 concessum] concessisse LMR.

1 Epist. 3, ad episc. Tusciae et Campaniae (PL 7, 1114A-B), manifeste spuria (PLS 1, 175). 2 *Registrum epist.* IV, ep. 9, *ad lanuarium episc.* (PL 77, 677 A). *3 Registrum IV,* epist. 26 (PL 77, 696A-B). Quod additur in fine («Sed... aestimatur»), dictum est Gratiani post c. 2 (332).

elencho (supra, p. 12). — Cf. Gius. Riggio, *Liturgia e pastorale della Confirmatione nei secoli XI-XII-XIII,* in *Ephem. Liturgicae* 87 (1973) 445-472; H. Weisweiler, *Das Sakrament der Firmung in den systematischen Werken der ersten Frühscholastik,* in *Schol.* 8 (1933)481-523; L. A. van Buchum, *L'homélie pseudo-eusébienne de Pentecôte. L'origine de la « confirmation » en Gaule méridionale et l'interprétation de ce rite par Fauste de Riez,* Nijmegen 1967. — Cap. 1: Titulus et quaestio, ex *Summa sent.,* VI, 1 (PL 176, 137 C).

Cap. 2, n. 1: Titulus et auctoritas Eusebii, ex eadem *Summa* (137 C -138 C). Ilia Gregorii, forsitan ex *Decreto,* de consecr. d. 4, c. 120 (1399). — Num. 2: Verba Gregorii, ex eodem *Decreto,* d. 95, c. 1 (331).

Cap. 3 (45).

Quae sit virtus huius sacramenti. Virtus vero huius sacramenti est donatio Spiritus Sancti ad robur, qui in baptismo datus est ad remissionem. — **Rabanus** [*]: Unde Rabanusk «A summo sacerdote per impositionem manus Paraclytus traditur baptizato, ut roboretur per Spiritum Sanctum ad praedicandum aliis illud quod ipse in baptismo consecutus est». — **Urbanus Papa** [*]: Item 2: « Omnes fideles per manus impositionem episcoporum post baptismum accipere debent Spiritum Sanctum, ut pleni Christiani inveniantur ».

Cap. 4 (46).

1. **Utrum hoc sacramentum sit dignius baptismo. — Melchiades Papa** [*]: « Scitote 3 utrumque magnum esse sacramentum, sed unum maiori veneratione tenendum, sicut a maioribus datur ». Ecce maius dicit sacramentum confirmationis. — Forte non ob maiorem virtutem vel utilitatem quam conferat, sed quia a dignioribus datur, et in digniori parte corporis fit, id est in fronte. — Vel forte quia maius virtutum augmentum

2 Rubrica *additur ex elencho capp., om. codd.* 6 in baptismo *trp. post* est NVX. 11 Utrum... baptismo *(rubr.) ex elencho capp.* 12 magnum esse *trp.* ANRV. ‖ sacramentum *trp. post* utrumque R, *post* magnum X.

1 *De institutione clericorum,* I, c. 30 (PL 107, 314 A). 2 *Epistola* [spuria] *ad omnes Christianos,* VII (PG 10, 140 C-141 A). 3 Melchiades seu potius Miltiades papa (310-314), *Epist.* [spuria; PLS I, 175] *ad omnes Hispaniae episcopos,* II: « De his vero, super quibus rogitastis... scitote, utrumque magnum esse sacramentum. Et sicut unum de maioribus fit, id est, a summis pontificibus, quod a minoribus perfici non potest, ita et maiore veneratione venerandum et tenendum est » (I. Mansi II, 430; ex *Decretal, collect.* Isidori Mercatoris, PL 130 240 B). Quatenus autem haec epistola, saltem in parte (« sicut exigit militaris... confirmationis auxilia »; Mansi 430 D - 431 A; PL 130, 240 D - 241 A), dependet ad litteram ab homilia 29 (seu 28), *De Pentecosten,* Eusebii 'Gallicani' (CCL 101, 337-338; PLS 4, 615s), facile deducitur commenticiam esse etiam nostram auctoritatem. Cf. V. Natalini, *Relazione ontologica delta grazia del battesimo con la grazia della cresima,* in *Antonianum* 37 (1962) 56-59, ubi etiam literatura.

Cap. 3: Quaestio et verba Rabani, ex *Summa sent.,* VI, c. 1 (PL 176, 138 C -139 A); illa Urbani, ex *Decreto,* de consecr. d. 5, c. 1 (1413). — Cap. 4, n. 1, suggeritur in eodem cap. *Summae sent.* (139 A); auctoritas autem, ex *Decreto,* de consecr. d. 5, c. 3 (1413); unde etiam Rabanus, c. 5 (1414).

praestat, licet baptismus ad remissionem plus valeat. Quod videtur innuere **Rabanus** 1, dicens in unctione baptismi « Spiritum Sanctum descendere ad habitationem Deo consecrandam », in hac vero « eiusdem septiformem gratiam cum omni plenitudine sanctitatis et virtutis venire in hominem ».

2. Hoc sacramentum tantum a ieiunis et ieiunis tradi debet, sicut et baptismus, nisi aliter cogat necessitas.

Cap. 5 (47).

1. **Utrum possit iterari.** Nec debet iterari, sicut nec baptismus vel ordo. — **Augustinus** 2: « Nulli enim sacramento facienda est iniuria »; quod fieri putatur quando non iterandum iteratur.

2. **Augustinus, Contra epistolam Parmeniani** 3: Sed utrum aliqua vel nulla iterari possint, quaestio est. Nam de baptismo et ordine, quod non debeant iterari, aperte **Augustinus** ait 3; « Utrumque sacramentum est et quadam consecratione datur: illud quidem cum baptizatur, illud vero cum ordinatur. Ideoque in catholica utrumque non licet iterari », quia « neutri 4 facienda est iniuria ». Quod indubitanter etiam de confirmatione tenendum est. De aliis vero, utrum iterari valeant vel debeant, postea disseremus 5.

9 Rubrica *ex elencho capp.* 14 ait] ostendit L, dicit NVX. 16 in] ecclesia *add.* BC. Il catholica] ecclesia *add.* LMNVW, *add. interi.* T2. 17 iniuria *trp. p.* neutri NVX.

1 *De institutione cleric.,* I, c. 30 (PL 107, 314 B). 2 *De bapt. contra Donatistas,* I, c. 1, n. 2 (PL 43, 109; CSEL 51, 146); cf. N. M. Haring, *The Augustinian Axiom: Nulli sacramento iniuria facienda est,* in *Mediaeval Studies* 16 (1954) 87-117. 3 Lib. II, c. 13, η. 28 (PL 43, 70; CSEL 51, 79). 4 August., ibid., η. 30 (72; 81). 3 Infra, in Dist. 23, c. 4, ubi agitur de Extrema unctione.

Num. 2 summatim ex *Decreto,* de consecr. d. 5, cc. 6-7 (1414).

Cap. 5, η. 1: Quaestio oritur forsitan ex Hugonis *De sacram.* II, 7, 5 (PL 176,461 C-462 A); probabilius autem, ex verbis Augustini in *Decreto,* de consecr. d. 4, c. 32 (1372). — .Num. 2: Manifeste ex *Decreto,* C. 1, q. 1, c. 97, §§ 1 et 7 (393, 394).

DISTINCTIO VIII

Cap. 1 (48).

De sacramento altaris. Post sacramentum baptismi et confirmationis, sequitur eucharistiae sacramentum. Per baptismum mundamur; per eucharistiam in bono consummamur. Baptismus aestus vitiorum exstinguit; eucharistia spiritualiter reficit. Unde excellenter dicitur 'eucharistia', id est bona gratia, quia in hoc sacramento non modo est augmentum virtutis et gratiae, sed ille totus sumitur, qui est fons et origo totius gratiae.

Cap. 2 (49).

1. Quod huius sacramenti in veteri Testamento figura praecessit, sicut et baptismi. — Ambrosius[1]. Cuius figura praecessit quando « manna i Deus pluit Patribus in deserto2, qui quotidiano caeli pascebantur alimento; unde 3; *Panem angelorum manducavit homo.* Sed tunc panem illum qui manducaverunt mortui sunt; iste vero *panis vivus qui de caelo descendit4,* vitam mundo tribuit. Manna illud e caelo, hoc super caelum.

3 altaris] et eucharistie *add.* BCRA 6 Unde] et *add.* ANRVW. 10-11 Rubrica *ex elencho capp., om. codd.* 11-12 manna Deus *trp.* BC. 12 Deus pluit *trp.* NVX. 15 e] de ALMNVX *Ivo, Grat.*

1 Ambrosius, *De mysteriis,* c. 8, nn. 47-48 (PL 16 [1845], 404 C - 405 A; CSEL 73, 109). 2 Resp. Exod. 16,4: *Ecce ego pluam vobis panes de caelo* etc. 3 Ps. 77,25. 4 Ioan. 6,41.

Dist. VIII-XIII. Inter fontes tractatus Magistri *De sacramento altaris* enumerari oportet *Glossa* ipsius in I Cor. 11, 25 (PL 191, 1641 C - 1647 D; cod. x 101b-103c; z 61a-62a), cuius textus exstat in Prolegomenis huius tomi. Quae *Glossa* permulta récapitulai ex *Summa sent.,* VI, c. 2-9 (PL 176, 139 A -146 C), cuius auctor hic dependet de *Tractatu de sacramento altaris* Guillelmi de S. Theodorico (PL 180, 341-366); cf. D. Van den Eynde, *William of Saint-Thierry and the Author of the Summa sententiarum,* in *Franc. Studies* 10 (1950) 241-256; circa relationem inter illam *Summam* et tractatum Magistri uti supra, cf. eiusdem *Nouvelles précisions chronologiques sur quelques oeuvres théologiques du xii siècle,* in *Franc. Studies* 13 (1953) 71-118, in specie 83-86. Cui fonti Magister hic adiungit *Decretum* Gratiani et alia quae infra notantur; parum autem vel nihil sumitur, ut videtur, ex tractatu Hugonis in De *sacramentis* II, 8, 1-14 (PL 176,461 D -472 C). — Cap. 1: Ex initio c. 2 *Summae sent.,* VI (PL 176, 139 A-B). — Cap. 2, ŋ. 1: Verbis introducitur *Summae sent.,* VI, 2 (139 B); sed unde auctoritas Ambrosii, nobis evadit; forsitan ex quadam *Glossa* Magistri in Ioannem vel in Exodum.

Illud scaturiebat, in diem alterum reservatum 1; hoc ab omni corruptione alienum, quicumque religiose gustaverit, corruptionem non videbit ».

2. Illud datum fuit antiquis post transitum maris Rubri, ubi submersis Aegyptiis, liberati sunt Hebraei 2; ita hoc caeleste manna nonnisi renatis praestari debet. Panis ille corporalis populum antiquum ad terram promissionis per desertum eduxit; haec esca caelestis fideles huius saeculi desertum transeuntes in caelo subvehit. Unde recte *viaticum* appellatur quia in via nos reficiens, usque in patriam deducit. Sicut ergo in mari Rubro figura baptismi praecessit, ita in manna significatio dominici corporis.

3. Haec duo sacramenta demonstrata sunt ubi de latere Christi sanguis et aqua fluxerunt 3, quia Christus per sanguinem redemptionis et aquam ablutionis nos redimere a diabolo et a peccato venit, sicut Israelitas per sanguinem agni paschalis ab exterminatore4, et per aquam maris ab Aegyptiis liberavit 3.

4. Huius etiam sacramenti ritum Melchisedech ostendit 6, ubi panem et vinum Abrahae obtulit. Unde, ut ait Ambrosius?, intelligi datur « anteriora esse sacramenta Christianorum quam ludaeorum ».

Cap. 3 (50).

De institutione sacramenti. Hic etiam ante alia consideranda occurrunt quatuor, scilicet institutio, forma, sacramentum et res. — Sacramentum Dominus instituit, quando post typicum agnum, corpus et sanguinem suum discipulis in coena porrexit8. Unde Eusebius Emise-

1 reservatum] servatum ALT. 7 caelo] celum BCLMNVX. 8 nos reficiens *trp.* LNVX. 13 peccato] peccatis BCMO. ‖ venit (voluit X) *trp. p.* redimere NRVX, 16 etiam] autem ABCW. etiam *om.* BCW. 21 scilicet *om.* LMOX. ‖ sacramentum1 *trp. p.* scilicet (quatuor) AMO, *trp. p.* institutio LR. 23-1 (p. 282) Emisenus] misenus M, Emiscenus NV, *om.* RX.

1 Resp. Exod. 16,20: *et scatere coepit vermibus et computruit.* 2 Resp. Exod. 14, 20-40; cf. I Cor. 10, 1-4. 3 Ioan. 19, 34; cf. supra, Dist. 3, c. 6. 4 Resp. Exod. 12, 13s. 5 Exod. 14, 20-30. 6 Gen. 14, 18. 7 *sacramentis,* IV, c. 3, n. 10 (PL 16 [1845], 438 A; CSEL 73, 4). 8 Resp. Matth. 26, 26-28; Mare. 14, 22-24; Luc. 22, 19-20.

Num. 2: Ex eodem cap. *Summae.* — Num. 3: cf. Lib. II, d. 18, c. 3, ŋ. 2 (1,417). — Num. 4: Ex *Summa sent.,* VI, 2 (PL 176, 139 C), ubi et verba Ambrosii.

Cap. 3 suggeritur in eadem *Summa,* sed dependet immediatius ex tractatu in *Glossa* in I Cor., n. 1; cui hic adiungit auctoritatem Eusebii, ex *Decreto,* de consecr. d. 2, c. 35 (1325).

nus 1; « Quia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis et illaturus sideribus, necesse erat ut die coenae sacramentum nobis corporis et sanguinis consecraret: ut coleretur iugiter per mysterium, quod semel offerebatur in pretium ».

Cap. 4 (51).

De forma. Forma vero est, quam ipse ibidem edidit dicens2: *Hoc est corpus meum;* et post: *Hic est sanguis meus.* Cum enim haec verba proferuntur, conversio fit panis et vini in substantiam corporis et sanguinis Christi; reliqua ad Dei laudem dicuntur. — **Ambrosius in libro De sacramentis** 3 *: Unde **Ambrosius**: « Sermone Christi hoc conficitur sacramentum, quia sermo Christi creaturam mutat; et sic ex pane fit corpus Christi, et vinum cum aqua in calicem missum fit sanguis consecratione verbi caelestis. Consecratio quibus fit verbis? Attende quae sunt verba 4: *Accipite et edite ex eo omnes: hoc est corpus meum;* et item: *Accipite et bibite ex hoc omnes: hic est sanguis meus.* Per reliqua omnia quae dicuntur, laus Deo defertur, oratio praemittitur pro populo, pro regibus». — **Augustinus** *: Item **Augustinus**5: « Credendum est quod in verbo Christi sacramenta conficiantur; reliqua omnia nihil aliud sunt quam laudes vel obsecrationes fidelium et petitiones ». Ecce quae sit institutio et forma huius sacramenti.

14 edite] comedite LNVX. 15 hoc] eo CNTVX. 16 populo] et *add.* NVX. 17 verbo] verbis BCLNTVW.

1 Eusebius Gallicanus, *Horn. XVII seu VI de Pascha,* n. 1 (CCL 101, 196); alibi ut Ps-Hieron., *Ep. 38* (PL 30 [1846], 272 A), etc., ut ibi notatur (CCL 101. 192). 2 Matth. 26, 26-28. 3 Lib. IV, cc. 4-5, n. 14: « Ergo sermo Christi hoc conficit sacramentum »; n. 17: «Accipe ergo quemadmodum sermo Christi creaturam... mutet»; n. 19: «Ergo didicisti, quod ex pane corpus fiat Christi. Et quid vinum, aqua? In calicem mittitur, sed fit sanguis consecratione caelesti »; n. 14: « Consecratio igitur quibus verbis est? »; nn. 21-22: «Accipe quae sunt verba .. *Accipite et edite ex hoc omnes; ...Accipite et bibite ex hoc omnes; hic est enim sanguis meus»;* n. 14: «Reliqua omnia quae dicuntur... laudes Deo, defertur oratio, petitur pro populo, pro regibus, pro ceteris» (PL 16 [1845], 440 A-444 A; CSEL 73, 52-56). Minime autem Ambrosio directe usus est Magister. 4 Matth. 26, 26-28. 5 Immo Paschasius Radbertus, *De corp, et sanguine Domini,* c. 15, n. 1 (PL 120, 1322 A).

Cap. 4: Initium trahitur ex eadem *Summa,* c. 4 (PL 176, 140 D - 141 A). Auctoritas Ambrosii unacum rubrica, ex *Decreto,* de consecr. d. 2, c. 45 (1334-1335), multis omissis et aliis transpositis. Illa pseudo-Augustini (etiam sine nomine operis) conficitur ex c. 72, §§ 2 et 3 (1342-1343).

Cap. 5 (52).

1. Quare post alium cibum dedit corpus et sanguinem discipulis? Ubi consideratione dignum est quare illud sacramentum post coenam dedit discipulis. — **Hieronymus** « Dominus 1 igitur Iesus ad invisibilia paternae maiestatis migraturus, celebrato cum discipulis typico pascha, quiddam memorabile eis commendare volens, sub specie panis et vini corpus et sanguinem suum eis tradidit, ut ostenderet Legis veteris sacramenta, inter quae praecipuum erat agni paschalis sacrificium, in morte sua terminari, ac novae Legis sacramenta substitui, in quibus excellit mysterium Eucharistiae». «Ideo etiam post alia dedit, ut hoc unum arctius memoriae discipulorum infigeretur, et ab Ecclesia deinceps frequentaretur ».

2. Sed non exinde disciplinam sanxit in posterum, ut post alios cibos sumatur. Potius a ieiunis sumi oportet, sicut Apostolus docet 2, ut singulari reverentia *diiudicetur,* « id 3 est discernatur ab aliis cibis ». Quod Dominus Apostolis disponendum reliquit. — **Augustinus in libro Responsionum ad Ianuarium:** Unde **Augustinus**4: « Apparet, cum primo acceperunt discipuli eucharistiam, non eos accepisse ieiunos. Non ideo tamen calumniandum est universae Ecclesiae, quod a ieiunis semper sumitur. Placuit enim Spiritui Sancto ut in honore tanti sacramenti, prius in os Christiani dominicum corpus intraret quam alii cibi; ideo ubique mos iste servatur. Non enim quia post cibos Dominus dedit, ideo pransi

2 Rubrica *hic* A, *trp. ad lin.* 4 LM, *ad lin. 8* N, *ad* Ideo *(lin. 10)* BCTX, *om.* ORVW. 6 quiddam] quoddam MTW. ‖ memorabile] memoriale BRTVWX. 7 eis tradidit *trp.* ATV. 18 discipuli] apostoli MTX.

1 Verba sunt Lombardi in Glossa super I Cor. 11, 25, ubi introducitur «de corpore Domini plenior tractatus » (PL 191, 1641 C) quibusdam verbis Hieronymi in Matth. 26, 26 (PL 26 [1845], 195 B; CCL 77, 251). De quo tractatu infra agitur in alia serie notarum. 2 1 Cor. 11, 20-29. 3 Ex *Glossa interlin.* in I Cor. 11, 29: *Non diiudicans corpus Domini* (cod. 1 60v; m 59r; apud Lyranum, VI, 51v). 4 *Epist. 54,* c. 6, nn. 7-8 (PL 33, 203; CSEL 34-11, 166s).

Cap. 5, n. 1 dependet ex eadem quaestione in *Glossa* seu tractatu, nn. 1 et 3; reliqua ex *Glossa ordin.* in Matth. 26, 26 (apud Lyran., V, 79b-c). — Conclusio (« Ideo etiam ») est Lombardi in eadem *Glossa* in I Cor., in fine n. 3; remote ex *Glossa ordin.* in h.l. (apud Lyran. VI, 50a; cod. 1 59c). — Num. 2: Auctoritas Augustini, ex *Glossa* in I Cor. 11, 18-20 (PL 191, 1638 D), ex Floro in h.l. (378).

vel coenati iltnd accipere debent, ut illi faciebant quos Apostolus arguit i. Nam Salvator, quo vehementius commendaret mysterii illius altitudinem, ultimum hoc voluit infigere cordibus et memoriae discipulorum, a quibus ad passionem digressurus erat. Quo autem ordine deinceps sumeretur, Apostolis, per quos Ecclesias dispositurus erat, reservavit docendum ». s.

Cap. 6 (53).

De sacramento et re. Nunc quid ibi sacramentum sit et quid res, videamus. — **Augustinus in libro De civitate Dei** « Sacramentum 2 est invisibilis gratiae visibilis forma »; forma ergo panis vel vini, quae ibi videtur, sacramentum est, id est signum sacrae rei, quia « praeter 3 speciem quam ingerit sensibus, aliud aliquid facit in cogitationem venire ». iq. — **Gregorius, in hotnilia paschali** ? Tenent ergo « species 4 vocabula rerum quae ante fuerunt, scilicet panis et vini ».

Cap. 7 (54).

1. **De re sacramenti, quae est duplex** Huius autem sacramenti gemina est res: una scilicet contenta et significata, altera significata et non contenta. Res contenta et significata est caro Christi quam de Virgine traxit, et sanguis quem pro nobis fudit. — **Augustinus, Super loannem** ? Res autem significata et non contenta est « unitas 5 Ecclesiae in praede- is

1 illi *om.* V. ‖ illi faciebant *(lectio prima?) add. marg.* O, *om.* AMRTX: ‖ faciebant *om.* N. 5 reservavit] reservatur M, servavit ALNT *Ivo, Grat., Gl. in I Cor., quod corr.* N. 7 sacramentum sit *trp.* ALX. 11 cogitationem] cogitatione L, mentem M, cognitionem NWX, *corr. in* cognitionem R. 12 Gregorius] August. LT. ‖ species] speciem BCM, *quod corr.* B, *om.* X.

1 1 Cor. 11, 20-29. 2 De hac definitione, cf. Dist. 1, c. 2. 3 cf. Dist. 1, c. 3. 4 Verba sunt Lanfranci, *Liber de corpore et sanguine Domini,* c. 20: « Species namque, et similitudo illarum rerum vocabula sunt, quae ante fuerunt et ex quibus corpus Christi sanguisque conficitur» (PL 150, 436 B), ubi rubrica hic posita invenitur ad 435 B. Error est Gratiani (infra). 5 Tract. 26, n. 15 (PL 35, 1614; CCL 36, 267).

Cap. 6. Quaestio trahitur ex *Summa sent., VI,* 3 (PL 176, 140 A); cf. D. Van den Eynde, *William of Saint-Thierry,* in *Franc. Studies* 10 (1950) 243. Definitio sacramenti, ut rubrica demonstrat, ex *Decreto,* de consecr. d. 2, c. 32 (1324); dein, quaedam verba ex *Summa sent.* Auctoritas Gregorio attributa, ex *Decreto,* c. 34 (1324). Idem error alibi invenitur, uti infra, Dist. XI, c. 2, nn. 8-9, ubi res prolixius investigatur. — Cap. 7, nn. 1-2, fundatur in tract, primitivum, nn. 5-10.

stinatis, vocatis, iustificatis et glorificatis ». Haec est duplex caro Christi. — **Hieronymus, super Epistolam ad Ephesios** : Unde **Hieronymus**[1]: « Dupliciter, inquit, intelligitur caro Christi et sanguis: vel illa quae crucifixa est et sepulta, et sanguis qui militis effusus est lancea; vel spiritualis illa ac divina, de qua ipse ait[2]; *Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus*- et: *Nisi manducaveritis carnem meam et biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam aeternam* ».

2. **De tribus quae hic possunt distingui** : Sunt igitur hic tria distinguenda: unum quod tantum est sacramentum, alterum quod est sacramentum et res, et tertium quod est res et non sacramentum. Sacramentum et non res est species visibilis panis vel vini; sacramentum et res, caro Christi propria et sanguis; res et non sacramentum, mystica eius caro. — Porro species illa visibilis sacramentum est geminae rei, quia utramque rem significat, et utriusque rei similitudinem gerit expressam. Nam sicut panis prae ceteris cibis corpus reficit et sustentat, et vinum hominem laetificat atque inebriat, sic caro Christi interiorem hominem plus ceteris gratiis spiritualiter reficit et saginat; unde[3]: *Calix tuus inebrians, quam praeclarus est*\ — Habet etiam similitudinem cum re mystica, quae est unitas fidelium: quia sicut ex multis granis conficitur unus panis, et ex pluribus acinis vinum in unum confluit[4], sic ex multis fidelium personis unitas ecclesiastica constat.

3. **Augustinus, De sacramentis fidelium** : Unde Apostolus[5]: *Unus panis et unum corpus multi sumus.* Unde **Augustinus**[6]; «Unus panis et unum corpus Ecclesia dicitur, pro eo quod, sicut unus panis ex multis granis et unum corpus ex multis membris componitur, sic Ecclesia ex multis fidelibus caritate copulante connectitur ». « Hoc[7] mysterium pacis et unitatis nostrae Christus in sua mensa consecravit. Qui accipit hoc mysterium unitatis et non tenet vinculum pacis, non accipit mysterium pro se, sed contra se ».

2 Eph.] hebr. BCX. 4 militis *trp. post* lancea BC. ‖ lancea *trp. post* militis NVX. 11 vel] et BCMV, *corr. ex* et N. 14 significat] signat ATW.

1 *In Eph.* 1, 7 (PL 26 [1845], 451 A). 2 Ioan. 6, 56; et 6, 54. 3 ps. 22,5. 4 August., *In Ioan.*, tr. 26, n. 17: «Dominus noster Iesus Christus corpus *et* sanguinem suum in eis rebus commendavit, quae ad unum aliquid rediguntur ex multis. Namque aliud in unum ex multis granis confit; aliud in unum ex multis acinis confluit » (PL 35, 1614; CCL 36, 268). 5 I Cor. 10, 17. » Scii. *Sermo 229,* cuius fragmentum tantum exstat (PL 38, 1103); cf. PLS 2, 406s, de hac quaestione. 7 August., *Sermo 272* (PL 38, 1248).

Num. 3: Ex *Glossa* in I Cor. 10, 17 (PL 191, 1624 C).

4. « Cuius i etiam sacramentum est corpus Christi proprium, de Virgine sumptum: quia ut corpus Christi ex multis membris purissimis et immaculatis constat, ita societas ecclesiastica ex multis personis a criminali macula liberis consistit. In cuius rei typo facta est arca Domini *de lignis sethim* 2, quae sunt imputribilia et albae spinae similia ». 5

DISTINCTIO IX

Cap. 1 (55).

I. **De duobus modis manducandi. — Augustinus, De blasphemia Spiritus sancti** Et sicut duae sunt res illius sacramenti, ita etiam et «duo2 modi manducandi: unus sacramentalis scilicet, quo boni et mali edunt; 10 alter spiritualis, quo soli boni manducant ». — **Augustinus, De verbis evangelii** 3: Unde **Augustinus**4: « Quid est Christum manducare? Non est hoc solum, in sacramento corpus eius accipere: multi enim indigne accipiunt »; sed « in 5 ipso manere, et habere ipsum in se manentem ». « Spiritualiter 6 enim manducat, qui in unitate Christi et Ecclesiae, quam 15 sacramentum significat, manet ». — **Augustinus in libro Sententiarum Prosperi:** «Nam2 qui discordat a Christo, nec carnem Christi manducat,

1 proprium *trp. post* est BCN. 9 et *om.* AMR, *add. interi.* T. 10 scilicet *om.* ABCRT. 13 est hoc *trp.* MORTX.

1 Uti hic iacet, ex fonte ignoto; remote, ex Beda, *De tabernaculo,* I, c. 4: « Archa... non incongrue ipsam Domini *et* Salvatoris nostri Incarnationem designat... Quae videlicet archa bene de lignis sethim compingi iubetur. Ligna quippe sethim levis atque imputribilis ferunt esse naturae non multum a qualitate albae spinae distantia. Archa ergo de lignis sethim facta est quia corpus dominicum ex membris constabat omni vitiorum labe carentibus » (PL 91, 401 B; CCL 119 A, 13). 2 Exod. 25, 10; Exod. 37, 1; Deut. 10, 3; Is. 40, 20: *lignum... imputribile.* 3 *Sermo* 77, c. 11, n. 17 (PL 38, 453). 4 *Sermo Mai 129,* n. 1 (PLS 2, 519). 5 August., *In Ioan.,* tr. 26, n. 18: « Denique iam exponit... quid sit manducare corpus eius et sanguinem bibere: *Qui manducat carnem meam et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in illo.* Hoc est ergo manducare illam escam et illum bibere potum, in Christo manere et illum manentem in se habere» (PL35,1614; CCL 36,268). « *Glossa ordin.* in I Cor. 11, 29 (cod. m, 58c; apud Lyranum VI, 51c). 7 Num. 341 (PL 45, 1890; 51, 481 C).

Num. 4: Iterum ex tractatu primitivo, n. 10.

Dist. IX, c. 1, n. 1: Ex *Glossa* in I Cor. 11,29 (PL 191, 1647 C-D), ubi Magister dependet a *Glossa* Gilbert! in h.l. (cod. Florent., Laurent. Pl. 12. d. 2, f. 73b; cf. etiam A. M. Landgraf, *Commentarius Porretanus in primam epist. ad Cor.,* in *Studi e testi* 117, p. 202, nota 186*).

nec sanguinem bibit, etsi tantae rei sacramentum ad iudicium quotidie accipiat ».

2. **Augustinus in libro De remedio poenitentiae** : Spiritualem manducationem Augustinus distinguens a sacramentali, ait i; « Ut quid paras dentem et ventrem? Crede, et manducasti ». « Credere2 enim in eum, hoc est manducare panem et vinum. Qui credit in eum, manducat eum ». — **Augustinus, De verbis evangelii** : Item 3; « Quomodo manducandus est Christus? Quomodo ipse dicit 4; *Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum, in me manet et ego in eo.* Si in me manet et ego in eo, tunc [manducat, tunc] bibit; qui vero non in me manet nec ego in illo, etsi accipit sacramentum, acquirit magnum tormentum ».

3. **Augustinus, De sacramentis fidelium** : Item 5; « Nulli ambigendum est tunc quemque corporis sanguinisque Domini participem fieri, quando Christi membrum efficitur; nec alienari ab illius panis calicisque consortio, etiam si antequam panem illum edat et calicem bibat, de hoc saeculo in unitate corporis Christi constitutus abscedat: quia illius sacramenti beneficio non privatur, quando ille hoc quod illud sacramentum significat invenitur. In illo enim sacramento corpus et sanguinem suum commendavit nobis; quod et fecit nos ipsos, nam et nos corpus ipsius facti sumus ».

4. Item *6;* « Qui discordat a Christo, nec manducat carnem eius nec sanguinem, etsi tantae rei sacramentum ad iudicium sibi quotidie accipit ».

1 iudicium] sui *add.* BCLVW, sumitur *add.* M, sumunt *add. sed del.* O, suum *add. interi.* T, suae praesumptionis *add. Prosper, Florus, Ivo, Grat.* 14 Christi membrum. *trp.* RTX, *Florus, Glossa.* *II* ille] in *add.* MX, *add. interi.* B2T, *corr. in* in se N2. 21 neci] non ABCLMNVW.

1 Non obstante rubrica, quae Gratiani est, fons est potius *in Ioan.* tr. 25, n. 12 (PL 35,, 1602; CCL 36, 254). 2 Ibid., tr. 26, n. 1 (1607; 260). 3 Continuatio eiusdem *Serm. Mai 129,* n. 2 (PLS 2, 519). 4 Ioan. 6, 57. s *Sermo 229: De sacramentis fidelium* (PL 38, 1103). 6 Repetitur eadem auctoritas ac supra in fine n. 1.

Num. 2: Prima et secunda auctoritates, ut apparet ex rubrica, ex *Decreto,* de consecr.. d. 2, c. 47 (1331); ultima, ex c. 46. — Num. 3: Ex *Glossa* in I Cor. 10, 17 (PL 191, 1624 C-D); sed unde traxerit Magister, nescimus. Non invenitur apud Florum; bis datur, sub aliis rubricis et in forma aliqualiter diversa, in *Decreto,* de consecr. d. 2, c. 36 (1326), et d. 4, c. 131 (1404).

Cap. 2 (56).

1. **De errore quorundam qui dicunt a bonis tantum corpus Christi sumi.** Haec verba et alia huiusmodi, ubi de spirituali manducatione agitur, quidam obtuso corde legentes, erroris caligine involuti sunt, adeo ut dicere praesumpserint corpus et sanguinem Christi a bonis tantum sumi, et non a malis. — Sed indubitanter tenendum est a bonis sumi non modo sacramentaliter, sed et spiritualiter; a malis vero tantum sacramentaliter, id est sub sacramento: scilicet sub specie visibili carnem Christi de Virgine sumptam, et sanguinem pro nobis fusum sumi, sed non mysticam, quae tantum bonorum est. Quod subditis probatur testimoniis:

2. **Gregorius in libro Dialogorum IIII** [1]: Gregorius ait i; « Est quidem in peccatoribus et indigne sumentibus vera Christi caro et verus sanguis, sed essentia, non salubri efficientia ». — **Augustinus, De verbis evangelii** [2]: Item Augustinus 2; « Multi indigne accipiunt corpus Domini, de quibus ait Apostolus 3; *Qui manducat [panem] et bibit calicem Domini indigne, iudicium sibi manducat et bibit* ». — **Augustinus, Super Ioannem** [3]: «Per4 quod docemur quam sit cavendum male accipere bonum. Ecce enim factum est malum, dum male accipitur bonum. Sicut econtra Apostolo factum est bonum, cum bene accipitur malum, scilicet dum *stimulus Satanae* 5 patienter portatur ». Ergo « et mala 6 prosunt

8 scilicet... non esse (p. 393, lin. 4; d. 23, c. 4) *om.* C *ob defectum foil.*

1 Immo Lanfrancus, *De corp, et sanguine Domini,* c. 20 (PL 150,436 D), post verba Gregorii allegata ex *Dialogis,* IV, 59 (PL 77, 428 A). 2 *Sermo Mai 129,* n. 1 (PLS 2, 519). 3 I Cor. 11, 27 et 29. 4 Tract. 62, n. 1 (PL 35, 1801s; CCL 36, 483). s Resp. II Cor. 12, 7. 6 Mixtim ex August, in eodem loco et tr. 6, n. 15 (PL 35, 1432; CCL 36, 61).

Cap. 2-3. Iam in parte in *Glossa* Magistri in I Cor. 11, 25 (PL 191, 1643 A - 1644 A) seu in tractatu primitivo, q. 6, nn. 13, 17-21); et ante Magistrum, in *Glossa ordin.* in h.l. (apud Lyranum, VI, 50c, 51a; cod. 1 58a): «Post haec videndum est utrum a bonis et malis corpus Christi et sanguis sumatur ». Sed statim in tractatu (nn. 14-16) alteram quaestionem inserit Magister quae examinatur sub sequenti Dist., c. 2: «Verumtamen ante hoc ostendi oportet verum corpus Christi esse in altari... ».

Cap. 2, n. 1: Cui vel quibus hic opponitur, non apparet; unum invenimus, quendam Gerlandum ab Hugone Metello reprehensum (PL 188, 1273 C-D); ubi Hugo suum sequitur magistrum Anselmum Laudunensem (cf. O. Lottin, *Psych, et morale* V 28s.). — Num. 2: Primae auctoritates ex eodem tractatu, nn. 17-18; ultima, ex *Glossa* in I Cor. 11,26 (PL 191, 1646 B).

bonis, sicut angelus Satanae Paulo, et sancta obsunt malis: bonis sunt ad salutem, malis ad iudicium. Unde *qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit:* non quia res illa mala est, sed quia malus male accipit quod bonum est ».

3. Idem i; « Indigne quis sumens corpus Christi, non efficit ut, quia malus est, malum sit quod accipit; vel quia non ad salutem accipit, nil accipiat. Corpus enim et sanguis Domini nihilominus erat in illis quibus ait Apostolus: *Qui manducat indigne* » etc. — His aliisque pluribus aperte ostenditur quod etiam a malis verum corpus Christi et sanguis sumitur, sed sacramentaliter, non spiritualiter.

Cap. 3 (57).

1. **De intelligentia quorundam verborum.** Secundum hos duos modos sumendi, intelligentia quorundam verborum ambigue dictorum distinguenda est.

2. Ait enim **Augustinus**[2]: « Bonus accipit sacramentum et rem sacramenti, malus vero sacramentum et non rem ». — Sacramentum hic dicit corpus Christi proprium de Virgine ductum; rem vero, spiritualem Christi carnem. Bonus ergo utramque Christi carnem accipit, malus vero tantum sacramentum, id est corpus Christi sub sacramento, et non rem spiritualem.

3. Item[3]; « Non manducans manducat, et manducans non manducat »: quia « non manducans sacramentaliter, aliquando manducat spiritualiter », et e converso. — **Gregorius**[4]: Et qui manducant spiritualiter, « veritatem * carnis et sanguinis » dicuntur sumere, quia « ipsam efficientiam habent, id est remissionem peccatorum ». — **Gregorius**[4]: Pro qua

1 August., *De bapt. contra Donatistas, V,* c. 8, n. 9 (PL 43, 181; CSEL 51, 270). 2 Non invenitur ad verbum apud August.; cf. supra, c. 2, n. 2. 3 Iterum non invenitur extra *Glossam* Magistri (uti infra, in aliis notis). 4 Verba sunt Lanfranci, *De corpore et sanguine Domini,* c. 20: « Quamvis non improbabiliter quidam exponant hoc in loco [agitur de Ioan. 14, 21: *Qui autem diligit me...,* et Ps. 90,16: *et ostendam illi salutare meum]* esse carnis et sanguinis veritatem, ipsam eorumdem efficientiam, id est peccatorum remissionem » (PL 150, 436 C). De nomine Gregorii cf. supra, c. 2, n. 2.

Num. 3: Textus invenitur apud Florum in I Cor. 11, 29 (383), non autem hic in *Glossa* Magistri. An forsitan inveniatur in quadam Glossa Magistri adhuc ignota in Ioan. 13,27 ?

Cap. 3 dependet in parte ab eadem *Glossa* seu tractatu, nn. 19-21.

videtur orari, cum dicitur 1; « Perficiant in nobis, Domine, quaesumus, tua sacramenta quod continent: ut quae nunc specie gerimus, rerum veritate capiamus ». Rerum veritatem dicit ipsam efficientiam; quasi: per haec sacramenta praesta, ut sicut sacramentaliter carnem Christi sumimus, ita spiritualiter sumamus. — **Gregorius** Vel «petit2 sacerdos ut Christus, qui nunc sub specie panis et vini sumitur, manifesta visione, sicut in essentia divinitatis est, quandoque capiatur». — Constat igitur a bonis et a malis sumi corpus Christi, sed a bonis ad salutem, a malis ad perniciem 3.

DISTINCTIO X

Cap. 1 (58).

1. **De haeresi aliorum qui dicunt corpus Christi non esse in altari nisi in signo.** Sunt item alii praecedentium insaniam transcendentes, qui Dei virtutem iuxta modum naturalium rerum metientes, audacius ac periculosius veritati contradicunt, asserentes in altari non esse corpus Christi vel sanguinem, nec substantiam panis vel vini in substantiam carnis et sanguinis converti; sed ita Christum dixisse 4: *Hoc est corpus meum,* sicut Apostolus dixit s; *Petra erat Christus.* Dicunt enim ibi esse corpus Christi tantum in sacramento, id est in signo; et tantum in signo manducari a nobis.

2. **Augustinus, super Psalmum LIIII °** Qui errandi occasionem sumunt a verbis Veritatis unde « prima 6 haeresis facta est in discipulis

13 item] autem L, igitur item M. 21 Rubrica *om.* RVW.

1 Postcommunio in missa Quatuor temp. Sept., in *Sacramentario Greg.* (PL 78,142 C-D; ed. L.C. Mohlberg, n. 1051, p. 161). Circa influxum huius orationis in controversiis de Eucharistia, cf. J. de Montclos, *Lanfranc et Bérenger,* 574 (index). 2 Rectius, Lanfrancus, *De corp, et sanguine Domini, c.* 20 (PL 150, 436 B; cf. J. de Montclos, 314). 3 Cf. August., *In Ioan.,* tr. 6, n. 14 (PL 35, 1432; CCL 36, 61). « Matth. 26, 26. s I Cor. 10, 4. « Num. 23 (PL 36, 643; CCL 39, 673).

Dist. X. Respicit haeresim Berengarii Turonensis; cf. J. de Montclos, *Lanfranc et Bérenger. La controverse eucharistique du XIe siècle* (SSL 37), Leuven 1971, praesertim pp. 1-245. — C. 1, n. 1: Cf. Hugo de S. Victore, *De sacram.,* II, 8, *cc.* 6-7 (PL 176,465 C -467 B); et *Summa sent.,* VI, 5 (PL 176, 142 A), unde quaedam verba. — Num. 2; Ex *Decreto,* de consecr. d. 2, c. 44 (1330).

Christi. Cum enim diceret 1; *Nisi quis manducaverit carnem meam et biberit sanguinem meum, non habebit vitam aeternam,* illi non intelligentes dixerunt 2; *Durus est hic sermo, quis potest eum audire?* Et *abierunt retro* ». « Illis3 discedentibus, instruxit duodecim qui remanserant4: *Spiritus est,* inquit, *qui vivificat; caro nihil prodest. Verba quae locutus sum vobis spiritus et vita sunt*». « Intellexisti s spiritualiter? Spiritus et vita sunt. Intellexisti carnaliter? Etiam sic spiritus et vita sunt, sed tibi non sunt ». « Spiritualiter 6 intelligite quae locutus sum: non hoc corpus, quod videtis, manducaturi estis, et bibituri illum sanguinem, quem fusuri sunt qui me crucifigent. Sacramentum aliquod vobis commendavi; spiritualiter intellectum vivificabit vos »; *caro autem non prodest quidquam* 7.

3. Sunt etiam et alia illorum insaniae fomitem ministrantia. — **Augustinus, super Psalmum LIIII** 8: Ait enim **Augustinus**3: « Donec saeculum finiatur, sursum est Dominus; sed tamen etiam hic nobiscum est veritas Dominus. Corpus enim in quo resurrexit, uno loco esse oportet; veritas autem eius ubique diffusa est ». — **Super Ioannem** 8: Item9: « Una persona est Deus et homo, ubique per id quod Deus est, in caelo per id quod homo est ». — Christus etiam dicit 10; *Pauperes semper vobiscum habebitis, me autem non semper habebitis.* — His aliisque utuntur praefati haeretici in assertione sui erroris.

4. **Determinatio praemissorum.** Quae ex eadem ratione omnia accipienda sunt. Non enim his negatur verum corpus Christi a fidelibus sumi vel in altari esse, sed his Veritas Apostolos et in eis nos instruxit, quod ipsius corpus non per partes discerptum, ut putaverunt illi discipuli qui

4 remanserant] remanserunt BMVW. 12 et *om.* LMRW. 15 Dominus] domini O, om. M. ‖ resurrexit] surrexit MNO, *quod corr.* O, Dominus *add.* B. 18-19 habebitis] habetis BMX. 20 assertione] assertionem TW.

1 Ioan. 6, 54-55. 2 Ioan. 6, 61 et 67. 3 August., *Enarr. in Ps. 98,* 5, n. 9 (PL 37, 1265; CCL 39, 1386). 4 Ioan. 6, 64. 5 August., *In Ioan.,* tr. 27, n. 6 (PL 35, 1618; CCL 36, 273). « August., *Enarr. in Ps. 98,* n. 9 (PL 37, 1265; CCL 39, 1386). 7 Ioan. 6, 64. 8 Licet inveniatur sub hac rubrica in *Decreto* Gratiani (infra), revera *In Ioan.,* tr. 30, n. 1 (PL 35, 1632; CCL 36, 289). » Rectius, *Epist. 187 (ad Dardanum),* c. 3, n. 10 (PL 33, 836; CSEL 57, 89s). « Matth. 26, 11; Marc. 14, 7; Ioan. 12, 8. Cf. August, *in Ioan.* 12, 8, tr. 50, nn. 12-13 (PL 35, 1762s; CCL 36, 438s).

Num. 3: Prima auctoritas ex eodem c. 44 § 1; altera, ex *Summa sent.* VI, 9 (PL 176, 146 A). — Num. 4: Auctoritates hic Augustino attributae conficiuntur ex *Decreto,* de consecr. d. 2, c. 45 (1330s).

retro ierunt,1, sed integrum; nec visibiliter in forma humana, sed invisibiliter, sub forma panis et vini, corpus et sanguinem nobis traderet. — **Augustinus in epistola ad Irenaeum** *:* Quem sensum **Augustinus** confirmat dicens 2: « Ipsum quidem et non ipsum corpus quod videbatur manducatur: ipsum invisibiliter, non ipsum visibiliter ». Item: « Etsi ne- *s*
cesse est illud visibiliter celebrari, necesse est tamen invisibiliter intelligi ».

5. **Quod caro Christi dicitur invisibilis** *:* Ita etiam intelligendum est corpus Christi esse 'in uno loco', scilicet visibiliter in forma humana; veritas tamen eius, id est divinitas, ubique est; veritas etiam eius, id est verum corpus, in omni altari est ubicumque celebratur. Sic etiam illud 10,
intelligendum est 3; *Pauperes semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis:* secundum corporalem praesentiam scilicet qua cum eis conversabatur. — Similiter 'per id quod homo est, in caelo est': visibiliter scilicet; invisibiliter autem est in altari, quia non in forma humana appa-
ret, sed forma panis et vini operitur. Unde et invisibilis caro eius dicitur: 15.
quae vere est in altari, sed quia non in sua specie apparet, invisibilis dicitur.

6. **Augustinus in libro Sententiarum Prosperi** *:* Ait enim **Augustinus**4: « Hoc est quod dicimus, quod modis omnibus approbare con-

1 ierunt] abierunt MRV, iverunt X. 7 Rubrica *om.* RVW. 11 habebitis], habetis ABMR. 13-14 visibiliter scilicet *trp.* LN. 14 scilicet] sed MX, *om.* AB.. 19 modis omnibus *trp. post* contendimus NVX.

1 Cf. supra, in num. 2. z Ita Gratianus (infra), cum rubrica. Quatenus autem distinguere oportet, ut videtur, inter quamdam glossam Lanfranci et ipsum textum Augustini, cf. *Enarr. in Ps. 98,* 5, n. 9, ubi pars altera textus: « Spiritaliter intelligite quod locutus sum: non hoc corpus quod videtis, manducaturi estis, et bibituri illum sanguinem, quem fusuri sunt qui me crucifigent. Sacramentum aliquod vobis commendavi; spiritaliter intellectum, vivificabit vos. Etsi necesse est illud visibiliter celebrari, oportet tamen invisibiliter intelligi » (PL 37, 1265; CCL 39, 1386). Dein cf. Lanfrancus, *Liber de corpore et sanguine Domini,* c. 18: « Ipsum quidem, quantum ad essentiam veraeque naturae proprietatem atque virtutem; non ipsum autem, si species *[lege:* spectes] panis vinique speciem »; cui sese refert infra, circa finem capituli: «...ego in professione fidei breviter posui, videlicet ipsum esse corpus, et non ipsum» (PL 150, 430C, dein 434A). 3 Matth. 26,11; Mare. 14,7; Ioan. 12, 8. Cf. J. de Montclos, *Lanfranc et Bérenger,* 306, et 347-348. 4 Immo Lanfrancus, *Liber de corpore et sanguine Christi,* c. 10 (PL 150, 421 B-C).

Num. 5: Prima pars, usque ad *conversabatur,* ex *Summa sent.,* VI, 9 (PL 176, 145 D - 146 A). — Num. 6-7: Ex *Decreto* Gratiani, de consecr., d. 2, c. 48 (1331); vide etiam supra, Lib. III, d. 6, c. 3, n. 2 (p. 53). Quoad historiam literariam huius textus, cf. N. M. Haring, *A Study in the Sacramentology of Alger of Liège,* in *Med. Studies* 20 (1958) 52s.

tendimus, sacrificium Ecclesiae duobus confici, duobus constare: visibili elementorum specie et invisibili Domini nostri Iesu Christi carne et sanguine; sacramento et re sacramenti, id est corpore Christi. Sicut Christi persona constat et conficitur ex Deo et homine, cum Christus sit verus Deus et homo; quia omnis res illarum rerum naturam et veritatem in se continet, ex quibus conficitur. Conficitur autem sacrificium Ecclesiae duobus: sacramento et re sacramenti, id est corpore Christi; est igitur sacramentum et res sacramenti idem corpus Christi». — Ecce invisibilem dixit carnem Christi, quia forma panis operta sumitur et tractatur; idemque corpus dixit esse sacramentum et rem: ex quo confirmatur quod supra diximus i.

7. Idem in eodem. Deinde addit2 quod magis lectorem movet: « Caro, inquit, eius est, quam forma panis opertam in sacramento accipimus; et sanguis eius, quem sub vini specie ac sapore potamus. Caro videlicet carnis, et sanguis sacramentum est sanguinis: carne et sanguine, utroque invisibili, intelligibili, spirituali, significatur corpus Christi visibile et palpabile, plenum gratia et divina maiestate ».

8. **Quae sit intelligentia praemissorum.** Attende his diligenter, quia tropo quodam utitur hic **Augustinus,** quo solent res significantes rerum sortiri vocabula quas significant. Hic enim visibilis species panis vocatur nomine carnis, et visibilis species vini nomine sanguinis. Invisibilis vero et intelligibilis dicitur caro Christi, quia secundum illam speciem non videtur caro, sed intelligitur; ita et sanguis. Caro ergo invisibilis dicitur esse sacramentum carnis visibilis, quia species panis, secundum quam illa non videtur caro, est sacramentum carnis visibilis: quia carne invisibili, id est specie, secundum quam caro Christi non videtur caro, significatur corpus Christi, quod est visibile et palpabile ubi in sua forma apparet. Ita et de sanguine accipi debet.

9. **Ita esse intelligendum aliis verbis Augustini firmat.** Quem sensum confirmat **Augustinus** 3, aperiens qualiter praedicta intelli-

1 duobusi] modis *add.* ABMO, *add. interi.* N. 6 sacrificium] sacramentum MVX. 7 duobus] scilicet *add.* A, modis *add.* B *(interi.)* M. 8 idem] id est MW *Ivo, Grat., Lanfranc.*

1 In Dist. 8, c. 7, nn. 1-2. 2 Parum infra, c. 14 (PL 150, 423 D-424 A). 3 Id est Lanfrancus, *Liber de corpore,* c. 14 (PL 150, 425 A). Quodammodo respicitur August., *Ep. 98 (ad Bonifacium),* n. 9: « Nonne semel immolatus est Christus in seipso, et

Num. 8: Quasi omnia ad litteram ex *Summa sent.,* VI, 7 (PL 176, 144 B-C), ut notat N. M. Haring (ibid. 74). — Num. 9: Iterum ex *Decreto,* c. 48, § 2 (1332).

genda sint (^uia obscure dixerat), consequenter dicens « ita panem vocari corpus Christi, cum vere sit sacramentum corporis Christi quod in cruce positum est, sicut ipsa immolatio quae fit manibus sacerdotis vocatur Christi passio: non rei veritate, sed significanti mysterio, et sicut sacramentum fidei dicitur fides ».

10. Satis responsum est haereticis obiectionibus eorum qui negant verum corpus Christi in altari esse, et panem in corpus vel vinum in sanguinem mystica consecratione converti, dicentes 1; « Quis audeat manducare Dominum suum? » Quis etiam audeat dicere quotidie formari corpus Christi de materia vel substantia quae non fuit caro Virginis?

Cap. 2 (59).

1. Auctoritatibus probat verum corpus Christi esse in altari et in id panem converti. Haec et his similia obiciunt illi, in divino mysterio legem naturae sectantes. Quorum perfidiam subdita convincunt testimonia:

2. Ait enim Veritas 2: *Accipite, hoc est corpus meum.*

3. **Ambrosius in libro De sacramentis.** Item Ambrosius 3: « Si tantum valuit sermo Eliae 4 ut ignem de caelo deponeret, non valebit tantum Christi sermo ut substantias mutet? De totius mundi operibus legitur 5: *Quia ipse dixit, et facta sunt* etc. Sermo igitur qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea quae sunt in id mutare quod non erant? Non enim minus est dare quam mutare novas naturas rebus ».

4. **Ambrosius.** Item 6: «Si ordinem quaerimus, viro mixta femina generare consueverat. Liquet igitur quod praeter naturae ordinem Virgo

4 significanti] significati AV, significante BLR, *quod corr. in* significandi LR. 6 haereticis] et *add.* NVX. 18 Christi sermo *trp.* LMR. 19 potuit ex nihilo *trp.* AOW.

tamen in sacramento... omni die populis immolatur...? Si enim sacramenta quamdam similitudinem earum rerum quarum sacramenta sunt non haberent, omnino sacramenta non essent. Ex hac autem similitudine plerumque etiam ipsarum rerum nomina accipiunt. Sicut ergo secundum quemdam modum sacramentum corporis Christi corpus Christi est, sacramentum sanguinis Christi sanguis Christi est, ita sacramentum fidei fides est » (PL 33, 363s; CSEL 34-11, 530s). 1 Dictum est Augustini, in *Sermone Mai 129,* n. 1 (PLS 2, 519). 2 Matth. 26, 26. 3 *De mysteriis,* c. 9, n. 52 (PL 16 [1845], 406 D - 407 A; CSEL 73, 112). 4 Resp. IV Reg. 1, 14. 5 ps.]48; 5, 6 Ambrosius, ibid., n. 53 (407 A; 112).

Num. 10: Cf. *Glossa* Magistri in I Cor. 10, 16 (PL 191, 1623 D).

Cap. 2, n. 3: Ex *Decreto,* de consecr. d. 2, c. 69, § 2 (1340); in parte iam in *Glossa* in I Cor. 11, 25, seu in n. 15 tractatus primitivi, ex *Summa sent.* VI, 5 (PL 176, 142 A-B). — Num. 4: Prima auctoritas, ex *Decreto,* ibid., c. 69, § 3 (1340); altera, ad finem eiusdem § 3.

generavit. Et hoc quod conficimus corpus ex Virgine est. Quid hic quaeris naturae ordinem in Christi corpore, cum praeter naturam sit ipse partus ex Virgine? » — Item i; « Ante benedictionem alia species nominatur; post consecrationem corpus significatur. Ante consecrationem aliud dicitur; post consecrationem sanguis nuncupatur. Tu dicis: *Arnen;* hoc est: verum est. Quod sermo sonat, affectus sentiat ».

5. Augustinus in libro Sententiarum Prosperi [1]. Item **Augustinus**2: « In specie panis et vini quam videmus, res invisibiles, id est carnem et sanguinem, honoramus. Nec similiter pendimus has duas species sicut ante consecrationem pendebamus, cum fideliter fateamur ante consecrationem panem esse et vinum quod natura formavit, post consecrationem vero carnem Christi et sanguinem quod benedictio consecravit ».

6. **Ambrosius in libro De sacramentis** [3]. Item **Ambrosius**2: « Panis est in altari usitatus ante verba sacra; ubi accessit consecratio, de pane fit Christi caro. Quomodo autem potest quod panis est esse corpus Christi? Consecratione, quae fit Christi sermone ». — Item 4: « Si tanta vis est in sermone Domini ut inciperent esse quae non erant, quanto magis operatorius est ut sint quae erant et in aliud commutentur. Et sic quod erat panis ante consecrationem, iam corpus Christi est post consecrationem, quia sermo Christi creaturam mutat. Et sic ex pane fit corpus Christi, et vinum cum aqua in calicem missum fit sanguis, consecratione verbi caelestis ».

7. Augustinus in sermone quodam De verbis evangelii [4]. Item **Augustinus**5: « Sicut per Spiritum vera caro sine coitu creatur, ita per eundem ex substantia panis et vini idem corpus Christi et sanguis consecratur. Corpus Christi et veritas est et figura: veritas, dum corpus Christi et sanguis virtute Spiritus ex panis vinique substantia efficitur; figura vero est id quod exterius sentitur ».

1 Quid] ergo *add.* BLV, *quod del.* L.

1 Num. 54 (407 B; 113). 2 Immo Lanfrancus, *De corpore et sanguine Christi,* c. 13 (PL 150, 423 C), interpretans verba Augustini a Berengario sibi obiecta ex *De catech. rudibus,* c. 26, n. 50 (PL 40, 344s). 3 Lib. IV, c. 4, n. 14 (PL 16, 439 B - 440 A; CSEL 73, 51s). 4 Ibid., nn. 15-17 et 19 (440 B-441 A, 442 B; 52ss). 5 Rubrica non obstante verba sunt Paschasii Radberti, *De corpore et sanguine Domini,* c. 4, n. 1 (PL 120, 1278 D- 1279 B; CCL-CM 16, 28-29, lin. 18-20, 37-39, 43-44).

Num. 5: Iterum ex *Decreto,* c. 41 (1328). — Num. 6: Ambae auctoritates iam cum quadam variatione in eodem, c. 55 (1334, 1335). — Num. 7: Ex *Decreto,* de consecr. d. 2, c. 72 (1342).

8. **Eusebius ?** Item **Eusebius EmisenusE** « Invisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis et sanguinis sui verbo suo secreta potestate commutat ». — Ex his aliisque pluribus constat verum corpus Christi et sanguinem in altari esse, immo integrum Christum sub utraque specie, et substantiam panis in corpus, vinique substantiam in sanguinem converti.

DISTINCTIO XI

Cap. 1 (60).

1. **De modo conversionis.** Si autem quaeritur qualis sit illa conversio, an formalis, an substantialis, vel alterius generis, definire non sufficio. Formalem tamen non esse cognosco, quia species rerum quae ante fuerant remanent, et sapor et pondus. — Quibusdam 2 videtur esse substantialis, dicentibus sic substantiam converti in substantiam, ut haec essentialiter fiat illa. Cui sensui praemissae auctoritates consentire videntur.

2. Sed huic sententiae sic opponitur ab aliis: Si substantia panis, inquiunt, vel vini convertitur substantialiter in corpus vel sanguinem Christi, quotidie fit aliqua substantia corpus vel sanguis Christi, quae ante non erat; et hodie est aliquid corpus Christi, quod heri non erat; et quotidie augetur corpus Christi, atque formatur de materia, de qua in conceptione non fuit factum.

Cap. 2 (61).

1. **Quomodo dicitur corpus Christi confici de substantia panis ?** Quibus hoc modo responderi potest: quia non ea ratione dicitur corpus Christi confici verbo caelesti, quod ipsum corpus in conceptu Virginis formatum deinceps formetur, sed quia substantia panis vel vini, quae ante non fuerat

1 Eusebius Gallicanus, *Homilia XVII,* n. 2 (CCL 101, 196). 2 Hugoni de S. Victore, in *De sacram.* II, 8, 9 (PL 176, 468); et auctori *Summae sent.,* VI, 4-5 (PL 176, 141s).

Num. 8: Ex *Sumina sent.,* VI, 5 (PL 176, 142 B), potius quam ex *Decreto,* ibid., c. 35 (1325); unde in *Glossa* in I Cor. 11, 25 (PL 191, 1643 B) seu in n. 16 tractatus primitivi.

Dist. XL Cf. L. Hodl, *Der Transsubstantionsbegriff in der scholastischen Théologie des 12 Jahrhunderts,* in *Rech, de théol. anc. et méd.* 31 (1964) 230-259; et H. Jorissen, *Die Entfaltung der Transsubstantiationslehre bis zum Beginn der Hochscholastik,* Münster 1965, 25ss.— Cap. 1, n. 1: Ex *Glossa* in I Cor. 11, 25 (PL 191, 1644 B-C) seu ex tractatu primitivo, nn. 24-26, sub rubrica: *Quae sit illa conversio.*

corpus Christi vel sanguis, verbo caelesti fit corpus et sanguis. Et ideo sacerdotes dicuntur conficere corpus Christi et sanguinem, quia eorum ministerio substantia panis fit caro, et substantia vini fit sanguis Christi. Nec tamen aliquid additur corpori vel sanguini, nec augetur corpus Christi vel sanguis.

2. **Augustinus in libro Sententiarum Prosperi** «Si vero quaeris modum quo id fieri possit, breviter respondeo: Mysterium fidei credi salubriter potest, investigari salubriter non potest». Quod ergo corpus Christi panis in id mutatione non augmentatur, nec sanguis ex vini conversione, eius voluntati et potentiae adscribatur, qui idem corpus eduxit de Virgine. Fit igitur substantia illa ista, sine huius augmento.

3. Nec tamen concedunt quidam quod substantia panis aliquando sit caro Christi, etsi fiat caro Christi; sicut farina facta est panis, et aqua facta est vinum, nec tamen dicitur: farina est panis, et aqua est vinum. — Alii vero concedunt illud quod erat panis vel vinum, post consecrationem esse corpus et sanguinem; nec tamen sequitur: panis est caro Christi, vel vinum est sanguis, quia substantia panis vel vini, postquam facta est Christi caro vel sanguis, non est substantia panis vel vini, sed caro et sanguis.

4. Ideo distinguendum videtur. Cum dicitur: substantia panis, vel id quod erat panis, modo est corpus Christi (manens enim panis, non est corpus Christi, sed mutata), id est: quod facta est, est corpus Christi. — Nec dicimus substantiam panis vel vini materiam esse corporis vel sanguinis, quia non de ea ut de materia formatur corpus; sed ipsa formatur in illud et efficitur illud. — **Augustinus in libro De Trinitate** Unde **Augustinus**2: «Corpus Christi dicimus illud quod ex fructibus terrae acceptum et prece mystica consecratum sumimus in memoriam dominicae passionis. Quod cum per manus hominis ad illam visibilem speciem perducatur, non sanctificatur ut sit tam dignum sacramentum nisi operante invisibiliter Spiritu Dei».

7 id] hoc BLM, hid O, *in corr.* N. 9 in id mutatione *trp.* BLW. 11 huius *om.* MOWX. 21 est>] id *add.* ABLTVW, *lacuna in* X.

1 Immo Lanfrancus, *De corpore et sanguine Christi,* c. 10 (PL 150, 421 D). 2 Lib. III, c. 4, n. 10 (PL 42, 874; CCL 50, 136).¶I,

Cap. 2, n. 2: De auctoritate Augustino attributa, cf. N. M. Haring, *A Study in the Sacramentology of Alger of Liège,* in *Med. Studies* 10 (1958) 53. Dein, quaedam de *Summa sent.,* VI, 4 (PL 176, 141 B). — Num. 4. Auctoritas Augustini, ex *Decreto* Gratiani, de consecrat. d. 2, c. 60 (1337).

5. Assprunt dictum panem ? Quidam vero sic dicunt conversionem illam esse intelligendam, ut sub illis accidentibus, sub quibus erat prius substantia panis et vini, post consecrationem sit substantia corporis et sanguinis, sic tamen ut non eis afficiatur i. Et sic asserunt dictum panem transire in corpus Christi, quia ubi erat panis, nunc est corpus Christi. — Quod si est, quid ergo fit de substantia panis et vini? Illi dicunt vel in praeiacentem materiam resolvi, vel in nihilum redigi 2.

6. Alii vero putaverunt ibi substantiam panis et vini remanere, et ibidem corpus Christi esse et sanguinem; et hac ratione dici illam substantiam fieri istam, quia ubi est haec, est et illa (quod mirum est). Et ipsam substantiam panis vel vini dicunt esse sacramentum. — Sed quod non sit ibi substantia nisi corpus Christi et sanguis, ex praedictis et ex subditis aperte ostenditur.

7. Ambrosius, in libro De sacramentis ? Ait enim Ambrosius 3; « Panem istum quem sumimus in mysterio, illum utique intelligo qui manu Sancti Spiritus formatus est in Virginis utero et igne passionis decoctus in ara crucis. Panis enim angelorum factus est cibus hominum 4. Unde ait 5: *Ego sum panis vivus qui de caelo descendi;* et item 6; *Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Ex his namque duabus sententiis aperte datur intelligi quia panis ille et iste non duo, sed unus panis et una caro procul dubio unum efficitur corpus: illud vere, illud sane quod sumptum est de Virgine, quod resurrexit et in caelum ascendit ».

8. Gregorius, in homilia paschali ? Item Gregorius7: « Quis fi-

1 panem (ru&r.)] transire in corpus Christi *add.* LW. 11 vel] et TX. 12 et ex *(om.* MVWX) subditis *trp. post* ostenditur RTX. 16 Sancti Spiritus *trp.* ATV. 20 ille et iste *trp.* ALRT, *quod corr.* R. 22 resurrexit] surrexit LMNV.

1 Cf. infra, Dist. 12, c. 1. 2 Reicitur haec opinio ab Hugone de S. Victore, *De sacramentis,* II, 8, 9 (PL 176, 468 B); et ab auctore *Summae sent.* VI, c. 5 (PL 176, 142 C). 3 Tantum ex parte et quoad sensum invenitur in libro *De mysteriis,* c. 9, n. 53: «Et hoc quod conficimus corpus, ex Virgine est... Vera utique caro Christi, quae crucifixa est, quae sepulta est, quod resurrexit et in caelum ascendit » (PL 16 [1845], 407 A; CSEL 73, 112). 4 Resp. Ps. 77, 5. 5 Ioan. 6, 51. 6 Ioan. 6, 52. *t* Immo, *Dialogi,* IV, c. 58 (PL 77, 425 D - 428 A). Error est Gratiani (infra), qui sub hac rubrica duas auctoritates diversas Gregorii compingit unacum tribus ex tractatu *De celebratione missae* Remigii Altissiodorensis, qui hanc auctoritatem Gregorii offert ad *Supplices te rogamus* Canonis romani *(Maxima bibliotheca veterum patrum,* XVI, ed. Lugduni 1677, 958 C; vel inter opera Alcuino attributa, *De divinis officiis,* c. 40, PL 101, 1263 A).

Num. 7: Unacum rubrica, ex *Decreto,* de consecrat, d. 2, c. 74 (1344). — Num. 8: ex eodem, c. 73 (1343).

delium habere dubium possit, in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem caelos aperiri, in illo Christi mysterio angelorum choros adesse, summa et ima sociari, unum quid ex invisibilibus atque visibilibus fieri? »

9. Idem 1; « Eodem momento et in caelum rapitur ministerio angelorum consociandum corpori Christi, et ante oculos sacerdotis in altari videtur ». « Sicut2 divinitas Verbi totum implet mundum, ita multis locis illud corpus consecratur; nec sunt tamen multa corpora Christi, sed unum corpus et unus sanguis. Ideoque, sive plus sive minus quis inde percipiat, omnes aequaliter corpus Christi integerrime sumunt ».

10. Post consecrationem igitur non est ibi substantia panis vel vini, licet species remaneant: est enim ibi species panis et vini, sicut et sapor; unde « aliud videtur, aliud intelligitur » 3.

Cap. 3 (62).

Quare sub alia specie. Sub alia autem specie tribus de causis carnem et sanguinem tradidit Christus, et deinceps sumendum instituit: ut fides scilicet haberet meritum, quae est de his quae non videntur 4: quia « fides5 non habet meritum, cui humana ratio praebet experimentum ». — Et etiam ideo, ne abhorreret animus quod cerneret oculus: **(Gregorius, in homilia paschali ?)** « quia 6 non habemus in usu carnem crudam et sanguinem comedere ». — **Augustinus ?** Quia ergo « Christum 7 vorari den-

3 quid] quidem ABLNVW. | invisibilibus atque visibilibus *trp.* LNVX. 7 illud corpus *trp.* BNVX. 19 usu MOT *Grat., Alcuinus,* usum *alii codd.*

1 Iam sub nomine Gregorii: *Idem quoque alibi,* apud Remigium (ibid.). z Verba ipsius Remigii, ut videtur, parum supra (ed. Lugd., 957 E-F; PL 101, 1260 D - 1261 A). 3 Augustinus, *Sermo 272: Ad injantes, de sacramento* (PL 38, 1247); apud Remigium (957 F; 1261 B), remote ex Floro Lugd., *De expositione missae* (PL 119, 54 C). 4 Cf. supra, Lib. III, d. 23, c. 2 (p. 141), et c. 7 (146). s Greg., *In Evang.,* hom. 26, n. 1 (PL 76, 1197 C). 6 Verba sunt Remigii in eodem tractatu (ed. Lugd., 957 G; PL 101, 1261 B). 7 Rectius, Paschasius Radbertus, *De corp, et sanguine Domini,* c. 4 (PL 120, 1277 C; CCL-CM 16, 27).

Num. 9: forsitan abbreviatur ex eodem c. 73, §§ 2-3 (1343-1344); ubi etiam in § 4, ultima verba huius capituli.

Cap. 3: Eadem quaestio in *Glossa* in I Cor. 11,25 (PL 191,1641 D - 1642 A) seu in tractatu primitivo, n. 4, ubi etiam eaedem tres causae offeruntur quae hic fusius illustrantur auctoritatibus sumptis ex *Decreto,* de consecr. d. 2: Gregorii, ex eodem c. 73, § 4 (1344); Augustini, ex c. 72, § 2 (1343); Ambrosii, ex c. 43 (1329).

tibus fas non ist, in mysterio carnem et sanguinem » nobis commendavit. — Et etiam ideo, ne ab incredulis religioni insultaretur. Unde Augustinus 1; « Nihil rationabilius quam ut sanguinis similitudinem sumamus: ut ita et veritas non desit, et ridiculum nullum fiat a paganis, quod cruorem occisi hominis bibamus ». — **Ambrosius** 2: Ne igitur hoc fieret, et « ne 2 veluti quidam horror esset cruoris, in similitudinem accipis sacramentum ». — Ex praemissis iam liquet quare sub alia specie, et quare sub ista 3, hoc sacramentum Dominus celebraverit et celebrari a nobis instituerit.

Cap. 4 (63).

1. **Quare sub duplici specie.** Sed quare sub duplici specie sumitur, cum sub alterutra totus sit Christus? Ut ostenderetur totam humanam naturam assumpsisse, ut totam redimeret. Panis enim ad carnem refertur, vinum ad animam; quia vinum operatur sanguinem, in quo sedes animae a physicis esse dicitur4. Ideo ergo in duabus speciebus celebratur, ut animae et carnis susceptio in Christo, et utriusque liberatio in nobis significetur. — **Super epistolam ad Corinthios** 5: Valet enim, ut ait Ambrosius 5, « ad tuitionem corporis et animae quod percipimus: quia caro Christi pro salute corporis, sanguis vero pro anima nostra offertur, sicut praefiguravit Moyses 6: *Caro,* inquit, *pro corpore nostro offertur, sanguis vero pro anima* ».

2 religioni] Christiane *add.* BW, *add. interi.* V2 *(glossator).* 6 accipis] accipitur LX, accipi AM, *sed corr. in* accipimus M, *corr. ex* accipi O, *corr. in* accipi N. 11 specie sumitur *trp.* TV. 20 nostro] vestro OTW.

1 Idem Radbertus, c. 13 (1315 B-C; 84). 2 *De sacramentis,* VI, c. 1, n. 3 (PL 16 [1845], 455 A; CSEL 73, 73). 3 De hoc ultimo supra, Dist. 8, c. 7, nn. 2-4. 4 Non invenimus apud physicos; inter theologos notare licet eundem Paschasium, *De corp, et sang.,* c. 11 (1309 B; 75); cui addi potest Manegoldus Lautenbachensis *in glosis super apostolum:* « nihil inventum est in creaturis omnibus per quod vicinius [anima] representaretur quam per sanguinem, qui sedes anime dicitur... »; qua verba repetit Anselmus Lauden. in lectione sua in I Cor. 10, 16 (olim Anselmo Cantuar. attributa sub titulo *Epistola de coena Domini,* seu *De corp, et sang. Domini;* PL 159, 255 B). Cf. O. Lottin, *Psych, et morale,* V, 143-153. 5 Ambrosiaster, *In I Cor.* 11, 26 (PL 17 [1845], 243 B; CSEL 81-11, 128). 6 Resp. Lev. 17, 11: *Anima carnis in sanguine est;* et Deut. 12, 23: *Hoc solum cave, ne sanguinem comedas; sanguis enim eorum pro anima est.*

Cap. 4, n. 1: Quaestio iam in *Glossa* (1642 D), cum auctoritate Ambrosii parum supra (1641 B-C), prope ante initium tractatus, ubi questio invenitur sub n. 4.

2. Sed tamen sub utraque specie sumitur quod ad utrumque valet, quia sub utraque sumitur totus Christus. Sed si in altera tantum sumeretur, ad alterius tantum, id est corporis vel animae, non utriusque pariter tuitionem valere significaretur. Sub utraque tamen specie totus sumitur Christus; nec plus sub utraque, nec minus sub altera tantum sumitur. — **Hilarius** [1]: «Eadem enim ratio est, ut ait Hilarius, in corpore Christi, quae in manna praecessit; de quo dicitur [2]: *Qui plus collegerat non habuit amplius, nec qui minus paraverat habuit minus».*

3. Et licet sub utraque specie totus Christus sumatur, tamen non fit conversio panis nisi in carnem, nec vini nisi in sanguinem. Nec debent dici duo sacramenta, sed unum, quia sub utraque specie idem sumitur; neque iterari sacramentum, quia benedictio non repetitur super eandem speciem. Neque aliae substantiae in sacrificium veritatis offerri debent, quia de aliis non potest consecrari corpus Christi vel sanguis.

Cap. 5 (64).

1. **Quare aqua misceatur.** Aqua vero admiscenda est vino, quia aqua populum significat, qui per Christi passionem redemptus est. — **Iulius Papa** [3]: «Calix ergo dominicus, iuxta canonum praeceptum, aqua et

12 neque] nec BLNVX, debet *add.* LV. ‖ iterari] debet *add.* X. 18 ergo] vero MVX.

1 Hilario papae (461-468) attribuitur a Gratiano, uti infra (et. PL 58, 31 C - 32 C). Quandam affinitatem habet ad Eusebium Gallicanum, *Horn. XVII (de Pascha VI),* n. 4: «De quo pane, vetus narrat historia: *Nec qui plus... minus,* eo quod eucharistiae sacra perceptio non in quantitate, sed in virtute consistat» (CCL 101, 200, lin. 89-90), qui sermo pluries alibi invenitur sub aliis nominibus (cf. *Clavis,* n. 966, ad serm. 16). Maiorem autem affinitatem monstrat ad Pasch. Radbertum, *De corp, et sanguine Domini,* XVII, lin. 3-6: «Si enim figura istius sacramenti *in manna* illa caelesti *praecessit,* vere et huius rei *ratio* exinde aperte monstratur quod *dicitur: Qui plus collegerat, non amplius neque qui minus paraverat, invenit minus»* (PL 120, 1324; CCL-CM 16, 97). Quid sibi hoc velit, nescimus. 2 Exod. 16, 18. 3 Magna ex parte conficitur hoc cap. Iulio attributum (PL 8, 970 B-C) de verbis Cypriani in *Epist. 63,* n. 13 (PL 4, 383 B - 384 A; CSEL 3-1, 712). Capitulum uti iacet videtur esse Concilii Bracarensis III (IV) (an. 675), c. 2 (PL 84, 588 A-B; I. Mansi, XI, 155 E). Repetitur sub nomine Iulii anno 1439 in Concilii Florentini Decreto pro Armenis (DS 1320; *Concit. Oecum. Decreta,* Bononiae 1973, 546).

Num. 2: Revertit Magister ad *Summam sent.,* VI, 6 (PL 176, 142 D -143 A); auctoritatem autem sumpsit ex *Decreto,* de consecr. d. 2, c. 78 (1346), ubi datur sub nomine Hilarii. — Num. 3 dependet ab eadem *Glossa* (1645) seu a tractatu, n. 31.

Cap. 5, n. 1: Eadem quaestio in *Glossa* (1642 D) seu in tractatu, n. 12; auctoritas autem, ex *Decreto,* de consecr. d. 2, c. 7 (1316).

vino mixtus çiebct offerri, quia videmus in aqua populum intelligi i, in vino ostendi sanguinem Christi. Cum igitur in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur et credentium plebs ei in quem credit copulatur. Quae copulatio aquae et vini sic miscetur in calice Christi, ut mixtio illa non possit separari. Nam si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis ».

2. Si vero quaeritur an irritum sit quod geritur, si aqua praetermittatur, audi quid sequitur in eodem canone 2 (Iulius ?: « Non potest, inquit, calix Domini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi utrumque misceatur ». — Cyprianus ?: Item Cyprianus 3; « Calix Domini non est aqua sola, aut vinum solum, nisi utrumque misceatur; sicut nec corpus Domini potest esse farina sola, nisi utrumque fuerit adunatum, et panis unius compage solidatum ». — Si quis tamen, non intendens introducere haeresim, oblivione vel ignorantia aquam praetermiserit, non videtur esse irritum sacramentum, sed ille graviter est corripiendus. Nam et Graecorum Ecclesia non apponere aquam dicitur. Quod etiam ex dictis Cypriani videtur posse colligi. — Cyprianus ?: Ait enim 4; « Si quis de antecessoribus nostris vel ignoranter vel simpliciter non hoc servavit, quod nos Dominus facere exemplo et magisterio docuit, potest simplicitati eius indulgentia Domini venia concedi. Nobis vero non potest ignosci, qui nunc a Domino instructi sumus, ut calicem Domini cum vino mixtum, secundum quod Dominus obtulit, offeramus ». Ex hoc videtur quod, si quis simpliciter vel ignoranter vinum offerat sine aqua, sacramentum conficiat.

3. Aqua vero nullatenus sine vino potest offerri in sacrificium; nec

2 vino aqua *trp.* ABLRT. 18 hoc servavit] observavit NVX. ‖ servavit] servaverit AL.

1 Forsitan resp. Apoc. 17, 15: *Aquas quas vidisti... populi sunt.* Quodammodo autem traditionem tangit quam exhibent Manegoldus Lautenbach. et Anselmus Laudensis: "Aqua cum vino ideo ponitur in sacramento, ut aqua, que de Christi latere cum sanguine fluxit, representetur. Que aqua significat populum » etc. (Cf. O. Lottin, *Psych, et morale,* V, 152). 2 Parum infra in locis supra citatis. *3 Epist. 63 (ad Caecilium),* c. 13 (PL4, 384 B; CSEL. 3-1, 712). » Ibid., c. 17 (PL 4, 387 B; CSEL 3-1, 715).

Num. 2: Unacum auctore *Summae sent.,* VI, 9 (PL 176, 145 C), eidem quaestioni respondit Magister sine assertione in *Glossa* (1645 C-D) seu tractatu, n. 34, quia non munitus auctoritatibus. Tres nunc offert ex *Decreto* quae quaestionem quodammodo solvunt: illam Iulii, de consecrat, d. 2, c. 7 § 1 in fine (1316); primam Cypriani, ex c. 2 (1314s); alteram,, ex c. 3 (1315).

panis nisi de frumento; nec granum frumenti nisi redactum in panem, quia Christus et panem se dicit et grano frumenti se comparat 1.

4. Determinatio praemissorum. Quod ergo supra dictum est, 'non posse vinum solum offerri', determinari oportet. Recipit enim exceptionem: 'non potest', nisi simpliciter vel ignoranter fiat; vel 'non potest', id est non debet. Quibusdam tamen videtur hoc generaliter verum.

Cap. 6 (65).

1. **Quale corpus dedit Christus discipulis iti coena.** Colligitur etiam ex praedictis quod Christus vinum aqua mixtum dedit discipulis. Corpus vero tale dedit quale tunc habuit, id est mortale et passibile. Nunc vero sumitur a nobis immortale et impassibile; nec tamen maiorem habet efficientiam.

2. **Iulius Papa.** Eucharistia quoque intincta non debet dari populo « pro 2 supplemento communionis, quia non legitur Christus alicui discipulorum praebuisse panem intinctum nisi ludae ». — **Augustinus, Super Ioannem** «Tunc 3 vero non accepit ludas corpus Christi», sed tantum panem; corpus vero et sanguinem Christi ante cum aliis discipulis perceperat.

3 Rubrica *om.* RVW. 8 Rubrica *ex elencho capp., om. codd.*

1 Cf. Ioan. 6, 48: *Ego sum panis vitae-* 6, 51: *Ego sum panis vivus·,* 12, 24: *Nisi granum frumenti* etc. 2 Spurium (uti supra); ex Concilio Bracar., c. 1: «Audivimus... alios... intinctam eucharistiam populis pro complemento communionis porrigere... Illud vero quod pro complemento communionis intinctam tradunt eucharistiam populo nec hoc prolatum ex Evangelio testimonium recipit... Nam intinctum panem aliis Christum praebuisse non legitur, excepto illo tantum discipulo » (PL 84, 588 A). 3 Tract. 62, n. 3 (PL 35, 1802; CCL 36, 484).

Cap. 6. Iam quaeritur in *Glossa* in I Cor. 11, 25 (seu in tractatu, n. 32): «Solet etiam quaeri quale dederit apostolis. Dicimus quale tunc erat, id est passibile et mortale» (PL 191, 1645 B). Quod iam tenuit Magister Ivo Carnotensis, *Epist. 287* (PL 162, 285 B-288 A); minus clare, Hugo de S. Victore, *De sacram.,* II, 8, 3 (PL 176, 462 D - 464 C). — Num. 2. Quoad historiam quaestionis, cf. L. Ott, *Untersuchungen zur theol. Briefliteraiur,* 36-37; et propius, Hugo de S. Victore, *De sacram.,* II, 8, 4 (PL 176, 464C-D), necnon et Quili, de Campellis,*De sacramento altaris* (PL 163, 1039 B - 1040 C; aptius, apud O. Lottin, *Psych, et morale,* V, 216s).

DISTINCTIO XII

Cap. 1 (66).

1. **Ubi illa accidentia fundentur.** Si autem quaeritur de accidentibus quae remanent, scilicet de speciebus et sapore et pondere, in quo subiecto fundentur, potius mihi videtur fatendum exsistere sine subiecto, quam esse in subiecto; quia ibi non est substantia nisi corporis et sanguinis dominici, quae non afficitur illis accidentibus. Non enim corpus Christi talem in se habet formam, sed qualis in iudicio apparebit. Remanent ergo illa accidentia per se subsistentia, ad mysterii ritum, ad gustus fideique suffragium, quibus corpus Christi, habens formam et naturam suam, tegitur. $ «)

Cap. 2 (67).

1. **De fractione et partibus.** Solet etiam quaeri de fractione et partitione quae ibi videtur fieri, utrum vera sit; et si vera fractio est, cuius rei sit vel in qua re fiat. Cumque non sit ibi alia substantia quam Christi, si in aliqua substantia est illa fractio, in corpore Christi esse videtur. — Sed econtra: cum ipsum corpus incorruptibile sit, quia immortale et impassibile, in ipso non posse esse videtur. Nam et Christus redarguit[1] carnalem sensum discipulorum, qui putabant Christi carnem sicut aliam in partes dividendam et morsibus lacerandam. 15 20

2. **Quorundam opinio.** Ideo quibusdam placet quod non sit ibi fractio sicut videtur, sed dicitur frangi quia videtur frangi. — **Ambrosius.**

3 autem] vero LT. 5 mihi videtur *trp.* MT. 15 Christi] corpus *add.* AL. 16 esse videtur *trp.* ALNVX. 21 Rubrica om. RVW. 22 Ambrosius *(rubr.) om.* BRVWX.

1 Ioan. 6, 62-64.

Dist. XII. Cap. 1: Cf. Magister in I Cor. 11, 25 (PL 191, 1644C) seu in tractatu primitivo, in fine n. 26, unde prior pars huius capituli. Cui hic quaedam adiungit ex *Summa sent.,* VI, 4 (PL 176, 141 C-D). — Cap. 2. Omnia ex eadem *Glossa* (PL 191, 1644 C-1645 B) seu tractatu, nn. 27-30, quae dependet immediate a *Summa sent.,* VI, 8 (PL 176, 144 C-D). — Num. 2: Opinio videtur esse auctoris *Sententiae Hermanni* (seu *Epitome theologiae Christianae),* c. 29 (PL 178, 1742 B). De hoc capitulo et sequenti, cf. L. Hodl, *Die Confessio Berengarii von 1059. Eine Arbeit zum friihschol. Eucharistietraktat,* in *Scholastik* 37 (1962), 370-394; ubi agitur (385ss) de capp. 2-3; et tunc in lucem datur *Glossa* in eadem pseudo-Petri Pictaviensis (392ss).

Quibus obicitur quod ait Ambrosius 1;« Nihil falsi putandum est in sacrificio veritatis, vel sicut fit in magorum praestigiis, ubi delusione quadam falluntur oculi, ut videant esse quod non est ». — Ad quod hoc illi dicunt: Non fallit nos visus nec fallitur: quod esset, si crederetur ita frangi ut videtur. Nec illusio est, quia ad utilitatem fidei, non ad deceptionem ita fit. Sicut et Christus se ostendit duobus discipulis in via in specie peregrini, nec in eo tamen talis forma erat, sed *oculi eorum tenebantur ne eum agnoscerent* 2.

3. **Aliorum opinio.** Alii vero dicunt quod, sicut ibi species panis est, et non est ibi res cuius vel in qua sit illa species, ita est ibi fractio quae non fit in aliqua re, quia nihil ibi frangitur. Quod mirabiliter Dei potentia fieri dicunt, ut ibi sit fractio, ubi nihil frangitur.

Cap. 3 (68).

1. **Aliorum opinio. Confessio Berengarii.** Alii tradunt corpus Christi essentialiter frangi et dividi, et tamen integrum et incorruptibile exsistere. Quod se colligere asserunt ex confessione Berengarii 3, qui confessus est coram Nicolao Papa et pluribus episcopis « panem et vinum quae in altari ponuntur, post consecrationem non solum sacramentum, sed etiam verum corpus et sanguinem Christi esse; et sensualiter, non solum in sacramento sed in veritate manibus sacerdotum tractari et frangi,, et fidelium dentibus atteri ».

2. **Sententia probabilior.** Sed quia corpus Christi incorruptibile est, sane dici potest fractio illa et partitio non in substantia corporis, sed in ipsa forma panis sacramentali fieri: ut vera fractio et partitio sit ibi, quae fit non in substantia, sed in sacramento, id est in specie. Ne autem mireris vel insultes, si accidentia videantur frangi, cum ibi sint sine subiecto, licet quidam asserant 4 ea fundari in aëre.

3 quod2 *om.* LNVW. 11 fit] sit B, est NVX. 14 Confessio Berengarii *om.* RVW..

1 In vanum quaesivimus hoc apocryphum. 2 Resp. Luc. 24, 16. 3 DS 690. Cf. textus ad fidem codicum ed. apud J. de Montclos, *Lanfranc et Bérenger,* 172, lin. 16ss. 4 Ita Petrus Abaelardus, iuxta Guill. de S. Theodorico, *Disputatio adversus Petrum Abaelardum,* c. 9: « Dicit etiam magister Petrus... accidentia prioris substantiae remanere in

Cap. 3, n. 1: Confessio Berengarii, ex *Decreto* Gratiani, de consecr. d. 2, c. 42 (1328). — Num. 2. Talis sententia, hic accepta, proponitur in *Glossa* (1645 A) seu in tractatu, n. 29, ex *Summa sent.*, uti supra notatur.

3. Est ibi vera fractio et partitio, quae fit in pane, id est in forma panis; unde Apostolus ait i; *Panis quem frangimus,* quia forma panis ibi frangitur et in partes dividitur; Christus vero integer manet et totus est in singulis. — **Augustinus in sermone De verbis Evangelii** *:* Unde Augustinus 2; « Quando Christus manducatur, vita manducatur. Sed quis audeat manducare Dominum suum? Et tamen invitans nos ad manducandum ait 3: *Qui manducat me, vivit propter me.* Nec occiditur Christus ut manducetur, sed mortuos vivificat. Quando manducatur, reficit, non deficit. Vivit manducatus, quia surrexit occisus. Nec quando manducamus, partes de illo facimus, et quidem in sacramento sic fit ». — **Augustinus** *:* Item 4; « Norunt fideles quomodo manducent carnem Christi. Unusquisque accipit partem suam; unde et ipsa gratia partes vocantur. Per partes manducatur, et manet integer totus. Per partes manducatur in sacramento, et manet integer totus in caelo, manet integer totus in corde tuo ». — « Ideo s ista dicuntur sacramenta, quia in eis aliud videtur et aliud intelligitur. Videtur panis et calix, quod et oculi renuntiant; quod autem fides postulat instruenda: panis est corpus Christi, calix sanguis ».

4. Ex his satis datur intelligi quod fractio et partes quae ibi videntur fieri, in sacramento fiunt, id est in specie visibili. Ideoque illa **Berengarii** verba 6 ita distinguenda sunt: ut « sensualiter, non modo sacramento, sed in veritate » dicatur corpus Christi « tractari manibus sacer-

9 surrexit] resurrexit BNRTX. 11 carnem] corpus NVX. 17 calix] est *add.* L, *add. interi.* T. 19 partes]ille *add.* BNV *Gualt.* 20 illa *om.* LMO.

aëre » (PL 180,280 C), et [Guillelmi] *Epist. 326 (ad Gaudfridum et Bernardum),* n. 3, § 9: « Quod in sacramento altaris in aëre remaneat forma prioris substantiae » (PL 182, 532 B); et Bernardum Claraevall., *Tract, de erroribus P. Abaelardi,* c. 4, n. 10: « Post consecrationem panis et calicis, priora accidentia, quae remanent, pendere in aëre » (PL 182, 1062 B). 1 I Cor. 10, 16. 2 Id est *Sermo Mai 129,* quibusdam transpositis (PLS 2, 518). 3 Ioan. 6, 58. 4 Ibidem, immediate post *sic fit (et* interiecto). 5 *sermo 272: Ad infantes, de sacramento* (PL 38, 1247, 2-4; dein, 1246, 4-7). 6 Supra, in n. 1 huius cap.

Num. 3. Primae duae auctoritates, partim hic in *Glossa* (1645 A) et in tractatu, n. 29, integre dantur in *Giossa* in I Cor. 10, 16 (1623 D -1624 A); nihilominus ex rubrica apparet quod hic sumantur ex *Decreto,* de consecr. d. 2, c. 70 (1341); ultima (« Ideo ista... »), ex c. 58, § 2 (1336). — Num. 4: Auctoritates in fine, ex *Decreto,* ibid., cc. 77-78 (1345s), ubi Hieronymo et Hilario attribuuntur. Doctrina huius capituli, dicit Gualterus de S. Victore, Lombardus « alterum se probat Berengarium » quatenus « catholicam fidem nulla prorsus distinctione indigentem solitis sibi argumentationibus distinguit» *(Contra IV Labyrinthos Franciae,* c. XI; ed. P. Glorieux, AHDLMA 19, 1952, 260-261).

dotum »; « frangi vero et atteri dentibus » vere quidem, sed in sacramento tantum. Vera igitur est ibi attritio et partitio, sed in singulis partibus totus Christus est. — Unde **Hieronymus** i; « Singuli accipiunt Christum Dominum, et in singulis portionibus totus est; nec per singulas minuitur, sed integrum se praebet in singulis ». — Item **Hilarius** 2; « Ubi pars est corporis, est et totum ».

Cap. 4 (69).

1. **Quid illae partes significent.** Quid autem partes illae significent, **Sergius** Papa 3 tradit inquiens: « Triforme est corpus Christi: pars oblatae in calicem missa corpus Christi quod iam surrexit monstrat; pars comesta, ambulans adhuc super terram; pars in altari usque ad finem missae remanens, corpus iacens in sepulcro, quia usque in finem saeculi corpora sanctorum in sepulcris erunt ».

2. Et sicut partes illae mysticam tenent significationem, ita etiam et fractio passionis Christi et mortis est repraesentatio. Unde ipse **ait**4: *Hoc facite in meam commemorationem,* « id est in memoriam passionis et mortis meae ». — **Ambrosius** 5: Nam ut ait **Ambrosiuss**, « quia in morte Christi liberati sumus, huius in edendo et bibendo carnem et sanguinem memores esse debemus ».

1 vero] quoque B *Gualt,* 2 igitur] quidem T, *om.* AVWX. 3 Christus est *trp.* BMN. 3-4 Unde... totus est *marg.* L, *om.* M. 4 singulas] singulos ANRTV, *quod corr. Ni.* 10 surrexit] resurrexit BNRTVX. 15 et> *om.* TBV.

1 *Hieron. (August,* in cod. 0) *in sermone quodam* (rubr.); sed potius Gregorius, praef.. Dom. 5 post Theophaniam, in *Sacramentario Gregoriano* (PL 78, 48 D - 49 A). 2 Uti supra, Dist. XI, c. 4, n. 2. 3 Potius Amalarius Metensis, *De ecclesiasticis officiis,* III, c. 35 (PL 105, 1154 C -1155 A); nomen *Sergius papa* apparet ad initium c. 33 (1553 B). Huic doctrinae Amalarii sese vehementer opposuit noster Florus Lugdun. in suis opusculis contra Amalarium: *Epist 1,* n. 4 (PL 119, 74 B-C); et *De causa fidei, n. 5* (81 A-B). 4 I Cor. 11, 24, unacum Glossa interlin.: « passionis et mortis meae » (cod. 1 60a; m 58v; apud Lyran. VI, 50v). 5 Ambrosiaster, *In I Cor.* 11, 26 (PL 17, 243 A; CSEL 81-11, 127).

Cap. 4, n. 1: Rubrica et auctoritas iam in *Glossa* in I Cor. 11, 25 (PL 191, 1645 D), seu in tractatu, n. 36; sed hic citatur potius secundum *Decretum,* de consecr. d. 2, c. 22 (1321). Cf. etiam Hugo de S. Victore, *De sacram.,* II, 8, 10 (PL 176, 468 C - 469 A), et *Summa sent.,* VI, 9 (PL 176, 145 B). De historia istius auctoritatis, cf. F. Vernet, *Eucharistie du IXe à la fin du XIe siècle,* DThC V, 1211; J. de Ghellinck, *Eucharistie au XIIe siècle en Occident,* ibid., 1274; et A. Gaudel, *Messe dans VÉglise latine,* DThC X, 999. — Num. 2: Verba Ambrosiastri iam in *Glossa* in I Cor. 11, 25 (PL 191, 1641 B), parum ante «pleniorem tractatum» de corpore Domini.

3. **Quis ÿidignus sumat?** Sed caveat quisque ne indigne percipiat, quia *iudicium manducat*[1]. — **Ambrosius** «Non[2] est enim panis iste, qui vadit in corpus, sed panis vitae aeternae, qui animae nostrae substantiam fulcit». «Sic[3] igitur vive, ut quotidie merearis accipere». — Ne accedas indignus: «Indignus[4] est qui aliter celebrat mysterium quam Christus tradidit», vel qui habens mortale peccatum accedit. — **Augustinus:** Ergo «etsi[5] sint peccata quotidiana, vel non sint mortifera. Antequam accedatis, dimittite debitoribus vestris. Si dimittis, dimittitur tibi; et sic securus accede. Panis enim salutaris est, *et non* venenum». Si ita accedis, spiritualiter manducas: spiritualiter enim manducat, qui innocentiam ad altare portat.

Cap. 5 (70).

1. **Si illud sit sacrificium et saepius immoletur Christus.** Post haec ■quaeritur si quod gerit sacerdos proprie dicatur sacrificium vel immolatio, et si Christus quotidie immolatur vel semel tantum immolatus sit. — Ad hoc breviter dici potest illud quod offertur et consecratur a sacerdote vocari sacrificium et oblationem, quia memoria est et repraesentatio sacrificii veri et sanctae immolationis factae in ara crucis. Et semel Christus mortuus est[6], in cruce scilicet, ibique immolatus est in semetipso; quotidie autem immolatur in sacramento, quia in sacramento recordatio fit illius quod factum est semel.

2. **Augustinus, super Psalmum XX:** Unde **Augustinus**[7]: «Certum habemus quia *Christus*[8] *resurgens ex mortuis, iam non moritur,*

1 I Cor. 11, 29. 2 *De sacram.* V, c. 4, n. 24 (PL 16 [1845], 452 A-B; CSEL 73, 68). 3 Ambrosius, *ibid.,* n. 25 (452 B; 69). 4 *Glossa ordin.* in I Cor. 11, 27 (cod. l 60c; m 58c; apud Lyran. VI, 51b), ex Ambrosiastro in h.l. (PL 17, 243 C; CSEL 81-11, 128). 5 *In Ioan.,* tr. 26, n. 11 (PL 35, 1611; CCL 36, 265); in parte, in *Glossa interlin.* in I Cor. 11, 28 (l 60v; m 58v; apud Lyran. VI, 51a). Ultima verba capituli fundantur in illa August., ibid.: «Videte ergo, fratres: panem caelestem spiritualiter manducate, innocentiam ad altare apportate». 6 Cf. I Petri 3, 18; Hebr. 7, 27; Hebr. 9, 28. 7 *Enarr. II in Ps. 21,* n. 1 (PL 36, 170s; CCL 38, 121). 8 Resp. Rom. 6, 9.

Num. 3: Auctoritates Ambrosii, ex *Decreto,* de consecr. d. 2, c. 56 (1335); illa Ambrosiastri, *ex Glossa* in I Cor. 11, 27 (PL 191,1646 B-C); ubi et illa Augustini (1646 C-D).

Cap. 5. Historiam huius cap. delineat M. Lepin, *L'idée du sacrifice de la Messe d'après les théologiens depuis l'origine jusqu'à nous jors,* Paris 1926, 4-157; item A. Gaudel, *Le sacrifice de la messe dans l'église latine du IVe siècle jusqu'à la veille de la Réforme,* DThC X, 964-1085. Cf. etiam *Glossa* Magistri in Hebr. 10, 1-6 (PL 192, 478 C-479 C). — Num. 2. Prima auctoritas Augustini, ex *Decreto,* de consecrat, d. 2, c. 51 (1332s); alia, ex c. 52 (1333).

etc. Tamen, ne obliviscamur quod semel factum est, in memoria nostra omni anno fit, scilicet quoties Pascha celebratur. Numquid toties Christus occiditur? Sed tamen anniversaria recordatio repraesentat quod olim factum est; et sic nos facit moveri, tamquam videamus Dominum in cruce ». — **Augustinus, in Sententiis Prosperi**[1]. Item 1; « Semel immolatus est Christus in semetipso, et tamen quotidie immolatur in sacramento. Quod sic intelligendum est: quia in manifestatione corporis et distinctione membrorum semel tantum in cruce pependit, offerens se Patri hostiam redemptionis efficacem eorum quos praedestinavit[1] ».

3. **Ambrosius, super Epistolam ad Hebraeos**[2]. Item **Ambrosius**[3]: « In Christo semel oblata est hostia, ad salutem potens. Quid ergo nos? Nonne per singulos dies offerimus? Etsi quotidie offeramus, ad recordationem mortis eius fit; et una est hostia, non multae. Quomodo una, et non multae? Quia semel immolatus est Christus. Hoc autem sacrificium exemplum est illius; idipsum, semper idipsum offertur: proinde hoc est sacrificium. Alioquin, quoniam in multis locis offertur, multi sunt Christi? Non, sed unus ubique est Christus, et hic plenus exsistens, et illic plenus. Sicut quod ubique offertur unum est corpus, ita et unum est sacrificium. Christus hostiam obtulit; ipsam offerimus et nunc ». — « Sed quod nos agimus, recordatio est sacrificii. Nec causa suae infirmitatis repetitur, quia perficit hominem; sed nostrae, quia quotidie peccamus ».

4. **De virtute sacramenti**[4]. Ex his colligitur sacrificium esse et dici, quod agitur in altari; et Christum semel oblatum, et quotidie offerri; sed aliter tunc, aliter nunc. Et etiam quae sit virtus huius sacramenti ostenditur, remissio scilicet venialium peccatorum et perfectio virtutis.

3 tamen] tantum ABLNORTW, *quod corr.* W. 7 distinctione] distensione BVW, *quod corr.* V, *corr. ex* distinctione L. 9 eorum] scilicet *add.* BW, *add. interi.* LN. 20 recordatio est *trp.* MNX.

1 Verba sunt Lanfranci, *De corpore et sanguine Domini,* c. 15 (PL 150, 425 B), dictum Augustini a Berengario adductum primum referentis, idemque deinde exponentis. Resp. August., *Epist. 98 (ad Bonifacium episc.),* n. 9: « Nonne semel immolatus est Christus in seipso? et tamen in sacramento... omni die populis immolatur» (PL 33, 363s; CSEL 34-11, 53ss). 2 Resp. Rom. 8, 30. 3 Potius, Ioannes Chrysostomus in Hebr. 10, 1, hom. 17, n. 3 (PG 63, 130s); partim aliter in *Glossa ordin.* in h.l. (l 203c; m 180 b-c; apud Lyran. VI, 152a).

Num. 3: Componitur haec auctoritas, ut videtur, ex *Decreto,* c. 53 (1333), et *Glossa* Magistri in Hebr. 10, 3 (PL 192, 479 B-C). — Num. 4 suggeritur in eadem *Glossa,* parum infra (479 C).

Cap. 6 (71).

1. **De causa institutionis.** Institutum est enim hoc sacramentum duabus de causis: in augmentum virtutis, scilicet caritatis, et in medicinam quotidianae infirmitatis. — **Ambrosius** Unde **Ambrosius**1: «Si quoties effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum effunditur, debeo semper accipere; qui semper pecco, debeo semper habere medicinam ». — **Augustinus** Item **Augustinus**2: « Iteratur quotidie haec oblatio, licet Christus semel passus sit, quia quotidie peccamus peccatis sine quibus mortalis infirmitas vivere non potest. Et quia quotidie labimur, quotidie Christus mystice pro nobis immolatur». — **Gregorius** «Dedit 3 enim nobis hoc sacramentum salutis, ut quia nos quotidie peccamus, et ille iam mori non potest, per hoc sacramentum remissionem consequamur. Quotidie comeditur ipse et bibitur in veritate, sed integer et vivus manet ». ⊢ Item: « Mysterium fidei dicitur, quia credere debes quod ibi salus nostra consistat ».

2. **Augustinus, ad Ianuarium** Si autem quaeritur utrum quotidie communicandum sit, audi quid inde tradit **Augustinus**4: « Quotidie, inquit, eucharistiam accipere nec laudo, nec vitupero; omnibus tamen dominicis diebus communicandum hortor. Si tamen mens in affectu peccandi est, gravari magis dico eucharistiae perceptione quam purificari. Et licet quis peccato mordeatur, si peccandi tamen de cetero non habeat voluntatem et satisfaciat lacrymis et orationibus, accedat securus; sed hoc de illo dico, quem mortalia peccata non gravant ». — **Fabianus Papa**

1 *De sacramentis* IV, c. 6, n. 28 (PL 16 [1845], 446 A; CSEL 73, 58). 2 Immo Paschasius Radbertus, *De corp, et sanguine Domini,* c. 9 (PL 120, 1293 C; CCL-CM 16, 52s). 3 Reapse Remigius Altiss., *De celebratione missae* (ed. Lugd. 957 F; PL 101, 1261 A). Ubi et secunda auctoritas, immediate ante auctoritatem praecedentem. 4 Potius Gennadius, *Liber sive diffinitio eccl. dogmatum,* c. 23 (PL 42, 1217) seu c. 53 (PL 58, 994 A-B).

Cap. 6, n. 1. Cf. *Glossa* Magistri in Hebr. 10, 3: « Et celebratur duabus de causis, scilicet et pro nostra infirmitate, et ut maior Christi dilectio nostris infigatur mentibus, cum recolimus quanta pro nobis gessit » (PL 192, 479 C). — Auctoritas Ambrosii, ex *Decreto,* de consecr. d. 2, c. 14 (1319); pseudo-Augustini, ibid., c. 72 § I (1342); ultima, pseudo-Gregorii, c. 73, § 4 (1344). — Num. 2. Cf. *Glossa* in I Cor. 11, 29 (PL 191, 1647 B-C), quae hic dependet ab illa Gilberti. Auctoritas pseudo-Augustini, ex *Decreto,* de consecr. d. 2, c. 13 (1318s), ubi fons non indicatur; proinde probabiliter rubricam *(ad lanuarium)* sumpsit Lombardus ex sua Glossa in I Cor. 11, 29 (PL 191, 1638 C). Illa Fabiani, ex *Decreto, c.* 16 (1319)-altera, ex c. 10 (1317).

« Sil non frequentius, saltern ter in anno homines communicent, nisi forte quis criminalibus impediatur: in Pascha scilicet et Pentecosten et Natali ». — **Anacletus Papa** «Omnes2 ergo communicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus ».

DISTINCTIO XIII

Cap. 1 (72).

1. **Si haeretici vel excommunicat! hoc sacramentum conficiant.** Solet etiam quaeri utrum pravi sacerdotes hoc sacramentum conficere queant. — Ad quod dici potest quod aliqui, licet pravi sint, consecrant vere, scilicet qui intus sunt nomine, sacramento, etsi non vita, **Augustinus** « quia 3 non in merito consecrantis, sed in verbo efficitur Creatoris ».

2. **Augustinus in libro De corpore Domini** 4: Unde **Augustinus** 4; « Intra catholicam Ecclesiam in mysterio corporis et sanguinis Domini nihil a bono maius, nihil a malo minus perficitur sacerdote, quia non in merito consecrantis, sed in verbo perficitur Creatoris et virtute Spiritus Sancti. Credendum est enim quod in verbis Christi sacramenta conficiantur. Sicut ipse est qui baptizat, ita ipse est qui per Spiritum Sanctum suam efficit carnem et sanguinem ».

3. **Gregorius** 5: Item **Gregorius** 5: « Putant quidam communio-

2 Pentecosten] pentecoste A, pentecostes LNO, *quod corr. in* pentecoste N. 3 ergo] igitur TX.

1 Capitulum spurium; apud I. Mansi, *Concil.* I, 786 B, ex *Decreto* Gratiani. 2 *Epist.* 7, c. 2 [spuria]; apud Mansi I, 602 D; ex Gratiano. 2 Textus integer datur in num. 2. 3 Verba sunt Algeri Leodiensis, *De sacramentis corporis et sanguinis Domini,* III, 8 (PL 180, 840 D - 841 A), unde et rubrica Magistri; sed uti hic exstant, paucis mutatis, sunt Paschasii Radb., *De corpore et sang. Domini,* c. 12, n. 1 (PL 120, 1310 B-C; CCL-CM 16, 76s). 5 Unde initium et finis, nescimus. Reliqua (« Mysterium ideo... attenuatur »), ex Isidoro, *Etymol.,* VI, 19, nn. 42, 38, 39, 40, 38, 42 (PL 82, 255 B-256 D).

Dist. XIII. Cap. 1. Cf. A. M. Landgraf, *Zur Lettre von der Konsekrationsgewalt des von der Kirche getrennten Priesters im 12 Jahrti.,* in *Scholastik 15* (140) 204-227; in *Dogmengeschichte* 111-2, 223-243, ubi agit (226s) de doctrina Lombardi. Caveat autem lector huius studii, quatenus *Quaestiones super epistolas Pauli* (PL 175, 431-634) dependent a versione primitiva *Glossae* Magistri (cf. Proleg. ad tom. I, 88, n. 1). Cf. etiam N. M. Haring, *A Study in the Sacramentology of Alger of Liège,* in *Mediaeval Studies* 20 (1958) 50, et 68-69. — Num. 2. Rubrica «et auctoritas, ex *Decreto,* C. I, q. 1, c. 77 (385).— Num. 3. Ex eodem, C. I, q. 1, c. 84 (387).

nem corporjs minus esse sanctificatam, si illorum fiat officio quorum vita eorum oculis videtur ignobilis. Heu, in quam magnum laqueum incidunt, ut divina et occulta mysteria plus ab aliis sanctificata posse fieri credant, cum unus idemque Spiritus Sanctus in tota Ecclesia invisibiliter ea mysteria et operando sanctificet et sanctificando benedicat. Mysterium ideo dicitur, quod secretam et reconditam habeat dispensationem; sacrificium vero, quasi sacrum factum, quia prece mystica consecratur pro nobis in memoriam dominicae passionis. Sacramentum est in aliqua celebratione, cum res ita fit ut aliquid significatae rei accipiamus. Sacramenta sunt baptisma, chrisma, corpus; quae ideo sacramenta dicuntur, quia sub tegumento visibilium rerum divina virtus secretius salutem eorundem sacramentorum operatur: unde a secretis virtutibus vel sacris sacramenta dicuntur. Panis et calicis sacramentum graece *eucharistia* dicitur, latine *bona gratia* interpretatur; et quid melius corpore et sanguine Christi? Sive ergo per bonos, sive per malos ministros intra Ecclesiam dispensetur, saerum tamen est, quia Spiritus Sanctus vivificat; nec bonorum dispensatorum meritis ampliatur, nec malorum attenuatur. Hoc de corpore Domini, hoc etiam de baptismate et chrismate sciendum est et tenendum: quia virtus divina secretius operatur in eis, et divina solummodo est haec virtus sive potestas, non humanae efficaciae ».

4. Illi vero qui excommunicati sunt, vel de haeresi manifeste notati, non videntur hoc sacramentum posse conficere, licet sacerdotes sint: quia nemo dicit in ipsa consecratione *offero,* sed *offerimus,* quasi ex persona Ecclesiae. Et ideo, cum alia sacramenta extra Ecclesiam possint celebrari, de hoc non videtur. — **Augustinus in sermone De corpore Domini** ? Quod etiam **Augustinus**[1] tradere videtur dicens: «Recolite nomen et advertite veritatem. Missa enim dicitur eo quod caelestis missus ad consecrandum vivificum corpus adveniat, iuxta dictum sacerdotis dicentis 2; *Omnipotens Deus, iube haec perferri per manus sancti angeli tui in*

1 « Un texte d'un pseudo-Augustin inidentifiable » dicit I. de Ghellinck, art. *Pierre Lombard,* in DThC, XII, 2002. De verbo *Missa,* cf. Chr. Mohrmann, *Missa,* in *Vigiliae Christianae 12 (A95S)* 67-92; Fr. J. Doelger, *Ita missa est,* in *Antike und ChristentumG* (1940)81-132; J. A. Jungmann, *Zur Bedeutungsgeschichte des Wortes Missa,* in *Zeitschr. f. kath. TheoL.* 64 (1940) 26-27; id., *Von der « Eucharistie » zur « Messe »,* ibid., 89 (1967) 29-40; et eiusdem *Missarum Solemnia5* II 561SS. Vide etiam infra, Dist. 24, c. 18 (148), n. 3. 2 In Canone Romano, post consecrationem.

Num. 4. Parum post mortem Magistri, circa 1164-1168, haec auctoritas pseudo-Augustini unacum initio n. 6 (« Ex his... praesumit ») transcripta est in tractatu anonymo *De scismaticis,*. ed. I. Dietrich et H. Boehmer, Mon. Germ. Hist., Libelli de lite, III, 112, 31-113, 9.

sublime altare tuum etc. Idcirco nisi angelus venerit, missa nequaquam iure vocari potest. Numquid enim, si hoc mysterium haereticus ausus fuerit usurpare, angelum de caelis mittit Deus oblationem eius consecrare? maxime cum eisdem per Prophetam i comminatus sit dicens: *Maledicam* 's *benedictionibus vestris.* Quod si benedictionibus eorum se asserit maledicturum Veritas, quid erit de hostia? Ergo dicemus illam posse ab illo benedici, quem scimus a Deo fore maledictum cum sua benedictione? Si enim Deus maledixerit et simoniacus benedixerit, quis eorum praevalebit? Numquid benedictio maledicti ad nihilum poterit redigere verba verissima comminantis Dei ?»

5. **Gregorius** 2; « *Maledicam benedictionibus vestris,* id est his quae meis benedictionibus nunc possidetis, vel quidquid a vobis benedicitur; vel quoniam non benedicunt sanctis ex vero corde, vel quia qui inique agunt benedicuntur ab eis, adulanturque peccatoribus dummodo divites sint». — **Hieronymus3**: «*Maledicam benedictionibus vestris,* id est quidquid a vobis benedicetur, per me erit maledictum ».

6. Ex his colligitur quod haereticus a Catholica praecisus nequeat hoc sacramentum conficere, quia sancti angeli, qui huius mysterii celebrationi assistunt, tunc non adsunt, quando haereticus vel simoniacus hoc mysterium temerare praesumit. — **Beda in hotnilia Paschae** « Non 4 enim *20* dubitari licet, ubi corporis dominici et sanguinis mysteria geruntur, supernorum civium adesse conventus ».

7. In huius autem mysterii expletione, sicut formam servari, ita ordinem haberi, scilicet ut sit sacerdos, et intentionem adhiberi oportet, ut illud facere intendat. Sed si non credit de illo mysterio sicut veritas 25 habet, numquid potest intendere illud conficere? Et si non intendit,

2-3 ausus fuerit *trp.* BLMORW. 7 fore *om.* MT. 8 maledixerit *corr. ex* benedixerit OR, benedictionibus heretici (hereticorum W) *add.* AW. 11-15 Notulae *om.* LMNOR, *add. in marg.* TX2, *in tertia columna* ABW. 15 benedicetur] benedicitur TW. 16 Catholica] catholicis B, ecclesia *add.* MW, *add. interi.* R2, fide *add.* LV (vel ecclesia *add. mg.* V2), unitate *add.* AT. 19 temerare] temerarie M, *corr. in* temerarie ALV, celebrare R.

i Malach. 2, 2. 2 immo Hieron., *Comm. in Malach.* 2, 2 (PL 25 [1845], 1553 B et 1554 B). *3 Glossa interi,* in Malach. 2, 3 (apud Lyranum, IV, 425r), ex Hieron., uti in nota praecedenti. 4 *Evang.,* II, hom. 4 (PL 94, 151 C) seu 10 (CCL 122, 249).

Num. 5. Auctoritas Gregorio ascripta, ex *Decreto,* C. 1, q. 1, c. 84 (388); de qua cf. iudicium Correctorum Romanorum (387s). Illa Hieron., ibid., c. 76 (385). — Num. 6. Beda, ex *Glossa* in I Cor. 11, 10: *propter angelos* (PL 191, 1635 A-B). — Num. 7. Cf. A. M. Landgraf, *Beiträge der Frühscholastik zur Terminologie der allgemeinen Sakramentenlehre: die Intention des Spenders der Sakramente,* in *Dogmengeschichte* III-1, 119-145.

numquid conficit? — Aliqui dicunt etiam non recte de illo mysterio sentientem posse intendere, non quidem illud conficere: quod iam esset recte credere, sed id agere quod geritur ab aliis dum illud conficitur; et sic adhibetur intentio. Et si intentio dicatur deesse conficiendi illud mysterium, tamen ex quo intendit ea dicere et agere quae ab aliis geruntur, impletur mysterium.

8. Illud etiam sane potest dici, quod a brutis animalibus corpus Christi non sumitur, etsi videatur. Quid ergo sumit mus? quid manducat? Deus novit.

9. De hoc caelesti mysterio aliqua perstrinximus catholicis fideliter tenenda; qui enim his contradicit, haereticus iudicatur.

Cap. 2 (73).

1. Quid faciat haereticum et quid sit haereticus. Ne autem ignores quid haereticum faciat vel quid sit haereticus, audi breviter quid inde sancti doctores tradant. — **Hilarius in II libro De Trinitate** [1]: **Hilarius** ait 1; « Exstiterunt plures qui caelestium verborum simplicitatem, non veritatis ipsius absolutione susciperent, aliter interpretantes quam dictorum virtus postularet. De intelligentia enim haeresis, non de Scriptura est; et sensus, non sermo fit crimen». Idem in VIII 2: « Intelligentiae sensus in crimine est ». — **Hieronymus, super Osee** [3]: **Hieronymus** dicit quod « ex verbis inordinate prolatis incurritur haeresis ».

2. **Augustinus in libro De utilitate credendi** [4]: **Augustinus,** definiens quid sit haereticus, ait: « Haereticus est, qui alicuius temporalis

7 potest dici *trp.* BMNV. 8 sumit mus... manducat] sumitur... manducatur AB. 10 perstrinximus] a *add.* ABLRVW, *add. sed del.* N. 11 his contradicit *trp.* AMT. 17 absolutione] absolutionem BLNVW,

1 Num. 3 (PL 10, 51 B et 52 A). 2 Rectius lib. VII, n. 38 (PL 10, 231 B). 3 *Glossa ordin. in Osee* 2, 16 (apud Lyranum, IV, 336a), post alia verba Hieron. relata ex *Comm, in Osee* 2, 16 (PL 25 [1845], 838 D - 839 A). 4 Cap. 1, n. 1 (PL 42, 65; CSEL 25, 3).

Num. 8. Cf. id. Landgraf, *Die in der Friifischolastik klassische Frage Quid sumit mus,* in *Dogmengeschichte* II1-2, 207-222.

Cap. 2, n. 1. Prima auctoritas Hilarii invenitur in *Glossa* in I Cor. 11, 19 (PL 191, 1637 D - 1638 A); sed ex codicibus versionis primitivae huius *Glossae* apparet quod revera est additio marginalis seu glossa volatilis (cod. z 60r in summo folio: *Aug. in ii° libro de trin.;* cod. Paris., BN lat. 648, 83 marg, dext.; ac BN lat. 673, 129 marg. sin.; deest in cod. x, f. 100v). — Num. 2. Iam in eadem *Glossa* in I Cor. 11, 19 (PL 191, 1638 C).

commodi, et maxime gloriae principatusque sui gratia, falsas ac novas opiniones vel gignit vel sequitur ».

3. **Gregorius, super Ezechielem** 1; « Qui in expositione sacri eloquii, ut auditoribus placeat, aliquid fingit, sua verba loquitur, non Dei. Qui autem in verbis dominicis aliter quam is qui protulit senserit, etsi sub alio intellectu, tamen ad aedificationem caritatis tendit, Domini sunt verba quae dicit ».

DISTINCTIO XIV

Cap. 1 (74).

1. **De poenitentia.** Post haec de poenitentia agendum est. Poenitentia longe positis necessaria est, ut appropinquent 2. Est enim, ut ait Hieronymus s, « secunda tabula post naufragium », quia si quis vestem innocentiae in baptismo perceptam peccando corruperit, poenitentiae re-

3 Notula *om.* LNORTV, *add. marg.* NX2, *add. in tertia col.* ABW. 6 dicit] Quia ad hoc solum nobis Deus per totam sacram scripturam loquitur ut nos ad suum et proximi amorem trahat *add. (ex Gregor.)* N. 10 positis] a deo *add.* ABLW, *add. interi.* N, scil. a deo *add. interi.* V2.

1 L. I, Hom. 10, n. 14 (PL 76,891 B). 2 Cf. August., *Enarr. in Ps. 94,* 1, n. 2: « Non ergo loco quisque longe est a Deo, sed dissimilitudine... Bonis moribus propinquatur Deo, malis moribus receditur a Deo... Ergo quibusdam *longe positis* et male viventibus psalmus iste dicit: *Venite»* (PL 37, 1217s; CCL 39, 1331s). 3 *Epist. 130 (ad Demetriadem),* n. 9 (PL 22 [1859], 1115; CSEL 56, 189). Iam in Tertulliani *De poenitentia,* n. 4: « Ergo poenitentia vita est, cum praeponitur morti. Eam tu peccator... ita invade, ita amplexare, ut naufragus alicuius tabulae fidem» (PL 1, 1237; CSEL 76, 148).

Num. 3. In Glossa olim Petro Pictaviensi attributa, post *vel sequitur* (in fine n. 2) sic prosequitur textus ut includat hanc notulam Gregorii; nam sine interruptione vel commento auctor glossat: « *ut auditoribus placeat,* non Deo, *aliquid fingit,* id est aliquam expositionem non sanam et catholicam... » (n 54b; p 101b).

Dist. XIV-XXII. Cf. P. Anciaux, *La théologie du sacrement de pénitence au XIIe siècle,* Louvain 1949; B. Poschman, *Die abendlândische Kirchenbusse im frühen Mittelalter,* Breslau 1930; id., *Busse und Letzte Olung,* in *Handbuch der Dogmengeschichte,* 1V-3, Freiburg im Br. 1951; P. Schmoll, *Die Busslehre der Frühscholastik,* München 1909; H. Weisweiler, *Maître Simon et son groupe De sacramentis: textes inédits,* Louvain 1937. — Inter fontes et antecessores Magistri, cf. imprimis Hugo de S. Victore, *De sacram.,* H, 14 (PL 176, 549 D - 578 A), *Summa sent.,* VI, 10-14 (PL 176, 146 C - 153 C). — Quod haec Dist. XIV (Halesiana) non fuit divisa in capitula ante compilationem capp. (supra, p. 14), clare apparet ex codicibus nostris. — Cap. 1, π. 1. Verba Hieron. sumuntur ex *Summa sent.,* VI, 10 (PL 176, 146 C), unde et

medio reparafe potest. Prima tabula est baptismus, ubi deponitur vetus homo et induitur novus 1; secunda, poenitentia, qua post lapsum resurgimus, dum vetustas reversa repellitur, et novitas perdita resumitur. Post baptismum prolapsi per poenitentiam renovari valent, sed non per baptismum; licet homini saepius poenitere, sed non baptizari.

2. Baptismus tantum est sacramentum, sed poenitentia dicitur et sacramentum et virtus mentis. Est enim poenitentia interior, et poenitentia exterior. Exterior sacramentum est; interior virtus mentis est; et utraque causa justificationis et salutis est. — Utrum vero omnis exterior poenitentia sit sacramentum, vel si non omnis, quae hoc nomine censenda sit, consequenter investigabimus2.

3. A poenitentia coepit loannis praedicatio, dicentis3: *Poenitentiam agite: appropinquabit enim regnum caelorum.* Quod autem praeco docuit, idem post Veritas praedicavit, exordium sermonis sumens a poenitentia 4.

Cap. 2 (75).

1. **Unde dicitur poenitentia** Poenitentia dicitur a puniendo, qua quis punit illicita quae commisit. Poenitentiae virtus timore concipitur. Unde Isaiasï: *A timore tuo, Domine, concepimus et peperimus spiritum salutis.*

2. **Ambrosius in sermone Quadragesimae** *: « Est autem poenitentia, ut ait Ambrosius6, mala praeterita plangere, et plangenda ite-

9 iustificationis... est] salutis est et iustificationis NVX. 16 Rubrica *om.* MVW. 20 in sermone Quadragesimae *om.* BLMTX.

1 Resp. Eph. 4, 22-24: *deponere vos... veterem hominem... et induite novum* etc. 2 In Dist. 22, c. 2. 3 Matth. 3, 2. 4 Resp. Matth. 4, 17: *Exinde coepit Iesus praedicare et dicere: Poenitentiam agite: appropinquavit enim regnum caelorum.* 5 Isai. 26, 18, iuxta aliam versionem. 6 *Sermo 25,* n. 1 (PL 17 [1845], 655 A-B); olim genuinus adiudicatus (PLS 1, 593; Clavis, n. 180), nunc cuidam homiliae saec. IX assignatur: cf. P. Mercier, ed., *XIV Homélies du IXe siècle* (Sources chrétiennes 161, Paris 1970), Sermo VII, n. 1, p. 186.

reliqua eiusdem phrasis. Ultima phrasis dependet a *Glossa ordin.* in Matth. 3,2 (apud Lyran., V, 13c). — Num. 2. Iam distinguitur inter poenitentiam interiorem et exteriorem in *Decreto* Gratiani, de poenit. dist. 1, post c. 87, § 5 (1186); cf. etiam Hugo, *De sacram.,* II, 14, 2 (PL 176, 554 D). — Num. 3: in parte ex *Summa sent.,* VI, 10 (146 C); reliqua ex eadem *Glossa ordin.:* « Hoc praeco nuntiat, quod post per seipsam Veritas ».

Cap. 2, n. 1: Ex eadem Glossa. — Num. 2: Verba pseudo-Ambrosii, ex *Decreto,* de poenit., d. 3, c. 1 (1211); illa Gregorii, ibid., c. 6 (1212), paucis mutatis ne videatur repetitio esse Ambrosii.

rum non committere ». — **Gregorius** : Item, **Gregorius**1: « Poenitere est anteacta deflere, et flenda non committere. Nam qui sic alia deplorat ut alia tamen committat, adhuc poenitentiam agere aut ignorat, aut dissimulat. Quid enim prodest si peccata luxuriae quis defleat, et adhuc avaritiae aestibus anhelat? »

3. His verbis quidam vehementius inhaerentes, contendunt vere poenitentem ultra non peccare damnabiliter; et si graviter peccaverit, veram non praecessisse poenitentiam. — Quod etiam aliis muniunt testimoniis.

4. **Isidorus in libro De summo bono** : Ait enim **Isidorus**2: « Irrisor est, et non poenitens, qui adhuc agit quod poenitet. Nec videtur Deum poscere subditus, sed subsannare superbus. *Canis reversus ad vomitum* 3, et poenitens ad peccatum. Multi lacrymas indesinenter fundunt, et peccare non desinunt. Quosdam accipere lacrymas ad poenitentiam cerno, et affectum poenitentiae non habere: quia inconstantia mentis nunc recordatione peccati lacrymas fundunt, nunc reviviscente usu, ea quae fleverunt iterando committunt. Isaias de peccatoribus dicit4: *Lavamini, mundi estote.* Lavatur et mundus est, qui et praeterita plangit, et flenda iterum non admittit. Lavatur et non est mundus, qui plangit quae gessit, nec deserit, et post lacrymas ea quae fleverat repetit ».

5. **Augustinus in Soliloquio** : Item **Augustinus**5: « Inanis est poenitentia, quam sequens culpa coinquinat. Nihil prosunt lamenta, si replicantur peccata. Nihil valet veniam a malis poscere, et mala denuo iterare ». — **Gregorius** : Item **Gregorius** 6: « Qui admissa plangit, nec tamen deserit, poenae graviori se subicit ».

6. **Ambrosius in libro De unica poenitentia** : Item **Ambrosius**1: « Reperiuntur qui saepius agendam poenitentiam putant; qui luxuriantur in Christo. Nam si vere in Christo poenitentiam agerent, iterandam postea non putarent, quia sicut unum baptisma, ita est una poenitentia ». His aliisque pluribus utuntur in assertionem suae opinionis.

1 Gregorius (in *textu) om.* LBR. 5 anhelat] anhelet ABL. 28 sicut] est *add.* BNX. ‖ est una *trp.* MX.

1 In Evang., hom. 34, n. 15 (PL 76, 1256 B). *2 Sententiae* II, c. 16, nn. 1-4 (PL 83, 619 B-C). 3 Resp. Prov. 26, 11; II Petri 2, 22. 4 [sai. 1, 16. 5 potius Isidorus, *Synonyma,* 1, n. 77 (PL 83, 845 A). *6 Regula pastor.,* HI, c. 30 (PL 77, 110 A-B). 7 Lib. II, c. 10, n. 95 (PL 16 [1845], 520 A; CSEL 73, 200).

Num. 3: Magister hic, ut apparet, sententiam refert Gratiani ante c. 1 (1211); parum infra enim *alia testimonia* adducuntur: illud Isidori (n. 4) in c. 11; dein Augustini et Gregorii (n. 5) in cc. 12 et 14 (1213); ac Ambrosii (n. 6), in c. 2 (1211).

7. **Ambuosius, super Epistolam ad Corinthios** : Sed Ambrosius dicit i; « Haec vera poenitentia est, cessare a peccato ». — **Idem, Super Octonarium XXII**2. Et item: « Magni profectus est renuntiasse errori: imbutos enim vitiis animos exuere atque emendare, virtutis est perfectae et caelestis gratiae ».

Cap. 3 (76).

1. **Quid sit poenitentia** : Et ideo sane ita definiri potest: Poenitentia est virtus, qua commissa mala cum emendationis proposito plangimus et odimus, et plangenda ulterius committere nolumus. Quia sic poenitentia vera est in animo dolere *et* odire vitia.

2. **Determinatio praemissorum verborum** : Unde illa verba praemissa 3, « poenitere est anteacta deflere et flenda non committere », recte sic accipi possunt, ut non ad diversa tempora, sed ad idem referantur: ut scilicet tempore quo flet commissa mala, non committat voluntate vel opere flenda. Quod innuitur in verbis consequentibus: « Nam qui sic alia deplorat » etc. — **Augustinus in Enchiridion** : Hinc Augustinus ait 4; « Cavendum est ne quis existimet infanda illa crimina 5, qualia qui agunt *regnum Dei non possidebunt,* quotidie perpetranda et eleemosynis quotidie redimenda. In melius est enim vita mutanda, et per eleemosynas de peccatis praeteritis propitiandus est Deus; non ad hoc emendus quodam modo, ut ea semper liceat impune committere. Nemini enim dedit laxamentum peccandi, etsi miserando deleat commissa peccata, si non satisfactio congrua negligatur ». — **Pius Papa** : Item Pius Papa 6,

2 est *trp. p.* Haec BLT. 8 virtus] gratia LW (vel virtus *interi.* W2), *corr. in* gratia R2, vel gratia *add.* N, *add. interi.* T2, *add. mg.* MV2. 9 sic *om.* BLRTVW, *sed add. interi.* L2V2. 11 Rubrica *om.* LRVW. 18 quotidie *om.* MOX.

1 Ambrosiaster, *In II Cor.* 2, 7 (PL 17, 282 B; CSEL 81-11, 207). 2 Id est *In Ps. 118,* 169, sermo 22, nn. 2-3 (PL 15 [1845], 1512 B-C; CSEL 62,489). 3 Sub cap. 2, n. 2. 4 Cap. 70 (PL 40, 265; CCL 46, 87). 5 Hia scilicet enumerata in I Cor. 6, 9-10. 6 In *Decret. Ps-Isidori* (PL 130, 112 C); sed non est absque quadam relatione ad *Pastor* Hermae (tempore Pii pp. primi), Simii. V, 1 (PO 2, 957-58).

Num. 7: Quae his obiciuntur, ex *Glossis* Magistri trahuntur: primo, ex illa in II Cor. 2, 7 (PL 192,18 D), dein ex ea in Ps. 118, 169 (PL 191, 1129 C-D).

Cap. 3, n. 1: In hac definitione legit Manducator *gratia* pro *virtus* (v. lect. variantes); cf. R. Martin, *Pierre le Mangeur « De sacramentis »* (Spic. Sacrum Lovan. 17), 59*. De eventu definitionis, cf. P. Anciaux, *La théologie,* 257; non semel attribuitur S. Augustino. — Num. 2: Interpretatio verborum Gratiani est, ante seq. auctoritatem Augustini; cf. *Decretum,* de poenit., d. 3, c. 18 (1214); ilia Pii papae habetur ibid., c. 21 (1214).

« Nihil prodest homini ieiunare et orare, et alia religionis opera agere, nisf mens ab iniquitate revocetur ». — Qui ergo a malis sic mentem revocat ut commissa plangat, et plangenda committere non velit, nec satisfacere negligat, vere poenitet. Nec ideo non est vera poenitentia, quia forte post,, non de proposito, sed casu vel infirmitate peccabit.

3. Ille autem « irrisor est, et non poenitens » 1, qui sic commissa plangit, ut plangenda voluntate vel opere committere non desinat. — Ille etiam « qui post lacrymas repetit quae flevit, lavatur ad tempus, sed non est mundus », id est illa munditia non est ei sufficiens ad salutem, quia est momentanea, non perseverans.

4. Item illud 2, « Inanis est poenitentia, quam sequens culpa coinquinat », sic intelligendum est: Inanis est, scilicet carens fructu illius poenitentiae quam sequens culpa non inquinat. Illius enim fructus est vitatio gehennae et adeptio gloriae. Mortificatur enim illa poenitentia, et alia ante acta bona, per sequens peccatum, ut non sortiantur mercedem quam meruerunt cum fierent, et quam haberent si peccatum non succederet. Sed et si de peccato succedenti poenitentia agatur, et poenitentia quae praecessit et alia ante acta bona reviviscunt; sed illa tantum quae ex caritate prodierunt. Illa enim sola viva sunt, quae in caritate fiunt;: ideoque, si per sequentia peccata mortificantur, per subsequentem poenitentiam reviviscere possunt. Quae vero sine caritate fiunt, mortua et inania generantur; et ideo per poenitentiam reviviscere non valent 3.

5. Similiter intelligendum est illud 4: « Nihil prosunt lamenta » etc.; et illud: « Nihil valet » etc. Si enim replicentur peccata, nihil valet ad salutem, vel ad veniam in fine, praecedens lamentum, quia nihil relinquitur de vitae munditia. Quia aut peccata dimissa redeunt, ut quibusdam placet, cum replicantur; vel si non redeunt, eis tamen deletis, propter ingratitudinem ita reus et immundus constituitur, cum adhuc in expiandis implicatur, ut si iam deleta redirent. De hoc tamen, scilicet an peccata redeant, post plenius agemus 5.

9 mundus *trp. post* sed NVX. quinat BLM, *corr. interi, in* coinq. V2. liquit X. 28 in *om.* ANRT. 13 non *om.* M, *lacuna* B, *del.* V. ‖ inquinat] coin- 25 relinquitur] relinquet M, reliquerunt LO, re- 29 ut] ac AWX.

1 Dictum Isidori supra, c. 2, n. 4. 2 item Isidori, sub nomine Augustini, supra, c. 2, n. 5. 3 De hoc argumento, v. infra, Dist. 15, cc. 6-7. 4 Utrumque dictum supra, c. 2, n. 5. 5 infra, Dist. 22, c. 1.

Num. 4. Prima pars interpretationis dependet a *Summa sent.,* VI, 12 (PL 176, 150 A),,

6. Similiter 'nihil valet', ad salutem obtinendam vel ad munditiam vitae habendam, 'veniam de malefactis poscere et mala denuo iterare'. — **Augustinus in libro De poenitentia** [1]: Ita etiam intelligendum est illud quod idem **Augustinus** alibi ait [1]; « Poenitentia est quaedam dolentis vindicta, puniens in se quod dolet admisisse ». Et infra [2]: « Continue dolendum est de peccato. Quod declarat ipsa dictionis virtus: 'poenitere' enim est poenam tenere, ut semper puniat in se ulciscendo, quod commisit peccando. Ille poenam tenet, qui semper vindicat quod commisisse dolet. Poenitentia igitur est vindicta semper puniens in se quod dolet commisisse ». « Quid [3] restat nobis nisi dolere in vita? Ubi enim dolor finitur, deficit et poenitentia. Si vero poenitentia finitur, quid relinquitur de venia? Tamdiu gaudeat et speret de gratia, quamdiu sustentatur a poenitentia. Dicit enim Dominus [4]: *Vade, et amplius noli peccare.* Non dixit 'ne pecces', sed 'nec voluntas peccandi in te oriatur'. Quod quomodo servabitur, nisi dolor in poenitentia continue custodiatur? Hic semper doleat et de dolore gaudeat; et non sit satis quod doleat, sed ex fide doleat, et non semper doluisse doleat ».

7. Determinatio intelligentiae dictorum. De poenitentia perfectorum vel ad salutem sufficienti intelligendum est quod supra dixit, scilicet: « Poenitentia est vindicta semper puniens quod commisit », et alia huiusmodi. — Illud vero: « Si poenitentia finitur, nihil de venia relinquitur », dupliciter accipi potest. Si enim, iuxta quorundam intelligentiam, peccata dimissa redeunt, facile est intelligere nihil de venia relinqui, quia peccata dimissa iterum replicantur. Sicut enim ille qui ex servitute in libertatem manumittitur, interim vere liber est, et tamen propter offensam in servitutem postea revocatur; sic et poenitenti peccata vere dimittuntur, et tamen propter offensam quae replicatur, iterum redeunt. Si vero non redire dicantur, sane potest dici etiam sic nihil de venia relinqui: non quod

2 malefactis] malis factis BTVX. 5 admisisse] amisisse BNRT, *quod corr.* N, commisisse X. 6 dictionis] dilectionis BLMNORTW, *quod corr.* BRTW. 14 nec] ne ALNRW, *quod corr.* NR. 25 propter] post MO.

1 Pseudo-Augustinus, *De vera et falsa poenit.,* c. 8, n. 22 (PL 40, 1120). 2 Cap. 19, n. 35 (1128s). 2 ibid., c. 13, n. 28 (1124). 4 Ioan. 8, 11.

Num. 6: Verba pseudo-August. iam in *Decreto,* de poenit., d. 3, cc. 4-5 (1211-1212), ubi cl. editor quaedam verba ps.-August. Gratiano attribuit (post c. 4). De quo libro *De poenitentia,* cf. C. Fantini, *II trattato ps.-agostiniano «De vera et falsa poenitentia»,* in *Ricerche di storia religiosa* I (1954-57) 200-209. — N. 7. Pleraque ex dicto Gratiani post c. 22 (1215).

dimissa peccata iterum imputentur, sed quia propter ingratitudinem ita reus est et immundus constituitur ac si illa redirent.

Cap. 4 (77).

1. **De solemni et unica poenitentia.** Illud autem quod Ambrosius ait i; « Reperiuntur » etc., et « Sicut unum baptisma, ita et una poenitentia », non secundum generalem, sed secundum specialem morem Ecclesiae de solemni poenitentia dictum intelligitur, quae apud quosdam 2 semel celebrata non iteratur. — Item, illud aliud Ambrosii3: « Poenitentia semel usurpata nec vere celebrata, et fructum prioris aufert, et usum sequentis amittit », de solemni intelligitur.

2. Solemnis vero poenitentia, ut Ambrosius in eodem ait4, est, quae fit extra ecclesiam, in manifesto, in cinere et cilicio; quae pro gravioribus horrendisque ac manifestis delictis tantum imponitur. Et illa non est iteranda, pro reverentia sacramenti, et ne vilescat et contemptibilis fiat hominibus. — **Augustinus, ad Macedonium** *.* Unde Augustinus 5; « Quamvis caute et salubriter provisum sit ut locus illius humillimae poenitentiae semel in Ecclesia concedatur, ne medicina vilis minus utilis esset aegrotis, quae tanto magis salubris est, quanto minus contemptibilis fuerit; quis tamen audeat Deo dicere: Quare huic homini, qui post poeniten-

2 est *om.* BRVWX. 6 specialem] spiritualem MNR, *quod corr.* NR. 10 βequentis] consequentis LMO. 14 pro reverentia] propter reverentiam BNVX. 15 fiat hominibus *trp.* BRTX.

1 Supra, c. 2, n. 6. 2 Cf. *Summa divinae paginae* pseudo Petri Pictav., in h.l. .Magistri: « In quibusdam vero ecclesiis non iteratur; que consuetudo est laudabilis ne vilificetur...; in quibusdam vero nunquam iniungitur, ut in Aquitania» (cod. n. 54c-d). Iuxta Rolandum, *Sent.·.* « quantum ad Gallicanam ecclesiam [non iteratur] ex illius Ioci consuetudine » (ed. A. Gietl, 240). 2 *De poenitentia,* II, c. 11, n. 104 (PL 16 [1845], 522 C; CSEL 73, 204). 4 Hoc vix innuit Ambrosius, ibid., n. 99 (521 C; 202). Verba sunt potius *Summae sent.,* VI, 12: « In eodem enim capitulo Ambrosius supponit quod tantum publice agitur. Solemnis poenitentia dicitur, quae fit in manifesto extra ecclesiam, scilicet quae de gravibus peccatis tantum iniungitur... Et olim illa poenitentia non iterabatur, et adhuc in quibusdam ecclesiis hoc servatur pro reverentia sacramenti » (PL 176, 150 B). 5 *Epist. 153,* c. 3, n. 7 (PL 33, 656; CSEL 44, 403).

Cap. 4, nn. 1-2, usque ad verba Augustini, fundatur quasi ad litteram in *Summam sent.,* VI, 12 (PL 176, 150 B). Cf. P. Anciaux, *La théologie,* 148-153), ubi agit etiam de iteratione poenitentiae saeculo XIII. Auctoritas Augustini (in n. 2), ex *Decreto,* de poenit., d. 3, c. 22 (1215).

tiam primanj rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis ?»

3. **Origenes, super Leviticum** *Origenesi* quoque de hac solemn! poenitentia, quae pro gravioribus criminibus iniungitur, ait: « Si nos aliqua culpa mortalis invenerit, quae non in crimine mortali vel in blasphemia fidei, sed in sermonis vel in morum vitio consistat, haec culpa semper reparari potest, nec interdicitur aliquando de huiusmodi poenitentiam agere. Sed non ita de gravioribus criminibus. In gravioribus enim criminibus semel tantum poenitentiae conceditur locus. Communia, quae frequenter incurrimus, semper poenitentiam recipiunt et semper redimuntur ». — 'Communia' dicit venialia peccata, et forte mortalia quaedam aliis minus gravia, quae sicut saepe committuntur, ita frequenter per poenitentiam redimuntur. Sed de gravioribus criminibus semel tantum agitur poenitentia, scilicet solemnis; nam et de illis, si iterentur, iteratur poenitentia, sed non solemnis. Quod tamen in quibusdam ecclesiis is non servatur.

Cap. 5 (78).

1. **Auctoritatibus probat quod non semel tantum, sed frequenter peccata dimittantur per poenitentiam.** Quod vero poenitentia non semel tantum agatur, sed frequenter iteretur, et per eam frequenter iterum venia praestetur, pluribus Sanctorum testimoniis probatur.

2. **Augustinus in libro De poenitentia** Ait enim *Augustinus*2, scribens contra quosdam haereticos qui peccantibus post baptismum semel tantum dicebant utilem esse poenitentiam, ita: « Adhuc instant perfidi, quoniam sapiunt *plus quam oportet* 3, non sobrii, sed excedentes mensuram. Dicunt: Etsi semel peccantibus post baptismum valeat poenitentia,

5 mortalis *corr. ex* moralis LO, *corr. in* moralis N. ‖ vel] non BRTX, non *add.* A. 6 in2 *om.* LNR. 11 venialia peccata *trp.* BNRTX.

1 In cap. 25, 29, id est *Homilia 15,* n. 2 (PG 12, 560 C - 561 A; GCS 29 [1920] 489}. 2 *De vera et falsa poenit.,* c. 5, n. 11 (PL 40, 1116s). 2 ReSp. Rom. 12, 3.

Num. 3: Illa Origenis trahitur (quibusdam omissis) ex *Glossa ordin.* in Levit. 25, 29 (apud Lyran., I, 259c); vel ex Glossa ignota Lombardi in h.l.

Cap. 5. Quaestio introducitur verbis Gratiani ante c. 23 dist. 3 De poenit. (1216), unde sumuntur num. 2 (ex dicto et c. 32, 1219), n. 3 (ex c. 33, 1221), n. 4 unacum titulo operis Chrysostomi (c. 28, 1218), necnon et n. 5 (ex dicto ante c. 24, 1216; dein auctoritas Ambrosii ex c. 26, 1217).

non tamen saepe peccantibus proderit iterata. Alioquin remissio ad peccatum esset incitatio. Dicunt enim: Quis non semper peccaret, si semper redire posset? Dicunt enim Dominum incitatorem mali, si semper poenitentibus subvenit; et ei placere peccata, quibus semper praesto est gratia. Errant autem: constat enim ei multum peccata displicere, qui semper praesto est ea destruere; si ea amaret, non ita semper destrueret ».

3. **Augustinus, ad Macedonium** [1]. Idem, *Ad Macedonium* E « In tantum hominum iniquitas aliquando progreditur, ut etiam post actam poenitentiam, post altaris reconciliationem, vel similia vel graviora committant. Et tamen Deus facit etiam super tales *oriri solem suum* 2, nec minus tribuit, quam ante tribuerat, largissima munera vitae ac salutis. Et quamvis eis in ecclesia locus ille poenitentiae non concedatur, Deus tamen super eos suae patientiae non obliviscitur. Ex quorum numero si quis nobis dicat: Dicite, utrum mihi aliquid prosit ad vitam futuram, si in ista vita illecebrosissimae voluptatis blandimenta contempsero, si me poenitendo vehementius quam prius excruciavero, si uberius flevero, si melius vixero, si pauperes largius sustentavero, si caritate ardentius flagravero? Quis vestrum ita desipit ut huic homini dicat: Nihil tibi ista in posterum proderunt; vade, saltem vitae huius suavitate fruere? Avertat Deus tam immanem sacrilegamque dementiam! »

4. **Ioannes Chrysostomus** [3]. Item Ioannes **Chrysostomus**, *De reparatione lapsi*[4]: «Talis, mihi crede, talis est erga homines pietas Dei: nunquam spernit poenitentiam, si ei sincere et simpliciter offeratur. Etiam si ad summum quis perveniat malorum, et inde tamen velit reverti ad virtutis viam, suscipit libenter, amplectitur, facit omnia quatenus ad priorem revocet statum. Quodque est adhuc praestantius et eminentius, etiam si non potuerit quis explere omnem satisfaciendi ordinem, quantulamcumque tamen et quamlibet brevi tempore gestam non respuit poenitentiam; suscipit etiam ipsam, nec patitur quamvis exiguae conversionis perdere mercedem ».

3-4 poenitentibus] peccantibus AMORX, *quod corr.* R. 6 non] ea *add.* NV. ‖ ita] ea *add.* BX. 8 actam] peractam ALNOW. 19 vitae huius *trp.* AMOW. 21 Rubrica *om.* BRVWX. ‖ loannes *(rubr.) om.* LMT.

1 *Epist. 153,* c. 3, n. 7 (PL 33, 655s; CSEL 44, 401ss). 2 Resp. Matth. 5, 45. 3 *Paraenesis ad Theodorum lapsum,* I, n. 6 (PG 47, 284); uti autem hic iacet, textus latinus invenitur potius in cod. Bibi. Abbatiae Casinensis CLII, et in cod. Leningrad Public. Biblioteka lat. F.v.I. n° 4. Cf. *Florilegium Casinense* 3 (1877) 393b3-14; et A. Staerk, *Mitteilungen aus den lat. Handschriften zu St. Petersburg,* in *Studien und Mitteilungen aus dem Benediktiner- und dem Cistercienser-Orden* 31 (1910) 12, lin. 6-15; Cf. infra, p. 548.

5. Exemplis etiam hoc idem astrui potest. David enim per poenitentiam adulterii simul et homicidii veniam impetravit 1; et tamen graviter postea deliquit in populi enumeratione: quod populi multitudo prostrata ostendit 2. — **Ambrosius in Apologia David** « Illud 3 autem mirabile est, quod angelo ferienti plebem se obtulit dicens4: *Grex iste quid fecit? Fiat manus tua in me et in domum patris mei.* Quo facto, statim sacrificio dignus iudicatus est, qui absolutione aestimabatur indignus. Nec mirum si tali sua oblatione pro populo peccati sui adeptus est veniam, cum Moyses offerendo se pro plebis errore peccata diluerit 5 ».

6. His aliisque pluribus testimoniis evidenter ostenditur per poenitentiam non semel tantum, sed saepius nos a peccatis surgere, et veram poenitentiam saepius agi. *Voluntarie enim peccantibus nobis,* ut ait Apostolus 6, *non relinquitur hostia pro peccatis,* secunda scilicet, quia semel tantum Christum oportuit pati. Nec relinquitur secundus baptismus. — **Ioannes Chrysostomus** 7 Relinquitur vero secunda poenitentia, et tertia, et deinceps, ut **Ioannes Chrysostomus** super hunc locum ait *F* « Sciendum, inquit, quod hic quidam exsurgunt, horum verborum occasione poenitentiam auferentes, quasi per poenitentiam non valeat peccator post lapsum resurgere secundo et tertio et deinceps. Verum in hoc etiam poenitentiam non excludit, nec propitiationem quae saepe fit per poenitentiam, sed secundum baptismum et hostiam ».

DISTINCTIO XV

Cap. 1 (79).

1. Quod pluribus irretitus peccatis non potest poenitere vere de uno nisi de omnibus poeniteat. Et sicut praedictis auctoritatibus illorum error

1 Exemplis] exemplo BTV. 4 Rubrica *om.* RVW. 21 secundum baptismum *trp.* BRTVX. 25 nisi] et *add.* BRW *{et elenchus capp.).*

1 Resp. II Reg. 12, 13. 2 II Reg. 24, 10-15; I Parai. 21, 1-14. *1* Cap. 7, η. 38 (PL 14 [1845], 865 C; CSEL 32-11, 323). 4 I Parai. 21, 17; II Reg. 24, 17. s Resp. Exod. 32, 31-32: *Dimitte eis hanc noxam, aut... dele me de libro tuo.* 6 Hebr. 10, 26. r *In Hebr.,* hom. 20, η. 1 (PG 63, 143).

Num. 6, *exGlossa* Magistri in Hebr. 10,26-27, ubi et verba Chrysostomi (PL 192,485 A-B).

Dist. XV. Iterum apparet ex codicibus quod Magister materiam in capitula diviserit solum quando elenchum capp. confecit. — Cap. 1, nn. 1-2. Quaestio seu opinio hic venti-

convincitur, qui poenitentiam saepius agendam, et per eam a lapsu peccantes frequenter surgere diffitentur; ita eisdem illorum opinio eliditur, qui pluribus irretitum peccatis asserunt de uno vere poenitere, eiusdemque veniam a Domino consequi posse sine alterius poenitentia.

2. Quod etiam auctoritatibus astruere conantur. **Nahum Propheta** [*] Ait enim Propheta i; *Non indicabit Deus bis in idipsum,* vel ut alii transtulerunt: *Non consurget duplex tribulatio.* Si ergo, inquiunt illi, aliquis sacerdoti fuerit confessus unum de duobus vel pluribus peccatis, et de illo iniunctam sibi a sacerdote satisfactionem expleverit, ceteris tacitis, non pro illo peccato amplius iudicandus est, de quo satisfecit ad arbitrium sacerdotis, qui vicem Christi in Ecclesia gerit. Ideoque, si de eo iterum iudicetur, bis in idipsum iudicat Deus et consurgit duplex tribilatio.

3. **Determinatio praecedentium.** Sed de his ergo tantum oportet illud intelligi, qui praesentibus suppliciis commutantur in bonum et sic perseverant; super quos non consurget duplex tribulatio. Qui vero inter flagella duriores et deteriores fiunt, ut Pharao 2, praesentibus aeterna connectunt, ut temporale supplicium sit eis aeternae poenae initium. — **Augustinus, super Canticum Deuteronomii** [*] Unde **Augustinus** 3; « *Ignis succensus est* etc., id est vindicta hic incipiet, *et ardebit usque ad* extremam damnationem ». — Hoc contra illos notandum est, qui dicunt illud, scilicet *Non iudicabit Deus bis in idipsum,* ad omnia pertinere flagella, quia quidam hic flagellis emendantur, alii hic et in aeternum puniuntur.

11-12 iudicetur] iudicatur ABRTW. 13 ergo *om.* BNTVW. 15 consurget] consurgit MT.

1 Nahum 1, 9, iuxta LXX, dein iuxta Vulgatam; cf. Hieron. in h.l. (PL 25 [1845] 1238 A et C). 2 Resp. Exod. 7-11. 3 Rubrica est Gratiani (infra); verba sunt plus minusve Gregorii, *Moral.* XVIII, 22: « Unde per Moysen Dominus dicit: *Ignis exarsit ab ira mea, et ardebit usque ad inferos deorsum* [Deut. 32, 22]. Quantum ad praesentem etenim percussionem spectat, recte dicitur: *Ignis exarsit ab ira mea.* Quantum vero ad aeternam damnationem, apte mox subditur: *Et ardebit usque ad inferos deorsum.* Licet a quibusdam dici soleat illud quod scriptum est: *Non iudicat Deus bis in idipsum* [Nahum 1, 9]. Qui tamen hoc quod per prophetam de iniquis dicitur, non attendunt: *Et duplici confusione contere eos* [1er. 17, 18] » (PL 76, 56 C).

lata iam proponitur (et eliditur) a Gratiano, *de poenit.,* d. 3, post c. 39 (1224ss), cuius verba hic repetit Magister.— Num. 3 ad verbum ex *Decreto,* de poenit., d. 3, c. 43, necnon ex dictis ante et post idem capitulum (1226).

Cap. 2 (80).

Quot modis contingunt flagella? — **Beda:** « Quinque [1] enim modis flagella contingunt: vel ut iustis merita per patientiam augeantur, ut lob [2]; vel ad custodiam virtutum, ne superbia tentet, ut Paulo [3]; vel ad corrigenda peccata, ut Mariae lepra [4]; vel ad gloriam Dei, ut de caeco nato [5]; vel ad initium poenae, ut Herodi [6], quatenus hic videatur quid in inferno sequatur, secundum illud [7]; *Duplici contritione contere eos* ». — Illa ergo auctoritas Nahum non cogit nos sentire omnia quae temporaliter puniuntur, non ulterius a Deo punienda.

Cap. 3 (81).

1. **De Aegyptiis et Israelitis et Sodomitis?** Nam etsi super eundem locum **Hieronymus** dicat Aegyptios et Israelitas a Deo temporaliter punitos ne in aeternum punirentur, non est tamen de omnibus generaliter intelligendum. — **Hieronymus?** Ait enim sic [8]: « Quod genus humanum diluvio, Sodomitas igne, Aegyptios mari, Israelitas in eremo perdidit, scitote ideo temporaliter pro peccatis punisse, ne in aeternum puniret: quia *non indicabit Deus bis in idipsum*. Qui ergo puniti sunt, postea non punientur; alioquin mentitur Scriptura: quod nefas est dicere ».

2. **Quae sit intelligentia praemissorum.** Attende, lector, his verbis, et cave ne de omnibus generaliter intelligas, sed de his tantum qui inter ipsa flagella poenitentiam egerunt, credentes in Deum Hebraeorum: quam, etsi brevem et momentaneam, tamen non respuit Deus.

6 Uti] sicut NRTVX. 7 eos] domine *add.* LNVX.

1 Pseudo-Beda, *In Matth.* 9, 4 (PL 92, 46 A-B; opus saltem dubium adiudicatur: PLS 4, 2221). 2 Iob. 1, 12-22. 3 Resp. II Cor. 12, 7. 4 Num. 12, 10. 5 Resp. Ioan. 9, 3. 6 Resp. Act. 12, 23. 7 Ier. 17, 18. 8 *In Nahum* 1, 9 (PL 25 [1845J, 1238 B-C).

Cap. 2. Auctoritas Bedae attributa, ex *Olossa* ordin. in Matth. 9, 4 (apud Lyran., V, 32c). Verba quae sequuntur fundantur super dictum Gratiani post c. 42 d. 3 de poenit. (1225).

Cap. 3, ŋ. I. Commentum ante auctoritatem Hieron., ex eodem dicto (1225). — Num. 2: ex eodem dicto, § 1 (1226).

3. **Hieronymus**: Quod autem qui per temporale flagellum non corriguntur, post aeternaliter puniantur, ibidem ostendit, agens de fideli deprehenso in adulterio qui decollatur; ubi ostendit levia peccata brevi et temporali supplicio purgari, magna vero diuturnis aeternisque suppliciis reservari, ita inquiens 1; « Quaerat hic aliquis si fidelis deprehensus in adulterio decolletur, quid de eo postea fiat. Aut enim punietur, et falsum est quod dicitur 2: *Non indicabit Deus bis in idipsum.* Aut non punietur, et optandum est adulteris ut hic brevi poena puniantur, ut frustrentur cruciatus aeternos. Ad quod respondemus Deum, ut omnium rerum, ita suppliciorum quoque scire mensuras; et non praeveniri sententiam iudicis, nec illi in peccatorem exercendae dehinc poenae auferri potestatem; et magnum peccatum magnis diuturnisque lui cruciatibus. Si quis vero punitus sit, ut ille qui Israelitae maledixerat 3, et qui in sabbato ligna collegerat 4, tales postea non puniri, quia culpa levis praesenti supplicio compensata sit ». Levis enim culpa levi supplicio compensatur. — Hic satis innuit **Hieronymus** gravia peccata et hic puniri gravi supplicio et in futuro punienda aeternaliter, de quibus poenitentia non agitur inter flagella; levia vero quae hic puniuntur, levi poena compensationem recipere. Quod in bonis fieri non ambigimus; et in malis forte etiam fit ita.

4. Satis iam apparet, quod illi de prophetia induxerunt5 non facere pro eis qui dicunt ei qui crimen sibi reservat, de alio veniam praestari per poenitentiam.

5. Alias quoque auctoritates inducunt. — **Gregorius super Ezechielem**: Ait enim **Gregorius**6: « *Pluit Dominus super unam civitatem, et super alteram non pluit* 7; et eandem civitatem ex parte compluit, et ex parte aridam relinquit. Cum ille qui proximum odit ab aliis vitiis se corrigit, una eademque civitas ex parte compluitur, et ex parte arida rema-

8 frustrentur] in *add.* ABLNORTWX, *sed del.* BLOR. 26 relinquit] reliquit MOX.

1 Nempe Hieronymus, uti supra (1238 D - 1239 A). 2 Nahum 1, 9 (LXX). 3 Resp. Lev. 24, 14. 4 Num. 15, 35. 5 Supra, cap. 1, ŋ. 2. 6 Lib. I, hom. 10, n. 23 (PL 76, 896 B-C; CCL 142, 155s); uti iacet, textus abbreviatur et aliquantulum mutatur. *r* Amos 4, 7.

Num. 3. Commentum ante auctoritatem Hieron. trahitur ex dicto Gratiani, § 1, post c. 43 (1226); ipsa auctoritas, ex c. 44 (1226). — Num. 5. Verba Gregorii, ex eadem dist. Gratiani, c. 40 (1224); cf. *Summa sent.,* VI, 13 (PL 176,151 D), ubi invenitur in parte. Videsis etiam Sermonem 16 ipsius Magistri (PL 171, 498 B). Illud Ambrosii, ex c. 41 (1224); invenitur etiam in *Glossa ordin.* in Ps. 118, 137 (apud Lyram, III, 271c; cod. Laur. Pl. XVII.4, fol. 173c), et in illa Lombardi in h.l. (PL 191, 1112 C-D).

net: quia sunt quidam qui, cum quaedam vitia resecent, in aliis graviter perdurant ». — **Ambrosius, super Octonarium XVIII** ? Item **Ambrosius** >: « Prima consolatio est quia non *obliviscitur misereri Deus* 2; secunda per punitionem, ubi etsi fides desit, poena satisfacit et relevat ».

6. Ratione quoque utuntur, dicentes: Si is qui unum peccatum confitetur, altero tacito, satisfactionem a sacerdote iniunctam expleverit, numquid, si et peccatum tacitum conversus fuerit confessus, pro utroque ei poenitentia imponetur? Longe hoc videtur a ratione et Ecclesiae consuetudine, quae pro eodem peccato, nisi reiteretur, nulli bis poenitentiam imponit. Fuit ergo illa peccati condigna satisfactio; unde et peccatum deletum videtur.

7. **Quomodo accipienda sint praemissa.** His responderi potest sic. illud **Gregorii**: « *Pluit Dominus* » etc., non ad criminis veniam, sed ad operis peccati desertionem referendum est: ut ideo pars civitatis dicatur complui, quia ab actu et delectatione peccati, cui ante serviebat, modo cessat; non quod eius veniam habeat. Vocaturque *pluvia* illa talis continentia, qua ab opere peccati revocatur, quia ex fonte gratiae Dei id cordi instillatur, ut vel sic paulatim ad poenitentiam veniat, vel eo minus a Deo puniatur qui diuturniori delectatione et actu peccati maius sibi accumulasset tormentum. — Si vero ad indulgentiam reatus *pluvia* referatur, evangelicae sententiae contraire videbitur 3. Si enim propter immisericordiam qua quis proximo non miseretur, etiam quae dimissa sunt replicantur ad poenam, multo magis quae nondum sunt dimissa propter odium fraternum ad poenam reservari probantur. Et si ille « qui arbiter suae voluntatis constitutus est, non potest inchoare novam vitam, ut ait **Augustinus**4, nisi poeniteat eum veteris vitae », quomodo ad novitatem indulgentiae perveniet, qui odii vetustatem non deposuit?

8. Illud etiam quod **Ambrosius**5 ait: « Etsi fides desit, poena

6 expleverit] compleverit T, impleverit VX. 7 conversus *om.* M, *trp. post* confessus B. ‖ conversus... confessus *trp.* NV. 8 videtur *om.* MOW. 20 accumulasset tormentum *trp.* BNRTVX. 28 etiam] autem BNRVW.

i *In Ps. 118,* serm. 18, nn. 2-3 (PL 15 [1845], 1452 D- 1453 A; CSEL 62, 396s), super Ps. 118, 137. 2 Resp. Ps. 76, 10. 3 Nempe Matth. 18, 32-35: *Serve nequam, omne debitum dimisi tibi... Nome ergo oportuit et te miserere conservi tui... Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet universum debitum.* 4 Sermo 351: *De utilitate agendae poenitentiae,* c. 2, n. 2 (PL 39,1537); cf. supra p. 253. 3 Supra, in fine n. 5.

Num. 6 fundatur supra dictum Gratiani post c. 41 (1225). — Num. 7-8: ex dicto Gratiani post c. 44 (1226-1227).

satisfacit » etc., non de fide intelligitur qua creditur in Deum, sed de conscientia delicti. Deest enim fides cum peccati conscientia non subest. Nam, cum delicta omnia nemo intelligat i, est aliquando in homine peccatum, cuius non habet conscientiam. Unde Apostolus2: *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustiflcatus sum.* Cum igitur flagellatur quis pro peccato cuius non est conscius, si patienter fert poenam et humiliter amplectitur, cogitans peccatum se forte habere quod non intelligit, et pro eo puniri a Deo, poena illa satisfacit et relevat gravatum.

9. Ad hoc autem quod obicitur de satisfactione illa: 'Si satisfactio non fuit, iterum imponenda est; si vero iterum imponenda non est, satisfactio fuit; et si satisfactio fuit, veniam impetravit', responderi potest satisfactionem non fuisse, quia ille *dignos fructus poenitentiae* 3 non fecit. — **Augustinus in libro De Poenitentia** : Est enim « satisfactio poenitentiae, ut ait **Augustinus**4, peccatorum causas excidere, nec suggestionibus earum aditum indulgere ». — **Idem in Enchiridion** : Idem 5: « Sane qui scelerate vivunt nec curant talem vitam moresque corrigere, et inter ipsa facinora sua eleemosynas frequentare non cessant, frustra ideo sibi blandiuntur quia Dominus ait 6; *Date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis.* Hoc enim quam late pateat, non intelligunt ».

Cap. 4 (82).

1. **De generibus eleemosynarum** — **Augustinus** 7; «Multa enim sunt genera eleemosynarum, quae cum facimus, adiuvamur. Non solum enim qui dat esurienti cibum, sitienti potum, et huiusmodi, sed etiam qui dat veniam petenti, eleemosynam dat. Et qui emendat verbere in quem potestas datur, vel coercet aliqua disciplina, vel orat ut ei dimittatur peccatum, eleemosynam dat, quia misericordiam praestat. Multa enim bona praestantur invitis, quando eorum consulitur utilitati et non volun-

21 Rubrica *om.* BVW. 24 petenti] penitent! ALT, *quod corr.* L. 25-26 dimittatur peccatum *trp.* LOW.

1 Ps. 18, 13: *Delicta quis intelligit?* 2 I Cor. 4, 4. 3 Resp. Matth. 3, 8. 4 Potius Gennadius, *Liber seu diffinitio eccl. dogmatum, c.* 24 vel 54 (PL 42, 1218; PL 58, 994 C). 5 Cap. 75 (PL 40, 267; CCL 46, 89s). « Luc. 11, 41. 7 *Enchiridion,* cc. 72-73, multis transpositis (PL 40, 266; CCL 46, 88-89).

Num. 9: Prima pars, ex eodem dicto; auctoritas autem *Enchiridion* sumitur ex originali, uti etiam in capitulis sequentibus.

tati. Sed ea<maior est, qua ex corde dimittimus quod in nobis quisque peccavit. Minus enim magnum est erga eum esse benevolum, qui nihil mali tibi fecit; illud multo grandius, ut tuum etiam inimicum diligas, et ei qui tibi malum vult, et si potest facit, semper bonum velis faciasque quod possis ».

2. Quod ergo Dominus ait 1; *Date eleemosynam, et omnia munda sunt vobis,* « itane 2 intellecturi sumus, ut non credentibus in Christum munda sint omnia, si eleemosynas istas dederint? »

Cap. 5 (83).

1. **Quid sit eleemosyna. — Augustinus in Enchiridion** * 3; « Qui vult ordinate eleemosynam dare, a se debet primum incipere, et eam primum sibi dare. Est enim eleemosyna opus misericordiae, verissimeque dictum est *4: Miserere animae tuae, placens Deo* ». « Non 5 ergo se fallant, qui per eleemosynas largissimas fructuum suorum vel pecuniae impunitatem se emere aestimant, in peccatis permanentes, quae ita diligunt, ut in eis optent versari. *Qui vero diligit iniquitatem, odit animam suam* 6; et qui odit animam suam, non est ei misericors, sed crudelis. Diligendo quippe eam secundum saeculum, odit eam secundum Deum. Si ergo vult ei dare eleemosynam per quam sit munda, odiat eam secundum saeculum, et diligat eam secundum Deum ».

2. Hac « eleemosyna7, quam sibi homo primitus debet, mundantur interiora. Ad quod hortans Christus ait 8; *Mundate quae intus sunt* ». « Immundis 9 enim *nihil est mundum, sed polluta sunt eorum mens et conscientia,* ut ait Apostolusio. Immundi vero sunt omnes quos non mundat fides qua creditur in Christum, de qua scriptum est n: *Mundans fide corda eorum*». «Sedi2 ne istas eleemosynas, quae fiunt de fructibus terrae, respuere Christus videretur: *Haec,* inquit^, *oportuit facere,* scilicet iudicium et caritatem Dei; *et illa non omittere,* id est eleemosynas fructuum terrenorum ».

3 mali tibi *trp.* BNR. ‖ grandius] gratius X, gravius ALM, *quod corr.* L. 11 eleemosynam dare *trp.* NRTVX. 11-12 primum sibi *trp.* BNTVX.

1 Luc. 11, 41, supra in fine cap. 3. *1 Enchiridion,* c. 75 (PL 40, 267; CCL 46, 90).
3 Cap. 76 (268; 90). 4 Eccli. 30, 24. 5 Cap. 77 (268s; 91). « Ps. 10, 6.
2 Cap. 76 (268; 90s). s Matth. 23, 26. ◊ Cap. 75 (267; 90). W Tit. 1,15.
n Act. 15, 9. 12 Cap. 76 (268; 91). » Luc. 11, 42.

Cap. 6 (84).

1. **Utrum in mortali peccato permanentes et largas eleemosynas facientes debeant dici satisfacere.** Ex his datur intelligi quod in peccato mortali permanentes, etsi eleemosynas largas faciant, non tamen per eas satisfaciunt, quia inordinate agunt, dum a se non incipiunt. Nec proprie dicitur eleemosyna tale opus, dum sibi ipsis crudeles exsistunt, non placentes Deo. Non igitur dicenda est illa satisfactio peccati, quam quis agit pro uno peccato, dum perdurat in altero: quia (**Pius Papa** †) « nihil prodest ieiunare et orare et alia bona agere, nisi mens revocetur a peccato »; et si aliquando conversus tacitum peccatum sacerdoti fuerit confessus, de utroque imponenda est ei satisfactio, quia de primo condigne non satisfecit 2.

2. **Secundum quosdam fuit satisfactio.** Quibusdam 3 tamen videtur fuisse satisfactio, sed infructuosa dum in peccato altero persistit; percipietur autem eius fructus incipietque proficere cum peccati alterius poenituerit. Tunc enim utrumque dimittitur peccatum, et satisfactio praecedens vivificatur, quae fuerat mortua: sicut baptismus illi qui ficte accedit tunc primitus valet, cum fictio a mente recedit per poenitentiam.

3. **Auctoritates inducunt.** Et in huius opinionis munimentum auctoritates inducunt. — **Augustinus in libro De poenitentia.** Ait enim **Augustinus** 4: « Pium est credere, et nostra fides hoc postulat, ut cum gratia Christi in homine destruxerit mala, priora etiam remuneret bona; et cum destruit quod suum non invenit, diligit bonum quod in peccante plantavit ». — **Hieronymus, super Aggaeum.** Item **Hieronymus** 5; « Si quando videris inter multa peccata quemquam facere aliqua iusta

2-3 Rubrica *ex elencho capp., om. codd.* 11 ei *om.* L, *interi.* T, *trp. post* satisfactio X. *trp.* ABNTVX. 19 Rubrica *om.* RVW. Unde NVX. 7 satisfactio peccati *trp.* ABNRTVX. 15 autem] tamen BMNO. ;| eius fructus inducunt] inducit BMX. 24 Item]

1 Cf. supra, Dist. 14, c. 3, n. 2. 2 Cf. supra, cap. 3, nn. 6 et 9. 3 Gratiano scilicet, in *Decreto,* de poenit. d. 3, in dicto post c. 44, in fine § 2 (1227). *4 De vera et falsa poenit.,* c. 14, n. 29 (inter opp. August., PL 40,1125). 5 in Cap. 1, 6 (PL 25 [1845], 1394 B).

Cap. 6, ŋ. 3. Auctoritas pseudo-Augustini sumitur (cum rubrica) ex *Decreto,* de poenit., d. 3, c. 45 (1227), ubi sequitur, in c. 46, illa Hieronymi. Ultima verba, ut videtur, ex *Glossa ordin.* in Aggaeum 1, 6 (apud Lyranum, IV, 402c).

opera, non ^st tarn iniustus Deus, ut propter multa mala obliviscatur paucorum bonorum »; sed faciet eum metere et in horrea congregare quae in bona terra seminavit 1.

4. **Solutio** *:* Sed haec dicta intelligimus de illo qui in caritate quodam tempore bona facit et bonus est, alio vero tempore malus est et multa peccata facit. Non ergo intelligendum est eum 'inter multa peccata iusta opera' fecisse, quasi simul eodemque tempore peccata fecerit et iusta opera, sed diversis temporibus utraque egisse. Nisi enim bonus foret quando bona fecit, non seminasse in terra diceretur bona. Destructis ergo malis post opera bona commissis, priora bona, in caritate scilicet facta, quae sequentia mala mortificaverant, poenitentia de illis malis habita, vivificantur et remunerantur.

5. **In epistola ad Hebraeos** *:* Unde Apostolus 2; *lacientes fundamentum poenitentiae ab operibus mortuis:* opera mortua nominans, priora bona significat, quae per sequens peccatum erant mortua, quia hi peccando priora bona irrita fecerunt. Haec sicut peccando fiunt irrita, ita per poenitentiam reviviscunt, et ad meritum aeternitatis prodesse incipiunt.

6. Similiter et 'illud bonum amat Deus, quod plantavit in peccante', in illo scilicet qui post illud bonum peccavit, non simul peccans et bene operans exstitit, quia talis hominis opus non diligeret Deus ad remunerationem.

Cap. 7 (85).

1. **Utrum bona quae fiunt ab aliquibus malis valeant ad meritum vitae cum fuerint conversi ad bonum. — Augustinus in libro De patientia** *:* Potest etiam accipi de operibus bonis quae ab aliquo fiunt dum malus est et in peccato mortali persistit, vel ad tempus, vel usque in finem: quae dicuntur remunerari a Deo et non dari oblivioni, non quia proficiant

8 egisse] fecisse NVX. 17 prodesse] proficere NVX. 23-24 Utrum... bonum *ex elencho capp.* 24 patientia] penitencia ABRTX. 26 peccato mortali *trp.* NVX. 27 remunerari a Deo *trp.* LNVX.

1 Resp. Matth. 13, 8; Mare. 4, 8; Lue. 8, 8. z Hebr. 6, 1. Cf. *Glossa* Magistri in h.l. (PL 192, 440 B-C), ubi quaedam verba inveniuntur in fine (440 C). Notare oportet quod plures codd. hic rubricam portant marginalem *Gregorius,* sed revera haec verba sunt Gratiani.

Num. 5 trahitur quasi ad verbum ex *Decreto,* de poenit. d. 4, c. 19, et subsequent! dicto Gratiani (1236).

Cap. 7, n. 1. Dependet tam quoad dictum ante auctoritates quam quoad ipsas a Gratiano, De poenit. d. 4, c. 49 (1228).

ad vitam aeternam obtinendam, sed ad tolerabilius extremi iudicii supplicium sentiendum; sicut de fide et ceteris quae sine caritate habentur **Augustinus** ait i; « Si quis non habens caritatem, quae pertinet ad *unitatem spiritus* et *vinculum pacis* 2 quo Ecclesia connectitur, in aliquo schismate constitutus, ne Christum neget patitur tribulationes, famem, persecutionem, vel flammas, vel bestias, vel ipsam crucem timore gehennae, nullo modo ista culpanda sunt; immo et hic laudanda est patientia. Non enim dicere poterimus melius ei fuisse ut Christum negando, nihil eorum pateretur quae passus est confitendo. Sed aestimandum est fortasse tolerabilius ei futurum iudicium, quam si Christum negando nihil eorum pateretur; ut illud quod ait Apostolus 3: *Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest,* nihil prodesse intelligatur ad regnum obtinendum, non ad extremi iudicii tolerabilius supplicium subeundum ». — Et infra 4: « Haec propter caritatem dicta sunt, sine qua in nobis non potest esse vera poenitentia; quoniam in bonis caritas Dei est quae tolerat omnia 5 ».

2. **Perstringit dictorum summam, ut alia addat.** Ex his ostenditur bona quae sine caritate fiunt, prodesse quidem ad tolerabiliorem poenam sentiendam, sed non ad vitam obtinendam. — Illa etiam quae in caritate quis facit, si postea prolapsus fuerit nec exsurrexerit, non esse in memoria Dei Ezechiel dicit 6; *St averterit se iustus a iustitia et fecerit iniquitatem, numquid vivet? Omnes iustitiae eius quas fecerat non recordabuntur. In* 7 *peccato suo morietur, et non erunt in memoria iustitiae quas fecit.* — **Gregorius** : In cuius loci expositione **Gregorius** ait 8; « Hoc nobis maxime considerandum est, quia cum mala committimus, sine causa ad memoriam transacta bona revocamus, quoniam in perpetratione malorum nulla debet esse fiducia bonorum praeteritorum». — Intelligendum est hic ad vitam percipiendam bona praeterita non dare fiduciam, etsi ad

7 patientia] penitencia OR, *quod corr.* O2. 20 exsurrexerit] surrexerit BL, resurrexerit M. 27 bonorum praeteritorum *trp.* LTV.

1 *De patientia,* c. 26, n. 23 (PL 40, 623s; CSEL 41, 687s). 2 Resp. Eph. 4, 3. 3 I Cor. 13, 3. 4 Immo supra, c. 23, n. 20 (PL 40, 622; CSEL 41, 685s). 5 Resp. I Cor. 13, 7: *Omnia suffert... omnia sustinet.* 6 Ezech. 18, 24. 7 Ezech. 3, 20. 8 *In Ezech.* I, hom. 11, n. 21 (PL 76, 914 B).

Num. 2. Primum dictum conclusio exstat praecedentium. Quod sequitur, textus scilicet Ezechielis et expositio Oregorii, parum infra in *Decreto,* de poenit d. 4, cc. 15-16 (1236). Conclusio est Magistri.

mitiorem poepam; alioquin praemissae auctoritati Augustini obviaret. Et bona igitur sine caritate facta et bona in caritate facta, quae comitatur mortalis culpa, quam non delet sequens poenitentia, ad sensum mitioris poenae proficiunt, non ad vitae fructum.

3. **Alias inducit auctoritates contra eos qui dicunt de uno peccato poenitentiam agi, altero tacito.** Satis arbitror illis esse responsum, qui asserunt de uno crimine poenitentiam agi et veniam praestari, alio in delectatione retento, vel per confessionem non exposito. Qui non modo praemissis auctoritatibus confutantur, sed et subditis:

4. Augustinus in libro De poenitentia. Ait enim Augustinus 1; « Sunt plures quos poenitet peccasse, sed non omnino, reservantes sibi quaedam in quibus delectentur: non animadvertentes Dominum simul mutum et surdum a daemonio liberasse 2. Per hoc docet nos nunquam nisi de omnibus sanari. Si enim vellet peccata ex parte reservari, habentem septem daemonia 3 perficere potuit sex expulsis; expulit autem septem, ut omnia crimina simul eicienda doceret. Legionem vero daemonum ab alio eiciens4, nullum reliquit de omnibus qui liberatum possideret, ostendens quod, si etiam peccata sint mille, oportet de omnibus poenitere. Nunquam aliquem sanavit Dominus, quem non omnino liberaverit. Totum enim hominem sanavit in sabbato s, quia et corpus ab omni infirmitate, et animam ab omni contagione: indicans poenitentem oportere simul dolere de omni crimine. Scio enim Dominum inimicum omni criminoso. Quomodo ergo qui crimen reservat, de alio reciperet veniam? Sine amore Dei consequeretur veniam, sine quo nemo unquam invenit gratiam? Hostis enim Dei est, dum offendit perseveranter. Quaedam enim impietas infidelitatis est, ab illo qui iustus et iustitia est dimidiam sperare veniam. Iam enim sine vera poenitentia inveniret gratiam. Poenitentia enim vera ad baptismi puritatem conatur ducere. Recte enim poenitens quidquid sordis post purificationem contraxit, oportet ut abluat saltem lacrymis mentis. Sed satis durus est, cuius mentis dolorem oculi non declarant. Sed sciat se culpabiliter durum, qui deflet damna temporis vel mortem amici, et

1 Augustini] hoc *add.* ALRW. 11 non M, *Grat., ps.-Aug.,* tamen non N, tamen *alii codd.* ‖ reservantes] servantes MOW. 19 liberaverit] liberavit NVW. 25 enimJ *om.* BMO.

1 *De vera et falsa poenit.,* cc. 9-10 (inter opera August., PL 40, 1121s). 2 Resp. Marc. 7, 32-37. 3 Resp. Luc. 8, 2. 4 Resp. Luc. 8, 30; Marc. 5, 9. s Ioan. 7, 23.

Num. 3-4: ex eodem dicto et c. 42 d. 3 de poenit. (1225).

dolorem peccati non ostendit in lacrymis. Quem ergo poenitet, omnino poeniteat ».

5. **Augustinus** *:* Idem 1; « Poenitentes, poenitentes, si vere estis poenitentes, et non estis irridentes, mutate vitam, reconciliamini Deo. Poenitentiam agis, genua figis, et rides, subsannans patientiam Dei! Si poenitentiam agis, poenitet; si non poenitet, non poenitens es. Si ergo poenitet, cur facis quae male fecisti? Si fecisse poenitet, noli facere; si adhuc facis, certe non es poenitens ».

6. **Innocentius Secundus** Item **Innocentius II**[2]3 «Admonemus fratres nostros, ne falsis poenitentiis laicorum animas decipi et in infernum pertrahi patiantur. Falsam autem poenitentiam esse constat, cum spretis pluribus, de uno solo poenitentia agitur; vel cum sic agitur de uno, ut non discedatur ab alio ».

7. **Repetit de vera poenitentia ut addat.** Ex praemissis perspicua fit notitia verae poenitentiae et satisfactionis. Illa enim vera est poenitentia, quae peccatum abolet. Quod illa sola facit, quae scelus corrigit. Illa vero scelus corrigit, quae odium commissi criminis et committendi cum desiderio satisfaciendi affert.

8. **Hieronymus, super Matthaeum** *:* ludas enim poenituisse legitur sine assecutione veniae, quia tali poenitentia non correxit crimen. Unde **Hieronymus**2: « Nihil ludae profuit egisse poenitentiam, per quam scelus corrigere non potuit. Si quando frater sic peccat in fratrem, ut emendare valeat quod peccavit, potest ei dimitti; sin autem permanent opera, frustra voce assumitur poenitentia. Hoc est quod de eo dicitur4: *Et oratio eius fiat in peccatum,* ut non solum emendare nequiverit proditionis nefas, sed proprii homicidii scelus addiderit ».

3 poenitentes2 *om.* ABLNVX, *del.* W. 9 secundus (II)] quintus T (iam *in rubrica quam in textu), corr. ex* tertius R. 23 emendare] non *add. sed del.* X, *add. interi.* LTV2, *quod del.* L.

1 *Sermo 393* (inter dubios, PL 39, 1713); iam notus fuit S. Caesario Arelatensi (c. 470-542), qui quaedam inde excerpsit in suo *Sermone 63: De poenitentia ex dictis s. Augustini* (CCL 103, 272-274), non tamen haec verba. Cf. animadversiones Dom. G. Morin, ibid., 272, et CCL 104, 979. 2 In Concilio Lateranensi II (1139), c. 22 (DS, n. 717; *Concil. oecum, decreta,* Bononiae 1973, 202). 3 *in Matth.* 27, 5 (PL 26 [1845], 204 C). 4 Ps. 108, 7.

Num. 5: *ex Decreto,* de poenit., d. 3, c. 10 (1213). — Num. 6: ex eodem, de poenit., d. 5, c. 8 (1242). — Num. 8. Verba Hieron. probabilius sumuntur ex *Decreto,* de poenit., d. 3, c. 38 (1224) quam ex *Glossa ordin.* in Matth. 27, 5 (apud Lyranum, V, 83c).

9. Cave^.qualiter intelligas illud: « Ut emendare valeat quod peccavit ». etc. Non enim emendatio hic intelligenda est rei demptae recompensatio, sed delicti exprobratio et abominatio, cum satisfactionis desiderio. Demit enim iniuste quis alicui quod restituere non valet, ut oculum vel vitam et huiusmodi; et tamen si poenituerit peccati, cum amore condignae satisfactionis, veniam habet. Nec ideo quisquam putet, qui rem alienam iniuste abstulit quam reddere potest, de illo peccato poenitere ac veniam consequi, nisi restituat ablatum. Quamdiu enim « res 1, propter quam peccatum est, non redditur, si reddi potest, non agitur poenitentia, sed fingitur ».

DISTINCTIO XVI

Cap. 1 (86).

1. **De tribus quae in poenitentia consideranda sunt.** In perfectione autem poenitentiae tria observanda sunt, scilicet compunctio cordis, confessio oris, satisfactio operis. — **Ioannes Os aureum** *: Unde **Ioannes Os aureum** 2; « Perfecta poenitentia cogit peccatorem omnia libenter ferre. In corde eius contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas: haec est fructifera poenitentia ». Ut sicut tribus modis Deum offendimus, scilicet corde, ore, manu, ita tribus modis satisfaciamus.

2. **Augustinus, De sermone habito in monte** *: « Sunt enim tres peccati differentiae, ut ait **Augustinus**3: et in corde, et in facto, et in consuetudine » vel verbo; « tamquam tres mortes: una quasi in domo, scilicet cum in corde consentitur libidini; altera quasi prolata iam extra

1 emendare] non *add.* ABMRTW, *add. interi.* LV2, *add. sed del.* OX. 5 etq vel MX.

1 August., *Epist. 153 (ad Macedonium),* c. 6, n. 20 (PL 33, 662; CSEL 44, 419). 2 In homilia *Provida mente,* in Ioan. Chrysostomi *Opera omnia,* V, Paris. 1570, 767 B-C, et in editione Venetiis 1583, V, 96c; sed cuius sit, non apparet. Non invenitur inter Ioan. Mediocri seu Chrysostomi Latini sermones (PLS IV, 649-850). 3 *Sermo I,* c. 12, n. 35 (PL 34, 1247; CCL 35, 38); cf. etiam *Sermo 98,* cc. 4-5 (PL 38, 593s).

Num. 9. Ultima auctoritas (sine nomine) in fine huius capituli, ex *Decreto,* C. 14, q. 6, c. 1 (742).

Dist. XVI, c. 1, n. 1: Tria observanda iam proponuntur in *Summa sent.,* VI, 10 (PL 176, 146 D). Auctoritas pseudo-Chrysostomi, in de poenit. d. 1 c. 40 (1168). — Num. 2: ex eodem de poenit. d. 2, c. 21 (1197).

portam, cum in factum procedit assensio; tertia, cum malae consuetudinis tamquam mole premitur animus, vel noxiae defensionis clypeo armatur, quasi in sepulcro iam putens. Haec sunt tria genera mortuorum quae Dominus legitur 1 suscitasse ». Huic igitur triplici morti triplici remedio occurritur: contritione, confessione, satisfactione.

3. Compunctio nobis commendatur ibi 2: *Scindite corda vestra, et non vestimenta vestra.* — Confessio ibi 3: *Justus in principio sermonis accusator est sui·,* vere enim confitetur qui se accusat, qui exsecrando malum sibi imputat. Et ibi 4; *Effundite coram illo corda vestra;* et item 5; *Confitemini alterutrum peccata vestra.* — Satisfactio a Ioanne praecipitur, ubi ait 6; *Facite fructus dignos poenitentiae,* scilicet ut secundum qualitatem et quantitatem culpae sit qualitas et quantitas poenae. — Beda «Non 2 enim par debet esse fructus boni operis, eius qui nihil vel minus peccavit, et eius qui gravius cecidit ».

Cap. 2 (87).

1. Quae attendenda sint — Augustinus in libro De poenitentia Ideo discretio poenitenti valde necessaria est, ut illa gerat quae Augustinus tradit dicens 8: « Consideret qualitatem criminis, in loco, in tempore, in perseverantia, in varietate personae, et quali hoc fecerit tentatione, et in ipsius vitii multiplici exsecutione. Oportet enim poenitere fornicantem secundum excellentiam sui status vel officii, vel secundum modum meretricis, et in modum operis sui, et qualiter turpitudinem egit; si in loco sacrato, si in tempore orationi constituto, ut sunt festivitates et

22 modum2] modo BNRTV, *quod corr.* N2.

1 De puella suscitata *in domo:* Matth. 9, 23-25; de filio viduae suscitato *prope portam* Nairn: Luc. 7, 12-15; de Lazaro suscitato iam foetenti *in sepulcro:* Ioan. 11, 39-44. 2 Ioel 2,13. 3 Prov. 18, 17, iuxta LXX. 4 Ps. 61,9. 5 Iac. 5, 16. 6 Scil. Ioan. Baptista: Matth. 3, 8; Luc. 3,8. 7 *Glossa ordin.* in Matth. 3,8, vel (potius) in Luc. 3,8 (apud Lyranum, V, 14a, 134a); ex Beda in h.l. (PL 92, 353 B-C; CCL 120, 77), ex Gregorio, *In Evang.,* hom. 20, n. 8 (PL 76, 1163 D -1164 A). 8 *De vera et falsa poenit.,* c. 14, n. 29 (inter opp. Aug., PL 40, 1124).

Num. 3: Auctoritas Bedae videtur esse ex quadam glossa (Magistri ?) in Luc. 3, 8, non ex *Decreto,* de poenit. d. 1, in dicto post c. 87, § 13 (1187).

Cap. 2. Oportet notare quem titulum portabit hoc cap. in elencho adhuc conficiendo (supra, p. 14): *Quae sit vera satisfactio.* — Num. 1: Auctoritas pseudo-Augustini, ex *Decreto,* de poenit., d. 5, c. 1, §§ 1-2 (1238).

tempora ieiugii. Consideret quantum perseveraverit, et defleat quod perseveranter peccavit; et quanta victus fuerit impugnatione. Sunt enim qui non solum non vincuntur, sed ultro se peccato offerunt; nec exspectant tentationem, sed praeveniunt voluptatem. Et pertractet secum quam multiplici actione vitii delectabiliter peccavit. Omnis ista varietas confitenda est et deflenda, ut cum cognoverit quod peccatum est, cito inveniat Deum propitium. In cognoscendo augmentum peccati, inveniat cuius aetatis fuerit, cuius sapientiae et ordinis. Immoretur in singulis istis, et sentiat modum criminis, purgans lacrymis omnem qualitatem vitii. Defleat virtutem qua interim caruit: dolendum est enim non solum quod peccavit, sed quia se virtute privavit ».

2. **Quomodo omnium reus?** « Defleat 1 etiam quoniam offendens *in uno, factus est omnium reus*2. Ingratus enim exstitit, qui plenus virtutibus, Deum omnino non timuit. In hoc enim quisque peccator fit culpabilior, quo est Deo acceptior. Ideo enim Adam plus peccavit, quia omni bono abundavit. Alio etiam modo offendens *in uno, factus est omnium reus:* quia omnis virtus patitur detrimentum ab uno vitio ».

3. « Ponat 3 se omnino in iudicio et potestate sacerdotis, nihil sui reservans sibi, ut omnia, eo iubente, paratus sit facere pro recipienda vita animae, quae faceret pro evitanda corporis morte. Et hoc cum desiderio, quia vitam recuperat infinitam: cum gaudio enim facere debet immortalis futurus, quae faceret pro differenda morte moriturus ».

4. «Semper4 deprecetur Deum. Offerat Deo mentem et cordis contritionem; deinde et quod potest de possessione. Tunc quod offerat, securus offerat. *Respexit Dominus ad Abel et ad munera eius* 5; prius dicit *ad Abel* quam *ad munera eius.* In iudicio igitur cordis conferenda est eleemosyna tribuentis. Nec considerandum est quantum, sed qua mente, qua affectione dat quod potest. Qui igitur sua peccata redimere vult temporalium oblatione, prius offerat mentem ».

1 perseveraverit] perseveravit ALNOVWX. 10 est enim *trp.* NRTVX. 11 peccavit] Peccans mortaliter virtute caret *(rubr.) add.* BX. 12 Rubrica BNVX, *om. alii codd., et del.* V. 24 offerat] offert B, offeret W, *corr. in* offert R. 25 Respexit] enim *add.* BRTX, 26 eius *om.* ARTW. ‖ igitur] enim BNV, *om.* O.

I Ibid. (1124s). 2 Resp. [ac. 2, 10. 3 Ibid., c. 15, n. 30 (1125). 4 Ibid. 5 Gen. 4, 4.

Num. 2: ibid., §§ 2-4. — Num. 3-4: ibid., § 6 (1239); n. 5: ibid., § 7 (1239s); n. 6: §§ 8-9 (1240); n. 7: § 8, dein § 9 ; ubique textus ps.-Augustini abbreviatur et aliquantulum adaptatur.

5. **Quod non est dividenda confessio per diversos sacerdotes.** « Caveat i ne, ductus verecundia, dividat apud se confessionem, ut diversa diversis velit sacerdotibus manifestare. Quidam enim uni celant, quae alii manifestanda conservant: quod est se laudare et ad hypocrisim tendere, et semper venia carere, ad quam per frusta putat pervenire. Caveat etiam ne prius ad dominicum corpus accedat, quam confortet bona conscientia; et doleat quod nondum audeat sumere quem multum desiderat cibum salutarem. Cohibeat etiam se a ludis, a spectaculis saeculi, qui perfectam vult consequi remissionis gratiam ».

6. « Isti 2 sunt digni fructus poenitentiae, animam captivam elaqueantes et in libertate servantes ». — Et infra: « Quaerat anima fructus dignos, etsi non 'dignos poenitentiae'. Sunt enim digni fructus virtutum, qui non sufficiunt poenitentibus. Poenitentia enim graviores postulat, ut dolore et gemitibus mortuus impetret vitam ».

7. Ex his ostenditur qui sint digni fructus poenitentiae quibus vera satisfactio expletur, et quod non omnes digni fructus sunt digni fructus poenitentiae. Quod de illa poenitentia intelligitur quae maiorum est criminum. Non enim sufficiunt graviter delinquentibus, quae sufficiunt minus vel parum peccantibus.

Cap. 3 (88).

1. **Quae sit falsa satisfactio.** Et sicut sunt digni fructus poenitentiae ac vera satisfactio, ita et indigni fructus et falsa satisfactio, id est falsa poenitentia. — **Gregorius.** Unde **Gregorius** 3; « Falsas poenitentias dicimus, quae non secundum auctoritates Sanctorum pro qualitate criminum imponuntur. Ideoque miles vel negotiator, vel alicui officio deditus quod sine peccato exerceri non possit, si culpis gravioribus irretitus ad poenitentiam venerit, vel qui bona alterius iniuste detinet, vel qui odium in corde gerit, recognoscat se veram poenitentiam non posse peragere, nisi negotium relinquat vel officium deserat, et odium ex corde dimittat,

1 Rubrica *om.* AVW. 2 ductus verecundia *trp.* BNRTVX. 3 velit sacerdotibus *trp.* BLNVX. ‖ enim] quedam *add.* AT, *om.* M. ‖ alii] alteri BNVX. 5 Caveat] Paveat ABORTX, *quod corr.* R. 11 libertate] libertatem BLM.

1 Ibid., n. 31 (1125s). 2 ibid. (1126). 3 Gregorius VII in Concilio Romano V, n. 5 (Mansi XX, 510 A-B; PL 148, 801 B-C).

Cap. 3. Auctoritas, ex *Decreto,* de poenit., d. 5, c. 6 (1241).

et bona quae/niuste abstulit restituat. Ne tamen desperet: interim quidquid boni facere potest, hortamur ut faciat, ut Deus cor illius illustret ad poenitentiam ».

2. Cum sit poenitentia interior et exterior, de utraque per praemissa isatis apparet quae sit vera, et quae sit falsa. s

Cap. 4 (89).

1. **De tribus actionibus poenitentiae.** Predictis vero adiciendum est quod tribus modis agitur poenitentia: ante baptismum scilicet de prioribus peccatis; post baptismum, de gravioribus quae post committuntur; est etiam poenitentia venialium quotidiana, quae etiam humilium est et perfectorum. io

2. **Augustinus, ad Felicianutn ?** Unde **Augustinus**1: « Tres sunt actiones poenitentiae, quas mecum vestra eruditio recognoscit. Una est quae novum hominem parturit, donec per baptismum omnium praeteritorum fiat ablutio peccatorum; quia nullus suae voluntatis arbiter, 15 nisi poeniteat eum veteris vitae, novam inchoare potest. A qua parvuli sunt immunes cum baptizantur, quia nondum possunt uti libero arbitrio; quibus tamen ad remissionem originalis peccati prodest eorum fides a quibus offeruntur ». — « Altera 2 est actio poenitentiae post baptismum, quae fit pro illis peccatis quae Legis decalogus continet ». « Agunt 3 ergo 20 homines poenitentiam ante baptismum de peccatis prioribus, ita tamen ut etiam baptizentur, sicut Petrus ait 4; *Agite poenitentiam, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Domini* etc. Agunt etiam poenitentiam si post baptismum ita peccaverint ut excommunicari et post reconciliari .mereantur ». — « Est5 etiam poenitentia bonorum et humilium fidelium 25

1 Ne] Nec ALTX, Non V. 9 gravioribus] gravibus ORTVW. 15 ablutio] abolitio ABRTV, *corr. in* abolitio X. 21 peccatis prioribus *trp.* BNR2(marg.)VX. *22* sicut] unde B, ut NRVX. j| et] ut NO. 24 post reconciliari] reconciliari postea BNVX.

1 Id est *Sermo 351: De utilitate agendae poenitentiae,* c. 2, n. 2 (PL 39, 1537), de cuius authenticitate valde ambigitur *(Clavis,* n. 284, p. 75). 2 Ibid., c. 4, n. 7 (1542). 3 Augustinus, *Epist. 265 (ad Seleucianam),* n. 7 (PL 33, 1088; CSEL 57, 645). *4 Petrus in actibus apostolorum* (rubr. marg.) 2, 38. 5 August., *Epist. 265,* n. 8 (1089; 646).

Cap. 4, n. 2. Prima auctoritas Augustini, cum rubrica, ex *Decreto,* de poenit., d. 1, c. 81 (1182). Dein (ab *Agunt ergo),* etiamsi sub eadem rubrica, ex *Glossa* Magistri in II Cor. 12, 21 (PL 192, 89 D - 90 A).

pene quotidiana, in qua pectora tundimus dicentes 1; *Dimitte nobis debita nostra* etc. Neque enim nobis ea dimitti volumus, quae dimissa in baptismo non dubitamus, sed illa quae humanae fragilitati, quamvis parva, tamen crebra subrepunt ».

Cap. 5 (90).

1. **Quod multitudo venialium ita aggravat ut unum grande peccatum** : « Quae 2 si collecta contra nos fuerint, ita nos gravabunt et oppriment sicut unum aliquod grande peccatum. Quid enim interest ad naufragium, an uno grandi fluctu navis operiatur et obruatur, an paulatim subrepens aqua in sentinam per negligentium culpam impleat navem et submergat? Ideo ieiunium et eleemosynae et orationes invigilent: in quibus, cum dicimus: *Dimitte nobis debita nostra* etc., manifestamus nos habere quod nobis dimittatur; et in his verbis humiliantes animas nostras, quotidianam agere poenitentiam non cessamus ».

Cap. 6 (91).

1. **De satisfactione venialium. — Augustinus in Enchiridion** : Quae autem pro venialibus sit satisfactio sufficiens, **Augustinus** insinuat, ita inquiens in *Enchiridion* 3; « De quotidianis et brevibus levibusque peccatis, sine quibus haec vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit. Eorum enim est dicere 4: *Pater noster, qui es in caelis.* Delet omnino haec oratio minima et quotidiana peccata. Delet et illa a quibus vita fidelium (etiam scelerate gesta, sed poenitendo in melius commutata) discedit, si ut veraciter dicitur 5; *Dimitte nobis debita nostra,* ita veraciter

2 enim AMN *Florus, Glossa, sed del.* N, *om. alii codd.* ‖ nobis *trp. post* dimitti BLVX. ‖ nobis ea *trp.* ANORTW. 6 Rubrica *om.* RVW. ‖ ita aggravat *om.* L. ‖ aggravat] gravat N. 12 debita nostra *om.* BLNVX. 13 dimittatur] dimittantur MNOT, *sed corr.* MOT. 18 ita inquiens] dicens ita LA. 21 eU *om.* ALORT. 23 nostra] quoniam non desunt que dimittantur *add.* A *(et Aug.).*

1 Resp. Matth. 6, 12. 2 August., in eadem *Epist.,* n. 8 (ibid.). 3 Cap. 71 (PL 40, 265s; CCL 46, 88). 4 Matth. 6, 9. 5 Matth. 6, 12.

Cap, 5: Finis eiusdem auctoritatis (90A), cui inseruntur quaedam verba («in quibus... in his verbis ») ex versione in *Decreto.*

Cap. 6. Cf. A. M. Landgraf, *Die Nachlassung der lasslichen Siinde,* in *Dogmengeschichte* JV-2, 108-143. — Num. 1: Auctoritas Augustini, ex originali.

dicatur: *sicut et nos dimittimus debitoribus nostris,* id est si fiat quod dicitur; quia et ipsa eleemosyna est veniam petentibus omnino ignoscere ».

2. Ex his aliisque praemissis iam facile est intelligere quae pro venialibus sit exhibenda satisfactio. Sufficit enim dominica oratio, cum ieiunio aliquo et eleemosynis: sic tamen ut praecedat contritio aliquantula, et addatur confessio si adsit facultas. De qua confessione post tractabitur 1.

3. **Augustinus in libro De poenitentia :** Pro gravioribus vero peccatis haec etiam in satisfactione adhibenda sunt, sed multo vehementius atque districtius, quia ut ait Augustinus 2, ad agendam poenitentiam « non sufficit mores in melius commutare et a malis factis recedere, nisi et de his quae facta sunt satisfaciat Domino per poenitentiae dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis ».

DISTINCTIO XVII

Cap. 1 (92).

1. **Tria praeponuntur quaerenda: primum an sine confessione dimittatur peccatum.** Hic oritur quaestio multiplex. Primo enim quaeritur utrum absque satisfactione et oris confessione, per solam cordis contritionem peccatum alicui dimittatur. Secundo, an aliquando sufficiat confiteri Deo, sine sacerdote. Tertio, an laico fideli facta, valeat confessio.

2. In his enim etiam docti diversa sentire inveniuntur, quia super his varia ac pene adversa tradidisse videntur doctores. Dicunt enim quidam sine confessione oris et satisfactione operis neminem a peccato mundari, si tempus illa faciendi habuerit; alii vero, ante oris confessionem et

11 satisfaciat] satisfiat TW. 15-16 dimittatur peccatum] dimittantur peccata NR-

1 Infra, Dist. 21, c. 7. 2 In eodem *Sermone 351*, c. 5, n. 12 (PL 39, 1549).

Num. 3. Verba Augustini trahuntur potius ex *Glossa* in II Cor. 12,21 (PL 192, 89 C) quam ex *Decreto* Gratiani, de poenit. d. 1, c. 63 (1177).

Dist. XVII. Circa quaestionem multiplicem quae hic oritur, cf. P. Anciaux, *La théologie du sacrament de penitence au XIIe siècle,* p. 3, c. 2: Le problème de la nécessité de la confession, pp. 164-274; quaedam etiam apud A. M. Landgraf, *Das Sacramentum in voto,* in *Dogmengesch.* III-1, 210s. — Num. 2. Quod *quidam* tenent verbis Gratiani exprimitur, in de poenit. d. 1, ante c. 38 (1167); quod *alii,* onus videtur Gratiani in dist. 1, ante c. 1 (1159). et post c. 87, ad finem § 3 (1185).

satisfactionem, in cordis contritione peccatum dimitti a Deo, si tamen votum confitendi habeat.

3. **Testimoniis probat in sola contritione peccatum dimitti.** Unde Propheta 1; *Dixi, confitebor adversum me iniustitiam meam Domino, et tu remisisti* etc. — **Cassiodorus.** Quod exponens **Cassiodorus** ait 2; « *Dixi,* id est deliberavi apud me, quod *confitebor, et tu remisisti.* Magna pietas Dei, quod ad solani promissionem peccatum dimiserit. Votum enim pro operatione iudicatur ». — **Augustinus, super eundem locum.** Item **Augustinus** 3: « Nondum pronuntiat, promittit se pronuntiaturum, et Deus dimittit, quia hoc ipsum dicere, quoddam pronuntiare est corde. Nondum est vox in ore, ut homo audiat confessionem, et Deus audit ».

4. Item 4; *Sacrificium Deo spiritus contribulatus* etc. Alibi etiam legitur 5; *Quacumque hora peccator conversus fuerit et ingemuerit, vita vivet et non morietur-* non dicitur *ore confessus fuerit,* sed *conversus ingemuerit.* Unde datur intelligi quod etiam ore tacente, veniam interdum consequimur. Hinc etiam leprosi illi 6, quibus Dominus praecepit ut ostenderent se sacerdotibus, in itinere, antequam ad sacerdotes venirent, mundati sunt. Ex quo insinuatur quod antequam sacerdotibus ora nostra aperiamus, id est peccata confiteamur, a lepra peccati mundamur. Lazarus etiam 7 non prius de monumento est adductus, et post a Domino suscitatus, sed intus suscitatus, prodiit foras vivus: ut ostenderetur suscitatio animae praecedere confessionem. Nemo enim potest confiteri nisi suscitatus, quia *a mortuo, velut qui non est, perit confessio* Nullus ergo confitetur nisi resuscitatus; nemo vero resuscitatur nisi qui a peccato solvitur, quia peccatum mors est animae: quae ut est vita corporis, ita eius vita

2 confitendi habeat *trp.* BNVX. 4-5 et tu remisisti *om.* BN. 5 remisisti] impietatem *add.* M. ‖ etc.] impietatem peccati mei LOX. 6 deliberavi apud me *trp.* BLNVX. 14 confessus] conversus LNR, *quod corr.* R. 20 adductus] eductus BLRV. 23 velut] ab illo *add. mg.* L, *add. sed del.* N, *add. interi.* O2, ab eo *add. interi.* ℣ ille *add.* W. ,25^est animae *trp.* ANRTVWX.

1 Ps. 31, 5. 2 *Glossa ordin.* in h.l. (apud Lyranum, III, 128c; cod. Laur. Plut. XVII, 4, f. 37b); partim ex Cassiodoro in h.l. (PL 70, 220 D - 221 A; CCL 97, 278). 3 In parte in eadem *Glossa ordin.·,* ex August., *Enarrat. II in Ps. 31,* n. 15 (PL 36, 267s; CCL 38, 236). 4 Ps. 50, 19. 5 Ezech. 33, 12 et 15. 6 Resp. Luc. 17, 14-15. 7 Resp. Ioan. 11, 44. 8 Salomon (rubr.), id est Eccli. 17, 26.

Num. 3: Argumentum ex Psalmista proponitur in *Summa sent.,* VI, 11 (PL 176, 147 B); auctoritates Cassiodori et August., ex *Glossa* Magistri in Ps. 31, 5 (PL 191, 320 C - 321 A). — Num. 4. Praeter textus sacros, quasi omnia ex *Decreto,* de poenit. d. 1, in dictis post cc. 34-35 (1166).

Deus est 1. -*f*- His aliisque pluribus auctoritatibus probatur, ante confessionem vel satisfactionem, sola compunctione peccatum dimitti.

5. **Item auctoritatibus econtra probat sine confessione non dimitti peccatum.** Quod qui negant, eas determinare laborant, necnon in huius sententiae depressionem et suae opinionis assertionem auctorum testimonia inducunt.

6. Ait enim Dominus per Isaiam 2; *Dic tu iniquitates tuas, ut iustiflceris.* — **Ambrosius in libro De paradiso** *:* Item Ambrosius 3; « Non potest quisquam iustificari a peccato, nisi fuerit peccatum ante confessus». — **Idem in sermone Quadragesimae** Idem4; «Confessio a morte animam liberat, confessio aperit paradisum, confessio spem salutis tribuit: quia non meretur iustificari, qui in vita sua peccatum non vult confiteri. Illa confessio nos liberat, quae fit cum poenitentia. Poenitentia vera est dolor cordis et amaritudo animae pro malis quae quisque commisit ».

7. **Ioannes Os aureum** *:* Item Ioannes6: « Non potest quisquam gratiam Dei accipere, nisi purgatus fuerit ab omni peccato per poenitentiae confessionem, per baptismum ».

8. **Augustinus, De poenitentia** *:* Item Augustinus6: « Agite poenitentiam qualis agitur in Ecclesia. Nemo dicat sibi: occulte ago, apud Deum ago; novit Deus, qui mihi ignoscit, quia in corde ago. Ergo sine causa dictum est7: *Quae solveritis in terra, soluta erunt et in caelo?* Ergo sine causa claves datae sunt? Frustramus verbum Christi? Iob dicit8: *Si erubui in conspectu populi peccata mea confiteri* ». — **Ambrosius** *:* Item

3 Rubrica *abbrev.* A, *om.* VW. 21 quia] que L, *corr. in* que O. 22 caelo] cells BRV.

i Cf. August., *Enarr. in Ps. 70,* 17, sermo 2, n. 3 (PL 36, 893; CCL 39, 961s). 7 Isai. 43, 26, iuxta LXX. 3 Cap. 14, n. 71 (PL 14 [1845], 310 D; CSEL 32-11, 321). * *Sermo 25,* n. 1 (inter opp. Ambrosii, PL 17 [1845], 655 A); rectius, *Homil. VII. Sermo in Quadragesima,* n. 1 *(Sources chrét.* 161, 186, lin. 7-14), saec. IX; cf. supra, Dist. 14, c. 2, n. 2. 5 Revera fragmentum est Chromatii Aquileiensis episc., iuxta A. Hoste (CCL 9, 377) et Edd. PLS 1, 1752s. *6 Sermo 392,* c. 3, n. 3 (inter dubios, PL 39, 1711); apud Gratianum, de poenit., d. 1, c. 44 (1168). 7 Resp. Matth. 18, 18. 8 Iob 31, 33-34, iuxta Bibliam Augustini.

Num. 5-11, ut in alia serie notatur, a Gratiano cumulantur ad secundam opinionem illustrandum, a suo dicto ante c. 38 de poenit. d. 1 (1167) et deinceps usque ad dictum post c. 87 (1184); illa in n. 7 repetitur cum quadam variatione sub rubrica *Iohannes Crisostomus,* in De consecr. d. 4, c. 4 (1362).

Ambrosius l; «Venialis est culpa, quam sequitur professio delictorum».

9. **Augustinus ?** Item **Augustinus**2 super illum locum 3; *Non absorbeat me profundum, neque urgeat super me puteus os suum:* «Puteus est profunditas iniquitatis, in quam si cecideris, non claudet super te os suum, si tu non claudis os tuum. Confitere ergo, et dic 4: *De profundis clamavi ad te, Domine,* etc., et evades. Claudit super illum qui in profundo *contemnit s, a* quo *mortuo velut qui non sit perit confessio* 6». — Idem7: «Nullus debitae gravioris poenae accipit veniam, nisi qualemcumque, etsi longe minorem quam debeat, solverit poenam. Ita enim impertitur a Deo largitas misericordiae, ut non relinquatur iustitia disciplinae».

10. **Hieronymus, super Malachiatn ?** Item **Hieronymus** 8; «Qui peccator est, plangat delicta propria vel populi; et ingrediatur Ecclesiam, de qua propter peccata fuerat egressus; et dormiat in sacco, ut praeteritas delicias per quas Deum offenderat, vitae austeritate compenset». — His aliisque auctoritatibus nituntur asserere, sine confessione vocis et aliqua solutione poenae, neminem a peccato mundari.

11. **Cui sententiae potius consentiendum sit.** Quid ergo super his sentiendum? Quid tenendum? Sane quod sine confessione oris et solutione poenae exterioris peccata delentur, per contritionem et humilitatem cordis. Ex quo enim proponit, mente compuncta, se confessurum, Deus dimittit; quia ibi est confessio cordis, etsi non oris, per quam anima interius mundatur a macula et contagio peccati commissi, et debitum aeternae mortis relaxatur.

12. Illa ergo quae superius dicta sunt de confessione et poenitentia, vel ad confessionem cordis et ad interiorem poenam referenda sunt, sicut

1 professio] confessio LT, *corr. in* confessio N. 7 clamavi *om.* L. ‖ ad te Domine *om.* BLTX. ‖ Domine *om.* R. 14 peccata] peccatum ALMOW. 16 aliisque] pluribus *add.* ABMT.

i De paradiso, c. 14, n. 71 (PL 14 [1845], 310 B; CSEL 32-1,328); ex Gratiano, ibid., c. 47 (1169). *2 Enarr. in Ps. 68,* sermo 1, n. 19 (PL 36, 853; CCL 39, 916), ex *Decreto,* dictum post c. 60, § 3 (1176). 2 ps. 68, 16. 4 Ps. 129, 1. s Resp. Prov. 18, 3: *Cum in profundum venerit peccatorum, contemnit.* 6 Eccli. 17, 26, iuxta LXX. *7 De continentia, c.* 6, n. 15 (PL 40, 358; CSEL 41, 158); ex Gratiano, ibid., c. 42 (1168). 8 Rubrica non obstante (ex Gratiano, c. 66, 1177), Hieron. est *In loelem* 1, 13 (PL 25 [1845], 958 C-D).

Num. 11-13 dependent a dicto Gratiani post c. 87, praesertim §§ 4-6 (1184-1186). Quoad *votum confitendi,* ad finem n. 13, cf. A. M. Landgraf, *Das sacramentum in voto,* in *Dogmengeschichte* III-1, 210-253.

illud Augustini [1], quod nullus dicitur veniam consequi « nisi prius quantulamcumque peccati solverit poenam »; vel de exteriori poena accipienda sunt, et ad contemnentes vel négligentes referenda, sicut illud [2]: « Nemo dicat: occulte ago » etc. Nonnulli enim in vita peccata confiteri negligunt vel erubescunt, et ideo non merentur iustificari.

13. Sicut enim praecepta est nobis interior poenitentia, ita et oris confessio et exterior satisfactio, si adsit facultas; unde nec vere poenitens est, qui confessionis votum non habet. Et sicut peccati remissio munus Dei est, ita poenitentia et confessio per quam peccatum deletur, non potest esse nisi a Deo, ut Augustinus ait [3]; « Iam, inquit, donum Spiritus Sancti habet, qui confitetur et poenitet, quia non potest esse confessio peccati et punitio in homine ex se ipso. Cum enim irascitur sibi quisque et displicet, sine dono Spiritus Sancti non est ». Oportet ergo poenitentem confiteri si tempus habeat; et tamen, antequam sit confessio in ore, si votum sit in corde, praestatur ei remissio.

Cap. 2 (93).

1. **Si sufficit soli Deo confiteri.** Iam secundum quaestionis articulum inspiciamus, scilicet utrum sufficiat peccata confiteri soli Deo, an oporteat confiteri sacerdoti.

2. **Auctoritatibus probat quod sufficiat.** Quibusdam visum est sufficere si soli Deo fiat confessio, sine iudicio sacerdotali et confessione Ecclesiae, quia David dicit [4]: *Dixi, confitebor Domino, et tu remisisti* etc.; non ait *sacerdoti,* et tamen remissum sibi dicit peccatum.

3. **Ambrosius, super Lucam.** Item Ambrosius [5]; « Ideo flevit

10 Augustinus ait *trp.* ABNO. 11 Sancti *om.* RVX. 17 soli Deo *trp.* LOTW.

[1] Supra, in n. 9. [2] In n. 8. [3] *Super Psalmum L* (rubrica), id est *Enarr. in Ps. 50,* 13, n. 16 (PL 36, 596; CCL 38, 61 Is), mediante *Glossa interlin.* in *et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me:* « iam habet qui confitetur et poenitet » (apud Lyranum III, 158r; cod. Laur. XVII.4, f. 65v); repetitur in *Glossa* Magistri in h.l. (PL 191, 490 B). [4] Ps. 31, 5. [5] *In Luc.* 22, 62, X, n. 88 (PL 15 [1845], 1825; CSEL 32-111, 489; CCL 14, 371).

Cap. 2, n. 1-2. Hanc opinionem refert ipse Gratianus, de poenit. d. 1, in dicto ante c. 1 (1159), ubi et sequentes auctoritates. Iam agitur etiam apud Anselmum Laudunensem et eius scholam: cf. O. Lottin, *Psych, et morale* V, 56-57, 272, 280ss; et F. Carpino, *Una difflcolta contre la confessione nella scolastica primitiva: Anselmo di Laon e ia sua scuola,* in *Divus Thomas* (Pl) 42 (1939) 94-103; et plura apud P. Anciaux, *La théologie du sacr. de pénitence,* 164-223. — Num. 3. Auctoritas non sumitur ex *Decreto,* sed potius ex quadam (sua ?) glossa in Lucam.

Petrus i, quia culpa obrepsit ei. Non invenio quid dixerit, invenio quod fleverit. Lacrymas eius lego, satisfactionem non lego. Sed quod defendi non potest, ablui potest. Lavant lacrymae delictum quod voce pudor est confiteri, et veniae fletus consulunt et verecundiae ». Hoc idem etiam Maximus[2] dicit episcopus.

4. **Ioannes Chrysostomus, super Epistolam ad Hebraeos.** Item Ioannes Chrysostomus[3]: « Non tibi dico ut te prodas in publicum, neque apud alios accuses, sed obedire te volo Prophetae dicenti[4]: *Revela viam tuam ante Deum.* Ergo tua confitere peccata apud verum iudicem; cum oratione delicta tua pronuntia, non lingua, sed conscientiae tuae memoria; et tunc demum spera te misericordiam posse consequi. Si habueris peccata tua in mente continue, nunquam malum adversus proximum in corde tenebis ».

5. **Idem.** Idem[5]; « Peccata tua dicito, ut deleas illa. Sed si confunderis alicui dicere, dicito ea quotidie in anima tua. Non dico ut confitearis ea conservo tuo, ut tibi exprobret; dicito Deo, qui curat ea. Nec enim, si non dixeris, ignorat ea. Cum faciebas ea, praesto erat; cum admitteres ea, cognoverat. Numquid ea vult a te cognoscere? Peccare enim non erubuisti, et confiteri erubescis? Dicito in hac vita, ut in alia requiem habeas; dicito ingemiscens et lacrymans. In codice scripta sunt peccata tua: spongia peccatorum tuorum lacrymae tuae sint ».

6. **Prosper.** Item Prospere; « Illi quorum peccata humanam notitiam latent, non ab ipsis confessa, nec ab aliis publicata, si ea confiteri vel emendare noluerint, Deum quem habent testem, ipsum et habituri sunt ultorem. Quod si sui ipsi iudices fiant, et veluti suae iniquitatis ultores hic in se voluntariam poenam severissimae animadversionis exer-

8 alios] te *add.* LW, *add. mg.* N, *add. interi.* O2. 11 tunc] dum M, tum AOTV, *quod corr. V.* 14 Sed] Et B, *om.* MR, *add. sed del.* N. 18 enim *om.* LRTVX. 25 ultorem (Grnf.)] punitorem ABMNOW.

1 Resp. Luc. 22, 62; Matth. 26, 75; Mare. 14, 72. 2 Taurin, scii, episcopus, *Homiliae,* hom. 53 (PL 57, 351 A-B). 3 Hom. 31, n. 3 (PG 63, 216s). 4 Ps. 36, 5: *Revela Domino viam tuam.* 5 *in ps 5Qi* hom. 2, n. 5 (inter opp. Chrysost., PG 55, 581). 6 Rectius Iulianus Pomerius, *De vita contemplativa,* c. 7, n. 2 (PL 59, 451 C).

Quasi eadem verba Maximo attribuuntur in *Summa sent.,* VI, 10 (PL 176, 147 A), forsitan sub influxu P. Abaelardi, *Sic et non,* c. 151 (PL 178, 1600 A). — Num. 4: ex *Decreto,* in dicto, § 1, post c. 87 de poenit. d. 1 (1184). — Num. 6-7: ex *Decreto,* de poenit. d. 1, c. 31-32 (1165), ubi etiam sub nomine Prosperi.

ceant, tempoi^libus poenis mutabunt aeterna supplicia, et lacrymis ex vera cordis contritione fluentibus restringunt aeterni ignis incendia ».

7. **Idem.** Et infra E « Facilius sibi Deum placabunt illi, qui aut propriis confessionibus crimen produnt, aut nescientibus aliis ipsi in se voluntariae excommunicationis sententiam ferunt, et ab altari cui ministrabant, non animo, sed officio separati, vitam suam quasi mortuam plangunt, certi quod reconciliati sibi efficacis poenitentiae fructibus a Deo non solum amissa recipiant, sed etiam supernae civitatis gaudia recipiant ».

8. His auctoritatibus innituntur, qui sufficere contendunt Deo confiteri peccata, sine sacerdote. Dicunt enim quod, si quis timens detegi culpam suam apud homines, ne inde opprobrio habeatur vel alii suo exemplo ad peccandum accingantur, et ideo taceat homini et revelet Deo, consequitur veniam.

Cap. 3 (94).

1. **Quod non sufficit soli Deo confiteri si tempus adsit.** Sed quod sacerdotibus confiteri oporteat, non solum illa auctoritate Iacobi 2: *Confitemini alterutrum peccata vestra* etc., sed etiam aliorum pluribus testimoniis comprobatur.

2. **Augustinus in homilia De poenitentia.** Ait enim Augustinus 3; « ludicet se ipsum homo voluntate dum potest, et mores convertat in melius, ne cum iam non poterit, praeter voluntatem a Domino iudicetur. Et cum in se protulerit severissimae medicinae, sed tamen utillimae, sententiam, veniat ad antistites, per quos illi claves in Ecclesia ministrantur. Tamquam bonus iam incipiens esse filius, maternorum membrorum ordine custodito, a praepositis sacramentorum accipiat satisfactionis suae modum: in offerendo sacrificio contribulati cordis devotus et supplex, id tamen agat quod non solum sibi prosit ad salutem, sed etiam ceteris ad exemplum. Ut si peccatum eius non modo in gravi eius malo, sed etiam in tanto scandalo aliorum est, atque hoc expediri utilitati Ecclesiae

2 restringunt] restringent AB, *corr. in* restringent N, constringunt M. 15 si] sed et homini si possit et M. ‖ tempus adsit] tamen homini possit (possis A) ABNW. ‖ adsit] ut possit homini confiteri *add.* X. 22 utillimae] utilissime BLNVX, *corr. in* utilissime OL

1 Ibid., n. 3 (452 A-B). 2 lac. 5, 16. 3 *Sermo 351,* c. 4, n. 9 (PL 39, 1545), de cuius authenticitate parum supra agitur.

Cap. 3, n. 2: ex *Decreto,* de poenit. d. 1, c. 85; dein, *Idem,* circa finem c. 84 (1183).

videtur antistiti, in notitiam multorum vel totius plebis agere poenitentiam non recuset, ne letali plagae per pudorem addat tumorem ». — **Idem** : « Cum | tanta est plaga peccati et impetus morbi, ut medicamenta corporis et sanguinis Domini differenda sint, auctoritate antistitis debet se quis removere ab altari ad agendam poenitentiam, et eadem reconciliari ».

3. **Leo Papa Theodoro Forolinensi episcopo** Item Leo2: «Multiplex misericordia Dei ita lapsibus humanis subvenit, ut non modo per baptismum, sed etiam per poenitentiam spes vitae reparetur: sic divinae voluntatis praesidiis ordinatis, ut indulgentiam Dei nisi supplicationibus· sacerdotum nequeant obtinere. Christus enim hanc praepositis Ecclesiae tradidit potestatem, ut confitentibus poenitentiae satisfactionem darent,, et eosdem, salubri satisfactione purgatos, ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent ».

4. Augustinus in libro De poenitentia : Item Augustinus2: « Quem poenitet, omnino poeniteat, et dolorem lacrymis ostendat. Repraesentet vitam suam Deo per sacerdotem, praeveniat iudicium Dei per confessionem. Praecepit enim Dominus mundandis, ut ostenderent ora sacerdotibus4, docens corporali praesentia confitenda peccata, non per scriptum manifestanda. Dixit enim: *Ora monstrate;* et *omnes,* non unus pro omnibus. Non alium statuatis nuntium qui pro vobis offerat munus a Moyse statutum 5, sed qui per vos peccastis, per vos erubescatis. Erubescentia enim ipsa partem habet remissionis. Ex misericordia enim hoc praecepit Dominus, ut nemo poeniteret in occulto: in hoc enim quod per se ipsum dicit sacerdoti et erubescentiam vincit timore offensi, fit venia criminis ».

5. **Quod criminale fit veniale** : « Fit enim veniale per confessionem, quod criminale erat in operatione; et si non statim purgatur, fit tamen, veniale quod commiserat mortale. Multum enim satisfactionis obtulit,.

2 tumorem] timorem BNV, *quod corr.* V. ‖ Idem] Item RW2 *(marg.), om.* AT. 4 differenda] deferenda MNT. 5 quis *om.* M, *del.* N, *add. interi.* O. 6 Forolinensi]: forolicensi L, foroliensi M, foroliunsi OT. 14 Rubrica, *om.* RVW. 16 Deo *trp. post* Repraesentet BLX, *om.* A. 18 confitenda peccata *trp.* NVX. 26 Rubricai *om.* NVW.

1 August., *Epist. 54 (ad Januarium),* c. 3, n. 4 (PL33, 201; CSEL 34-11,162). 2 *Epist 708 (ad Theodorum Foroiul.* [Fréjus] *eptsc.),* c. 2 (PL 54, 1011 B - 1012 A; DS n. 308, p. 1 IDs), 3 *De vera et falsa poenit.,* c. 10, n. 25 (inter opp. Aug., PL 40, 1122). 4 Resp. Luc. 17, 14: *Ostendite vos sacerdotibus.* 5 Resp. Lev. 14, 2-4.

Num. 3, multis omissis, ex c. 49 (1170). — Num. 4-6: ex prima parte c. 88 (1187s).

qui erubescentiae dominans, nihil eorum quae commisit nuntio Dei negavit. Deus enim, qui misericors et iustus est 1, sicut servat misericordiam in iustitia, ita et iustitiam in misericordia. Opus enim misericordiae est peccanti peccata dimittere, sed oportet ut iustus misereatur iuste. Considerat enim si dignus est, non dico iustitia, sed et misericordia. Iustitia enim sola damnat; sed dignus est misericordia, qui spirituali labore quaerit gratiam. Laborat enim mens patiendo erubescentiam; et quoniam verecundia magna est poena, qui erubescit pro Christo, fit dignus misericordia ».

6. **Quanto pluribus quis confitetur, tanto ei facilius ignoscitur** *:* « Unde patet quia quanto pluribus confitebitur in spe veniae turpitudinem criminis, tanto facilius consequitur gratiam remissionis. Ipsi enim sacerdotes plus iam possunt proficere, plus confitentibus parcere ».

7. **Leo Papa** *:* Item **Leo Papa** 2: « Quamvis plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quae propter Dei timorem apud homines erubescere non veretur, tamen quia non omnium huiuscemodi sunt peccata, ut ea qui poenitentiam poscunt non timeant publicare, removeatur improbabilis consuetudo: ne multi a poenitentiae remediis arceantur, dum aut erubescunt, aut timent inimicis sua facta reserare, quibus possint legum percelli constitutione. Sufficit enim confessio quae primum Deo offertur, tunc etiam sacerdoti, qui pro delictis poenitentium precator accedit. Tunc enim plures ad poenitentiam poterunt provocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis ».

8. Ex his aliisque pluribus indubitanter ostenditur oportere Deo primum, et deinde sacerdoti offerre confessionem; nec aliter posse perveniri ad ingressum paradisi, si adsit facultas.

5 et *om.* MVX, *add. interi.* L, *add. sed del.* N. 7 quaerit gratiam *trp.* BNVX. 10 Rubrica *om.* AVW. 17 qui] que VX, *corr. in* que D *corr. ex* que N (?) T. 19 possint] possunt M, *corr. ex* possunt R.

1 Cf. Ps. 111, 4; 114, 5. 2 Leo I, *Epist. 168 (ad universos episcopos per Campaniam* etc.), c. 2 (PL 54, 1211 A-B; DS, n. 323, p. 115).

Num. 7: ex c. 89 (1189).

Cap. 4 (95).

1. **De tertio articulo: an sufficiat confiteri laico.** Nunc, priusquam praemissis auctoritatibus 1 quae his contradicere videntur respondeamus,, tertiam quaestionem intueamur. — Quod enim secunda quaestio continebat, scilicet an sine confessione et iudicio sacerdotis soli Deo confiteri sufficeret, expeditum est, et certificatum praemissis testimoniis 2 quod non sufficit confiteri Deo sine sacerdote; nec est vere humilis et poenitens, si non desiderat et requirit sacerdotis indicium. Sed numquid aeque valet alicui confiteri socio vel proximo suo, saltem cum deest sacerdos?

2. **Solutio.** Sane ad hoc dici potest quod sacerdotis examen requirendum est studiose, quia sacerdotibus concessit Deus potestatem ligandi et solvendi3; et ideo quibus ipsi dimittunt, et Deus dimittit. Si tamen, defuerit sacerdos, proximo vel socio confessio facienda est.

3. **Qualem quaerere debeas sacerdotem.** Sed curet quisque sacerdotem quaerere qui sciat ligare et solvere: talem enim esse oportet, qui aliorum crimina iudicat. — **Augustinus in libro De poenitentia.** Unde **Augustinus** 4; «Qui vult confiteri peccata ut inveniat gratiam,, quaerat sacerdotem qui sciat ligare et solvere, ne cum negligens circa se exstiterit, negligatur ab illo qui eum misericorditer monet et petit, ne *ambo in foveam cadant* 5, quam stultus evitare noluit. Tantaque vis confessionis est, ut si deest sacerdos, confiteatur proximo. Saepe enim contingit quod poenitens non potest verecundari coram sacerdote, quem desideranti nec tempus nec locus offert. Etsi ille cui confitebitur potestatem solvendi non habeat, fit tamen dignus venia ex sacerdotis desiderio qui crimen confitetur socio. Mundati enim sunt leprosi 6 dum ibant ostendere ora (vel: se) sacerdotibus, antequam ad eos pervenirent. Unde patet Deum

2 articulo] scilicet *add.* ABRW. 6 certificatum] vel *add.* MOT, *quod exp.* T. 7 est *om.* MO. 10 Solutio *om.* RVW. 12 et'] atque ABNR. 13 confessio *trp. post* est BOVX. ‖ fac. est *trp.* LRTVW. 14 debeas] debes T, debeat BX. 20 Tantaque] Tanta N, Tanta itaque ALTV *(ps.-Aug., Grat.), quod corr.* T. 26 ora vel *om.* V. ‖ ora vel se] vel se vel ora A, se vel ora BX. ‖ vel se *om.* R.

1 Supra, cap. 2; quibus resp. infra, cap. 5. 2 Supra, c. 3. 3 Matth. 18, 18;. Ioan. 20, 23. *4 De vera et falsa poenit.,* c. 10, n. 25 (inter opp. August., PL 40, 1122s). 3 Resp. Matth. 15, 14. *6* Luc. 17, 14.

Cap. 4. Cf. A. Teetaert, *La confession aux Iniques dans l'Église latine depuis le VIIIe jusqu'au XIVe siècle,* Bruges 1926. Num. 3-4: ex *Decreto,* de poenit. d. 1. c. 88, §§ 1-3 (1188-1189).

ad cor respicere, dum ex necessitate prohibentur ad sacerdotes pervenire. Saepe quidem eos quaerunt sani et laeti, sed dum quaerunt, antequam perveniant moriuntur. Sed misericordia Dei ubique est, qui et iustis parcere novit, etsi non tam cito sicut si solverentur a sacerdote. Qui ergo omnino confitetur, sacerdoti meliori quam potest confiteatur ».

4. « Et[1] si peccatum occultum est, sufficiat referre in notitiam sacerdotis. Nam in resurrectione puellae[2] pauci interfuerunt qui viderent. Nondum enim erat sepulta, nondum extra portam delata, nondum extra domum in notitiam portata. Intus resuscitavit, quam intus invenit, relictis solis Petro et Iacobo et Ioanne, et patre et matre puellae, in quibus figuraliter continentur sacerdotes Ecclesiae. — Quos autem extra invenit, advertendum est quomodo suscitavit. Flebat enim turba post filium viduae[3]; flevit Martha et Maria supplicantes pro fratre; flebat et turba Mariam secuta[4]. In quo docemur publice peccantibus non proprium, sed Ecclesiae sufficere meritum ».

5. « Laboret[5] igitur poenitens in Ecclesia esse et ad Ecclesiae unitatem tendere. Nisi enim unitas Ecclesiae succurrat, nisi quod deest peccatori sua oratione compleat, de manibus inimici non eripietur anima mortui. Credendum est enim quod omnes eleemosynae Ecclesiae, et orationes, et opera iustitiae et misericordiae succurrant recognoscenti mortem suam ad conversionem. Ideoque nemo digne potest poenitere, quem non sustineat unitas Ecclesiae. Ideoque non petat sacerdotes per aliquam culpam ab unitate Ecclesiae divisos ».

6. Ex his satis aperitur et absolvitur praemissae quaestionis articulus. Quaerendus est enim sacerdos sapiens et discretus, qui cum potestate simul habeat iudicium; qui si forte defuerit, confiteri debet socio.

7. **Beda**[6]. Beda[6] vero inter confessionem venialium et morta-

4 sicut] quam BL. ‖ si *om.* ARTW (Graf.), *add. interi.* NO. 7 resurrectione] resuscitatione O. ‖ puellae] filie archisinagogi *add.* L, *add. sed trp.* N. ‖ viderent] viderunt BT, *sed corr.* T, *corr. ex* viderant R. 19 est *om.* AORT. 26 confiteri debet *trp.* BNVX. ‖ socio *trp. post* defuerit NVX.

1 Ibid., c. 11, n. 26 (1123). 2 Resp. Matth. 9, 24-25; Mare. 5, 37-42; Luc. 8, 51-54. 3 Resp. Luc. 7, 12-15. 4 Ioan. 11,33. 5 Ps.-August, ibid. c. 12, ŋ. 27 (1123). 6 *Glossa interlin.* in lac. 5, 16: *Confitemini;* et *ordin.* in lac. 5,15: *Et si in peccatis* (apud Lyran., VI, 216v); ex Beda in h.l. (PL 93, 39 D - 40 A).

Num. 5: ex eodem, d. 6, c. 1, § 1 (1242-1243). — Num. 7: De hoc textu Bedae, quod non invenitur in *Decreto,* nec sub hac forma in *De sacramentis* Hugonis II, 14, 1 (PL 176, 552 C - 553 A), cf. É. Amann, art. *Pénitence: la réforme carolingienne,* in *Diet, ttléol. cath.* XI1, 868-869.

Hum distinguit, super illum locum : *Confitemini alterutrum peccata vestra.* Ait enim: « Coaequalibus quotidiana et levia, graviora vero sacerdoti pandamus; et quanto iusserit tempore purgare curemus », « quia sine confessione emendationis peccata nequeunt dimitti ». — Sed et graviora coaequalibus pandenda sunt cum deest sacerdos et urget periculum. Venialia vero, etiam sacerdotis oblata copia, licet confiteri coaequali; et sufficit, ut quibusdam placet, si tamen ex contemptu non praetermittatur sacerdos. Tutius est tamen et perfectius utriusque generis peccata sacerdotibus pandere et consilium medicinae ab eis quaerere, quibus concessa est potestas ligandi et solvendi.

8. **Hic aperit qualiter suprapositae auctoritates intelligendae sint.** Cum igitur ex his aliisque pluribus testimoniis perspicuum fiat et indubitabiliter constet peccata primum Deo, deinde sacerdoti esse confitenda, et si ipse defuerit, etiam socio, illud **Ioannis Chrysostomi** superius positum [1] non ita est intelligendum, ut liceat alicui, si tempus habeat, sacerdoti non confiteri; sed quia sufficit, ubi crimen occultum est, soli Deo per sacerdotem dicere et semel, nec oportet publicari coram multis quod occultum est. Quod notavit dicens: « Non tibi dico ut te prodas in publicum ». Sicut enim « publica [2] noxa publico eget remedio », ita occulta secreta confessione et occulta satisfactione purgatur. — Nec necesse est ut quod sacerdoti semel confessi sumus, iterum confiteamur; sed lingua cordis, non carnis, apud verum ludicem id iugiter confiteri debemus.

9. **Hanc expositionem confirmat per verba Ioannis. — Ioannes Chrysostomus.** Unde idem Ioannes [3] ait: « Nunc autem si recorderis peccatorum tuorum, et frequenter ea in conspectu Dei pronunties et pro eis depreceris, citius illa delebis. Si vero obliviscaris, tunc eorum recordaberis nolens, quando publicabuntur et in conspectu proferentur omnium amicorum et inimicorum sanctorumque angelorum ».

10. Ita etiam illud **Ambrosii** [4]: «Lacrymae lavant delictum quod

1 vestra] etc. *add.* BLV. 8 est tamen *trp.* MNVX. 13 constet] constat MO. 23 Rubrica *om.* RVW. 24 recorderis] recordaveris MT.

1 Supra, cap. 2, n. 4. 2 *Glossa ordin.* in Marc. 5, 41; ex Beda in h.l. (PL 92,184 B; CCL 120, 501). 3 *In Hebr.,* hom. 31, n. 4 (PG 63, 217). 4 Supra, c. 2, n. 3.

Num. 8: fundatur, etiam ad verba, in dictum Gratiani post c. 87 d. 1 de poenit. (1184ss), ita quod intellectus Chrysostomi et quod sequitur («Non tibi dico»), in § 4 (1185); verba Bedae («publica noxa...»), in § 7 (1186); et quod sequitur («ita occulta...») usque ad finem num. 9, in § 1 (1184-1185). — Num. 10, ibid., ad initium § 1 (1184), sub nomine Chrysostomi.

voce pudor e$t confiteri », ad publicam poenitentiam referendum est. Ibî enim virtutem lacrymarum et confessionis ostendens, significare voluit quod lacrymae occultae et confessio secreta, sicut quae fit soli sacerdoti, lavant delictum quod pudet aliquem publice confiteri. — Quod vero dicit, 'se lacrymas Petri legisse, non confessionem vel satisfactionem', per hoc non excludit illa: multa enim facta sunt, quae scripta non sunt 1. Vel forte nondum facta erat institutio confessionis quae modo est.

11. Similiter et illud P r 0 s p e r i 2; « Si sui iudices fiant, mutabunt aeterna supplicia »; et illud: « Facilius Deum placabunt sibi, qui aut propriis confessionibus crimen produnt, aut nescientibus aliis in se sententiam excommunicationis ferunt », ad publicam confessionem et satisfactionem referri oportet. Non enim solis sacerdotibus ius ligandi et solvendi datum est, si cuique suo arbitrio se poena vel excommunicationis sententia ligare, et absque sacerdotali iudicio se ipsum Deo vel altari reconciliare licet: quod ecclesiasticae institutioni et consuetudini penitus repugnat.

12. Potius igitur: si publice peccasti, publice confitere te reum, et emenda; si vero occulte deliquisti, etiam sic non taceas, nec tamen dico **ut** publices. — **Esychius, super Leviticum** *: Taciturnitas enim peccati ex superbia nascitur cordis. Ideo enim peccatum suum quis celat, ne reputetur foris qualem se iam divino conspectui exhibuit: quod ex fonte superbiae nascitur. Species enim superbiae est, se velle iustum videri, qui peccator est; atque hypocrita convincitur, qui ad instar primorum parentum 3 vel tergiversatione verborum peccata sua levigare contendit, vel sicut Cain 4 peccatum suum reticendo supprimere quaerit. Ubi vero superbia regnat vel hypocrisis, humilitas locum non habet; sine humilitate vero alicui veniam sperare non licet. Ubi ergo est taciturnitas confessionis, non est speranda venia criminis.

13. Iam certissime liquet quam sit detestabile peccati silentium, et e converso quam sit necessaria confessio. — **Ioannes Chrysostomus** *:

4 lavant] lavat MO, lavit A, laverat T. ‖ pudet] pudor est BVX. ‖ aliquem *om.* VX. ‖ publice *om.* MOVX. 5 legisse *trp. post* se BRT. 9 sibi *trp. post* Facilius BNRTVX. 26 ergo] vero AMOV.

1 Resp. Ioan. 21, 25. 2 Supra, c. 2, nn. 6-7. 3 Resp. Gen. 3, 9-13. 4 Gen. 4, 9.

Num. 11: Cf. idem dictum, § 4 (1185). — Num. 12: Conclusio Lombardi ex dictis Gratiani; deinde, sub nomine Esychii (non alia ratione, ut videtur, nisi quod paulum ante citatur), iudicium Gratiani in § 15 (1187). — Num. 13: Ex negligentia rubricae verba Chrysostomi Magistro plerumque attribuuntur.

« Est[1] enim confessio testimonium conscientiae Deum timentis. Qui enim timet iudicium Dei, peccatum non erubescit confiteri. Perfectus timor solvit omnem pudorem. Confessio peccati pudorem habet, et ipsa erubescentia est gravis poena; ideoque iubemur confiteri peccata, ut erubescentiam patiamur pro poena: nam hoc ipsum pars est divini iudicii ».

Cap. 5 (96).

Ad quid valeat confessio. Si ergo quaeritur ad quid confessio sit necessaria, cum in contritione iam deletum sit peccatum, dicimus: quia quaedam punitio peccati est, sicut satisfactio operis. Per confessionem etiam intelligit sacerdos qualiter debeat iudicare de crimine. Per eam quoque peccator fit humilior et cautior.

DISTINCTIO XVIII

Cap. 1 (97).

De remissione sacerdotis. Hic quaeri solet, si peccatum omnino dimissum est a Deo per cordis contritionem, ex quo poenitens votum habuit confitendi, quid postea dimittatur ei a sacerdote. Video enim quo vinculo eum ligat, scilicet temporalis poenae; sed non a quo eum absolvat, et ideo quaero. Ante poenitudinem quippe cordis anima rei maculam habet et foetorem peccati, atque aeternae ultionis vinculo ligata exsistit. Si vero ante confessionem, per cordis contritionem Deus per se ipsum, sine ministerio sacerdotis, et debitum omnino relaxat, et animam interius purgat a contagio et foetore peccati, quid ergo mundat, quid dimittit sacerdos? Ubi sunt claves illae quas Dominus tradidit Petro et successo-

1 Ps.-Ioan. Chrysost., *In Matth. opus imperf.,* hom. 3 (PG 56, 650); hic, *ex Glossa ordin.* in Matth. 3, 6: *Confitentes peccata sua* (apud Lyran., V, 13c), vel ex glossa adhuc ignota ipsius Magistri in Matthaeum.

Cap. 5 hic incipit, et non ante (ut in aliis nostris editionibus), iuxta elenchum capitulorum.

Dist. XVIII-XIX. De potestate clavium, praeter opus P. Anciaux iam citatum, cf. L. Hodl, *Die Geschichte der scholastischen Literatur und der Théologie der Schlüsselgewalt,* in BGPTMA XXXVI11-4, Münster 1960. — Cap. 1. Quaestio proponitur quasi eodem modo ac in *Summa sent.,* VI, 11 (PL 176, 147 B-C).

ribus eius dic/ns 1; *Tibi dabo claves regni caelorum, et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis; et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in caelis?* — Ut autem praemissa quaestio plenius explicari valeat, quasi altius ducto rete 2 de his clavibus et usu earum disseramus.

Cap. 2 (98).

1. **De clavibus.** Claves istae sunt non corporales, sed spirituales, scilicet « discernendi 3 scientia et potentia » judicandi, id est ligandi et solvendi, « qua dignos recipere, indignos debet excludere a regno » ecclesiasticus iudex.

2. Ambrosius in libro De paradiso 4: Qui sicut habet ius ligandi, ita et solvendi. Unde **Ambrosius** 4: « Dominus par ius et solvendi esse voluit et ligandi, qui utrumque pari conditione permisit; ergo qui solvendi ius non habet, nec ligandi habet ». Et infra 5; « Certum est quod Ecclesiae utrumque licet; haeresis utrumque non habet. Ius enim hoc solis permissum est sacerdotibus. Recte igitur Ecclesia hoc vendicat, quae veros habet sacerdotes; haeresis vendicare non potest, quae veros sacerdotes non habet ».

Cap. 3 (99).

De usu clavium. Usus vero harum clavium multiplex est, discernere scilicet ligandos vel solvendos, ac deinde ligare vel solvere. — **Gregorius** 1:

2-3 erit... caelis] etc. LM. 4 rete] reti ANVW, *corr. in* reti R. 12 permisit] promisit X, *corr. in* promisit L. 19 vero] ergo BT, etiam NX. 20 Gregorius *om.* BRVWX.

1 Matth. 16, 19. 2 Resp. Luc. 5, 4: *Duc in altum, et laxate retia.* 3 *Glossa ordin.* in Matth. 16, 19: «Claves sunt discernendi scientia et potentia, qua dignos recipere, indignos excludere debet a regno » (apud Lyranum, V, 52c); ex ps-Beda in h.l. (PL 92, 79 A) vel Beda, *In Evang.,* II, hom. 16 (PL 92, 222 D) seu I, hom. 20 (CCL 122, 145). Rationem 'iudicii' vel 'iudicis' innuit *Glossa interlin.* hic: *Tibi dabo claves:* « Praesentis indicii potestatem » (apud Lyran., V, 52v). 4 Rubrica non obstante, rectius *De poenitentia,* I, c. 2, n. 7 (PL 16 [1845], 468 A; CSEL 73, 122). 5 Ibid. (468 B; 122).

Cap. 2, n. 2: Ambae auctoritates ex *Decreto* Gratiani, de poenit. d. 1, c. 51, § 1 et 2 (1171); rubrica ex c. 47 (1169) ob defectum rubricae ante c. 51.

Cap. 3: in parte ex *Summa sent.,* VI, 14 (PL 176, 152 A); auctoritas, ex *Decreto,* C. 11, q. 3, c. 60 (660).

« Quil enim indignos ligat vel solvit, propria potestate se privat », id est dignum privatione se facit.

Cap. 4 (100).

1. **Si sacerdos potest dimittere vel retinere peccatum.** Sed quaeritur utrum a peccato solvere valeat sacerdos, id est a culpa, ut culpae maculam abstergat; vel debitum aeternae mortis solvere valeat.

2. **Opinio quorundam** ². Quidam arbitrati sunt, cum peccator dupliciter ligatus teneatur, ut praedictum est 2, scilicet mentis contagione ac caecitate, et debito futurae poenae, alterum curari per Deum, alterum solvi per sacerdotem. Patitur enim per peccatum quasdam tenebras interiores et maculas, a quibus nisi liberetur, proicietur *in tenebras exteriores* 3; cum autem liberatur ab his, suscitatur a morte peccati. — Unde Apostolus 4; *Sarge qui dormis, et illuminabit tibi Christus.* Solus enim Christus, non sacerdos, animam resuscitat; ac pulsis tenebris interioribus et maculis, eam illuminat et mundat, qui animae faciem lavat. Debitum vero aeternae poenae solvere concessit sacerdotibus. — Quod in resurrectione Lazari5 signatum asserunt, quem Christus prius per se interius vivificavit; deinde foras exire iussit, eumque adhuc ligatum solvere Apostolis praecepit. Quia, ut aiunt, ipse interius animam a caligine maculaque peccati emundat, sacerdotibus vero dedit vinculum aeternae mortis solvere.

3. **Aliorum sententia verior** ³. Alii vero dicunt solum Deum, non sacerdotem, debitum aeternae mortis dimittere, sicut et animam interius per se vivificat. Nec tamen diffitentur sacerdotibus traditam potestatem peccata remittendi et retinendi, quibus dictum est 6; *Quorum remiseritis peccata* etc. Sicut enim tenuit sibi potestatem baptismi ⁷, ita et poeni-

4 peccatum] peccata BLNRVX. 7 Rubrica *trp.* A, *om.* RVW. 13 tibi] te ABMX.

1 *In Evang.,* hom. 26, n. 5: « Unde fit ut ipsa hac ligandi et solvendi potestate se privet, qui hanc pro suis voluntatibus, et non pro subjectorum moribus exercet » (PL 76, 1200 B). 2 Supra, in cap. 1 huius Dist. 2 Matth. 22, 13. 4 Eph. 5, 14. 5 Resp. Ioan. 11, 14. 6 Ioan. 20, 23. 7 Cf. supra, Dist. 5, c. 3.

Cap. 4. Çf. J. Schupp, *Die Gnadenlehre des Petrus Lombardus,* Freiburg im Br. 1932, 189-191. — Num. 2. Cuius vel quorum sit haec sententia, nescimus. Vide nihilominus interpretationem L. Hodl, in *Die Geschichte* etc., 190-193; necnon et eius dissertationem, *Die theologische Auseinandersetzung zwischen Petrus Lombardus und Odo von Ourscamp* etc., in *Scltolastik* 33 (1958) 62-80.

tentiae; et idço, sicut interius gratia sua animam illuminat, ita et simul debitum aeternae mortis relaxat. Ipse enim per se ipsum peccata poenitentium tegit; et tunc tegit, quando ad poenam non reservat; tunc ergo tegit, quando debitum poenae solvit.

4. **Augustinus.** Quod autem ipse tegat, aperte dicit **Augustinus**, exponens illum locum Psalmi; *Quorum tecta sunt peccata:* « Id est cooperta et abolita. Si enim texit Deus peccata, noluit advertere; si noluit advertere, noluit animadvertere, id est punire, sed ignoscere. Ita ergo dicit a Deo tecta, ut Deus non videat, id est aeternaliter puniat. Videre enim Dei peccata » est ad poenam imputare; avertere autem faciem a peccatis 2, hoc est ea ad poenam non reservare. — **Hieronymus.** Item **Hieronymus** 3; « Quibus Deus dimittit peccata, tegit, ne in iudicio revelentur ». — **Cassiodorus.** Item **Cassiodorus** 4: « Qui gravia habent peccata, aliis Deus imputat, aliis per misericordiam non imputat ».

5. Ex his aperte ostenditur quod Deus ipse poenitentem solvit a debito poenae; et tunc solvit, quando intus illuminat inspirando veram cordis contritionem. — Cui sententiae ratio suffragatur et auctoritates attestantur.

6. **Ratione utitur ad probandum quod dicit.** Nemo enim de peccato vere compungitur, habens *cor contritum et humiliatum* 5, nisi in caritate. Qui autem caritatem habet, dignus est vita. Nemo autem simul dignus est vita et morte; non est igitur tunc ligatus debito aeternae mortis. Filius enim irae 6 esse desiit, ex quo diligere et poenitere coepit; ex tunc igitur solutus est ab ira, quae non manet super illum qui credit in Christum, sed super illum qui non credit 7. Non igitur postmodum, per sacerdotem cui confitetur, ab ira aeterna liberatur; a qua iam liberatus est per Dominum ex quo dixit 8; *Confitebor.* Solus igitur Deus hominem interius

3 ergo] igitur ANRVX. 5 aperte dicit Augustinus] Augustinus insinuat NVX. 6 ilium] hunc LMO. ‖ illum locum] illud VX. 7-8 si2... animadvertere *om.* M, *add. mg.* L. 26 liberatus] liberabitur AMO, *quod corr. A.*.

1 *Enarr. in Ps. 31,* 1 (PL 36, 264; CCL 38, 232); partim in *Glossa* Magistri in h.l. (PL 191, 318 A). 2 Resp. Ps. 50, 11: *Averte faciem tuam a peccatis meis.* 3 *Glossa ordin.* in Ps. 31, 2 (apud Lyranum, III, 128c; cod. Laur. Pl. XVII.4, f. 37b); ex Ps-Hieron., *Breviarium in Ps. 31,* 1 (PL 26 [1845], 912 A). 4 *Glossa ordin.* in Ps. 31, 2 (apud Lyran. III, 128c; cod. cit. f. 37b); ex Cassiodoro in h.l. (PL 70, 219 A; CCL 97, 276). 5 Resp. Ps. 50, 19. 6 Resp. Eph. 2, 3. 7 Ioan. 3, 36: *Qui credit in Filium, habet vitam aeternam; qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.* 8 Ps. 31, 5; vide supra, Dist. 17, c. 1, nn. 3-4, et nn. 11-13.

Num. 4: Auctoritates sumuntur ex *Glossa* Magistri in Ps. 31, 1-2 (PL 191, 318 A, 318 C).

mundat a macula peccati, et a debito aeternae poenae solvit; qui per Prophetam ait 1; *Ego solus deleo iniquitates et peccata populi.*

7. **Auctoritatibus probat idem ℣ — Ambrosius ℣** Item **Ambrosius**2: « Verbum Dei dimittit peccata, sacerdos et iudex ». « Sacerdos 3 quidem officium suum exhibet, sed nullius potestatis iura exercet ». — Idem 4; « Ule solus dimittit peccata, qui solus *pro peccatis nostris mortuus est*5 ». — **Augustinus, Contra Iulianum ℣** Item **Augustinus** 6: « Nemo tollit peccata nisi solus Christus, qui est agnus tollens peccata mundi 7; tollit autem et dimittendo quae facta sunt, et adiuvando ne fiant, et perducendo ad vitam ubi omnino fieri non possint ». — His aliisque pluribus testimoniis docetur Deum solum per se peccata dimittere; et sicut dimittit quibusdam, ita et aliorum quorundam peccata retinet.

Cap. 5 (101).

I. **Quod sacerdotes etiam dimittunt peccata et tenent peccata suo modo,** Nec ideo tamen negamus sacerdotibus concessam potestatem dimittendi et retinendi peccata, cum hoc Veritas in Evangelio aperte doceat 8. — **Augustinus, super Ioannem ℣** Hinc **Augustinus** ait 9: « Ecclesiae caritas, quae per Spiritum Sanctum diffunditur in cordibus 10, eorum qui participes sui sunt peccata dimittit, eorum qui non sunt tenet ».

1 aeternae poenae *trp.* AMRT. 3 Rubrica *om.* ARVW. 4 et] est LX *(Grat.), om.* V. 10 possint] possunt ABMVW, *quod corr.* B. 14 peccatai *om.* ABLR. ‖ peccata2 *om.* MW.

1 Isai. 43, 25. 2 *De Cain et Abel,* II, c. 4, n. 15: «Remittuntur peccata per Dei Verbum, cuius Levites interpres et quidam exsecutor est; remittuntur per officium sacerdotis sacrumque ministerium » (PL 14 [1845], 348 A-B; CSEL 32-1, 391). 3 Ambrosius, *De Spiritu sancto,* III, 18, n. 137: «Homines autem in remissionem peccatorum ministerium suum exhibent, non ius alicuius potestatis exercent » (PL 16 [1845], 809 A; CSEL 79, 208). 4 Non invenimus apud Ambrosium. Cf. *In Luc. 5,* 23 et 6, 22 (PL 15 [1845], 1639 B et 1698 C; CSEL 32-III, 184 et 281; CCL 14,139 et 214); et praesertim *Epist. 26 (ad Irenaeum),* n. 16: « Non potest hoc cuiquam hominum cum Christo esse commune, ut peccata condonet. Solius hoc munus est Christi, qui tulit peccatum mundi» (PL 16 [1845], 1045 C-D). s I Petri 3, 18. 6 *Contra Iulianum opus imperf.,* II, c. 84 (PL 45, 1176). 7 Resp. Ioan. 1, 29. » Matth. 18, 18; Ioan. 20, 23. ' *In Ioan.,* tr. 121, n. 4 (PL 35, 1958; CCL 36, 667). w Resp. Rom. 5, 5.

Num. 7: Primae duae auctoritates Ambrosii ex *Decreto,* de poenit. d. 1, c. 51, sine titulis operum (1170s). Tertia, ex *Summa sent.,* VI, 11 (PL 176, 147 C). Illa Augustini, ex *Decreto,* de consecr. d. 4, c. 141 (1407).

Cap. 5, n. 1. Auctoritas Augustini, ex *Decreto,* de consecr. d. 4, c. 140 (1407).

2. **Augustinus in libro De poenitentia** [1]. Idem i; « Sacerdotes possunt confitentibus parcere: quibus enim remittunt, remittit Deus. Lazarum enim de monumento suscitatum obtulit discipulis solvendum[2], per hoc ostendens potestatem solvendi concessam sacerdotibus. Dixit enim[3]: *Quodcumque solveritis super terram, erit solutum et in caelis,* hoc est: ego Deus, et omnes caelestis militiae ordines, et omnes sancti in gloria mea laudant vobiscum et confirmant quos ligatis et solvitis. Non dixit: quos putatis ligare et solvere, sed in quos exercetis opus iustitiae vel misericordiae. Alia autem opera vestra in peccatores non cognosco ».

3. **Idem, in libro De Baptismo** [4]. Idem[4]; «Cum veraciter ad Deum converso peccata dimittuntur, ab eis dimittuntur quibus ipse veraci conversione coniungitur. Spiritus Sanctus ea dimittit, qui datus est omnibus sanctis sibi caritate cohaerentibus, sive se noverint corporaliter sive non. Similiter, cum alicuius tenentur peccata, ab eis tenentur a quibus ille cordis pravitate disiungitur, sive notis corporaliter sive ignotis. Omnes mali spiritualiter a bonis seiuncti sunt ». Ecce hic dicit peccata dimitti vel teneri a viris sanctis, et tamen Spiritum Sanctum ea dimittere dicit.

4. **Idem, in eodem libro** [5]. Et quod maiori consideratione dignum est, idem etiam dicit quod Deus per se vel per sanctos suos tantum peccata dimittit. Ait enim sic[5]: « Sacramentum gratiae dat Deus etiam per malos, ipsam vero gratiam nonnisi per se ipsum vel per sanctos suos. Et ideo remissionem peccatorum vel per se ipsum facit, vel per ipsius columbae membra, quibus ait[6]: *Si cui dimiseritis, dimittentur* ».

5. Ecce quam varia a doctoribus super his traduntur! Et in hac tanta varietate quid tenendum? — Hoc sane dicere ac sentire possumus, quod solus Deus peccata dimittit et retinet, et tamen Ecclesiae contulit potestatem ligandi et solvendi. Sed aliter ipse solvit vel ligat, aliter Ecclesia. Ipse enim per se tantum ita dimittit peccatum, quia et animam mundat ab interiori macula et a debito aeternae mortis solvit.

5 solveritis] solveris LMV. 9 Alia autem BX *(ps.-Aug., Grat.),* Aliter autem (enim R, *om.* L) LRV, Aliter autem vel alia (= *duplex lectio) alii codd.* 10 Rubrica *om.* RVW, parvulorum *add.* BLX. 11-12 conversione] conversatione A, confessione MNOV. 18 Rubrica *om.* RVW. 26 peccata dimittit *trp.* AMOW. 27 ligat] et *add. NX.* 28 quia] quod MNT.

1 *De vera et falsa poenit.,* c. 10, n. 25 (inter opp. Aug., PL 40, 1122). 2 Resp. Ioan. 11, 44. 3 Matth. 18, 18. 4 August., *De bapt. contra Donatistas,* VI, cc. 4-5, nn. 6-7 (PL 43, 200; CSEL 51, 302). 5 Lib. V, c. 21, n. 29 (191; 287). 6 Ioan. 20, 23.

Num. 2: apud Gratianum, de poenit. d. 8, c. 88 (1188). — Num. 3: apud Gratianum, de consecr. d. 4, c. 41 §§ 3-4 (1378). — Num. 4: ex eodem, § 1 (1377).

Cap. 6 (102).

1. **Quomodo sacerdotes solvunt vel ligant a peccatis.** Non autem hoc sacerdotibus concessit. Quibus tamen tribuit potestatem ligandi et solvendi, id est ostendendi homines ligatos vel solutos. Unde et Dominus leprosum prius sanitati per se restituit; deinde ad sacerdotes misit 1, quorum iudicio ostenderetur mundatus. Ita etiam Lazarum iam vivificatum obtulit discipulis solvendum 2. Quia etsi aliquis apud Deum sit solutus, non tamen in facie Ecclesiae solutus habetur, nisi per iudicium sacerdotis.

2. In solvendis igitur culpis vel retinendis ita operatur sacerdos evangelicus et iudicat, sicut olim legalis in illis qui contaminati erant lepra, quae peccatum figurat. — **Hieronymus, super Matthaeum** : Unde Hieronymus super Matthaeum 3, ubi Dominus ait Petro: *Tibi dabo claves regni caelorum, et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis; et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in caelis:* « Hunc, inquit, locum quidam non intelligentes, aliquid sumunt de supercilio Pharisaeorum, ut damnare innoxios vel solvere se putent noxios, cum apud Deum non sententia sacerdotum, sed reorum vita quaeratur. In Levitico 4 ostendere se sacerdotibus iubentur leprosi, quos illi non faciunt leprosos vel mundos, sed discernunt qui mundi vel immundi sunt. Ita et hic ».

3. Aperte hic ostenditur quod non sequitur Deus Ecclesiae iudicium; quae per subreptionem et ignorantiam interdum iudicat; Deus autem semper iudicat secundum veritatem. Et in remittendis vel in retinendis Culpis id iuris et officii habent evangelici sacerdotes, quod olim sub Lege habebant legales in curandis leprosis. Hi ergo peccata dimittunt vel retinent, dum dimissa a Deo vel retenta iudicant et ostendunt. Ponunt enim sacerdotes nomen Dei super filios Israel, sed ipse benedicit, ut legitur in

2 solvunt vel ligant *trp.* NTVX. 8 iudicium sacerdotis *trp.* NT. 11 figurat] significat MO. 23 vel] et LMV2X. ‖ in2 *om.* ABRTX.

1 Resp. Matth. 8, 4; Luc. 5, 14. 2 Resp. Ioan. 11, 44. 3 *in Matth.* 16, 19 (PL 26 [1845], 118 A-B). 4 Resp. Lev. 14, 2.

Cap. 6, nn. 1-2. Hic dependet Magister a *Summa sent.,* VI, 11 (PL 176, 147 C-D), ubi et auctoritas Hieronymi, quae invenitur etiam in *Glossa ordin.* in Matth. 16, 19 (apud Lyranum, V, 52 C).

Numeris 1. Hync modum ligandi et solvendi Hieronymus supra notavit.

4. **Alius modus ligandi et solvendi.** Ligant quoque sacerdotes dum satisfactionem poenitentiae confitentibus imponunt; solvunt, cum de ea aliquid dimittunt, vel per eam purgatos ad sacramentorum communionem admittunt. Quem modum superius 2 Leo notavit. — Secundum hunc modum etiam dicuntur sacerdotes dimittere peccata vel retinere. Unde superius3 Augustinus dixit: « Quibus remittunt, remittit Deus » etc. Opus enim iustitiae exercent in peccatores, cum eos iusta poena ligant; opus misericordiae, dum de ea aliquid relaxant, vel sacramentorum communioni conciliant. Alia opera in peccatores exercere nequeunt.

5. Et notandum quia, quos satisfactione poenitentiae ligant, eo ipso a peccatis solutos ostendunt, quia non imponitur alicui satisfactio poenitentialis, nisi quem sacerdos vere poenitentem arbitratur; alii non imponit, et eo ipso peccatum a Deo retineri indicat. — **Augustinus, In libro De poenitentia :** Quod autem hoc ad claves pertineat, Augustinus ostendit dicens4: « Frustrat claves Ecclesiae, qui sine arbitrio sacerdotis poenitentiam agit, si sine oris confessione criminis indulgentia impetratur ».

6. Est et alius modus ligandi et solvendi, qui per excommunicationem geritur: dum aliquis secundum canonicam disciplinam tertio vocatus 5 ad emendationem manifesti delicti, et satisfacere vilipendens, sententia Ecclesiae a loco orationis et sacramentorum communione et fidelium consortio praeciditur, ut erubescat, et pudore sceleris conversus poeniteat, ut sic *spiritus* eius *salvus sit* 6. Quod si poenitentiam profitens resipuerit, negatae communioni adimittitur et Ecclesiae reconciliatur. — Haec autem Ecclesiae anathematizatio hanc poenam illis qui digne percelluntur infligit: quia gratia Dei et protectio illis amplius subtrahitur, ac sibi ipsis relinquuntur, ut sit eis liberum ruere in interitum peccati. In quos etiam diabolo maior saeviendi datur potestas. Orationes quoque Ecclesiae et benedictionum ac meritorum suffragia eis nequaquam suffragari putantur.

6 Quem modum] Quem ad modum M, *corr, in* quemadm. R1W2. ‖ Leo] papa *add.* BLNW, *add. interi.* R. 10 dum] cum BNX. ‖ relaxant] laxant NRTVX, *quod corr.* T2. 29 datur potestas *trp.* LNT.

1 **Num. 6, 27:** *Invocabuntque nomen meum super filios Israel, et ego benedicam eis.* **2 In Dist. 17, c. 3, n. 3.** **3 Hic supra, c. 5, n. 2.** **4 Verba sunt Gratiani,** *Decret.,* **de poenit. d. 1, in dicto post c. 87 § 10 (1186); et resp. dictum Augustini in** *Sermone 392,* **c. 3, n. 3 (inter dubios, PL 39, 1711), hic supra, Dist. 17, c. 1, n. 8.** **5 Cf. Matth. 18, 15-17.** **6 Resp. 1 Cor. 5, 5:** *Tradere huiusmodi Satanae in interitum carnis, ut spiritus salvus sit;* **cf. Magister in h.l. (PL 191, 1571 D - 1572D), et Proleg. ad tom. I, 27*-28*.**

Cap. 7 (103).

1. **Quomodo secundum hos modos intelligendum sit illud: Quodcumque solveris etc.** Secundum hos ligandi et solvendi modos, quomodo verum est quod dicitur i; *Quodcumque solveritis super terram, erit solutum et in caelis; et quodcumque ligaveritis super terram, erit ligatum et in caelis?* Aliquando enim ostendunt solutos vel ligatos, qui non sunt apud Deum; et poena satisfactionis vel excommunicationis interdum indignos ligant vel solvunt; et indignos sacramentis admittunt, et dignos admitti arcent.

2. Sed intelligendum est hoc in illis quorum merita solvi vel ligari postulant. Tunc enim sententia sacerdotis iudicio Dei et totius caelestis curiae approbatur et confirmatur, cum ita ex discretione prodit, ut reorum merita non contradicant. Quoscumque ergo solvunt vel ligant adhibentes elavem discretionis reorum meritis, solvuntur vel ligantur *in caelis,* id est apud Deum, quia divino iudicio sententia sacerdotis sic progressa approbatur et confirmatur.

3. **Origenes, super Leviticum** *.* Quos ergo secundum merita sententia Ecclesiae percellit, laedit, et illi foris sunt apud Deum. Qui autem non meruit, sententia Ecclesiae non laeditur, nisi contemnat. Unde Origenes2: « Exiit quis a veritate, a fide, a caritate: per hoc exit de castris Ecclesiae, etiam si episcopi voce non abiciatur. Sicut econtra aliquis non recto iudicio foras mittitur, sed si non egit ut mereretur exire, nihil laeditur. Interdum enim qui foras mittitur, intus est; et qui foris est, intus videtur retineri ».

4. Ecce qualis et quantus est usus apostolicarum clavium. Iam ostensum est ex parte qualiter sacerdotes dimittunt peccata vel tenent, et tamen retinuit sibi Deus quandam singularem potestatem dimittendi vel retinendi, quia ipse solus per se debitum aeternae mortis solvit et animam interius purgat.

3 solveris] solveritis MRWX. 4-5 erit... caelis] etc. BL. 22 foris] foras ABMORTX, *quod corr.* O.

1 Matth. 18, 18. 2 *In Levit.,* hom. 14, n. 3 (PG 12, 556 A; GSC 29 [1920], 483).

Cap. 7 dependet a *Summa sent.,* VI, 14 (PL 176, 152-153). — Num. 3: Auctoritas sumi videtur potius a *Olossa ordin.* in Levit. 24, 10 (apud Lyranum, I, 257d) quam a Gratiano, C. 24, q. 3, c. 7 (992). Non excludimus etiam quandam Glossam Magistri in Leviticum.

Cap. 8 (104).

1. **Quae sint interiores tenebrae et interior macula.** Hic quaeritur quae sit illa macula et quae sint illae tenebrae interiores, a quibus Deus interius animam purgat cum veram poenitentiam immittit.

2. **Responsio.** De tenebris et interiori caligine satis facile est intelligere et respondere. Cum enim quis mortaliter delinquit, et gratia virtutis privatur, si qua praecessit, et naturalium bonorum elisionem patitur; unde intellectus obtunditur et totus homo interior obtenebratur; et ita quasi caligine quadam mens obvolvitur. Quae caligo peccati poena est. Hanc vero Deus pellit, cum poenitentiam immittit, per quam bona perdita restituit et vitiata reparat. Unde Propheta 1; *Nebulam sicut cinerem spargit.*

3. **Quaestio.** Sed quae est macula peccati a qua animam lavat? Ecce enim quis voluit facere homicidium et patravit; quo patrato, desinit tam velle quam facere; nondum tamen vere et humiliter poenitet, nec confiteri proponit. Quae igitur remansit in anima illius macula? Mala voluntas quidem macula fuit illius animae, sed illa transiit. Macula est etiam si poenitere contemnit, sed hoc est peccatum aliud a praecedenti. Quae igitur macula remansit, a qua in poenitentia purgatur?

4. **Responsio.** Polluta quidem est anima quousque poenitet, sicut erat dum in ea prava erat voluntas. Sicut enim qui tangit morticinum 2 vel aliud immundum, ita pollutus est post actum, quousque lavatur, sicut fuit dum tangeret; ita post actum peccati ita polluta remanet anima, sicut fuit in ipso actu peccati, quia ita longe est a Deo per dissimilitudinem, qui est vita et munditia mentis, sicut fuit dum peccatum ageret. Ipsa ergo dissimilitudo quae inest animae ex peccato, et est a Deo elongatio, animae macula intelligitur a qua purgatur in poenitentia.

5 Responsio *om.* RVW. 13 Quaestio *ex cod.* T, *om. alii.* 16 igitur] ergo LNVX. 17 transiit] transit AMNOW, *quod corr.* N. 20 Responsio *om.* RVW. 22 actum] tactum BLNVWX. 23 dum] cum MX. 25 ergo] vero AB, etiam VX.

1 Ps. 147, 5; *Glossa ordin.:* «cinis ad penitentiam pertinet» (cod. Laurent. Pl. XVII, 4, f. 197v); *interlin.: nebula:* « pro caligine peccati » (ibid.); dein *ordin.:* «et erit salubris nebula quam ut cinerem spargit deus» (f. 198r in marg, sup.); omnia apud Lyran., III, 304r; in parte, ex August, in h.l., n. 24 (PL37, 1933; CCL 40, 2159s). 2 Resp. Lev. 11, 31, et Num. 19, 22.

Cap. 8, num. 1-2. Cf. Hugo, *De sacram.,* II, 14, 8 (PL 176, 565 B-C); et hic supra, lib. II, d. 35, cc. 4-5 (tom. I, 535s); d. 42, c. 2 (568).

5. Hoc autem solus Deus facit, qui solus suscitat animam et illuminat; quod sacerdotes nequeunt, qui tamen sunt medici animarum. Unde Propheta i; *Numquid medici suscitabunt et confitebuntur tibi?* Quod exponens **Augustinus**2 ait: « Boni doctores recte medici dicuntur; qui viventes curare ministerio possunt, sed non mortuos suscitare. Sola enim gratia Dei reviviscunt ».

DISTINCTIO XIX

Cap. 1 (105).

1. **Quando hae claves dantur et quibus.** Postquam ostensum est quae sint claves apostolicae et quis earum usus, superest investigare quando istae claves dentur et quibus.

2. Dantur hae claves per ministerium episcopi alicui in promotione sacerdotii. Cum enim recipit ordinem sacerdotalem, simul et has claves recipit.

3. **Quod non omnis sacerdos alteram elavem habet, scilicet scientiam discernendi.** Sed non videtur quod omnes vel soli sacerdotes has claves habeant, quia plerique ante sacram ordinationem scientiam discernendi habent, plures post consecrationem ea carent. — Sane dici potest quod alteram harum clavium, id est scientiam discernendi, non omnes habent sacerdotes: unde dolendum est atque lugendum. Multi enim, licet indiscreti atque scientiae qua eminere debet sacerdos exsortes, sacerdotii gradum recipere praesumunt, vita et scientia eo indigni, qui nec ante sacerdotium nec post scientiam habent discernendi qui ligandi sint vel solvendi. Ideoque illam elavem in consecratione non recipiunt, quia semper scientia carent. — Qui vero ante sacerdotium scientia discernendi praediti sunt, licet habeant discretionem, non tamen in eis clavis est, quia non valent ea claudere vel aperire. Ideoque cum promovetur in sacer-

15 Rubrica *om.* LVW.

1 Ps. 87, 11. 2 *Enarr. in Ps. 87,* n. 10 (PL 37, 1116; CCL 39, 1215s); iam in *Glossa ordin.* in h.l. (cod. Laurent. PL XVII.4, f. 117c; apud Lyran. III, 217a).

Num. 5: Ex *Glossa* Magistri in Ps. 87, 11 (PL 191, 814 C).

Dist. XIX, c. 1: Cf. *Summa sent.,* VI, 14 (PL 176, 152 A-C), unde plura hic inseruntur.

dotem, clavepi discretionis recte dicitur accipere, quia et ante habita discretio augetur et fit in eo clavis, ut ea iam valeat uti ad claudendum vel aperiendum.

4. **Si alteram clavem omnes habent, scilicet potestatem ligandi et solvendi** *: Cumque iam constet non omnes sacerdotes illas duas habere, quia scientia discernendi plerique carent, de altera, id est potentia ligandi et solvendi, quaeritur utrum omnes sacerdotes eam habeant.

5. **Quorundam opinio** *: Quidam enim putant[1] hanc potestatem illis solis esse concessam, qui doctrinam simul ac vitam Apostolorum servant. Illas enim claves promisit Dominus Petro[2] et imitatoribus eius tantum, ut aiunt. Qui etiam auctoritatibus utuntur in munimentum suae opinionis.

6. **Augustinus in libro De baptismo** *: Hoc enim dicunt Augustinum sensisse superius[3], ubi ait: « Remissionem peccatorum vel per se ipsum facit Deus, vel per columbae membra ». Dicit etiam idem[4] peccata dimitti vel teneri a sanctis. — **Augustinus** *: Idem, super Exodum[5], ubi de lamina aurea legitur: *Erat autem lamina aurea semper in fronte sacerdotis*·. « Haec, inquit, significat fiduciam bonae vitae, quam qui vere perfecteque, non significatione, sed veritate, sacerdos habet, solus potest peccata auferre ».

7. **Gregorius in tractatu evangeliorum** *: Item Gregorius[6]: « Illi soli habent, in hac carne positi, ligandi et solvendi potestatem sicut sancti Apostoli, qui illorum exempla simul cum doctrina tenent ». — Item ex dictis Origenis[7]: « Haec potestas soli Petro concessa est, et imita-

8 Rubrica *om.* LRVW, *trp.* ABX. 9 ac] et LMNVX. 12 Rubrica *om.* LMRVW. 14 idem] ibidem BLRTWX, *quod corr.* T.

1 Ita P. Abaelardus, *Ethica,* c. 26 (PL 178, 673 C - 678 A). Quam sententiam sic retractat in sua *Confessione fidei 'Universis'* (1139-40): «Potestatem ligandi atque solvendi successoribus apostolorum omnibus, ut ipsis aeque apostolis concessam esse profiteor, et tam indignis quam dignis episcopis quandiu eos Ecclesia susceperit » (PL 178, 107). Exaggerata tantum forma huius opinionis, ut in *Ethica,* c. 26 (674 D), damnata est in concilio Senonensi (1140): «Quod potestas ligandi atque solvendi Apostolis tantum data sit, et non successoribus eorum » (DS n. 732). Cf. L. Hodl, *Die Geschichte der scholastischen Liieratur und der Théologie der Schliisselgewalt,* 82-86. 2 Resp. Matth. 16, 19: *Et tibi dabo claves* etc. 3 *De bapt. contra Donatistas,* V, c. 21, n. 29 (PL 43, 191; CSEL 51, 287); supra, Dist. 18, c. 5, n. 4. 4 Supra, loc. cit. 5 *Glossa interlin.* in Exod. 28, 38 (apud Lyran., I, 191v); ex August., *Quaest. in Heptat.* II, q. 120 (PL 34, 638; CSEL 28-11, 170; CCL 33, 127). *e* Rubrica ex *Summa sent,* (infra), sed revera resp. *Dialogi,* II, c. 23: « Numquidnam, Petre, in hac adhuc carne non erat, qui audiebat: *Quodcumque ligaveris*... Cuius nunc vicem in ligando et solvendo obtinent qui locum sancti regiminis fide et moribus tenent » (PL 66, 180 B); cf. *In Evang.,* hom. 26, nn. 4-5 (PL 76, 1199 C - 1200 B). 7 *In Matth.* 16, 19, XII, n. 14 (PG 13,1014 B - 1015 A).

toribus Petri; nam quicumque vestigia Petri imitantur, habent recte ligandi et solvendi potestatem ». — His aliisque testimoniis innituntur, qui asserunt potestatem ligandi ac solvendi illis solis concessam sacerdotibus, qui vita et doctrina pollent sicut Apostoli.

8. **Aliorum sententia verior.** Aliis autem videtur, quod et mihi placere fateor, cunctis sacerdotibus hanc elavem dari, scilicet ligandi et solvendi; sed non eam recte ac digne habent, nisi qui vitam et doctrinam apostolicam servant. Nec praemissae auctoritates malos sacerdotes hanc potestatem habere negant, sed illos solos digne ac recte hac potestate uti significant, qui praediti sunt vita et doctrina apostolica: quia soli Apostolorum imitatores digne recteque possunt ligare et solvere, et per Deum tantum vel per sanctos, in quibus habitat Spiritus Sanctus, digne et recte fit remissio vel retentio peccatorum. Fit tamen et per illos qui sancti non sunt, sed non digne vel recte: dat enim Deus benedictionem digne poscenti, etiam per indignum ministrum.

9. Quod omnes sacerdotes habeant potestatem ligandi et solvendi confirmat. — Hieronymus. Quod vero hanc potestatem habeant omnes sacerdotes, **Hieronymus**[1] testatur super illum locum Evangelii, ubi Dominus dixit **Petro** *Tibi dabo claves regni caelorum* etc.: «Habent, inquit, eandem iudiciariam potestatem alii Apostoli, habet et omnis Ecclesia in episcopis et presbyteris; sed ideo Petrus eam specialiter accepit, ut omnes intelligant quod quicumque ab unitate fidei et societate Ecclesiae se separaverit, nec peccatis solvi, nec caelum potest ingredi ».

Cap. 2 (106).

1. **Quod etiam per indignos transfunditur gratia dignis. — Augustinus in libro Quaestionum Veteris et Novi Testamenti.** Item, quod sacerdos, etiam si malus sit, gratiam tamen transfundat pro suae dignitatis officio, **Augustinus**[3] ostendit dicens: « Dictum est a Domino in

3 ac] et BNRWX, atque L. 18 locum Evangelii *trp.* TVX. 23 separaverit] separant X, separaverint BMORW, *quod corr.* ORW. ‖ potest] possunt BM.

1 Sub nomine Hieron. in *Glossa ordin.* in Matth. 16, 19: *Quodcumque ligaveris* etc. (apud Lyran., V, 52c); sed est Bedae, *In Evang.* II, hom. 16 (PL 94, 223 A-B) seu I, hom. 20 (CCL 122, 146). 2 Matth. 16, 19. 3 Revera est Ambrosiaster, q. 11 (PL 35, 2223s; CSEL 50, 36).

Cap. 2, n. 1: Ex *Decreto,* C. 1, q. 1, c. 96 (392), ubi datur sub titulo *Augustinus in lib. questionum veteris test.*

Numeris 1, a^Moysen et Aaron sacerdotes: *Vos ponite nomen meum super filios Israel, ego Dominus benedicam eos,* ut gratiam traditio per ministerium ordinati transfundat hominibus, nec voluntas sacerdotis obesse vel prodesse possit, sed meritum benedictionem poscentis. Quanta autem dignitas sit sacerdotalis officii et ordinis, hinc advertamus. Dictum est de nequissimo Caipha, inter cetera 2; *Hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, prophetavit;* per quod ostenditur Spiritum gratiarum non personam sequi digni vel indigni, sed ordinem traditionis: ut quamvis aliquis boni meriti sit, non tamen possit benedicere nisi fuerit ordinatus ut officii ministerium exhibeat. Dei autem est effectum tribuere benedictionis ». Hinc evidenter ostenditur ordo non privari potestate tribuendi gratiam ob ministri indignitatem.

2. Hesychius dissentire videtur ab Augustino ℣ — Hesychius, super Leviticum ℣ Huic tamen **Augustini** sententiae videtur obviare quod ait **Hesychius**3: « Sacerdotes, inquit, non propria virtute benedicunt, sed quia figuram Christi gerunt, et propter eum qui in ipsis est, benedictionis plenitudinem tribuunt. Nec solum is qui sacerdotium sortitus est, sed quicumque Christum in seipso habet et eius figuram gerit per conversationem bonam, sicut Moyses, idoneus est ut benedictionem praestet». Ecce hic habes quod non solum sacerdos, sed omnis in quo Christus habitat, benedictionem praestat.

3. **Solvit ℣** Sed alia est benedictio quae solis congruit sacerdotibus, alia quae ab omnibus bonis communiter exhibetur. Denique illi sacerdotes in quibus Christus habitat, benedictionis plenitudinem tribuere dicuntur non quia soli illi transfundant gratiam, sed quia illi soli licite et digne id agunt. Nec subditos mala vita sacerdotis laedit, si bona faciunt quae ille dicit. — **Gregorius Papa ℣** Unde **Gregorius**4: « Multi, dum plus vitam sacerdotum quam suam discutiunt, in erroris foveam dilabuntur; minus considerantes quod non eos vita sacerdotum laederet, si humiliter bonis sacerdotum admonitionibus aurem accommodarent ».

13 Rubricae *om.* RVW. 18 seipso] semetipso BN. 19 conversationem] conversionem ALMNORTV, *quod tamen corr.* LNOT. 22 Solvit] Solutio AN, *om.* RVW. 25 soli illi *trp.* BLM. 26 vita sacerdotis *trp.* RTVX.

1 Num. 6, 27. 2 Ioan. 11, 51. 3 Hesychius, *In Levit.* 9, 23: *Ingressi autem Moyses et Aaron* (PG 93, 894 B-C). 4 Non inveniuntur haec verba apud Gregorium; error est Gratiani (infra), sicut supra, Dist. 13, c. 1, n. 5.

Num. 2: Ex *Olossa ordin.* in Lev. 9, 23 (apud Lyranum, I, 230d). — Num. 3. Auctoritas Gregorio attributa, ex *Decreto* Gratiani, C. 1, q. 1, c. 84 (387), ad initium. Alia pars eiusdem cap. citatur supra, Dist. 13, c. 1, n. 5.

Cap. 3 (107).

1. **De eo quod scriptum est in Malachia: Maledicam benedictionibus vestris.** Praemissae vero sententiae, qua dicitur etiam per mali sacerdotis ministerium transfundi gratiam benedictionis, videtur obviare quod Dominus per Prophetam malis sacerdotibus comminatur 1; *Maledicam benedictionibus vestris;* et alibi2: *Vae his qui vivificant animas quae non vivunt, et mortificant animas quae non moriuntur.* Si enim maledicit Dominus benedictionibus eorum, et si animae quas vivificant, non vivunt, quomodo per eos gratia benedictionis transfunditur?

2. Sed illud capitulum, *Maledicam* etc., quidam3 referunt ad haereticos qui ab Ecclesia praecisi sunt et ad excommunicatos, quorum benedictiones fiunt maledictiones his qui eorum sequuntur errores. — Illud alterum vero, scilicet: *Vivificant* etc., super omnes illos sacerdotes exponunt qui absque clave scientiae et forma bonae vitae praesumunt ligare vel solvere. Sed nullus officio sacerdotis uti debet, nisi immunis sit ab illis quae in aliis iudicat; alioquin se ipsum condemnat.

Cap. 4 (108).

1. **Qualis debeat esse iudex ecclesiasticus. — Augustinus in libro De poenitentia.** Qualem autem oporteat esse qui aliorum iudex constituitur, Augustinus3 describit ita dicens: « Sacerdos, cui omnis offertur peccator, ante quem statuitur omnis languor, in nullo eorum sit judicandus, quae in alio iudicare est promptus. Judicans enim alium qui est iudicandus, condemnat se ipsum 6. Cognoscat igitur se, et purget in se quod alios videt sibi offerre. Caveat ut a se proiecerit quidquid in alio damnosum reperit. Animadvertat quod *qui sine peccato est, primus in*

12 errores] errorem RTX. 18 debeat] debet AB RTX, *corr. in* debet O. 19 oporteat esse *trp.* LRTVX.

1 Malach. 2, 2; cf. *Summa sent.,* VI, 14 (PL 176, 153 AB). 2 Ezech. 13, 19. 3 Ita Gratianus, C. 1, q. 1, c. 76, et dictum seq.: «Hoc igitur intelligendum est de haeretico » (385). 4 Cf. *Summa sent.*, uti supra. 5 *De vera et falsa poenitentia,* c. 20 (inter opp. August., PL 40, 1129). 6 Resp. Rom. 2, 1: *In quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas: eadem enim agis quae iudicas.*

Cap. 4, nn. 1-2: Ex *Decreto,* de poenit. d. 6, c. 1, §§ 2-3 (1243).

illam lapidem mittat i. Ideo enim liberavit peccatricem, quia non erat qui iuste proiceret lapidem. Quomodo lapidaret, qui se lapidandum ■cognosceret? (Cave hic! ǂ Nullus enim erat sine peccato: in quo intelligitur omnes fuisse reos, nam venialia semper remittebantur per caerimonias; si quod ergo in eis peccatum erat, criminale erat. In hoc igitur patentissimum est crimen sacerdotum et detestabile, qui non prius se judicant et alios alligant ».

2. Idem ǂ « Caveat 2 spiritualis iudex, sicut non commisit crimen nequitiae, ita non careat munere scientiae. Oportet ut sciat cognoscere quidquid debet iudicare: iudiciaria enim potestas hoc postulat, ut quod •debet iudicare discernat. Diligens igitur investigator sapienter interroget a peccatore quod forsitan ignoret, vel verecundia velit occultare. Cognito vero crimine, varietates eius non dubitet investigare, et locum, et tempus, et cetera quae supra diximus λ — Quibus cognitis, adsit benevolus, paratus erigere et secum onus portare. Habeat dulcedinem in affectione, discretionem in varietate; doceat perseverantiam. Caveat ne corruat, ne iuste perdat iudiciariam potestatem. Etsi enim poenitentia ei possit acquirere gratiam, non tamen mox restituit in potestatem primam. Etsi Petrus post lapsum restitutus fuerit, et saepe lapsis sacerdotibus reddita sit dignitatis potestas, non tamen est necesse ut omnibus concedatur quasi ex auctoritate. Invenitur auctoritas quae concedit et quasi imperat; invenitur alia quae non concedit, sed vetat. Quae Scripturae non repugnant, sed -concordant. Cum enim tot sunt qui labuntur, ut pristinam dignitatem ex auctoritate defendant et quasi usum peccandi sibi faciant, recidenda est spes ista. Si vero locus est ubi ista non concurrant, restitui possunt qui peccant ».

3. Ex his satis perpenditur qualis debeat esse sacerdos qui alios ligat et solvit, discretus scilicet et iustus; alioquin *mortificat* saepe *animas quae non moriuntur,* et *vivificat quae non vivunt* ⸌ et ita incidit in maledictionis iudicium.

3 Cave hic *om.* BNRVWX. 4-5 caeremonias] Nota: nam (om. L) venialia hic dicit et criminalia secundum legem, ubi venialia putabant que per ceremonialia (ceremonias W) dimittebantur sine morte vel mutilatione, criminalia que mortem vel mutilationem inferebant *nota in tertia col. add.* LW. 10 debet] debeat BLNVX. 17 ei possit *trp,* NTV. 24 recidenda] rescindenda TVW.

1 Ioan. 8, *7.* 2 Ps.-August., ibid. (PL 40, 1129s). 3 Quae verba ignoti auctoris *De poenitentia* inveniuntur supra, Dist. 16, c. 2, n. 1. 4 Ezech. 13, 19; cf. :supra, c. 3, nn. 1-2.

4. Illud autem Malachiae 1, scilicet *Maledicam benedictionibus vestris,* sive super haereticos tantum et excommunicates, sive super omnes sacerdotes qui vita et scientia carentes benedicere praesumunt, dictum accipiatur, sic intelligi potest 2: (**Gregorius**) « *Maledicam benedictionibus vestris,* id est his quae meis benedictionibus possidetis », quia faciam ea vobis cedere in maledictionem, non in benedictionem; quia etsi « benedicunt sanctis », non hoc faciunt « ex vero corde », et ideo eorum benedictio eis vertitur in maledictionem. Vel « *maledicam* 3 *benedictionibus vestris,* id est quod a vobis benedicitur, a me erit maledictum », quia (**Gregorius**) « benedicunt 4 inique agentibus, adulanturque peccantibus, dummodo divites sint ».

DISTINCTIO XX

Cap. 1 (109).

1. **De his qui in fine poenitent.** Sciendum est etiam quod tempus poenitentiae est usque in extremum articulum vitae. — **Leo Papa**. Unde **Leo** Papa 5: « Nemo est desperandus, dum in hoc corpore constitutus est, quia nonnunquam quod diffidentia aetatis differtur, consilio maturiore perficitur ».

2. **Augustinus**. **Augustinus** tamen de poenitentiam differentibus ita scribit 6; « Si quis positus in ultima necessitate voluerit accipere poenitentiam et accipit, et mox reconciliabitur et hinc vadit: fateor vobis, non illi negamus quod petit, sed non praesumimus quia bene hinc exit.

5 meis] in eis ALOW. vobis L *(quod corr. mg.* L2). 8 benedictionibus] benedicentibus LM. ‖ vestris] vos M, 21 reconciliabitur] reconciliatur BNV, reconcilietur X. 22 bene hinc *trp.* ABL.

1 Malach. 2, 2; de quo, in c. 3, n. 2. 2 Revera paraphrasim hic praebet Magister dictorum Hieronymi super Malach. 2, 2 (PL 25 [1845], 1553 B et 1554 B). 3 Cf. supra, Dist. 13, c. 1, n. 5. 4 Verba sunt Hieronymi, sub nomine Gregorii, supra, in eodem n. 5. 5 *Epist. 167 (ad Rusticum episc. Narbon.),* inq. 7 (PL 54, 1205 B; Mansi VI, 403 B). 6 *Sermo 393* (inter dubios, PL 39, 1714s).

Num. 4: Verba Gregorio attributa, ex *Decreto,* C. 1, q. 1, c. 84 (387); vide etiam supra, D. 13, c. 1, *n. 5.*

Dist. XX, c. 1. Fere totum capitulum trahitur ex Gratiano, de poenit. d. 7 (1244-1247); n. 1, ex c. 1; n. 2, ex c. 2 et inde ex c. 4 in fine; n. 3, in parte ex dicto ante c. 5, dein, ex *Glossa* Magistri in Ps. 140, 2 (PL 191, 1235 C), et ex c. 6, § 1 (1246).

Si securus tjinc exierit, ego nescio. Poenitentiam dare possumus, securitatem vero non. Numquid dico 'damnabitur'? Sed nec dico 'liberabitur'. Vis ergo a dubio liberari? Age poenitentiam dum sanus es. Si sic agis, dico tibi quia securus es, quia poenitentiam egisti eo tempore quo peccare potuisti. Si vis agere poenitentiam quando iam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa ». — Item P « Duae res sunt: aut ignoscitur tibi, aut non ignoscitur. Quid horum tibi sit futurum, nescio. Ergo tene certum, dimitte incertum ».

3. Sed quare hoc dixit **Augustinus**, cum poenitentia quae in fine agitur in Psalmo 2 appelletur *sacrificium vespertinum,* « quod erat acceptabilius in Lege »; et cum *in quacumque die* invocetur, Deus adsit, et *quacumque hora ingemuerit et conversus fuerit peccator, vita vivat?*

4. Sed illa dixit **Augustinus** propter illos qui poenitentiam usque in finem vitae protrahunt; et tunc non ex Dei amore videntur poenitere, sed timore mortis, quasi ex necessitate. — **Augustinus in libro De poenitentia** : Unde idem, quasi aperiens quare superiora dixerit, **ait**3: « Nullus exspectet quando peccare non potest. Arbitrii enim quaerit libertatem ut delere possit commissa, non necessitatem; caritatem, non tantum timorem, quia non in solo timore vivit homo. Quem ergo sero poenitet, oportet non solum timere iudicem, sed diligere, quia sine caritate nemo potest salvus esse 4: non ergo tantum timeat poenam qui poenitet, sed anxietur pro gloria. Quae conversio si contigerit alicui etiam in fine, desperandum non est de eius remissione. Sed quoniam vix vel raro est tam iusta conversio, timendum est de poenitente sero, maxime cum filii quos illicite dilexit sint praesentes, uxor et mundus ad se vocet. Multos solet serotina poenitentia decipere. Sed quoniam Deus semper potens est, semper, etiam in morte, iuvare valet quibus placet. Cum igitur opus sit non hominis, sed Dei, fructifera poenitentia, inspirare eam potest quandocumque vult sua misericordia, et remunerare ex misericordia quos damnare potest ex iustitia. Sed quoniam multa sunt quae impediunt et

7 sit futurum *trp.* MTVX. 17 quaerit *om.* M, *add. interi.* O2, Deus *add. mg.* L, *add. interi.* T.

1 Ibid., parum infra (1715). 2 Ps. 140, 2: *Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum,* cum *Glossa ordin.* in h.l. (apud Lyranum, III, 296a; cod. Laurent. Pl. XVII, 14, f. 190c); sequitur Ezech. 33, 12 et 15; cf. Dist. 17, c. 1, n. 4. 3 *De vera et falsa poenit.,* c. 17, multis omissis et nonnullis mutatis (inter opera August., PL 40, 1127s). 4 Cf. I Cor. 13, 2.

Num. 4-5, ex eodem c. 6, in forma abbreviata.

languentem retrahunt, periculosissimum est et interitui vicinum, ad mortem protrahere poenitentiae remedium. Sed magnum est cui Deus tunc inspirat, si quis est, veram poenitentiam ».

5. « Sed i si etiam sic conversus *vita vivat et non moriatur* 2, non pro-
.5 mittimus quod evadat omnem poenam. Nam prius purgandus est igne purgationis, qui in aliud saeculum distulit fructum conversionis. Hic autem ignis, etsi aeternus non sit, miro modo est gravis: excellit enim omnem poenam quam unquam passus est aliquis in hac vita3. Nunquam in carne tanta inventa est poena, licet mirabilia martyres passi sint tor-
lo menta, et multi nequiter quanta saepe sustinuerunt supplicia ».

6. Ex his satis ostenditur quam periculosum sit differre poenitentiam usque in finem vitae. Si tamen etiam tunc vera habeatur poenitentia, hominem liberat et vitam mortuo impetrat4; non sic tamen ut nullam sentiat poenam, nisi forte tanta sit vehementia gemitus et contritionis,
is quae sufficiat ad delicti punitionem. Licet ergo « difficile 5 sit ut tunc sit vera poenitentia, quando tam sera venit, quando cruciatus membra ligat et dolor sensum opprimit, ut vix homo aliquid cogitare valeat, melior est tamen sera quam nulla ». « Poenitentia 6 enim, si in extremo vitae hiatu advenit, sanat et liberat ». « Multum 7 sera fuit latronis poenitentia, sed
20 non fuit sera indulgentia ». Sed « licet » latro veniam meruisset in fine de omni crimine, non tamen dedit baptizatis peccandi et perseverandi auctoritatem ».

Cap. 2 (110).

1. **De his qui poenitentiam non complent.** Si vero quaeritur de illis
æ qui in hac vita poenitentiam non complent, utrum transituri sint per

1 periculossimum] periculosum ABL. 9 sint] sunt BRTVX, *quod corr.* R. 10 saepe sustinuerunt *trp.* ABLW. 24 qui] hic *add.* AORW. ‖ complent] hic *add.* T.

1 Ps.-August., ibid., c. 18 (1128). 2 Ezech. 33, 15. 3 De hac poena secundum verba authentica August., cf. infra, Dist. 21, c. 2. 4 Ps.-August., *De vera et falsa poenitentia,* c. 17: « Oportet enim peccatorem ut in poenitentia fructificet, ut mortuo vitam impetret » (PL 40, 1127). 5 Hugo, *De sacram.,* II, 14, 5 (PL 176, 560 B). 6 ps._ August., ibid., c. 17 (1127). *r* Hugo, ibid. (560 C). De latronis poenitentia: Luc. 23, 41-43. s Ps.-August., ibid. (1127).

Num. 6 conficitur ex dictis pseudo-Augustini et Hugonis, uti supra notatur.

Cap. 2, n. 1. Titulus et quaestio sunt Hugonis, in *De sacram.* II, 14, 3 (PL 176, 555 C); qui aliter tamen non est fons huius cap., sicut nec *Glossa* Magistri in Hebr. 10, 31 (PL 192

ignem, ut i|?i quasi compleant quod hic minus fecerunt, idem dicimus et de istis esse sentiendum, et de his qui in extremis poenitent. — Si enim tanta fuerit cordis contritio et delicti exprobratio, ut sufficiat ad puniendum peccatum, liberi ab aliis poenis transeunt ad vitam, etsi inexpleta fuerit poenitentia, quia perfecte poenituerunt et ingemuerunt corde. — Qui vero non adeo conteruntur corde et ingemiscunt pro peccato, si ante expletionem poenitentiae decesserint, ignem purgatorium sentiunt, et gravius puniuntur quam si hic implessent poenitentiam. *Horrendum est* enim *incidere in manus Dei viventis* 1.

2. Deus enim, cum sit misericors et iustus2, ex misericordia poenitenti ignoscit, non reservans peccatum ad poenam aeternam; ex iustitia vero impunitum non dimittit delictum. Aut enim homo punit, aut Deus3. Homo autem punit poenitendo. Et est poenitentia interior et exterior 4. Si ergo interior poenitudo tanta fuerit, ut sit sufficiens ultio peccati, Deus qui hoc novit, ab illo qui taliter poenitet ulterius poenam non exigit. Si vero interior poenitudo non sufficit in vindictam peccati, nec exterior poenitentia impletur, Deus, qui modos et mensuras peccatorum et poenarum novit, addit poenam sufficientem.

3. « Studeat s ergo quisque sic delicta corrigere, ut post mortem non oporteat poenam tolerare. Quaedam enim peccata mortalia in poenitentia fiunt venialia, non mox tamen sanantur. Saepe infirmus moreretur, si non medicaretur; nec tamen statim medicatus sanatur: languet victurus, qui prius erat moriturus. Qui autem impoenitens moritur, omnino moritur et aeternaliter cruciatur. Si enim semper viveret, semper peccaret ».

2 sentiendum] sciendum BLMN, *quod corr.* N. 7 decesserint] discesserint ANO. 14 poenitudo] penitencia LRT.

1 Hebr. 10, 31. 2 Ps. 111, 4; 114, 5. 3 August., *Enarr. in Ps. 44,* 8, n. 18; et praesertim *in Ps. 58,* 6, n. 13 (PL 36,505,701; CCL 38, 506s; et 39, 739s); Gregorius, *Moralia,* IX, c. 34, n. 54 (PL 75,889 C). 4 cf. supra, Dist. 14, c. 1, n. 2. s Ps.-August., *De vera et falsa poenitentia, c.* 18 (PL 40, 1128).

486 A-B). Fundatur forsitan in *Summam sent.,* VI, 11, ubi leguntur verba hic in n. 2: «Nullum enim peccatum impunitum; aut enim homo punit aut Deus » (PL 176, 148 C-D). — Num. 3: Ex *Decreto,* de poenit., d. 7, c. 6, §§ 2-3 (1247).

Cap. 3 (111).

1. **De illo cui sacerdos indiscretus iniungit parvam poenam.** Si vero de illo quaeritur qui satisfactionem iniunctam impleverit, quae ignorantia vel negligentia sacerdotis peccato condigna non fuit, utrum de vita migrans ab omni poena liber sit, idem respondeo quod supra 1, de illo qui poenitentiam non complevit, dixi: quod si tantum est lamentum interioris doloris, ut sufficiat in vindictam peccati, omnino liberatus est; si vero non sufficit dolor interior simul cum poena iniuncta, addet Deus poenam. Quod autem interdum sufficiat dolor interior ad vindictam peccati, certum documentum habemus in illo latrone, qui sola mentis contritione et confessione, statim cum conversus fuit, paradisum ingredi meruit2.

2. **Quod mensura doloris magis quam temporis consideranda est in poenitentia.** Sed quia dispensatores Ecclesiae contritionis quantitatem non perpendunt, quibus non est datum intelligere occulta cordium, omnibus leges poenitentiae constituunt, tam magis quam minus de peccato dolentibus. Quorum studium ad hoc praecipue tendere debet, ut cordis dolorem quantum fas est cognoscant, et secundum ipsius modum satisfactionem iniungant.

3. **Augustinus in Enchiridion.** Unde **Augustinus**3: «In actione poenitentiae, ubi tale commissum est ut is qui commisit a Christi etiam corpore separetur, non tam consideranda est mensura temporis quam doloris: *Cor* enim *contritum et humiliatum Deus non despicit*4. Verum, quia plerumque dolor alterius cordis occultus est alteri, nec in aliorum notitiam nisi per verba vel alia quaecumque signa procedit, cum sit coram illo cui dicitur 5; *Gemitus meus a te non est absconditus,* recte constituuntur ab his qui Ecclesiis praesunt tempora poenitentiae, ut satisfaciat etiam Ecclesiae, in qua peccata ipsa remittuntur. Extra eam

2 poenam] penitenciam ALNVX. 3 impleverit] implevit LRTVW. 6-7 interioris doloris *trp.* ABRTX. 11 cum] ut ARTVX, *om.* B 26 qui] in *add.* AMNOVW. .27 satisfaciat] satisfiat RT *(Aug.).* ‖ remittuntur *trp. post* qua RTVX.

i In c. 2, n. 1. 2 Resp. Luc. 23, 43. 3 Cap. 65 (PL 40, 262s; CCL 46, 84); •ex originali. 4 Ps. 50, 19. 5 Ps. 37, 10.

Cap. 3, n. 3: Verba Augustini (praeter ultimam phrasim) inveniuntur apud *Decretum* Gratiani, De poenit. d. 1, c. 84 (1183), sub rubrica: *Idem in omelia de penitentia.* Unde deducimus quod hic, ut etiam alibi, Magister recurrit ad originale Augustini.

quippe non<remittuntur. Ipsa enim Spiritum Sanctum pignus accepit 1, sine quo non remittuntur ulla peccata ».

4. **Hieronymus** Item **Hieronymus** 2; «Mensuram temporis in agenda poenitentia ideo non satis aperte praefigunt canones pro unoquoque crimine, ut de singulis dicant qualiter unumquodque emendandum sit, sed magis in arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendum statuunt, quia apud Deum non tam valet mensura temporis quam doloris, nec abstinentia tantum ciborum quantum mortificatio vitiorum. Ideoque tempora poenitentiae pro fide et conversatione poenitentium abbrevianda praecipiunt, et pro negligentia protelanda; pro quibusdam tamen culpis modi poenitentiae sunt impositi ».

Cap. 4 (112).

1. **Quod morientibus non sit imponenda satisfactio, sed innotescenda.** Solet etiam quaeri utrum satisfactionis lex morituris sit imponenda. — **Theodorus** : De quo **Theodorus,** Cantuariensis episcopus, in *Poenitentiali* 3 suo sic ait: « Ab infirmis in periculo mortis positis pura est inquirenda confessio peccatorum, non tamen est illis imponenda quantitas poenitentiae, sed innotescenda; et cum amicorum orationibus et eleemosynarum largitionibus pondus poenitentiae sublevandum, si forte migraverint. Si vero convaluerint, poenitentiae modum a sacerdote impositum diligenter observent ».

2. **Leo Papa** : Aliis vero pro qualitate peccati praesidentium arbitrio poenitentia decernenda est. Unde **Leo** Papa 4: « Tempora poenitudinis,

13 non sit *trp.* BLMOX, *quod corr.* B.

1 Resp. Eph. 1, 13-14; II Cor. 5, 5. 2 Hisce ipsissimis verbis citatur sub rubrica: *Ex dictis beati Hieronymi presbyteri,* iam ab Halitgaro episcopo Cameracensi (817-831), in suo *Libro poenitentiali ex scrinio romanae ecclesiae assumpto* (PL 105, 707 B). Ante eum hanc auctoritatem non invenimus. 3 Revera, ut notat J. Longère in sua editione *Libri poenitentialis* Alani ab Insulis, AHDLMA 32 (1965) 220, ubi excerpitur Cap. 4 Magistri, Concilii est Moguntini (847), c. 26 (Mansi XIV, 910 C-D; MGH, Capitularia II, 182). 4 *Epist. 159 (ad Nicetum Aquileiensem episc.),* c. 6 (PL 54, 1138 B; P. F. Kehr, *Italia Pontificia,* VII-1, 20, n. 7).

Num. 4: Ex eodem Decreto parum infra, c. 86, ubi invenitur sub nomine Hieronymi, sicut iam in aliis collectionibus ante Gratianum. Non videtur quod originem habuerit in *Libro de divinis offlciis* olim Alcuino attributo (c. 13; PL 101, 1199 A), ut quandoque asseritur.

Cap. 4, n. 1: Tam rubrica quam auctoritas, ex *Decreto,* C. 26, q. 7, c. 1 (1041).— Num. 2: ex dicto Gratiani et c. 2 (1041).

habita moderatione, constituenda sunt tuo iudicio, prout conversorum animos perspexeris esse devotos. Pariter etiam habere debes aetatis senilis intuitum, et respicere periculorum quorumcumque vel aegritudinum necessitates ».

Cap. 5 (113).

1. **In necessitate non est neganda poenitentia vel reconciliatio.** Sciendum est etiam quod tempore necessitatis non est neganda poenitentia vel reconciliatio poenitentibus. — **Leo Papa** Unde Leo[1] «His qui tempore necessitatis et periculi urgentis instantia praesidium poenitentiae et mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda, quia misericordiae Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire ». « Quod[2] si ita aliqua aegritudine aggravati sunt, ut quod paulo ante poscebant, sub praesenti significare non valeant, testimonia eis fidelium circumstantium prodesse debebunt, simulque poenitentiae et reconciliationis consequantur beneficium ».

2. **Iulius Papa** *?* Item Iulius Papa[3]; « Si presbyter poenitentiam abnegaverit morientibus, reus erit animarum, quia Dominus ait[4]: *Cum conversus fuerit, tunc salvus erit.* Vera enim confessio ultimo tempore potest esse, quia non modo temporis, sed etiam cordis Deus inspector est[5], sicut latro » probat.

Cap. 6 (114).

1. **Quod presbyter non reconciliet inconsulto episcopo, nisi in necessitate.** Non debet tamen presbyter poenitentem reconciliare inconsulto episcopo, nisi ultima necessitas cogat. — **In concilio Carthagenensi** *?*

2-3 senilis] similem B, simul NX, *corr. ex* semel A2, semel *corr. marg. in* simul O2. 8 Leo2] papa *add.* TVWX, *add. interl.* R2. 18 fuerit *om.* AN, *add. mg.* O2, fuerit peccator *add. mg.* T2, quis *add.* X. 19 esse] prodesse BM.

1 *Epist. 108 (ad Theodorum Foroiuliensem episc.),* c. 4 (PL 54, 1012 B -1013 A; DS n. 309). 2 In eadem *Epist.,* c. 5 (1013 C - 1014 A; DS n. 310). 3 Decretum spurium (PLS I, 191-192). 4 Isai. 30, 15, iuxta LXX: *Cum reversus ingemueris, tunc salvus eris.* Cf. etiam Ezech. 33, 12. 3 I Reg. 16, 7: *Dominus autem intuetur cor.* De latrone: Luc. 23, 42-43.

Cap. 5, η. 1: Omnia, etiam quaedam verba introductoris, ex *Decreto,* C. 26, q. 6, c. 10 (1038s); num. 2: ex eodem (ut videtur), c. 12 (1039s), sed cum quadam variatione.

Cap. 6, η. 1: Ad initium, dictum Gratiani ante cag,. sequens, C. 26, q. 6, c. 14 (1041s). Dein, c. 5 eiusdem quaestionis (1037).

Unde in Carthaginensi Concilio 1; « Presbyter inconsulto episcopo non reconciliet poenitentem, nisi absente episcopo ultima necessitas cogat. Cuiuscumque poenitentis publicum crimen est, quod universam commoverit urbem, ante absidam », scilicet introitum ecclesiae, « manus ei imponatur ». — **Aurelius episcopus :** Item 2; « Aurelius episcopus dixit: Si quis in periculo fuerit constitutus, et se reconciliari divinis altaribus petierit, si episcopus absens fuerit, debet presbyter consulere episcopum, et sic periclitantem eius praecepto reconciliare ».

2. Inconsulto vero episcopo, non potest excommunicatos vel publice poenitentes presbyter reconciliare. — **In Carthaginensi concilio :** Unde in Carthaginensi Concilio II 3 statutum est ut chrisma vel reconciliatio poenitentium « et puellarum consecratio a presbyteris non fiat ». Item: « Reconciliare quemquam in publica missa presbytero non liceat ».

3. Puellarum tamen consecratio, consulto episcopo, per presbyterum fieri valet. Unde in Carthaginensi Concilio 11 4: « Presbyter inconsulto episcopo virgines non consecret, chrisma vero nunquam conficiat ». Sicut praecepto episcopi potest presbyter consecrare virgines, sic et reconciliare poenitentes.

Cap. 7 (115).

An oblatio eius sit recipienda, qui currens ad poenitentiam, praevenitur morte. Si autem quaeritur de illo qui ad poenitentiam festinans sacerdotem invenire non potuit et ita decessit, utrum oblatio eius sit reci-

2 episcopo] si *add.* NVW, *add. interi.* O. 4 scilicet introitum ecclesiae] id est introitum ecclesiae *marg. L, interi. T*2. 15 valet] valeat MNOW, *quod corr.* N. 22 decessit] discessit BMR.

1 *Breviarium Hipponense seu Brevis statutorum,* n. 30 b-c (CCL, 149, 41-42); item /?*egistri ecclesiae Carthaginensis excerpta,* n. 43 b-c (CCL 149, 185). 2 Ita Geneclius (non autem Aurelius), in Concilio Carthag. II (390), n. 4 (CCL 149, 14). 3 Concil. Carth. an. 390, c. 3 (CCL 149, 13, 41-42); et infra: «Ab universis episcopis dictum est: Chrismatis confectio et puellarum consecratio a presbyteris non fiat, vel reconciliare quemquam publica missa presbytero non licet, hoc omnibus placet » (lin. 51ss). 4 Uti hic iacet, ex eodem *Breviario,* n. 34 (CCL 149, 13, lin. 42).

Num. 2: conficitur ex dicto Gratiani ad initium eiusdem q. 6 (1036) et ex initio et fine c. 1 (1036). — Num. 3: Ex sequenti c. 2, ubi tamen Concilio III attribuitur (1036).

Cap. 7: Ex rubrica et c. 11 eiusdem q. 6 (1039), ubi tamen in editione legitur «qui iam *[pro* non] sit confessus ».

pienda, dicimus quia est. Unde in Concilio Apanensi1: «Si aliquis fuerit mortuus qui non sit confessus, et testimonium habet bonum, et non poterat venire ad sacerdotem, sed praeoccupavit eum mors in domo vel in via, faciant pro eo parentes eius oblationem ad altare, et dent redemptionem pro captivis ».

DISTINCTIO XXI

Cap. 1 (116).

De peccatis quae post hanc vitam dimittuntur. Solet etiam quaeri utrum post hanc vitam aliqua peccata remittantur. — Quod aliqua post hanc vitam remittantur, Dominus ostendit in Evangelio, ubi ait 2; *Qui peccaverit in Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc saeculo, neque in futuro.* Ex quo datur intelligi, sicut sancti doctores tradunt 3, quod quaedam peccata in futuro dimittentur. — **Gregorius** 4: « Quaedam enim culpae in hoc saeculo relaxantur, quaedam vero parvae etiam in futuro: quae quidem post mortem gravant, sed dimittuntur, si digni sunt, si bonis actibus in hac vita meruerunt ut dimittatur eis ».

11 in hoc saeculo] hic MR. 13 Gregorius *om.* MRVWX. 16 dimittatur] dimittantur BMRV.

1 Non enumeratur inter canones Cone. Epaonensis seu Eponensis anno 517 (CCL 148 A, 22-37), cui attribuitur a Gratiano (infra); reapse invenitur in *Poenitentiali* Halitgaris ep. Cameracensis, Lib. VI (PL 105, 702 C-D), ex quodam veteri Poenitentiali Romano, uti supra notatur. 2 Matth. 12, 32; Luc. 12, 10. 3 Gregorius scilicet, ut immediate apparet. 4 *Dialogi,* IV, c. 39 (PL 77, 396 B-D).

Dist. XXI. Cf. Julianus Toletanus, *Prognosticon futuri saeculi* II, 19 (PL 96, 483 A - 484 B; CCL 115, 55-56); *Glossa* Magistri in I Cor. 3, 10-15 (PL 191, 1556 B - 1561 B); et inter modernos, A. M. Landgraf, *I Cor. III, 10-17, bei den lateinischen Vdtern und in der Friihscholastik,* in *Biblica* 5 (1924) 140-172; id. *Die Nachlassung der lassliche Siinde* in sua *Dogmengeschichte der Friihscholastik* IV-2, 100-202, praesertim 155-174: *Die Tilgung der lâsslichen Siinde im anderen Leben.* — Cap. 1. De peccato in Spiritum Sanctum, vide Lib. II, dist. 43, cap. unie. (tom. I, 572-577). — Auctoritas Gregorii invenitur in parte in *Decreto,* Dist. 25, c. 4 (94); sed fons potius videtur esse *Glossa ordin.* in Matth. 12, 32 (apud Lyranum, V, 42c).

Cap. 2 (117).

De his qui aedificant lignum, foenum, stipulam. De illis etiam qui *aedificant lignum, foenum, stipulam* 1, dicit **Augustinus** quod ignem tribulationis transitoriae invenient, cremabilia aedificia quae secum portaverunt cremantem. — **Augustinus in libro De civitate Dei.** Ait enim sio2: «Post istius sane corporis mortem, donec de igne purgatorio veniatur ad diem damnationis et remunerationis, si hoc temporis intervallo spiritus defunctorum qui aedificarunt *lignum, foenum, stipulam,* huiusmodi ignem dicantur perpeti, quem alii non sentiunt, qui huiusmodi aedificia non portaverunt, ut inveniant ignem transitoriae tribulationis venialia concremantem, non redarguo, quia forsitan verum est».— **Augustinus, super Psalmum CXXII.** « Sed3 quia dicitur 4; *Salvus erit quasi per ignem,* contemnitur ille ignis; gravior tamen erit ignis ille quam quidquid potest homo pati in hac vita ». — Hic aperte insinuatur quod illi qui *aedificant lignum, foenum, stipulam,* quaedam cremabilia aedificia, id est venialia peccata, secum portant, quae in igne emendatorio cremantur; unde constat quaedam peccata venialia post hanc vitam deleri.

Cap. 3 (118).

Quod alii citius, alii tardius purgantur in igne. In illo autem igne purgatorio alii tardius, alii citius purgantur, secundum quod ista pereuntia magis vel minus amaverunt. — **Augustinus in Enchiridion.** Unde **Augustinus**5: « Post hanc vitam incredibile non est nonnullos fideles per ignem quendam purgatorium, quanto magis minusve bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiusque salvari ».

2 Rubrica *om,* NVW, *add. mg.* L2T2. ‖ lignum] ligna ABX *(ita etiam, infra).* 6 de igne purgatorio *om.* A, *in marg.* LTW, *rep. marg. ut rubrica* N; deest in Augustino. 8 aedificarunt] edificant ABMNX, edificaverunt LV, edificaverint R. 19 in] *om.* LNO.

1 Resp. I Cor. 3, 12-13: *Si quis autem superaedificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, foenum, stipulam, ...uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit.* 2 Lib. XXI, c. 26, n. 4 (PL 41, 745; CSEL 40-11, 571; CCL 48, 798s). 3 Potius *Enarr. in Ps. 37,* 2, n. 3 (PL 36, 397; CCL 38, 384). 4 I Cor. 3, 15. 5 Cap. 69 (PL 40, 265; CCL 46, 87).

Cap. 2. Prima auctoritas Augustini, ex *Glossa* Magistri in I Cor. 3, 15 (PL 191, 1558 C), ex Floro Lugdun. in h.l. (291). — Illa super Psalmum, ex Magistro in eundem (1558 C-D), item ex Floro (292).

Cap. 4 (119).

1. **Quid sit aedificare lignum, foenum, stipulam?** Unde non frustra illa tria distinxit Apostolus: *lignum, foenum, stipulam;* quae illi « aedificant 1, qui etsi aliena non rapiunt, rebus tamen infirmitati concessis aliqua dilectione inhaerent. Qui secundum suos amandi haec modos, diutius ut *lignum,* vel minus ut *foenum,* vel minimum ut *stipula,* ignem sustinebunt ». — **Augustinus, super Psalmum CXXII?** « Qui 2 vero superaedificant *aurum, argentum, lapides pretiosos,* de utroque igne securi sunt: non solum de illo aeterno qui cruciaturus est impios in aeternum, sed etiam de illo emendatorio quo purgabuntur quidam salvandi ».

2. **Oppositio?** Hic obici potest: Si per *lignum, foenum, stipulam* venialia intelliguntur peccata, et nullus adeo perfectus est qui venialiter non peccet, ergo qui aedificant *aurum, argentum, lapides pretiosos,* aedificant etiam *lignum, foenum, stipulam;* ergo per ignem transibunt. — **Solvit?** Ad quod dicimus quia non omnis qui venialiter peccat, *lignum,, foenum, stipulam* aedificat; sicut e converso non omnis qui contemplatur Deum et diligit proximum et opera bona facit, aedificat *aurum, argentum, lapides pretiosos.* Et tamen in *auro* intelligitur contemplatio Dei, in *argento* dilectio proximi, in *lapidibus pretiosis* bona opera 3. Sed et illi qui aedificant *lignum, foenum, stipulam* Deum contemplantur, et proximum diligunt, et opera bona faciunt; nec tamen aedificant *aurum, argentum,, lapides pretiosos.*

6 stipula] stipulam BNRT, sti. LW. 11 Oppositio *om.* RW. 15 Solvit *om.* NRVW. 19 lapidibus pretiosis ALR, lapide pretioso BMVX, l. p. ONTW. ‖ et. *om.* LN, *add. interi.* R.

1 August., *Enarr. in Ps. 80,* 16, n. 21 (PL 37, 1045; CCL 39, 1133s). Cf. etiam *De fide et operibus,* c. 16, n. 27 (PL 40, 216; CSEL 41, 71s). 2 Potius *Enarr. in Ps. 37,* 2, n. 3 (PL 36, 397; CCL 38, 384). 3 *Glossa ordin.* in I Cor. 3, 12: « *Aurum* in contemplatione Dei, *argentum* in dilectione proximi, *lapides pretiosos* in operibus bonis » (apud Lyran.. VI, 37c; l 42b; m 42b); inde in *Glossa* Magistri (PL 191, 1557 C).

Cap. 4, n. 1: Prima auctoritas, anonyma in codd., ex *Glossa ordin.* in I Cor. 3, 12: (apud Lyran. VI, 37c, ubi etiam anonyma; cod. l 42b, cod. m 42b-c); inde anon, in *Glossa* Magistri in h.l. (PL 191, 1557 C). Illa August, super Psalmum, ex Magistro in I Cor. 3, 13 (1558 B), ex Floro in I Cor. 3, 15 (292).

Cap. 5 (120).

1. Quid sit aedificare aurum, argentum, lapides pretiosos. Haec enim aedificat, qui sic illa tria facit « ut i cogitet quae Dei sunt, et quomodo placeat Deo». — **Augustinus in Enchiridion** «*Lignum*2 vero et *foenum* et *stipula* accipi possunt saecularium rerum, quamvis licite concessarum, tales cupiditates, ut amitti sine animi dolore non possint ». — **Augustini, De fide et operibus** :* Haec ergo aedificat is qui cogitat quae mundi sunt, quomodo placeat mundo, « qui3 circa divitias suas quodam carnali tenetur affectu, et tamen ex eis multas eleemosynas facit, nec pro eis aliquid fraudis vel rapinae molitur ».

2. Ex his igitur patet quod non idem homo simul haec et illa aedificat. Illa enim aedificatio perfectorum tantum est, qui non cogitant placere mundo, sed tantum Deo; qui etsi venialiter aliquando peccant, fervore caritatis ita absumitur in eis peccatum sicut gutta aquae in camino ignis, et ideo nunquam secum portant cremabilia. Haec autem inferior aedificatio minorum est, qui non tantum Deo, sed et mundo placere cogitant, Deum tamen praeponunt. Si vero mundum praeponerent, non superaedificarent, sed destruerent fundamentum 4.

3. **Augustinus**5 :* Affectiones igitur carnales quibus « dediti sunt domibus, coniugibus, possessionibus, ita ut nil praeponatur Christo », illis tribus signantur. Quae in mentes perfectorum non cadunt, etsi alia venialia admittant. In cordibus vero minorum interdum durant usque in finem, qui cum talibus aedificiis transeunt, sed dissolventur in igne; ipsi vero « merito 6 fundamenti salvi erunt », gravissimam tamen poenam sentient. Ex quo apparet quantam hic misericordiam exhibet Deus, et

3-4 quomodo placeat] quae placeant BMNO. 4 Augustinus in Enchiridion *om.* ARVWX. 6-7 Rubrica *om.* MRVW. 19 Augustinus *om.* MRV. 24-25 poenam sentient *trp.* RTVX.

1 Ex *Enchiridion,* c. 68 (PL 40, 264; CCL 46, 86). 2 Ex eodem cap. 68. 3 Cap. 16, η. 20 (PL 40, 216; CSEL 41, 71s). 4 Cf. August., *De civitate Dei,* XXI, c. 26, n. 2 (PL 41, 743; CSEL 40-11, 57; CCL 48, 796). s *Enarratio II in Ps. 29,* 2, n. 9 (PL 36, 222; CCL 38, 181). » August., *Enchiridion,* c. 68: « De his enim dictum est quod per ignem salvi erunt, quoniam fundamenti merito non peribunt » (PL 40, 264; CCL 46, 86).

Cap. 5, n. 1. Partim in *Glossa ordin.* in I Cor. 3, 12 (apud Lyran., VI, 37c; l 42c; m 42b); amplius in *Glossa* Lomb. in h.l., unacum auctoritatibus Augustini (PL 191, 1557 A, B; ex .Floro, 287s, et 286). — Num. 3. Cf. *Glossa* Magistri in I Cor. 3, 12-13 (1557 B), ex Floro (287).

quantam ibi exerceat severitatem, cum pro eodem peccato multo gravius, ibi puniat quam hic.

4. **Opinio quorundam cum obiectione.** Sed forte dices illud esse accipiendum de poena peccati, non de ipso peccato, quod Gregorius dicit l; « quaedam levia in futuro dimittenda ». Si enim veram poenitentiam habuerit quis, omnia dimissa sunt ei, sed poena forte remansit; ideoque, si vere poenitens obiit, sine peccato transit; si autem vere poenitens non est in obitu, maculam portat, quae nunquam delebitur. Qui vero aedificat *lignum, foenum, stipulam,* vere poenitet, quia bonus est et caritatem habet, et in caritate de hac vita transit: ergo sine peccato transit.

Cap. 6 (121).

1. **Solutio: quod aliquis vere poenitet, etsi non de omni veniali?** Non. sequitur. Verum quidem est quia bonus est, et caritatem habet, et vere poenitet; et tamen cum veniali peccato transit, quod non delevit poenitentia. Poenitentia enim non delet nisi peccatum illud quod deserit homo. Tale autem peccatum saepe in hac vita non relinquitur ab homine, et tamen vere poenitens est, etsi non de omnibus venialibus poeniteat. Potest enim quis de omni mortali et de omni veniali poenitere, excepto uno vel pluribus, venialibus quidem: sicut habet quis caritatem, et unum vel plura, venialia; quod de criminalibus nullatenus esse potest.

2. **Exemplo utitur ad probandum quod ait?** Est enim aliquis bonus,, caritatem habens, sed adhuc quodam cupiditatis affectu amans haec saecularia. Talis exsistens, subita morte opprimitur. In illo terreno affectu mortuus est, et tamen salvabitur. A quo non se hic absolvit: ergo post hanc vitam ab illo purgabitur. — Constat ergo quaedam peccata, sed levia, post hanc vitam dimitti. Si vero de poena peccati illud intelligi voluissent auctores, cur magis commémorassent levia quam gravia, cum etiam gravium poena hic inexpleta, post hanc vitam restet?

6 habuerit] habuit ALRW. 7 obiit] obit RTX, abiit BVW. 13 quod... venialia LMN *(ex elencho capp.), om. alii codd.* 22 Rubrica *om.* RVW.

i *Dialogi,* IV, c. 39: « In qua sententia datur intelligi quasdam culpas in hoc saeculo,, quasdam vero in futuro posse laxari... *ligna, joenum, stipulam,* id est peccata minima atque levissima, quae ignis facile consumat » (PL 77, 396).

Num. 4: Vide quaestionem Magistri in *Glossa* in I Cor. 3, 15 (1559 C). Auctoritas Gregorii sumitur autem ex *Decreto,* Dist. 25 c. 4 (94).

<- Cap. 7 (122).

1. **De generali confessione, quid prosit.** Post haec considerandum est utrum prosit confessio illa, ubi singula peccata quae quisque fecit non exprimuntur. — Sane dici potest quod omnia criminalia semel saltem oportet in confessione exprimi, nisi a mente aliqua exciderint. Sed quia delicta nemo intelligit omnia 1, generaliter saltem ea confitere quorum memoriam non habes; et sic nihil celasti de sceleribus tuis. — Venialia vero, quia innumerabilia sunt, sufficit generaliter confiteri, nisi aliqua sint frequenter iterata; perfectius est tamen etiam illa exprimere si vales2. Ideoque quotidie generaliter fit confessio in ecclesia: pro venialibus scilicet peccatis quae quotidie admittimus, et pro illis mortiferis quorum notitiam non habemus.

2. **Augustinus in quinta Responsione contra Pelagianos.** Unde Augustinus2: « Veritatem dicit Deo poenitens, quando nihil illi de commissis sceleribus celat: non quod etsi voluntate celaverit Deus ignoret, sed veritatem sibi ab eo dici vult, ut veniam consequatur. Si vero mente aliqua exciderint, confitetur veritatem Deo cum generaliter dixerit: Deus, qui nosti occulta cordis, et opera mea et *delicta a te non sunt abscondita* 4; quibus veniam largiaris. Et haec est veritas confitentis quam diligit Deus ». Unde 5; *Ecce enim veritatem dilexisti.* — Hic insinuatur quod generalis confessio etiam mortalia delet quorum intelligentia non habetur.

Cap. 8 (123).

Nemo confiteatur peccatum quod non fecit. Sicut autem poenitens celare non debet peccatum, quia superbia est 6; ita nec humilitatis causa

3 quisque] quis RTVWX. 14 dicit Deo *trp.* BLT. 16 vero] a *add.* L, *add. interi.* R2T2. 18 et' *add, intert.* V2, *om.* RTWX. 23 peccatum quod] peccata que NRTW *elench. capp.*

1 **Resp. Ps. 18, 13:** *Delicta quis intelligit?* **et** *Glossa ordin.* **in h.l.:** « *Delicta:* **omnia; quaedam enim nota sunt» (apud Lyranum, III, IIIa; cod. Laurent. Pl. XVII. 4, f. 22a); ex Cassiodoro in h.l. (PL 70, 142 D; CCL 97, 175); in** *Glossa* **Magistri in h.l. (PL 191, 213 A).** 2 **Cf. supra, Dist. 16, c. 6, n. 2.** 3 **Scii, in** *Hypognosticon,* **V, c. 1, n. 1 (inter opp. Augustini, PL 45,1649).** 4 **Resp. Ps. 68,6.** 5 **Ps. 50,8.** » **Vide supra, Dist. 17, c. 4, n. 12.**

Cap. 7. Cf. A. M. Landgraf, *Die Nachlassung der lasslichen Siinde,* **in** *Dogmengeschichte* **IV-2, 111-113. — Unde trahatur auctoritas pseudo-Aug. (in n. 2), nescimus.**

Cap. 8. Auctoritas Augustini, ex *Decreto* **Gratiani, C. 22, q. 2, c. 9 (870).**

fateri se reum illius quod se non commisisse noscit, quia incauta est talis humilitas et peccatorem constituit. — **Augustinus, De verbis Apostoli** *. Unde **Augustinus**1: « Cum humilitatis causa mentiris, si non eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficeris quod vitaras. Veritas in te non est, nisi ita te dixeris peccatorem ut etiam esse cognoscas. Veritas autem ipsa est, ut quod es dicas. Nam quomodo est veritas, ubi regnat falsitas? »

Cap. 9 (124).

1. **De poenis sacerdotis qui peccatum publicat confitentis.** Caveat autem sacerdos ne peccata poenitentium aliis prodat; alioquin deponatur. — Unde **Gregorius**2: « Sacerdos ante omnia caveat ne de his qui ei confitentur peccata sua alicui recitet, non propinquis, non extraneis, nec, quod absit, pro aliquo scandalo. Nam si hoc fecerit, deponatur et omnibus diebus vitae suae ignominiosus peregrinando pergat ».

2. Quod vero dictum est3, ut poenitens eligat sacerdotem scientem ligare et solvere, videtur contrarium ei quod in Canonibus reperitur 4, ut nemo scilicet alterius parochianum iudicare praesumat. — Sed aliud est favore vel odio proprium sacerdotem contemnere, quod Canones prohibent; aliud caecum vitare, quod **Urbanus** facere monet, ne *si caecus caecum ducat, ambo in foveam cadant* 5. — **Urbanus II** *. Ait enim Urbanus II 6; «Placuit ut nulli sacerdotum deinceps liceat quemlibet

9 poenis] pena NRPVW *elench. capp.* 19 aliud] est *add.* ANO, *sed del.* N. 21 Urbanus II om. RTVX.

1 *Sermo 181,* c. 4, n. 5 (PL 38, 981); sermo 29 seriei *De verbis Apostoli.* 2 Probabiliter hic subintelligitur Gregorius II vel potius Gregorius III, cui attribuuntur quidam canones poenitentiales (cf. G. Le Bras, art. *Pénitentiels,* DThC XII, 1174); in parte auctoritas nostra consonat cap. 105 *Poenitentiarii summorum pontificum*·. « Si quis sacerdos palam fecerit et secretum poenitentiae usurpaverit..., deponatur et diebus vitae suae peregrinando finiat » (ed. H. J. Schmitz, *Die Bussbiicher und die Bussdisciplin der Kirche,* Mainz 1883, 428); de quo, cf. G. Le Bras, uti supra; et P. Browe, *Das Beichtgeheimniss im Altertum und Mittelalter,* in *Scholastik* 9 (1934) 15. Uti hic iacet primitus invenitur in Collectione Anselmi Lucensis, L. XI, c. 23. 3 In Dist. 17, c. 4, n. 2. * Apud Gratianum, C. 9 q. 2 c. 1 (602). 5 Matth. 15, 14. 6 in Synodo seu Concilio Placentino an. 1095 (Mansi XX, 803; PL 151, 142 D).

Cap. 9, n. L Praeter rubricam seu titulum, omnia ex *Decreto,* de poenit. d. 6, scii, ex dicto ante c. 2 et ipso capitulo (1244). — Num. 2: item de eodem loco, in dicto ante c. 3, et ipso canone seu cap., ubi verba Pontificis.

commissum aljteri sacerdoti ad poenitentiam suscipere, sine eius consensu cui se prius commisit, nisi pro ignorantia illius cui prius confessus est. Qui vero contra hoc facere tentaverit, gradus sui periculo subiacebit ».

DISTINCTIO XXII

Cap. 1 (125).

1. **Si peccata dimissa redeant.** Cumque multis auctoritatibus supra sit assertum in vera cordis contritione peccata dimitti, ante confessionem vel satisfactionem, ei etiam qui aliquando in crimen relapsurus est, quaeritur, si post cordis contritionem confiteri contempserit vel in peccatum idem vel simile reciderit, an peccata dimissa redeant. — Cuius quaestionis solutio obscura est et perplexa, aliis asserentibus, aliis econtra negantibus peccata semel dimissa ulterius replicari ad poenam.

2. **Auctoritatibus instruit peccata redire.** Qui vero dicunt peccata dimissa redire, subditis se muniunt testimoniis. — **Ambrosius, super Epistolam ad Ephesios.** **Ambrosius** ait 2: « Donate invicem si alter in alterum peccet: alioquin Deus repetit dimissa. Si enim in his contemptus fuerit, sine dubio revocabit sententiam per quam misericordiam dederat, sicut in Evangelio 3 de servo nequam legitur, qui in conservum suum impius deprehensus est ».

3. **Rabanus.** Item **Rabanus** 4: « Nequam servum *tradidit* Deus

13 instruit] instituit L, astruit NX.

1 In Dist. 14, c. 4; et D. 17, c. 1. 2 Ambrosiaster, *In Eph.* 4, 32 (PL 17, 393 C-D; CSEL 81-111, 109). 3 Resp. Matth. 18, 32-34. ♦Auctoritas Rabano a Gratiano attribuitur (infra); sed non invenimus inter opera eius.

Dist. XXII, c. 1. Cf. P. Anciaux, *La théologie du sacrement,* 19, η. 1, ubi et bibliographia; J. Schupp, *Die Gnadenlehre des Petrus Lombardus,* Freiburg im Br. 1932, 191-194; et praesertim A. M. Landgraf, *Die Streitfrage vom Wiederaufleben der Siinden,* in *Dogmengeschichte* IV-1, 193-228. — Inter praedecessores et coaetaneos Magistri, cf. Hugo, *De sacrant.,* II, 14, 9 (PL 176, 570 B-578 A); *Summa sent.,* VI, 13 (PL 176, 150 C-151 D); *Sententiae* Mag. Roland! (ed. A. M. Gietl), 249-251; P. Abaelardus, *In Rom.,* II (PL 178, 864 C-D; ed. E. M. Buytaert, CCL, CM 11, 161s); *Sententiae divinitatis* (ed. B. Geyer, 1450 — Num. 1: Concinnatur ex dicto Gratiani ad initium d. 4 de poenit. (1228s). — Num. 2: Ambrosiaster, ex *Glossa* Magistri in Eph. 4, 32 (PL 192, 208 C). — Num. 3: ex *Decreto,* de poenit. d. 4 c. 1 § 1 (1229), quibusdam adiectis.

tortoribus quoadusque redderet universum debitum 1; quia non solum peccata quae post baptismum homo egit reputabuntur ei ad poenam, sed etiam peccata originalia quae ei in baptismo sunt dimissa ».

4. Gregorius : Item Gregorius 2; « Ex dictis evangelicis constat quia, si non ex corde dimittimus quod in nos delinquitur, et hoc rursum exigitur, quod iam nobis per poenitentiam dimissum fuisse gaudebamus ».

5. Augustinus in homilia quadam : Item Augustinus 3; « Dicit Deus 4: *Dimitte, et dimittetur tibi.* Sed ego prius dimisi: dimitte vel postea. Nam si non dimiseris, revocabo te, et quidquid dimiseram, replicabo tibi ». — Item 5; « Qui divini beneficii oblitus, suas vult vindicare iniurias, non solum de futuris peccatis veniam non merebitur, sed etiam praeterita, quae iam sibi dimissa credebat, ad vindictam ei replicabuntur ».

6. Beda, super Lucam : Item Beda^: « *Devertar in domum meam* etc.: Timendus est iste versiculus, non exponendus, ne culpa quam in nobis exstinctam credebamus, per incuriam nos vacantes opprimat ». — Item 7; « Quemcumque enim post baptisma sive pravitas haeretica, seu mundana cupiditas arripuerit, mox omnium prosternet in ima vitiorum ».

7. Augustinus in libro De baptismo : Item Augustinus 8; « Redire dimissa peccata ubi fraterna caritas non est, apertissime Dominus in Evangelio docet 9, in illo servo a quo dominus dimissum debitum petiit, eo quod ille conservo suo debitum nollet dimittere ». — His auctoritatibus innituntur, qui dicunt peccata dimissa redire si replicantur.

8. Oppositio contra eos : Quibus opponitur: Si quis pro peccato, de quo poenituit et indulgentiam accepit, iterum punitur, non videtur iustum. Si punitur pro eo quod peccavit et non emendavit, iustitia est aperta; si vero requiritur quod fuerat condonatum, vel iniustitia est, vel iustitia

3 ei *interi.* L, *trp. post* baptismo RT, *post* sunt VX. 17 Quemcumque] Quecumque RTVW. 24 Rubrica *om.* RVW. 27 fuerat] fuerit LOW, fuit M.

1 Resp. Matth. 18, 34. 2 *Dialogi,* IV, c. 60 (PL 77, 438 D-429 A). 3 *Sermo 83,* c. 6, n. 7 (PL 38, 518). 4 Luc. 6, 37. 5 Haymo Altissiod., *Homiliae de tempore,* hom. 137 (sub nomine Haymonis Halberstatensis, PL 118, 732 A); cf. H. Barré, art. *Haymon d'Auxerre,* DSpirit. VII, 94: «l'édition est fortement interpolée»; hic sermo tamen videtur esse authenticus. 6 *In Luc.* 11, 24 (PL 92, 478 C; CCL 120, 235). 7 *In Luc.,* 11, 26: *Et assumit septem alios* (478 D; 235). 8 Scii. *De bapt. contra Donatistas,* I, c. 12, n. 20 (PL 43,120; CSEL 51, 164). 9 Resp. Matth. 18, 32-34.

Num. 4-6 trahuntur ex eadem dist. cc. 2-6 (1129); n. 7 autem, ex *Decreto,* de consecr. d. 4 c. 41 § 6 (1379).

occulta. — Videtur etiam Deus bis in idipsum iudicare et duplex tribulatio consurgere: quod Scriptura negat 1.

9. **Solvit.** Sed ad hoc potest dici quod neque *duplex tribulatio consurgit,* neque *iudicat Deus bis in idipsum.* Hoc enim fieret, si post condignam satisfactionem et sufficientem poenam iterum puniret; sed non satisfecit digne et sufficienter, qui non perseveravit. Debuit enim iugem peccati habere memoriam, non ad faciendum, sed ad cavendum. — **Augustinus, super psalterium.** Debuit non *oblivisci omnes retributiones* Dei 2, « quae tot sunt, quot sunt peccatorum remissiones »; tot ergo debuit cogitare dona Dei, quot mala sua, ac pro illis usque in finem gratias agere. Sed quia ingratus *ad vomitum sicut canis rediit* 3, ante acta bona mortificavit et peccatum dimissum revocavit: ut cui humiliato Deus ante peccatum dimiserat, eidem post elato et ingrato imputet.

10. **Aliorum sententia.** Sed quia absonum videtur ut peccata dimissa iterum imputentur, placet quibusdam neminem pro peccatis semel dimissis iterum a Deo puniri; sed ideo dicuntur dimissa redire et imputari, quia propter ingratitudinem ita reus et peccator constituitur ut ante fuerat. Sic enim quod dimissum fuerat dicitur exigi, quia remissionis perceptae ingratus ita reus fit ut ante fuerat.

11. Utrique parti quaestionis probati favent doctores; ideoque alicui parti non praeiudicans, studioso lectori iudicium relinquo, addens mihi tutum fore ac saluti propinquum sub mensa dominorum micas edere 4.

3 Solvit om. RVW. 9 sunt2 *om.* BLT. 10 dona] bona LRVWX. 21 mihi om. RVWX.

1 Nahum 1, 9; cf. supra, Dist. 15, c. 1, n. 2. 2 Ps. 102, 2; dein August., *Enarr. in Ps. 102,* n. *4:* « Cogita ergo, anima, omnes retributiones Dei, cogitando omnia mala facta tua: quam multa enim mala facta tua, tam multae bonae retributiones eius» (PL 37, 1318; CCL 40, 1453). 3 Resp. Prov. 26, 11; II Petri, 2, 22. 4 Resp. Matth. 15, 27: *Nam et catelli edunt de micis, quae cadunt de mensa dominorum suorum.*

Num. 9. Cf. *Summa sent.,* VI, 13 (PL 176, 150 D -151 A). — Num. 10 quodammodo dependet de *Summa sent.,* VI, 13, ubi legitur: «Alii, quibus magis videtur assentiendum, dicunt quod pro illis peccatis pro quibus Deo per poenitentiam satisfecit non sit amplius puniendus, etiam si postea vel similia vel graviora committat. Non enim iudicat Dominus bis in idipsum, sed **pro ingratitudine,** scilicet quia gratiae qua ipsa condonata fuerant priora ingratus fuerat, eum vere fatendum est gravius esse puniendum » 151 A-B). — Cf. etiam dictum Gratiani post c. 22 de poenit. d. 3, circa finem: « sic et peccata vere remittuntur poenitenti, quamvis ob ingratitudinem eisdem postea sit implicandus» (1215). — Num. IL Quod « Magister in disputationibus dicebat peccata redire quantum ad reatum », apparet ex testimoniis. Cf. I. Brady, *Peter Manducator and the oral Teachings of Peter Lombard,* in *Antonianum* 41 (1966) 479; et A. M. Landgraf, *Die Streitfrage vom Wiederaufteben der Siinden,* in *Dogmengesch.* IV-1, 226s.

Cap. 2 (126).

1. **Quid sit hic sacramentum et res.** Post praedicta restat investigare quid in actione poenitentiae sit sacramentum et res. Sacramentum enim signum est sacrae rei 1; quid igitur hic signum est, et quae est res sacra huius signi?

2. **Sententia quorundam.** Quidam dicunt sacramentum hic esse quod exterius tantum geritur, scilicet exterior poenitentia, quae est signum interioris poenitentiae, scilicet contritionis cordis et humiliationis.

3. Quod si est, non omne sacramentum evangelicum id efficit quod figurat 2: exterior enim poenitentia non efficit interiorem, potius interior causa est exterioris. — Sed ad hoc inquiunt illi, hoc esse intelligendum de illis sacramentis quae in novo Testamento instituta sunt, ut est sacramentum baptismi, confirmationis et corporis Christi. Sacramentum vero poenitentiae, sicut et coniugii, ante tempus gratiae, etiam a primordio humani generis fuit. Utrumque enim institutum fuit in primis parentibus 3.

4. Item, si exterior poenitentia sacramentum est et interior res sacramenti, saepius praecedit res sacramentum quam sacramentum rem. — Sed nec hoc inconveniens est, nam et in aliis sacramentis, quae efficiunt quod figurant, hoc saepe contingit 4.

5. **Aliorum sententia.** Quidam autem dicunt exteriorem poenitentiam et interiorem esse sacramentum: nec duo sacramenta, sed unum, ut species panis et vini non duo sunt sacramenta, sed unum 5. Et sicut in sacramento corporis 6, ita etiam in hoc sacramento dicunt aliud esse tantum sacramentum, scilicet exteriorem poenitentiam; aliud sacramentum et rem, scilicet interiorem poenitentiam; aliud rem et non sacramen-

2 hie] hoc N, *om.* MR *elench. capp., add. interi.* A2. 6 Rubrica *om.* RVW, *trp. ad l.* 7 7 BX, ‖ hic] hoc ALM. 13 baptismi] et *add.* BMR. J et *om.* ARTX, *add. interi.* NO. 21 Rubrica *om.* RVW. 24 etiam] et RVW.

1 Vide supra, Dist. 1, c. 2. 2 Cf. Dist. 1, c. 4, n. 2; et c. 6. 3 Poenitentia, in Gen. 2,17; coniugium, in Gen. 2, 24; cf. supra, Dist. 2, c. 1, n. 3. 4 Cf. Dist. 4, c. 7, nn. 1-2. 5 vide Dist. 11, c.,2, n. 3. 6 De quo supra, Dist. 8, c. 7, n. 2.

Cap. 2. De sententiis hic relatis, cf. P. Anciaux, *La théologie du sacrement de pénitence,* 145-148; D. Van den Eynde, *Les définitions des sacrements,* 70, 123; et P. Palmer, *The Theology of Res et Sacramentum with particular Emphasis on its Application to Penance,* in *Proceedings of the Catholic Theol. Assoc, of America* 14 (1959) 120-141.

tum, scilicet ^emissionem peccatorum. Interior enim poenitentia et res est sacramenti, id est exterioris poenitentiae, et sacramentum remissionis peccati, quam et signat et facit. Exterior quoque poenitentia et interioris signum est et remissionis peccatorum.

DISTINCTIO XXIII

Cap. 1 (127).

De sacramento unctionis extremae. Praeter praemissa est etiam aliud sacramentum, scilicet unctio infirmorum, quae fit in extremis oleo per episcopum consecrato.

Cap. 2 (128).

De tribus generibus unctionum. Et sunt tria genera unctionis. Est enim unctio quae fit chrismate, quae dicitur principalis unctio, quia in ea principaliter Paraclitus datur. Unde et propter abundantiam gratiae, duos liquores mixtos habet, oleum scilicet et balsamum: oleum conscientiae, balsamum famae. Chrisma vero graece, unctio dicitur latine. Nec tamen omne oleum ad unctionem sanctificatum chrisma vocatur, sed illud solum quod miscetur cum balsamo. Quo capita regum et pontificum unguntur, quo etiam baptizatos sacerdos ungit in vertice, et pontifex per impositionem manus confirmandos ungit in fronte. — Est et alia unctio, qua catechumeni et neophyti unguntur in pectore et inter scapulas in perceptione baptismi. — Tertia vero unctio est quae dicitur oleum infirmorum, de qua nunc agitur.

4 peccatorum] peccati BLMRV, p. O. 11 Rubrica *om.* OVW. ‖ unctionum] unctionis MRT.

Dist. XXIII. Cf. P. Browe, *Die Letzte Ôlung in der abendlandischen Kirche des Mittelalters,* in *Zeitschr. fiir kathol. Ttieol.* 55 (1931) 515-561; H. Weisweiler, *Das Sakrament der Letzten Ôlung in den systematischen Werken der ersten Friihscholastik,* in *Scholastik* 7 (1932) 321-353, 524-560; N. M. Haring, *The Augustinian Axiom: Nulli Sacramento Iniuria Facienda est,* in *Mediaeval Studies* 16 (1954), praesertim 104-117. — Cap. 1 verbatim ex *Summa sent.,* VI, 15 (PL 176, 153 B). — Cap. 2: Omnia (quibusdam transpositis, aliis omissis), ex Hugone, *De sacram.,* II, 15, 1 (PL 176, 577 B-C).

Cap. 3 (129).

1. **A quibus fuit institutum hoc sacramentum. — Iacobus in Epistola canonica :** Hoc sacramentum unctionis infirmorum ab Apostolis institutum legitur. Ait enim Iacobus i; *Infirmatur aliquis in vobis? Inducat presbyteros Ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini. Et alleviabit eum Dominus, et si in peccatis sit, dimittentur ei.*

2. In quo ostenditur duplici ex causa sacramentum hoc institutum, scilicet ad peccatorum remissionem, et ad corporalis infirmitatis alleviationem. Unde constat eum qui hanc unctionem fideliter devoteque percipit, et in corpore et in anima alleviari; si tamen expedit ut in utroque allevietur. Quod si forte corporis valetudinem illi habere non expedit, illam quae est animae sanitatem in hoc sacramento acquirit.

3. Et sicut in aliis sacramentis, ita et in isto aliud est sacramentum, aliud res sacramenti. Sacramentum est ipsa unctio exterior; res sacramenti, unctio interior, quae peccatorum remissione et virtutum ampliatione perficitur. Et si ex contemptu vel negligentia hoc sacramentum praetermittitur, periculosum est et damnabile.

Cap. 4 (130).

1. **De iteratione huius sacramenti.** Quaerunt aliqui si hoc sacramentum iterari possit, cum baptismus et alia quaedam sacramenta, semel suscepta, non iterentur.

2. **Augustinus in libro Contra Parmenianum :** Augustinus dicit 2 sacramentum non iterandum, et sacramento faciendam non esse iniuriam; sed hoc dicit ubi agit de sacramento baptismi et ordinationis.

1 Iac. 5, 14-15. 2 *Contra epist. Parmeniani,* II, c. 13, n. 28: « Ideoque non eis in populo manus imponitur, ne non homini, sed ipsi sacramento fiat iniuria »; n. 30: « Si enim utrumque (Bapt. et Ordo) sacramentum est, quod nemo dubitat, cur illud non amittitur, et illud amittitur ? Neutri sacramento iniuria facienda est » (PL 43, 71 et 72; CSEL 51, 79 et 81).

Cap. 3, n. 1: ex eodem, c. 2 (577 D - 578 B).— Num. 2: ex *Summa sent.,* VI, 15 (PL 176, 153 B -154 A), praeter distinctionem inter unctionem interiorem et exteriorem, quae Magistro propria videtur. — Cap. 4. Eadem quaestio ex parte Hugonis, *De sacram.,* II, 15, 3 (578 B-580 B), et auctoris *Summae sent.,* VI, 15 (154 A-C). Circa hanc quaestionem et responsum Magistri, cf. H. Weisweiler, *Das Sakrament der Letzten Olung...: Die Wiederholbarkeit des Sacramentes,* 524-531. — Num. 1: ex Hugone (578 B). — Num. 2: Argumentum ex Augustino, iam in eadem *Summa sent.* (154 A); expositio autem propria Magistri est.

Unde non vidçtur illud generaliter accipiendum, sed de sacramento baptismi, confirmationis et ordinationis, quae nullatenus repetenda sunt: quia semel tantum, et non saepius datur baptismus, confirmatio et ordinatio. Sacramentum vero altaris et poenitentiae et coniugii saepe iterari videtur: quia saepe sacramentum corporis percipitur, frequenter poenitentia agitur, coniugium saepe contrahitur.

3. Quare ergo unctio similiter non potest iterari? Si morbus non revertitur, medicina non iteretur; si vero morbus non potest cohiberi, quare debet medicina prohiberi? Sicut oratio iterari potest, ita et unctio iterari posse videtur. Utraque enim illic commemorat Iacobus, et utrumque alteri cooperatur ad conferendam alleviationem corporis et animae. Cur ergo negetur unctionem super infirmum posse iterari ad impetrandam saepius sanitatem mentis et corporis, cum propter idem saepe iteranda sit oratio?

4. **Aliorum opinio.** Quidam[1] autem de omni sacramento intelligi volunt quod non sit iterandum, scilicet secundum totum illud quod pertinet ad sacramentum; dicentes quaedam sacramenta saepius posse suscipi, quaedam vero non, nec tamen quae saepius sumuntur, totaliter iterantur: ut sacramentum altaris et unctionis, quae licet saepius sumantur, tamen quia non iterum benedicitur eadem hostia vel idem oleum, non iteratur sacramentum cum iniuria.

5. Sed dicet quis[2]: Sic et baptismus non iteratur, etsi aliquis frequenter baptizetur, dum eadem aqua non iterum benedicatur. — Sed aliud est, inquiunt illi, de benedictione aquae qua fit baptismus, aliud de benedictione panis et olei. Potest enim baptismus celebrari in aqua etiam non benedicta, quia illa benedictio pro reverentia tantum fit et decore, non virtute sacramenti. Sed corpus Christi non potest confici nisi de pane consecrato; nec unctio illa fieri potest nisi de oleo ab episcopo sanctificato; ideoque illa sanctificatio ad virtutem sacramenti pertinere videtur. In

15 Rubrica *om.* RVW. 22 dicet] dicit AMO.

1 Imprimis, auctor *Summae sent.,* VI, 15: « Dicunt quidam illud dictum esse de sacramento baptismi et de sacramento ordinationis... Sed melius est ut de omnibus generaliter dicatur» (PL 176, 154 B). Idem sentiunt Omnebene, Rolandus et Magister Simon, ut notat H. Weisweiier, *Das Sakrament der Letzten Olung,* 527-531. 2 Obiectionem innuunt *Summa sent.* (154 B-C) et Rolandus, *Sententiae,* 264; cf. H. Weisweiier (528s).

Num. 3: ex Hugone, *De sacramentis,* II, 15, 3, partim contracte (PL 176, 578 D et 579 A - 580 A).

coniugio quoque semel tantum benedicitur quisque, non saepius: benedicitur enim, ut ait Ambrosius 1, cum prima, et non cum secunda uxore.

6. Si igitur, cum dicitur sacramentum non esse iterandum nec iniuria ei facienda, rationem dicti referas ad sanctificationem rei qua sacramentum expletur, de omni sacramento generaliter id verum est; si vero ad susceptionem sacramenti, de quibusdam verum est quod non iterantur crebra susceptione; de aliis vero quibusdam non, quia frequenter sumuntur: ut hoc unctionis sacramentum, quod in omni pene Ecclesia saepe repetitur.

DISTINCTIO XXIV

Cap. 1 (131).

1. **De ordinibus ecclesiasticis.** Nunc ad considerationem sacrae ordinationis accedamus.

2. **Quot sint?** Septem sunt spiritualium officiorum gradus sive ordines, sicut ex sanctorum Patrum dictis aperte traditur, et capitis nostri,

15 Quot sint *om.* ARVW.

1 Ambrosiaster, *In I Cor.* 7, 40: « Primae nuptiae sub benedictione Dei celebrantur... Secundae autem etiam in praesenti carent gloria » (PL 17, 225 D; CSEL 81-11,90); et in I Tim. 5, 3: « *Viduas honora...* quae... secundas nuptias respuerunt scientes semel benedici coniugium » (PL 17, 476 B; CSEL 81-III, 278).

Dist. XXIV. Cf. J. de Ghellinck, *Le traité de Pierre Lombard sur les sept ordres ecclésiastiques: ses sources, ses copistes,* in *Rev. d'hist. eccl.* 10 (1909) 290-302, 720-728; 11 (1910) 29-46; qui adhuc magni pretii est. Dein, plura apud H. Weisweiler, *Maître Simon et son groupe: De sacramentis,* Louvain 1937, CCII-CCXI. Inter fontes remotiores partes principales habent *Sermo 2: De excellentia sacrorum ordinum* Magistri Ivonis Carnotensis (PL 162, 513-519); Hugonis *De sacramentis,* 11,3,1-14 (PL 176,421 B - 430 D), unde ut in pluribus divisio nostrae materiae; et *Decretum* Gratiani, unde auctoritates quamplurimae. — Cap. 1, n. 2, et c. 2 fundantur super verba Hugonis: «Septem ergo spiritualium officiorum gradus proinde in sancta Ecclesia secundum septiformem gratiam distributi sunt, quos Dominus Iesus Christus, eiusdem Spiritus plenitudinem habens, omnia in semetipso exhibuit; et corpori suo, id est Ecclesiae, imitanda reliquit, cui ipsius Spiritus participationem concessit» (PL 176, 423 D). De hac traditione, quod Christus « omnium officia in semetipso exhibuit », cf. A. Wilmart, *Les ordres du Christ,* in *Revue des sciences religieuses* 3 (1923) 305-327; unde textus in PLS 4, 943-948; J. Crehan, *The Seven Orders of Christ,* in *Theological Studies* 19 (1958), 81-93.

scilicet lesu Cljristi, exemplo monstratur, qui omnium officia in semetipso exhibuit, et corpori suo, quod est Ecclesia, eosdem ordines observandos reliquit.

Cap. 2 (132).

Quare septem sunt? Septem autem sunt propter septiformem gratiam Spiritus Sancti: cuius qui non sunt participes, ad gradus ecclesiasticos indigne accedunt; illi vero in quorum mentibus diffusa est septiformis gratia Spiritus Sancti, cum ad ecclesiasticos ordines accedunt, in ipsa spiritualis gradus promotione ampliorem gratiam percipere creduntur.

Cap. 3 (133).

1. **Quales assumendi sunt ad clerum. — Clemens Papa** « Tales autem ad ministerium spirituale eligendi sunt clerici, qui digne possint dominica sacramenta tractare. Melius est enim Domini sacerdoti paucos habere ministros qui possint digne opus Dei exercere, quam multos inutiles qui ordinatori onus grave inducant ». Tales enim decet esse ministros Christi, qui septiformi gratia Spiritus Sancti sint decori, et quorum doctrina et conversationis forma eadem gratia in aliis transfundatur[2]; ne caelestes margaritas spiritualium verborum officiorumque divinorum sordidae vitae pedibus conculcent[3].

2. In sacramento igitur septiformis Spiritus septem sunt gradus ecclesiastici, scilicet ostiarii, lectoris, exorcistae, acolythi, subdiaconi, diaconi, sacerdotis. Omnes tamen clerici vocantur, id est sortiti.

17 transfundatur] Qui *add.* MO, qui *add.* R. 21 lectoris] lectores AMNTVX, *corr. ex* lectores O, *corr. in* lectores B. 22 sacerdotis] sacerdotes AMTVX, presbyteri N, *corr. in* sacerdotes B.

1 *Epist. II* [supposita] *ad lacobum fratrem Domini* (PG 1, 486 D - 487 A; Mansi I, 127); ex *Decretalibus* pseudo-Isidori (PL 130, 40 B-C). 2 vide supra, Dist. 19, c. 2. 3 Resp. Matth. 7, 6: *Neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis.*

Cap. 3, n. 1: Auctoritas ex *Decreto* Gratiani, D. 23, c. 4 (81). Reliqua ex fonte ignoto (ita J. de Ghellinck, 726, n. 7). — Num. 2. Cf. Ivo, *Sermo* (513 B).

Cap. 4 (134).

1. **De corona et tonsura.** Corona enim signaculum est quo signantur *in partem sortis* 1 ministerii divini. Corona regale decus significat, et servire Deo regnare est 2. Unde ministri Ecclesiae reges esse debent, ut se et alios regant; quibus Petrus ait 3: *Vos estis genus electum, regale sacerdotium* etc. Summitas capitis desuper nudatur, ut eorum mens ad Deum libera monstretur, quae *revelata facie gloriam Dei* contempletur 4. Summitas enim capitis est eminentia mentis; denudatio capitis est revelatio mentis. Clericus enim secretorum Dei non ignarus esse debet. Tondentur etiam capilli usque ad revelatione sensuum, scilicet oculorum et aurium, ut vitia in corde et opere pullulantia doceantur praecidenda, ne ad audiendum et intelligendum verbum Dei praepediant, pro quo servato reddetur in excelsis corona.

2. Tonsurae autem ecclesiasticae usus a Nazaraeis exortus videtur, qui prius crine servato, denique ob vitae continentiam caput radebant, et capillos in igne sacrificii ponebant 5. Hinc usus inolevit ut qui divinis cultibus mancipantur, quasi Nazaraei, id est sancti 6, crine posito inveniantur, sicut ad Ezechiel dicitur 7: *Fili hominis, sume gladium acutum, et duc super caput tuum et barbam.* In Actibus etiam Apostolorum 8 Priscillam et Aquilam hoc fecisse legimus. Paulus quoque et alii quidam discipuli Christi hoc fecerunt 9.

3. **Isidorus in libro VII Etymologiarum** *.* Recte ergo in quibuslibet gradibus constituti 'clerici' vocantur. Quorum nomina et rationes nomi-

3 significat] signat BLMNT. 9 etiam] et LMNO. 12 praepediant] prepediatur ABCLNW, *cui* mens *add.* BCLW, *add. interi.* NV2. 17 posito] deposito BC, i.e. deposito *add. interi.* V2. 18 Ezechiel] Ezechielem NX *Hugo.*

1 Col. 1, 12: *Qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum.* *1* Post-communio inter orationes pro pace : « Deus auctor pacis... cui servire regnare est... », in *Sacramentario Gelasiano vetere* (PL 74, 1217 D -1218 A). 3 i Petri 2, 9. 4 Resp. II Cor. 3, 18. 5 Num. 6, 5 et 18: *Omni tempore separationis suae novacula non transibit per caput eius... Tunc radetur nazaraeus... caesarie consecrationis suae: tolletque capillos eius, et ponet super ignem, qui est suppositus sacrificio pacificorum.* 6 Hieron., *Liber interpr. hebraie. nominum* (PL 23 [1845], 848; CCL 72, 147). 7 Ezech. 5, 1. 8 Act. 18, 18. 9 Resp. Act. 21, 23-24.

Cap. 4, nn. 1-2: ex Hugonis *De sacramentis,* 11,3, cc. 1-3 (PL 176, 421 C - 422 C). — Num. 3: Ex *Decreto,* D. 21, c. 1 (67).

num **Isidojus** exponens ait[1]: «Cleros et clericos hinc appellatos esse credimus, quia Mathias electus est sorte, quem primum per Apostolos legimus ordinatum [2]. Cleros enim graece, latine sors vel haereditas dicitur. Ideo ergo dicti sunt 'clerici', quia de sorte sunt Domini, vel quia Deum partem habent. Generaliter vero clerici nuncupati sunt omnes qui in Ecclesia Christi deserviunt. Quorum gradus et nomina sunt haec: ostiarius, lector » etc.

Cap. 5 (135).

1. **De ostiariis. — Isidorus**[*] «Ostiarii[3], idem et ianitores, sunt qui in veteri Testamento electi sunt ad custodiam templi[4], ut non ingrederetur in illud immundus; dicti autem ostiarii, eo quod praesint ostiis templi. Ipsi enim, tenentes elavem, omnia intus extraque custodiunt; atque inter bonos et malos habentes iudicium, dignos recipiunt, indignos respuunt ».

2. Unde et eis, cum ordinantur, claves ecclesiae dantur ab episcopo, et dicitur eis: « Sic agite, tamquam rationem Deo reddituri pro rebus quae clavibus istis recluduntur[5] ».

3. Hoc officium Dominus in sua persona suscepit, quando flagello de funiculis facto vendentes et ementes de templo eiecit[6]. ipse enim, se ostiarium significans, dicit[7]: *Ego sum ostium: per me si quis introierit.*

4 Deum] domini CNOTV, dominum X. 11 eo quod ABCLTV, quod R, quia NOX, ut M. ‖ praesint] presunt NV. 20 introierit] salvabitur *add.* BCM, etc. *add.* AM (post salv.) X, ingr. et egr. et pascua inv. *add.* LTW, *add. marg.* N.

1 Cap. 12, nn. 1-3 (PL 82, 290); partim ex August., *Enarr. in Ps. 67,* n. 19 (PL 36, 824; CCL 39, 882). 2 Act. 1, 26. 3 *Etymologiae,* VII, c. 12, n. 32 (PL 82, 293). 4 Resp. I Paralip. 23, 5. 5 De forma antiquissima traditionis instrumentorum etc. in singulis ordinationibus, ordine quidem reverso, cf. *Recapitulatio ordinationis officialium ecclesiae,* inter *Statuta ecclesiae antiqua* (c. 475), in *Concilia Galliae A. 314 - A. 506* (CCL 148, 181-184). Ita hic, n. 97: « Ostiarius cum ordinatur... tradat ei episcopus claves ecclesiae de altari dicens: Sic age, quasi redditurus Deo rationem pro his rebus quae istis clavibus recluduntur » (183). 6 Cf. Ioan. 2, 15. 7 Ioan. 10, 9.

Cap. 5, ŋ. 1: Ex *Decreto,* D. 21, c. 1, § 19 (69); n. 2, ad litteram ex Ivonis *Sermone* 2 (514 B); n. 3, quasi ad lift., ibid. (514 B-C).

Cap. 6 (136).

1. **De lectoribus.** Secundus est gradus lectorum. — **Isidorus**[1]: « Lectores a legendo, sicut psalmistae a Psalmis canendis vocati sunt. Illi enim praedicant populis quid sequantur; isti canunt ut excitent ad compunctionem animos audientium; licet quidam lectores ita miseranter pronuntient, ut quosdam ad luctum lamentationemque compellant. Idem etiam pronuntiatores vocantur: quod porro annuntiant, quia tam erit clara eorum vox, ut etiam longe positorum aures adimpleat ».

2. **Isidorus Hispaliensis episcopus**[2]: « Ad lectorem autem pertinet lectiones pronuntiare, et ea quae Prophetae vaticinaverunt populis praedicare », ut iam ex officio legat in ecclesia prophetias et lectiones. — Unde et ei, vidente populo, traditur ab episcopo codex divinarum lectionum, et dicitur ei: « Accipe, et esto verbi Dei relator, habiturus, si fideliter impleveris officium, partem cum his qui bene verbum Dei ministraverunt[3] ».

3. Qui ad hunc gradum provehitur, litterarum scientia debet esse instructus, ut sensum verborum intelligat, vim accentuum sciat, distincte legat, ne confusione prolationis intellectum auditoribus auferat. Attendat quid indicative, quid interrogative sit legendum; ubi sit in oratione facienda distinctio. Haec enim male servata intellectum turbant et alios ad risum provocant. Auribus et cordi consulere debet vox lectoris.

4. Hoc officium Christus implevit, cum in medio seniorum librum Isaiae aperiens, distincte ad intelligendum legit[4]: *Spiritus Domini super me* etc. Ex quo lectoribus intelligi datur quia gratia spirituali clarere debent, qui aliis verbum Dei annuntiant. — Hic ordo formam et initium a Prophetis accepisse videtur, quibus dicitur[5]: *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam.*

4 canunt] cantant AN. 8 adimpleat] adimpleant CLM *Grat.* 9 Rubrica om. RVW. ‖ Hispaliensis] Hispaniensis MNO, *quod corr.* O2. ‖ Hispaliensis episcopus *om.* ABX. 11 legat] legant LM. 14 ministraverunt] ministraverint NO.

1 *Etymol.,* VII, c. 12, nn. 24-25 (PL 82, 292 C). 2 Ps.Isidorus, *Epist. ad Leudefredum,* n. 6 (PL 83, 895 B). 3 Cf. *Statuta eccl. antiq.,* n. 96, ubi et haec verba (183). 4 Isai. 61, 1; Luc. 4, 18. 5 Isai. 58, 1.

Cap. 6, n. 1: ex *Decreto,* D. 21 c. 1, § 15 (69). — Num. 2: Auctoritas cum rubrica, ex eodem, D. 25 c. 1, § 5 (90); quod sequitur, etiam in num. 3, adaptatur ex *Sermone* Ivonis (PL 162, 514 C-D), forsitan auxilio Hugonis, c. 7 (PL 176, 424 B-C), qui manifeste dependet ab eodem Sermone vel ab Isidoro. De vi accentuum (n. 3), cf. Hugo, *De grammatica,* ed. J. Leclercq, AHDLMA 14 (1945), 305-306. — Num. 4 verbis potius Hugonis conficitur, ex eodem cap. 7 (PL 176, 424 D; dein 424 B).

Cap. 7 (137).

1. **De exorcistis.** Tertius est ordo exorcistarum. — **Isidorus** [1]: « Exorcistae [1] autem ex graeco in latinum 'adiurantes' vel 'increpantes' vocantur. Invocant enim super catechumenos, et super eos qui habent spiritum immundum, nomen Domini, adiurantes per eum ut egrediatur ab eis ».

2. **Isidorus** «Ad exorcistam [2] pertinet exorcismos memoriter retinere, manusque super energumenos et catechumenos in exorcizando imponere ». — Debet autem spiritum mundum habere qui spiritibus imperat immundis, et malignum expellere de corde suo, quem expellit de corpore alieno, ne medicina quam alii facit, sibi non prosit, et dicatur ei [3]: *Medice, cura te ipsum*. — Hi cum ordinantur, accipiunt de manu episcopi librum exorcismorum, et dicitur eis: « Accipite, et habetote potestatem imponendi manus super energumenos vel catechumenos[4] ».

3. Hoc officio usus est Dominus, quando saliva sua tetigit aures et linguam surdi et muti dicens[5]: *Ephpheta, quod est adaperire,* per hoc docens nos spiritualiter debere aperire aures praecordiorum hominum ad intelligendum et ora ad confitendum, ut pulso daemone, Spiritus Sanctus vas suum recipiat. Hoc etiam officio usus est Christus, cum daemoniacos multos sanavit [6]. — Hic ordo a Salomone videtur descendisse, qui quendam modum exorcizandi invenit, quo daemones adiurati ex obsessis corporibus pellebantur. Huic officio mancipati exorcistae vocati sunt. De quibus Christus in Evangelic *E Si ego in Beelzebub eicio daemonia, filii vestri,* scilicet exorcistae, *in quo eiciunt?*

3 ex] a M, de NX. 6 Isidorus ALMO, *om. alii.* 8-9 imperat immundis *trp.* ALVX. 10 alii] aliis BCL. 12 habetote] habete BCRTWX.

1 *Etymol.,* VII, c. 12, n. 31 (PL 82, 293 A-B). 2 Ps.-Isidorus, *Epist. ad Leudefrectum,* n. 4 (PL 83, 895 A). 3 Lue. 4, 23. « Cf. *Statuta eccl. antiq.,* n. 95: « Exorcista cum ordinatur, accipiat de manu episcopi libellum in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi episcopo: Accipe et commenda, et habeto potestatem imponendi manus super energumenum sive baptizatum sive catechumenum » (CCL 148, 182s). 5 Mare. 7, 34. 6 ct. Matth. 8, 16; Mare. 16, 9; Luc. 8, 33. 2 Matth. 12, 27.

Cap. 7, n. 1: Ex *Decreto,* D. 21, c. 1, § 18 (69). — Num. 2: Auctoritas Isidoro attributa, ex eodem, D. 25, c. 1, § 2(90). Reliqua ex *Sermone* Ivonis (PL 162,515 A-B). — Num. 3: prima pars potius ex Hug. *De sacramentis,* c. 8 (425 B-C), quam ex *Sermone* Ivonis (515 B); pars altera, ex dictis Gratiani, § 1, ad initium D. 21 (67).

Cap. 8 (138).

1. **De acolythis.** Quarto loco succedunt acolythi. — **Isidorus** «Acolythi i vero graece, latine ceroferarii dicuntur, a deportandis cereis quando legendum est Evangelium vel sacrificium offerendum. Tunc enim accenduntur luminaria et deportantur ab eis: non ad effugandas aëris tenebras, cum sol eo tempore rutilet, sed ad signum laetitiae demonstrandum: ut sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur, de qua legitur2: *Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* ».

2. **Isidorus** «Ad3 acolythum pertinet preparatio luminarium in sacrario; ipse cereum portat, ipse urceolum cum vino et aqua suggesta pro eucharistia subdiaconis praeparat ». — Hi 4 cum ordinantur, cum edocti fuerint ab episcopo qualiter in officio suo agere debeant, ab archidiacono accipiunt candelabrum cum cereo et urceolum vacuum. — Hoc officium Dominus se habere testatur dicens5: *Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris.*

3. Huius officii formam illi gerebant in veteri Testamento, qui lucernas candelabri componebant et accendebant igne caelesti ad illuminandas tenebras aquilonares 6.

10 Isidorus NO, *om alii.*

1 *Etymol.,* VII, c. 12, nn. 29-30 (PL 82, 293 A); et *De eccl. officiis,* II, 14 (PL 83, 793 C - 794 A). 2 Ioan. 1,9. 3 Ps.-Isidorus, *Epist. ad Leudefredum,* n. 3 (PL 83, 895 A). 4 *Statuta eccl. antiqua,* n. 94: « Acolitus cum ordinatur, ab episcopo quidem doceatur qualiter se in officio suo agere debeat, sed ab archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo... accipiat et urceolum vacuum... » (CCL 148, 182). 5 Ioan. 8, 12. 6 Cf. *Glossa ordin.* in Exod. 25, 37-38: *Facies et lucernas septem... super candelabrum... Emunctoria quoque...*· « incensa igne verbi caelestis »; et in Exod. 26, 20: *In latere quoque... quod vergit ad aquilonem:* « Gentes significat quae usque ad tempus incarnationis tenebris et frigore infidelitatis torpebant » (apud Lyran., I, 179d, 183c); ex Beda, *De tabernaculo,* I, c. 9 et II, c. 6 (PL 91, 420 C, 440 B; CCL 119 A, 37 et 64). Fontem proximiorem non invenimus.

Cap. 8, n. 1: ex *Decreto,* D. 21, c. 1, § 17 (69). — Num. 2. Verba Isidori, ex eodem, D. 25, c. 1, § 3 (90); reliqua potius ex Hugonis *De sacram.* II, 3, 9 (PL 176, 425 C-D) quam ex *Sermone* Ivonis (PL 162, 515 D et C). — Num. 3: ex fonte ignoto, quem frustra iam quaesivit J. de Ghellinck, *Le traité de Pierre Lombard,* in RHE 11 (1910) 33, n. 4.

Cap. 9 (139).

1. **De subdiaconis.** Quintus est ordo subdiaconorum. — **Isidorus**[1]: « Graece[1] hypodiacones vocantur, quos nos subdiaconos dicimus. Qui ideo sic appellantur, quia subiacent praeceptis et officiis levitarum. Oblationes enim in templo a fidelibus suscipiunt, et levitis superponendas altaribus deferunt. Hi apud Hebraeos Nathinaei[2] vocantur », « id est in humilitate Domino servientes ».

2. «Ad[3] subdiaconum pertinet calicem, patenam ad altare Christi deferre et levitis tradere eisque ministrare; urceolum quoque et aquamanile et manutergium tenere, episcopo et presbyteris et levitis pro lavandis ante altare manibus aquam praebere ».

3. His lex continentiae imponitur, quia altari propinquantes, vasa corporis et sanguinis Christi portant; unde illud implere debent[4]; *Mundamini qui fertis vasa Domini.* Ad hos etiam pertinet tantum de oblationibus ponere in altari, quantum sufficere possit populo, necnon corporales et pallas et substratoria lavare.

4. Hi[5] cum ordinantur, accipiunt de manu episcopi patenam et calicem vacuum, ab archidiacono vero urceolum cum aquamanili et manutergium. — Hoc officio usus est Dominus, quando linteo se praecinxit, et mittens aquam in pelvim, pedes discipulorum lavit et linteo tersit[6] A

6 Nathinaei] nathanei ABCLMNOKT, *quod corr.* NO. 6-7 id... servientes *marg.* LT. 8 calicem] et *add.* BCTW, *add. interi.* N2. 9-10 aquamanile] aquam, manile BLM. 18 aquamanili] aquâ, manile (mantile X) BLMX.

1 *Etymol.,* VII, c. 12, n. 23 (PL 82, 292 B-C). 2 De quibus I Esdr. 2, 43; 8, 17 et 20; II Esdr. 3, 26. 3 Ps.-Isidorus, *Epist. ad Leudefredum,* n. 7 (PL 83, 895 B). 4 Isai. 52,11. 5 *statuta eccl. antiqua,* n. 93 (CCL 148, 182; DS 329). 6 Ioan. 13, 4-5.

Cap. 9, ŋ. 1: Cf. Hugo, *De sacram.* II, 3, 10: «Quinto loco est ordo subdiaconorum» (PL 176, 425 D). — Auctoritas Isidori, ex *Decreto,* D. 21, c. 1, § 14 (69), cui ad finem adiungit Magister verba Hugonis (« id est... servientes »), *De sacram.* II, 3, 10 (426 A). — Num. 2: ex *Decreto,* D. 25, c. 1, § 6 (90). Num. 3-4: ex *Sermone* Ivonis (515 D -516 B); vel quoad n. 4, ex verbis Hugonis (426 B).

Cap. 10 (140).

1. **De diaconis.** Diaconorum ordo sextum tenet locum, propter senarii perfectionem 1. Hic ordo in veteri Testamento a tribu Levi nomen traxit: dicuntur enim et levitae. Praecepit quippe Dominus Moysi2 ut post ordinationem Aaron et filiorum eius, prorsus tribus Levi ad divini cultus ministeria ordinaretur et consecraretur Domino; et servirent pro Israel coram Aaron et filiis eius in tabernaculo; ipsique gestarent arcam et tabernaculum et omnia vasa eius; et in circuitu tabernaculi excubarent, et in transportando tabernaculo ipsi deponerent, rursumque componerent. A viginti vero annis3 et supra iussi sunt servire in tabernaculo: quam regulam in novo Testamento sancti Patres constituerunt, quia haec aetas ad ferenda onera est robusta. — **Isidorus** 4: « Levitae ergo ex nomine auctoris vocati sunt: de Levi enim Levitae exorti sunt, a quibus in templo mystici sacramenti mysteria explebantur. Hi graece diacones, latine ministri dicuntur, quia sicut in sacerdote consecratio, ita in diacono ministerii dispensatio habetur ».

2. **Isidorus** 5: «Ad diaconum pertinet assistere sacerdotibus et ministrare in omnibus quae aguntur in sacramentis Christi, scilicet in bapti-

10 vero *corr. in* v (quinque) TV (?), quinque *add.* W, *add. mg.* C2L2. 12 Isidorus *om.* RVW. 14 mysteria] ministeria NV *Grat., Isid.* 17 Isidorus LOT, *om. alii.* 18 aguntur] agentur MNO.

1 De qua August., *De Genesi ad litt.,* IV, c. 2 (PL 34, 296-299; CSEL 28-1, 94-98). 2 Resp. Num. 3, 5-10; 4, 5-16. 3 Resp. Num. 8, 24: *A viginti quinque annis et supra* etc. Ita et Isidorus, dum Hugo et Ivo legunt: « A viginti autem annis »; sic et omnes codd. nostri: «A viginti vero annis». *4 Etymol.,* VII, 12, n. 22 (PL 82, 292 B). 5 Ps.-Isidorus, *Epist. ad Leudefredum,* n. 8 (PL 83, 895 B-C); cf. etiam lectiones variantes.

Cap. 10. Circa hoc cap. et sequens, cf. J. de Ghellinck, art. cit., RHE 11 (1910), 34-43. — Num. 1: Usque ad auctoritatem Isidori, ex *Sermone* Ivonis (PL 162, 516 C-D), vel ex Hugonis *De sacram.* II, 3, 11 (426 C-D). Dein Isidorus, mediante *Decreto,* D. 21, c. 1, § 13 (68s). De usu vocis *mysteria* loco *ministerium* hic et alibi, cf. F. Blatt, *Ministerium — mysterium,* in *Archivum latinitatis medii aevi* 4 (1928) 80-81. Cf. etiam *Glossa* Magistri in I Cor. 4,1 (PL 191, 1564 D), ubi tamen rubrica *Aug. ad Audacem* pertinet ad coi. 1565, 2-10. — Num. 2: Ex *Decreto,* D. 25, c. 1, § 7 (90). Valet notare ad verbum *oblationes* quod in aliquibus nostris codicibus notatur in margine: « hostiam, panem et vinum » (ita LMNOT); item infra, ad *recitatio nominum, t* cathecumenorum » (LNOT; in aliis codd. inseritur in ipsum textum). Ad *officium precum* notat *Glossa* pseudo-Petri Pictaviensis: « officium precum que fiunt pro pace post evangelium pro regibus, pro peregrinantibus etc. quod [N: que] potissimum observatur in remensi ecclesia; recitatio nominum eorum qui decesserunt quod ubique in gallicana ecclesia observatur in dominicalibus diebus » (cod. n 60c; p 108d).

.smo, in chrisÿiate, in patena et calice; oblationes quoque inferre et disponere in altari; componere etiam mensam Domini et vestire; crucem ferre et praedicare Evangelium et Apostolum. Nam sicut lectoribus vetus Testamentum, ita diaconibus novum praedicare praeceptum est. Ad ipsum etiam pertinet officium precum et recitatio nominum. Ipse praemonet aures habere ad Deum, ipse donat pacem et ipse annuntiat ».

3. Quod autem huic ordini a Moyse statutum est, hoc etiam in novo 'Testamento repraesentatur, cum diacono super laevum humerum stola ponitur, et casula in diebus ieiunii complicatur: quia quidquid laboris et sustinentiae in hac vita toleratur, quas in laeva portatur, donec in ■dextera, id est in aeternitate, requies habeatur. — Hic ordo ab Apostolis est celebratus quando, ut legitur in Actibus apostolicis 1, *septem viros plenos Spiritu Sancto* ad hoc officium elegerunt, et oratione praemissa *manus iis imposuerunt.* Unde et consuetudo inolevit ut in omni matrice Ecclesia septem diacones circa Christi aram quasi septem columnae assistant. Hi sunt septem angeli tuba canentes in Apocalypsi 2. Qui quales esse debeant, Apostolus docet Timotheo scribens 3.

4. Hi4 cum ordinantur, solus episcopus eis manum imponit, quia ad ministerium applicantur. Ponit eis orarium, id est stolam, super laevum humerum, ut per hoc intelligant se accepisse *iugum* Domini *suave* 5, quo ad sinistram pertinentia divino timori subiciant. Accipiunt et textum Evangelii, ut intelligant se esse praecones Evangelii Christi. *Hi autem,* antequam ordinentur, *probentur,* ut docet Apostolus 6, *et sic ministrent, .nullum crimen habentes.*

5. Hoc officio usus est Christus, quando post coenam sacramentum

1 oblationes] hostiam, panem et vinum *nota marg. Lomb. add.* LMNOT. 3 et .Apostolum] ad populum MNRX *(quae verba adduntur in quibusdam codd. Grat.).* 5 nominum] catechumenorum *nota seu glossa Magistri add. marg.* L *(ubi signatur in textu, sed deest in mg.)* NOT; *in aliis codd. incorporatur in ipso textu; exp. in ipso textu* O; *add. ■etiam in textu* N; excommunicatorum *add. in quibusdam codd. Grat.* 18 manum] manus LNRV.

1 Act. 6, 3 et 6. 2 Apoc. 8, 2. 3 Resp. I Tim. 3, 8-12. 4 Cf. *Statuta eccl. antiqua,* n. 92: « Diaconus cum ordinatur, solus episcopus, qui eum benedicit, manum super caput illius ponat, quia non ad sacerdotium sed ad ministerium consecratur» (CCL 148, 181; _DS 328 et nota). 5 Resp. Matth. 11, 30. 6 i Tim. 3, 10.

Num. 3-4 verbis conficiuntur Ivonis in eodem sermone (PL 162, 516 D - 518A) vel potius Hugonis, *De sacram.* 11,3, 11 (PL 176,426D-427 D). — Num.5: Ex conclusione eiusdem ccap. Hugonis (428 A); textus enim Ivonis a textu nostro aliqualiter discrepat.

carnis et sanguinis discipulis dispensavit 1, et quando Apostolos dormitantes ad orationem incitavit dicens2: *Vigilate et orate, ut non intretis in tentationem.*

Cap. 11 (141).

1. **De presbyteris.** Septimus est ordo presbyterorum. — **Isidorus** 3: « Presbyter 3 graece, senior interpretatur latine. Non modo pro aetate vel decrepita senectute, sed propter honorem et dignitatem quam acceperunt, presbyteri nominantur »; qui morum prudentia et maturitate conversationis praecellere debent in populo, sicut scriptum est 4: *Senectus venerabilis est non diuturna, nec annorum numero computata. Cani enim sunt sensus hominis, et aetas senectutis vita immaculata.*

2. « Ideo5 autem et presbyteri sacerdotes vocantur, quia sacrum dant. Qui licet sint sacerdotes, tamen pontificatus apicem non habent, sicut episcopi, quia nec chrismate frontem signant, nec Paraclitum dant: quod solis deberi episcopis, lectio Actuum Apostolorum 6 demonstrat ». « Unde et apud veteres idem episcopi et presbyteri fuerunt, quia illud nomen est dignitatis, non aetatis ». — « Sacerdos nomen habet compositum ex graeco et latino: qui est sacrum dans » sive sacer dux 7. « Sicut enim 'rex' a regendo, ita 'sacerdos' a sanctificando dictus est: consecrat enim et sanctificat ». « Antistes sacerdos dictus est ab eo quod 'ante stat': primus est enim in ordine Ecclesiae ».

3. **Isidorus** «Ad 8 presbyterum autem pertinet sacramentum corporis et sanguinis Domini in altari Dei conficere, orationes dicere et dona

10 nec] neque MTVX. 19 dictus] vocatus RTVX.

1 Resp. Matth. 26, 26-28; Mare. 14, 22-24; Luc. 22, 19-20; I Cor. 11, 23-25. 2 Matth. 26, 41. 3 *Etymol.,* VII, c. 12, n. 20 (PL 82, 292). 4 Sap. 4, 8-9. 5 Isidorus, *Etymol.,* VII, c. 12, n. 21: « Ideo autem et presbyteri » etc.; n. 20: « Unde et apud veteres » etc.; n. 17: «Sacerdos autem nomen habet» etc.; n. 16: «Antistes sacerdos» etc. (PL 82, 291 C - 292 A). 6 Act. 8, 14-17. 7 Haec etymologia habetur etiam in *Glossa ordin.* super II Parai. 4, 9: *Fecit etiam atrium sacerdotum:* « Sacerdos enim dicitur, quia *sacrum ducatum* praebet minoribus » (apud Lyran., II, 217c); sed vix dubium est Lombardum a Gratiano haec accepisse, D. 21, c. 1, § 10: « sive latine sacerdos *[lege* sacer(?)]dux » (68). Ci. J. de Ghellinck, *Le traité de Pierre Lombard,* etc., 37, nota 1. 8 Ps.-Isidorus, *Epist. ad Leudefredum,* n. 9 (PL 83 895 C).

Cap. 11, n. 1. Auctoritas Isidori, ex *Decreto,* D. 21, c. 1, § 12 (68); reliqua ex Hugonis De sacram. 11,3,12 (PL 176,428 B); paulo aliter Ivo, *Sermo2(PL* 162, 518 B-C). — Num. 2 conficitur ex *Decreto,* D. 21, c. 1, §§ 12, 11 et 10 (68). — Num. 3: Verba Isidori, ex *Decreto,* D. 25, c. 1, § 8 (90); reliqua compendiose ex Hugonis *De sacram.* II, 3, 12 (429 B-C). Alii iam

Dei benedicere ». — Qui 1 cum ordinatur, inunguntur ei manus, ut intelligat se accepisse gratiam consecrandi, et caritatis opera debere ad omnes extendere. Accipit et stolam, quae tenet utrumque latus, quia debet esse munitus armis iustitiae contra adversa et prospera 2. Accipit etiam calicem cum vino et patenam cum hostiis, ut per hoc sciat se accepisse potestateur placabiles Deo hostias offerendi 3.

4. Hic ordo a filiis Aaron sumpsit initium. Summos enim pontifices et minores sacerdotes instituit Deus per Moysen, qui ex praecepto Dei 4 Aaron in summum pontificem, filios vero eius unxit in minores sacerdotes. — Christus quoque *duodecim elegit discipulos* prius, *quos et apostolos vo-* ■*cavit* 5; quorum vicem gerunt in Ecclesia maiores pontifices; deinde *alios septuaginta et duos discipulos designavit* 6. quorum vicem in Ecclesia tenent presbyteri. Unus autem inter Apostolos princeps exstitit, Petrus, cuius vicarius et successor est Pontifex Summus7: unde dicitur Apostolicus; qui etiam Papa vocatur, scilicet Pater Patrum.

5. Qualis autem eligi debeat presbyter, Apostolus scribens Timotheo ostendit 8, ubi nomine episcopi presbyterum significat. Hoc autem officio usus est Christus cum se ipsum in ara crucis obtulit, idem sacerdos et hostia 9; et quando post coenam panem et vinum in corpus suum et san-

7 initium] exordium NVW. 9 pontificem] sacerdotem TVX. 10 elegit *trp. .post* discipulos BCNV. 12 et *om.* ATV. 15 etiam] et R, et ipse NO. ‖ Papa *interi.* O. ‖ Papa vocatur *trp.* N. 19 *et2* NTVX, vel *alii.*

1 Hic non sequitur Magister *Statuta eccl. antiqua,* n. 91: «Presbyter cum ordinatur, episcopo eum benedicente et manum super caput eius tenente, etiam omnes presbyteri, qui praesentes sunt, manus suas iuxta manum episcopi super caput illius teneant» (CCL 148, 181; DS 327). 2 Resp. II Cor. 6, 7: *Per arma iustitiae a dextris et a sinistris.* 3 Resp. Num. 5, 8. 4 Exod. cc. 28-29. 3 Luc. 6, 13. « Luc. 10 1. ' Cf. M. Maccarone, *'Vicarius Christi' e 'Vicarius Petri' net periodo patristico* in *Riv. di Storia della Chiesa in Italia* 2 (1948) 1-32. 8 [Tim. 3, 1-7; Tit. 1, 5-9. » Resp. Eph. 5, 2: Hebr. 9, 11-14. Cf. Fulgentius, *De fide ad Petrum,* c. 2, n. 22 (PL 65, 682 C; CCL 91A, 726).

notaverunt Magistrum a suis fontibus discrepare, eo quod impositionem manuum necnon et invocationem Spiritus Sancti omittit. Cf. J. de Ghellinck, *Le traité de Pierre Lombard..., in* RHE 11 (1910) 38-44, et eius art. *Pierre Lombard* in *Diet, de théol. cath.,* ubi scribit de his capitulis: «Dist. XXIV... l'élaboration symétrique d'une longue dissertation... dont la régularité systématique ne connaît qu'une exception... celle qui lui fait abandonner Oratien quand il s'agit de l'imposition des mains dans l'ordination sacerdotale: omission voulue ou fortuite, qui aura des grosses conséquences pour la théologie du sacrement de l'ordre » (XII, 12001). — Num. 4 verbis introducitur Hugonis (428 B). Quod sequitur fundatur in dictis Gratiani, D. 21, ante c. 1 (67). — Num. 5 conficitur ex verbis Hugonis (429 A-B, et D), praeter conclusionem, quae dependet a proposito Gratiani, D. 25, c. 1, ante § 1 (90).

■guinem commutavit L — Ecce de septem Ecclesiae gradibus breviter elocuti, quid ad quemque pertineat insinuavimus.

Cap. 12 (142).

1. **Duo tantum sacri dicuntur** Cumque omnes spirituales sint et sacri, excellenter tamen canones 1 duos tantum sacros ordines appellari censent, diaconatus scilicet et presbyteratus, quia hos solos primitiva Ecclesia legitur habuisse, et de his solis praeceptum Apostoli 3 habemus.

2. Apostoli 4 enim in singulis civitatibus episcopos et presbyteros ordinarunt. Levitas etiam ab Apostolis ordinatos legimus 5, quorum maximus fuit beatus Stephanus. Subdiaconos vero et acolythos procedente tempore Ecclesia sibi constituit.

Cap. 13 (143).

1. **Quid sit quod hic dicitur ordo.** Si autem quaeritur quid sit quod hic vocatur ordo, sane dici potest signaculum quoddam esse, id est sacrum quiddam, quo spiritualis potestas traditur ordinato et officium. Character igitur spiritualis, ubi fit promotio potestatis, ordo vel gradus vocatur.

2. Et dicuntur hi ordines sacramenta, quia in eorum perceptione res sacra, id est gratia, confertur, quam figurant ea quae ibi geruntur.

Cap. 14 (144).

De nominibus dignitatis vel officii. Sunt et alia quaedam, non ordinum, sed dignitatum vel officiorum nomina.

1 Ecclesiae gradibus *trp.* BCLW. 2 pertineat] pertinet AMNO, *quod corr.* N. 9 ordinarunt] ordinaverunt BCLMTX. 15 spiritualis] spiritalis OR. 20 vel] et BCNWX.

1 Matth. 26, 26-28. 2 Can. 1 Concilii Beneventani (1091): « Sacros autem ordines dicimus diaconatum ac presbyteratum. Hos siquidem solos primitiva legitur ecclesia habuisse; super his solum praeceptum habemus Apostoli » (Mansi, *Concilia,* 20, 738 E; DS 703). 3 De presbyteris: I Tim. 3, 1-7; Tit. 1,5-9; de diaconis: I Tim. 3, 8-13. 4 cf. Tit. 1 5: *Reliquite Cretae ut... constituas per civitates presbyteros.* 5 Act. 6, 5.

Cap. 12, ŋ. 1: Ex Hugone, *De sacram.* 11,3, 13 (PL 176, 430 A); cf. etiam *Decretum,* D. 60, c. 4 (227). — Num. 2: ex § 3 dicti Gratiani praemissi D. 21, c. 1 (67).

Cap. 13. De momento huius definitionis, cf. N. M. Haring, *Character, Signum und Signaculum. Der Weg von Petrus Damiani bis zur eigentliche Aufnahme in die Sakramentenlehre im 12. Jahrhundert,* in *Scholastik* 31 (1965) 57.

Cap. 15 (145).

De episcopo. Dignitatis simul et officii nomen est episcopus. — **Isidorus:** « Episcopatus [1] autem vocabulum inde dictum est, quod ille qui episcopus efficitur superintendat, curam scilicet subditorum gerens. Scopin enim graece, latine intendere dicitur. Episcopi autem graece, latine speculatores interpretantur: nam speculator est praepositus in Ecclesia dictus, eo quod speculetur atque prospiciat populorum infra se positorum mores et vitam ».

Cap. 16 (146).

De pontifice. « Pontifex[2] princeps sacerdotum est, quasi via sequentium. Ipse et summus sacerdos nuncupatur: ipse enim sacerdotes et levitas efficit, ipse omnes ecclesiasticos ordines disponit ».

Cap. 17 (147).

1. **De quadripartito episcoporum ordine. — Isidorus:** « Ordo [3] autem episcoporum quadripartitus est, scilicet in patriarchis, archiepiscopis, metropolitis et episcopis. — Patriarcha, graece, summus patrum interpretatur, quia primum, id est apostolicum tenet locum: ut Romanus, Antiochenus, Alexandrinus »; sed omnium summus est Romanus. — « Archiepiscopus, princeps episcoporum: archos enim princeps dicitur. — Metropolitae autem a mensura civitatum dicuntur. Singulis enim provinciis praeminent; quorum auctoritati et doctrinae ceteri sacerdotes subiecti sunt. Sollicitudo enim totius provinciae ipsis commissa est. Omnes autem superius designati ordines episcopi nuncupantur ».

2 De episcopo *om,* MRVW. 2-3 Isidorus *om.* MRVW. 10 Rubrica *om.* AMRVW. 12 ecclesiasticos ordines *trp.* RTX. 14 Isidorus *om.* MNRVW. 19 enim] grece (latine *hic add.* W) *add.* LWX. ‖ dicitur] latine *add.* L *(interi.)* X.

1 *Etymol.,* VII, c. 12, nn. 11-12 (PL 82, 291 B-C). 2 Isidorus, ibid., n. 13 (291 C). 3 *Etymol.,* VII, c. 12, nn. 4-10 (290 D-291 B).

Cap. 15-17. Cf. A. M. Landgraf, *Die Lehre vom Episkopat ais Ordo,* in *Dogmengeschichte,* II1-2, 277-302; necnon et R. P. Stenger, *The Episcopacy as an Ordo according to the mediaeval Canonists,* in *Mediaeval Studies* 28 (1967) 67-112. — Cap. 15: Auctoritas Isidori, ex *Decreto,* D. 21, c. 1, § 7 (68). — Cap. 16: ex eodem, § 8. — Cap. 17, n. 1 conficitur ex D. 21, c. 1, §§ 1, 2, 6, 4, 5 (67-68).

2. Nota quod archiepiscoporum nomine primates superius significasse videtur, et metropolitarum, quos nunc archiepiscopos dicimus.

3. Horum autem discretio a gentilibus introducta videtur, qui suos flamines, alios simpliciter flamines, alios archiflamines, alios protoflamines appellabant. — **Isidorus** «Sacerdotes[1] enim gentilium flamines dicebantur: qui habebant in capite pileum, in quo erat brevis virga desuper habens lanae aliquid; quod cum per aestum ferre non possent, filum tantum in capite ligare coeperunt. Nudis enim capitibus eis incedere nefas erat. Unde et a filo quo utebantur, flamines dicti sunt: quasi filamines. Sed festis diebus, filo deposito, pileum imponebant, pro sacerdotii eminentia ».

Cap. 18 (148).

De vate. — Isidorus[2] «Vates a vi mentis appellatur; cuius significatio multiplex est: modo enim sacerdotem, modo prophetam, modo poetam significat ».

Cap. 19 (149).

1. **De cantore** «Cantor[3] vero vocatur, qui vocem modulatur in cantu. Huius sunt duo genera: praecentorum et succentorum. Praecentor, qui vocem praemittit in cantu; succentor, qui subsequenter canendo respondet. Concentor autem dicitur quia consonat; qui autem non consonat nec concinit, concentor non erit ».

2. His breviter tractatis, admonendi sunt Christi ministri, quatenus sicut excellunt ordinis dignitate, ita praecellant vitae sanctitate: ut plebs eis commissa eorumque disciplinis edocta gratanter eis obediat, et eorum imitatione de die in diem proficiat, a quibus divina sacramenta percipiunt et Missarum solemnia audiunt.

4 alios[1]... protoflamines *marg.* V2. ‖ alios protoflamines *om.* R, *add. mg.* T. 5 Isidorus] Idem A, *om.* MRVW. 13 De vate *om.* MRVW. ‖ Isidorus AT, *om. alii.* ‖ appellatur] appellantur T, appellati MO, appellati sunt LW. 17 Rubrica *om.* RVW. 18 praecentorum] scilicet *add.* A *Grat.* ‖ praecentorum et succentorum] precentor et succentor LRT *Isid., Grat.* ‖ Praecentor] est *add.* ABCL, vero est *add.* V.

1 *Etymol.,* VII, c. 12, nn. 18-19 (PL 82, 292 A). 2 ibid., n. 15 (291 C). 3 Ibid., nn. 26-28 (292 C - 293 A).

Num. 3: Prima pars, ex § 3 dicti Gratiani ante c. 1 (67). Auctoritas Isidori, in eodem c. 1, § 11 (68).

Cap. 18: ex eodem c. 1, § 9 (68). — Cap. 19, n. 1: ibid., § 16 (69); num. 2, usque ad «proficiat », ex Hugonis *De sacram.,* III, 3, 12 (PL 176, 430 A).

3. Missa-1 autem dicitur vel quia missa est hostia, cuius commemoratio fit in illo officio; unde dicitur: *Ite missa est,* id est sequimini hostiam quae missa est ad caelestia, tendentes post eam; vel quia missus caelestis venit ad consecrandum dominicum corpus, per quem ad altare caeleste defertur hostia; unde et dicitur: *Missa est.*

DISTINCTIO XXV

Cap. 1 (150).

1. **De ordinatis ab haereticis.** Solet quaeri si haeretici ab Ecclesia praecisi et damnati possint tradere sacros ordines, et si ab eis ordinati, redeuntes ad Ecclesiae unitatem, debeant reordinari. — Hanc quaestionem perplexam ac pene insolubilem faciunt doctorum verba, qui plurimum dissentire videntur.

2. Videntur enim quidam tradere haereticos sacros ordines dare non posse, nec illos qui ab eis ordinati videntur gratiam recipere. — **Capitulum VII.** Dicit enim **Innocentius**2 « Arianorum clericos non videri suscipiendos cum sacerdotii vel ministerii alicuius dignitate »; quibus «solum baptisma ratum esse permittit, quod *in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti* percipitur ». Dicit etiam 3 eos non posse dare Spiritum Sanctum, quem amiserunt; et « ordinatos 4 ab haereticis caput habere vulne-

5 et *om.* OTX. 8 Solet] etiam *add.* BCMN. 1 i insolubilem] dissolubilem M, indissolubilem LNW, *quod corr.* L. 14 ordinati] ordinari CMRVX, *quod corr.* V2.. 14-15 Rubrica *om.* BMRVWX.

1 De eodem supra, Dist. 13, c. 1, n. 4; utriusque loci fontes nos fugiunt. «Missa est hostia» invenitur in Hugonis *De sacram.,* II, 8, 14 (PL 176, 472 A-C). 2 Innocentius Papa I, *Epist. 24 (ad Alexandrum Antiochenum episc.),* c. 3 (PL 20,549 A - 550 A). De doctrina Innocentii pp., cf. O. Vighetti. *I Sacramenti delta penitenza e dell'ordine nella dottrina giuridica di S. Innocenzo I (401-417),* par. III: «Le ordinazioni degli eretici », in *Miscellanea Francescana* 52 (1952) 104-111. 2 Ibid. (550 A). 4 innoc. I, *Epist. 17 (ad Rufum aliosque epp. Macedoniae)* c. 3 (PL 20, 530 B-C).

Dist. XXV, c. 1. Cf. L. Saltet, *Les réordinations,* Paris 1907; et E. Amann, art. *Réordinations,* in DThC XIII, 2385-2431, praesertim 2425-28. — Num. 1: Quaestio ponitur quasi verbis Hugonis, *De sacram.* II, 10, 3 (PL 176, 477 D - 478 A). — Num. 2: Ut rubrica innuitur,, prima auctoritas sumitur ex *Decreto,* C. 1, q. 1, c. 73 (384); dein c. 17 et c. 18 (363); illa Gregorii, ex eodem, c. 72 (383), et ex dicto post c. 74 (384).

ratum », et « eum qui honorem amisit, honorem dare non posse; nec illum aliquid accepisse, quoniam in dante nihil erat quod ille posset accipere ». Tradit etiam 1 « venientibus ab haereticis per manus impositionem laicam tantum tribuendam communionem, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum subrogare ». — **Gregorius in IIII libro Dialogorum :** **Gregorius** etiam dicit 2 sacrilegam esse Arianorum consecrationem, cum ex eorum manu communio percipitur.

3. **Cyprianus martyr in Epistola contra haereticos :** **Cyprianus** etiam dicit3 « omnia, quaecumque faciunt haeretici, carnalia, inania » et sacrilega esse, et eorum « altaria falsa et illicita sacerdotia et sacrificia sacrilega »; qui « more simiarum, quae cum homines non sint, formam imitantur humanam, vultum Ecclesiae catholicae et auctoritatem sibi vendicant, cum ipsi in Ecclesia non sint »; et cum sint sacrilegi, « sacerdotium administrant et altare ponunt, cum nec sacrificari oblatio illic possit ubi Spiritus Sanctus non sit; nec cuiquam Dominus per eius preces et orationes prosit, qui Deum ipse violavit ».

4. **Hieronymus, super Aggaeum :** **Hieronymus** quoque asserit 4 omnia quae offeruntur ab haereticis « contaminata esse in conspectu Domini: quia licet sancta videantur specie sui, tamen quia contacta sunt ab illo qui pollutus est, polluuntur omnia ». — **Idem, super Amos :** Idem 5; «Odit Deus sacrificia haereticorum et a se proicit, et quoties in nomine eius congregati fuerint, detestatur foetorum eorum et claudit nares suas ». — **Idem, super Osee :** Idem 6; « Illi offerunt panem sacrilegum » etc.

8 Rubrica *om.* MRVW. 14 ponunt] componunt NV, proponunt AT, *quod corr.* T. 23 Rubrica *om.* MRVW.

1 Ibid., c. 4 (531 A-B). 2 Potius in Lib. III, c. 31 (PL 77, 292 A). 3 Caput collectum (notant Correctores Gratiani; infra) ex variis locis epistolarum B. Cypriani. Nempe, ex *Epist. 70 (ad Januarium),* n. 3: « ut cum omnia apud illos inania et falsa sint, nihil eorum quae illi gesserint probari a nobis debeat » (PL 3, 1043 B; CSEL 3-1, 769s); ex *Epist. 69 (ad Magnum),* n. 1: «falsa altaria et illicita sacerdotia et sacrificia sacrilega » (PL 3, 1139 A; CSEL 3-1, 750); ex *Epist. 73 (ad Iubaianum et episc. Numidiae),* n. 2: « Novatianus simiarum more, quae cum homines... in ecclesia non sit... altare collocare... nititur» (PL 3, 1111 A-B; CSEL 3-1, 779s); et ex *Epist. 64 (ad Epictetum),* n. 4: « quando nec oblatio sanctificari illic possit, ubi Spiritus Sanctus non sit, nec cuiquam... qui Dominum ipse violavit» (PL 4, 392 A; *Epist. 65,* in CSEL 3-1, 725). *In Aggaeum* 2, 15 (PL 25 [1845], 1409 D). 5 *In Amos* 5, 22 (PL 25, 1053 D). 6 *In Osee* 6, 7 (PL 25, 870 A).

Num. 3 excerpitur ex c. 70, § 1 (382-383). — Num. 4: Prima auctoritas conficitur ex eodem dicto (384) ac ex c. 61 (381); altera, ex c. 62; tertia praebet initium c. 63.

5. **Léo 3d Anatholium Constantinopolitanum Episcopum.** Leo etiam testatur i « extra Ecclesiam nec rata esse sacerdotia, nec vera esse sacrificia». — **Idem Leoni Augusto** Idem etiam dicit 2 «per crudelissimam vesaniam in Alexandrina sede omnium sacramentorum lumen exstinctum. Intercepta est sacrificii oblatio, defecit chrismatis sanctificatio, et parricidalibus manibus impiorum omnia se subtraxere mysteria ».

6. His aliisque testimoniis adstrui videtur sacramenta ecclesiastica, praecipue corporis et sanguinis, ordinationis et confirmationis, per haereticos non posse ministrari.

7. **Auctoritates ponit quae videntur praemissis obviare.** Econtra autem alii sentire videntur quod ab haereticis etiam praecisis sacri ordines, sicut et baptismus, tradi valeant; nec ab haereticis redeuntes, qui illic ordinati sunt et baptizati, iterum ordinandi sunt, sicut nec baptizandi.

8. **Augustinus in libro II Contra epistolam Parmeniani.** Unde Augustinus3 de haereticis etiam damnatis: « Quod quidam dicunt, 'Baptisma quod accepit non amittit qui recedit ab Ecclesia, ius dandi quod accepit amittit', multis modis apparet inaniter dici. Primo, quia nulla ostenditur causa, cur ille qui illud baptisma amittere non potest, ius dandi possit amittere. Utrumque enim sacramentum est, et quadam consecratione utrumque homini datur: illud cum baptizatur, et illud cum ordinatur. Ideo non licet in Catholica utrumque iterari. Nam si quando ex ipsa parte venientes, etiam praepositi, pro bono pacis, correcto schismatis errore, suscepti sunt; et si visum est opus esse ut eadem officia gererent quae agebant, non sunt rursus ordinandi, sed sicut baptismus in eis, ita ordinatio mansit integra. Quia in praecisione fuerat vitium: quod unitate pacis est correctum; non in sacramentis, quae, ubicumque sunt, ipsa sunt. Et cum ipsi expedire videtur Ecclesiae ut praepositi eorum, venientes ad catholicam societatem, honores suos ibi non administrent, non

1 Rubrica *om.* RVW. ‖ Anatholium] anastasium NO, athanasium T. 10 Econtra] Contra LNR. 14 Rubrica *om.* MRVW. 21 Catholica] sancta V, ecclesia *add.* LMTVX. 24 ordinandi] ordinati NOR, *quod corr.* N.

i *Epist. 80,* c. 2 (PL 54, 914 B). 2 *Epist. 156,* c. 5 (PL 54, 1131 A). 3 Cap. 13, n. 28 (PL 43, 70s; CSEL 51, 70s).

Num. 5: prima Leonis, ex c. 68 (382); alia, ex sequenti c. 69. — Num. 6 trahitur ex conclusione Gratiani in eodem dicto: « patet quod sacramenta ecclesiastica praeter baptisma ab haereticis ministrari non possunt» (384). — Num. 7: Videas dictum ante c. 97 (392), et verba Hugonis, *De sacram.,* II, 10, 3 (PL 176, 478 C - 479 B). — Num. 8: ex iam dicto c. 97, §§ 1-3 (393); rubrica ut in editione Romana.

eis tamen ipsa ordinationis sacramenta detrahuntur, sed super eos manent. Ideoque non eis manus imponitur, ne non homini, sed ipsi sacramento fiat iniuria. Sicut autem in baptismo est quod per eos dari possit, sic in ordinatione ius dandi est: utrumque quidem ad perniciem suam. Sed aliud est non habere, aliud perniciose habere, aliud salubriter habere ».

9. Idem i; « De his qui ab Ecclesiae unitate separati sunt, nulla iam quaestio est quin habeant et dare possint; sed perniciose habent pernicioseque dant, quia extra vinculum pacis sunt 2. Neutri sacramento facienda est iniuria. Sicut non recte habet qui ab unitate recedit, sed tamen habet, et ideo redeunti non redditur; sic etiam non recte dat qui ab unitate recedit, sed tamen dat; et ideo qui ab eo accipit, venienti ad unitatem non iteratur ».

10. **Idem in libro II De unico baptismo** ? Idem 3: « Aliud est non habere aliquid, aliud est non iure habere vel illicite usurpare. Non igitur ideo non sunt sacramenta Christi et Ecclesiae, quia eis illicite utantur, non modo haeretici, sed etiam omnes impii; sed illi corrigendi sunt et puniendi, illa autem agnoscenda et veneranda ».

11. **Gregorius Ioanni Ravennati episcopo** Item Gregorius4: « Quod dicitis, ut qui ordinati sunt iterum ordinentur, valde ridiculosum est. Ut enim baptizatus semel, iterum baptizari non debet; ita qui consecratus est semel, in eodem ordine non valet iterum consecrari ».

12. His aliisque auctoritatibus videtur asseri in omnibus impiis, etiam in haereticis praecisis et damnatis, Christi sacramenta permanere cum iure dandi. Possunt enim dare, sed perniciose; et quibus dederint, non sunt iterum ordinandi. Quae praemissis ex opposito obviare videntur.

13. **Determinatio praemissae contradictionis auctoritatum.** Haec autem quidam ita determinant. Dicunt enim haereticos accepta sacerdotali vel

6 Ecclesiae unitate *trp.* ACLMTVX. 11 qui] illi qui A, quia MOW, quod *Aug., Grat.* 13 Rubrica *om.* MRVW. 17 agnoscenda] cognoscenda ABCNV. 18 Rubrica *om.* MRVW. 19 ordinati sunt... ordinentur] ordinatus est... ordinetur LNRWX.

1 Cap. 13, n. 30 (72; 81s). 2 Resp. Eph. 4, : *Solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis.* 3 *De bapt. contra Donatistas,* III, c. 10, n. 13 (PL 43, 144; CSEL 51, 205). 4 *Registrant Epist.,* II, epist. 46 [MGH II, 45] (PL 77, 585 A).

Num. 9: ex eodem, §§ 6-8 (394). — Num. 10-11: Hae duae auctoritates, quae non adducuntur a Gratiano, inveniuntur in *Panormia* Ivonis, III, 78 et 76 (PL 161, 1147); sed ob formam diversam probabiliter hic sumuntur ex fonte ignoto. — Num. 12 fundatur in parte in verba Gratiani post c. 97 (395). — Num. 13 quodammodo eodem dicto Gratiani innititur, §§ 2-4; ita et n. 14, usque ad quaedam verba in § 5 (395).

episcopali unatione ab Ecclesia recedentes, baptismi quidem dandi ius retinere, sed non habere facultatem tribuendi sacros ordines, vel consecrandi dominicum corpus, postquam praecisi sunt et damnati ab Ecclesia; sicut degradatus episcopus non habet potestatem largiendi sacros ordines, facultatem tamen baptizandi non amisit. — Quod vero Augustinus ait, intelligunt dictum de haereticis qui non sententia Ecclesiae, sed pravitate sensus sui a fidei veritate ac doctrinae unitate divisi sunt: qui licet tales sint, ius tamen ordinandi et consecrandi habent. Et qui ab eis ordinantur ante manifestam praecisionem, etiam si cum eis aperte exierint et sententia Ecclesiae damnati fuerint, tamen si redierint, iterum ordinandi non sunt. Et ubicumque legitur de ordinatis ab haereticis quod servatis eis ordinibus ministrare valeant, vel iterum ordinandi non sint, de huiusmodi accipiendum dicunt. Nam postquam praecisi fuerint et damnati iudicio Ecclesiae, ius ordinandi et consecrandi eis detractum asserunt, ut degradatis vel excommunicatis.

14. **Aliter.** Alii vero dicunt sacramenta ab haereticis etiam praecisis secundum formam Ecclesiae celebrata vera esse et rata, quia recedentes ab Ecclesia ius dandi et consecrandi non perdiderunt; et qui sic ab haereticis ordinantur, cum redeunt, iterum ordinandi non sunt. Quae vero ab haereticis aliter quam in Ecclesia fiunt, falsa sunt et inania; et qui a talibus ordinari videntur, non munus, sed vulnus excipiunt. Et secundum hanc differentiam varie de his loquuntur doctores.

15. **Item aliter.** Quidam [1] vero dicunt eadem sacramenta ab haereticis praecisis posse celebrari, quae a catholicis, si ab illis forma Ecclesiae servetur; et ab eis celebrata, vera esse et rata quantum ad se, quantum vero ad effectum falsa esse et inania, et in his qui male tractant, et in his qui male suscipiunt. Ideo irrita et falsa, quia quod promittunt et conferre creduntur, non tribuunt. Damnanda etiam dicuntur, quia illicite dantibus vel accipientibus sunt *in indicium* [2]. Polluta etiam dicuntur, non quantum ad se, sed propter indignam haereticorum tractationem. Ideo Grego-

6 dictum] esse *add.* LT. 8 sint *om.* AMR, *add. interi.* N2, *add. mg.* O2. ‖ ordinandi et consecrandi *trp.* ALT. 16 Rubrica *om.* MRVW. ‖ etiam] et ABCNTX. 21 ordinari] ordinati B, *corr. ex* ordinati O. ‖ excipiunt] accipiunt LTVW. 22 doctores] auctores LO. 23 Item aliter] aliter BCNX, *om.* MRVW. 26 esse *om.* OTV.

1 Algerus Leod., *De misericordia et iustitia,* III, 50 et 54 (PL 180, 954 C-D, et 956 B-D); et *De sacramento,* III, c. 12 (PL 180, 846 B-847 C). 2 Resp. I Cor. 11, 29 et 34.

Num. 15 probabilius mentem Gratiani praesentat, cuius verba in § 5 et § 7 ad litteram hic repetuntur.

riusi communionem Arii vocat exsecrationem, et **Innocentius**[2] Bonosii ordinationem damnationem: non quod ita in se sint, sed quia male dantes vel accipientes tales facit; sicut etiam Hieronymus[3] sacrificia eorum « panem luctus » vocat, non quantum ad se, sed quantum ad effectum.

16. **Aliter.** Nonnulli vero tradunt illos haereticos qui in Ecclesia ordinati sunt, ius ordinandi et consecrandi, etiam cum separati fuerint,, habere; qui vero in schismate vel haeresi positi ab eis ordinati et inuncti fuerint, illo iure carent; ideoque, cum ordinare volunt, vulnus potius infigunt quam gratiam conferant.

Cap. 2 (151).

De simonia — Unde dicitur simonia et quid sit. De simoniacis vero non est ambigendum quin sint haeretici, qui tamen ante sententiam degradationis et ordinant et consecrant. Et licet simoniaci proprie dicantur qui, instar Simonis Magi[4], impretiabilem gratiam pretio conducere volunt; et qui pro ministerio sacro pretium recipiunt in modum Giezi[5], giezitae vocandi sunt; omnes tamen, et dantes et accipientes, simoniaci dicuntur, et utrique eadem sententia percelluntur.

Cap. 3 (152).

De his qui scienter a simoniacis ordinantur vel non. Differt tamen inter eos qui ordinantur a simoniacis scienter, et eos qui ignoranter. — **Urba-**

6 Rubrica *om.* MRVW. 12 Unde... sit *om.* VWX, 17 et] *om.* MNRV, *exp.* X. 20 vel non *om.* ALMN. 21-1 (p. 414) Urbanus papa *om.* ARVW.

1 Cf. supra, cap. 1, in fine n. 2. 2 Innocentius I, *Epist. 17,* c. 3, n. 7: « Certe quia quod non habuit dare non potuit, damnationem utique, quam habuit, per pravam manus impositionem dedit; et qui comparticeps factus est damnationis, quomodo debeat honorem accipere, invenire non possum» (PL 20, 531 A). 3 *Super Osee* (rubr.) 9, 4: «Panem luctus possumus dicere verba mortifera... qui panis non ingreditur in domum Dei. Haereticorum enim conciliabula, non domus Dei appellantur, sed speluncae latronum » (PL 25 [1845], 892 B). 4 Resp. Act, 8, 18-24. 5 Resp. IV Reg. 5, 20-27.

Num. 16: iterum fundatur in dicta Gratiani in §§ 3-4 (395).

Cap. 2: Titulus iam in *De sacram.* Hugonis, II, 10, 1: *Unde dicitur, et quid sit simonia* (PL 176, 477 C); unde et ex cap. 2 quaedam verba hic.

Cap. 3: Titulus seu quaestio ab Hugone suggeritur, II, 10, 3 (478 C); auctoritas conficitur ex *Decreto,* C. 1, q. 1, c. 108 (400s).

nus Papa «yQui 1 enim scienter a simoniacis se permiserint consecrari, immo exsecrari, eorum consecratio omnino irrita est. Qui vero ordinantur a simoniacis quos, cum ordinantur, nesciunt esse simoniacos, qui et tunc pro catholicis habentur, eorum ordinatio misericorditer sustinetur ».

Cap. 4 (153).

De his qui dicunt se emere corporalia, non spiritualia. — Paschasius Papa «Si2 vero aliqui obiecerint se non consecrationes emere, sed res ipsas quae ex consecratione proveniunt, penitus desipere probantur. Nam quisquis horum alterum vendit, sine quo alterum non habetur, neutrum vendere derelinquit ».

Cap. 5 (154).

Distinctio simoniacorum. Simoniacae autem haeresis tripartita est distinctio. Alii enim simoniace a simoniacis ordinantur, alii simoniace a non simoniacis, alii non simoniace a simoniacis. — **Nicolaus Papa** 3: Unde **Nicolaus** Papa 3; « Statuimus decretum de simoniaca tripartita haeresi, id est de simoniacis simoniace ordinatoribus vel ordinatis, et de simoniacis simoniace a non simoniacis, et simoniacis non simoniace a simoniacis. Simoniaci simoniace ordinati vel ordinatores, secundum canones a proprio gradu decidant. Simoniaci etiam simoniace a non simoniacis ordinati, similiter ab officio removeantur. Simoniacos vero non simoniace a simoniacis ordinatos misericorditer per manus impositionem pro temporis necessitate in officio permittimus permanere ». — Quod intelligendum est de his qui ordinantur a simoniacis, ignorantes eos esse simoniacos. Hos facit simoniacos non reatus criminis, sed ordinatio simoniaci.

6-7 Paschasius papa *om.* RVWX. 10 derelinquit] relinquit N, delinquit A, *corr. in* delinquit M. 14 Rubrica *om.* MRVW.

1 Urbanus Papa II in Concilio Placentino (1095), can. IV et III, hic scii, ordine inverso (I. Mansi, XX, 805). 2 Revera Paschalis I, *Epist. 5 (ad Archiepiscopum Mediolanensem)* (PL 102, 1092 A-B); cf. tamen P. F. Kehr, *Italia Pontificia* VI-1, 38, n. 51, ubi authenticitas negatur; scripta est a quodam Guidone monaco. 3 Nicolaus II, *Decretum contra simoniacos* in Concilio (minore) Lateranensi (apr. 1060), n. 5 (L. Weiland, *Constitutiones et Acta publica,* MGH Legum IV, t. 1, 550s; I. Mansi, *Concilia,* 19, 899; DS n. 694).

Cap. 4: Iterum quaestio (in titulo) Hugonis est; auctoritas seu responsio adaptatur ex *Decreto,* C. 1, q. 3, c. 7 (413).

Cap. 5: Triplex species simoniae, in dictis Gratiani ante verba Nicolai in C. 1, q. 1, c. 107 (400). Conclusio etiam Gratiani est, post c. 107.

Cap. 6 (155).

De his qui violenter a simoniacis vel ab haereticis ordinantur. — Alexander Papa [1]. Similiter cum decernit **Alexander!** simoniacos « omnino damnandos ac deponendos »: subintelligendum est: Nisi violenter quis attractus fuerit. De his enim, et a quibuslibet haereticis violenter ordinatis, dicit **Innocentius**[2] quod « possunt habere aliquem colorem excusationis, si statim discedunt ab eis et pessimo eorum conciliabulo renuntiant ».

Cap. 7 (156).

De aetate ordinandorum ita decernit Nicolaus Papa[3]; «Sacri, inquit,, canones sanxerunt ut subdiaconus non ordinetur ante quatuordecim annos, nec diaconus ante viginti quinque, nec presbyter ante triginta. Deinde,, si dignus fuerit, ad episcopatum eligi potest. Quod nos etiam pari modo servare iubemus ». — **Fabianus** [4]. Item **Fabianus**[4]: « Si quis tri-

2 ab LMNO, *om. alii,* aliis *add.* ALR. 3 Alexander Papa *om.* RVW. 4 ac deponendos *om.* AR. 10 decernit] decrevit BMVWX. 14 Rubrica *om.* LMORTVW..

1 In Concilio Laterano (1063), ubi in primo cap. Alexander Pp. II repetit verba sut praedecessoris (I. Mansi, *Concilia,* XIX, 1023 E- 1024 D; DS n. 691), 2 Innocentius 1, *Epist.* 77 *(ad Rufum aliosque episc. Macedoniae),* c. 5, n. 12 (PL 20, 534). 3 Non invenitur inter decreta vel alia scripta Nicolai I (858-867). 4 Cap. spurium. Ante Gratianum, qui hoc cap. Bonifacio papae ascribit, D. 77, c. 1 (275), ceteri collectores (ut notat Ae. Friedberg) citant ex decretis Fabiani. Unde ergo Magister sumpserit hoc cap. 7, nescimus..

Cap. 6: Decretum Alexandri, in *Decreto,* C. 1, q. 1, c. 110 (401); quod sequitur trahitur ex dicto Gratiani post c. 110, et ex decreto Innocentii in c. 111.

Cap. 7: Haec duo decreta desunt in *Decreto* Gratiani. Quamvis inveniantur in *Panormia* Ivonis, III, cc. 32 et 29 (PL 161, 1135 D, 1136 D -1137 A), non sequitur quod tale corpus iuris in manibus habuerit Magister. Alter enim sub nomine Fabiani habetur in collectione S. Genovefae (cod. Paris., S. Genov. 166, f. 80v); et quasi ad verbum in *Collect, in V libris,* I,, can. C, ubi Concilio Neocaesariensi attribuitur (CCL, CM VI, 75-76); proinde probabiliter ambo invenirentur in quadam collectione adhuc ignota. — Ad rei historiam vero notare licet duo canones Concilii Agathensis anno 506, scilicet n. 16: « Episcopus vero benedictionem diaconatus minoribus a viginti et quinque annorum, penitus non committat... »; et n. 17: «Presbyterum vero vel episcopum ante triginta annos... nullus metropolitanorum ordinare praesumat...» (CCL 148, 201). Ex Concilio vero Arelatensi (524), sub S. Caesario, deduci' potest quod talis legislatio fundatur in « antiquorum patrum statuta » de ordinandis clericis (CCL 148 A, 43). Cf. etiam S. Caesarii *Sermo I,* n. 14, circa hanc « saluberrimam consuetudinem » (CCL 103, 10-11). Reapse quaedam exempla inveniuntur inter capitula africana;

ginta aetatis non impleverit annos, nullo modo presbyter ordinetur, etiam si valde sit dignus; quia et ipse Dominus triginta annorum baptizatus est i, et sic coepit docere ».

DISTINCTIO XXVI

Cap. 1 (157).

1. **De sacramento coniugii: cuius institutio et causa ostenditur.** Cum alia sacramenta post peccatum et propter peccatum exordium sumpserint, matrimonii sacramentum etiam ante peccatum legitur institutum a Domino, non tamen ad remedium, sed ad officium.

2. Refert enim Scriptura Genesis2, in Adam misso sopore atque una de costis eius sumpta et exinde muliere formata, virum in spiritu intelligentem ad quem usum mulier facta esset, post ecstasim prophetice dixisse: *Hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea: propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una.*

1 Resp. Luc. 3, 21-23. 2 Gen. 2, 23-24.

ex. gr. in *Breviario Hipponensi* (A.D. 397-401): « Ut ante XXV aetatis annos nec clerici ordinentur nec virgines consecrentur » (CCL 149, 33); quod sub clericis inprimis diaconi intelliguntur apparet ex canone 16d in causa Apiarii (c. 419-424): « Et ut ante viginti [sic l] annos aetatis nec diaconi ordinentur » (ibid. 139).

Dist. XXVI-XLH. Cf. tractatus primitivus Magistri *De coniugio* in *Glossa in I Cor. 7,* 1 (PL 191, 1585 D - 1587 B; et supra, in Prolegomenis huius tomi); qui tractatus in parte fundatur in illo *De sacramento coniugii* Gualteri de Mauritania, qui *Summae sententiarum* mox annexus fuit ut Liber VII (PL 176, 153 C–174A). Cf. H. Weisweiler, *La «Summa Sententiarum » source de Pierre Lombard,* in *Recti. de théol. anc. et méd.* 6 (1934) 177-183; et L. Ott, *Walter von Mortagne und Petrus Lombardus in ihren Verhaltnis zueinander,* in *Mélanges Jos. de Ghellinck,* II, 652-697. Unde infra citatur tanquam pars *Summae sent.* Cf. Prolegomena ad tom. I, pp. 82 85

Dist. XXVI, c. 1, n. 1: Verba sunt Hugonis de S. Victore, *De sacram.,* I[, 11, 1 (PL 176, 479 D - 480 D). — Num. 2 conficitur ex libro Genesis (de quo cf. Lib. II, d. 18, cap. 1-3; tom. I, 416), dein ex verbis Hugonis, cap. 2 (481 A), et *Summae sent.,* VII, c. 1 (153 D), unde « post ecstasim prophetice ».

Cap. 2 (158).

1. **De duplici institutione coniugii.** Coniugii autem institutio duplex est. Una ante peccatum ad officium facta est in paradiso, ubi esset *thorus immaculatus* et nuptiae honorabiles 1, ex quibus sine ardore conciperent, sine dolore parerent; altera post peccatum ad remedium facta extra paradisum, propter illicitum motum devitandum. Prima ut natura multiplicaretur, secunda ut natura exciperetur et vitium cohiberetur. Nam et ante peccatum dixit Deus 2; *Crescite et multiplicamini,* et post peccatum 3, omnibus pene hominibus per diluvium consumptis.

2. **Augustinus, Super Genesim** ? Quod vero ante peccatum institutum fuerit coniugium ad officium, post peccatum vero ad remedium concessum, **Augustinus** testatur dicens4: « Quod sanis esset officium, aegrotis est ad remedium ». — **In libro De nuptiis et concupiscentiis:** « Infirmitas5 enim incontinentiae », quae est in carne per peccatum mortua 6, « ne cadat in ruinam flagitiorum, excipitur honestate nuptiarum ».

3. Si non peccassent primi homines, sine carnis incentivo ac fervore libidinis ipsi ac successores eorum convenirent; et sicut remunerabile est aliquod bonum opus, sic coitus eorum bonus esset et remunerabilis. Quia vero propter peccatum letalis concupiscentiae lex membris nostris inhaesit *t*, sine qua carnalis non fit commixtio, reprehensibilis est et malus coitus, nisi excusetur per bona coniugii.

3 est2 *om.* BCLR. 10 Rubrica *om.* RVW. 12 esset] ad *add.* ABCLNVX, *quod exp.* X. 13 Rubrica *om.* RVW. 20 commixtio] coniunctio ALT.

1 Resp. Hebr. 13, 4: *Honorabile connubium in omnibus, et thorus immaculatus.* Cf. Augustinus, *De Gen. ad litt.,* IX, c. 3, n. 6: « ut essent eis etiam in paradiso honorabiles nuptiae et thorus immaculatus... ut sine ullo inquieto ardore libidinis, sine ullo labore ac dolore pariendi » etc. ; et c. 10, n. 18: « Neque cum ardore seminaretur, neque cum dolore pareretur » (PL 34, 395 et 399; CSEL 28, 271s et 280). 2 Gen. 1, 28. 3 Resp. Gen. 9, 1. 4 *De Genesi ad litt.,* IX, c. 7, n. 12: « Utriusque sexus infirmitas propendens in ruinam turpitudinis, recte excipitur honestate nuptiarum, ut quod sanis esse posset officium, sit aegrotis remedium » (PL 34, 397; CSEL 28-1, 275). 5 Lib. I, c. 16, n. 18: « ac sic infirmitas incontinentiae, ne cadat in ruinam flagitiorum, excipiatur honestate nuptiarum» (PL 44, 424; CSEL 42, 231). 6 Resp. Rom. 8, 10: *Corpus quidem mortuum est propter peccatum.* 7 Resp. Rom. 7, 23: *Video autem aliam legem in membris meis.* Cf. supra, Lib. II, d. 20, c. 1, n. 3 (I, 427s).

Cap. 2, n. 1: Mixtim ex verbis Hugonis, c. 3 (481 B-C), et Gratiani, *Decret.,* C. 32 q. 2, dictum post c. 2 (1120). Cf. Lib. II, d. 20, c. 1 (I, 427s). — Num. 2: Omnia ex Hugonis *De sacramentis,* II, 11, 3 (PL 176, 481 B et D); vide etiam ibid., I, 7, 12 (314 C). — Num. 3: Ex *Summa sent.,* VII, c. 2 (PL 176, 155 D).

Cap. 3 (159).

Quando secundum praeceptum, quando secundum indulgentiam contractum sit coniugium. Prima institutio habuit praeceptum, secunda indulgentiam. Didicimus enim ab Apostolo 1 humano generi *propter* vitandam *fornicationem* indultum esse coniugium. Indulgentia vero, quia meliora s non eligit, remedium habet, non praemium; a qua si quis declinaverit, meretur exitiale indicium. Quod secundum indulgentiam conceditur, voluntarium est, non necessarium: alioquin transgressor esset, qui illud non faceret. — Et potest sane intelligi illud sub praecepto dictum hominibus primis ante peccatum 2: *Crescite et multiplicamini.* Quo etiam post pec- w catum tenebantur, usquequo facta est multiplicatio; post quam secundum indulgentiam matrimonium contractum fuit. Ita etiam post diluvium, quo universum pene genus humanum deletum est, secundum praeceptum dictum est filiis Noe 3; *Crescite et multiplicamini;* multiplicato vero homine, *secundum indulgentiam* contractum est, *non secundum imperium 4.* is

Cap. 4 (160).

Quibus modis accipitur indulgentia? Indulgentia autem diversis modis accipitur, scilicet pro concessione, pro remissione, pro permissione. Et est permissio in novo Testamento de minoribus bonis, et de minoribus malis. De minoribus bonis est coniugium, quod non meretur palmam, 20 sed est in remedium. De minoribus malis, id est de venialibus, est coitus

12 matrimonium] matrimonii ALMNORW, *quod corr.* O. ‖ contractum] contractio M, contractus NRW.

1 I Cor. 7, 1 et 6: *Bonum est homini mulierem non tangere; propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat... Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium.* 2 Gen. 1, 28. 3 Gen. 9, 1. 4 Resp. I Cor. 7, 6.

Cap. 3. Cf. *Glossa* Magistri in I Cor. 7, 1: « Et agit [Apostolus] tripliciter de ipso [coniugio], secundum consilium, secundum indulgentiam, secundum praeceptum, quorum singula suis locis diligens lector distinguat» (PL 191, 1585 D). — Dein, eadem *Glossa* in cap. 7, 2 (1587 B-C); ac, ut videtur, Magister Hugo de S. Victore, *De sacram.,* II, 11, 3 (PL 176, 481 B).

Cap. 4. Cf. *Glossa* in 1 Cor. 7, 6: *Hoc autem dico secundum indulgentiam,* ubi ponitur *Quaestio* (rubr. margin, in cod. z, fol. 52a); « Sed forte aliquis dicet [diceret z]: Si hoc secundum veniam concessit apostolus, ergo peccatum sunt nuptiae. Cui enim venia nisi peccato conceditur?» (PL 191, 1589 A; sequuntur quatuor verba extravagantia quae infra recte

qui fit causa incontinentiae. Illud, id est coniugium, indulgetur: id est conceditur; illud vero, id est coitus talis, permittitur: id est toleratur, ita quod non prohibetur.

Cap. 5 (161).

1. **Quod nuptiae bonae sint.** Fuerunt autem nonnulli haeretici nuptias détestantes, qui Tatiani appellati sunt. — **Augustinus in libro De haeresibus** i *: Hi «nuptias omnino damnant, ac pares fornicationibus aliisque corruptionibus faciunt; nec recipiunt in suorum numero coniugio utentem, marem vel feminam ».

2. Quod autem res bona sit coniugium, non modo ex eo probatur, quod Dominus legitur 2 coniugium instituisse inter primos parentes, sed etiam quod in Cana Galilaeae nuptiis interfuit Christus, easque miraculo commendavit, aqua in vinum conversa 3. Qui etiam postea virum uxorem dimittere prohibuit, nisi causa fornicationis 4. Apostolus etiam ait 5; *Virgo non peccat si nubat.* Constat igitur rem bonam esse matrimonium. Alioquin non esset sacramentum: sacramentum enim sacrum signum est 6.

Cap. 6 (162).

1. **Cuius rei sacramentum sit coniugium.** Cum igitur coniugium sacramentum sit, et sacrum signum est et sacrae rei, scilicet coniunctionis Christi et Ecclesiae, sicut ait Apostolus λ Scriptum est 8, inquit: *Relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne*

12 quod] quia MT *Summa Sent., om.* OV.

1 Cap. 25 (PL 42, 30; CCL 46, 301), ubi Tatiani nominantur. 2 Resp. Gen. 2, 24. 3 Ioan. 2, 2-10. 4 Cf. Matth. 5, 32 et 19, 9; Mare. 10, 11; Luc. 16, 18. s i Cor. 7, 36. « Vide supra, Dist. 1, c. 2. 2 Eph. 5, 31-32. 8 Gen. 2, 24.

repetuntur). Tunc codex z (non autem cod. x, f. 85d) verba adjungit quae repetuntur in hoc capitulo: « Alibi tamen habetur quod indulgentia est, nec est ibi peccatum nec venia nisi in minoribus bonis. In novo enim testamento minora bona quibus non meremur, ut coniugium, et minora mala permissa sunt. In veteri vero contra mala maiora, ut *Odio habebis inimicum tuum* ».

Cap. 5: Praeter verba Augustini, fundatur in *Summam sent.,* VII, c. 2 (PL 176, 155 C); *et in Glossam* in I Cor. 7, 1 (PL 191, 1586 A), seu num. 3 in editione nostra (in Proleg. ad hunc tomum).

Cap. 6, n. 1: In parte in eadem *Glossa* (1586 D - 1587 A; seu num. 9); vide etiam *Glossam* in Eph. 5, 32 (PL 192, 216 D), et *Summam sent.,* c. 4 (157 B).

una. Hoc auteqi magnum est sacramentum: ego autem dico in Christo et in Ecclesia. Ut enim inter coniuges coniunctio est secundum consensum animorum et secundum permixtionem corporum, sic Ecclesia Christo copulatur voluntate et natura: quia idem vult cum eo, et ipse formam assumpsit de natura hominis. Copulata est igitur sponsa sponso spiritualiter et corporaliter, id est caritate ac naturae conformitate. — Huius utriusque copulae figura est in coniugio: consensus enim coniugum copulam spiritualem Christi et Ecclesiae quae fit per caritatem signat; commixtio vero sexuum illam signat quae fit per naturae conformitatem.

2. Qualiter intelligendutn sit illud: Mulier illa non pertinet ad matrimonium, cum qua non est commixtio sexuum Inde est quod quidam doctorum dixerunt illam mulierem non pertinere ad matrimonium, quae non experitur carnalem copulam. — Ait enim **Augustinus** 1; « Non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur non fuisse commixtio sexus ». — Item **Leo** Papa 2: « Cum societas nuptiarum ita a principio sit instituta, ut praeter commixtionem sexuum non habeat in se Christi et Ecclesiae sacramentum, non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur non fuisse

1 est sacramentum *trp.* ARX. ‖ in2 *om.* BLTV. 7 coniugum] coniugii ALMRX. 8 signat] significat ACL. 9 signat] significat ACORX. 17 habeat] habet ΛMOT, *quod corr. interi.* O2.

1 Praeter ultima verba, eadem auctoritas est ac illa Leonis papae quae sequitur. Sed haec, ut iam notat H. Zeimentz, attribui oportet Hincmaro Remensi, qui citans verba Leonis papae quae sequuntur, *nuptiale mysterium* interpretatus est ut *commixtio sexuum,* ac continuo innuit hanc esse etiam doctrinam Augustini: « Nec habent nuptiae in se Christi et Ecclesiae sacramentum, sicut beatus Augustinus dicit, si se nuptialiter non utuntur, id est, si eas non subsequitur commistio sexuum ». Inde denuo sequitur auctoritas Leonis; ac infra, uti conclusio ipsius Hincmari, invenitur prima auctoritas Augustino attributa (PL 126, 137 B-D; 142 B). Cf. Hans Zeimentz, *Ehe nach der Lehre der Frühsclwlastik,* Düsseldorf 1973, 108; et N. Haring, *The Sententiae Magistri A.* (uti infra), 10-12. 2 *Epist. 167 (ad Rusticum Narbon. episc.),* inq. 4: « Cum societas matrimonium... ut praeter sexuum coniunctionem *haberet* in se Christi et Ecclesiae sacramentum, non dubium » etc. (PL 54, 1204 B - 1205 A).

Num. 2. Inter tales doctores enumerari debet Gratianus, C. 27 q. 2, cc. 16, 17, et dictum post c. 39 (1066, 1074); et probabiliter Magister Anselmus Laudunensis. Cf. N. M. Haring, *The « Sententiae Magistri A. » (Vat. ms. lat. 4361) and the School of Laon,* in *Mediaeval Studies* 17 (1955), lOss, et 45; immo et H. J. F. Reinhardt, *Die Ehelehre der Schule des Anselm von Laon,* in BGPTMA, neue Folge 14, 1975, 185s, ubi textus proferuntur, et 86-93, ubi doctrina et eius historia elucidantur. Quas autem *Sententias* in manu non habuit noster Magister, ut notat cl. Haring (p. 45). Vide etiam L. Ott, *Untersuchungen zur theol. Briefliteratur,* 270-274.

nuptiale mysterium ». — Item **Augustinus** i; « Non est perfectum coniugium sine commixtione sexuum ».

3. Haec si secundum superficiem verborum quis acceperit, inducitur in errorem tantum ut dicat sine carnali copula non posse contrahi matrimonium, et inter Mariam et Joseph non fuisse coniugium, vel non fuisse perfectum. Quod nefas est sentire: tanto enim sanctius fuit atque perfectius, quanto a carnali opere immunius.

4. Sed superius posita ea ratione dicta intelligendum est: non quin pertineat mulier illa ad matrimonium, cum qua non est permixtio sexuum, sed non pertinet ad matrimonium quod expressam et plenam teneat figuram coniunctionis Christi et Ecclesiae. Figurat enim illam unionem Christi et Ecclesiae quae est in caritate, sed non illam quae est in naturae conformitate. Est ergo et in illo matrimonio typus coniunctionis Christi et Ecclesiae, sed illius tantum qua Ecclesia Christo caritate unitur, non illius qua per susceptionem carnis capiti membra uniuntur.

5. **Augustinus in libro De bono coniugali** 2 *. Nec ideo tamen minus sanctum est coniugium, quia ut ait **Augustinus**, « in nuptiis plus valet sanctitas sacramenti, quam fecunditas ventris ». Est etiam coniugium signum spiritualis coniunctionis et dilectionis animorum, qua inter se coniuges uniri debent; unde Apostolus **ait**3: *Viri, diligite uxores vestras ut corpora vestra.*

DISTINCTIO XXVII

Cap. 1 (163).

Quae sint consideranda in coniugio. Post haec advertendum est quid sit coniugium, et quae sit efficiens causa coniugii et causa propter quam

3 superficiem verborum *trp.* NORT. 17 sanctum *trp. post* coniugium BC, *trp. post* est V.

1 *Aug. in libro de soliloquiis* (rubr. marg.); quae coniectura Magistri esse videtur; cf. tamen *Solii.,* II, c. 10, n. 17: «Nihil esse sentio quod magis ex arce deiciat animum virilem quam blandimenta feminea corporumque ille contactus, sine quo uxor haberi non potest» (PL 32, 878). 2 Cap. 18, η. 21: «In nostrarum quippe nuptiis plus valet sanctitas sacramenti, quam fecunditas uteri » (PL 40, 388; CSEL 41, 125). 3 Eph. 5, 25 et 28.

Dist. XXVII. Cap. 1: Eaedem quaestiones, ordine aliqualiter inverso, iam proponuntur ad caput tractatuli Magistri in *Glossa* sua in I Cor. 7, 1 (PL 191, 1858 D; et in Proleg. nostris).

contrahi debeat, et quae sint bona coniugii et quomodo per ea excusetur coitus carnalis, et quae sint legitimae personae ad matrimonium. Sunt et alia plura in matrimonio consideranda, quae sub compendio perstringemus.

Cap. 2 (164).

Quid sit coniugium. Sunt igitur nuptiae vel matrimonium viri mulierisque coniunctio maritalis, inter legitimas personas, individuam vitae consuetudinem retinens. — Ad 'individuam consuetudinem' pertinet quod, absque consensu alterius, neuter continentiam profiteri potest, vel orationi vacare 1; et quod inter eos, dum vivunt, vinculum coniugale permanet, ut alii se copulare non liceat; et ut invicem alter alteri exhibeat quod quisque sibi. — Hac autem descriptione legitimorum et fidelium tantum matrimonium includitur.

Cap. 3 (165).

1. **De consensu qui efficit coniugium.** Efficiens autem causa matrimonii est consensus, non quilibet, sed per verba expressus; nec de futuro, sed de praesenti. — Si enim consentiunt in futurum, dicentes: Accipiam te in virum, et ego te in uxorem, non est iste consensus efficax matrimonii. Item, si consentiant mente, et non exprimant verbis vel aliis certis signis, nec talis consensus efficit matrimonium. Si autem verbis explicatur, quod

8 individuam] vite *add.* BC, *add. interi.* O2, *add. sed exp.* X. 18 efficax] causa *add.* LT, *add. interi.* C2. 20 explicatur] explicant BCLNRWX.

1 Resp. I Cor. 7, 5 : *Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi.*

Cap. 2. Definitio concinnatur ex dicto Gratiani ante c. 1 C. 27 q. 2 (1062), et quoad verba « maritalis inter legit, personas », ex eadem Glossa seu tractaculo, n. 2. — Interpretatio consuetudinis dependet a Gratiano, C. 27 q. 2 c. 3 § 1: « Individua vero consuetudo est talem se in omnibus exhibere viro, qualis ipsa sibi est, et e converso. Ad individuam itaque consuetudinem pertinent absque consensu legitimi viri orationi aliquando non posse vacare, nec continentiam profiteri » (1063). Animadversio ultima huius numeri iam in *Tract.* Magistri *de coniugio,* n. 2.

Cap. 3, n. 1. Doctrina de causa efficienti, iam in eodem Tract., n. 4, quodammodo dependet ex tractatu Gualteri, capp. 6 et 7 (PL 176, 158 C, 160 A), ubi opponitur doctrina Hugonis, *De sacram.* 11,11,6 (PL 176, 487 C). Sed de hoc fusius infra, in Dist. 28, c. 1; cf. L. Ott, *Untersuchungen,* 266-91.

tamen corde non volunt, si non sit coactio ibi vel dolus, obligatio illa verborum quibus consentiunt, dicentes: Accipio te in virum et ego te in uxorem, matrimonium facit.

2. Auctoritatibus probat quod consensus solus faciat matrimonium. Quod autem consensus matrimonium faciat, subditis probatur testimoniis. — **Isidorus**: Ait enim **Isidorus**1: « Consensus facit matrimonium ». — **Nicolaus**: Item **Nicolaus** Papa 2: « Sufficiat solus, secundum leges, eorum consensus de quorum conjunctionibus agitur; qui solus si forte in nuptiis defuerit, cetera, etiam cum ipso coitu celebrata, frustrantur ». — **Ioannes Chrysostomus, super Matthaeum**: Item **Ioannes Chrysostomus** 3; « Matrimonium quidem non facit coitus, sed voluntas; et ideo non solvit illud separatio corporis ». — **Ambrosius in libro De virginibus**: Item **Ambrosius**4: « Non defloratio virginitatis facit coniugium, sed pactio coniugalis ». — Ex his apparet quod consensus, id est pactio coniugalis, matrimonium facit; et ex tunc coniugium est, etiam si non praecesserit vel secuta sit copula carnalis.

Cap. 4 (166).

1. **Quando incipiat esse coniugium.** Quod enim ab ipsa desponsatione, in qua pactio coniugalis exprimitur, coniuges sint, Sanctorum testimonia probant. — **Ambrosius in libro De virginibus**: Ait enim **Ambrosius** 5; « Cum initiatur coniugium, coniugii nomen adsciscitur. Cum coniungitur viro coniugium est, non cum viri admixtione cognoscitur ». — **Isidorus in**

1 coactio ibi *trp.* LRTX. 4 solus, faciat *trp.* MOT. 16 praecesserit] precessit BCMOTV *(lectio prima ?). om.* CRVW. 20 Rubrica *om.* RVW. 22-1 (p. 424) Rubrica *om.* CRVW.

1 Ita Gratianus (infra); non invenitur apud Isidorum. 2 Nicolaus I, *Epist. 97 (ad consulta Bulgarorum),* n. îii (I. Mansi, *Concilia,* XV, 403 B; PL 119, 980 C). 3 *in Matth. opus itnperf.,* hom. 32 (inter opp. Chrysost., PG 56, 802 A); apud eandem epist. Nicolai I, n. iii (ibid.). 4 *De institutione virginis,* c. 6, n. 41: « Cum enim initiatur coniugium, tunc coniugii nomen adsciscitur; non enim defloratio virginitatis facit coniugium, sed pactio coniugalis. Denique cum iungitur puella, coniugium est, non cum virili admixtione cognoscitur» (PL 16 [1845], 316 C). 5 **ut** in nota praecedenti.

Num. 2. Tres ex his auctoritatibus inveniuntur in *Summa sent.,* VII, 6 (158 C-D); sed ut rubricae indicant, unacum nomine Isidori, fons Magistri *Decretum* exstat, C. 27 q. 2, dictum ante c. 1 (Isidorus), c. 1 (Chrysost.), c. 2 (Nicolaus), c. 5 (Ambrosius) (coi. 1062-64).

Cap. 4: Iterum rubricae *Decretum* postulant, ibid. cc. 5, 6 et 9 (1064).

libro Etymologiarum. Item Isidorus[k] « Coniuges verius appellantur a prima desponsationis fide, quamvis adhuc inter eos ignoretur coniugalis concubitus ».

2. **Augustinus in libro De bono coniugali.** Item Augustinus[2]: « Coniux vocatur ex prima desponsationis fide, quam concubitu non agnoverat nec fuerat agniturus; nec perierat, nec mendax manserat coniugis appellatio, ubi nec fuerat nec futura erat carnis ulla commixtio. Propter quod fidele coniugium ambo 'parentes Christi' vocari meruerunt, non solum illa mater, sed etiam ille pater eius, sicut coniux matris eius: utrumque mente, non carne ». — Ex his evidenter insinuatur quod ex tempore quo intercedit consensus voluntarius ac maritalis, qui solus coniugium facit, veri coniuges sunt sponsus et sponsa.

Cap. 5 (167).

1. **Secundum quosdam non est coniugium ante carnalem copulam, sed sponsi et sponsae sunt.** Quidam tamen asserunt verum coniugium non contrahi ante traductionem et carnalem copulam, nec vere coniuges esse aliquos antequam intercedat commixtio sexus, sed a prima fide desponsationis vir sponsus et mulier sponsa est, non coniux. Sponsos autem et sponsas 'coniuges' frequenter appellari dicunt, non quia sint, sed quia futuri sunt, cuius rei sponsionem invicem fecerunt. Et secundum hoc verba praemissarum auctoritatum intelligenda fore tradunt.

2. **Qua ratione nituntur.** Quod vero inter sponsam et coniugem plurimum intersit, ex eo adstruunt, quia licet sponsae ante carnalem copulam, inconsulto vel nolente sponso, monasterium eligere; quo facto, sponso etiam licet aliam ducere. Coniugatus vero vel coniugata nec continentiam, nisi ex communi consensu, servare valet; nec monasterium petere, nisi uterque continentiam pariter profiteatur.

4 Rubrica *om.* RVW. 5 ex] a MT. 6 perierat] peierat OV, *sed corr.* V, *corr. in* peierat T. 7 carnis] carnalis LO. 22 nituntur] utuntur BCVWX, vel u- *add. interi.* N2.

1 Lib. IX, c. 7, n. 9 (PL 82, 365 A). 2 Immo, *De nuptiis et concup.,* I, c. 11, n. 12 (PL 44, 420s; CSEL 42, 224).

Cap. 5. Cf. L. Ott, *Untersuchungen,* 272; et eius *Walter v. Mortagne,* in *Mélanges,* 667.

Cap. 6 (168).

1. **Quod sponsa potest monasterium eligere non exquisito sponsi consensu.** Quod vero liceat sponsae monasterium eligere, auctoritatibus Sanctorum probatur. — **Eusebius Papa.** Ait enim **Eusebius** Papa E « Desponsatam puellam non licet parentibus alii viro tradere, tamen licet sibi monasterium eligere ». — **Gregorius in Registro.** Item **Gregorius**2: « Decreta legalia desponsatam, si converti voluerit, nullo penitus censuerunt damno mulctari ».

2. **Exempla ponit.** Refert etiam **Hieronymus**3 quod Macarius, inter Christi eremitas praecipuus, celebrato nuptiarum convivio, cum vespere thalamum esset ingressurus, ex Urbe egrediens transmarina petiit et eremi solitudinem sibi elegit. Beatus etiam Alexius4, similiter ex nuptiis divina gratia vocatus, sponsam deseruit et nudus Christo famulari coepit. — His auctoritatibus et exemplis liquet licere sponsis, sine consensu suarum sponsarum et e converso, continentiam profiteri.

Cap. 7-8 (169-170).

1. Quod coniugatus vel coniugata nequeant continentiam profiteri sine alterius consensu. Hoc autem coniugatis nullatenus licet. Non enim potest vir melioris vitae propositum sumere sine uxoris consensu, et e converso.

2 Rubrica *om.* AVW. 9 Rubrica *om.* RVW. 17 nequeant] nequeat RX, nequit V.

1 Cap. spurium; sedit solum quatuor menses, plerumque in exsilio (cf. P. F. Kehr, *Italia Pontificia* VIII, 63; et H. Marot, art. *Eusibe pape,* DHGE, XV, 1433). 2 Registrum Epist., VII, *epist. 23* (20) *(ad Fortunatum et Anthemium)* (PL 77, 876 C). 3 Nihil invenitur de Macario inter opera S. Hieronymi genuina, nec de hac fabula apud Rufini *Historiam monachorum,* cc. 28-29, ubi agitur de duobus Macariis orientalibus (PL 21, 449-55). Cf. potius *Vita s. Macarii Romani... auctoribus Théophile* (etc.), c. 18 (PL 73, 422 B). 4 De quo cf. *Acta Sanctorum* Iulii 17 (IV, Venetiis 1748, 238s); B. Mombritius, *Vitae Sanctorum,* I, Paris, 1910, 49; E. Josi, *Alessio, santo,* in *Bibliotheca Sanctorum,* I, 814-23.

Cap. 6: Omnia ex *Decreto,* C. 27 q. 2, in capp. 27, 28, et in dicto post c. 26 (1071s).

Cap. 7-8. In elencho capp. (supra, p. 17), n. 170 (8) intitulatur *De adulteriis coniugiis,* ratione, ut videtur, rubricae hic ad n. 5. Sed constat quod praeter minutissima in hoc numero non agitur de hac re; unde non oportet materiam dividi in duo capitula. — Num. 1-2 et altera pars n. 5 iam saltem in parte in *Summa sent., VII,* 18 (PL 176, 167 A-C); sed, ut notat cl. L. Ott, *Walter v. Mortagne,* 686, Magister nunc se confert ad *Decretum,* scii, ad dictum

— **Gregorius^.** Unde **Gregorius**[1] scribens Theotistae patriciae: « Sunt qui dicunt religionis gratia coniugia debere solvi. Verum sciendum est quia, etsi hoc lex humana concessit, tamen lex divina prohibuit. Si vero utrisque conveniat continentem vitam ducere, hoc quis audeat accusare? Sic enim multos sanctorum novimus cum suis coniugibus et prius continentem vitam duxisse, et post ad sanctae Ecclesiae regimina migrasse. Si vero continentiam quam vir appetit, mulier non sequitur; aut quam uxor appetit, vir recusat, coniugium dividi non potest, quia scriptum est[2]; *Mulier potestatem sui corporis non habet, sed vir; similiter et vir potestatem sui corporis non habet, sed mulier* ».

2. **Idem Adriano panormitano notario** Idem[3]; «Agathosa, latrix praesentium, questa est virum suum contra voluntatem suam in monasterium esse conversum. Quapropter experientiae tuae praecipimus ut diligenti inquisitione discutiat, ne forte eius voluntate conversus sit, vel ipsa mutare se promiserit. Et si hoc repererit, et illum in monasterio permanere provideat, et hanc sicut promisit mutare compellat. Si vero nihil horum est, nec quondam fornicationis crimen, propter quod licet uxorem dimittere, praedictam mulierem commisisse cognoveris: ne illius conversio uxoris relictae in saeculo fieri possit perditionis occasio, volumus ut maritum suum illi, etiam si iam tonsuratus est, reddere debeas, omni excusatione cessante; quia nisi fornicationis causa virum uxorem dimittere nulla ratio concedit. Postquam enim copulatione coniugii viri et mulieris *unum corpus efficitur*[4], non potest ex parte converti et ex parte remanere in saeculo ».

3. **Item ex VIII synodo** [5] Item ex octava synodo; «Si quis coniugatus converti ad monasterium velit, non est recipiendus nisi prius a con-

9 sui corporis *trp.* AV, *trp. post* mulier LTX. 10 sui corporis *trp. AV, trp. post* vir LT. 11 Rubrica *om.* RVW. 14 discutiat] discutias MVWX. 15 hoc] tua diligentia *add.* ABCLTV. ‖ monasterio] monasterium ALOTVW. 16 promisit] vitam *add.* BC, debitum *add.* M. 26 velit *trp. post* coniugatus NRX *(Grat.), post* converti A.

1 *Registrant Epist.,* XI, *epist. 45* (27) (PL 77, 1161 A –1162 A). 2 I Cor. 7, 4. 3 *Registrant Epist.,* XI, *epist. 50* (30) *(ad Adrianum Panormitanum notarium)* (PL 77, 1169 B-C). 4 Resp. I Cor. 6, 16. 5 Quid simile legitur in penultimo canone (n. 20) VIII Synodi seu Concilii Nicaeni II (cf. *Conciliorum Oecum. Decreta,* ed. Bononiae 1973, 153s); verba autem uti hic iacent S. Basilio attribuuntur ab Alexandro papa II, in *Epist. 112 (Landulfo in Corsica),* post 1062, quo anno Landulfus VI] [seu VIII], Capuae princeps, in exsilium coactus fuit (PL 146, 1402 C-D; ex 1. Mansi, *Concilia* XIX, 951 D); paraphrasis videntur S. Basilii *Regulae fusius tractatae* (PG 31, 947 C-D, 950 A).

ante c. 19, et ipsum c. 19 (ut in n. 1), c. 21 (n. 2), c. 22 (n. 3), c. 23 (n. 4), cc. 24 et 26 (n. 5), ed. cit. 1067-1070.

iuge castimoniam profitente fuerit absolutus. Tales igitur tunc sine culpa sequuntur Christum, relicto saeculo, si habent ex pari voluntate castitatis consensum ».

4. **Ex Synodo Eugenii** Item 1; «Si vir et uxor divertere pro sola religiosa inter se consenserint vita, nullatenus sine conscientia episcopi fiat, ut ab eo singulariter proviso constituantur loco. Nam uxore nolente, vel altero illorum, etiam pro tali re matrimonium non solvitur ».

5. **Augustinus, De adulterinis coniugiis** Item **Augustinus** 2: « Si abstines sine uxoris voluntate, tribuis ei fornicandi licentiam, et peccatum illius tuae imputabitur abstinentiae ». — **Nicolaus Papa** Item **Nicolaus** Papa 3; « Scripsit nobis Theberga regina regia se velle dignitate vel copula exui, et sola vita privata esse contentam desiderare. Cui scripsimus non hoc aliter fieri posse, nisi eandem vitam vir eius Lotharius elegerit ».

6. Ex his patet quod coniugati sine communi consensu continentiam profiteri vel habitum religionis sumere non valent; et si fecerint, revocari debent. Sponsi vero possunt sine communi consensu monasterium eligere: unde videtur inter sponsum et sponsam coniugium non esse.

7. Ideoque asserunt a prima fide desponsationis coniuges appellari non re praesentium, sed spe futurorum, quia ex fide quam ex desponsatione sibi invicem debent, postea efficiuntur coniuges. — Praemissas etiam auctoritates, quibus asseritur quod consensus matrimonium facit, ita intelligi volunt, ut consensus vel pactio coniugalis non ante coitum faciat matrimonium, sed in coitu. Sicut enim defloratio virginitatis non facit matrimonium nisi praecedat pactio coniugalis, ita nec pactio coniugalis

5 religiosa... vita] religione... in (om. MO) vita BCLMNOT, quod *corr.* L2N, vita *exp.* O. 11 Theberga V *Grat.,* Teberga ABLN, Tedberga X, ThybergaC, Theyberga M, Taberga ORTW. 13 non hoc *trp.* LT. ‖ hoc aliter *trp.* BC. 15 consensu] monasterium eligere *add. (ex lin.* 77) BCN.

1 Eugenius II in synodo Romano (826), c. 36 (I. Mansi, *Concilia,* XIV, 1009 A). 2 Ut iam notat Ae. Friedberg (infra), verba sunt potius pseudo-Chrysostomi *In Ps. 50,* hom. 1, de qua cf. M. Geerard, *Clavis patrum graecorum* II (Brepols 1974), n. 4544, p. 553s. Duae versiones latinae exstant: illa Dom. Iacobi de Billy (DHGE VIII, 1488-90) in editione Chrysostomi, Parisiis 1581 (quam non viditnus), et Venetiis 1740, V, 582a, necnon et in PG 55, 574 D - 575 A; et alia antiquior seu nostra, ut in ed. Venetiis 1583, I, 535d: «Quod si tu [uxor!] abstines sine illius voluntate, tribuis illi fornicandi licentiam, et peccatum illius tuae imputabitur abstinentiae ». 2 Nicolaus I, ad Carolum Calvum regem (ep. 50, in Mansi XV, 319 A; ep. 148, in PL 119, 1197 C).

Num. 6 conficitur ex dictis Gratiani post c. 26 (1070) et post 28 (1071).

antequam adjit copula carnalis. Ex pactione igitur coniugali sponsi et sponsae fiunt ante coitum; in coitu vero efficiuntur coniuges. Facit enim pactio coniugalis ut quae prius erat sponsa, in coitu fiat coniux.

8. **Responsio ad praedicta cum determinatione superiorum.** His autem ita respondemus. Fit aliquando desponsatio ubi est compromissio viri et mulieris de contrahendo matrimonio, non est autem ibi consensus de praesenti; et est desponsatio habens consensum de praesenti, id est pactionem coniugalem, quae sola facit coniugium. In illa ergo desponsatione ubi est pollicitatio contrahendi matrimonium, sponsi tantum et sponsae fiunt, non coniuges; et talibus sponsis licet sine communi consensu continentiam profiteri et monasterium eligere. In ea vero desponsatione ubi est consensus de praesenti, coniugium contrahitur, et ab illius desponsationis prima fide veri coniuges appellantur. — Secundum hanc distinctionem desponsationis, de sponsis varie loquuntur doctores.

Cap. 9 (171).

1. **Quomodo accipiatur sponsa in subditis capitulis.** Aliquando enim sponsas vocant, quae talem habuerunt desponsationem ubi fuit pactio coniugalis de praesenti; et illae vere coniuges sunt.

2. **Gregorius: Quod sponsam alicuius cognatus non potest ducere.** Unde Gregorius[1]: « Si quis uxorem desponsaverit vel subarrhaverit, quamquam postmodum, praeveniente die mortis eius, nequiverit eam ducere in uxorem, tamen nulli de consanguinitate eius licet accipere eam in coniugio; et si inventum fuerit factum, separetur omnino ».

3. **Iulius Papa.** Item Iulius Papa[2]: « Si quis desponsaverit uxorem vel subarrhaverit, et vel praeveniente die mortis, vel irruentibus quibusdam causis, eam non cognoverit, nec frater eius nec ullus de consanguinitate eius eandem sibi tollat in uxorem ullo unquam tempore ».

4. **Gregorius Mauritio imperatori ob quendam comitem qui nepotis sui mortui sponsam duxit uxorem.** Item Gregorius[3]: « Qui desponsa-

22 accipere eam *trp.* BCLMNTX.

1 Decretum spurium. Secundum L. Machielsen ante Lombardum invenitur solummodo in *Decreto* Gratiani (infra): *Les spurii de S. Grégoire le Grand en matière matrimoniale, dans les collections canoniques jusqu'au Décret de Gratien,* in *Sacris Erudiri* 14 (1963) 257s. 2 Ex decretis Iulio I attributis (PL 8, 865 A-B); spurium, ut notat L. Machielsen (258). 3 De hoc decreto spurio et eius compositione, cf. L. Machielsen (258-260).

Cap. 9, n. 2: Ex *Decreto,* C. 27 q. 2 c. 14 (1066); n. 3: ibid., c. 15; n. 4: ibid., c. 12 (1065).

tam proximi sui puellam ceperit in coniugium, anathema sit ipse et omnes consentientes ei, quia secundum legem Dei mori decernitur. Nam divinae legis est mos sponsas appellare coniuges, ut in Evangelio k *Accipe Mariam coniugem tuam;* et in Deuteronomio 2: *Si quis alterius sponsam in agro vel in quolibet loco oppresserit vel adduxerit in domum suam, moriatur, quia uxorem proximi sui violavit:* non quae iam uxor erat, sed quae a parentibus uxor fieri debebat ». — Ex his colligitur quod sponsae quaedam coniuges sunt ante commixtionem sexuum.

5. Sed forte illud movet, quod in fine capituli dicitur: « Non quae iam uxor erat, sed quae uxor fieri debebat ». Quod non ita debet intelligi, quasi uxor vere non fuerit, ex quo pactio coniugalis intercessit; sed quia nondum traducta fuerat, nec res uxoria intercesserat, scilicet concubitus coniugalis.

6. **Quod aliter accipitur in his aliis capitulis sponsa.** Vocatur etiam sponsa, quae sic viro desponsata est ut non intercesserit consensus de praesenti, sed sponsio futuri.

7. **Ex concilio Triburiensi ?** Secundum quem modum illud decretum intelligitur 3; « Si quis sponsam filii oppresserit, et post filius eius eam duxerit, pater postea non habeat uxorem, nec mulier virum; filius, qui patris facinus ignoravit, aliam ducat ». Si coniux illa fuisset, quod utique foret si in sponsalibus pactio coniugalis intercessisset, non permitteretur sponsus aliam ducere. Moechis autem poena non nubendi ex rigore infligitur, ut alii terreantur.

1 ceperit] acceperit MRV *Grat.* 12 fuerat] fuerit BCMO. 14 sponsa *(rubr.) •trp. post* accipitur BCNRV. 14-15 Vocatur... sponsa] Vocant... sponsam ALMR. 20 Si coniux] infra ubi unus duas sorores cognoscit *nota marg. add.* BCN2X.

1 Matth. 1, 20. 2 Deut. 22, 25 ac 24, in versione ignota (Machielsen, 259). 3 Potius, ut videtur, ex Concilio Compendiensi (an. 757), c. 11 (I. Mansi, *Concilia,* XII, 566) vel c. 13 (PL 96, 1514 B-C), quibusdam mutatis.

Num. 7. In Glossa anonyma cod. Bamberg., *Patr. 128,* notatur supra verba: *si... pactio amiugalis intercessisset:* « Id est, pactio de presenti. Posuit tamen m(agister) P(etrus) in margine hanc notam: *Et predicto modo potest intelligi ut coniux»* (f. 19a). Cf. A. Landgraf, *Problèmes relatifs aux premières Gloses des Sentences,* in RThAM 3 (1931) 146. De qua nota nihil invenitur in Glossa olim Petro Pictaviensi attributa, nec in manuscriptis *Sententiarum* praeter codd. BCX, ubi ponitur tanquam rubrica: *Ex* (sic) *predicto modo potest intelligi ubi sponsa coniux.* Nihilominus talis traditio corroborari videtur testimonio glossae quae invenitur in *Clm 22288:* « Posuit tamen postea lombardus in margine libri sui quandam notam ubi sponsa potest intelligi pro coniuge » (f. 90r); cf. H. Weisweiler, *Eine neue friihe Glosse zutn vierten Buck der .Sent, des Petrus Lombardus,* in BGPTMA, Supplbd III, 367, n. 30.

8. **Ex eodjem concilio.** Item ex eodem 1; « Quidam desponsavit uxorem et dotavit, et cum ea coire non potuit; quam clanculo frater eius corrupit et gravidam reddidit. Decretum est ut quamvis nupta non potuerit esse legitimo viro, desponsatam tamen fratri frater habere non possit; sed moechus et moecha fornicationis quidem vindictam sustineant, licita vero eis coniugia non negentur ». De illa desponsatione hoc intelligi debet, ubi non fuit consensus coniugalis de praesenti: alioquin non liceret eis alia sortiri coniugia.

9. **Ex concilio Toletano.** Secundum hoc etiam illud intelligi debet 2: « Statutum est a sacro conventu, ut si quis sponsam alterius rapuerit, publica poenitentia mulctetur et sine spe coniugii maneat. Et si ipsa eidem crimini consentiens non fuerit, licentia nubendi alii non negetur ». Apparet hanc fuisse desponsatam sine pactione coniugali de praesenti, et ideo non fuisse coniugem, cui vivente sponso alteri nubendi licentia non negatur. — Sunt enim quaedam nuptialia pacta de futuro ex quibus sponsi et sponsae vocantur, nec exinde coniuges sunt; et est quaedam pactio coniugalis de praesenti, quae sponsum et sponsam etiam coniuges facit. Et utraque pactio 'desponsatio' vel 'sponsalia' interdum dicitur; proprie tamen sponsalia dicuntur quaedam solemnia pacta nuptialia.

10. Quare non mox tradantur sponsae. — Augustinus in libro Confessionum IIII. De nuptialibus pactis ubi est tantum sponsio futuri ait Augustinus3: « Institutum est ut iam pactae sponsae non statim tradantur, ne vilem habeat maritus datam, quam suspiravit sponsus dilatam ».

Cap. 10 (172).

1. **Quae sponsa sit vidua mortuo sponso et quae non.** Et est sciendum quod illa sponsa quae tantum in futuro est pacta, mortuo sponso non re-

1 Rubrica *om.* ACRTVW. 7 fuit] fuerit LMN. 9 Rubrica *om.* ORVW. 18 dicitur] dicuntur BCLMNVX. 26 Et] Item AM. ‖ Et est] Est enim L. ‖ est sciendum *trp.* AMVX.

1 Concilio scii. Triburiensi (895), c. 41: « Si quis legitimam duxerit uxorem, et impediente quacumque domestica infirmitate, uxorium opus non valens implere cum illa: frater vero eius, suadente diabolo, adamatus ab ipsa, clanculum eam humiliaverit et violatam reddiderit »; quod autem sequitur non concordat cum textu nostro (Mansi, XVIII, 152 D-E). 2 Potius ex Concilio Trosleiano [Trosly] in pago Suessonico (an. 909), c. 8 (I. Mansi, XVIII, 286 D; PL 132, 696 C). 3 Rectius Lib. VIII, c. 3, n. 7 (PL 32,752; CSEL 33,175).

Cap. 10, nn. 1-2: textus concinnatur, partim ad verbum, ex dicto Gratiani post c.

manet vidua, quia non fuerat vir eius. Unde, si quis eam duxerit, ad sacros ordines conscendere non prohibetur, quia non duxit viduam. Viduae enim maritus aeque sicut bigamus sacerdos fieri prohibetur. Ex tali autem copula nullus arcetur a sacris ordinibus.

2. **Qui alterius sponsam eo mortuo ducit, ad sacros ordines accedere potest. — Pelagius Papa** [1]. Secundum hoc intelligendum est quod ait **Pelagius** Papa [1] de illo qui mortuo sponso, eius sponsam ducit in uxorem: « Nihil est, inquit, quantum ad hunc articulum attinet, quod ei obviet de canonicis institutis », quin ad sacros ordines promoveri valeat. Si vero talis sponsa fuisset, inter quam et sponsum eius consensus de praesenti intercessisset, eo mortuo vidua remansisset; cui copulatus in coniugio ulterius ad sacros ordines non accederet, cum viduam duxerit.

3. Non est igitur ambigendum quin solus de praesenti consensus coniugium efficiat, et exinde veri coniuges appellentur. Ideo post talem consensum si quis alii se copulaverit, etiam si carnis commixtio illic sequatur, ad priorem copulam revocandus est.

DISTINCTIO XXVIII

Cap. 1 (173).

1. **Si consensus de futuro cum iuramento faciat coniugium.** Hic quaeri debet utrum consensus de futuro, addito etiam iuramento, coniugium efficiat, ut si quis promittat, vel etiam iuret alicui, se usque ad tem-

20 debet] solet BCN.

[1] Pelagius I (556-561), *Epist. 44 (Marcello episcopo sevoniensi)*. « Caritati tuae quae observare debeat significare curavimus, id est, ut Valentinum clericum, cui mulier cum alio ante velata, non tamen ei nupta sed virgo permanens, post mortem eius cum quo velata erat sponso, coniugali est copula sociata, quia interim velum accepit, nullum in promovendo generetur obstaculum, quia nihil est, quantum ad hunc articulum pertinet, quod ei de canonicis obviet constitutis » (ed. P. M. Gassô - C. M. Battle, *Pelagii I papae Epistulae quae supersunt,* in Abbatia Montisserati 1956, 149-152; PLS IV, 1302).

29 C. 27 q. 2 (1072), ubi et verba Pelagii referuntur. Vide etiam dictum ante c. 20 Dist. 34 (130), et ipsum c. 20 Pelagio attributum. — Num. 3. Ultima phrasis trahitur ex Hugone, *De sacram.,* II, 11, 5 (PL 176, 485 D).

Dist. XXVIII, c. 1. Cf. L. Ott, *Untersuchungen aur Briefliteratur,* 266-284, praesertim 282s; ac id., *Walter von Mortagne und Petrus Lombardus,* 667-669; necnon et eius *Hat Magister*

pus placitum illam ducturum, et illa promittat vel iuret se illi nupturam, numquid talis sponsio eos coniuges fecit? Si mutato proposito, alter vel uterque ad alienam copulam transit, numquid ob priorem sponsionem iuramento subnixam secundae foederationis pactum scindetur?

2. **Responsio.** Considera quia longe aliud est promittere, et aliud facere. Qui promittit, nondum facit; qui ergo promisit se in uxorem ducturum aliquam, nondum eam duxit uxorem; et quae spopondit se nupturam, nondum nupsit. — Quomodo ergo coniuges appellari possunt qui nondum contrahunt, sed in futuro se contracturos iurando promittunt? Item, si ex vi iuramenti ad futurum pertinentis mox efficiuntur coniuges, cur iurant in futuro se facturos quod in praesenti efficiunt? Item, si ex quo iurant, mox efficiuntur coniuges, tunc hanc rem efficiunt quando iurant se facturos. — Ideo dico [1] quia coniugium tunc non fuit, sed futurum promittitur. Si vero ille post uxorem duxit et illa marito nupsit, coniugium utrinque fuit, et non potest dissolvi. Praecedens igitur mendacium vel periurium poenitentia est corrigendum, sed coniugium sequens non est dissolvendum. Non autem sic est quando iuramentum coniugii praesentis consensus attestatione firmatur, quia post talem consensum, si quis alii se copulaverit, etiam si prolem procreaverit, irritum debet fieri, et ipse ad priorem copulam revocari.

3. **Quare videntur obviare praemissis. — Novellarum Constitutio.** Praemissae autem sententiae videtur obviare illud quod leges tradunt [2]: « Si quis tactis divinis Scripturis iuraverit mulieri se eam legitimam uxorem habiturum, vel si in oratorio tale sacramentum dederit, sit illi legitima uxor, quamvis nulla dos, nulla alia scriptura interposita sit ». — **Determinatio.** Sed hic ostenditur quid fieri vel esse debeat, non quid tunc fiat: non enim per illud iuramentum tunc fit uxor, sed fieri debet quia

5 Responsio *om.* RVW. ‖ aliud est *trp.* LT. 11 Item *rep. in marg. ut rubrica* MOTX. 19 procreaverit] creaverit AL. 21 videntur] videtur AW, *corr. ex* videntur R. ‖ Constitutio] institutio ALT. 24 vel] etiam *add.* BCT. 25-26 Determinatio *om.* RVW.

1 Ipse scii. Magister, verbis tamen Hugonis, uti infra (486 B). 2 *Novellae* LXXIV, 5 *(Corpus Iuris Civilis* III, Berolini 1904, 376).

Rufinus die Sentenzen des Petrus Lombardus beniitzt?, in *Schol.* 33 (1958) 244-247. — Num. 1-2 mixtim conficiuntur ex verbis Gualterii, *Summa sent.,* VII, 7 (PL 176, 160 A-B), unde ipsa quaestio et quaedam verba (« Quomodo... facturos »); et illis Hugonis de S. Victore, *De sacram.,* II, 11, 5 (PL 176, 486 A-C). — Num. 3. Difficultatem iam suscitavit Gualterus (160 A); textus autem Legum sumitur ex *Decreto* Gratiani, C. 30 q. 5 c. 9 (1107).

iuratum est. Potest et de illo iuramento hoc dictum intelligi, ubi de praesenti consentiunt ac se invicem suscipiunt.

4. Evaristus Papa. Illi etiam sententiae, qua dictum est 1 solum consensum facere coniugium, videtur contraire quod **Evaristus** Papa ait 2: « Aliter legitimum non fit coniugium, nisi ab his qui super feminam dominationem habere videntur et a quibus custoditur, uxor petatur, et a parentibus sponsetur, et legibus dotetur, et a sacerdote ut mos est benedicatur, et a paranymphis custodiatur, ac solemniter accipiatur ». — Item 3: « Ita legitima scitote esse connubia. Aliter vero praesumpta, non coniugia, sed adulteria vel fornicationes sunt, nisi voluntas propria suffragata fuerit et vota succurrerint legitima ». — **Quare hoc dixerit.** Hoc autem non ita intelligendum est, tamquam sine enumeratis non possit esse legitimum coniugium, sed quia sine illis non habet decorem et honestatem debitam.

Cap. 2 (174).

1. **Quae ad necessitatem et quae ad decorem sacramenti pertinent.** In huius enim sacramenti celebratione, sicut in aliis, quaedam sunt pertinentia ad substantiam sacramenti, ut consensus de praesenti, qui solus sufficit ad contrahendum matrimonium; quaedam vero pertinentia ad decorem et solemnitatem sacramenti, ut parentum traditio, sacerdotum benedictio et huiusmodi, sine quibus legitime fit coniugium quantum ad virtutem, non quantum ad honestatem sacramenti.

1 iuratum] iuramentum] LNRVWX, *quod corr.* NVW. 3 Evaristus Papa *om.* RVW. **4** contraire] contradicere LT, *corr. ex* contrahere OW. ‖ Evaristus] eucharistius AN *(quod corr.* N), eucharistus CW *(quod corr.* W evaristius OX, eucharius T *(quasi eaedem variationes supra ad rubricam).* 5 legitimum non fit coniugium *trp.* coniugium non fit legitimum ALT, non fit legit, coniug. N, legit, coniug. non fit V. 10-11 suffragata fuerit] suffragaverit W *Grat.,* vel suffragaverit *add.* BC. 11 Rubrica *om.* ALORTVW. 16 Rubrica *om.* TVW. ‖ pertinent] pertineant CLNX.

1 Supra, Dist. 27, c. 10, n. 3. 2 Cap. spurium; invenitur apud I. Mansi, *Concilia,* I, 624 A-B. De influxu huius et seq., cf. G. Le Bras, art. *Mariage,* DThC IX, 2236 et 2257. 3 Aliud spurium; apud Mansi, I, 624 B-C.

Num. 4: Tam Hugo, *De sacram.,* II, 11, 5 (486 D) quam Gualterus, c. 6 (159 C), iam verba Evaristi saltern in parte offerunt; Magister autem sese confert ad textum in *Decreto,* C. 30 q. 5 c. 1 (1104). Conclusio, «Quare hoc dixerit», Guaiteri est, c. 6 (ibid.).

Cap. 2. Circa distinctionem inter substantialia et accidentalia multa leguntur apud Hug. *De sacram.,* II, 11,5-6 (PL 176, 487ss) et in dictis Gratiani ante et post c. 9 et post c. 11, C. 30 q. 5 (1106-08). Sed quem influxum ista habuerint in Magistrum, non omnino constat.

2. Sine his ergo non quasi legitimi coniuges, sed quasi adulteri vel fornicatores conveniunt, ut illi qui clanculo nubunt; et utique fornicatores essent, nisi eis suffragaretur voluntas verbis expressa de praesenti, quae legitimum inter eos facit matrimonium. Nam et consensus occultus, de praesenti per verba expressus, coniugium facit, licet non sit ibi honestus contractus. Sed matrimonium non sancit consensus qui in occulto fuerit. Si enim alter alterum dimiserit, non cogitur iudicio Ecclesiae redire et commanere cum coniuge, quia non potest probari testibus contractus qui in occulto est factus. Quod si ipsi qui in occulto sibi consenserunt, eundem consensum voluntarie in manifesto profiteantur, tunc utique voluntas propria suffragatur et legitima vota succurrunt 1 ad sanciendum coniugium, quod prius occulte fuerat contractum. Voluntas igitur, verbis expressa in occulto, ad hoc suffragatur ut fiat coniugium; manifeste vero expressa, suffragatur ut sanciat et roboret, ac liberum fiat Ecclesiae de hoc iudicare si expedierit.

Cap. 3 (175).

1. De qua re sit consensus ille, an de carnali copula, an de cohabitatione, an de alio. Hic quaeritur, cum consensus de praesenti matrimonium faciat, cuius rei consensus sit ille, an carnalis copulae, an cohabitationis, an utriusque. Si cohabitationis consensus matrimonium facit, tunc frater cum sorore, pater cum filia, potest contrahere matrimonium. Si carnalis copulae, tunc inter Mariam et Joseph non fuit coniugium. Proposuerat enim Maria in virginitate manere, nisi Deus aliter facere iuberet, secundum quod videtur angelo dixisse 2; *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?;* id est me non cognituram proposui. Neque enim quia tunc virum non cognoscebat, necesse erat inquiri quomodo posset habere filium, sed quia nunquam se cognituram proposuerat. — **Beda, super Lu-**

6 sancit] sanxit BCLTVWX. 8 cum coniuge] quasi coniux M, quasi coniuges T. 21 pater cum filia *om.* BCLR, *add. interi.* N, *exp.* T.

1 Uti supra dicit Evaristus (c. 1, n. 4). 2 Luc. 1, 34; cf. verba Augustini infra, Dist. 30, c. 2, n. 2.

Cap. 3, n. 1: Omnia, praeter auctoritatem Bedae (quae forsitan sumitur ex tractatu '-Gualteri, c. 10; PL 176, 163 B), ex dicto Gratiani, post c. 2 C. 27 q. 2 (1063).

cam *:* Dicit enim **Beda**[1] quod in virginitate manere disposuerat. Si igitur contra suum propositum post consensit in carnalem copulam, videtur facta voti rea mente, etsi non opere violati.

2. **Ecce in quam rem fuit ille consensus** *:* Dicamus igitur quod consensus cohabitationis vel carnalis copulae non facit coniugium, sed consensus coniugalis societatis, verbis secundum praesens tempus expressus, ut cum vir dicit: *Ego accipio te in meam,* non dominam, non ancillam, sed coniugem.

Cap. 4 (176).

1. **Quare de latere viri formata sit mulier** *:* Quia enim non ancilla vel domina datur, ideo nec de summo nec de imo a principio formata est, sed de latere viri, ob coniugalem societatem. Si de summo fieret, ut de capite, videretur ad dominationem creata; si vero de imo, ut de pedibus, videretur ad servitutem subicienda. Sed quia nec in dominam nec in ancillam assumitur, facta est de medio, id est de latere, quia ad coniugalem societatem assumitur.

2. Cum igitur sic conveniunt, ut dicat vir: *Accipio te in meam coniugem,* et dicat mulier: *Accipio te in meum virum,* his verbis vel aliis idem significantibus, exprimitur consensus: non copulae carnalis vel cohabitationis corporalis, sed coniugalis societatis; ex qua oportet eos cohabitare, nisi forte causa religionis pari voto corporaliter separentur, vel ad tempus, vel usque in finem.

2 igitur] ergo ALMV. 4 Rubrica *om.* NVW. ‖ fuit] fiat BORX. ‖ igitur] ergo MNV. 10 Rubrica *om.* LNVW. 10-11 ancilla vel domina *trp.* MTX.

1 *In Luc.* 1, 34: « Propositum suae mentis reverenter exposuit, vitam videlicet virginalem se ducere decrevisse » (PL 92, 318 B; CCL 120, 33). Cf. *Glossa interi,* in h.l.: *Quomodo flet istud:* « Ut concipiam et pariam, quae in virginitate permanere disposui » (apud Lyranum, V, 125r).

Cap. 4, n. 1: Conficitur ex verbis Hugonis, *De sacram.,* II, 11,4(485A-B); dein I, 6, 35 (284 C), uti iam in II *Sent.,* d. 18, c. 2 (tom. I, 417, 3-5). — Num. 2: Item ex verbis Hugonis, *De sacram.,* II, 11, 6 (488 B), dein (quoad separationem pari voto) II, 11, 4 (485 B); de qua separatione, cf. infra, Dist. 31, c. 2, n. 1.

DISTINCTIO XXIX

Cap. unicum (177).

1. **Coactio excludit consensum coniugalem. — Urbanus Papa** [1]. Oportet autem consensum coniugalem liberum esse a coactione. Coactus enim consensus, qui nec consensus appellari debet, coniugium non facit, sicut testatur **Urbanus Papa**[1], scribens Sanctio regi Aragonum in haec verba: « De neptis tuae coniugio, quam te cuidam militi daturum, necessitatis instante articulo, sub fidei pollicitatione firmasti, hoc aequitate dictante decrevimus: ut si illa virum illum omnino, ut dicitur, renuit, et in eadem voluntatis auctoritate persistit ut viro illi se prorsus deneget nupturam, nequaquam eam invitam ac renitentem eiusdem viri cogas coniugio copulari ».

2. **De filia Iordanis principis** Idem [2]; « si verum esse constiterit quod nobis legati Iordanis principis retulerunt, scilicet quod ipse coactus et dolens filiam suam, flentem et pro viribus renitentem, Rainaldo desponsaverit: quoniam legum et canonum auctoritas talia sponsalia non approbat, ne ignorantibus leges et canones nimis durum videatur, ita sententiam temperamus: ut si princeps cum assensu filiae id quod coeptum est perficere voluerit, concedamus. Sin autem legatus noster utrasque partes audiat, et si nihil fuerit ex parte Rainaldi quod amplius impediat, ab ipso Iordane sacramentum quo constent haec quae dicta sunt accipiat. Et nos, canonum ac legum scripta sequentes, deinceps non prohibemus quin alii viro, si voluerit, praedicta eius filia *tantum in Domino nubat*[3] ».

6 Aragonum] aragorum AMORVWX. 13 Idem] Item MV, Ideoque A. 18 coeptum] inceptum ALVW.

1 Urbanus II, *Epist. et privilegia,* n. 96 (I. Mansi, XX, 713; PL 151, 373 B-C). 2 Agitur de filia innominata Iordani seu frequentius Iordanis principis Capuani (1078-1091); textus resumitur in P. F. Kehr, *Italia Pontificia* VIII, Berolini 1935, n. 39, p. 209. Ubi etiam de Raynaldo filio Ooffridi Ridelli ducis Caietani et comitis Pontiscurvi. 3 Resp. I Cor. 7, 39.

Dist. XXIX, c. un., n. 1. Omnia praeter primam phrasim, ex Gualt. de Mauritania, *Summa sent.,* VII, c. 6 (PL 176, 159 A-B). — Num. 2: Rubrica, quae deest in *Decreto* Gratiani, C. 31 q. 2 c. 1 (1113), invenitur in *Decreto* Ivonis, VIII, 23 (PL 161, 588 D-589 A) necnon et in *Sententiis Magistri A.,* n. 144 (ed. Reinhardt, 214s). Quae tamen, ob lectiones variantes, non videntur esse fontes Magistri.

3. Ex his apparet coniugium fieri inter consentientes spontaneos, non Inter renitentes et invitos. Verumtamen, qui inviti et coacti coniuncti sunt, si postea ab aliquo temporis spatio sine contradictione et querimonia cohabitaverint, facultate discedendi vel reclamandi habita, consentire videntur; et consensus ille consequens supplet quod praecedens coactio tulerat.

4. **In libro Pandectarum** [1] Consentire autem probatur qui evidenter non contradicit, secundum illud i; « In sponsalibus eorum consensus exigendus est, quorum in nuptiis desideratur. Intelligitur tamen semper filia patri consentire, nisi evidenter dissentiat ». — Item [2] « Sponsalia sicut nuptiae consensu fiunt contrahentium: et ideo sicut in nuptiis, ita et in sponsalibus familias filiam consentire oportet »; « quae si patris voluntati non repugnat, consentire intelligitur ».

DISTINCTIO XXX

Cap. 1 (178).

1. **De errore qui evacuat consensum.** Nec solum coactio impedit vel excludit consensum, sed etiam error. Non autem omnis error consensum impedit. Est enim error alius personae, alius fortunae, alius conditionis, alius qualitatis. Error personae, quando hic putatur esse ille homo, et

1 consentientes] et add. ABCLRX *Summa Seni.* 3 ab *om.* BCLRTVX, *del.* N. 7 Rubrica *om.* AR, *lacuna* OT. 12 sponsalibus] patri add. C, patris add. BLX, *add. interi.* RT. ‖ familias filiam *trp.* O2V.

1 *Digesta* seu *Pandectae,* XXIII, tit. 1, lex 7 *(Corpus luris Civ.,* I, Berolini 1908, 330a). 2 Ibid., lex 11 et 12 (330).

Num. 3: Ex conclusione Gualteri, c. 6 (159 B). — Num. 4: Secundum L. Ott, Magister probabiliter *(vermutlich)* se contulerit ad *Panormiam* Ivonis, VI, cc. 11-12 (PL 161, 1246 C); cf. *Walter von Mortagne und Petrus Lombardus,* 667. Sed nunc quasi certi sumus quod opera Carnotensis nunquam in manibus habuerit Magister. Ex alia parte utraque auctoritas legitur in *Sententiis Magistri A.,* nn. 7-8 (ed. Reinhardt, 168), et propius ut in cod. *Vatie, lat. 4361* (ibid., 138).

Dist. XXX, c. 1. Praeter quaedam adiuncta, totum capitulum trahitur ex *Decreto* Gratiani, C. 29 q. 1 §§ 2-5 (1091s); de qua quaestione cf. J. Gaudemet, *Droit canonique et droit romain. A propos de l'erreur sur la personne en matière de mariage (C. XXIX, q.* 7), in *Studia Gratiano* IX, 45-64.

est alius. **Error** fortunae, quando putatur esse dives qui pauper est, vel e converso. Error conditionis, quando putatur esse liber qui servus est. Error qualitatis, quando putatur esse bonus qui malus est.

2. Error fortunae et qualitatis coniugii consensum non excludit; error vero conditionis coniugalem consensum evacuat, de qua conditione postmodum tractabimus 1. — Error quoque personae consensum coniugalem non admittit: ut si quis feminam nobilem in coniugium petat, et pro ea alia ignobilis tradatur ei, non est inter eos coniugium, quia non consensit vir in istam, sed in aliam. Ut si quis promitteret mihi se venditurum aurum, et pro auro offerret mihi aurichalcum, et ita me decipere: numquid dicerer consensisse in aurichalcum? Nunquam volui emere aurichalcum: nec ergo in illud consensi, quia consensus nonnisi voluntatis est. Sicut ergo error materiae excludit consensum, ita et in coniugio error personae.

3. **Oppositio.** Sed obicitur de Iacob, qui pro Rachel septem annis servierat, et supposita est ei Lia 2: numquid error personae exclusit coniugium, cum non in eam, sed in Rachel consenserit? — **Solvit.** Sed quod ibi factum est, in mysterio gestum non improbe traditur 3. Ibi tamen, etsi non praecessit, secutus est consensus; nec ex illo concubitu qui consensum praecessit, fornicarii iudicantur, cum ille maritali affectu eam cognoverit, et illa uxorio affectu debitum persolverit, putans lege primogenitarum et paternis imperiis se illi iure copulatam. Excusatur etiam quia Dei consilio in mysterio ita actum est.

4. Hodie etiam excusaretur ille cui inscio uxoris soror lectulum eius ingressa se subiceret: quae cum sine spe coniugii perpetuo manere censeatur, ille tamen qui cognovit eam, per ignorantiam excusatur. — Quod per simile probatur: si enim diabolus, transfigurans se *in angelum lucis* 4, credatur bonus, non est error periculosus. — Quod autem vir ille in illam mulierem non consenserit, ex simili ostenditur: si quis haereticus nomine Augustini vel Ambrosii alicui catholico se offerret, eumque ad suae fidei imitationem vocaret, si ille assentiret, in cuius sententiam fidei diceretur

1 vel] et BCLN. 9 mihi se *trp.* C *(sed corr.)* VWX, *add. (trp.) interi.* T. 16 exclusit] excludit CLMNRVX, *sed corr.* LR. 17 consenserit] consensit BCMOVW. ‖ Solvit] Solutio LX, *om.* ARVW. 22 Excusatur] Excusantur ALNRVX. 24 lectulum] lectum BCLTV.

1 In Dist. 36, c. 1. 2 Resp. Gen. 29, 24-25. 3 «Sed... traditur» verba sunt ipsius Magistri; sic autem traditur ab August., *Contra Faustum,* XXII, cc. 51-58 (PL 42,. 432-437; CSEL 25, 644-654). 4 Resp. II Cor. 11, 14.

consensisse? Non in haereticorum sectam, sed in integritatem fidei quam ille haereticus se mentiebatur habere.

5. Error fortunae consensum non excludit: quae enim nubit pauperi putans illum esse divitem, non potest renuntiare priori conditioni, quamvis erraverit. — Nec error qualitatis: ut si quis ducat in uxorem meretricem vel corruptam, quam putat esse castam vel virginem, non potest eam dimittere.

Cap. 2 (179).

1. **De coniugio Mariae et Ioseph.** Praemissis i aliquid addendum est de modo illius consensus qui inter Mariam et Ioseph intercessit. Sane credi potest non solum Mariam, sed etiam Ioseph apud se disposuisse virginitatem servare nisi Deus aliter iuberet; eosque sic consensisse in coniugalem societatem, ut uterque de altero revelante Spiritu intelligeret quod virginitatem servare vellet nisi Deus aliter inspiraret. Sed illam voluntatem verbis non expresserant; postea vero expresserunt, et in virginitate permanserunt. Consensit ergo Maria in maritalem societatem, sed non in carnalem copulam, nisi de ea specialiter Deus praeciperet; cuius etiam consilio in maritalem consensit copulam, quia virginitatem servare volebat, et ideo non aliter consensisset in coniugalem societatem, nisi familiare Dei consilium habuisset.

2. **Augustinus in libro De nuptiis et concupiscentiis.** De qua Augustinus sic ait2: « Beata Maria proposuit se servaturam votum virginitatis in corde, sed ipsum votum non expressit in ore. Subiecit se divinae dispositioni. Proposuit se perseveraturam virginem, nisi Deus aliter ei revelaret. Committens ergo virginitatem suam divinae dispositioni,

1 in2 *om.* BL, *add. interi.* NV2, *marg.* W2. 5 in *om.* AMTX. 9 aliquid *trp. post,* est BCLT. 17 ea] eo V, eadem W, eodem ANO. ‖ specialiter Deus *trp.* RTVW. ‖ Deus *trp. post* nisi BCL. 21 Rubrica *om.* RVW. 24 perseveraturam] servaturam T, *corr. ex* servaturam L2. ‖ virginem] in virginitate BCL, virginitatem T. 24-25 aliter ei *trp.* BCTW.

i Scii, in Dist. 28, c. 3, n. 1. 2 Verba sunt Gratiani (uti infra), sententia vero Augustini, *De sancta virginitate,* c. 4, n. 4 (PL 40, 398; CSEL 41, 237s); *Sermo 225,* c. 2; *Sermo 291,* n. 5 (PL 38, 1096s, 1318s).

Cap. 2. Cf. Gualt. de Mauretania, *Summa sent.,* VII, c. 10 (PL 176, 163 B-C); Hugo de S. Victore, *DeB. Mariae virginitate* (PL 176,857-76), et *De sacram.,* II, 1,8; et II, 11, 5 (PL 176, -391-393; 487 D. Inter modernos, cf. L. Ott, *Untersuchungen,* 309-312,404-415. — Num. 2: .Ex *Decreto* Gratiani, C. 27 q. 2 c. 3 (1063).

consensit in carnalem copulam, non illam appetendo, sed divinae inspirationi in utroque obediendo. Postea vero simul cum viro labiis expressit, et uterque in virginitate permansit ».

3. **Quod perfectum fuit inter eos coniugium.** Inter quos, ut ait Augustinus1, perfectum fuit coniugium: perfectum quidem non in significatione 2, sed in sanctitate. Sanctiora enim sunt coniugia pari voto continentium. — **Augustinus, ad Ediciam** *: Unde Augustinus 3; « Quod Deo pari consensu voveratis ambo, perseveranter reddere debuistis. A quo proposito si lapsus est ille, tu saltem persevera ». « Non quia pariter temperabatis a commixtione carnali, ideo maritus tuus esse destiterat; immo vero tanto sanctius coniuges manebatis, quanto sanctiora concorditer placita servabatis ». Perfectum igitur fuit Mariae et Ioseph coniugium in sanctitate.

4. Perfectum etiam fuit secundum triplex bonum coniugii, fidem scilicet, prolem, et sacramentum. — **Augustinus in libro De bono coniugali** *: « Omne enim nuptiarum bonum, ut ait Augustinus4, impletum est in illis parentibus Christi: fides, proles, sacramentum. Prolem cognoscimus, ipsum Dominum; fidem, quia nullum adulterium; sacramentum, quia nullum divortium. Solus ibi nuptialis concubitus non fuit, quia in carne peccati fieri non poterat sine pudenda concupiscentia carnis quae accidit ex peccato; sine qua concipi voluit, qui sine peccato futurus erat ».

5. Et licet non intercessisset coniugalis concubitus, coniuges tamen vere fuerunt, « mente, non carne », sicut et parentes 5, quamvis Ambrosius dicat *6* perfectum fieri coniugium per carnalem copulam: « In omni, inquit, matrimonio coniunctio intelligitur spiritualis, quam confirmat et perficit coniunctorum commixtio corporalis ». Sed intelligendum est coniugium perfici commixtione corporali non quantum ad veritatem vel

7 Rubrica *om.* RVW. 8 pari] patri RW, voto *add.* AM, *add. interi.* T, *add. sed del.* O, voto et *add.* X. 15 et *om.* CRT. ‖ Rubrica *om.* RVW. 22 intercessisset] intercesserit BCLRTV.

1 *De nuptiis et concup.,* I, c. 11, n. 12 (PL 44, 420s; CSEL 42, 224s). 2 De qua supra, Dist. 26, c. 6, n. 3. 3 *Epist. 262,* nn. 3-4 (PL 33, 1078s; CSEL 57, 623s). 4 Id est, *De nuptiis et concup.,* I, c. 11, n. 13 (PL 44, 421; CSEL 42, 225). 5 Ut dicit Augustinus (rubrica marg.), *De nuptiis et concup.,* I, c. 11, n. 12 (420s; 224s). 6 *In libro de patriarchis* (rubr. marg.); potius autem est cap. incertum, ut notat Ae. Friedberg.

Num. 3. Prima auctoritas ex dicto Gratiani, C. 27 q. 2, post cap. 39 (1074); alia, *Ad Ediciam,* ex C. 33 q. 5 c. 4 (1251). — Num. 4: Rubrica *(Augustinus...)* Gratiam est, C. 27 q. 2 c. 9 (1064); ipse textus, c. 10 (1065).

sanctitatem coniugii, sed quantum ad significationem, quia perfectius unionem Christi et Ecclesiae tunc figurat 1.

Cap. 3 (180).

1. **De finali causa coniugii.** Exposito quae sit efficiens causa matrimonii, consequens est ostendere ob quam causam soleat vel debeat contrahi matrimonium.

2. Est igitur finalis causa contrahendi matrimonii principalis procreatio prolis. Propter hoc enim instituit Deus coniugium inter primos parentes, quibus dixit 2: *Crescite et multiplicamini* etc. — Secunda est, post peccatum Adae, vitatio fornicationis; unde Apostolus 3; *Propter fornicationem unusquisque habeat uxorem, et unaquaeque habeat virum suum.* — Sunt et aliae causae honestae, ut inimicorum reconciliatio et pacis redintegratio. — Sunt etiam aliae minus honestae causae, propter quas aliquando contrahitur, ut viri mulierisque pulcritudo, quae animos amore inflammatos saepe impellit inire coniugium, ut valeant suum explere desiderium. Quaestus quoque et divitiarum possessio frequenter est causa coniugii; et alia multa, quae cuique diligentiam adhibenti facile est discernere.

3. Nec est assentiendum illis qui dicunt non esse coniugium, quod propter has causas minus honestas contrahitur. Constat enim ex praemissis 4 coniugium fieri ex communi consensu, verbis de praesenti expresso, quamvis amor ad hoc attraxerit. — Cuius rei documentum praestat Iacob 5, qui Rachel *decoram facie et venusto aspectu* amavit, eamque diligens ait: *Serviam tibi pro Rachel septem annis.* In Deuteronomio etiam legitur 6; *Si videris in medio captivorum mulierem pulchram et adamaveris eam, voluerisque uxorem habere, introduces eam in domum tuam.*

7 matrimonii] matrimonium MRVW. 11 uxorem] suam *add.* AMNRX. 13 causae *trp. post* aliae NRW. 14 mulierisque] mulierisve RVX, et mulieris M. 15 valeant suum *trp.* BCLT. ‖ explere] implere LMNV. 22 attraxerit] attraxit BC, contraxerit RW. 23 amavit] adamavit BCLTV.

1 Vide supra, Dist. 26, c. 6, n. 1. 2 Gen. 1, 28. 3 1 Cor. 7, 2. 4 In Dist. 27, c. 3. 5 Gen. 29, 17-18. 6 Deut. 21, 11-12.

Cap. 3, nn. 2-3. Omnia (nonnullis sane mutatis vel adiectis), ex cap. 1 operis Gualterii, scii. *Summae sent.,* VII (PL 176, 154 D -155 B); iam in forma brevissima in tractatu primitivo *De coniugio,* n. 5, seu *Glossa* in I Cor. 7, 1 (PL 191, 1586 B).

*'

Cap. 4 (181).

1. **Quod malus finis non contaminat sacramentum.** Et licet fine non bono contrahatur coniugium quando species contrahentis movet animum, coniugium tamen bonum est, quia vita mala vel intentio perversa alicuius sacramentum non contaminat.

2. Habuit autem coniugium Mariae et Joseph alias causas speciales, scilicet « ut i Virgo solatio viri sustentaretur, et ut diabolo partus celaretur; ut loseph esset testis castitatis, defendens eam ab infamia suspicionis, ne ut adultera damnaretur ».

DISTINCTIO XXXI

Cap. l (182).

De tribus bonis coniugii. Post haec de bonis coniugii, quae sint et qualiter coitum excusent, dicendum est. — **Augustinus, super Genesim** ? Tria sunt principaliter bona coniugii; unde Augustinus2: «Nuptiale bonum tripartitum est, scilicet fides, proles, sacramentum. Infideatten- is ditur ne post vinculum conjugale cum alio vel alia coeatur; in prole, ut amanter suscipiatur, religiose educetur; in sacramento, ut coniugium non separetur, et dimissus vel dimissa nec causa prolis alteri coniungatur ».

Cap. 2 (183).

1. **De duplici separatione.** Separatio autem gemina est, corporalis scilicet et sacramentalis. Corporaliter possunt separari causa fornicationis,

4 perversa alicuius *trp.* **BCRX.**

l *Glossa ordin.* in Matth. l, 18: *Cum esset desponsata* (apud Lyranum, V, 7c). Cf. Hieron., *In Matth.* in h.l. (PL 26 [1845], 24 A-B). 2 *De Genesi ad Hit.,* IX, c. 7, n. 12 (PL 34, 397; CSEL 28-1, 275s).

Dist. XXXI, c. 1. Cf. L. Ott, *Walter v. Mortagne und P. Lombard,* 661-64. — Cap. 1: Iam in tract, primitivo, n. 7, seu in *Glossa* in I Cor. 7, l (PL 191, 1586 D); ex *Summa sent.,* VII, 4 (PL 176, 157 A-B); verba August, inveniuntur in parte in *Glossa ordin.* in I Cor. 7, 6 (apud Lyran., VI, 42a; cod. l 48c, m 48a).

Cap. 2, n. 1: Partim iam in eodem tract, primitivo, n. 8, seu in *Glossa* (158 D), ubi « ex

vel ex communi consensu causa religionis, sive ad tempus, sive usque in finem. Sacramentaliter vero separari nequeunt, dum vivunt, si legitimae personae sint. Manet enim vinculum coniugale inter eos etiam si aliis a se discedentes adhaeserint.

2. **Augustinus in libro De bono coniugali.** Unde Augustinus « Usque adeo manent inter viventes semel inita iura nuptiarum, ut potius sint inter se coniuges etiam separati, quam cum aliis quibus adhaeserunt ». — **In eodem.** Item 2: « Manet inter viventes quoddam coniugale vinculum, quod nec separatio, nec cum altero copulatio possit auferre; sicut apostata anima, velut de coniugio Christi recedens, etiam fide perdita sacramentum fidei non amittit, quod lavacro regenerationis accepit. Redderetur enim redeunti, si amisisset abscedens. Habet autem hoc qui recesserit ad cumulum supplicii, non ad meritum praemii ». — **In eodem.** Item 3; « Quibus placuit ex consensu ab usu carnalis concupiscentiae in perpetuum continere, absit ut vinculum inter eos coniugale rumpatur, immo firmius erit, quo magis ea pacta secum gerunt quae carius concordiusque servanda sunt, non voluptariis corporum nexibus, sed voluntariis animorum affectibus ».

3. Et attende quod tertium bonum coniugii dicitur 'sacramentum' non quia sit ipsum coniugium, sed quia eiusdem rei sacrae signum est, id est spiritualis et inseparabilis coniunctionis Christi et Ecclesiae.

4. **Haec tria non adsunt omni coniugio.** Et est sciendum ab aliquibus contrahi coniugium quod haec tria bona non comitantur. Deest enim fides ubi vir cum alia vel mulier cum alio coit. Hoc igitur bonum ita coniugio adhaeret, ut ex eo, si adsit, amplius commendetur coniugium; si non adsit, non inde adnihiletur. Quae enim adultera est, non ideo coniux non est; immo si coniux non esset, adultera non foret. Quod cum fit, culpa commit-

15 eos] illos MOR *Aug.* 17 voluptariis] voluntariis BNWX, *quod corr. in* voluptuariis N. 20 quia2] quod BC, *om.* N. 27 fit] sit ALM.

1 Potius, *De nuptiis et concup.,* I, c. 10, n. 11 (PL 44, 420; CSEL 42, 223). 2 Ibid. (420; 223s). 3 Cap. 11, n. 12 (420; 224).

communi consensu » trahi videtur ex *Summa sent.* VII, 18 (PL 176, 167 A); plura autem sunt nova, ex fonte ignoto. — Num. 2: Primae duae auctoritates, uti iam notavit L. Ott (663), sumuntur ex *Decreto,* c. 28 C. 32 q. 7 (1147); tertia ex fonte ignoto (invenitur in *Sent. Magistri A.,* n. 111; ed. H. J. F. Reinhardt, 199). — Num. 3: In tract, primitivo, ŋ. 9, seu in *Glossa* in I Cor. 7, 1 (PL 191, 1586 D), ex *Summa sent.,* VII, 4 (PL 176, 157 B). — Num. 4 verbis Gualteri introducitur (ibid.). Quae sequuntur, quasi in finem numeri, ex Hugone (quandoque contracte), *De sacram.,* II, 11, 8 (PL 176, 494 D-495 B).

titur, sacramentum vero non cassatur. — Bonum quoque prolis non omnibus adest coniugibus. Quidam enim pari voto continentiam servant; alii pro aetatis defectu vel alterius rei causa generare non valent. Nec omnes illi etiam qui prolem recipiunt, bonum prolis habent. Nam bonum prolis dicitur non ipsa proles vel prolis spes quae ad religionem non refertur, immo ad hereditariam successionem: ut cum quis heredes terrenae possessionis habere desiderat; sed spes ac desiderium quo proles ad hoc quaeritur, ut religione informetur. Multi ergo prolem habent, qui tamen bono prolis carent; nec ideo tamen coniugium esse desinit. — Sacramentum vero ita inseparabiliter coniugio haeret legitimarum personarum, ut sine illo coniugium non esse videatur, quia semper manet inter viventes vinculum coniugale, ut etiam interveniente divortio fornicationis causa, coniugalis vinculi firmitas non solvatur. Ubi vero non inter legitimas personas contrahitur coniugium, non adest illud bonum quod dicitur sacramentum, quia potest solvi talium copula; de quibus post dicetur 1.

5. **Augustinus in libro De bono coniugali** [2] Quod vero coniugium sit inter eos qui coniugali affectu, non tamen gratia prolis, sed explendae libidinis conveniunt, nec fornicarii sed coniuges appellentur, ostendit Augustinus[2] inquiens: « Solet quaeri, cum masculus et femina, nec ille maritus, nec illa uxor alterius, sibimet non filiorum procreandorum, sed pro incontinentia solius concubitus causa copulantur, ea fide media ut nec illa cum altero, nec ille cum altera faciat id, utrum nuptiae sint vocandae. Et potest fortasse non absurde hoc appellari connubium, si usque ad mortem alicuius eorum id inter eos placuerit, et prolis generationem, quamvis non ea causa coniuncti sunt, non tamen vitaverint: ut vel no-

1 cassatur *(Hugo)]* quassatur AOVW, *corr. ex* cessatur NR. 3 pro aetatis] proprietatis ALMNRVX, *quod corr.* L2VX. 6 heredes *trp. post* possessionis ABCLTV. 8 ut] in *add. interi. T.* ‖ religione] religiose MRV, vel in religione *add. interi. V1.* 10 haeret] adheret BCLTV, *om.* O, *sed* inest *add. mg.* O3. 25 sunt] sint CLNTW, *corr. in* sint BR,

1 In Dist. 34. 2 Cap. 5, n. 5 (PL 40, 376s; CSEL 41, 193).

Num. 5 conficitur ex dicto Gratiani ante cap. 5 C. 32 q. 2, ac inde ex verbis Augustini in ipso c. 5 (1121). Notari licet (etsi non lubet) Glossa in h.l. in cod. Bamberg. *Pair. 128: «qui coniugali affectu,* id est cum consensu de futuro, *non filiorum procreandorum,* etc., *faciat id,* vulgare est la chousa, scilicet stuprum, et *tamen* si *non vitaverint:* Glossa Petri [id est *g.p.* in codice !]: Nam quocumque modo conveniunt si tamen sub hoc pacto conveniant, ut pueros vel in utero vel extra interficiant, non sunt dicendi coniuges» (cf. A. Landgraf, *Problèmes relatifs aux premières Gloses des Sentences,* in RThAM 3 1931 146s). De hac nihil invenitur sive in codicibus *Sententiarum* sive in Glossa *Summa div. paginae* olim Petro Pictaviensi attributa. An revera legendum esset *Glossa Petri ?*

lint sibi nasci filios, vel etiam opere malo aliquo agant ne nascantur.. Ceterum si vel utrumque vel unum horum desit, non invenio quomodo has nuptias appellare possimus. Etenim si aliquam sibi ad tempus adhibuerit, donec aliquam dignam honoribus aut suis facultatibus inveniat,, quam in coniugio adducat, animo ipso adulter est, nec cum illa quam cupit invenire, sed cum ista cum qua sic cubat ut cum ea non habeat maritale consortium ». — Ecce coniuges dicuntur, qui solius concubitus causa conveniunt, si tamen prolis generationem aliquo malo dolo non. vitent.

Cap. 3 (184).

De his qui procurant venena sterilitatis. Qui vero venena sterilitatis procurant, non coniuges, sed fornicarii sunt. — **Augustinus in libro De nuptiis et concupiscentiis** [1]: Unde **Augustinus**1: « Aliquando eousque pervenit haec libidinosa crudelitas vel libido crudelis, ut etiam sterilitatis venena procuret; et si nihil valuerint, conceptos fetus intra viscera aliquo modo exstinguat vel fundat, volendo suam prolem prius interire quam vivere; aut si in utero vivebat, occidi antequam nasci. Prorsus, si ambo tales sint, coniuges non sunt; et si ab initio tales fuerunt, non. sibi per connubium, sed per stuprum potius convenerunt. Si vero ambo non sunt tales, audeo dicere: aut illa quodam modo est mariti meretrix,, aut ille adulter uxoris».

Cap. 4 (185).

1. **Quando sint homicidae qui procurant abortum.** Hic quaeri solet de his qui abortum procurant, quando iudicentur homicidae vel non.

2. Tunc puerperium ad homicidium pertinet, quando formatum est et animam habet, ut **Augustinus** super Exodum 2 asserit; « informe

1 malo aliquo *trp.* BCLT. 5 adducat) ducat MRW, *corr. in* ducat LT. 11 venena sterilitatis2 *trp.* AMNRX. 13 concupiscentiis) concupiscentia AOR. 14-15 sterilitatis venena *trp.* BCOTVW. 16 exstinguat] exstinguant BT. ‖ fundat] fundant BT,_ *corr. interi, in* effundat N2. 23 Quando) Quod non MOTW, jj sint) sunt MOTVW. 25-1 (p. 446) pertinet... homicidium *add. marg.* R2, *om. (hom.)* V. 26 asserit) disserit BCLN, vel a- *praem. sed del.* L, disputat X, vel disserit *add.* OW.

1 Lib. I, c. 15, n. 17 (PL 44, 423s; CSEL 42, 230). 2 *Quaest. in Heptat.,* II, q. 80: in Exod. 21, 22-23 (PL 34, 626; CSEL 28-11, 147s; CCL 33, 111); cf. Lib. II, dist. 31,. C. 7, n. 3 (I, 510).

Cap. 3. Rubrica excepta, omnia ex *Decreti* Gratiani c. 7 C. 32 q. 2 (1121s).

Cap. 4. Quaestio Gratiani est ante c. 8 C. 32 q. 2; unde etiam (1122) auctoritates Augustini (c. 8), Ambrosiastri (c. 9, sub nomine Augustini), et Hieron. (c. 10).

autem puerperium, ubi non est anima viva, Lex ad homicidium pertinere noluit ». — **Augustinus in libro De quaestionibus novi et veteris testamenti.** Dicit etiam Augustinus[1] quod « informe puerperium animam non habet: ideoque mulctatur pecunia, non redditur *anima pro anima*[2]. Sed iam formato corpori anima datur, non in conceptu corporis nascitur cum semine derivata. Nam, si cum semine et anima exsistit de anima, et multae animae quotidie pereunt, cum semen fluxu non proficit nativitati. Primum oportet domum compaginari, et sic habitatorem induci. Cum ergo lineamenta compacta non fuerint, ubi erit anima? »

3. **Hieronymus, ad Algasiam.** Item **Hieronymus**[3]: « Semina paulatim formantur in utero, et tamdiu non reputatur homicidium, donec elementa confecta suas imagines membraque suscipiant ». — Ex his apparet tunc homicidas esse qui abortum procurant, cum formatum est et animatum puerperium.

Cap. 5 (186).

1. **De excusatione coitus quae fit per haec bona.** Cum igitur haec tria bona in aliquo coniugio simul concurrunt, ad excusationem coitus carnalis valent. Quando enim, servata fide thori, causa prolis coniuges conveniunt, sic excusatur coitus ut culpam non habeat; quando vero, deficiente bono prolis, fide tamen servata, conveniunt causa incontinentiae, non sic excusatur ut non habeat culpam, sed venialem. — **Augustinus in libro De bono coniugali.** Unde **Augustinus**[4]: « Coniugalis concubitus generandi gratia non habet culpam; concupiscentiae vero satiandae, sed tamen cum coniuge propter thori fidem, venialem habet culpam ». — Item[5]: « Hoc quod coniugati, victi concupiscentia, utuntur in-

6 anima2] tunc *add.* TVW, *add. sed del.* R. 7 fluxu] fluxum BCLRW, fluxus X. 9 erit NVW *(Ambr.),* erat *alii codd.* 16 haec bona (ru&r.)] bona coniugii BC *(ex elencho capp.)* 17 concurrunt] concurrant OR, occurrunt MX. 21-22 Rubrica om. RVW. Augustinus *(in rubr.) om.* BCTX. 24 thori fidem *trp.* BCLT.

1 Immo Ambrosiaster, *Quaest. Vet. et Novi Test.,* q. 23 (PL 35, 2229; CSEL 50, 49s). 2 Exod. 21, 23. 3 *Epist. 121,* c. 4 (PL 22 [1859], 1015; CSEL 56, 16). 4 Cap. 6, n. 6 (PL 40, 377s; CSEL 41, 195). 5 in fragmento *Sermonis de bono nuptiarum* (PL 39, 1732); ex Floro Lugd. in I Cor. 7 (321).

Cap. 5 redit ad argumentum iam propositum in tract, primitivo, n. 10, seu in *Glossa* in 1 Cor. 7, 1 (PL 191, 1587 A-B) et in *Summa sent.,* VII, 3 (PL 176, 156 A-C), unde omnia in num. 1.

vicem ultra necessitatem liberos procreandi, ponam in his pro quibus quotidie dicimus h *Dimitte nobis debita nostra* » etc.

2. Ubi autem haec bona desunt, fides scilicet et proles, non videtur coitus defendi a crimine. — Unde in *Sententiolis* **Sexti Pythagorie** i 2 legitur: « Omnis ardentior amator propriae uxoris adulter est ». — **Hieronymus** *: Item **Hieronymus** 3; « Sapiens iudicio amat coniugem, non affectu. Non regnat in eo impetus voluptatis, nec praeceps fertur ad coitum. Nihil est foedius quam uxorem amare quasi adulteram. Qui dicunt se causa humani generis uxoribus iungi, imitentur saltem pecudes, et postquam venter uxoris intumuerit, non perdant filios; nec amatores se uxoribus exhibeant, sed maritos». ⊢ Idem4: «In matrimonio opera liberorum concessa sunt; voluptates autem quae de meretricum amplexibus capiuntur, in uxore damnatae ».

Cap. 6 (187).

1. **De indulgentia Apostoli, quomodo sit accipienda.** Sed si concubitus qui fit causa prolis culpa caret, quid Apostolus secundum indulgentiam permittit? Ita enim ait 5: *Hoc autem dico secundum indulgentiam.* Cui enim praestatur venia, nisi culpae? Per hoc etiam quidam probare volunt nuptias esse peccatum.

2. Sed ut supra dictum est 6, indulgentia alia est concessionis, alia permissionis. Egerat Apostolus de nuptiis et de carnali coitu, et ad utrumque retulit illud: *Hoc autem dico secundum indulgentiam.* Indulgentur enim nuptiae secundum concessionem, et concubitus nuptialis qui fit tantum

1 pro] in MOT. 13 damnatae] damnantur X, sunt *add.* V, *add. marg.* R2. 15 Apostoli... accipienda] quam facit apostolus BC *(ex elencho capp.)*

1 Resp. Matth. 6, 12. 2 Sent. 222 (M. de la Bigne, *Bibi. Patrum et vet. auctorum,.* V, Paris. 1610, 648 B; *Bibi. Maxima Patrum,* III, Lugduni 1677, 337 E). 3 *Adv. lovinianum,* I, n. 49 (PL 23 [1845], 281 A-B), ubi citatur *Sextus in sententiis.* 4 Hier., *In Eph..* 5, 25: *Viri, diligite uxores vestras* (PL 26 [1845], 532 C-D). s] cor. 7, g. 6 Dist-26, c. 3.

Num. 2. Dictum Sexti, iam in eodem tract., n. 11, seu in eadem *Glossa,* sed anonymum,. de sequenti auctoritate Hieron. excerpitur; utraque ex *Decreto,* c. 5 C. 32 q. 4 (1128s); ultima, ex c. 14 eiusdem quaestionis (1131).

Cap. 6. Hic quaestionem perficit Magister quam iam in *Glossa* in I Cor. 7, 6, proposuit (PL 176, 1598 A). Quod illic rubricatur: *Augustinus de verbis apostoli* (etiam in cod. z f. 52a)· repetitur hic in num. 3. Nullibi autem, ut videtur, invenitur inter sermones Augustino attributos, nec alibi.

causa prolis. Concubitus vero qui est praeter necessitatem generandi, ob incontinentiam, indulgetur secundum permissionem, « quia ibi aliqua culpa est, sed levis »1. Ideoque non iubetur, nec conceditur, sed permittitur, quia non est laudabilis, sed venialis.

3. **Augustinus in sermone De verbis Apostoli** *:* De hoc Augustinus2 sic ait: «Forte aliquis dicet: Si veniam concessit Apostolus, ergo peccatum sunt nuptiae: cui enim venia nisi peccato conceditur? Plane, quod infirmitati permisit secundum veniam, audeo dicere peccatum esse. Veniam namque concedens Apostolus, concubitum attendit conjugatorum, ubi est incontinentiae malum ».

Cap. 7 (188).

1. **Quod sit malum incontinentiae** Incontinentiae malum est, quod vir cognoscit uxorem etiam ultra necessitatem procreandi liberos; sed et ibi est nuptiarum bonum. — **Augustinus, super Genesim** *:* « Non 3 enim quia incontinentia malum est, ideo coniugium » ubi est concubitus praeter intentionem generationis « non est bonum. Non propter illud malum culpabile est hoc bonum, sed illud malum fit veniale propter bonum nuptiale »; quod non reprehendit Apostolus, sed malum incontinentiae.

2. **Augustinus in libro De bono coniugali** *:* Idem4: «Concubitum qui non fit causa prolis, nuptiae non cogunt fieri, sed impetrant ignosci; si tamen non ita sit nimius ut impediat tempora quae orationi debentur, nec immutetur in eum usum qui est contra naturam ». « Concubitus enim necessarius causa generandi inculpabilis, et solus ipse nuptialis est; ille vero qui ultra necessitatem progreditur, non rationi, sed libidini obsequi-

5 Rubrica *om,* RVW. 12 Quod... incontinentiae *(rubrica)]* De malo incontinentie *i(ex elencho)* BCV, *sed* BC *ponunt infra anie cap. 8, om. rubrica* WX. 13 et] etiam MV2 *(interi.), om.* ABN. 14 Rubrica *om.* BCRVWX. 19 Rubrica *om.* RVW, *trp. parum infra, ante* Concubitus (22) BX. ‖ in libro *om.* NO. 21 nimius] nimis OW, *quod corr. mg.* W2. .24 vero] est AO, *quod corr. interi, in* enim A, *quod dei.* O, *om.* W.

1 Iam in *Glossa inlerl.* in I Cor. 7, 6, sub rubrica *Aug.* (apud Lyran., VI, 42a; ‖ 48v; m 48r); inde in *Glossa* Magistri (PL 191, 1588 D, 1589 A). 2 Non invenimus extra *Glossam* Magistri (447). 3 *De Genesi ad lift.,* IX, c. 7, n. 12 (PL 34, 397; CSEL 28-1,275). * Cap. 10, n. 11 (PL 40, 381; CSEL 41, 202).

Cap. 7, n. 1: Ex *Glossa* in I Cor. 7, 6 (PL 191, 1589 B), ubi etiam auctoritas Augustini, ex Floro in h.l. (321); verba autem « ubi est... generationis » inseruit Magister ex *Glossa ordin.* (apud Lyranum, VI, 42c; cod. ‖ 48c, m 48a). — Num. 2: Ex Hugone, *De sacram.,* II, 11, 9 (PL 176, 496 C-D); sed lemma «Concubitus... libidine obsequitur» corrigi videtur ex *Glossa* in I Cor. 7, 6 (PL 191, 1589 B).

tur; et hunc non exigere, sed reddere coniugi ne fornicetur, ad coniugem pertinet. Si vero ambo tali concupiscentiae subiguntur, rem faciunt quae non est nuptiarum: cuius delicti non sunt nuptiae hortatrices, sed deprecatrices ». — « Decus i quidem coniugale est castitas procreandi, et reddendi carnalis debiti fides: hoc est opus nuptiarum quod ab omni peccato defendit Apostolus dicens 2: *Non peccat virgo si nupserit* ».

3. « Cum 3 igitur culpabilis non sit generandi intentione concubitus, qui proprie nuptiis imputandus est, quid secundum veniam concedit Apostolus, nisi quod coniuges debitum carnis exposcunt non propaginis voluntate, sed libidinis voluptate? Quae tamen voluptas non propter nuptias cadit in culpam, sed propter nuptias accipit veniam ». — « Immoderata 4 igitur progressio secundum veniam conceditur ». — « Quocirca 5 et hinc laudabiles sunt nuptiae, quia etiam illud quod non pertinet ad se, ignosci faciunt propter se. Non enim iste concubitus, quo servitur concupiscentiae, agitur ut impleatur fetus quem postulant nuptiae ».

4. **Augustinus, Contra Iulianum haereticum** «Omnino 6 igitur in genere suo nuptiae bonae sunt, quia fidem thori servant, et prolis suscipiendae causa utrumque sexum commiscent, et impietatem separationis horrent». — «Sanctitati 7 etiam coniugii nec coniux infidelis obesse potest, sed potius fidelis prodest infideli, ut Apostolus8 docet ».

5. Ex his ostenditur quod coniuges qui causa prolis tantum conveniunt, vel qui exigentibus debitum reddunt, defendit a peccato sanctitas coniugii bonumque nuptiale. Si enim absque peccato non posset fieri concubitus coniugalis, non praecepisset Dominus post diluvium eos copulari dicens 9; *Crescite et multiplicamini,* cum iam sine carnali concupiscentia non possent commisceri.

2 subiguntur] subiunguntur L, subjungantur X. 16 Rubrica *om.* OVW. 17-18 suscipiendae] suscipiendi BCOT, *sed corr. CT.*

1 Ibid., c. 11, n. 12 (382; 204). 2 I Cor. 7, 28: *Et si nupserit virgo, non peccavit;* ibid.,36: *non peccat* [vir], *si nubat.* 3 Sine rubrica hic et in *Glossa* (infra). Revera est ex libro *De nuptiis et concup.,* I, c. 14, n. 16 (PL 44, 423; CSEL 42, 229). 4 August., *De bono coniugali,* c. 11, n. 12 (PL 40, 382; CSEL 41, 204). 5 August., *De nuptiis et concup.,* loc. cit. 6 *Contra Iulianum Pelagianum,* III, c. 16, n. 30 (PL44,717). 7 August., *De bono coniugali,* c. 11, n. 13 (PL 40,383s; CSEL 41, 204s). 8 Resp. 1 Cor. 7, 14: *Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem.* 9 Gen. 9, 1.

Num. 3, ex eadem *Glossa* (1589 C), praeter « Immoderata... conceditur» (ex Hugone, uti supra). — Num. 4: Auctoritas *Contra Iulianum* iam ad finem *Glossae* in 1 Cor. 7, 6 (PL 191, 1589 D); ex fonte ignoto. Altera, ex Hugonis *De sacram.,* II, 11, 9 (496 D). — Num. 5. Secunda pars dependet a Gualt. *De coniugio,* c. 3 (PL 176, 156 B), ut notat L. Ott, *Walter* v. *Mortagne und Petrus Lombardus,* 660.

Cap. 8 (189).

1. **Quod non omnis delectatio carnis peccatum est.** Sed forte aliquis dicet omnem carnis concupiscentiam et delectationem quae est in coitu malam esse et peccatum, quia ex peccato est et inordinata i. — Et nos dicimus illam concupiscentiam semper malam esse, quia foeda est et poena peccati, sed non semper peccatum esse. Saepe enim delectatur vir sanctus secundum carnem in aliqua re, ut requiescendo post laborem, edendo post esuriem; nec tamen talis delectatio est peccatum, nisi sit immoderata. Sic et delectatio quae est in coitu coniugali cui adsunt illa tria bona, a peccato defenditur.

2. **Gregorius aliter videtur dicere?** Videtur tamen beatus **Gregorius**2 aliter sentire, scilicet quod sine peccato non possit fieri carnalis commixtio, dicens: « Vir cum propria coniuge dormiens, nisi lotus aqua ecclesiam intrare non debet. Quamvis diversae hominum nationes de hac re diversa sentiant et alia custodire videantur, Romanorum tamen semper ab antiquioribus usus fuit, post admixtionem propriae coniugis, et lavacri purificationem quaerere, et ab ingressu ecclesiae paululum temperare. Nec hoc dicentes, culpam deputamus esse coniugium; sed quia ipsa licita admixtio coniugis sine voluptate carnis fieri non potest, a sacri loci ingressu est abstinendum, quia voluptas ipsa sine culpa esse nullatenus potest ».

2 Quod... est] De malo incontinentie *(scii, titulus c.* 7 *seu 188 in élencho)* BC, *quod marg. parum infra add.* X2. 4 inordinata] est *add.* BCLT. 11 Rubrica om. RVW. 13 coniuge] uxore BCLW. 15 et *om.* MO. ‖ custodire videantur *trp.* BCLT. 15-16 semper *om.* BCLV.

1 De hoc plura in Lib. II, d. 32, cc. 1-2 (I, 511-514). 2 Gregorius Magnus,, *Responsio* ad interrogationem X Augustini Cantuariensis (PL 77, 1196 B-C); seu ad Interrogationem VIII, in Bedae *Historia ecclesiastica,* I, 27 (PL 95, 64 D). Authenticitas autem, huius documenti adhuc sub lite est, non obstante eius antiquitate. Cf. S. Brechter, O.S.B.,, *Die Quellen zur Angelsachsenmission Gregors des Grossen* (Münster 1941); P. Meyvaert, *Les «Responsiones» de S. Grégoire à S. Augustin de Cantorbéry,* in *Rev. d'Hist. eccl.* 54 (1959) 879-894; id., *Bede's Text oj the «Libellus Responsionum» of Gregory the Great to Augustine of Canterbury,* in *England before the Conquest: Studies in Primary Sources presented to D. Whitelock* (Cambridge 1971), 15-33.

Cap. 8, nn. 1-2 conficiuntur ex verbis et doctrina Gualteri in eodem cap. 3 (156 C – 157 A); necnon, inspirante eodem, ex cap. Gregorii (iam partim ibidem) in *Decreto* Gratiani,. C. 33 q. 4 c. 7 (1248s).

3. **Determinat auctoritatem.** Hoc autem, ne praedictis obviet, intelligendum est in illis qui non gratia prolis conveniunt, quorum voluptas non est sine peccato. Et vix aliqui reperiri possunt adhuc amplexus carnales experientes, qui non interdum conveniant praeter intentionem procreandae prolis. Hoc autem quoties fit, ab ingressu ecclesiae abstinendum est.

4. **Confirmat determinationem per verba eius : Gregorius :** Et quod ita intelligendum sit, **Gregorius** consequenter ostendit 1; « Si quis vero sua coniuge, non cupidine voluptatis raptus, sed tantum creandorum liberorum gratia utitur, iste profecto, sive de ingressu ecclesiae, seu de sumendo corporis dominici mysterio, suo est iudicio relinquendus, quia prohiberi a nobis non debet accipere, qui in igne positus nescit ardere. Cum vero non amor procreandae sobolis, sed voluptas dominatur in opere commixtionis, habeant coniuges etiam de commixtione sua quod defleant. Tunc autem vir qui post admixtionem coniugis lotus aqua fuerit, etiam sacram communionem valet accipere, cum ei secundum praefinitam sententiam ecclesiam licuerit intrare ».

DISTINCTIO XXXII

Cap. 1 (190).

1. **De solutione carnalis debiti.** Sciendum est etiam quia, cum in omnibus aliis vir praesit mulieri ut caput corpori: est enim *vir caput mulieris*^, in solvendo tamen carnis debito pares sunt. — Ideo Apostolus 3 utrique

3-4 amplexus carnales *trp.* BCLT. 7 eius *om.* BCX. 10 sive] seu BCWX. ‖ seu] sive ABCRWX. 12 prohiberi a nobis *trp.* BCX. 15 qui *om.* MOW. ‖ coniugis] si *add.* OW. 20 est etiam *trp.* AMO. 22 utrique] pariter *add.* ABCLW, *add. intert.* N, *add. marg.* T, pari *add. X,* parti *add. sed del.* R.

1 In eadem *Responsione* X (PL 77, 1197 B-C, et 1198 A); seu *Resp.* VIII (PL 95, 65 C-66 B). 2 Resp. I Cor. 11,3. 3 I Cor. 7, 3-4.

Num. 3 dependet a conclusione Gualterii (157 A), quae confirmatur (num. 4) ex eodem cap. Gregorii, § 2 (1249).

Dist. XXXII, cap. 1. Quasi omnia iam in *Glossa* in I Cor. 7, 3 (PL191, 1588 A-B). Auctoritas vero Augustini (in num. 2) hic exactius citatur auxiliante Gratiano, c. 3 C. 32 q. 2 (1120).

praecipit (**Ambrosius** «in1 hac causa sibi invicem subici », inquiens.· *Vir debitum reddat uxori, similiter et uxor viro,* quia *mulier non habet potestatem sui corporis sed vir; similiter et vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier.* — **Ambrosius** : Quia 2 nec mulier ad alium virum, nec vir ad aliam mulierem potestatem habet sui corporis; (**Augustinus** 3 :) nec vir ad continendum nec mulier potestatem habet sine mutuo consensu; sed alter alterius potestatem habet corporis, ut poscenti alteri non liceat alteri negare debitum. — **Ambrosius** «In4 hoc enim pares sunt», quia « nec viro nec mulieri corpus suum licet alii tradere, sed sibi invicem debitores sunt in hac causa, ne peccandi detur occasio ». — **Augustinus** : Per quod « non 5 dominium tollitur viro, sed vitium ».

2. **Augustinus in libro De bono coniugali** *: « Debent 6 enim sibi coniugati non solum ipsius sexus sui commiscendi fidem liberorum procreandorum causa, quae prima est in ista mortalitate societas, verum etiam infirmitatis invicem excipiendae, ad illicitos concubitus devitandos, mutuam quodam modo servitutem, ut etsi alteri eorum continentia placeat, nisi ex alterius consensu non possit. Ad hoc enim neuter habet potestatem sui corporis. Quod adeo verum est, ut etiam quod non filiorum procreandorum, sed infirmitatis et incontinentiae causa expetit vel ille de matrimonio vel illa, non sibi alterutrum negent, ne per hoc incidant in damnabiles corruptelas ». « Reddere 7 enim debitum coniugale nullius est criminis; exigere autem ultra generandi necessitatem, culpae est venialis; fornicari vero vel moechari puniendi est criminis ».

Cap. 2 (191).

1. **Quod neuter continere valeat nisi ex communi consensu.** Quod vero sine consensu uxoris vir continere non valeat, subditis probatur testimo-

2-3 non... corporis1] sui corp, potestatem non habet BCT. 3 similiter *om.* BC. ‖ sui corp. *trp.* MR. 5 habet *trp. post* corporis MNV. 23 vero] autem LX, *om.* M. 25 *Rubr. ex elencho capp.* BC, *diversa* RL ‖ communi consensu *trp.* LMTVX.

1 Ambrosiaster, *In I Cor. 1,* 3-4 (PL 17 [1845], 216 C; CSEL 81-11, 71). 2 Ambrosiaster, uti supra. 3 Sic in codd. nostris; in *Glossa* Magistri (1588 B), sub rubrica: *De bono coniugali* sequitur quasi idem textus ut infra in n. 2 huius capituli. 4 Ambrosiaster, *In I Cor.* 7, 3-4 (PL 17, 216 D; CSEL 81-11, 71). s *Sermo 332·.* « Vitium tibi tollitur, non dominium» (PL 38, 1463). 6 Cap. 6, ŋ. 6 (PL 40, 377; CSEL 41, 195). 7 August., ibid., c. 7, n. 6 (378; 195s).

Cap. 2 trahitur ex *Decreto* Gratiani: num. 1, ex C. 33 q. 5 c. 1 (1250); n. 2 ibidem, c. 5

niis. — **Augustinus, super psalmum CXLVI** : Ait enim **Augustinus** k « Si dicat vir: 'Continere iam volo, nolo autem uxorem: non potest. Quod enim tu vis, illa non vult. Numquid per continentiam tuam illa debet fieri fornicaria? Si alii nupserit te vivo, adultera erit. Non vult tali lucro Deus tale damnum compensari. Redde debitum; etsi non exigis, redde. Pro sanctificatione perfecta Deus tibi computabit, si non quod tibi debetur exigis, sed reddis quod debes uxori ».

2. **Augustinus, ad Ediciam** : Idem 2; « Secundum verba apostolica, etiam si vir continere voluisset, et tu noluisses, debitum tibi reddere cogeretur; et illi Deus imputaret continentiam, si non suae, sed tuae concederet infirmitati, ne in adulterium caderes ». — « Quisquis 3 igitur, compatiens infirmitati uxoris, reddit, non exigit debitum; aut si propter propriam infirmitatem ducit uxorem, plangens potius quia sine uxore esse non potuit, quam gaudens quia duxit, securus exspectat diem novissimum ».

3. **Augustinus, ad Armentarium et Paulinam** : Idem 4; « (Jna causa sola esse potest, qua te ad id quod vovisti non modo non hortaremur, sed etiam prohiberemus implere: si forte tua coniux hoc tecum suscipere animi vel carnis infirmitate recusaret. Nam vovenda talia non sunt a coniugatis nisi ex consensu et voluntate communi; et si praepropere factum fuerit, magis est corrigenda temeritas, quam persolvenda promissio. Non enim Deus exigit, si quis ex alieno aliquid voverit, sed potius usurpare vetat alienum». — **Augustinus in libro De adulterinis coniugiis** : Idem 5; « Apostolus 6 nec ad tempus, ut vacent orationi, *nisi ex consensu* voluit coniuges carnali invicem fraudari debito ».

2 nolo autem uxorem **BOOR**2, nolo iam uxorem *Aug., Grat.* ‖ nolo] nolit X, nolente AN, *corr. in* nolente R2. ‖ autem *om.* A, dicat *add.* L, scilicet dicat *add. interi. V2,* dicat subaudi *add. intert.* W2. ‖ uxorem] uxore AN, uxor MTVWX, *corr. in* uxor B2C2, *corr. in* uxore R2. *Utrum Magister in sua lectione secunda sic hunc textum mutaverit, nescimus.* 10 si] sed BCM. 11 concederet] cederet AR *Grat., quod corr.* R2. 23 coniugiis *(Rubr.) om.* ABCX. 25 coniuges] coniuge M, coniugem ACNX, coniugium *corr. in* coniugem O.

1 Ita et Gratianus (infra). Verius, *Enarr. in Ps. 149,* 8, n. 15 (PL 37, 1959; CCL 40, 2189s). 2 *Epist. 262,* n. 2 (PL 33, 1078; CSEL 57, 622s). 3 August., *Enarr. in Ps. 147,* n. 4 (PL 37, 1917; CCL 40, 2142). 4 *Epist. 127,* n. 9 (PL 33, 487; CSEL 44,28). 5 Lib. I, c. 2, n. 2 (PL 40, 452; CSEL 41, 348). 6 Resp. j Cor. 7, 5.

(1252); n. 3: prima auctoritas ibidem, c. 6 (1252), altera ex C. 33 q. 4 c. 11 (1250); nn. 4-5: auctoritas ex C. 33 q. 5 c. 11 (1253), cum conclusione Gratiani; quaestio ad initium n. 5 et opinio Gratiani (« Quibusdam »), ex dicto eius post c. 11 (1254); conclusio Magistri fundatur in *Decreto,* C. 33 q. 5 c. 10 (1253).

4. **Augustinus in Quaestionibus Numeri.** — Idem i; « Manifestum est ita voluisse Legem feminam sub viro esse, ut nulla eius vota, quae abstinentiae causa voverit, reddantur ab ea, nisi auctor fuerit vir permittendo. Nam cum ad peccatum eiusdem viri pertinere voluerit Lex 2, si prius permiserit et postea prohibuerit, non tamen dixit ut faciat mulier quod voverat, quia permissa iam prius a viro fuerat. Viri dixit esse peccatum, quia abnuit quod prius concesserat; non tamen mulieri ex hoc iussum dedit ut, cum prius vir ei concesserit, postea si prohibuerit contemnatur». — Ex his apparet quod vir vel mulier continentiam Deo offerre non potest sine communi consensu, nec alter alteri debitum negare debet.

5. Si vero quilibet eorum alterum a suo iure absolverit, ad praeteritam servitutem numquid revocare poterit? Hoc enim videtur **Augustinus** supra 3 voluisse. — Quibusdam videtur quod mulier non discedens a domo viri, quae viro permittente continentiam promiserit, eodem prohibente solvere non valeat; et hoc propter dignitatem viri, qui est *caput mulieris* 4. — Sed melius hoc intelligitur in tali casu, ubi vir concedit mulieri vovere continentiam, et ante votum prohibet implere. — **Ex concilio Remensi.** Si vero habitum mutaverit, non potest revocari, secundum illud 5; « Qui uxorem suam velare permiserit, aliam non accipiat, sed similiter convertatur ».

Cap. 3 (192).

1. **Quibus temporibus cessandum sit a coitu.** Et licet debitum poscenti sit semper solvendum, non licet tamen quolibet die poscere. — **Augustinus in libro De quaestionibus veteris et novi testamenti.** Unde Augustinus 6; « Christiano cum uxore sua aliquando licet convenire, aliquando non. Propter processionis enim dies et ieiuniorum aliquando non

1 Rubrica *om.* ABCVWX. ‖ Quaestionibus] questione LMO. 8 concesserit] concesserat MOX. 11 suo iure *trp.* BCT. 15 valeat] valet LW, poterat M. 22 poscenti *om.* BC, *add. interi.* T. 23-24 Rubrica *om.* BCVWX. 24 quaestionibus] questione LMNO. ‖ veteris et novi *trp.* MO.

1 *Quaest. in Heptat.* IV, q. 59 (PL 34, 745; CSEL 28-11, 365; CCL 33, 272). 2 Resp. Num. 30, 16: *Sin autem contradixerit postquam rescivit, portabit ipse iniquitatem eius.* 3 In num. 4. 4 Resp. I Cor. 11, 3; Eph. 5, 23. 5 Potius in Concilio Vermeriensi (753), c. 21 (PL 96, 1508 C). « Revera Ambrosiaster, quaest. 127 (PL 35, 2385; CSEL 50,415).

Cap. 3, n. 1: Auctoritates ex eodem *Decreto,* C. 33 q. 4 capp. 5, 2, et 4 (1247s).

licet convenire, quia etiam a licitis abstinendum est, ut facilius impetrari possit quod postulatur ». — Idem i; « Quoties enim vel dies Nativitatis vel reliquae festivitates advenerint, non solum a concubinarum consortio sed etiam a propriis uxoribus abstinete ». — **Ambrosius**: Item Ambrosius[2]: « Si causa procreandorum filiorum ducitur uxor, non multum tempus concessum videtur ad ipsum usum, quia et dies festi, et dies processionis, et ipsa ratio conceptus et partus iuxta legem cessare usum carnis his debere temporibus demonstrant ».

2. **Hieronymus videtur dissentire a praemissis. — Hieronymus in sermone quodam**: Illi autem quod dictum est[3], reddere debitum non esse peccatum, videtur obviare quod ait **Hieronymus**[4]: « Quicumque uxori debitum reddit, vacare non potest orationi, nec carnes Agni edere ». — Item[5]; « Si panes propositionis ab his qui uxores suas tetigerant, comedi non poterant[6], quanto magis *panis qui de caelo descendit* ? non potest ab his qui conjugalibus paulo ante haesere complexibus violari atque contingi. Non quod nuptias condemnemus, sed quod eo tempore quo carnes Agni manducaturi sumus, vacare a carnalibus operibus debeamus ».

3. Hoc capitulum proprie ad ministros Ecclesiae pertinere videtur, quibus non licebat sacra officia celebrare atque mysteria tempore coniugalis amplexus[8], quo etiam praesentia Spiritus Sancti non datur. — **Hieronymus, super Matthaeum**: Unde idem ait[9]; « Connubia legitima carent quidem peccato, nec tamen tempore illo quo conjugales actus ge-

2 a *om.* **BCO**, *add. interi.* **NT**. **4** abstinete] abstinere **BCW**, est abstinendum **M**, *corr. ex* abstinente **LN**, *corr. ex* abstine **V2**. **22** nec] non **ABCOTX**.

1 Uti hic iacet, textus legitur in sermone 3 appendicis Operum S. Maximi ep.Taurinensis: «Et ideo quotiescumque aut dies Natalis Domini aut reliquae festivitates adveniunt..., non solum ab infelici concubinarum consortio, sed etiam a propriis uxoribus abstinete » (PL 57, 849 A); in forma originali est Caesarii Arelatensis *Sermo 188,* n. 4 (CCL 104, 765; cf. etiam PL 39, 1976). 2 Ambrosiaster, *In I Cor.* 7, 5 (PL 17 [1845], 217 A-B; CSEL 81-11, 72). 3 Supra, c. 1, n. 2 in fine. 4 Hieron., tract. *De exodo, in vigilia Paschae:* « Ut autem sciatis, fratres carissimi, quoniam quicumque uxori debitum reddit, non potest vacare orationi, nec de carnibus agni comedere... » (PL 40, 1204; CCL 78, 540, lin. 120s); de quo cf. PLS II, 93. 5 Ibid., parum infra (lin. 126-132). 6 Resp. I Reg. 21, 4. 7 Ioan. 6,51. 8 cf. *Glossa ordin.* in Luc. 1,23: «Vicis suae tempore pontifices templi tantum officiis mancipati, non solum a complexu uxorum, sed etiam a domorum ingressu abstinebant » (apud Lyranum, V, 124a), ex Beda in h.l. (PL 92, 314 A; CCL 120, 27s). 9 Verba sunt Origenis, *In Num.,* hom. 6, n. 3 (PG 12, 610 C; GCS 30 [1921], 35).

Num, 2 ex eadem q. 4 cap. 1 et c. 1, § 1 (1247). — Num. 3 ex C. 32 q. 2 c. 4 (1120), unde rubrica.

runtur praesentia Spiritus Sancti dabitur, etiam si propheta esse videatur qui officio generationis obsequitur ».

Cap. 4 (193).

Quibus temporibus non sint celebrandae nuptiae. — Ex concilio Verdensi *: Nec solum in opere carnali observanda sunt tempora, sed etiam in celebrandis nuptiis, secundum illud i; « Non oportet a Septuagesima usque in Octavam Paschae, et tribus hebdomadibus ante festum sancti loannis, et ab Adventu Domini usque post Epiphaniam nuptias celebrare. Quod si factum fuerit, separentur ». — **Nicolaus, ad consulta Bulgarorum** *: Item, **Nicolaus**2: « Nec uxorem ducere, nec coniugia facere, quadragesimali tempore convenire posse ullo modo arbitror ».

DISTINCTIO XXXIII

Cap. 1 (194).

1. **De diversis legibus coniugii.** Quaeritur hic de antiquis Patribus, qui plures simul leguntur habuisse uxores vel concubinas, utrum peccaverint. — Ad quod dicimus: Pro varietate temporum varia invenitur dispensatio Conditoris.

4 sint] sunt ALVW. 7 in] ad BCNRT. ‖ loannis] baptiste *add.* CM. 10 Nicolaus] papa *add.* M, *add. interi.* N. 14 legibus coniugii *trp.* ALMNTW.

1 Potius legendum est cum Gratiano (infra) *Hilerdensi* (Lerida), anno 546. lam uti hie iacet, sub rubrica *Ex Concilio Hilerdensi* in *Decretis* Burchardi, IX, c. 4 (cod. apographus Vatic. *Palat. 586,* f. 4r; PL 140, 816 A); proinde non sumitur ex Concilio Salegunstadtiensi, a. 1022, ut recenter asseritur post Ae. Friedberg in h.l. a H. J. F. Reinhardt, *Die Ehelehre der Schute des Anselm von Laon,* 209. 2 Nicolaus I, *Epist. 97,* n. xlviii (I. Mansi, XV, 419 A; PL 119, 999 A).

Cap. 4. Duae auctoritates ex C. 33 q. 4 capp. 10-11 (1249s).

Dist. XXXIII. Cf. Hugo de S. Victore, *De sacram.* II, 11, 10 (PL 176, 496 D - 497 D); Gualterus, *Summa sent.,* VII, 5 (PL 176, 157 C - 158 C); Gratianus, C. 23 q. 4 (1125-31); *Sententiae Hermanni,* c. 31 (PL 178,1745 C-D); *Sententiae* [pseudo-] *Anselmi,* ed. F. Bliemetzrieder, in BGPTMA XVIIl, Heft 2-3, 136s; L. Ott, *Walter von Mortagne und Petrus Lombardus,* 664s. — Cap. 1, n. 1. Responsio ex dicto Gratiani post c. 2 C. 32 q. 4 (1127).

2. Ab exordio enim temporis inter duos tantum, Adam scilicet et Evam, inchoatum est coniugium, Deo per os Adae dicente 1; *Homo adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una.* Et secundum inchoationis modum, inter duos tantum per omnem successionem temporum contraheretur, si primi homines in obedientia perstitissent. — Post eorum vero copulam, filii et filiae eorum matrimonio coniuncti sunt, sed unus uni tantum. Ideo autem fratres sororibus sunt copulati, quia non erant aliae mulieres vel viri, quibus Adae filii vel filiae iungerentur. — Primus omnium Lamech duas legitur2 simul habuisse uxores; et hoc in eo arguitur, quia pro expletione carnalis voluptatis id fecisse perhibetur. — Postea vero, cum iam pene omnes homines falsis diis servirent, paucis in cultu Dei permanentibus, consultum est a Deo plures in matrimonium copulare sibi, ne illis paucis deficientibus, cultus et notitia Dei deficeret.

3. Unde Abraham vivente uxore ad ancillam intravit et ex ea genuit 3. Iacob etiam liberis et ancillis se copulavit4; et filiae Lot patre ebrio usae sunt 5. Cum enim, ceteris in idolatria relictis, Abraham et filios eius in peculiarem sibi populum Dominus delegisset, rite multarum fecunditate mulierum populi Dei multiplicatio quaerebatur, quia in successione sanguinis erat successio religionis. Unde etiam in Lege 6 maledicta erat sterilis quae non reliquebat semen super terram. Hinc etiam sacerdotibus coniugia decreta sunt, quia in successione familiae successio est officii. — Non igitur Abraham vel Iacob deliquit, quia praeter uxorem filios ex ancilla quaesivit; nec illorum exemplo praeter coniugale debitum fecunditatem in aliqua licet alicui quaerere, cum illorum coniugia nostrorum aequantur virginitati, et immoderatus usus coniugii nostri temporis turpitudinem fere imitetur fornicationis illius temporis.

4. **Augustinus in libro De virginibus.** De hoc Augustinus sic

7 sororibus] tunc *add.* ANVW, *add. interi.* T. ‖ aliae] aliene MOTX, *corr. ex* aliene N. 8 vel2] et BCLV *Summa Sent., corr. ex* et X. 9 legitur simul *trp.* CTW. 17 delegisset] elegisset BCTW *Grat.*

1 Gen. 2, 24. 2 Resp. Oen. 4, 19. 3 Gen. 16, 2-4. 4 Gen. 30, 1-23. 5 Gen. 19, 31-36. 6 Cf. Exod. 23, 26: *Non erit infecunda nec sterilis in terra tua;* Deut. 7, 14: *Non erit apud te sterilis;* Deut. 25, 5-10. Cf. August., *De bono coniugali,* c. 22 (PL 40, 391; CSEL 41, 221s).

Num. 2: Ex Gualteri Summa *sent.,* VII, 5 (157 C–158 A). — Num. 3 conficitur ex dictis Gratiani, C. 32 q. 4, ante cap. 1 (1125), ut videtur; dein («Cum enim...»), ante c. 3 (1127). — Num. 4. Ut ex ipsa rubrica apparet, fons est Hugo, *De sacram.,* II, 11, 10 (497 A).

ait i: « Antiquis iustis non fuit peccatum, quod pluribus feminis utebantur: neque contra naturam hoc faciebant, cum non lasciviendi causa, sed gignendi hoc facerent; nec contra morem, quia eo tempore ea fiebant; nec contra praeceptum, quia nulla lege erat prohibitum ».

5. **Augustinus, super Genesim** Idem 2; « Obiciuntur iacob quatuor uxores: quod, quando mos erat, crimen non erat». «Sic3 Patriarchae coniugibus excipientibus semen suum miscebantur, non concupiscentia perficiendae voluptatis, sed providentia propagandae successionis; sicut Apostoli auditoribus suis admirantibus doctrinam suam condelectabantur, non aviditate consequendae laudis, sed caritate seminandae veritatis ».

6. **Idem** Idem alibi4: «Antiquis temporibus, cum adhuc salutis nostrae mysterium velaretur, iusti officio propagandi nuptias contrahebant: non victi libidine, sed ducti pietate; qui multo facilius continere possent et vellent. Utebantur tamen coniugibus, et plures uni viro habere licebat: quas castius habebat quam nunc unam quilibet istorum, in quibus videmus quod secundum veniam concedit Apostolus5. Habebant enim eas in opere generandi, non in morbo desiderii ».

7. **Ambrosius in libro De patriarchis** Item Ambrosius6: « Dixit Sara ad Abrahamp: *Ecce conclusit me Dominus ut non pariam. Intra ergo ad ancillam meam, ut filium facias ex ea;* et ita factum est. Considera primum quod Abraham ante Legem Moysi et ante Evangelium fuit. Non ergo in Legem commisit Abraham si Legem praevenit: nondum enim interdictum videbatur ». Secundo considera quod « non 8 ardore aliquo vagae succensus libidinis, non petulantis formae captus decore, ancillae contubernio coniugalem posthabuit thorum, sed studio quaerendae po-

3 fiebant] faciebant ANRVW. 9 suis *om.* ABCR. 14 etq si BCT, etsi W, vel si *add. interi.* V2. 22 Legeml] lege BCORTW.

1 Revera *De bono coniugali,* c. 25, n. 33 (PL 40, 395; CSEL 41, 228). 2 Rubrica non obstante, est *Contra Faustum,* XXII, c. 47 (PL 42, 428; CSEL 25, 639). 3 Ibid., c. 48 (430; 641). 4 *De bono coniugali,* c. 13, n. 15 (PL 40, 384; CSEL 41, 207s). 3 Resp. I Cor. 7, 6. « *De Abraham patriarcha,* c. 4, n. 23 (PL 14 [1845], 429 B; CSEL 32-1, 517s). 7 Gen. 16, 2. 8 Ambrosius, ibid., n. 24 (430 B; 518s).

Num. 5: ex Gratiani *Decreto,* C. 32 q. 4 c. 7 (1129), ubi invenitur sine rubrica. — Num. 6 iterum ex *De sacram.* (496 D - 497 A). Quod datur sine rubrica etiam in *De sacram,* demonstrat, ut notat L. Ott *(Walter* v. *Mortagne* 665, n. 33), quod nec Hugo nec Magister ante se habuerant tractatulum *Cum omnia sacramenta* (ed. F. Bliemetzrieder, 136). Aequo canone excludit *Sententias Magistri A.* (ed. Reinhardt, cap. 45, p. 180). — Num. 7. Ex *Decreto* Gratiani, C. 32 q. 4 c. 3 (1128).

steritatis et propagandae sobolis. Adhuc post diluvium raritas erat humani generis, erat etiam religionis. Denique et Loth sancti hanc filiae causam quaerendae posteritatis habuerunt i, ne genus deficeret humanum; et ideo publici muneris gratia privatam culpam praetexit ».

8. Augustinus in libro De virginibus Item Augustinus[2]: « Justus quamvis cupiat *dissolvi et esse cum Christo i,* tamen sumit alimentum: non cupiditate vivendi, sed officio consulendi, ut maneat, quod necessarium est propter alios. Sic misceri feminis iure nuptiarum officiosum fuit sanctis viris, non libidinosum ». « Quod enim est cibus ad salutem hominis, hoc est concubitus ad salutem generis. Et utrumque non est sine delectatione carnali; quae tamen modificata, et refrenante temperantia in usum naturalem redacta, libido esse non potest. Quod autem in sustentando vitam illicitus est cibus, hoc est in quaerenda prole fornicarius vel illicitus concubitus; et quod est in cibo licito immoderatior appetitus, hoc est in coniugibus venialis ille concubitus ».

Cap. 2 (195).

1. **Non praefertur virginitas Ioannis castitati Abrahae. — Augustinus in libro De virginibus** Quod vero castitas virginalis non praeferatur in merito coniugali castitati Abrahae, Augustinus ostendit inquiens[4]: « Sicut non est impar meritum patientiae in Petro qui passus est, et in Ioanne qui passus non est; sic non est impar meritum continentiae in Ioanne qui nullas expertus est nuptias, et in Abraham qui filios genuit. Nam illius caelibatus et istius connubium pro temporum distributione

2-3 Loth... causam] hanc fidem filie Loth causa L. 2 sancti] et sancti sacerdotes A, *om.* BC. 5 Rubrica *om.* NVW. 9 sanctis viris *trp.* BCLMNT. 10 salutem] humani *add.* LTW. 14 cibo licito *trp.* BCLT. ‖ licito] vetito A, illicito MT, *quod corr.* T. 17 Titulus *ex elencho capp.* BCX. ‖ Non] Quod *praem.* LW. 23 pro temporum distributione (Hugo)] per temp, distributionem ANOTW.

1 Gen. 19, 31-36. 2 Rectius, *De bono coniugali,* cc. 15-16, nn. 17-18 (PL 40, 385; CSEL 41, 210s). 3 Resp. Phil. 1, 23-24: *Desiderium habens dissolvi et esse cum Christo... permanere autem in carne, necessarium propter vos.* 4 *De bono coniugali,* cc. 21-22, nn. 26-27 (PL 40, 391s; CSEL 41, 221s).

Num. 8: Rubrica ex Hugone *De sacram.,* II, 11, 10 (PL 176, 497 A), unde Magister deduxit quod haec auctoritas infra posita (497 C-D) esset de eodem libro.

Cap. 2, num. 1: Rubrica conficitur ex titulo Gratiani ante auctoritatem Hieron. infra positam. Illa Augustini, ex Hugone, *De sacram.* II, 11, 10 (497 B), cum eodem errore quoad rubricam. Illa Hieron., ex *Decreto,* C. 32 q. 4 c. 6 (1129).

Christo militaverunt. Sed continentiam loannes in opere, Abraham in solo habebat habitu ». « Melior e.st autem castitas caelibum quam nuptiarum: quarum unam Abraham habebat in usu, ambas in habitu. Caste enim coniugaliter vixit. Esse autem castus sine coniugio potuit, sed tunc non oportuit ». — **Hieronymus**: Item **Hieronymus**1: « Quis ignoret sub alta dispensatione Dei omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti, cuius nunc Christiani sunt? Quomodo Abraham ante placuit in coniugio, sic nunc virgines placent in castitate. Servivit ille legi et tempori suo; serviamus et nos legi et tempori nostro, *in quos fines saeculorum devenerunt* 2 ».

2. Ex his apparet quod sancti Patres ante Legem sine peccato plures habuerunt uxores vel concubinas. Eas enim nunc 'uxores' appellat Scriptura, nunc 'concubinas'. Rachel et Lia ambae uxores fuere, non concubinae 3.

3. **Oppositio**: Si quis opponat quod fidem thori non servabant illi Patres, dicimus in hoc servasse fidem thori, quia non aliis, sed propriis uxoribus vel ancillis miscebantur. — Ecce quae fuerit consuetudo in hac re ante Legem.

Cap. 3 (196).

Quae erat consuetudo sub Lege: Legis vero tempore interdixit Moyses4 carnalem copulam fieri cum matre, cum noverca, cum sorore, cum nepti, cum amita, cum matertera, cum nuru et aliis quibusdam. Permisit autem divortium fieri, dato libello repudii5, in quo vir scribebat causas pro quibus uxorem repudiabat. Permisit etiam aliam ducere, dato priori libello: « quod « propter *duritiam cordis* eorum permissum Christus dicit7, non ut concederetur dissidium, sed ut tolleretur homicidium ».

3 habebat] habuit MT. ‖ ambas] autem *add.* BCLT. 5 Hieronymus *(rubrica) om.* BCMRVWX. 13 fuere] fuerunt ALNRVW. 15 Oppositio *om.* BCRVX. ‖ *Hic inc. cap. 3 (190) in* ABL; *incipit ad* Ecce *(lin. 17) in* MTW. 17 in hac re *om.* ABC. 22 nepti] nepte LVWX. 23 vir *trp. post* causas BCLT.

1 *Adv. Iovinianum,* II, n. 4 (PL 23 [1845], 288 B). 2 Resp. I Cor. 10, 11. 3 Resp. Gen. 29, 16-34. Cf. August., *Contra Faustum,* XXII, c. 51: «quatuor istae uxores Iacob, quarum duae liberae, duae ancillae fuerunt » (PL 42, 432; CSEL 25, 645). 4 Resp. Levit. 18, 6-18. 5 Deut. 24, 1. » Pseudo-Beda, *In Matth.* 5, 31 (PL 92, 28 C-D); saltem ambigitur de genuinitate (PLS 4, 2221). 7 Resp. Matth. 19, 8.

Cap. 3: Consuetudo describitur ope *Summae sent.,* VII, 5 (PL 176, 158 A); cuius ratio trahitur ex *Olossa ordin.* in Matth. 5, 31 (apud Lyran. V, 21c), ubi ultima phrasis Chrysostomo attribuitur.

— **Ioannes Chrysostomus**[1]: « Permisit l fieri mala ne fierent peiora; et hoc permittendo, non Dei iustitiam demonstravit, sed in peccatore minuit culpam ».

Cap. 4 (197).

1. **Cui licebat plures habere vel non.** Sed numquid sub Lege licebat plures habere uxores? Audi quid scriptum est in Deuteronomio[2]: *Non habebit uxores plurimas, quae allidant animam eius.* — **Augustinus**[3]: Super quem locum **Augustinus** ait[3]; « Manifestum est Salomonem hoc praeceptum transisse[4]; David autem plures habuit[5], nec praeceptum praeteriit. Permissum est enim plures habere, non *plurimas quae allidant animam* multiplicare. Cum tamen additur[6]; ***ut non elevetur cor eius,*** alienigenas prohibitum esse videtur. Verumtamen multiplicatio uxorum generaliter prohibita est; permissum est autem regi plures habere, sed non multiplicare ».

2. Veniente autem plenitudinis tempore[7], quo Christi gratia ubique est dilatata, reducta est lex nuptiarum ad priorem honestioremque institutionem, ut unus uni in figura Christi et Ecclesiae iungatur. — Nec quaeritur electio muneris in successione generis, sed in perfectione vitae et sinceritate scientiae; et virginitas fecunditati praefertur, et sacerdotibus continentia indicitur.

3. **De virginitate mentis et carnis.** Melior est autem virginitas mentis quam carnis. — **Ambrosius in libro De virginibus**[8]: Unde **Ambrosius**[8]; « Tolerabilius est mentem virginem quam carnem habere. Utrumque bonum est si liceat; si non liceat, saltem non homini casti, sed Deo

5 licebat2 *trp. post* numquid NRTVX. 7 habebit] habebis BTX (in corr.), *om.* C. ‖ eius] tuam T, viri BC, viri *add. mg.* X. 12 prohibitum] prohibitas AV, *quod corr. interi.* V2. ‖ prohibitum esse *trp.* BCLT. 16 est dilatata *trp.* BCLMX. 22 Ambrosius (in *rubrica) om.* BLTX.

1 Pseudo-Chrysostomus, *In Matth. opus imperf.,* hom. 32 (PG 56, 801). 2 Deut. 17, 17. 3 *Quaest. in Heptat.,* V, q. 27 (PL 34, 760; CSEL 28-11, 391s; CCL 33, 291). 4 Resp. III Reg. 11, 1-3. 5 Cf. I Reg. 25, 42-44; II Reg. 5,13. « Deut. 17, 20. 7 Resp. Gal. 4, 4. 8 Lib. II, c. 4, n. 24 (PL 16 [1845], 213 B-C).

Cap. 4, n. 1: Auctoritas Augustini ex *Glossa ordin.* in Deut. 17, 17 (apud Lyran. I, 350c). — Num. 2: Prima pars mixtim ex dicto Gratiani ante c. 3 C. 32 q. 4 (1127) et ex Gualteri tractatu in *Summa sent.,* VII, 5 (158 B). Altera pars, verbotenus ex eodem dicto Gratiani. — Num. 3. Omnia ex *Decreto,* C. 32 q. 5 c. 1 (1132), cui praemittitur titulus: «Melior est virginitas mentis quam carnis »; dein c. 2 (ibid.).

simus ». « Virgo 1 prostitui potest, adulterari non potest. Nec lupanaria infamant castitatem, sed castitas etiam loci abolet infamiam ». — Idem2; « Non potest caro ante corrumpi, nisi mens ante fuerit corrupta ».

4. **Isidorus in Synonymis.** Item Isidorus 3; «Non potest corpus corrumpi, nisi prius animus corruptus fuerit. Munda enim a contagione anima, caro non peccat ». In fine huius capituli aperitur quomodo verum sit, nisi anima prius fuerit corrupta, corpus non posse corrumpi, scilicet peccato.

5. **Augustinus in libro De bono coniugali.** Illud etiam Augustini 4 advertendum est: « Sicut, inquit, sanctius est mori fame quam idolothytis vesci, ita sanctius est defungi sine liberis quam ex illicito coitu stirpem quaerere. Undecumque vero nascantur homines, si parentum vitia non sectentur et Deum recte colant, honesti et salvi erunt. Semen enim, ex qualicumque homine, Dei creatura est; et eo male utenti male erit, non ipsum aliquando malum erit ».

DISTINCTIO XXXIV

Cap. 1 (198).

De personis legitimis. Nunc superest attendere quae personae sint legitimae ad contrahendum matrimonium. Legitimae iudicantur personae secundum statuta Patrum, quae diversa sunt. Aliae namque fuerunt legitimae ante Legem, aliae sub Lege, aliae in tempore gratiae. Item in pri-

4 Rubrica *om.* CVW. | iugali] coniugii ABCLTX. Isidorus (in *rubrica) om.* BX. 12 nascantur] nascuntur CMX. 9 Rubrica *om.* VW. || coniugali] coniugii ABCLTX. 20 diversa] diverse AM.

l Ibid.,n. 26 (214 A), n. 11 (PL 16, 370 B). 2 Rectius Ps-Ambrosius, *De lapsu virginis consecratae,* c. 4. 3 Lib. II, n. 7 (PL 83, 847 A). 4 Cap. 16, n. 18 (PL 40, 385s; CSEL 41, 211).

Num. 4. Isidorus invenitur ibid., c. 8 (1134). Quod « finis huius capituli » demonstrat, sequentibus etiam capitulis 9 et 11 aequo modo illustratur (1134s). — Num. 5: ex c. 8 C. 32 q. 4 (1129).

Dist. XXXIV, cap. 1. Omnia praeter verba introductoria, ex tractatu primitivo (n. 6) seu *Glossa* in 1 Cor. 7, 1 (PL 191, 1586 C-D), ex fonte ignoto. Ad verbum *frigiditatem* (quod legitur in omnibus codd. tam *Glossae* quam *Sent,* quos consuluimus) *Glossa* pseudo-Petri Pictaviensis annotat: « Alia littera habet *per fragilitatem,* que melior est » (codd. n 65a, p 113c).

Tnitiva Ecclesia quaedam erant legitimae, quae modo non sunt. Earum vero quae modo legitimae sunt vel illegitimae, quaedam sunt plene legitimae, quaedam omnino illegitimae, quaedam mediae. — Plene legitimae sunt, quibus non obviat votum continentiae, vel ordo sacer, vel cognatio, vel dispar cultus, vel conditio, vel naturae frigiditas, et si quod est aliud. — Penitus vero illegitimae sunt per votum, per ordinem, per cognationem, per disparem cultum. — Medii vero, scilicet nec plene legitimi nec omnino illegitimi, per frigiditatem vel conditionem. Si enim tales iunguntur ignoranter, commanere possunt quibusdam accidentibus causis, et eisdem deficientibus dividi.

Cap. 2 (199).

1. **De frigidis separandis.** De his qui causa frigiditatis debitum reddere non possunt, consulit beatus **Gregoriusl** ut permaneant. Sed « si mulier causatur dicens: Volo esse mater et filios procreare », decernit ut « uterque eorum septima manu propinquorum » iuret quod « nunquam » carnaliter convenerint, et « tunc mulier secundas nuptias » contrahat. « Vir autem qui frigidae naturae est », absque spe coniugii permaneat.

2. **Gregorius Ioanni Ravennati archiepiscopo :** Ait enim sic 2; « Interrogasti de his qui matrimonio iuncti sunt et nubere non possunt, si ille aliam, vel illa alium ducere possit. De quibus scriptum est 3; Vir et mulier si se coniunxerint, et post dixerit mulier de viro quod coire non

2 sunt] *trp. post* modo BCM, *trp. post* illegitimae LT. 5 quod] quid AMVX. 7 Medii] medie ALW, *corr. in* medie R. ‖ scilicet] sunt ABC, sunt *praem.* M. 7-8 legitimi] sunt *add. interi.* T. 8 illegitimi] scilicet *add.* A, sunt *add.* RVX, *add. interi.* N2. ‖ vel] per *add.* ALMT. 9 iunguntur ignoranter *trp.* BCMNRV ‖ accidentibus] accedentibus ANRVX. 12 separandis] vel non *add.* NRVW *elenchus capp.* 17 permaneat] permanet L, maneat AVX, *quod corr.* X2. 18 Rubrica *om.* VW. ‖ Ravennati *am.* BCMOTX.

1 Vide verba Gregorio attributa, infra in n. 3: *Ex epistola eiusdem,* 2 Potius verba Rabani Mauri sunt, in *Epist. ad Heribaldum* seu *Poenitentiali,* c. 29 (PL 110, 491 A), ut iam notat L. Machielsen, *Les spurii...,* 254s, ubi etiam agitur de titulo huius operis; cf. etiam P. F. Kehr, *Italia Pontificia,* V, 26. » *In legibus humanis* (rubr. marg.), scii, in *Codice,* V, 17, 10 *(Corp. Iur. Civ.,* II, Berolini 1906, 213a); cf. etiam *Capitularia* Benedicti Levitae, II, nn. 55 et 91 (PL 97, 757 C; 760 C).

Cap. 2, num. 1: Mixtim componitur ex dicto Gratiani (§ 3) ante c. 29 C. 27 q. 2 (1071) et ex verbis Gregorii in c. 2 C. 33 q. 1 (1149), uti infra in n. 3. — Num. 2: Ex *Decreto,* c. 1 C. 33 q. 1 (1149).

possit cum ea, si potest probare quod dicit per iustum iudicium, accipiat alium; si vero ille acceperit aliam, separentur ».

3. **Ex epistola eiusdem :** Item k « De his requisisti qui ob causam frigidae naturae dicunt se non posse, invicem operam carni dantes, commisceri. **(Consulit :)** Iste vero, si non potest ea uti pro uxore, habeat eam quasi sororem. **(Et hic solvit :)** Quod si retinaculum coniugale voluerint rescindere, maneant utrique innupti. Nam si huic non potuit naturaliter concordare, quomodo alteri conveniet? Igitur si vir aliam uxorem vult accipere, manifesta patet ratio: quia, suggerente diabolo odii fomitem, exosam eam habuerit, et ideo eam dimittere mendacii falsitate molitur. Quod si mulier causatur et dicit: Volo esse mater et filios procreare, uterque eorum septima manu propinquorum, tactis sacrosanctis reliquiis, iureiurando dicat ut nunquam per commixtionem carnis coniuncti una caro effecti fuissent. Tunc videtur mulierem secundas posse contrahere nuptias: *humanum dico propter infirmitatem carnis eorum 1.* Vir autem qui frigidae naturae est maneat sine coniuge. Quod si et ille aliam copulam acceperit, tunc hi qui iuraverant periurii crimine rei teneantur; et poenitentia peracta, priora cogantur recipere connubia ».

4. Hoc servandum est cum uterque idem fatetur. Sed vir si asserit se debitum reddidisse uxori et illa diffitetur, cui potius fides habenda sit merito quaeritur. — **In concilio apud Compendium :** De hoc ita statutum est 3; « Si quis accepit uxorem et habuit eam aliquo tempore, et ipsa femina dicit quod nunquam coisset cum ea, et ille vir dicit quod sic fecit, in veritate viri consistat, quia *vir est caput mulieris 4* ». Hoc de naturali impossibilitate statutum est.

3 Ex epistola] exempla BCLMORX, *om.* VW. 4 carni] carnis ALNTVW, *quod corr.* T. 5 Consulit *(rubrica) om.* RVW. 6 Et hic solvit *om.* ARVW. ‖ solvit] consulit BCLMNT. ‖ voluerint] voluerit ANORX. 14 mulierem] mulier ABCLTVW. ‖ secundas] duas BCMO, *quod corr.* O, vel secundas *add. interi. C2.* 20 habenda] adhibenda LTVW. 21 Rubrica *om.* RVW. 22 accepit] acceperit AMX. ‖ habuit] habet M, habuerit ALNTX.

i De fontibus huius numeri, cf. L. Machielsen, *Les spurii...,* 252ss. 2 Rom. 6, 19. 3 Anno 757 celebrato, coram duobus legatis pontificiis (Georgio ep. Ostiensis et Ioanne sacellario), c. 20 (PL 96, 1515; MGH, *Leges,* I, 29). 4 Eph. 5, 23; cf. I Cor. 11, 3.

Num. 3 ex eodem cap. 2 ut supra in num. 1 (1149). — Num. 4 ex dicto Gratiani ante c. 3, ex ipso c. 3 C. 33 q. 1, et ex dicto post c. 3 (H49s).

Cap. 3 (200).

1. **De his qui maleficiis impediti coire non possunt. — Hincmarus Remensis archiepiscopus.** De maleficii autem impedimento hoc tenendum decernitur: Quod « si 1 per sortiarias et maleficas concubitus non sequitur, hortandi sunt, quibus ista eveniunt, ut spiritu contrito et humiliato 2 Deo et sacerdoti de omnibus peccatis confessionem faciant, et lacrymis atque eleemosynis, orationibus et ieiuniis Domino satisfaciant. Et per exorcismos ac cetera ecclesiasticae disciplinae munimina ministri Ecclesiae tales sanare procurent. Quod si non potuerint, separari valebunt. Sed postquam alias nuptias expetierint, illis viventibus quibus iunctae fuerint, prioribus quos reliquerant, etiam si possibilitas concumbendi eis reddita fuerit, reconciliari nequibunt ».

2. Quod in fine huius capituli continetur, ex rigore magis dictum intelligendum est quam ex canonica aequitate. Vel intelligendum est non posse reconciliari prioribus nisi iudicio Ecclesiae, quo divisio facta fuerit.

Cap. 4 (201).

1. **De furiosis addit. — Fabianus Papa** Furiosi quoque, dum in amentia sunt, matrimonium contrahere non valent. Unde **Fabianus**3: « Neque furiosus neque furiosa matrimonium contrahere possunt; sed si contractum fuerit, non separentur ».

2. **Nicolaus Papa.** Item **Nicolaus**4: « Hi qui matrimonium sani contraxerunt, et uni ex duobus vel ambobus amentia vel furor vel

2 non possunt] nequeunt BCLWX (ex *elencho capp.).* 2-3 Hincmarus Remensis archiepiscopus *om.* RVW. 4 Quod *om.* RW, *del.* L. ‖ maleficas] maleficias ABCOT, *quod corr.* BOT, maleficia W. 10 fuerint *corr. in* fuerat LT. 15 fuerit] fuerat ACLRVX. 17 Fabianus Papa *om.* BCRVWX. 18 Fabianus] papa *add.* T, *add. interi.* N2. 21 Nicolaus Papa *om.* BCRVWX.

1 *Epist. 22 (ad Roduljum et Frotarium),* quibusdam hic omissis (PL 126, 151 A-C). 2 Cf. Ps. 50, 19. 3 Cap. spurium. 4 Nicolaus I, Epist. 157: *Si* [non *Hi] qui* (PL 119, 1198 C; MGH, *Epist.,* VI, 678); sed rectius ab omnibus abiudicatur.

Cap. 3, n. 1: Ex *Decreto,* C. 33 q. 1 c. 4 (1150).

Cap. 4, n. 1: Mixtim ex Gualt., *Summa sent.,* VII, c. 16 (PL 176, 166 C) et ex Gratiano, C. 23 q. 1 c. 26 (1147). Capitulum non est Fabiani, sed Iulii Pauli iuristae *Sent.* II, tit. 20 c. 4 (ut notat Ae. Friedberg, ibid.); eadem attributio apud alios, ut in *Sent. Magistri A.,* cap. 105 (ed. H. J. F. Reinhardt, 198). — Num. 2: Ex eodem loco Iulii Pauli, secundum Ae. Friedberg (1146, annot. 228); ex *Decreto* accipitur a I. Mansi inter Decreta Nicolai, tit. XVII, c. vii *(Concilia,* XV, 447); etc.

aliqua infirmitas accesserit, ob hanc infirmitatem talium coniugia solvi non possunt. Similiter etiam sciendum de his qui ab adversariis excaecantur, vel membris truncantur, vel a barbaris exsecti fuerint ».

Cap. 5 (202).

1. **De his qui cum duabus sororibus dormiunt.** De his etiam qui cum duabus sororibus vel quae cum duobus fratribus dormiunt, videndum est quid censeant canones.

2. **Ex Aurelianensi Concilio** «Quii dormierit cum duabus sororibus, et una ex illis ante fuerit uxor, neutram ex ipsis habeat; nec ipsi adulteri unquam in coniugio copulentur ». Item nec proprie uxori sibi licet reddere debitum, quam sibi reddidit illicitam sororem eius cognoscendo. Nec etiam post mortem uxoris licet ei vel adulterae copulari in coniugium.

3. **Zacharias Papa.** Item Zacharias Papa2: «Concubuisti cum sorore uxoris tuae? Si fecisti, neutram habeas; et uxor tua, si non fuerit conscia sceleris et continere non vult, nubat in Domino cui vult 3. Tu vero et adultera sine spe coniugii maneatis, et dum vivitis poenitentiam agite». Quod ait, 'cui vult nubat', intelligendum est: post mortem viri.

4. **Gregorius.** Unde Gregorius4: « Qui uxores suas in adulterio

2 etiam] est BCRV, *om.* X. ‖ sciendum] est *add.* LMOX. 8 Rubrica *om.* ARVW. 10 Item nec] Item: Nec ABCMOW. ‖ sibi *add. interi.* NR, *om.* OX. 12 adulterae] alicui *add.* L (Graf.), *add. interi.* N2. ‖ copulari] alicui *add.* W. 14 Rubrica *om.* RVW. 19 Rubrica *om.* NRVW. 19-1 (p. 467) uxores suas... deprehendunt] uxorem suam... deprehenderit BCM.

1 Potius, ut notat A. Friedberg, cap. 12 exstat Capitularis Vermeriensis, an. 753 (I. Mansi XII, 560; PL 96, 1508 A). 2 Spurium; ex quodam libro poenitentiali insertum in Burchardi *Decretorum libri XX,* lib. XIX, c. 5 (PL 140, 965 D). 3 Resp. I Cor. 7, 39: *Quod si dormierit vir eius...; cui vult nubat, tantum in Domino.* 4 Pars prior huius cap., ut notat L. Machielsen, *Les spurii...,* 266, fundatur in c. 11 (10) Concilii Arelatensis (A.D. 314): « De his qui coniuges suas in adulterio deprehendunt, et idem sunt adulescentes fideles et prohibentur nubere, placuit ut, quantum possit, consilium eis detur ne alias uxores, viventibus etiam uxoribus suis licet adulteris, accipiant » (CCL 148, 11). Altera pars, ut videtur, ex fonte ignoto.

Cap. 5, n. 2: Ex *Decreto,* C. 27 q. 2 c. 30 (1072); quod sequitur, dictum est Gratiani post hoc cap. (ubi loco *Item* legitur *Id est).* Idem cap. repetitur in C. 32 q. 7 c. 21 (1146), ubi videtur adscribi (cum c. 20) Maguntiniensi Concilio, sicut in *Sententiis* Magistri Gandulphi Bononiensis (ed. I. De Walter, 589). — Num. 3: Ex *Decreto,* C. 32 q. 7 c. 23 (1146). — Num. 4: ibidem, c. 22. Glossa Magistri ad finem capituli trahi videtur ex contextu Gratiani.

deprehendunt, nec ille nec illa aliam uxorem accipiet vel alium virum quamdiu ambo vivunt. Si vero adultera mortua fierit, vir eius si vult nubat; adultera vero nunquam, etsi mortuus fuerit vir eius, sed omnibus diebus poenitentiae lamenta persolvat ». Hic de illo adulterio agitur, quod cum cognato viri vel cum cognata uxoris committitur.

Cap. 6 (203).

Non est dimittenda uxor pro aliqua macula seu deformi corpore. Illud etiam sciendum est, quod pro aliqua infirmitate vel macula corporali non licet viro uxorem dimittere, et e converso, sed debet alter alteri subsidia providere. — **Augustinus in libro De sermone Domini in monte** [1]: Unde **Augustinus**: «Si uxorem quis habeat sterilem, seu deformem corpore, sive debilem membris, vel caecam, vel claudam, vel surdam, vel si quid aliud, sive morbis vel laboribus doloribusque confectam, et quidquid (excepta fornicatione) excogitari potest vehementer horribile, pro societate fideque sustineat ».

DISTINCTIO XXXV

Cap. 1 (204).

1. **Eodem iure utitur vir et mulier.** Hoc etiam notandum est, quod cum Dominus concedat uxorem dimitti causa fornicationis viro, eadem licentia non tollitur feminis. — **Hieronymus, ad Oceanum de morte Fa-**

1 accipiet] accipiat LMVX, *quod corr.* X. 4 diebus] vite sue *add.* M *Grat.* ‖ Hic *in codd.* ANORT *hic introducitur rubrica sequens, quae unacum H maiusculo initium signat novi capituli.* 7 seu deformi corpore *om.* BCX. ‖ deformi] deformem ORT, *quod corr.* R. 10 Rubrica *om.* MNVW. 11-12 seu deformem corpore *om.* MOWX, *add. interi.* N2R. 12 sive] seu BCV. 13 laboribus doloribusque] doloribus *(om.* O) laboribusque BCOR, doloribus (et *interi.2)* laboribus V. 18 est *om.* LRX, *add. interi.* T. 19 cum *om. O, add. interi.* N2.

1 Lib. I, c. 18, n. 54 (PL 34, 1257; CCL 35, 62).

Cap. 6. Dependet a Gualtero, *Summa sent.,* VII, c. 2 (PL 176, 170 B-C), ubi etiam rubrica *Augustinus...,* et ipsa auctoritas. Quam tamen correxit Magister, ut videtur, ex c. 18 C. 32 q. 5 (1137).

Dist. XXXV. Cap. 1: Principium ad initium enuntiatum derivatur a *Summa sent.,* VII,

biolae *. Unde **Hieronymus** 1: « Praecepit Dominus 2 uxorem non dimitti, *excepta causa fornicationis;* et si dimissa fuerit, *manere innuptam.* Quidquid viris praecipitur, hoc consequenter redundat ad feminas: non enim adultera uxor dimittenda est, et vir moechus tenendus ». — Item 3; «Apud nos quod non licet feminis, aeque non licet viris; et eadem servitus pari conditione censetur ». — Ex his ostenditur quod mulier potest .super fornicatione virum convenire ut vir mulierem.

2. **Innocentius Papa** *. Unde **Innocentius** Papa 4: « Christiana religio adulterium in utroque sexu pari ratione condemnat. Sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant. Viri autem liberius uxores suas adulteras apud sacerdotes deferre consueverunt; et ideo mulieribus, prodito earum crimine, communio negatur; virorum autem latente commisso, non facile quisquam ex suspicionibus arcetur: qui submovebitur si eius flagitium detegatur ».

Cap. 2 (205).

Quod fornicariam nequit dimittere vir nisi ipse expers fuerit, et e converso. Si vero quaeritur an adulter adulteram possit dimittere causa fornicationis, dicimus quia nequit adultera uxor dimitti a viro nisi et ipse expers fornicationis exsistat, et e converso.

2. **Augustinus in libro primo De sermone Domini in monte** *. Unde **Augustinus** 5; « Nihil iniquius est quam causa fornicationis dimittere uxorem, si et ipse convincitur fornicari. Occurrit enim illud 6; *In quo alterum iudicas, teipsum condemnas.* Quapropter quisquis fornicationis causa vult abicere uxorem, prior debet esse a fornicatione purgatus. Quod

7 fornicatione] fornicationem CMRVX, *quod corr.* R. 8 Rubrica *om.* BCORVWX. 10 accusant] accusent BCLT, *quod corr.* CT. 13 arcetur] arceatur AOTWX, *quod corr.* T. 20 Rubrica *om. BCVWX.* ‖ primo *om.* ALN.

1 *Epist.* 77, n. 3 (PL 22 [1859], 691; CSEL 55,39). 2 Matth. 5, 32; et 19,9; I Cor. 7, 10. 3 Hieron., ibid. (691; 40). 4 Epist. decretalis *Consulenti tibi (ad Exsuperium ep. Tolosanum),* 20 febr. 405 (ed. H. Wurm, *Decretales selectae ex antiquissimis Romanorum Pontificum epistolis decretalibus,* in *Apollinaris* 12, 1939, 70); alibi ut *Epist. 6,* c. 4, n. 10 (PL 20, 499 B–500 A). 5 Cap. 16, n. 47 (PL 34, 1253; CCL 35, 53). « Rom. 2, 1.

c. 19 (168 A); confirmatur autem capitulis ex *Decreto* sumptis. Illa Hieronymi, ex C. 33 q. 5 c. 19 et 20 (1137s); conclusio dependet a dicto Gratiani ante c. 23 (1138), quod citatur in num. 2.

Cap. 2. Quaestio ponitur in dicto Gratiani ante c. 1 C. 32 q. 6 (1139); prima auctoritas (in n. 2) idem est capitulum, iam in parte in *Summa sent.,* VII, 19 (168 B); altera, ex *Decreto,* C. 32 q. 6 c. 4 (1139); conclusio Gratiani est, post c. 5 (1140).

similiter etiam de femina dixerim ». — **Idem, De adulterinis coniugiis :** Idem i; « Indignantur mariti si audiant adulteros viros pendere similes adulteris feminis poenas, cum tanto gravius eos puniri oportuerit, quanto magis ad eos pertinet et virtute vincere et exemplo regere feminas ». — Ex his apparet quod adulter adulteram dimittere non valet, et e converso.

Cap. 3 (206).

1. **Quod possunt reconciliari qui causa fornicationis separantur. Si** quis autem fornicationis expers fornicariam dimiserit, alii copulari non potest; sed continere oportet, vel ad dimissam redire; sic et de femina. — Unde Apostolus 2; *His qui matrimonio iuncti sunt, praecipio non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere; quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari;* et de viro addit: *Et vir uxorem non dimittat.*

2. **Ambrosius :** Sed Ambrosius ait 3; « Ideo non subdit de viro sicut de muliere, quia licet viro aliam ducere ». — Sed hoc a falsariis in Ambrosii libro positum creditur.

3. **Augustinus, super Epistolam ad Corinthios :** Supplendum enim esse in viro **quod** de uxore praemisit, aperte dicit Augustinus, sic 4: « Quare non addit de muliere quod praemisit de viro nisi quod si-

1 etiam] et LMOTVW. || Rubrica *om.* BCVWX. 14 Rubrica *om.* CRVX. 17-18 enim esse *trp.* BCM. 18 esse] est MLV, *sed corr.* V, *om.* ORX.

1 Lib. II, c. 8, n. 7 (PL 40, 475; CSEL 41, 389). 2 I Cor. 7, 10-11. 3 id est Ambrosiaster, in I Cor. 7, 11: *«Et virum uxorem non dimittere.* Subauditur autem: excepta fornicationis causa. Et ideo non subiecit dicens, sicut de muliere: *Quod si discesserit, manere* sic, quia viro licet ducere uxorem, si dimiserit uxorem peccantem; quia non ita lege constringitur vir sicut mulier; *caput* enim *mulieris vir* est » (PL 17 [1845], 218 B-C; CSEL 81-11, 75; I Cor. 11, 3). 4 Ita rubrica ex Gratiano (infra); sed verius, *De serm. Domini in monte,* I, c. 16, n. 43 (PL 34, 1251; CSEL 35, 48).

Cap. 3, n. 1: Cf. Gualterus, *Summa sent.,* VII, 19 (168 C -169 D); Gratianus, C. 32 q. 7 (1140ss); et Magister, in I Cor. 7, 10 (PL 191, 1590 B -1591 A). — Num. 2. Iam in *Glossa* (1590 D -1591 A) Magister citat pseudo-Ambrosium, cum eodem commento: « Quod a falsariis dicitur esse appositum»; sed unde hauserit, nescimus. Quasi eadem auctoritas apud Gratianum, C. 32 q. 7 c. 17 (1144), cum commento post cap. 18 (1145); quod tamen non est fons huius loci. — Num. 3: Ut rubrica demonstrat, prima auctoritas (praeter quaedam verba adiuncta a Magistro) ex *Decreto,* C. 32 q. 7 c. 3 (1140s). Secunda, ex c. 4 eiusdem C. 32 q. 7 (1141). Tertia, iam in *Glossa* in I Cor. 7, 10-11 (PL 191, 1590 C) praeter ultima verba; unde Tons est *Decretum,* ibid., c. 6 (1141).

milem formam vult intelligi, ut si dimiserit (quod causa fornicationis permittitur), maneat sine uxore, aut reconcilietur uxori ? ». — **Idem in libro De sermone Domini in monte :** Idem i; « Si nec illi nubere conceditur vivo viro a quo recessit, nec huic alteram ducere viva uxore quam dimisit, multo minus fas est illicita cum quibuslibet stupra committere ». — **Idem in eodem :** Idem 2; « ut non facile dimittatur uxor, Dominus solam fornicationis causam excepit; ceteras vero universas molestias, si quae exstiterint, iubet pro fide coniugali et pro castitate fortiter sustineri, et moechum dixit qui a viro solutam duxerit ».

4. Ex his ostenditur quod, si causa fornicationis fit separatio, non potest vir vel mulier in aliam transire copulam; possunt autem reconciliari et cohabitare sicut prius, si dimissum alter revocare voluerit.

5. **Quae praedictis videntur obviare. — Ioannes Chrysostomus, super Matthaeum :** Dicit tamen **Ioannes Chrysostomus** 3; « Sicut crudelis et iniquus est qui castam dimittit, sic fatuus est et iniquus qui retinet meretricem. Patronus enim turpitudinis est, qui celat crimen uxoris ». — **Hieronymus :** Item **Hieronymus**4* « Cum mulier unam carnem in aliam diviserit et se fornicatione a marito separaverit, non debet teneri, ne virum quoque sub maledicto faciat, dicente Scriptura 5; *Qui tenet adulteram, stultus et impius est*». — Idem, ad Amandum scribens presbyterum 6, de quadam quae viro suo vivente alii nupserat sic ait: « Rem novam loquor, immo non novam, sed veterem, quae veteris Testamenti auctoritate confirmatur 7: Si reliquerit secundum virum mulier et reconciliari voluerit priori, non potest».

6. **Determinatio.** Sed haec omnia intelligenda sunt de illa quae ab adulterio recedere noluit, nec per poenitentiam peccatum delere: quod si vir scienter patitur, consentire videtur. Si enim in adulterio perseverare

14 tamen] enim BCNR. 17 Hieronymus *(rubrica) om.* **CRVWX. 26 noluit] noluerit ABCT.**

1 Ibid., c. 14, n. 39 (1249; 43). 2 Ibid. (1248; 42). 3 Ps-Chrysostomus, *In Matth. opus imperf.,* hom. 32 (PG 56, 802). *4 In Matth.* 19, 9 (PL 26 [1845], 135 A). 5 Prov. 18, 22. » Hieron., *Epist. 55,* n. 4 (PL 22 [1859]. 563; CSEL 54, 495). 7 Resp. Deut. 24, 1-4.

Num. 4 adaptatur ex *Summa sent.,* VII, 19 (PL 176, 168 C). — Num. 5: Pseudo-Chrysostomus, ex *Decreto,* C. 32 q. 1 c. 1 (1115); prima Hieron., ibid., c. 2 (1116); altera autem eiusdem, ex *Summa sent.,* VII, 19 (PL 176, 168 C-D), non, ut iam notavit L. Ott *(Walter von Mortagne,* 688), ex *Decreto,* C. 34 q. 1 c. 3 (1258). — Num. 6: Prima phrasis trahitur ex dictis supra in Dist. 39, nn. 3-4; reliqua, ex dicto Gratiani post c. 10 C. 32 q. 1 (1118).

elegit, patronus turpitudinis et lenocinii reus maritus habebitur, nisi eam adulterii ream facere voluerit.

7. Si autem a peccato recesserit et per poenitentiam illud purgaverit, poterit viro reconciliari. -- **Augustinus, ad Pollentium.** Unde Augustinus i; « Quod tibi durum videtur, ut post adulterium reconcilietur coniux, si fides adsit, non erit durum. Cur enim adhuc deputamus adulteros, quos credimus poenitentia esse sanatos? » — **Idem in libro De adulterinis coniugiis.** Idem 2: « Non erit turpis nec difficilis etiam post patrata et purgata adulteria reconciliatio coniugii, ubi per claves regni caelorum non dubitatur fieri remissio peccatorum 3: non ut post viri divortium adultera revocetur, sed ut post Christi consortium adultera non vocetur ».

8. **Gregorius in libro Pastorum.** Item Gregorius· « Debet recipere peccatricem quae poenitentiam egit, sed non saepe ». — **Hermes.** Item Hermes5: « Si vir scierit uxorem suam deliquisse et non egerit poenitentiam mulier, sed permanet in fornicatione sua, et vivit cum illa vir, reus erit et particeps peccati eius. Quod si mulier dimissa egerit poenitentiam et voluerit ad virum reverti, debet recipere peccatricem quae poenitentiam egit, sed non saepe ».

Cap. 4 (207).

1. **De illis qui se ante polluerunt per adulterium.** Solet etiam quaeri an valeat duci in coniugium quae prius est polluta per adulterium. —

1 elegit] elegerit LMV. 2 facere voluerit *trp.* BCV. 13 Rubrica *om.* BCVWX. ‖ Pastorum] pastorali A. 14 egit] egerit BCTV, *quod corr. V.* ‖ Hermes *(rubrica)]* in libro Pastorum *add. A Summa Sent., om.* RVW. 22 est polluta *trp.* BCLTW.

1 Scii, in *De adulterinis coniugiis ad Pollentium,* II, c. 6, n. 5 (PL 40, 473s; CSEL -41, 387). 2 Ibid., c. 9, n. 8 (476; 390s). 3 ReSp. Matth. 16, 19. 4 Male interpretans titulum *in libro Pastorum* in fonte suo, censuit Magister Gregorii *Regulam pastoralem* sic allegatam esse; inde auctoritatem duplicavit. 5 Hermes, *Pastor,* II, mandatum 4, c. 1 (PG 2, 919; ed. S. Colombo, Milano 1954, 533 et 535).

Num. 7 conficitur ex rubrica et auctoritate Augustini in C. 32 q. 1 c. 7; secunda auctoritas, ibid., c. 8 (1117); iam in parte invenitur in *Summa sent.,* VII, c. 19 (PL 176,168 D). — Num. 8: De Gregorio, videsis notam supra. Verba Hermae, potius ex *Summa sent.,* VII, 19 (PL 176, 168 D -169 A) quam ex *Decreto,* C. 34 qq. 1-2 c. 7 (1259s), ubi desunt ultima verba: « sed non saepe ».

Cap. 4. Hic manifeste Magister perficit quaestionem Guaiteri, cap. 13 (PL 176,165 A-B)

Leo Papa. De hoc Léo Papa ait L « Nullus ducat in matrimonium quam prius polluit adulterio ». — **Ex concilio Triburiensi.** Item 2: « Relatum est auribus sanctorum sacerdotum quendam alterius uxorem stupro violasse, et insuper moechae juramentum dedisse quod post legitimi mariti mortem, si superviveret, duceret eam uxorem; quod et factum est. Tale ergo connubium prohibemus et anathematizamus ». — His aliisque auctoritatibus vetantur in coniugium copulari qui se prius adulterio maculârunt.

2. **Quae praemissis contradicunt.** — **Augustinus in libro De nuptiis et concupiscentia.** Sed econtra Augustinus testatur dicens 3; « Denique mortuo eo cum quo fuit verum connubium, fieri potest coniugium cum qua praecessit adulterium ». — **Idem in libro De bono coniugali.** Idem4: «Posse fieri sane licitas nuptias ex personis illicite coniunctis, honesto placito subséquente, manifestum est ».

3. **Determinatio.** Sed haec ultima auctoritas de concubinis loquitur, perhibens concubinam posse transire ad honestum placitum nuptiarum, si castitatem et fidem servare velit. — Prima vero auctoritas Augustini de illis agit qui de peccato poenituerunt et nihil in morte viri machinati sunt, nec vivente viro fidem adulterae dedit moechus quod eam in coniugio duceret, si superviveret. Qui vero haec faciunt, aliis praemissis auctoritatibus prohibentur copulari.

1 Leo Papa *(rubrica) om,* BCRVX. 2 Ex concilio Triburiense *om,* RVW. 7-8 maculârunt] maculaverunt LMNTVW. 12 Rubrica *om,* MRVW.

1 Rectius, ut iam demonstrat H. J. F. Reinhardt, *Die Eltelehre der Scitule des Anselm von Laon,* 122, decisio est Concilii Triburiensis (895), de quo in nota sequenti. 2 Paraphrasis exstat cap. 40 Concilii (I. Mansi, *Concilia,* XVIII, 152 B-D). 3 Lib. I, c. 10, n. 11 (PL 44, 420; CSEL 42, 223). * Cap. 14, n. 17 (PL 40, 385; CSEL 41, 209).

ope *Decreti* Gratiani, C. 31 q. 1, ubi « Quaeritur an possit duci in coniugium quae prius est polluta per adulterium » (1108). Auctoritates in num. 1 adducuntur a Gualtero, sed hic potius formulantur ut in *Decreto:* illa Leonis in c. 1 (1108), alia Concilii in c. 4 (1109); conclusio est Gualteri. — Num. 2: Ambo Augustini, in c. 2 (1108). — Determinatio trahitur ex dictis Gratiani, post c. 2 (1108), ac inde post c. 3 (1109).

DISTINCTIO XXXVI

Cap. 1 (208).

1. **Si pro extrema conditione valeat uxor separari a viro et e converso.** Nunc de conditione videamus an valeat coniugium dividere. — Ad quod dicimus quia non negatur ingenua posse nubere servo, sed si nescitur esse servilis conditionis, libere potest dimitti cum servitus eius fuerit deprehensa; secundum illud (**In concilio apud Vemeriam** [1]: «Si quis ingenuus homo ancillam alterius uxorem acceperit, et aestimat quod ingenua sit, si ipsa femina fuerit postea in servitute detecta, si eam a servitute redimere potest, faciat; si non potest, si voluerit aliam accipiat. Si vero ancillam eam scierat et collaudaverat, post eam ut legitimam habeat ». — **In eodem** [2]: Item ex eodem 2: « Si femina ingenua acceperit servum, sciens quod servus esset, habeat eum, quia omnes unum Patrem habemus in caelis 3. Una lex erit viro et feminae ».

2. Cum dicitur 'sciens illum servum', datur intelligi quod si nescierit illum servum esse, non cogitur manere cum ipso. Si enim conditionis dolum patitur, non cogitur adhaerere ei cuius fraude decepta est. — Si autem scierit vir conditionem mulieris, vel e converso, non valet eam dimittere. — **Zacharias Papa** [4]: Unde Zacharias Papa 4. « Si quis liber ancil-

9 servitute] servitutem ABCMOW. ‖ detecta] redacta M, deiecta X *(cf. notatio Correctorum in h.l. apud Friedberg, Corpus I, 1093).* 11 post eam] postea eam A, postea BCMNX, *corr. in* postea T *(cf. notatio, ibidem).*

1 *Peppini Regis Capitulare Vermeriense* (an. 753), c. 6 (PL 96, 1507 B, ubi deest ultima phrasis « Si vero... habeat »; ipse textus deest in I. Mansi, *Concilia,* XII, 565ss). 2 Uti hic iacet, invenitur apud I. Mansi, *Concilia,* XII, 566; sub alia formula in eodem c. 6 in PL 96, 1507 B. 3 Resp. Matth. 23, 9: *Unus est enim Pater vester qui in caelis est.* 4 Non invenitur sub nomine Zachariae; sed non eo ipso negatur eius authenticitas. Pluries invenitur sine nomine Papae: cf. *Excerptiones Egberti Eborac.,* n. 124 (I. Mansi, XII, 424 E; PL 89, 393 D); Benedictus Levita, *Capitularia* II, c. 95 (PL 97, 760 D - 761 A); semper sine ultimis verbis: « nisi ob fornicationem ».

Dist. XXXVI. Cf. L. Ott, *Walter von Mortagne and P. Lombardus,* 683ss. — Cap. 1, n. 1: Quaestio de conditione est Gratiani in dicto ante c. 1 C. 29 q. 2 (1092); quod sequitur, ex dicto eius ante c. 4 (1093); dein (in c. 4 et 5) duae auctoritates (1093s), quae adducuntur etiam in *Summa sent.,* VII, c. 14 (PL 176, 165 C-D). — Num. 2: Primum dictum est Gratiani ante c. 7 C. 39 q. 2 (1094); aliud deducitur ex eodem necnon et ex dicto ante c. 4 (1093). Verba Zachariae, in c. 2 (ibid.).

Iam in matrimonio acceperit, non habeat licentiam dimittere eam, sf consensu amborum coniuncti sunt, nisi ob fornicationem ». De illis agit quibus alterutrius conditio nota est quando conjunguntur.

Cap. 2 (209).

1. **De copula servi et ancillae diversorum dominorum.** Quaeritur etiam, si servus unius ancillam alterius acceperit, an sit inter eos coniugium. — **In concilio Cabillonensi** *:* De hoc ita statutum est 1; « Dictum est nobis quod quidam legitima servorum matrimonia potestativa quadam praesumptione dirimant, non attendentes illud 2: *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Unde nobis visum est ut coniugia servorum non dirimantur, etsi diversos dominos habeant; sed in uno coniugio permanentes, dominis serviant suis. Et hoc in illis observandum est, ubi legalis coniunctio fuit et per voluntatem dominorum ».

2. Attende finem huius capituli, ubi videtur innui praeter voluntatem dominorum inter servum et ancillam non posse contrahi coniugium, vel si contrahitur, non esse ratum. — Quibusdam tamen videtur inter eos posse fieri coniugium dominis ignorantibus.

Cap. 3 (210).

1. **De viro qui se facit servum ut dividatur ab uxore.** Illud etiam notandum, quod si mulier virum liberum acceperit, et ille, ut causam praestet dissidii, se alicuius servum fecerit, nec uxorem dimittere, nec illa ob vinculum coniugii in servitutem redigi poterit.

2. **In Triburiensi concilio** *:* Unde illud 3; « Perlatum est ad sanctam Synodum quod quidam ingenuus ingenuam acceperit uxorem, et post fi-

1 **matrimonio] matrimonium BCW.** 9 **Quod] quos BCLV.** 19 **facit] fecit NW.**

1 Concil. Cabillonense II (813), c. 30 (Mansi XIV, 99); ap. Benedict. Levitam, *Capitularia,* add. III, c. 54 (PL 97, 878). 2 Matth. 19, 6. 3 Fons incertus; non invenitur inter capitula huius Concilii.

Cap. 2, num. 1. Statutum concilii iam in *Summa sent.,* VII, 14 (PL 176, 166 A-B); sed fons est *Decretum,* ubi quaestio proponitur ante c. 8 C. 29 q. 2; auctoritas est idem c. 8 (1095). — Num. 2. Nonnullis mutatis, ex *Summa sent.,* post idem statutum (166 B); sub *Quibusdam* subaudi Gualterum (ibid.).

Cap. 3, ŋ. 1: Ex dicto Gratiani ante c. 7 C. 29 q. 2 (1094). Num. 2 est ipsum c. 7.

liorum procreationem, occasione divortii cuiusdam se servum fecerit. Utrum mulierem necessario tenere debeat, et si tenuerit, an illa etiam servituti subici debeat, quaesitum est. Judicatum est uxorem minime debere dimitti, non tamen ob Christi legem mulierem in servitutem redigi: dum ille non ex consensu coniugis se servum fecerit, quem liberum ipsa maritum acceperat ».

Cap. 4 (211).

1. **De aetate contrahentium.** Hoc etiam sciendum est, quod pueri ante quatuordecim annos et puellae ante duodecim, secundum leges 1, matrimonium inire nequeunt. Quod si ante praedicta tempora copulam inierint, separari possunt, quamvis voluntate et assensu parentum iuncti sint. Qui vero in pueritia copulati, post annos pubertatis nolunt se relinquere, sed in coniunctione permanere, iam ex hoc efficiuntur coniuges, et deinceps nequeunt separari.

2. Item: Sponsalia ante septennium contrahi non possunt. Solo enim consensu contrahuntur, qui intervenire non potest, nisi ab alterutra parte intelligatur quod inter eos agitur.

3. Duo illa exsecuti sumus 2, cum aliorum quorundam adiectione, quibus coniugium solvi potest nec tamen solvi semper necesse est. Nunc de aliis, quae personas illegitimas penitus faciunt, addendum est, et primum de ordine.

DISTINCTIO XXXVII

Cap. 1 (212).

1. **In quo ordine nequeat fieri coniugium.** Sunt igitur quidam ordines in quibus nullatenus potest contrahi coniugium, et si intercesserit copula,

1 fecerit] fecit AL. 4 non] nec MT. 12 sint] sunt BCMX, fuerint N. 15 Item *om.* BCLRV.

1 *Digesta,* XXIII, tit. 2, lex 4 (Cor. Iur. Civ. I, 330b). 2 Scilicet de frigiditate et conditione aliisque ad personas illegitimas medias spectantibus, de quibus Dist. 34, c. 1.

Cap. 4, n. 1: Ex *Sumina sent.,* VII, c. 15 (PL 176, 166 C). — Num. 2 dictum est Gratiani ante c. unicum C. 30 q. 2 (1099s).

Dist. XXXVII. Cap. 1, n. 1 derivatur ex capitulis infra citatis, praeter ultimam phrasim, quae dependet ex dicto ante c. 14 Dist. 32 (121).

fit divortium: ut sacerdotium, diaconatus et subdiaconatus. In aliis vero permittitur sortiri coniugium, nisi religionis habitum sumpserint vel votum continentiae fecerint.

2. **Leo Papa** Unde Leo Papal; «Clericos, lectores, ostiarios, exorcistas, acolythos, si extra votum et habitum inveniuntur et continentiam profiteri nolunt, uxorem ducere virginem Ecclesia Romana permittit; non viduam, vel repudiatam, quia deinceps nec ad subdiaconatum provehi poterunt, nec laicus uxorem sortitus non-virginem vel bigamus ad clericatum». — **Ex Carthaginensi Concilio** Item ex Carthaginensi Concilio2: «Placuit episcopos, presbyteros, diaconos, subdiaconos etiam ab uxoribus abstinere: quod si non fecerint, etiam ab ecclesiastico removeantur officio; ceteros vero clericos ad hoc non cogi ».

3. **Leo Papa** Item Leo3: « Lex continentiae eadem est ministris altaris, quae episcopis et presbyteris: qui cum essent laici vel lectores, licite uxores ducere potuerunt; sed cum ad praedictos pervenerunt gradus, coepit eis non licere quod licuit ». — **In VI Synodo** Item in Sexta Synodo4: « Si quis eorum qui ad clerum accedunt, voluerit nuptiali lege mulieri copulari, hoc ante ordinem subdiaconatus faciat ».

1 et *om.* BCNV. 4 Papa *om.* RVX. 7 vel] non TX. 8 non-virginem] nec nisi virg. M, nec virg. BCOW, *quod corr.* O. 12 cogi] cogit CLMNORTWX, *quod corr.* NW. 14vei *om.* MNOW, *add. interi.* LT. 15 pervenerunt] pervenerit BCMX, *corr. in* pervenerint NV. 17 clerum] clericatum MTX. ‖ voluerit] volunt N, *corr. ex* voluerint LR.

1 Immo Leonis IX legatus, Humbertus episc. Silvae Candidae, *Responsio contra libellum Nicetae Abbatis* (an. 1054), n. 32 (PL 143, 999 D - 1000 A). 2 Prima pars: « Placuit... abstinere», invenitur inter gesta Concilii Carthagensis II (390), ad finem n. 1 (CCL 149, 13); et in *Ferrandi Carthagensis diaconi breviatio canonum,* n. 16, (ibid., 288); reliqua, ex can. 25 inter *Canones in causa Apiarii* (ibid., 108s). 3 Leo I, *Epist. 167 (ad Rusticum Narbon. episc.),* inq. 3 (PL 54, 1204 A). 4 Sexta Synodus (seu Concil. Oecum. VI) revera erat Constantinopol. III (680-681); verba hic prolata verius sunt alterius, Quinisexti seu in Trullo, ibid., an. 692, c. 6 (I. Mansi XI, 943 D).

Num. 2: Prima auctoritas, ex eodem c. 14 D. 32 (121); alia, ex c. 13 (121s). — Num. 3: Illa Leonis prima pars est c. 10 D. 31 (113); alia est c. 7 D. 32 (119s). In quibusdam codicibus mss. hic (in marginibus, ut in pluribus) inseruntur tres aliae auctoritates; de quibus vide nostra Prolegomena.

Cap. 2 (213).

1. **De interfectoribus coniugum suarum. — Nicolaus Papa.** His adiciendum est de occisoribus suarum coniugum. De quibus **Nicolaus** scribit Radulpho Bituricensi archiepiscopo 1: « Interfectores suarum coniugum sine iudicio, cum non addis 'adulterarum' vel aliquid huiusmodi, quid aliud habendi sunt quam homicidae, ac per hoc ad poenitentiam redigendi? Quibus penitus denegatur coniugium ».

2, Hic videtur **Nicolaus** permittere maritis pro adulterio vel alio huiusmodi uxores suas interficere; sed ecclesiastica disciplina spirituali gladio, non materiali, criminosos feriri iubet. — **Nicolaus Papa Albino archiepiscopo.** Unde idem **Nicolaus** 2: « Inter haec vestra Sanctitas addere studuit: si cuius uxor adulterium perpetraverit, utrum marito eius liceat secundum mundanam legem 3 interficere. Sed sancta Dei Ecclesia nunquam mundanis constringitur legibus, gladium non habet nisi spiritualem ». — **Pius Papa.** Item **Pius** Papa 4: « Quicumque propriam uxorem absque lege et sine causa interfecerit aliamque duxerit, armis depositis publicam agat poenitentiam; et si contumax exstiterit, anathematizetur usquequo consentiat ».

2 Nicolaus Papa *om.* RVW. 4 Radulpho Bituricensi archiepiscopo AMNT, *om. alii codd.* 10-11 Nicolaus... archiepiscopo] Idem A, *om.* CVW.

1 Nicolaus I, *Epist. 66 (ad Rodulfum Bituric. archiep.),* c. 6 (PL 119, 885 A). *2 Epist. 26 (ad Carolum Moguntin. archiep.* vel *Albinum archiep.)* (PL 119, 811 B; MGH, *Epist.* VI, n. 156, 677); spurium tamen designatur apud A. Brackmann, *Germania Pontificia,* II-1, 124; et III, 92. *3 Digestae* seu *Pandectae,* XLVIII, tit. 5, lex 21-25 *(Corpus luris Civilis,* I, 848). 4 Spurium; fundatur, praeter ultima tria verba, in cap. Wormatiensi pro lege habendo, n. 3 (PL 97, 637 A-B); de quo Hincmarus in *De divortio Hlotharii et Tebergae,* interrog. V: « Nostri etiam aevi Augustus piae memoriae in synodo ac placito generali apud Wormatiam... de hac unde agitur causa... ita decernens: Quicumque, propria uxore derelicta, vel sine culpa interfecta...; et si contumax fuerit, comprehendatur a comite... » (PL 125, 652 D-653 - A.)

Cap. 2, n. 1. Totum ex rubrica et cap. Gratiani, C. 33 q. 2 c. 5 (1152). — Num. 2: ex dicto ante seq. c. 6 et ex ipso c. 6 C. 33 q. 2 (1152). Ultima auctoritas, ex c. 7 (ibid.).

DISTINCTIO XXXVIII

Cap. 1 (214).

De voto. Nunc de voto inspiciamus. Votum est testificatio quaedam promissionis spontaneae, quae Deo et de his quae Dei sunt proprie fieri debet. Sunt tamen et vota stultorum 1, quae frangenda sunt.

Cap. 2 (215).

1. **De votorum differentiis.** Sciendum vero quod votum aliud est commune, aliud singulare. Commune, ut illud quod in baptismo omnes faciunt, cum spondent renuntiare diabolo et pompis eius; singulare, ut cum aliquis sponte promittit servare virginitatem vel continentiam vel aliquid huiusmodi. — Item singulare votum aliud est privatum, aliud solemne. Privatum est in abscondito factum; solemne in conspectu Ecclesiae factum. Item privatum votum si violetur, peccatum est mortale; solemne vero violare peccatum est et scandalum.

2. Qui privatum faciunt votum continentiae, matrimonium contrahere non debent, quia contrahendo mortaliter peccant; si tamen contraxerint, non separentur, quia probari non potest quod occulte actum est. Qui enim solemniter vovent, nullatenus coniugium inire queunt; quibus

3 voto2] votis BCLNRVX. 7 est om. NX. ‖ est commune *trp.* LT. 13 violetur] violatur MTW. 14 est *add. interi.* L2V2, *trp. post* scandalum L'T. 18 enim] vero *(et quidem rectius)* BCRV, *corr. in* vero L. ‖ vovent] voverunt VX, voverit C, voveret N.

1 Resp. Eccles. 5, 3: *Displicet enim ei... stulta promissio.*

Dist. XXXVIII. Cf. L. Ott, *Untersuchungen zur theol. Briefliteratur,* 292-313; et eius *Walter v. Mortagne und P. Lombardus,* in *Mélanges J. de Ghellinck* II, 673-675, ubi quod quatuor sunt fontes Magistri demonstrat: Hugo, Qratianus, Gualterus, et sua propria *Glossa* in Apostolum. — Cap. 1 contracte sumitur ex Hugone, *De sacramentis* II, 12, 3 et 4 (PL 176, 521 B et C). — Cap. 2, n. 1. Prima pars trahitur ex *Glossa* in Ps. 75, 12: *Vovete et reddite* (PL 191, 708 D - 709 A); quae in parte invenitur in *Glossa ordinaria* in h.l. (cod. Florent., Laurent. XVII. 4, fol. 98v; apud Lyranum III, 194c), in parte in *interlin.,* ubi distinguitur inter vota communia et propria, « ut virginitatem servare ». Altera pars (« Item singulare... »), contracte ex Hugone, *De sacram.* II, 12, 3 (PL 176, 521 B). — Num. 2: doctrina de voto privato Hugonis est, *De sacram.* II, 11, 12 (502 D et 504 C); dictum de voto solemni invenitur infra ad initium n. 3. Verba Augustini, in *Glossa* in 1 Tim. 5, 12 (PL 192, 353 C), sumuntur ex Floro in h.l. (coi. 726).

non solum nubere, sed et velle damnabile est. — **Augustinus, ad Iulianam de sancta viduitate.** Unde Augustinus[1] « In coniugali vinculo, si pudicitia servatur, damnatio non timetur; sed in viduali continentia et virginali excellentia virtus muneris amplioris expetitur: qua expetita et electa et voto oblata, iam non solum capessere nuptias, sed etiam si non nubatur, nubere velle damnabile est ».

3. Voventibus enim virginitatem vel viduitatem non solum nubere, sed et velle damnabile est. Quod Apostolus ostendit Timotheo scribens[2]: *Adolescentiores viduas devita: cum enim luxuriatae fuerint, in Christo nubere volunt,* id est cum post votum continentiae in deliciis egerint vitam.. Non dico 'nubunt', sed 'nubere volunt'; *in Christo,* quasi tunc non sit peccatum. — Sed quod sit, ostendit subdens: *Habentes damnationem;* et quare, subdit: *quia primam fidem irritam fecerunt* (**Augustinus in eodem**[3]): « etsi non nubendo, tamen volendo: ut voluntatem quae a proposito cecidit appareat esse damnatam, sive sequantur nuptiae sive non. Damnatur enim propositi fraus. Damnantur tales quia continentiae fidem primam irritam fecerunt », id est votum, vel in voto violato fidem quam in baptismo professi sunt.

4. Si autem pro voluntate nubendi damnantur, constat si eam effectui mancipaverint, revocandum id esse in irritum, easque arcendas redire ad propositum. — **Gregorius ad Bonefacium.** Unde Gregorius[4]: « Viduas a proposito recedentes viduitatis, super quibus nos consoluisti, credo te nosse a sancto Paulo 5, nisi convertantur, olim esse damnatas. Quas et nos apostolica auctoritate damnandas, et a communione fidelium atque a

6 nubatur] nubant OTVW. 7 Voventibus] Unde Augustinus *praem.* A. 7-8 Voventibus... damnabile est *om. (Iam.)* BCV, *sed add. marg.* V2. 7 enim] igitur X, *om.* MW. 12 subdens] dicens LMNR. 13 Rubrica *om.* ABCLVWX. 21 Gregorius] Aug. BX, *om.* C. 23 olim] omnino BCN.

1 *De bono viduitatis,* c. 9, n. 12 (PL 40, 437; CSEL 41, 317s). 2 I Tim. 5, 11-12. 3 Cap. 9, n. 12 (437s; 317s). 4 Cf. Benedictus Levita, *Capitularia,* add. IV, c. 88 (PL 97, 900 A-B). Non invenimus inter epistolas Gregorii II nec Gregorii III ad Bonifacium. 5 I Tim. 5, 11-12.

Num. 3. Prima phrasis (« Voventibus... est »), ex eadem *Glossa* in I Tim. 5, 12 (353 C-D); iam in *Glossa ordin.* (apud Lyranum VI, 121v; cod. I 167b) necnon et in *Summa sint.* VII, 10 (PL 176, 163 A); ex quibus fontibus citatur a scholasticis, ut in pluribus sub nomine Hieronymi, sed in vanum. Quod sequitur fundatur in eadem *Glossa* (353 D), unde verba Augustini quae sequuntur. — Num. 4: Auctoritas pseudo-Greg. iam in *Summa sent.* VII, 10 (PL 176, 162 B), sed sub aliis verbis; fons Magistri potius est *Decretum,* C. 27 q. 1 c. 2 (1047s).

liminibus ecclesiae arcendas fore censemus, usquequo obediant episcopis suis et ad bonum quod coeperunt invite aut voluntarie revertantur ».

5. **De virginibus non velatis.** « De i virginibus autem non velatis, si deviaverint, a praedecessore nostro Innocentio2 taliter decretum habemus: Hae quae necdum sacro velamine tectae, tamen in proposito virginali semper se simulaverunt permanere, licet velatae non fuerint, tamen si nupserint, aliquo tempore his agenda poenitentia est, quia sponsio earum a Domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonae fidei contractus nulla ratione dissolvi, quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solvi sine vindicta non poterit! »

6. **Idem *** Item: « Si 3 virgines nondum velatae taliter publica poenitentia puniuntur et a coetu fidelium usque ad satisfactionem excluduntur, quanto magis viduae quae perfectioris aetatis et maturioris consilii exsistunt et habitum religionis assumpserunt, et deinde apostataverunt atque ad priorem vomitum sunt reversae 4, a nobis et ab omnibus fidelibus a liminibus ecclesiae et a coetu fidelium usque ad satisfactionem sunt eliminandae et carceribus tradendae! »

7. Ex his apparet virgines vel viduas voto continentiae adstrictas, sive fuerint velatae sive non, nullatenus coniugium sortiri posse. Quod itidem de omnibus intelligendum est qui continentiam voverunt: quod enim ante erat licitum, post votum fit illicitum.

8. **Innocentius Papa *** Non est hic praetermittendum quod Innocentius de viduis et puellis decrevit: « Quae Christo spiritualiter nubunt, si postea publice nupserint, non eas admittendas esse ad poenitentiam, nisi hi quibus se iunxerant de mundo recesserint. Si enim de

2 revertantur] reddantur MOX, redeant T, convertantur W. 6 simulaverunt] simulavere L, simulaverint AMV, *quod corr. V2.* 11 Idem om. ABCNVWX. 20 itidem] idem X, videlicet BCL.

1 Cf. Benedictus Levita (900 B); haec auctoritas invenitur inter Responsa Stephani Pp. II (an. 754), in PL 89, 1025 B-C. 2 Innocentius I, *Epist. 2 (ad Victricium Rothomag. episc.),* c. 14, n. 16 (PL 20, 479 A et 480 A); de qua cf. H. Wurm, *Decretales selectae* etc., in *Apollinaris 12* (1939), 42. 3 Continuatur auctoritas Gregorii seu Benedicti Levitae, ibid. * Resp. Prov. 26, 11; II Petri 2, 22. 5 In eadem *Epistola 2,* c. 13, n. 16 (PL 20, 478 B et 479 A).

Num. 5: ex eodem c. 2, § 2 (1048). — Num. 6: ex eodem c. 2, § 3. — Num. 8: de viduis et puellis agitur in rubrica ad c. 7 C. 27 q. 1 (1050); sed decretum Innocentii invenitur in c. 10; citatur etiam in *Summa sent.* VII, 10 (PL 176, 162 C), quae tamen non estions Magistri hic.

hominibus haec ratio custoditur, ut quaecumque vivente viro alteri nupserit, adultera habeatur, nec ei agendae poenitentiae licentia conceditur, nisi unus de his fuerit defunctus, quanto magis de iila tenenda est quae ante se immortali sponso coniunxerat, et post ad humanas nuptias transmigravit! »

9. Attende quod non solum coniugium talibus negare videtur, sed etiam locum poenitentiae. — Sed non ita intelligendum est ut aliquando excludantur a poenitentia, quae digne poenitentiam agere volunt; sed illae non sunt admittendae ad poenitentiam, quae ab incesti copula discedere noluerint: quia post religionis propositum non potest Deo per poenitentiam reconciliari, quae ad habitum suae professionis redire neglexerit. Tunc ille cui se iunxerat ei defunctus erit, cum ab eius illicitis amplexibus haec penitus recesserit. Cum igitur dicitur 'eas non esse admittendas ad poenitentiam, nisi hi quibus se iunxerant recesserint de mundo', subaudiendum est: eis. Tunc enim eis viri de mundo recedunt et defunguntur, cum ab eorum concupiscentia istae se alienant. Quem sensum subdita similitudo i declarat et confirmat.

10. **Quam grande malum sit adulterium.** Cum vir et mulier legitime coniuncti sunt, constat alterum, altero vivente, ad aliam non posse transire copulam: alioquin adulterium committit. — **Clemens Papa** [1] De quo **Clemens** Papa 2 ait: « Quid in omnibus peccatis est adulterio gravius? Secundum namque in poenis tenet locum, quem primum illi habent qui aberrant a Deo ». — Gravissime igitur peccant adulteri, graviter fornicarii, sed cunctis his gravius incestuosi; quos omnes transcendunt contra naturam delinquentes. — **Augustinus in libro De adulterinis coniugiis** [3] Unde **Augustinus**3: « Adulterii malum vincit fornica-

1 vivente *om.* M, *add. interi.* V2. | vivente viro *trp.* CNW. 2 conceditur] concedatur ALNW. 4-5 transmigravit] transmigraverit AORWX. 12 iunxerat] coniunxerat ALMOW. ‖ ei *om.* BCM, *add. sed del.* N.

1 Ipsius nempe Innocentii, supra in num. 8; vide etiam notam in altera serie. 2 Ps-Clemens, *Epist. I, ad Iacobum* (PG 1, 466 D - 467 A); ex *Decreto* ps-Isidori (PL 130, 22 B-C). 3 Potius colligitur ex August., *De bono coniugali,* c. 8, n. 8; et c. 11, n. 12 (PL 40, 379 et 382; CSEL 41, 198 et 203s).

Num. 9: Idem dictum in Gualt. de Mauretania, *Summa sent.* VII, 10: «Non enim videntur (verba Innocentii) solummodo coniugium negare velatis virginibus, sed etiam locum poenitentiae » (PL 176,162 C). Solutio vero est Gratiani, in § 1 dicti post c. 43 C. 27 q. 1 (1062). — Num. 10: Verba pseudo-Clementis, ex *Decreto* C. 32 q. 7 c. 16 (1144). Quod sequitur fundatur in dicto Gratiani ante c. 11 C. 32 q. 7 (1142s). Auctoritas Augustini in ipso cap. 11 (1143).

tionem, vincitur autem ab incestu: peius enim est cum matre quam cum aliena uxore dormire. Sed omnium horum pessimum est quod contra naturam fit, ut si vir membro mulieris non ad hoc concesso utatur. Hoc exsecrabiliter fit in meretrice, sed exsecrabilius in uxore ».

Cap. 3 (216).

1. **De illis qui post longam captivitatem redeunt.** Hic quaeritur de illis feminis quae, putantes viros suos interemptos in captivitate vel ab iniqua dominatione nunquam liberandos, in aliorum coniugia transierunt: si illi qui putabantur periisse remearint, utrum eis reddi debeant, et an secundi fornicati sint et ipsae reae adulterii.

2. **Leo Papa** [1]. De hoc Leo Papa l sic ait: « Necesse est ut legitimarum foedera nuptiarum redintegranda credamus, et remotis his quae hostilitas intulit, cuique id legitime reformetur quod intulit; procurandumque est ut recipiat quisque quod proprium est. Nec tamen culpabilis iudicetur, et quasi alieni iuris pervasor habeatur, qui personam eius mariti qui iam non esse aestimabatur assumpsit. Sic enim multa, quae ad eos qui in captivitatem ducti sunt pertinebant, in ius alienum transire potuerunt; et tamen plenae iustitiae est ut eisdem reversis reformentur. Ideoque, si viri post longam captivitatem reversi ita in dilectione suarum coniugum perseverant, ut eas cupiant in suum redire consortium, dimittendum est et inculpabile indicandum quod necessitas intulit, et restituendum quod fides poscit. Sin autem aliquae mulieres ita posteriorum

2 omnium horum *trp.* ALOW. 3 fit] est M, om. LOT. 4 exsecrabilius] fit *add.* ABCOTW, *add. interi.* L, *add. sed del.* N. 7 ab] aliqua *add.* T. 8 iniqua] aliqua BCM. ‖ dominatione] dampnatione MW. 9 remearint] remeaverint L, remearunt AM. 10 secundi] cum secundo viro X, secundo M. ‖ fornicati] fornicarii BCTV, fornicate X. 14 -que] quoque C, *add. interi.* L2N2, *om.* VW. 17 captivitatem] captivitate ALNX. 19 dilectione] delectatione ABCLTV, *quod corr.* BLT.

1 Leo Pp. I, *Epist. 159 (ad Nicetum Aquileiensem episc.'),* cc. 1-4 (Mansi, VI, 331 D-333 A; PL 54, 1136 B -1137 B). Difficultates hic descriptas anno 458 Leoni praesentaverat Nicetus ut moestos fructus invasionis Attilae anno 452.

Cap. 3. Cf. J. A. Brundage, *The Crusader's Wife revisited,* in *Studia Gratiana* XIV (Bononiae 1967) 241-251; L. Ott, *Walter* v. *Mortague,* in *Mélanges* II, 672s. — Num. 1: Quaestio iam in *Summa sent.* VII, c. 9 (PL 176, 161 C), sed hic intexitur Gratiani *Decreto.* Ipsa enim quaestio formulatur ex verbis Leonis I ad initium c. 1 C. 34 qq. 1-2 (1256s) et illis Gratiani ad mitium huius Causae (1256). — Num. 2. Auctoritas Leonis, ut supra, c. 1 C. 34 qq. 1-2 (1257, lOss); in parte tantum apud Gualterum (161 C-D).

virorum amore sunt captae, ut malint his cohaerere quam ad legitimum transire consortium, merito sunt notandae, ita ut ecclesiastica communione priventur, quae de re excusabili contaminationem criminis elegerunt. Redeant ergo in suum statum coniugia, quia sicut mulieres quae ad viros suos reverti noluerint impiae sunt habendae, ita illae quae redeunt merito sunt laudandae ».

3. Ex his ostenditur illos qui taliter iunguntur ut credant virum interemptum, per ignorantiam aliquam excusationem habere de peccato; et tantum primam copulam esse legitimam, non secundam, veniam tamen habere, si careat opprobrio malae voluntatis.

4. **Quaestio** *. Sed si quis, relicta in patria sua uxore, in longinquam abiens regionem aliam ducat, deinde poenitentia ductus eam dimittere velit, asserens se aliam habuisse quae vivit, nec Ecclesia permittat, quae quod ille asserit ignorat: quaeritur an in hac secunda copula sit coniugium.

5. **Solvit** *. Sane dici potest non esse coniugium, et mulierem de crimine excusari per ignorantiam, virum autem adulterium admisisse. Sed ex quo, ad primam redire volens nec valens, cogitur Ecclesiae disciplina hanc tenere, incipit excusari per obedientiam et timorem de hoc quod poscenti mulieri debitum reddit; a qua ipse nunquam poscere debet. Et sic de aliis huiusmodi sciendum est.

DISTINCTIO XXXIX

Cap. 1 (217).

1. **De dispari cultu.** Post haec de dispari cultu videndum est. Haec est enim una de causis quibus personae illegitimae fiunt ad contrahendum matrimonium.

4 Redeant] Leo papa *add. marg.* BCMX, Idem *add.* L. 5 noluerint] noluerunt MRT. 11 Quaestio om. RVW. 15 Solvit *om.* RVW. 16 admisisse] commisisse ACLMWX, *quod corr.* L2.

Num. 3: ita fere concludit Gualterus (161 D). — Num. 4: Similis (non idem) casus apud Gualterum (161 D - 162 A). — Num. 5: Prima phrasis Gualteri est. Reliqua est sententia Magistri quae « non communiter tenetur ». Iam in *Glossa* anonyma cod. Bamberg. *Pair. 128* legitur super hunc locum: *incipit excusari:* «M.O. [= Magister Odo Suession. seu postea Ursicampi] voce subobscura et remissa auricularibus suis dixit quod hec solutio falsa est » (f. 21v); apud M. Landgraf, *Zwei Gelehrte aus der Umgebung des Petrus Lombardus,* in *Divus Thomas* (Fr.) 11 (1933) 163.

Dist. XXXIX, Cf. L. Ott, *Walter v. Mortagne und P. Lombardus,* in *Mélanges J. de Ghetlinck* II, 669-672. — Cap. 1, n. 2: Ex *Summa sent.* VII, c. 8 (PL 176, 160 C-D); auctoritas

2. Non enim licet Christiano cum gentili vel iudaea inire coniugium, quia etiam in veteri Testamento prohibitum est fideles viros infideles ducere uxores, Domino dicente 1; *Non accipies uxores de filiabus alienigenarum filiis tuis, ne traducant eos post deos suos.* Iuxta hoc Domini praeceptum ludaeorum coniugia cum alienigenis inita Esdras separavit2. Hoc idem etiam in novo Testamento servatur. — **Augustinus, ad Pollentium** : Unde **Augustinus** 3; « Ne nubat femina nisi suae religionis viro, vel ne vir talem ducat uxorem. Id enim, ut dicis, iubet Dominus4, docet Apostolus5, utrumque praecipit Testamentum ».

3. **Ambrosius in libro De patriarchis** : Item **Ambrosius** 6; « Cave, Christiane, gentili vel iudaeo filiam tuam tradere; cave ne gentilem vel iudaeam vel alienigenam, id est haereticam, et omnem alienam a fide tua uxorem accersias tibi ». — **Ex concilio Urbanensi** : Item 7: « Si quis iudaeae, sive Christiana iudaeo, sive iudaea Christiano, carnali consortio misceatur: quicumque tantum nefas admiserit, a Christiano coetu protinus segregetur ». — Ex his aliisque pluribus apparet non posse contrahi coniugium ab his qui sunt diversae religionis et fidei.

Cap. 2 (218).

1. **De coniugio fidelis et infidelis et duorum infidelium.** Huic autem videtur obviare quod Apostolus ait s de imparibus coniugiis: *Ego dico,*

3 accipies] accipias LTV. 6 Augustinus *(rubrica) om,* ALT, rubrica *om.* VW. 11-12 gentilem vel iudaeam *trp.* LT. 13 accersias] accersas R, *quod corr. marg.* R2, accipias M, *quod add. interi.* V2. ‖ Rubrica *om.* RVW. 14 sivei] vel ABCNX. 15 protinus] penitus BCT.

1 Exod. 34, 16; Deut. 7, 3-4; ex Augustino, loco mox infra cit. 2 Resp. I Esdr. 10, 11. 3 *De adulterinis coniugiis,* I, c. 21, n. 25 (PL 40, 465s; CSEL 41, 272). 4 Uti supra in Exodo 34, 16; Deut. 7, 3-4. s Resp. 11 Cor. 5, 14: *Nolite iugum ducere cum infidelibus;* in August, vero resp. I Cor. 7, 39: *Cui vult nubat, tantum in Domino,* « id est Christiano » (ibid.). e *De Abraham patriarcha,* I, c. 9, n. 84 (PL 14 [1485], 451; CSEL 32-1, 555). 7 Rectius, ex concilio Claremontano seu Arvernensi (a. 535), c. 6 (CCL 148 A, 106s; etiam in PL 84, 291 D). 8 I Cor. 7, 12-13; expressio «imparia coniugia» est Lombardi in Glossa in h.l., (PL 191, 1591 A).

Augustini, ibidem, sed perficitur ope *Decreti* Gratiani, C. 28 q. 1 c. 9 § 6 (1086). — Num. 3: Ambrosius, ex *Decreto,* ibid., c. 15 (1088); illa Concilii Arvernensis, ibid., c. 17 (1089).

Cap. 2: Cf. Gualterus, *Summa sent.* VII, c. 8 et c. 20 (PL 176, 160 D, et 169 C -170 B); Hugo, *De sacram.* II, 11, 13 (PL 176, 504 D -510 C); et Magister, *In I Cor.* 7, 12-15 (PL 191, 1591 A - 1594 B).

non. Dominus·. Si quis frater habet uxorem infidelem, et haec consentit habitare cum illo, non dimittat illam; et si qua mulier etc.

2. **Augustinus, ad Pollentium** *: Sed « aliud hoc esse, aliud illud », evidenter ostendit **Augusti nusi.** Ibi enim agitur de illis coniugiis fidelium et infidelium quae contrahuntur ab eis in dispari religione et fide manentibus; Apostolus vero agit de illis « qui unius eiusdemque infidelitatis fuerunt quando coniuncti sunt, sed cum venisset Evangelium alter sine altera credidit. Intelligisne quid dicam?' Attende, ut rem ipsam diligentius explanem. Ecce coniuges duo unius infidelitatis fuerunt quando coniuncti sunt: nulla de his quaestio est quae pertineat ad illud praeceptum veteris et novi Testamenti, quo prohibetur fidelis cum infideli copulare coniugium. Iam sunt coniuges, et ambo adhuc sunt infideles: tales sunt adhuc, quales coniuncti sunt. Venitque Evangelii praedicator, credidit eorum unus vel una, sed ita ut infidelis cum fideli habitare consentiat: non iubet Dominus ut fidelis infidelem dimittat taliter coniunctum ». — **Augustinus, De sermone Domini in monte** *: « Nec 2 Apostolus iubet ut non dimittat, sed consulit, ut si quis aliter agat, non sit transgressor, sicut et de virginibus consulit»3. — **Augustinus, ad Pollentium** « Monet 4 ergo quod est lucrandi occasio, cum possit licite relinquere, sed non expedit ». « Tunc 5 enim non expedit id quod licitum est, quando permittitur quidem, sed usus ipsius aliis affert impedimentum salutis; sicut discessio fidelis ab infideli, quam non prohibet Dominus, quia coram illo non est iniusta, sed Apostolus ne fiat consilio caritatis suadet, ut nemo in ea re iussionis necessitate teneatur, sed consilii voluntate libere faciat ».

3. Ex his monstratur inter infideles coniugium esse, et consilium

14 infidelis... fideli] fidelis... infideli LT. 16 Rubrica *om.* RVW. 18 Rubrica *om.* OVW, *trp. ad lin.* 20 (Tunc...) *alii codd.* 19 ergo] enim L, autem N, ut *add.* T. 26 monstratur] et *add.* BCLR, etiam *add.* T, *corr. in* etiam R2.

1 *De adulterinis coniugiis,* I,c. 21, nn. 25-26 (PL 40, 465s; CSEL 41,372s). 2 Lib. I, c. 16, n. 44 (PL 34, 1252; CCL 35, 50s). 3 i Cor. 7, 25. 4 *De adulterinis coniugiis,* I, c, 13, n. 14 (PL 40, 459; CSEL 41, 362). 5 ibid., c. 18, n. 22 (463; 369).

Num. 2: *Ad Pollentium,* ex *Decreto,* C. 28 q. 1 c. 9 § 6, dein § 7 (1086); *De sermone Domini,* ex *Glossa* in I Cor. 7, 12 (PL 191, 1591 B), unde etiam (1591 B-C) ultima auctoritas *(ad Pollentium),* cui miscuit Magister quaedam verba ex *Glossa interi,* in h.l. (apud Lyran. VI, 43r; cod. 1 49b; m 48c); cf. etiam *Decretum,* C. 28 q. 1 c. 8 (1082). — Num. 3: *Ad Pollentium,* ex eadem *Glossa* in I Cor. 7, 12 (PL 191, 1591 D - 1592 A); iam in parte in *Glossa ordin.* (locis cit.). Illa Ambrosiastri ibidem, parum infra (1592 A), ex *Glossa ordin.* uti supra.

Apostoli non obviare praecepto Domini 1, quo iubet fidelem non iungi infideli; et si coniuncti fuerint, separari. — **Augustinus, ad Pollentium** : « Legitur 2 enim quod Esdras propheta, immo Dominus per eum, iussit Israelites uxores dimittere alienigenas, per quas ibant ad deos alienos, non illae per maritos acquirebantur Deo. Recte hoc praecepit, quia per Moysen 3 iusserat Dominus ne quis uxorem alienigenam duceret. Merito ergo quas duxerant Domino prohibente, Domino iubente dimiserunt »; quia ut ait **Ambrosius**4, « non est imputandum matrimonium quod extra decretum Dei factum est, sed cum cognoscitur, emendandum », ut quando fidelis infideli copulatur.

4. **Augustinus, ad Pollentium** : Sed ut ait **Augustinus**5, « cum coepisset gentibus Evangelium praedicari, iam coniunctos gentiles gentilibus comperit coniugibus; ex quibus si non ambo crederent, sed unus vel una, et infidelis cum fideli consentiret habitare, nec prohiberi a Domino debuit fidelis infidelem dimittere, nec iuberi. Ideo non prohiberi, quia iustitia permittit a fornicante discedere; et infidelis hominis fornicatio est maior in corde; **(Non est vera pudicitia infidelis cum fideli :)** nec vera eius pudicitia cum coniuge dici potest, quia *omne quod non est ex fide peccatum est* 6, quamvis veram fidelis habeat pudicitiam etiam cum infideli coniuge quae non habet veram. Ideo autem nec iuberi, quia nec contra iussionem Domini gentiles fuerunt ambo coniuncti ». « Licitum 7 ergo erat per iustitiam fideli infidelem dimittere, sed licitum non erat faciendum, propter liberam benevolentiam ».

5. Evidenter apparet et inter infideles coniugium esse, et Apostolum 8 de illis agere qui in infidelitate coniuncti fuerunt; et post alter ad fidem

1 iungi] coniungi AMX, *quod corr.* X. 2 Rubrica *om.* AMVW. 7 dimiserunt] dimiserint NOW. 9 decretum Dei *trp.* MNT. 11 Rubrica *om.* MVW. 17 Rubrica *om.* MRVW. fideli NOT, infideli ABCLX. 19 veram fidelis *trp.* LT. 20 nec2] non BCLMRV *Grat.* 24 infideles] fideles RT, *quod corr.* R2T, fideles et infideles M. 25 fuerunt] fuerint W, sunt AX.

1 Cf. supra, Cap. 1, nn. 2-3. 2 Lib. I, c. 18, n. 20 (462; 367); Cf. I Esdras 10, 10-11. 3 Exod. 34, 16. 4 Ambrosiaster, in I Cor. 7, 15 (PL 17 [1845], 219 C; CSEL 81-11, 77). 5 Lib. I, c. 18, n. 20 (462s; 367s). 6 R0m. 14, 23. ? August., ibid., c. 20, n. 24 (465; 372). 8 Hic supra, in n. 1.

Num. 4: Mixtum ex *Glossa* Magistri (1592 A-B) et ex *Decreto,* C. 28 q. 1 c. 9 (1083). Ultima phrasis (« Licitum ergo»), ex eodem cap. *Decreti,* ad finem § 5 (1085). — Num. 5: Cf. Gualt. de Mauritania, c. 8: « Ex his auctoritatibus apparet inter infideles esse coniugia » (PL 176, 161 A); et Gratianus, C. 28 q. 1, dictum post c. 14: « Ex his itaque evidenter colligitur coniugium esse inter infideles » (1088).

conversus est, cum quo infidelis habitare consentit: et hunc non dimittere fideli consulit Apostolus, quia forte per fidelem salvabitur infidelis.

Cap. 3 (219).

De fornicatione spirituali ob quam potest dimitti coniux. Potest tamen licite dimittere, quia in infideli est fornicatio, si non corporis, tamen mentis. « Causam i enim fornicationis Dominus excepit; fornicationem vero generalem et universalem intelligere cogimur », non modo scilicet corporalem, sed et spiritualem. — **Augustinus in libro De sermone Domini in monte** ? De qua **Augustinus** ait: « Idolatria2 et quaelibet noxia superstitio fornicatio est. Dominus autem permisit causa fornicationis uxorem dimitti 3, sed non iussit; et sic dedit Apostolo locum monendi, ut qui voluerit non dimittat ». Potest tamen licite dimittere « Si enim fornicatio carnis detestanda est in coniuge, quanto magis fornicatio mentis, id est infidelitas! »

Cap. 4 (220).

1. **Pro quibus vitiis possit dimitti. — Augustinus, in libro De sermone Domini in monte** ? Si autem quaeris an propter aliud vitium, nisi propter infidelitatem vel idolatriam, possit dimitti, attende quid **Augustinus ait**5: « Si infidelitas fornicatio est, et idolatria infidelitas, et avaritia idolatria6, non est dubitandum et avaritiam fornicationem esse. Quis ergo quamlibet illicitam concupiscentiam potest a fornicationis genere

5 in *om.* **LMX**, *add. interi.* **T2**, *add. marg.* **W2**. **12 voluerit] voluit** *(sed corr.)* **N, vult** *add. marg.* **T, volunt MO. p dimittat] dimittant MO. 18 quid] quod LMTW.**

i August., *De serm. Domini in monte,* 1, c. 16, n. 36 (PL 34, 1253; CCL 35, 52). 2 Ibid., n. 35: « Idololatria... ut qui voluerit non dimittat uxorem infidelem, quo sic fortasse possit fieri fidelis » (1252; 51). 3 Resp. Matth. 5, 32: *excepta causa fornicationis.* 4 *De adulterinis coniugiis,* I, c. 17, n. 19 (PL 40, 462; CSEL 41, 366). 5 Lib. I, c. 16, n. 46 (PL 34, 1252s; CCL 35, 52). 6 Resp. Eph. 5, 5: *aut avarus, quod esi idolorum servitus.*

Cap. 3: Prima auctoritas (sine rubrica) sumi videtur ex *Decreto,* C. 28 q. 1 c. 5 (1081). — Alia, potius ex *Glossa* in I Cor. 7, 12 (PL 191, 1591 C) quam ex initio c. 5 C. 28 q. 1 *Decreti* (1080).

Cap. 4. Cf. L. Ott, *Walter v. Mortagne,* 691. — Num. 1: Quaestio quodammodo ponitur a Gualtero: « Dignum videtur inquisitione utrum liceat viro uxorem dimittere pro qualibet fornicatione, id est pro avaritia vel aliis criminibus » (c. 20; PL 176, 170 A). Auctoritas vero Augustini sumitur ex *Decreto,* C. 28 q. 1 c. 5 § 1 (1080 s).

separare, si avaritia fornicatio est? Ex quo intelligitur quod propter illicitas concupiscentias, non tantum quae in stupris cum alienis viris vel feminis committuntur, sed ob quaslibet quae animam a lege Dei aberrare faciunt et perniciose corrumpi, possit sine crimine et vir uxorem suam dimittere et uxor virum ».

2. **Augustinus, De fide et operibus**[1]. Item 1; « Rectissime dimittitur si viro suo dicat: non ero uxor tua nisi mihi de latrocinio divitias congeras, vel nisi solita lenocinia exerceas, aut si quid aliud facinorosum vel flagitiosum a viro suo expetat. Tunc ille, si veraciter poenitens est habetque fidem per dilectionem operantem2, membrum quod eum scandalizat 3 amputabit ».

3. Ex his apparet quod non solum infidelitas, sed et quaelibet concupiscentia quae perniciose turpiterque corrumpit, fornicatio spiritualis est per quam vir uxorem vel uxor virum dimittere potest. Consulit tamen Apostolus ne fidelis dimittat infidelem volentem cohabitare nec a Deo revocare.

Cap. 5 (221).

1. **Si fideli liceat aliam ducere, infideli discedente vel dimissa.** Hic quaeritur, si fidelis infidelem dimittat, vel infidelis a fideli discedat, an liceat fideli aliam ducere.

2. Videtur auctoritas testari quod vivente illa, alteram ducere non valeat. **Ambrosius**[4] enim verba Apostoli exponens ait: « Alioquin, si disceditis ab invicem et volentes cohabitare dimittitis et aliis vos copulatis, adulteri estis; et filii vestri, qui de hac copula nascuntur, immundi,

7 congeras] congreges MN, vel congreges *add. interi.* VL 12 et] etiam BCLTW, *om.* ARX.

1 Cap. 16, n. 28 (PL 40, 216; CSEL 41, 72). 2 Resp. Oal. 5, 6: *Fides quae per caritatem operatur.* 3 Alluditur ad Matth. 5, 29-30. * Id est Ambrosiaster, in 1 Cor. 7, 14 (PL 17 [1845], 219 A; CSEL 81-11, 76).

Num. 2: Mixtim, ut videtur, ex *Olossa* in I Cor. 7, 15 (PL 191, 1593 B) et ex *Decreto, C.* 28 q. 1 c. 4 (1080).

Cap. 5. Cf. L. Ott, *Walter von Mortagne,* 689-691. — Num. 1: Quaestio iam agitur a Gualtero, in *Summa sent.* VII, 20 (PL 176,169 D), et a Gratiano in q.2C. 28 (1089s). — Num. 2: Sic arguit Gratianus, ibid., ad initium quaestionis, ubi Ambrosiastrum citat sub verbis «testatur scriptura ». Quam attributionem corrigit Lombardus ex sua *Glossa* in I Cor. 7, 14 (PL 191, 1592 C); iam in *Glossa ordin.* in h.l. (apud Lyran. VI, 43a; 1 49b; m 48c). — Illa Meldensis Concilii, ex *Decreto,* c. 1 C. 28 q. 2 (1089).

id est spurii sunt ». — **Ex concilio Meldensi** ⁋ Item 1; « Si quis habuerit uxorem virginem ante baptismum, vivente illa, post baptismum alteram habere non potest. Crimina enim in baptismo solvuntur, non coniugia ».

3. **Quae praemissis contraria videntur. — Ambrosius** ⁋ Sed econtra Ambrosius testatur 2; « *Si infidelis,* dicit Apostolus, *discedit, discedat. Non enim est servituti sublectus frater aut soror in huiusmodi,* quia non debetur reverentia coniugii ei qui horret auctorem coniugii. Non est enim ratum matrimonium, quod sine Dei devotione est; et ideo non est peccatum ei qui dimittitur propter Deum si alii se copulaverit. Contumelia enim Creatoris solvit ius matrimonii circa eum qui relinquitur, ne accusetur alii copulatus. Infidelis autem discedens et in Deum peccat et in matrimonium; nec est ei servanda fides coniugii, qui ideo recessit ne audiret Christum 3 esse Deum Christianorum coniugiorum. Si vero ambo crediderint, per cognitionem Dei confirmatur coniugium ».

4. **Determinatio** ⁋ Attende haec praedictis contraria posse videri, ita ut sibi Ambrosius contradicere videatur. Sed distinguendum est hic aliud esse dimittere volentem cohabitare, aliud dimitti propter Deum ab illo qui horret nomen Christi. Ibi lex benevolentiae non servatur, hic veritas custoditur. Et ideo, cum liceat dimittere volentem cohabitare, non tamen ea vivente aliam ducere; discedentem vero sequi non oportet, et ea vivente aliam ducere licet. — Sed hoc non est intelligendum nisi

2 alteram] aliam RW, *om.* N. 6 enim *om.* OX. ‖ enim est *trp.* ANV. 15 ita] etiam *add.* W. 16 sibi] etiam *add.* CTV. 1 Ambrosius] etiam *add.* L.

1 Potius ex Concilio Triburiensi (an. 895), c. 39: « Synodus Romana ait, quod non dimittenda sit uxor post baptismum, quae habita est et ante baptismum. In baptismo solvuntur crimina, non tamen legitima coniugia» (Mansi, XVII, 151 E); remote ex *Epist. 2* Innocentii papae I, c. 6, n. 9: «Ac ne ab aliquibus existimetur, ante baptismum si forte quis accepit uxorem et, ea de saeculo recedente, alteram duxerit, in baptismo esse dimissum, satis errat a regula, quia in baptismo hoc putat dimitti: remittuntur peccata, non acceptarum uxorum numerus aboletur » (PL 20, 474 A - 475 B; H. Wurm, *Studien und Texte zur Decretalensammlung...,* 129-130). 2 Ambrosiaster, in I Cor. 7, 15 (PL 17 [1845], 219 B-C; CSEL 81-11, 76s). 3 Notare oportet quod in originali Ambrosiastri hic legitur: « auctorem *[loco* Christum] esse Christianorum Deum coniugii » (219 C; 77).

Num. 3. Gratianum corrigit Magister hanc auctoritatem Ambrosio, non Gregorio, attribuendo, ut iam in *Glossa* in I Cor. 7, 15 (PL 191, 1593 C-D); textus autem sequitur *Decretum.* De qua cf. N. M. Haring, *The «Sententiae Magistri* A» *(Vat. Ms. lat. 4361) and the School of Laon,* in *Mediaeval Studies* 17 (1955) 21, et 34. — Num. 4: Contradictionem in Ambrosiastro iam discutit Magister in *Glossa* in I Cor. 7, 15 (PL 171, 1593 C-D). Hic denuo determinatur mixtim ex *Glossa* et (potius) ex dicto Gratiani post c. 2 C. 2 q. 2 (1090).

de his qui in infidelitate sibi copulati sunt. Sed si ad fidem uterque conversus est, vel si uterque fidelis matrimonio coniunctus est, et post alter eorum a fide discesserit et odio fidei coniugem reliquerit, dimissus discedentem non comitabitur; nec tamen illa vivente alteram ducere poterit, quia inter eos fuerat ratum coniugium, quod non potest dissolvi.

Cap. 6 (222).

1. **Quidam dicunt coniugium non esse inter infideles, et quare.** Sunt tamen nonnulli qui inter infideles asserunt non esse coniugium, quia nec rata, nec legitima est eorum copula. Rata non est, quia solvi potest; nec legitima, quia Apostolus dicit i; *Omne quod non est ex fide, peccatum est;* eorum autem coniunctio non est ex fide, et ideo peccatum est; non est igitur coniugium, quia nullum coniugium peccatum est. — **Augustinus** etiam dicit 2 quia non est vera pudicitia infidelis cum fideli.

2. **Responsio.** Sed 'vera' negatur esse pudicitia, non quod infidelium coniugium non sit verum, sed quia non habet illud triplex bonum 3 quod excusat coitum et meretur praemium. — Item illud Apostoli, *Omne quod non est ex fide peccatum est,* non ita intelligendum est, ut quidquid fit ab infidelibus peccatum sit, sed omne quod fit contra fidem, id est conscientiam, male fit et ad gehennam aedificat; vel in omni eo quod infidelis facit peccat, non quia illud facit, sed quia non eo modo illud facit quo debet, non referens ad debitum finem 4.

Cap. 7 (223).

1. **Quod legitimum sit coniugium infidelium, sed non ratum, et quare.** Copula igitur maritalis quae est inter infideles, coniugium est legitimum,

1 uterque *om.* NO. 2 coniunctus] iunctus MRX. 4 alteram] aliam BCX. 5 dissolvi] solvi BCMRX. 14 Responsio *om.* NVW.

1 Rom. 14, 23. 2 *De adulterinis coniugiis,* I, c. 18, n. 20 (PL 40, 462; CSEL 41, 367s). 3 De quo supra, Dist. 31, cc. 1-2. 4 Plura de his supra, Lib. II, d. 41, c. 1 (I, 561ss).

Cap. 6, n. 1: Quaestio iam disputatur a Gualtero, *Summa sent.* VII, c. 8 (PL 176, 160 D - 161 B), et a Gratiano in q. 1 C. 27, unde (ante c. 1, 1078s) sumuntur argumenta hic recitata. Neuter autem hanc positionem defendit. Vide etiam quaestionem penes Mag. Anselmum Laudun., *De coniugio solet queri utr. sit inter infideles,* in O. Lottin, *Psych, et morale* V, 103.

Cap. 7, n. 1: Cf. dictum Gratiani post c. 17 C. 28 q. 1 (1089).

sed non ratum. Legitimum, quia est inter legitimas personas; sed non ratum, quia sine fide L Coniugium vero fidelium legitimum est et ratum, si tamen legitimae sint personae.

2. **Augustinus in libro De fide et operibus** : **Quod** autem legitima sit infidelium coniunctio, **Augustinus** testatur dicens 2; « Uxor legitima societate coniuncta sine ulla culpa relinquitur, si cum viro Christiano permanere noluerit ». — Ex hoc etiam probatur, quia infideli ad fidem converso Apostolus consulit3 infidelem non dimittere: quod non faceret si non esset inter eos legitimum coniugium. — Legitimum est, quod legali institutione vel provinciae moribus, non contra iussionem Domini contrahitur.

DISTINCTIO XL

Cap. 1 (224).

1. **De cognatione, et prius de carnali.** Nunc superest de cognatione aliis quid dicere. Est autem cognatio alia carnalis, alia spiritualis. Primum de carnali cognatione et affinitate inspiciamus.

2. Cognati igitur vel affines in septimo gradu vel infra copulari non debent. — **Gregorius episcopis Galliae** : Unde **Gregorius**4: « Pro-

7 quia] quod ABCLMX. 14 cognatione] carnali et spirituali *add.* **BCX.**

1 Resp. Ambrosiaster, in I Cor. 7, 15: «Non enim ratum est matrimonium quod sine Dei devotione est» (PL 17, 219 B; CSEL 81-11, 77). 2 Cap. 16, n. 28 (PL40, 216; CSEL 41, 72). 3 Resp. I Cor. 7, 12-13. 4 Secundum L. Machielsen (art. cit, 261s), auctoritas sic conficitur: prima pars (« Progeniem... generationem »), ex *Epist.* 7 Gregorii papae III (PL 89, 577 D; Mansi XII, 278 D); dein (« et... denegamus »), *ex Epist. 16* Gregorii II, n. 1 (PL 89, 524 D; Mansi XII, 245 B).

Num. 2. Auctoritas Augustini, in *Decreto,* C. 28 q. 1 c. 4 (1080). — Conclusio compingitur ex dicto Gualteri, c. 8 (PL 176. 161 A), dein ex alio dicto Gratiani post c. 17 C. 28 q. 1 (1089).

Dist. XL. Cf. L. Ott, *Walter v. Mortagne* etc., 677s; inter antecessores Magistri, Hugo de S. Victore, *De sacram.* II, 11, 14 (PL 176, 510 C - 516 B), et Gualterus, *Summa sent.* VII, c. 11 (PL 176, 163 C -164 B); Gratianus, C. 35 q. 2 (1267s). Breviter tangit quaestionem ipse Magister in suo tract, primitivo *De coniugio,* n. 6. — Num. 2 dependet a Gualtero, loc. cit.: « Cognati in septimo gradu vel infra non possunt copulari », qui inde offert auctoritates Gregorii et concilii (163 C); plus autem, ut apparet ex rubricis, Magister dependet ex Gratiano, uti supra: illa enim Gregorii invenitur in c. 16 (1267s), cui sequitur in c. 17 (1267) altera Nicolai, et in c. 19 (ibidem) alia concilii Lugdun. Conclusio est Gratiani post idem cap.

geniem suam unumquemque usque ad septimam observare decernimus generationem; et quamdiu se agnoscunt affinitate propinquos, ad coniugalem copulam accedere denegamus. Quod si fecerit, separentur ». — **Nicolaus Papa** : Item **Nicolaus** Papa 1; « De consanguinitate sua nullus uxorem ducat usque post generationem septimam, vel quousque parentela cognosci potest ». — **Ex concilio Lugdunensi** : Item 2; « Nulli ex propinquitate sui sanguinis usque ad septimum gradum uxores ducant ». — His aliisque pluribus auctoritatibus consanguineorum coniunctiones prohibentur usque ad septimum gradum.

Cap. 2 (225).

1. **De computatione graduum consanguinitatis** : — **Isidorus** : Quomodo autem gradus consanguinitatis computandi sint, **Isidorus** ostendit sic: « Series consanguinitatis sex gradibus dirimitur, hoc modo: filius et filia, quod est frater et soror, sit ipse truncus. Illis seorsum seiunctis, ex radice illius trunci egrediuntur isti ramunculi: nepos et neptis, primus; pronepos et proneptis, secundus; abnepos et abneptis, tertius; adnepos et adneptis, quartus; trinepos et trineptis, quintus; trinepotis nepos et trineptis neptis, sextus ». Attende quod sex gradus tantum ponit **Isidorus**, quia truncum inter gradus non computat. Alii vero, qui septem ponunt gradus, truncum inter gradus connumerant.

2. Varie namque computantur gradus cognationis. Alii enim patrem in primo gradu, filios in secundo ponunt. Alii primum gradum filios ap-

1 decernimus MOR *Grat.,* decrevimus *alii codd.* 3-4 Rubrica *om.* RVW. 4 Papa1 *om.* CT. 11 Papa2 *om.* BCMRX. 6 Rubrica *om.* BCWX. 7 sanguinis] generis T, vel generis *add.* M. 8 auctoritatibus *trp. post* His LMWX. 11 Isidorus om. RVWX. 15 ramunculi] ramusculi BCRWX.

1 Nicolaus II, *Epist. 8* et *9,* seu decreta concilii Romani an. 1059, c. 11 (PL 143, 1316 C et 1318 C; Mansi XIX, 898 E). 2 Rubrica (ex *Summa sent.)* non obstante, *Item* videtur esse idem et ibidem, scii. Nicolaus II, in canonibus iam citatis eiusdem Concilii Romani. In conciliis enim primitivis Galliae (et Africae) res magis concrete exprimitur. Verumtamen notari oportet quod quasi eadem verba inveniuntur (sine nostra rubrica) inter Benedicti Levitae *Capitularia,* II, c. 130 (PL 97, 765 A); proinde ante an. 847. 3 Quamvis ubique citentur, desunt haec ipsa verba apud Isidorum; cf. *Etymolog.,* IX, c. 6, nn. 23-29 (PL 82, 359 A - 360 B).

Cap. 2, n. 1: Ex rubrica et c. 1 C. 35 q. 5 (1271); iam in *Summa sent.* VII, 11 (PL 176, 163 D), unde dictum de trunco non computato. *Alii,* id est Gualterus, uti supra. — Num. 2: Ex dicto Gratiani post c. 21 C. 35 qq. 2-3 (1269s).

pellant, negantes gradum cognationis inter patrem et filium esse, cum una caro sint pater et filius. — Auctoritates ergo quae consanguinitatis cautelam usque in septimum gradum prohibent, patrem ponunt in primo gradu; illae vero quae usque ad sextum gradum prohibent, primum gradum filios appellant. Atque ita fit ut eaedem personae secundum hanc diversitatem inveniantur in sexto et septimo gradu.

3. **Zacharias Papa** *?* Patrem vero in primo gradu ponit, qui fratres dicit esse primum gradum. Hoc modo computat **Zacharias** Papa [1] inquiens: « Parentelae gradus taliter computamus: Ego et frater meus una generatio sumus, primumque gradum efficimus. Rursum, filius meus fratrisque mei filius secunda generatio sunt, et gradum secundum faciunt; atque ad hunc modum ceterae successiones ».

4. Inter [2] illos vero qui sex computant gradus et illos qui septem, nulla in sensu exsistit diversitas, quamvis in numero graduum varietas videatur. Ultima enim generatio, si a fratribus sumat initium numerandi, septima invenitur.

Cap. 3 (226).

1. **Quare sex gradus computantur. — Isidorus** *?* Quare vero sex gradus computet **Isidorus,** ipse aperit dicens[3]: « Consanguinitas dum se paulatim propaginum ordinibus dirimens usque ad ultimum gradum protraxerit et propinquitas esse desierit, tunc primum lex in matrimonii vinculum eam recipiet, et quodam modo incipiet revocare fugientem. Ideo autem usque ad sextum generis gradum consanguinitas constituta est, ut sicut sex aetatibus mundi generatio et hominis status finitur, ita propinquitas generis tot gradibus terminetur ».

3 cautelam] parentelam A, vel parentelam *add. interi.* V2. ‖ prohibent] perhibent ALX. 6 et] in *add.* LNVW. 7 Rubrica *om.* RVW. 12 successiones] continentur *add.* BCR, se habent *add. marg.* W2. 13 vero *om.* OTWX. 18 Isidorus *(rubr.) om.* NRVW.

1 Spurium, ut videtur; invenitur inter Zachariae *Decreta,* n. 3 (PL 89, 1960; I. Mansi XII, 356 B-C); reapse autem trahitur ex Gratiano et aliis. 2 Cf. Alexander II, *Epist. 38* (ad episcopos, clericos et iudices Italiae), inter annos 1061-1073 (Mansi XIX, 969); alibi ut *Epist. 92* (PL 146, 1382 D); ubi tota quaestio prolixe discutitur secundum Isidorum (tacito nomine) et Gregorium (uti infra in cap. 4). 3 *Etymologiae,* IX, c. 6, n. 29 (PL 82, 363 A et 364 A). Verba *Consanguinitas... fugientem* remote ex Augustino, *De civitate Dei,* XV, c. 16, n. 2 (PL 41, 459; CSEL 40-11, 94; CCL 48, 478).

Num. 3 conficitur ex quadam phrasi in eodem dicto et ex c. 4 C. 35 q. 5 (1275). — Num. 4: ex C. 35 q. 5 c. 2 § 10 (1274).

Cap. 3, n. 1: Ex dicto Gratiani ante c. 1 C. 35 q. 4 et ex ipso capitulo (1270s).

2. « In 1 his sex gradibus omnia propinquitatum nomina continentur, ultra quos nec affinitas inveniri, nec successio potest amplius prorogari ».

3. **Quare septem ?** Secundum alios septem gradus ideo computantur, ut ita post septem gradus sponsus sponsae iungatur, sicut post hanc vitam, quae septem diebus agitur, Ecclesia Christo iungetur.

Cap. 4 (227).

1. **De dispensatione Gregorii erga Anglos ?** His autem occurrit illud quod « Gregorius2 Augustino, Anglorum episcopo, a quo requisitus fuerat quota generatione debeant copulari, rescribit sic 3; Quaedam lex Romana 4 permittit ut sive fratris vel sororis, seu duorum fratrum germanorum seu duarum sororum, filius et filia misceantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere; unde necesse est ut quarta vel quinta generatio fidelium licenter sibi coniungantur ».

2. « Sed 5 post multum temporis idem **Gregorius** a Felice, Messinae Siciliae praesule, requisitus 6 utrum Augustino scripserit, ut An-

1 **sex] septem M,** *corr. ex* **septem RT,** *om.* **NX. 2-3 prorogari] propagari BCRV, vel prorogari** *add. interi. V2.* **8 dispensatione] dispositione LOT, desponsatione M, disputatione BCX. ‖ erga] apud BCX. 11 vel] sive CMN, et RVn. 14 coniungantur] jungantur BCLRVX. 15 Sed] Jobs crisost.** *rubrica marg.* **ALRT,** *quod det.* **L; Jobs Cris, constantinopolitanus eps.** *rubr.* **BCNOX; Jobs Crisost. Constantinis Messine eps** *rubr.* **M** *(cf. Notationes Correctorum, apud Decretum Gratiani, ad c. 20, p. 1208s; necnon et rubricas Hugonis de S. Vici., De sacr. II, p. II, c. 14* **[PL** *176, 514 D et 515* **AJ).**

1 Ex fonte incerto; invenitur in Hugonis *De sacram.,* II, 11, 14 (PL 176, 511 D), ubi tamen legitur: « In iis septem gradibus » (ut in num. 3); ita etiam « in septem gradibus » in *Sententiis Magistri A.,* ed. H. J. F. Reinhardt, n. 217, cum rubrica *Ex Concilio Agripinensi* (p. 237). 2 Ioannes Diaconus (825 - c. 880), S. *Gregorii Magni vita* (scripta rogatu Ioannis Pp. VIII), II, n. 37 (PL 75, 101 B-C); excerpitur ad verbum, ut videtur, ex Beda, *Historia ecclesiastica,* I, resp. V (PL 95, 59 D-60 A). 3 Ibid., n. 38 (101 C-D); et Gregorius I, *Regisirum Epist.,* XI, *Epist. 64,* interrog. 6 (PL 77, 1188 B et 1189 A); quoad authenticitatem cf. supra, Dist. 31, c. 8, n. 2. *4 Codex, V,* tit. 4, lex 19 *(Corp. luris Civ.,* II, 196a). 5 Ioannes Diaconus, ibid., n. 38 (101 C-D). *6 Epistola* Felicis exstat in *Registre Epist.* Gregorii, XIV, 16 (PL 77, 1320 D -1321 A), et responsio Gregorii, ibid., *Epist. 17* (1323 C). Utraque spuria adiudicari debet tam ex modo scribendi (ut apparet ex

Num. 2 conclusio Isidori (?) est, ad finem c. 6 C. 35 q. 5 (1277). — Num. 3. Nihil invenimus de dicto de septem diebus.

Cap. 4. Verbis introducitur Hugonis, ut videtur, *De sacram.* **II,** 11, **14** (PL 176, 514 D). **Textus** autem rescripti, potius ex *Decreto,* C. 35 q. 2 c. 20 (1268s).

glorum quarta generatione contracta matrimonia non solverentur, inter cetera talem reddidit rationem: Quod scripsi Augustino, Anglorum episcopo, ipsi etiam Anglorum genti, quae nuper ad fidem venerat, ne a bono quod coeperat metuendo austeriora recederet, specialiter et non generaliter me cognoscas scripsisse. Nec ideo haec eis scripsi, ut postquam in fide fuerint solidati, si infra propriam consanguinitatem inventi fuerint, non separentur, aut infra affinitatis lineam, id est usque ad septimam generationem, iungantur ».

DISTINCTIO XLI

Cap. 1 (228).

1. **De affinitatis gradibus.** Nunc de affinitate videndum est. — **Gregorius** [1] De qua **Gregorius** ait L « Porro de affinitate, quam dicitis parentelam esse, quae ad virum ex parte uxoris, seu quae ex parte viri ad uxorem pertinet, manifesta ratio est: quia si secundum divinam sententiam [2] ego et uxor mea sumus *una caro,* profecto mihi et illi mea suaque parentela propinquitas una efficitur. Quocirca ego et soror uxoris meae in uno et primo gradu erimus; filius vero eius secundo gradu erit a me, neptis vero tertio; idque utrinque in ceteris agendum est successoribus. Uxorem vero propinqui, cuiuscumque gradus sit, ita me oportet attendo dere, quemadmodum ipsius quoque gradus aliqua femina propriae propinquitatis sit. Quod nimirum uxori meae de propinquitate viri sui in cunctis cognationis gradibus convenit observare. Qui vero aliorsum sentiunt, antichristi sunt ».

11-12 Gregorius *(rubr.) om.* RVW.

■litteris genuinis eidem Felici directis, PL 77, 493 C-494 A; 522 C-523 B; 541 B-542A) tam ex morte Felicis ante vel circa 595, scilicet ante adventum Augustini in Angliam. Anno enim illo Gregorius pallium misit Dono, eius successori (PL 77, 801 C - 802 A). 1 Iuxta L. Machielsen, decretum hoc Italiae confectum est saec. XI *(Les spurii de S. Grégoire le Grand...,* 256). Alibi invenitur sub nomine Zachariae papae, ut in *Sent. Magistri A.* (ed. Reinhardt, 243s); cf. *Decreta* Zachariae, n. 3 (PL 89,960 A-B; Mansi XI1,356). 2 Resp. Matth. 19, 6: *Iam non sunt duo, sed una caro-* Gen. 2, 24.

Dist. XLI, c. 1, n. 1: ex *Decreto,* C. 35 q. 5 c. 3 (1274s).

2. **Ex concilio Maticensi**[2]. Item Iulius Papa 1; « Aequaliter vir coniungatur consanguineis propriis et consanguineis uxoris ». — Item **Isidorus**2: « Sane consanguinitas quae in proprio viro conservanda est, etiam in uxoris parentela de lege nuptiarum custodienda est, quia constat eos duos fuisse in carne una, ideoque communis illis est utraque parentela ».

3. **Iulius Papa**[3]. Item Iulius Papa 3: « Nullum in utroque sexu permittimus ex propinquitate sui sanguinis vel uxoris usque in septimum generationis gradum uxorem ducere vel incesti macula copulari quia sicut non licet cuiquam Christiano de sua consanguinitate, sic nec de consanguinitate uxoris coniugem ducere, propter carnis unitatem ».

4. **Gregorius in concilio Meldensi**[4]. Item **Gregorius**'·: « De affinitate consanguinitatis per gradus cognationis, placuit usque ad septimam generationem observare. Nam et hereditas rerum, per legales instrumentorum definitiones sancita, usque ad septimum gradum heredum protendit successionem. Non enim eis succederent, nisi de propagine cognationis deberetur». — His auctoritatibus insinuatur et quae sit affinitas et usque ad quem gradum sit observanda, scilicet usque ad septimum.

Cap. 2 (229).

1. **Variae traditiones de affinitate.** Sed alii videntur concedere in quinta generatione inter affines contrahi coniugium; et in quarta etiam, si contractum fuerit, non separari.

1 Ex] lulius papa *praem.* (mg.) BCX. 2 Item] ysidorus *rubrica marg. add.* AMX. 7 Rubrica *om.* LNORTVW. 8-9 septimum... gradum] septimo... gradu BCM.

1 Rubrica hic posita in codicibus pertinet ad auctoritatem sequentem; eadem verba infra, c. 2, n. 2, Fabiano papae attribuuntur. 2 Non invenitur in Conciliis Maticensis (an. 583 et 585); neque in aliis conciliis Galliae ante an. 695 (cf. CCL 148 et 148 A). Eadem attributio ex parte Hugonis, *De sacram.* II, 11, 15 (PL 176, 517 B); et in collectione S. Genovefae, cod. 166, f. 108r; etc. Videat Gratianus. 3 Spurium. Non invenitur in Concilio Aurelian, an. 538, sicut vult Gratianus (cf. CCL 148 A, 118). 4 Licet affine sit epistolae Gregorii III ad Bonifacium, uti supra (Dist. 40, c. 1, n. 2), spurium adiudicari debet; cf. L. Machielsen, *Les spurii,* 263s.

Num. 2: auctoritas Iulii, ex C. 35 q. 1-2 c. 13 (1267); illa Isidori, ex sequenti c. 14. — Num. 3: cap. Iulii, ex c. 7 eiusdem C. 35 q. 1-2 (1265). — Num. 4: ex c. 1 eiusdem (1264). Cf. dictum post c. 19 (1268).

Cap. 2, n. 1 dependet a rubrica Gratiani ad c. 3 C. 35 q. 2-3 (1264), unde cap. Fabiani in num. 2.

2. **Fabianus Papa** *. Ait enim **Fabianus** Papa 1; « De propinquis qui ad affinitatem per virum et uxorem veniunt, defuncta uxore vel viro, in quinta generatione iungantur; in quarta, si inventi fuerint, non separentur. In tertia autem propinquitate non licet uxorem alterius accipere post obitum eius. Aequaliter vir iungatur in matrimonio eis qui sibi consanguinei sunt, et uxoris suae consanguineis post mortem uxoris ». Ecce hic conceditur in quinta vel quarta propinquitate affinium fieri coniugium.

3. **Iulius Papa** *. **Iulius** etiam Papa ait 2; « Statutum est ut relictam patris uxoris suae, relictam fratris uxoris suae, relictam filii uxoris suae nemo sibi in matrimonium sumat; relictam uxorem consanguineorum uxoris suae usque in tertiam progeniem nemo in uxorem sumat; in quarta vero et quinta, si inventi fuerint, non separentur ».

4. Ecce quam varie de affinitatis observatione loquuntur auctores! Alii enim usque ad septimum gradum eam observari sanciunt; alii vero in quinta vel quarta matrimonia contracta non dividunt. Sed illi veritatis rigorem, isti misericordiae dispensationem videntur proponere. Potest enim Ecclesia dispensare in copula affinium usque ad tertium gradum, sicut **GregoriusS** dispensavit in quarto gradu consanguinitatis.

5. **Gregorius** *. Illud etiam non est praetereundum quod **Gregorius**4 Venerio episcopo scribit: « Sedem Apostolicam consulere decrevisti, si mulier copula nuptiali extraneo viro coniuncta, cognationi eius pertineat; si eo defuncto cognatio maneat, vel si sub alio viro cognationis vocabula dissolvantur; vel si susceptae soboles possunt legitime ad prioris viri cognationis transire copulam. Si una caro fuerit, quomodo potest

1 **Rubrica** *om.* **RVW.** ‖ **Papa**1 *om.* **BTX.** **8 Rubrica** *om.* **ARVW.** **15 quinta... quarta] quinto... quarto NX, quintum... quartum V,** *trp.* **AW, generatione** *add.* **L. 15 vel] in** *add.* **CMW.** **19 Rubrica** *om.* **RVW.** **20 scribit] scripsit ANOW.**

1 Manifeste spurium. 2 Spurium. Non invenitur inter Decreta Iulio ascripta (PL 8, 969). Quodammodo sonat in c. 11 (10) Concil. Aurelian, an. 538, ubi interdictum est... ne quis sibi coniugii nomine sociare praesumat relictam patris, filiam uxoris, etc. (CCL 148 A, 118); *progenies* autem non habetur inter verba Conciliorum Galliae. 3 Supra, Dist. 40, c. 4, n. 1. 4 Haec epistola, quae incipit *Fraternitatis vestrae,* pluries citata ante Lombardum, non apparuit ante saec. XI (cf. L. Machielsen, *Les spurii...,* 256s).

Num. 3: ex c. 12 ibidem (1267). — Num. 5: ex c. 1 C. 35 q. 10, multis omissis (1286s);. cf. Hugo, *De sacram.* II, 11, 10 (PL 176, 516 B-517 B), qui tamen non est fons Magistri. Conclusio post auctoritatem Gualteri est in *Summa sent.,* VII, 11, pleraque ad litteram. Qui inde subdit: « Hoc autem decretum Gregorii non servat Ecclesia. Iam enim sequeretur quod nulli de duabus diversis cognationibus praeter duas personas solas possent copulari. Unde contingeret quod fere nullus coniugem sibi congruam inveniret» (PL 176, 164B).

aliquis eorum propinquus uni pertinere nisi pertineat alteri? Hoc minime posse fieri credendum est. Porro uno defuncto, in superstite affinitas non deletur; nec alia copula coniugalis affinitatem copulae prioris solvere valet. Sed nec alterius coniunctionis soboles placet ad affinitatis prioris viri consortium transire. Si quis ergo sacrilego et temerario ausu in defuncto quaerit propinquitatem exstinguere, vel sub altero affinitatis vocabulo dissipare, vel susceptas soboles alterius copulae propinquitati prioris credit legitime sociari, hic negat Dei verbum validum esse », quod « dixit 1; *Erunt duo in carne una* ». — Ecce hic prohibet, si mortuo primo viro uxor eius alii nupserit, filios de secundo viro genitos ducere uxores de cognatione prioris viri, quia filii mediante matre ad cognationem prioris viri pertinent, cum quo mater eorum una caro exstiterat.

6. **Innocentius Papa** *:* Hoc idem etiam **Innocentius** Papa ait 2; « Si qua mulier ad secundas nuptias transierit et ex eis sobolem genuerit, nullatenus potest ad consortium cognationis prioris viri pertingere ». Hoc autem observandum est usque ad septimum generis gradum 3, sed maxime usque ad tertium vel quartum, sicut supra positum est 4.

Cap. 3 (230).

1. **Si coniugium sit inter eos qui nota consanguinitate dividuntur.** Et est sciendum quod Ecclesia infra praedictos gradus consanguinitatis coniunctos separat.

2. Si autem ignoranter coniuncti fuerint in conspectu Ecclesiae, et postmodum, probata consanguinitate, eiusdem iudicio separati, quaeritur utrum copula illa coniugium fuerit. — Quibusdam 5 videtur non fuisse coniugium, quia non erant legitimae personae; sed tamen de crimine excusantur per ignorantiam, et quasi coniugium reputatur, quia bona fide et per manum Ecclesiae convenerunt; unde et filii eorum legitimi haben-

6 vocabulo MNOX, vocabula *alii (et* **X2**). **13 Rubrica** *om.* **RVW.** ‖ **Papa2** *om.* **ABCRX,** *quod add. interi.* **R2**. **15 generis] generationis RTW.**

1 Gen. 2, 24; Matth. 19, 5. 2 Cap. ad minus incertum (ut notat Ae. Friedberg, ed. *Decretum* Gratiani, 1288). 3 Secundum auctoritates cap. 1 praesentis Dist. 4 Hic, in num. 4. 5 Nempe Gualterus de Mauritania, *De sacr. coniugii,* c. 11 (PL 176, 164 A).

Num. 6: Ex *Decreto,* C. 25 q. 10 c. 3 (1288), quod dicitur esse « ex Romano sinodo ». Nomen Innocentii non invenitur hic, sed ante c. 2 (1287).

tur. — Alii 1 vero dicunt fuisse coniugium, licet non essent legitimae personae, quia talium coniunctiones vocant canones 'coniugia', ubi de personis agunt quarum testimonio consanguineorum sit dirimenda coniunctio.

Cap. 4 (231).

1. **Quibus personis testificantibus sint dirimenda coniugia? — Urbanus Papa?** Unde **Urbanus** Papa 2: « Si duo viri vel tres consanguinitatem iureiurando firmaverint, vel ipsi forte confessi fuerint, coniugia dissolvantur. Si vero neutrum contigerit, episcopi eos per fidem Christi obtestentur, quatenus palam fateantur si se recognoscunt consanguineos. Si se iudicio episcoporum segregaverint, alia matrimonia contrahere non prohibeantur ».

2. **Ricario Genuensi episcopo?** Idem 3; « Notificamus tibi ut, cum tres vel duo ex propinquioribus eius qui accusatur hanc propinquitatem iuramento firmaverint, vel si tres vel duo ex antiquioribus Genuensibus quibus haec propinquitas est nota, qui bonae famae et veracis testimonii sint, remoto amore, timore, pretio et omni malo studio, praedicto modo firmaverint, sine mora coniugia dissolvantur ».

3. **Fabianus Papa** «Consanguineos4 vero extraneorum nullus accuset, vel consanguinitatem in synodo computet; sed propinqui, ad quorum notitiam pertinet. Si autem progenies tota defecerit, ab antiquioribus et veracioribus, quibus propinquitas tota nota sit, episcopus canonice perquirat; et si inventa fuerit, separentur ». — Ecce quibus accusantibus vel testificantibus dirimenda sit consanguineorum coniunctio quae coniugium vocatur.

5-6 Rubricae *om.* **RVW. 6-7 consanguinitatem iureiurando** *trp.* **LT. 12 Rubrica** *om.* **RVW. ‖ Ricario] Idem** *praem.* **BCX. 15 est] sit ABCRVX** *Grat.* **‖ est (sit) nota** *trp.* **ALX. 18 Fabianus Papa** *om.* **VWX.**

1 Inter quos Hugo, *De sacram.,* II, 11, 4 (PL 176, 484 D). Cf. L. Ott, *Walter von Mortagne,* in *Mélanges J. de Ghellinck,* II, 679. 2 Urbanus II, in Concilio Troiano in Apulia (an. 1093), c. 1 (I. Mansi, XX, 789-790). 3 Urbanus II, *Epist. 123,* ad Ricarium vel Cariacum, sed rectius Cyriacum, episcopum, c. 1090 -94 (PL 151, 394 B-C; P. F. Kehr, *Italia Pontificia* VI-2, 265, n. 4). 4 Cap. spurium.

Cap. 4, n. 1: Ex *Decreto,* C. 35 q. 6 c. 4 (1278), pluribus omissis. — Num. 2 ex eadem C. 35 q. 6 c. 3 (1278). — Num. 3: ex eadem, c. 1 (1277); conclusio fundatur in quaest.. Gratiani ante idem c. 1.

Cap. 5-9 (232-236).

1. **Distinctio utilis.** Hic dicendum est quod aliud est fornicatio, aliud stuprum, aliud adulterium, aliud incestus, aliud raptus.

2. **Quid sit fornicatio?** Fornicatio licet sit genus omnis illiciti coitus qui fit extra uxorem, tamen specialiter intelligitur in usu viduarum vel meretricum vel concubinarum. — **Quid sit stuprum?** Stuprum proprie est virginum illicita defloratio. — **Quid sit adulterium?** Adulterium est alieni thori violatio: unde adulterium dicitur quasi ad alterius thorum accessio. — **Quid sit incestus?** Incestus est consanguinearum vel affinium abusus: unde incestuosi dicuntur qui consanguineis vel affinibus suis abutuntur. — **Quid sit raptus?** Raptus admittitur cum puella violenter a domo patris educitur, ut corrupta in uxorem habeatur. Sive puellae sive parentibus vis illata constiterit, hic morte mulctatur. Sed si ad ecclesiam cum rapta confugerit, privilegio ecclesiae mortis impunitatem meretur.

3. **Alexander Papa?** Attendendum est etiam illud Alexandrini[1] quod ait: « Quod frater sororve uxoris tuae cognati dicuntur, aequivocationis iure fit et necessitate vulgaris appellationis, potius quam ulla cognationis causa. Uxor enim fratris 'fratrissa' potius quam cognata vocatur. Mariti frater 'levir' dicitur. Duorum fratrum uxores 'ianitrices' vocantur, quasi eandem ianuam intrantes. Viri soror 'glos' appellatur; sororis autem vir non habet speciale nomen, nec uxoris frater ».

2 dicendum] distinguendum BC, videndum W. 8 ad alterius thorum] alterius thori MNOTW, *quod corr. in parte* **N. 9 consanguinearum] consanguineorum BLM,** *quod corr.* **L2. 15 Rubrica** *om.* **RVW.** ‖ **Papa** *om.* **BCX. 16 quod] qui LMT,** *quod corr.* **L2.**

1 Uti hic iacet (ex *Decreto,* ut infra) non est Alexandri pp. 11; verba enim «Uxor... uxoris frater» Isidori sunt, *Etymolog.,* IX, c. 7, nn. 17-18 (PL 82,366 A). Nihilominus quodammodo fundatur in epistola Alexandri *De parentelae gradibus,* anno 1063 (PL 146, 1402 D-1403 C; I. Mansi, XIX, 961, n. 27); cf. P. F. Kehr, *Regesta Pontificum Rom.: Italia Pontificia,* VIII, 452.

Capp. 5-9. Ut apparet ex elencho capp. (supra, p. 20), unicuique crimini assignatur proprium brevissimum cap. — Num. 2: Omnia ex dicto Gratiani post c. 2 C. 36 q. 1, §§ 1-5 (1289). — Num. 3: ex c. 5 C. 35 q. 5 (1275).

DISTINCTIO XLII

Cap. 1 (237).

1. **De spirituali cognatione.** De parentalium graduum famosa quaestione aliquid, licet minus sufficienter, diximus. Iam de spirituali cognatione addamus, quae etiam personas impedit, ut non sint legitimae ad ineundas nuptias.

2. Tria quaedam sunt: consanguinitas, affinitas et spiritualis germanitas. Consanguinitas est inter eos qui iunguntur secundum lineam generis. Affinitas inter eos qui genere quidem non sunt coniuncti, sed mediante genere sunt sociati; verbi gratia, uxor filii fratris mei, quae non est de genere meo, per ipsum, qui est de genere meo, mihi affinis facta est et ego illi.

3. Spiritualis proximitas est inter compatrem et commatrem, et inter eos quorum unus alterum de sacro fonte levavit, vel in catechizatione aut confirmatione tenuit. Est etiam inter filios eiusdem hominis carnales et spirituales.

Cap. 2 (238).

1. **Qui sint filii spirituales.** Spirituales filii sunt, quos de sacro fonte levamus vel in catechizatione seu confirmatione tenemus. Filii etiam et filiae spirituales eorum sunt, qui trinae mersionis vocabulo eos sacro baptismate tingunt. Dicitur et spiritualis filia sacerdotis, quae ei peccata sua confitetur.

3 De spirituali cognatione *trp, ante* Iam *(lin, 4)* ABCRT^VX. *Vide notam ad textum.* 15 aut] in *add.* LT. 19 seu] vel ABC. 21 et] etiam BCRV, etiam et AX.

Dist. XLII. Ex codicibus non immediate apparet ubi aperiatur novum capitulum (237), ac proinde ubi ponenda sit nova Dist. halesiana; scilicet utrum uti hic ad *De parentalium* (ut in codd. LMNOW), an ad verba *Iam (nunc) de spirituali* (ut in codd. ABCVX, et minus clare in RT). Ad solutionem nihil confert *Olossa* Magistri Alex, de Hales, quae ultra Dist. XXXIX non prosequitur (nec divisionem textus sufficienter indicat). Primam divisionem sequimur, quae magis concordat codici Assisiensi, *Bibi, commun.* 103, f. 169a; de quo cf. *Mag. Alex, de Hales Glossa,* I, pp. 851 et IV, pp. 89 — Cap. 1: Cf. L. Ott, *Walter von Mortagne,* 679-681. — Num. 2: ex Hugone, *De sacram.* II, 11, 17 (PL 176, 518 D). — Num. 3: ex tract. Gualteri, *Summa sent.* VII, 12 (PL 176, 164 C). — Cap. 2, η. 1. Prima definitio Æualteri est, c. 12 (164 C); reliqua ex dicto Gratiani ante c. 8 C. 30 q. 1 (1099).

2. **Symmachus Papa.** Unde Symmachus Papa 1; « Omnes quos in poenitentia suscipimus, ita nostri spirituales sunt filii ut et ipsi quos vel nobis suscipientibus, vel sub trinae mersionis vocabulo mergentibus, unda baptismi regeneravit. — **Sylvester Papa.** Sylvester etiam admonet ut ad suam poenitentialem nullus sacerdos accedat, quia scriptum est: Omnes quos in poenitentia accipimus, ita nostri filii sunt ut in baptismo suscepti ». Quorum omnium flagitiosa est commixtio.

3. **Ex Concilio Maguntiensi.** Quod autem compater et commater sibi iungi nequeant, nec pater spiritualis vel mater filiae vel filio spirituali, ex Concilio Maguntiensi 1 docetur: « De eo quod interrogastis, si aliquis filiolam suam duxerit uxorem, et de eo qui concubuit cum matre spirituali, et de eo qui filium suum baptizaverit et uxor eius eum de fonte suscepit, hac causa, ut discidium fieret coniugii, si post in tali copula possunt permanere, sic respondendum est: Si filiolam aut commatrem suam aliquis in coniugio duxerit, separandos esse iudicamus et gravi poenitentia plectendos. Si vero coniuges legitimi, unus vel ambo, ex industria hoc fecerint, ut filium suum de fonte susciperent, si innupti manere voluerint, bonum est; sin autem gravis poenitentia insidiatori iniungatur et simul maneant; et si praevaricator coniugii supervixerit, acerrima poenitentia mulctetur et sine spe coniugii maneat ». — Ex his apparet quod aliquis filiolam suam vel commatrem non potest sibi copulare nuptialiter, et si praesumptum fuerit, separandi sunt. Qui autem legitime conjuncti sunt, non ideo separandi sunt quia alter eorum insidiose filium de fonte levavit.

1 Rubrica *om.* **RVW. 8 Rubrica** *om.* **RVW. 12 baptizaverit] baptizavit BCLRVW. 12-13 suscepit] susceperit AV, levaverit N. 15 coniugio] coniugium M, coniugem N, uxorem AX.**

1 Spurium (PLS 3, 1249). 2 Praeter fontes Magistri (infra), hoc cap. sub eadem rubrica et eisdem quasi verbis offertur apud alios canonistas ac theologos: cf. Ivo Carnot., *Decretum* IX, 82, et *Panormia* VII, 66 (PL 161, 680 D - 681 A; 1297 A-B et 1298 A); in forma breviore, *Sententiae Magistri A,* n. 210 (ed. Reinhardt, 234); Hugo, *De sacram.,* II, 11, 16 (PL 176, 518 A-B). Sed quid vel ubi sit originale, non constat; non est idem ac epistola Rabani Mauri ad Heribaldum seu *Poenitentiate,* c. 20 (PL 110, 486 D-487 A); nec invenitur inter acta conciliorum quae Maguntiensi celebrata sunt.

Num. 2: idem c. 8; in fine, pars dicti Gratiani ante idem cap. — Num. 3. Capitulum concilii verbis introducitur *Summae sent.* VII, c. 12 (PL 176, 164 C); textus autem sumitur ex Gratiani *Decreto,* C. 30 q. 1 c. 5 (1097s). Conclusio fundatur supra *Decretum,* ex dicto ante c. 1 C. 30 q. 1 (1095s) et ex rubricis ad capp. 3-4 (1097).

4. **Nicolaus Papa Salonitano episcopo.** Quod etiam Nicolaus[1] confirmat dicens: « Nosse desideras utrum mulier quae viri filium, ex alia femina genitum, de sacro fonte levaverit, postmodum possit cum eodem viro copulari? Quos ideo coniungi posse decernimus, quia secundum canones sacros, nisi amborum consensu nullius religionis obtentu debet coniux dimittere coniugem, cum Apostolus praecipiat[2]; *Nolite fraudari invicem, nisi forte ex consensu ad tempus* » etc.

5. **Ex Concilio Cabillonensi.** Item[3]: «Dictum est nobis quasdam feminas desidiose, quasdam vero fraudulenter, ut a viris suis separentur, proprios filios coram episcopis ad confirmandum tenuisse. Unde nos dignum duximus ut, si qua mulier filium suum desidia aut fraude aliqua coram episcopo tenuit ad confirmandum, propter fallaciam vel fraudem, quamdium vivat poenitentiam agat; a viro tamen suo non separetur ».

6. **Ioannes Papa Anselmo Lemovicinae episcopo ecclesiae.** Item Ioannes Papa[4]: « Ad limina beati Petri homo nomine Stephanus veniens, nostro praesulatui innotuit quod filium suum, in extremo vitae positum necdum baptismi unda lotum, absentia sacerdotum cogente baptizavit eumque propriis manibus suscepit. Atque pro huiusmodi negotio Reverentia tua praefatum hominem a sua coniuge iudicavit esse separandum. Quod fieri nullatenus debet, dicente Scriptura[5]: *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Et Dominus[6] non dimittere uxorem nisi causa fornicationis iubet. Et nos tanta auctoritate freti, dicimus dimittendum esse

1 **Salonitano] salomitano CLNTX. 4 decernimus] decrevimus ARTVX. 4-5 canones sacros** *trp.* **AMX. 6 fraudari] fraudare BCR. 10 separentur] separarentur ABOT. 12 tenuit] tenuerit BCNV. 15 Lemovicinae L, lemozine BCRX, Lemmozeno (etc.) AMNO,** *om.* **T. ‖ ecclesiae** *om.* **NT. 22 uxorem** *trp. post* **Dominus LTV. 23 dicimus** *om. V,* **non** *add.* **LW, non** *add. interi.* **T2.**

1 Revera est *Epist. 132* Nicolai I ad Salomonem episc. [858-867] S. Constantiae ecclesiae (PL 119, 1128 C-D; A. Brackmann, *Germania Pontificia* II-1, 124, n. 3); vide etiam infra, c. 5, ŋ. 1. 2 I Cor. 7, 5. 3 Concil. Cabilonense II (an. 813), cap. 31 (I. Mansi, XIV, 99 D). 4 Ioannes VIII (872-882), *Epist. 226* (an. 879), ad Anselmum Lemovicensem (869-897) episc. (PL 126, 839 B-D; *Gallia Christiana,* II, 508; cf. DThC VIII, 612). 5 Matth. 19, 6. 6 Matth. 5, 32.

Num. 4: idem c. 3 (1097); iam in *Summa sent.* VII, 20 (PL 176, 171 A). — Num. 5: idem c. 4, uti supra (1097); idem legitur in Hug. *De sacram.* II, 11, 16 (PL 176, 518 A) et in *Summa sent.* VII, 20 (171 C). — Num. 6: Partim in *Summa sent.* ibid. (171 B); sed fons est *Decretum,* C. 30 q. 1 c. 7 (1098s), licet hic in forma abbreviata. Conclusio, ex *Summa seni.,* sibid. (171 C).

et inculpabile iudicandum quod necessitas intulit; nam baptizandi opus laicis fidelibus, si tamen necesse fuerit, libere conceditur. Unde si supradictus homo, filium morientem aspiciens, ne animam perpetuo perire dimitteret, unda baptismi lavit ut eum de potestate mortis eriperet, bene fecisse laudatur; ideoque suae uxori, sibi iam olim legitime sociatae, impune dum vixerit iudicamus manere coniunctum, nec ob hoc separari debere ». — His aliisque pluribus auctoritatibus edocetur coniuges non esse separandos, si post legitimam copulam alter alterius filium de fonte levat vel in confirmatione tenet.

7. **Quid praemissis obviet. — Deusdedit Papa Gordiano Hispalensis ecclesiae episcopo** [1]. His autem obviare videtur quod **Deusdedit** Papa ait U « Pervenit ad nos diaconus Sanctitatis vestrae epistolam deferens, quod quidam viri et mulieres praeterito sabbato paschali, pro magno populi incursu, nescientes filios suos suscepissent de lavacro. Cupis ergo scire an propter hoc debeant viri ac mulieres ad proprium usum redire vel non. Nos vero hac re moesti inquisivimus priorum dicta, et invenimus in archivis (id est in armariis) Apostolicae Sedis, iam talia contigisse in pluribus Ecclesiis. Quarum episcopis, ab hac Apostolica Sede volentibus scire utrum viri ac mulieres redirent ad proprium thorum, beatae memoriae sancti Patres Iulius, **Innocentius** et **Coelestinus**, cum episcoporum plurimorum consensu in Apostolorum principis Ecclesia, prohibentes talia rescripserunt, et confirmaverunt ut nullo modo se in coniugio reciperent mulieres ac viri, quicumque aliqua ratione susceperunt natos, sed separarent se, ne suadente diabolo tale vitium inolesceret ». — **Ex concilio apud Vermeriam** [2]. Item 2; « Si quis fi-

10 **Deusdedit... episcopo** *om.* **VW,** *add. marg.* **R2**. ‖ **Hispalensis] hyspalensi NO, hyspanensis A, spalensis T.** 14 **suscepissent BCLTVX** *Grat.,* **susceperint A, suscepe-runt RW, suscepisse N, suscipientes MO.** 16 **vero] ergo de T, autem W.** ‖ **hac] ac NRX,** *quod corr.* **N.** ‖ **hac re] inde W.** 17 **id... armariis** *add. marg.* **BN,** *interi.* **L,** *om.* **CV.** 18 **in** *om.* **ABLWX.** ‖ **Quarum] Quare LMNOT,** *quod corr.* **N, ab** *add.* **LMNOTWX,** *add. interi.* **R2,** *quod corr.* **NO.** 23 **se in coniugio** *trp.* **BCRW.** 24 **susceperunt] susce-perint ANX.** D **separarent] separent ALMRTVW,** *quod corr.* **L2T.** 25 **inolesceret] ino-lescat LMRV,** *sed corr.* **R2V2,** *corr. in* **inolescat T2.** ‖ **Rubrica** *om.* **AVW,** *add. marg.* **V2**.

1 *Epistola Gordiano Spalensis* (vel: Hyspalensis) *episc.* (PL 80, 361 B et 362 B); non tantum dubia sed et spuria (PLS 4, 1653). 2 Ecotra est ex Capitulari Compendiensi an. 757, c. 15 (PL 96, 1514 C); apud Benedictum Levitam, *Capitularium collectio,* I, 7 (PL 97,. 706 A).

Num. 7. Prima auctoritas iam in *Summa sent.,* ibid. (171 C-D), sed etiam hic textus quaerendus est in *Decreto* C. 30 q. 1 c. 1 (1096), unde etiam in cap. sequenti (2) invenitur illa, concilii apud Vermeriam.

liastrum vel filiastram suam ante episcopum tenuerit ad confirmationem, separetur ab uxore sua et aliam nunquam accipiat ».

8. Haec autem vel ad terrorem dicta sunt: non quod ita esset faciendum, sed ne illud fieret summopere cavendum; vel de illis est intelligendum, qui prius filios suos vicissim de fonte susceperunt quam fierent coniuges. — Praemissis autem auctoritatibus omnino consentiendum est, ut sive proprium seu tantum viri filium mulier de fonte susceperit, non ideo a viro separetur. Quod et de viro similiter oportet intelligi.

Cap. 3 (239).

De copula spiritualium vel adoptivorum et naturalium filiorum. — Nicolaus Papa, ad consulta Bulgarorum [2]. Quod autem spirituales vel adoptivi filii naturalibus copulari nequeant, **Nicolaus** Papa testatur [1] ita inquiens: « Ita diligere debet homo eum qui se suscepit de sacro fonte sicut patrem. Inter fratres et filios spirituales gratuita et sancta communio est, quae dicenda non est consanguinitas, sed habenda spiritualis proximitas. Unde inter eos arbitror non posse fieri legale coniugium, quia nec inter eos qui natura et eos qui adoptione filii sunt, venerandae leges matrimonia contrahi permittunt ». Item: « Si [2] inter eos non contrahitur matrimonium, quos adoptio iungit, quanto potius a carnali oportet inter se conturbernio cessare, quos per caeleste sacramentum regeneratio Sancti Spiritus vincit? »

3 quod] quia ABCRWX. 4 summopere] est *add.* **M,** *add. interi.* **V2.** ‖ **cavendum] est** *add.* **T.** ‖ **vel** *om.* **TX,** *add. interi.* **N2O2. 7 seu] sive BCLNWX. 8 et] etiam BLTVX, etiam** *add. interi.* **N2. 11 Nicolaus... Bulgarorum** *om.* **RVW. 21 vincit] iungit AVX, id est iungit** *add. interi.* **L2, vel vincit** *add. interi.* **V2.**

1 Cap. 2 (I. Mansi, XV, 402 A; PL 119, 979 A-C). 2 Ibid. (402 C; 979 C).

Num. 8. Conclusio quod *ad terrorem* dicta (vel interdicta) sunt talia, sumi videtur ex Gualt., *Summa sent.* VII, 13 (PL 176, 165 B), quamvis enuntiata circa aliam materiam; altera pars («vel de illis...»), ex eodem, c. 20: «His auctoritatibus confirmatur quod coniuges separari non debent si, postquam legitime coniuncti sunt, alter levat filium alterius de sacro fonte vel tenet ad confirmandum» (PL 176, 171 C). Conclusio Gratiani est, post c. 10 C. 30 q. 1 (1099).

Cap. 3. Cf. L. Ott, *Walter von Mortagne,* 681, ubi notat quod auctoritas Nicolai tantum in parte habetur apud Gualt., c. 12 (PL 176, 164 D); unde sequitur quod fons Magistri *Decretum* est, in dicto ante c. 1, et ipsum c. 1 C. 30 q. 3 (1100).

Cap. 4 (240).

1. **Si filii ante compaternitatem vel post nati valent coniungi.** Hoc autem quidam volunt intelligere de illis tantum filiis quibus compatres facti sunt. De aliis vero, qui ante compaternitatem vel post geniti sunt, concedunt quod legitime et licite iungi possunt.

2. **Urbanus Papa, Vitali presbytero Brisciensi :** Quibus videtur consentire **Urbanus** II dicens 1; « Super quibus consuluit nos tua dilectio, hoc videtur respondendum: ut et baptismus sit, si instante necessitate femina puerum in nomine Trinitatis baptizaverit; et quod spiritualium parentum filii vel filiae ante vel post compaternitatem genitae possunt legitime coniungi, praeter illam personam qua compatres sunt effecti ».

3. **Paschalis Papa :** **Paschalis** vero secundus post compaternitatem genitos copulari prohibet, scribens Regino episcopo 2: « Post susceptum filium de fonte vel filiam spiritualem, qui ex compatre vel ex commatre fuerint nati, matrimonio iungi non possunt ».

4. **Ex Triburiensi concilio :** Illud etiam notandum est, quod in Triburiensi Concilio legitur3: « Si quis suae spiritualis commatris filiam fortuitu, et ita contingente rerum casu, in coniugium duxerit, consilio maturiore servato, habeat atque legitimo connubio honeste operam det ».

Cap. 5 (241).

1. **Si quis ducere possit duas commatres, alteram post alteram. — Nicolaus Papa, Constantiensi episcopo :** Solet etiam quaeri si commatrem

2 Si] De copula filiorum qui ante compaternitatem vel post nati sunt *praem. (ex elencho capp.)* **BCX** *(qui inde duas rubricas habent).* ‖ **nati] natis ORW,** *om.* **T.** ‖ **Hoc** *hic non signant initium novi capituli* **ABCTX. 5 legitime et** *om.* **BCLRVX. 6 Rubrica** *om.* **RVW.** ‖ **Vitali presbytero Brisciensi** *om.* **A. 11 sunt effecti** *trp.* **LMTV. 15 iungi] coniungi ABCRX. 16 Rubrica** *om.* **LRVW. 22 Nicolaus... episcopo** *om.* **RTVW.**

1 Exstat fragmentum inter epistolas Urbani II, ut n. 271 (PL 151, 529 A, ut ex *Decreto* Gratiani; non invenitur apud I. Mansi, tom. XX). Ut genuina accipitur a P. F. Kehr, *Italia Pontificia,* VI-1, 334, n. 4. 2 Paschalis II (1099-1118), *Epist. 414 (Bonoseniori Regino episcopo), π.* 1 (PL 163, 369 A); cf. P. F. Kehr, *Italia Pontificia, V,* 367, n. 7, 3 Habito an. 895, c. 48 (I. Mansi, XVII, 154 E).

Cap. 4, n. 1: Sub *quidam* latet Gratianus, in dicto ante c. 4 eiusdem quaest. (1101). — Num. 2 est idem cap. 4. — Num. 3 rubrica est ad sequens c. 5 et ipsum cap. (1102). — Num. 4: pars posterior est c. 7 (ibid.).

Cap. 5, η. 1. Quaestio suggeritur, ut notat L. Ott, *Walter v. Mortagne,* 681, in *Summa*

uxoris, post eius obitum, quis ducere valeat. — De hoc **Nicolaus** Papa sic scribit 1; « Sciscitatur a nobis Sanctitas vestra si quis duas commatres habere valeat, unam post alteram. In quo meminisse debes scriptum esse 2: *Erunt duo in carne una.* Cum igitur constet quod vir et mulier una caro efficiuntur, restat virum compatrem constitui mulieri cuius assumpta uxor commater erat, et ideo virum illi feminae non posse coniungi, quae commater eius erat cum qua idem fuerat una caro effectus ».

2. **Ex Concilio Triburiensi** 3. Huic autem illud contrarium videtur 3; « Qui spiritualem habet compatrem cuius filium de lavacro acceperit, et eius uxor commater non est, licet ei, defuncto compatre suo, eius viduam ducere in uxorem; quos nulla generatio spiritualis secernit ». — Item ex epistola **Paschalis** Papae 4: « Post uxoris obitum, cum commatre uxoris coniugio copulari nulla ratio videtur vel auctoritas prohibere: non enim per carnis unionem ad unionem spiritus pertransitur ».

3. **Determinatio** 3. Sed sciendum est quod auctoritas **Nicolai** de illo agit, qui uxori suae debitum reddidit postquam illius commater exstitit. Aliae vero auctoritates de illo agunt, cuius uxor postquam a viro suo derelinquitur illius commater efficitur, nec post compaternitatem a viro suo cognoscitur. Vel de illo potius agunt, cuius uxor ante defungitur quam ab eo cognoscatur.

3 debes] debet AT. 8 Rubrica *om.* **ORW, 13 ratio videtur** *trp.* **ABCRX. 14 pertransitur] transitur BCM, pervenitur RX,** *quod corr. interi.* **R2, pertransierunt W.**

1 Nicolaus I, *Epist. 130 (Salomoni episc. S. Constantiae),* an. 867 (PL 119, 1128 A-B), uti supra in cap. 2, n. 4. 2 Gen. 2, 24; Matth. 19, 5. 3 gx eodem concilio et cap. 48 uti supra, cap. 4, n. 4. 4 Ex eadem *Epist. 414* uti supra (c. 4, n. 3), n. 2 (PL 163, 369 A-B).

sent. VII, 13: « Est etiam attendendum quod idem papa Salomoni episcopo scribens affirmat, eidem viro non licere duas habere commatres, unam post alteram; quam constitutionem non multum observat Ecclesia » (PL 176, 164 D). Auctoritas autem sumitur ex *Decreto,* C. 30 q. 4 c. 1 (1102s); invenitur etiam in Hugonis *De sacram.* II, 11, 16 (PL 176,517 C-D). Utrobique legitur (contra Magistrum): « meminisse debet », et parum infra: « cuius matrimonio assumpta ». — Num. 2: «Econtrario» dicit Gratianus ante sequentem auctoritatem, c. 4 C. 30 q. 4 (1103); unde etiam in sequenti cap. illa Paschalis. — Num. 3: solutio est Gratiani, post idem c. 5 (1103s).

Cap. 6 (242).

Si vir et uxor simul possint tenere puerum. Solet etiam quaeri si uxor cum viro simul debeat in baptismo suscipere puerum. — **Urbanus Papa** [1]. De hoc **Urbanus** II ita scribit k « Quod uxor cum marito in baptismo simul non debeat suscipere puerum, nulla auctoritate reperitur prohibitum; sed ut puritas spiritualis paternitatis ab omni labe et infamia conservetur immunis, decrevimus ut utrique simul ad hoc aspirare non praesumant. Quia vero piaculare flagitium commisit, qui duabus commatribus velut sororibus nupsit, magna poenitentia ei debet iniungi ».

Cap. 7 (243).

1. **De secundis et tertiis et deinceps nuptiis.** Sciendum est etiam quod non solum primae vel secundae nuptiae sunt licitae, sed etiam tertiae et quartae non sunt damnandae.

2. **Augustinus in libro De sancta viduitate** [2]. Unde **Augustinus**[2]: « Secundas nuptias omnino licitas Apostolus concedit ». « De tertiis autem et quartis et de ultra pluribus nuptiis solent homines movere quaestionem. Sed quis audeat definire quod nec Apostolum video definisse? Ait enim [4]: *Si dormierit vir eius, cui vult nubat;* non dicit 'primus' vel 'secundus' vel 'tertius' vel quotuslibet; nec nobis definiendum est quod non definit Apostolus. Unde, ut breviter respondeam, nec illas nuptias debeo damnare, nec eis verecundiam numerositatis auferre ». « Nec contra humanae verecundiae sensum audeo dicere, ut quoties voluerint nubant, nec ex meo corde praeter Scripturae auctoritatem quotaslibet nuptias damnare ».

3 debeat] debeant MNW. 4 II (Secundus) *om.* **NOTW. 9 nupsit] nupserit BMT,** *quod corr.* **BT. 14 Rubrica** *om.* **VW.** ‖ **viduitate] divinitate T. 15 Apostolus concedit** *trp.* **BCX. 16-17 movere quaestionem** *trp.* **BCL.**

1 In eadem Epist. uti supra, c. 4, n. 2 (PL 151, 529 B). 2 *De bono viduitatis,* c. 4, n. 6 (PL 40, 433; CSEL 41, 309s). 2 Ibid., c. 12, n. 15 (439s; 320s et 322). 4 I Cor. 7, 39.

Cap. 6. Quaestio proponitur ad finem eiusdem dicti post c. 5; auctoritas sequitur in c. 6 (1104).

Cap. 7, n. 2: Ut rubrica manifestat, ex *Glossa* Magistri in I Cor. 7, 40 (PL 191, 1600 C-D); in parte tantum in *Decreto,* C. 30 q. 1 c. 13 (1112) et in *Summa sent.* VII, 21 (PL 176, 172 C). Verba «*Si dormierit... auferre*» iam in *Glossa ordin.* in h.l. (apud Lyranum, VI, 44c-d; cod. I 51c).

3. **Hieronymus** Idem testatur **Hieronymus** i; «Ego nunc libera voce exclamo, nec damnari in Ecclesia digamam, immo nec trigamam; et ita licere quinto et sexto, quemadmodum secundo marito nubere ».

s 4. Apostolus tamen bigamos a sacerdotali honore excludit 2. — Sed hoc non facit pro vitio digamiae, immo pro sacramenti virtute, ut sit una unius sicut unica unici.

5. Illud tamen *Caesariensis Concilii* 3 videtur innuere digamiam esse peccatum: « Presbyterum, inquit, in nuptiis digami prandere non con-
io venit, quia cum poenitentia bigamus indigeat, quis erit presbyter qui talibus nuptiis possit praebere consensum? » — Sed hoc de illo intelligi potest, qui primae uxori insidiatus putatur desiderio secundae. Vel pro signaculo sacramenti illud dicitur, quod in bigamo non servatur.

6. **Ambrosius, super Epistolam ad Corinthios** ? **Ambrosius**
is etiam dicit 4 quod « primae nuptiae tantum a Domino sunt institutae,. secundae vero sunt permissae. Et primae nuptiae sub benedictione Dei celebrantur sublimiter, secundae vero etiam in praesenti carent gloria ».

2 digamam... trigamam] digamiam (bigamiam W)... trigamiam BCL2WX. 3 et] vel **ABC. 5 honore] ordine L, vel ordine** *add.* **M. 9 digami] bigami LW,** *corr. in* **bigami V2. IO bigamus] digamus ABCL,** *quod corr.* **L. 14 Rubrica** *om.* **RTVW.. 15 sunt] sint CMR.**

1 *Epist. 43 (ad Pammachium),* n. 18 (PL 22 [1859], 508; CSEL 54, 383s). 2 Resp. I Titn. 3, 2: *Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum.* 3 Id est Concilium Neocaesariense, c. 7, iuxta versionem Dionysii Exigui, *Codex canonum eccl.,.* c. 51 (PL 67, 156 C; vide etiam PL 56, 444 B); alia seu prisca versio in I. Mansi, *Concilia,* VI, 1122 A. 4 Ambrosiaster, in I Cor. 7, 10 (PL 17 [1845], 225 D; CSEL. 81-11, 90).

Num. 3: ex Gualt., *Summa sent.,* loc. cit. — Num. 4: ex eadem *Summa* (172 D), ubi' forsitan clarius est commentum Gualteri: « Sed sciendum est illud fieri non culpa bigamiae, sed pro sacramenti honestate. Honestius enim vicem Christi gerit episcopus qui iunctus est soli mulieri, sicut uni Ecclesiae iunctus est Christus» (PL 176, 172 D). Ibi etiam auctoritas· Concilii in] num. 5; hic tamen interpretatio Magistro propria esse videtur. — Num. 6: Ex *Glossa* Lombardi in I Cor. 7, 39 (PL 191, 1600 A).

DISTINCTIO XLIII

Cap. 1 (244).

1. **De resurrectione et iudicii conditione.** Postremo de conditione resurrectionis et modo resurgentium, necnon et de iudicii ac misericordiae qualitate, breviter disserendum est.

2. **Augustinus, in Enchiridion** «Omnibus[1] quaestionibus quae de hac re moveri assolent satisfacere non valeo; resurrecturam tamen carnem omnium, quicumque nati sunt atque nascentur, et mortui sunt atque morientur, nullatenus ambigere debet Christianus». — Ait enim Isaias[2]: *Resurgent mortui, et resurgent qui erant in sepulcris.* Et Apostolus[3]: *Nolumus vos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent,* scilicet resurrectionis. *Hoc*[4] *enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui vivimus, qui residui sumus, non praeveniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in iussu et in voce archangeli et in tuba Dei descendet de caelo, et mortui qui in Christo sunt resurgent primi. Deinde nos qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aëra-, et sic semper cum Domino erimus.*

3. His verbis et veritas resurrectionis et causa atque ordo resurgentium praeclarissime insinuatur.

3 resurrectione] resurrectionis CRT *elenchus capp.* **6 Rubrica om. WWW, Aug.** *add. mg.* **NL II fratres** *om.* **ABCX. 11-17 ut... erimus] etc. M. 13 sumus] in adventum (adventu CR) domini** *add.* **BCRX. 16-17 Deinde... erimus] etc. L.**

1 Cap. 84 (PL 40, 272; CCL 46, 95). 2 Isai. 26, 19. 3 1 Thess. 4, 12. Verbum «resurrectionis» in fine, ex *Glossa interi,* in h.l. (apud Lyranum VI, 111v; cod. m,f. 140v), ex August., *Sermo 172,* n. 1 (PL 38 [1845], 936). 4 I Thess. 4, 14-16.

Dist. XLIII1-L. Inter fontes tractatus *De novissimis praeminet Prognosticon futuri saeculi* luliani episc. Toletani (PL 96, 453-524; CCL 115, 17-126). Cf. N. Wicki, *Das «Prognosticon futuri saeculi» Julianus von Toledo ais Quellenwerk des Petrus Lombardus,* in *Divus Thomas* (Fr.) 31 (1953) 349-360. Vide etiam tract. *De novissimis* scholae Anselmi Laudunensis, ed. O. Lottin, in *Psych, et morale* V, 391-400; et quasdam Quaestiones eiusdem scholae, ibid., 79 (n. 92), 319-323; necnon et Hug. de S. Victore, *De sacram.* II, 16-18 (PL 176,579 C - 618 B); quod tamen hii tractatus fonti Magistro essent, non nobis videtur. — Cap. 1, nn. 2-3. Praeter verba Augustini in *Enchiridion,* reliqua sumi videntur ex opere Hugonis *De sacram.,* II, 17, 11 (PL 176, 600 D - 601 A); remotius inveniuntur in *De civit. Dei,* XX, 20, 1 (PL 41 •687s; CSEL 40, 475s; CCL 48, 733s).

Cap. 2 (245).

1. **De voce tubae.** Causa enim resurrectionis mortuorum erit vox tubae, quae in adventu iudicis ab omnibus audietur, et cuius virtute excitabuntur mortui et de monumentis resurgent. — Unde Propheta 1; *Dabit voci suae vocem virtutis,* «id est effectum resuscitandi mortuos». Et Ioannes Evangelista ait 2; *Venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem Filii Dei, et procedent boni in resurrectionem vitae, mali vero in resurrectionem iudicii.*

2. Si vero quaeritur cuius vel qualis erit vox illa, Apostolus dicit quia erit *archangeli* 3, id est ipsius Christi, qui est princeps archangelorum 4; vel vox erit alicuius vel plurium angelorum. Eademque dicitur *tuba*5 quia erit manifesta; et *novissima* 6 quia post eam non erit alia. — **Augustinus in libro De gratia novi testamenti** 7. « Haec tuba, ut ait Augustinus 7, est clamor de quo dicitur in Evangelio 8: *Media nocte clamor jactus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei.* Tubae nomine aliquod evidens et praeclarum signum intelligitur, quod vox archangeli et tuba Dei ab Apostolo dicitur® et in Evangelioio *vox Filii Dei* et *clamor* appellatur; quod mortui audient, et resurgent ».

3 et *om.* **BCLVX.** **12** et] id est **AMNOW,** *quod corr.* **N.** **12-13** Rubrica. *om.* **TVW.** **13** novi] et veteris *add.* **MNO.**

1 Ps. 67, 34; seq. *Glossa ordin.* in h.l.: « effectum resuscitandi omnes mortuos » (apud Lyran., III, 179c; cod. Laurent. XVIL4, f. 85b), ex Cassiodoro super h.l. (PL 70, 475B; CCL 97, 602), ubi et sequens textus Ioannis. 2 Ioan. 5, 28-29. 3 I Thess. 4, 15; unacutn *Glossa ordin.* hic: «vel sui ipsius archangeli vel angelorum» (ap. Lyran., VI, 112a; cod. 153c; m 141a). Prima expositio est Ambrosiastri in h.l.: « ipse enim Christus Dominus voluntate Patris quasi primus angelus Dei...» (PL 17 [1845], 450 B; CSEL 81-III, 227); altera, Haymonis Altissid. (PL 117, 771 D). 4 Resp. Iosue 5, 14: *sum princeps exercitus Domini.* 5 *Glossa ordin.* in I Thess. 4, 15: *tuba Dei·.* « vox, quae dicitur tuba quia manifesta » (apud Lyranum VI, 112a; 153c; m 141a). 6 I Cor. 15, 52: *in novissima tuba·, ubi Glossa· interlin.:* «post quam non erit alia» (apud Lyranum, VI, 60r; 72r; m 69v). Id est *Epist. 140 (ad Honoratum),* c. 34, n. 78 (PL 33, 573; CSEL 44, 226s). 8 Matth. 25, 6.. 9 I Thess. 4,15. 10 Ioan. 5, 28, uti supra in n. 1; et Matth. 25,6.

Cap. 2, n. 2. Cuius erit vox illa, exponitur in *Glossa* in I Thess. 4, 15 (PL 192, 304A). Quod Christi, opinio Ambrosiastri est, in h.l. (PL 17 [1845], 450B; CSEL 81-3, 227); quod angeli vel angelorum, Haymonis in Hebr. 12, 19 (PL 68, 782 D) et Magistri in h.l. (PL 192, 506 D). — Auctoritas Augustini, iam in *Glossa* Magistri in I Cor. 15, 52 (PL 191, 1690 C; cod. x , 114c; z, f. 68v), ex Floro in h.l. (442); anon, in *Glossa ordin.* (apud Lyran. VI, 60a; cod. 72b; m 69c).

Cap. 3 (246).

De nocte media. *Media* autem *nocte* dicitur venturus, ut ait Augustinus1, non pro hora temporis, sed quia tunc veniet, cum non speratur. *Media* ergo *nocte,* scilicet « cum valde obscurum erit, id est occultum », veniet. *Dies enim Domini, sicut fur in nocte, ita veniet* 2. — **Cassiodorus, super Octonarium :** Potest non incongrue intelligi mediae noctis tempore venturus, quia ut ait Cassiodorus3, « hoc tempore primogenita Aegypti percussa sunt, quando etiam sponsus venturus est ».

Cap. 4 (247).

1. **De libris qui tunc aperti erunt :** Pluribus etiam locis contestantur auctores4 quod adventus Christi dicitur *dies Domini* 5 non pro qualitate temporis, sed rerum, quia tunc cogitationes et consilia singulorum patebunt. Unde in Daniele 6; *Vetustus dierum sedit, et libri aperti sunt* coram eo. Libri sunt conscientiae singulorum, quae tunc aperientur aliis; et tunc implebitur 7; *Nihil occultum quod non reveletur.* Adveniente enim summo ludice, non solum tenebrae aëris illuminabuntur, sed etiam abscondita cordium manifestabuntur 8.

2 nocte media *trp.* ABCTX. 4 speratur] sperabitur TW, *corr. in* sperabitur (?)O2. 5-6 Rubrica *om.* ARVW. ‖ Cassiodorus] ysidorus O. 10 Rubrica *om.* RW. ‖ aperti erunt] aperientur BCTVX *clench, capp.* 17 cordium] cordis LM.

1 *Epist. 140,* c. 34, n. 78: « Non enim tunc veniet cum speratur, sed *media nocte,* cum valde obscurum, id est occultum, erit an veniat » (PL 33,573; CSEL 44,226). 2 1 Thess. 5, 2. 3 *Expos, in Ps. 118,* 62 (PL 70, 856 B-C; CCL 98, 1084). 4 Praeter lulianum (uti infra), cf. *Glossa interlin.* in 1 Thess. 5, 2: *Dies Domini sicut fur·.* « Non pro tempore diei, sed quia tunc omnia aperta» (apud Lyranum, VI, 112v; 1 153v; m 141v); quod repetit Magister in h.l. (PL 192, 306 A). 5 Cf. etiam Ioel 2, 1: *Quia venit dies Domini·,* 2, 11: *Magnus enim dies Domini et terribilis valde.* 6 Dan. 7, 9-10; Apoc. 20, 12. 7 Matth. 10, 26. 8 Resp. 1 Cor. 4, 5: *Dominus... illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium.*

Cap. 3: Prima pars, ex Floro ubi supra (442); illud Cassiodori, iam in *Glossa* Magistri in Ps. 118, 62 (PL 191, 1075 A), ex *Glossa ordin.* in h.l. (apud Lyran. HI, 266c; anon, in cod. Laurent. XVI 1.4, f. 166d).

Cap. 4, n. 1: In parte fundatur in *Prognosticon* luliani, III, 36 (PL 96, 514 C; CCL 115, 109) ubi etiam (514 A; 109s) auctoritas Augustini in n. 2.

2. [Augustinus:] « Virtute [1] igitur divina fiet, ut cuique opera sua, vel bona vel mala, cuncta in memoriam revocentur, et mentis intuitu mira celeritate cernantur, ut accuset vel excuset hominem conscientia », eaque teste salvetur vel damnetur.

Cap. 5 (248).

1. **De memoria electorum, si tunc praecedentia maia teneat.** Hic quaeritur utrum electis tunc adsit memoria praecedentium malorum sicut bonorum.

2. Quaedam auctoritates videntur tradere bonos non habituros tunc memoriam praecedentium malorum, id est peccatorum vel tormentorum. Ait enim Isaias [2]; *Ego creo caelos novos et terram novam, et non erunt in memoria priora, et non ascendent super cor, sed gaudebitis in aeternum.* — Item [3]: *Oblivioni traditae sunt angustiae priores et absconditae ab oculis nostris.* — [4] **Hieronymus:** Quae de futuro exponens, **Hieronymus ait**[4]: « Oblivioni tradentur priora mala, quia forsitan in futuro pristinae conversationis memoria omnino delebitur, succedentibus bonis aeternis, ne sit pars malorum prioris angustiae memorari ».

3. Sed haec et his similia possunt accipi sic, ut non excludant memoriam praecedentium malorum, sed ex ea molestiam et laesionem amoveant. Non enim eorum memoria Sanctos contristabit, vel eorum beatitudinem obfuscabit, sed gratiores Deo reddet. — **Gregorius:** Unde super Ps. LXXXVIII, ait Gregorius [5]; « Quomodo misericordias in aeternum canit, qui miseriae non meminit? Quomodo autem plena beatitudo, si memoria reatus mentem tangit? Sed saepe laeti tristium meminimus

2 veli BCRX *Aug., Iulianus, Hugo-, om. alii codd.* 6 praecedentia] praeterita BCX *elenchus capp.* 13 absconditae] sunt *add.* MWX. 14 nostris] vestris ABCR, meis W. 21 Gregorius *(rubrica) om.* NRVW. 22 LXXXVIII AVW, 86 L, 87 *alii.*

1 Augustinus (sine rubrica), *De civit. Dei,* XX, c. 14 (PL41, 680; CSEL 40-11, 462; CCL 48, 724). 2 Isai. 65, 17-18. 3 Isai. 65, 16. 4 *In Isaiam* 65, 16 (PL 24 [1845], 644 A-B; CCL 73 A, 759s). 5 Revera, *Moralia,* IV, c. 36, n. 72 (PL 75, 678 B-C).

Cap. 5. Quaestio suggeritur, ut videtur, verbis Augustini, *De civitate Dei, XX.II, 30,* n. 4 (PL41, 803; CSEL 40, 667; CCL 48, 864), quae inveniuntur apud lulianum, Lib. III, 57 (PL 96, 522 D - 523 A; CCL 115, 123); discutitur autem et solvitur verbo Gregorii ope *Glossae* in Ps. 88, 2 (PL 191,818 D - 819 A), ex *Glossa ordin.* in h.l. (apud Lyran. III, 218r; cod. Laurent. XVII. 4, f. 118b).

et sani dolorum meminimus sine dolore, et inde amplius laeti et grati sumus ». — Ex his apparet quod, si priorum malorum memoriam Sancti habebunt in futuro, non erit tamen eis ad poenam vel gloriae derogationem, sed ad gratiarum actionem.

4. Si vero quaeritur utrum peccata quae fecerunt electi, tunc prodeant in notitiam omnium, sicut mala damnandorum omnibus erunt nota, non legi hoc expressum in Scriptura. Unde non irrationabiliter putari potest peccata hic per poenitentiam tecta et deleta, illic etiam tegi aliis; alia vero cunctis propalari.

Cap. 6 (249).

1. **De his qui vivi reperientur. — Augustinus. De civitate Dei** *: « Quaeri 1 solet utrum illi quos vivos inveniet Christus nunquam omnino morituri sint, an ipso temporis puncto quo rapientur obviam Christo, ad immortalitatem mira celeritate sint transituri. Non enim dicendum est fieri non posse ut per aëra in sublime portentur, in illo spatio et moriantur et reviviscant ».

2. « Ad hunc autem sensum, quo aestimemus illos in parvo spatio et passuros mortem et accepturos immortalitatem, Apostolus nos urgere videtur, ubi dicit 2; *In Christo omnes vivificabimur;* et alibi 3; *Quod seminas non vivificatur, nisi prius moriatur* ». « Cur autem nobis incredibile videatur illam multitudinem corporum in aëre quodam modo seminari, atque ibi protinus immortaliter et incorruptibiliter reviviscere, cum credamus *in ictu oculi*4 futuram resurrectionem, et in membra sine fine victura tanta velocitate rediturum antiquissimorum cadaverum pulverem? »

3. « Sed 5 vellem de his potius audire doctiores ». « Si 6 igitur Sanctos

7 legi] legimus LTVW. 11 Augustinus, De civitate Dei *om.* **RVW, De civ. Dei** *om.* **BCX. 12 Quaeri] etiam** *add.* **NR. ‖ solet] etiam** *add.* **TW. 14 celeritate sint** *trp.* **LTVW. 19 vivificabimur] vivificabuntur BCVWX. 20 vivificatur] vivificabitur LTV,** *quod corr.* **V. ‖ nobis incredibile** *trp.* **BCLM. 25 doctiores] doctores ABLMNORV,** *quod corr.* **NR.**

1 Lib. XX, c. 20, nn. 2-3 (PL 41, 688s; CSEL 40-11, 476ss; CCL 48, 734s). 2 I Cor. 15, 22. 3 j Cor. 15, 36. 4 I Resp. I Cor. 15, 52. s August., *Epist. 193 (ad Mercatorem),* c. 4, n. 10 (PL 33, 873; CSEL 57, 173). 6 August., *De civit. Dei,* XX, c. 20, n. 3 (PL 41, 689; CSEL 40-11, 477; CCL 48, 755).

Cap. 6, nn. 1-2: Ex *Glossa* Magistri in I Thess. 4, 16 (PL 192, 304 C - 305 A), qui omnia sumpsit ex Floro in h.l. (681); quaedam in parte iam inveniuntur in *Glossa* in I Cor. 15, 51 (PL 191, 1690 B). — Num. 3: Prima phrasis in eadem *Glossa* in I Thess. 4,16 (304 C); sumitur

qui reperiuntur Christo veniente viventes, eique obviam rapientur, crediderimus in eodem raptu de mortalibus corporibus exituros, et ad eadem mox immortalia redituros, nullas in verbis Apostoli patiemur angustias », generaliter accipientes illud quod dictum est 1; *Omnes quidem resurgemus,* scilicet tam boni quam mali; *sed non omnes immutabimur,* scilicet in solemnitatem resurrectionis2.

4. **Ambrosius** *:* De hoc etiam Ambrosius' ait: « In ipso raptu eorum qui vivi reperientur, mors erit et resurrectio, ut anima quasi per soporem egressa de corpore, eidem in momento reddatur ».

5. **Hieronymus** *:* Econtra vero, scribens ad Marcellam 4, Hieronymus testari videtur, dicens « quosdam in fine saeculi, adveniente Christo, non esse morituros, sed vivos repertos in immortalitatem repente mutandos ». — Horum autem quod verius sit, non est humani iudicii definire.

Cap. 7 (250).

1. **Quomodo intelligitur Christus iudex vivorum et mortuorum.** His autem adiciendum est dupliciter intelligi quod dicitur: Christus *iudica-*

4 accipientes illud *trp.* **LTV.** **5** scilicet **om. AM.** **7** Rubrica **om. ORVW.** **10** Rubrica **om. ORVW.** **10-11** Hieronymus *trp. post* vero **BCNX.** **13** quod] quid **MVX.**

1 I Cor. 15, 51; et *Glossa interi,* hic: «tam boni quam mali» (apud Lyran., VI, 60r; l 72r; m 69r), ex Haymone Altiss. in h.l. (PL 117, 602 C-D). 2 Hanc glossam non invenimus. 3 id est Ambrosiaster, in I Cor. 15, 53, et quoad ultimam partem in I Thess. 4, 16 (PL 17 [1845], 271 C, 450 C-D; CSEL 81-11, 185; et 81-111, 228). 4 *Epist. 59,* n. 3 (PL 22 [1859], 587; CSEL 54, 543s), quoad sententiam; sed verba citata sunt Augustini, *Epist. 193 (ad Mercatorem),* c. 4, n. 9: « Videtur (Apostolus) asserere quosdam in fine saeculi, adveniente Domino... non esse morituros, sed vivos repertos in illam immortalitatem... repente mutandos » (PL 33, 872; CSEL 57, 173).

ex Floro (688), ubi rubricatur *Ex libro ad Dulcitium,* id est *De octo Dulcitii quaestionibus,* q. 3, n. 3 (PL 40, 159; CCL 44A, 276); ubi Augustinus sua verba refert in *Epistola ad Mercatorem,* uti supra notatur. Quod sequitur trahitur ex *Glossa* in I Cor. 15, 51 (PL 191, 1690 B), ex Floro in h.l. (440). — Num. 4-5: ex *Glossa* in I Thess. 4, 16 (PL 192, 304 C). Sed num. 5 aenigma continet, quatenus in *Glossa* verba hic Hieronymo adscripta Augustino iure assignantur *in epistola ad Dulcitium,* uti supra in num. 3, sub eadem q. 3, n. 2 (PL 40, 159; CCL 44A, 276).

Cap. 7, n. 1. Doctrina est Augustini in *Enchiridion, c.* 55 (PL 40, 258; CCL 46, 79); sed propius mediante *Glossa* in II Tim. 4, 1 (PL 192, 378 C). Cf. Iulianus, *Prognosticon* 111, 16 (PL 96, 504 A-B; CCL 115, 92).

turus i *vivos et mortuos.* Aut enim *vivi* accipiuntur qui in adventu eius vivi reperientur, licet in raptu moriantur; et *mortui,* qui ante decesserant. Vel *vivi* et *mortui* accipiuntur iusti et iniusti.

2. **Quomodo omnes incorrupti.** Cumque ex praedictis sane credi valeat omnes resurrecturos, credendum est etiam quod omnes *resurgent incorrupti*2: non utique impassibiles, quia mortem patientur aeternam, sed «sine diminutione membrorum»; omnia humani corporis habituri membra, nec tamen gloria ac specie impassibilitatis induentur.

DISTINCTIO XLIV

Cap. 1 (251).

1. **De aetate et statura resurgentium.** Solent autem nonnulli percunctari et quaerere an in eadem aetate et statura corporis omnes resurrecturi sint.

2. Quidam putaverunt omnes resurrecturos secundum mensuram aetatis et staturae Christi, ideo quia Apostolus ait 3; *Donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi.* — Sed his verbis non eadem resurgentibus assignatur statura, sed aetas. — **Haymo :** «Omnes4 enim in eadem aetate resurgent, in qua Christus

4-5 valeat] et *add.* MNOWX, *sed del.* O. 6 quia] quidam *add. interi.* L; *ad sensum reddendum melius legatur* qui. ‖ aeternam] aliqui *add. interi.* V2. 8 tamen] mali *add. interi.* R2. ‖ impassibilitatis] immortalitatis LMX, *quod corr. interi.* L. 18 Haymo om. NRVW.

1 II Tim. 4, 1: *Qui iudicaturus est vivos et mortuos;* duplex expositio hic posita habetur in *Glossa interlin.* super h.l.: « Qui vivi reperientur », et « qui residui erunt vel iustos vel iniustos» (apud Lyranum, VI, 126v; cod. 176v; m 158v), ex August., *Enchiridion,* c. 55 (PL 40, 258; CCL 46, 79). 2 I Cor. 15, 52: *Et mortui resurgent incorrupti,* ubi *Olossa intérim.·.* « sine diminutione membrorum » (apud Lyran., VI, 60r; l 71r; m 69v), ex Haymone in h.l. (PL 117, 603 B). Resp. etiam Ambrosiaster in h.l.: « id est immortales erunt, non tamen impassibiles» (PL 17 [1845], 271 C; CSEL 81-11, 185). 2 Eph. 4, 13. 4 Haymo Aitiss., in Eph. 4, 13: « Quidam hoc modo illud intelligunt, quod... omnes in eadem aetate resurgent, in qua Christus resurrexit, cuiuscumque etiam aetatis fuerint... Tamen hoc melius est ut aliter intelligatur » (PL 117, 720 C-D).

Dist. XLIV, C. 1, n. 1: Rubrica et quaestio sese referunt ad lulianum, III, 20 (505 B; 94). — Num. 2: Prima opinio *Glossae ordin.* est, in Eph. 4, 13 (apud Lyran. VI, 201c; cod. 1

mortuus est et resurrexit, cuiuscumque aetatis mortui fuerint ». *Virum* autem posuit non ut distingueret sexum, sed ut significaret perfectionem virium quam tunc habebunt i. Sed non omnes eandem staturam corporis obtinebunt.

3. **Augustinus in libro De civitate Dei** * Unde Augustinus 2; « Non ait *in mensuram* corporis vel staturae, sed *aetatis,* quia unusquisque suam recipiet mensuram corporis quam vel habuit in iuventute, etiam si senex obiit; vel fuerat habiturus, si ante est defunctus. Aetas vero erit illa ad quam pervenit Christus, scilicet iuvenilis, ut circa triginta annos ». Triginta enim duum annorum et trium mensium erat aetas Christi, in qua mortuus est et resurrexit. « Non est autem fas dicere quod in resurrectione accidat corpori magnitudo quam nec habuit hic, nec erat habiturum diu vivendo; nec maiora corpora redigenda sunt ad modum Dominici corporis. Periret enim multum de illis corporibus, cum nec perituru sit capillus, ut ait Dominus3: *Capillus de capite vestro non peribit* ».

Cap. 2 (252).

1. **Quod resurget quidquid fuit de substantia et natura corporis, etsi non in eadem parte corporis. — Augustinus in Enchiridion** «Non4 enim perit Deo terrena materies, de qua mortalium creatur caro; sed in quemlibet pulverem cineremve solvatur, in quoslibet halitus aurasque diffugiat, in quamcumque aliorum corporum substantiam vel in ipsa elementa vertatur, in quorumcumque animalium, etiam hominum, cibum carnemque mutetur, illi animae puncto temporis redit, quae illam primitus, ut homo fieret, cresceret, viveret, animavit ».

5 Rubrica *om.* **RVW. 10 duum ANOT,** corr. *in* **duorum N, duorum** *alii.* **11 Non] Aug.** *rubr. marg.* **LM,** *in textu* **R. 12 accidat] accedat LTV. 17 etsi non] et AMOX. 18 Augustinus in Enchiridion** *om.* **RVWX. 20 solvatur** *om.* **M,** et *add.* **LTV.**

1 *Glossa interlin.* in Eph. 4, 13: « Non sexu, sed perfectione virtutis » (apud Lyranum, VI, 94r; l 120c; m 113v). 2 Lib. XXII, c. 15 (PL 41, 777s; CSEL 40-11, 623s; CCL 48, 834). » Luc. 21, 18. 4 Cap. 88 (PL 40, 273; CCL 46, 97).

120c; m 113c). Cetera omnia, adiuvante Floro (585), ex *Glossa* Magistri in h.l. (PL 192,201 C-D); unde et Num. 3, qui iam habetur, saltem in parte, in *Glossa ordin.* hic (apud Lyranum VI, 94a; cod. l, 120d; m, in tertia columna, 113v).

Cap. 2; c. 3, n. 1; et c. 4: Exemplum sequens Iuliani, *Prognosticon* III, cc. 29, 31, 22 et 32 (PL 96, 510, 512, 506, 515; CCL 115, 103, 105, 96, 106s), Magister se confert ad ipsum *Enchiridion* Augustini; eadem capp. inveniuntur in Hugonis *De sacram.* II, 14, cc. 15 et 17 (PL 176, 603s), sed de eius influxu non omnino constat.

2. « Ipsa i igitur terrena materies, quae discedente anima fit cadaver, non ita resurrectione reparabitur, ut ea quae dilabuntur et in alias atque alias rerum species vertuntur, quamvis ad corpus redeant unde dilapsa sunt, ad easdem quoque corporis partes ubi fuerunt redire necesse sit. Alioquin, si capillis redit quod tam crebra tonsura detraxit, si unguibus quod toties dempsit exsectio, immoderata et indecens cogitantibus resurrectionem carnis, et ideo non credentibus, occurrit informitas ».

3. **Congrua similitudo per exemplum statuae.** « Sed 2 quemadmodum si statua cuiuslibet solubilis metalli igne liquesceret, vel contereretur in pulverem, vel confunderetur in massam, et eam vellet artifex rursum ex illius materia et quantitate reparare, nihil interesset ad eius integritatem quae particula materiae cui membro statuae redderetur, dum tamen totum ex quo constituta fuerat, restituta resumeret: ita Deus, mirabiliter atque ineffabiliter artifex, de toto quo caro nostra exstiterat, eam mirabili celeritate restituet; nec aliquid attinebit ad eius redintegrationem utrum capilli ad capillos redeant et ungues ad ungues, an quidquid eorum perierat mutetur in carnem et in partes alias corporis revocetur, curante Artificis providentia ne quid indecens fiat». « Indecorum 3 quippe aliquid ibi non erit, sed quidquid futurum est, hoc decebit; quia nec futurum est si non decebit ».

Cap. 3 (253).

1. **Quod sancti sine omni deformitate resurgent. — Augustinus in eodem.** Hoc autem in corporibus sanctorum intelligendum est, de quibus consequenter adiungit 4: « Resurgent igitur sanctorum corpora sine ullo vitio, sine ulla deformitate, sicut sine ulla corruptione, onere, difficultate: in quibus tanta facilitas, quanta felicitas erit. Propter quod et spiritualia dicta sunt 5, cum procul dubio corpora sint futura, non spiritus ».

2. **Determinatio.** Ex his apparet quod una erit aetas omnium resurgentium, scilicet iuvenilis; statura vero diversa, scilicet « quam 6 quisque

5 capillis] capillus BCMORTWX, *quod corr.* **BW, capilli N,** *quod corr.* **N2** || **quodi] quem MT,** *corr. in* **quem O2. 5-6 unguibus** *corr. in* **unguis O2. 6 quod] quos M, quem O2.** || **dempsit (dempssit** *Lomb.* **?)] depressit BCOTX, decerpsit A, expressit LMR.** || **exsectio] exsecutio (?) A2, exceptio L, sectio M, exsecatio X. 7 informitas VW** *Aug., Iui. Hugo,* **infirmitas** *alii codd. Nota interi, ad* **informitas: sic in originali, al. infirmitas, scii, mentis V2;** *corr. in* **infirmitas W2. 14 exstiterat] constiterat BCNR** *Aug.,* **constiterit X. 18-19 aliquid ibi** *trp.* **BCLTV. 28 Determinatio M,** *om. alii.*

1 Ibid., cap. 89 (273; 97). 2 Ibid. 3 Cap. 90 (274; 97). 4 Cap. 91 (274; 98). 5 Resp. I Cor. 15, 44: *Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale.* 6 Verba sunt Augustini, uti supra, cap. 1, n. 3.

habuit in iuvenili aetate, vel erat habiturus si ante est defunctus». — Nec de substantia, de qua hominis caro creatur, aliquid peribit, sed omnium particularum ante dispersarum collectione redintegrabitur naturalis substantia corporis. Sanctorumque corpora sine omni vitio, fulgida sicut sol i resurgent, praecisis cunctis deformitatibus quas hic habuerunt.

Cap. 4 (254).

Si mali tunc habeant quas hic habuerunt deformitates. De reprobis autem quaeri solet an cum deformitatibus hic habitis resurgant. — **Augustinus in Enchiridion** [3]: Hoc autem Augustinus non asserit, sed dubium relinquit, ita inquiens [2]: « Quicumque ab illa perditionis massa, quae per Adam facta est, non liberantur per Christum, resurgent quidem etiam ipsi, unusquisque cum sua carne, sed ut cum diabolo eiusque angelis puniantur. Utrum vero ipsi cum vitiis et deformitatibus suorum corporum resurgant, quaecumque in eis gestarunt, in requirendo laborare quid opus est? Non enim fatigare nos debet incerta eorum habitudo vel pulcritudo, quorum erit certa et sempiterna damnatio ». — Ecce non definit an tunc habeant deformitates, quas hic habuerunt reproborum corpora.

Cap. 5 (255).

Quod non consumentur corpora quae tunc ardebunt. Si vero quaeritur de corporibus malorum, quomodo igne ardeant et non consumantur, Augustinus[2] variis exemplis adstruit et sempiternis ignibus ea ardere et non consumi illa combustione: sicut « animus [4], cuius praesentia corpus vivit, et dolorem pati potest et mori non potest. Hoc enim erit tunc etiam in corporibus damnatorum, quod nunc esse scimus in animis omnium ».

12 sua carne *trp.* **LTWX.** **14 in requirendo] inquirendo ACNV** *Iui.* **21 quomodo] in** *add.* **BCLNRVX.** **24 corpus vivit** *trp.* **LTVW.** **25 animis] animas NW,** *quod corr.* **N, naturis M.** **26 omnium] hominum AX,** *corr. m* **hominum L.**

1 Resp. Matth. 13, 43: *Tunc iusti fulgebunt sicut sol.* 2 Cap. 92 (PL 40, 274s; CCL 46, 98). 3 *De civit. Dei,* XXI, cc. 2-5 (PL 41, 709-716; CSEL 40-11, 513-523; CCL 48, 759-766). 4 Ibid., c. 3, n. 2 (711; 515; 760).

Cap. 5: Ex Iuliano, III, 40 (PL 96, 516 B-C; CCL 115, 112).

Cap. 6 (256).

1. **Si daemones corporali igne cremantur.** Quaeri etiam solet an daemones corporali igne ardeant. — **Augustinus, super Genesim ?** Ad quod **Augustinus** respondens ait 1; «Cur non dicamus, quamvis miris, veris tamen modis, etiam spiritus incorporeos posse poena corporalis ignis affligi, si spiritus hominum, etiam ipsi incorporei, et nunc potuerunt includi corporalibus membris, et tunc poterunt corporum suorum vinculis insolubiliter alligari? » — « Gehenna illa, quae *stagnum ignis et sulphuris* dicta est 2, corporeus ignis erit, et cruciabit damnatorum corpora, hominum vel daemonum, sed solida hominum, aeria daemonum. Unus enim utrisque ignis erit, ut Veritas ait 3 ».

2. **Qualis vel ubi sit ille ignis ?** — **Augustinus ?** De quo igne si quaeritur qualis vel ubi sit, **Augustinus** sic respondet « Ignis aeternus cuiusmodi sit, et in qua mundi vel rerum parte futurus sit, hominem scire arbitror neminem, nisi forte cui Spiritus divinus ostendit ».

Cap. 7 (257).

1. **Si animae sine corporibus sentiunt ignem corporalem.** Cum autem constet animas igne materiali in corporibus cruciandas, quaeri solet an interim, ante resumptionem corporum, animae defunctorum reproborum materiali igne crementur.

2. De hoc Iulianus, Toletanae Ecclesiae episcopus, **Gregorii** dicta secutus ita scripsit 5; « Si viventis hominis incorporeus spiritus tenetur in corpore, cur non post mortem etiam corporeo igne teneatur?

3 Rubrica *om.* TVW. 6 potuerunt] poterunt LM, *corr. in* poterunt T. 7 poterunt] potuerunt BNTX, *quod corr,* BNT. 11 ignis erit *trp.* BCRW. 12 Augustinus (ru»r.) AMNO, *om. alii.* 15 Spiritus divinus *trp.* MWX. *Π* sentiunt] sentiant BCMX. 19 resumptionem] resurrectionem BCLTV. 20 crementur] concrementur BCNRX. 21 De] Iulianus *rubr. marg. add.* BCX.

1 Rubrica non obstante, est *De civit. Dei,* ibid., c. 10, nn. 1-2 (724; 537s; 776). 2 Resp. Apoc. 20, 9. 3 Resp. Matth. 25, 41: *Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius.* 4 *De civit. Dei,* XX, c. 16 (682; 465; 726). 5 *Prognosticon futuri saeculi,* II, c. 17 (PL 96, 482 B-C; CCL 115,54), ipsa verba Gregorii referens, *Dialogi,* IV, c. 29 (PL 77, 365 D et 368 A-B).

Cap. 6, n. 1: ex eodem, cap. 41 (516 C-517 A; 112s). — Num. 2: ibidem, c. 43 (517 C; 114).

Teneri autem per ignem spiritum dicimus, ut in tormento ignis sit videndo atque sentiendo. Quod autem non solum videndo, sed etiam experiendo anima ignis tormentum patiatur, ex Evangelio colligitur, ubi Veritatis voce dives mortuus dicitur i *in inferno sepultus.* Cuius anima quod in igne teneatur insinuat, cum Abraham deprecatur dicens 2: *Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Dum ergo peccatorem divitem damnatum in ignibus Veritas perhibet, quis sapiens reproborum animas teneri ignibus neget? » — **Augustinus, super Genesim** *. Praecipue cum humanam animam corporis similitudinem habere doceat **Augustinus** 3, ita inquiens: « Profiteri animam habere posse similitudinem corporis et corporalium omnino membrorum, quisquis renuit, potest negare animam esse quae in somnis videt vel ambulare se vel sedere, vel huc atque illuc gressu vel etiam volatu ferri. Hoc sine quadam similitudine corporis non fit. Proinde, si hanc similitudinem etiam apud inferos gerit, non corporalem, sed corpori similem, ita etiam in locis videtur esse non corporalibus, sed corporalium similibus, sive in requie, sive in doloribus ».

3. « In 4 **Cassiani** etiam voluminibus legitur quod non sint otiosae neque nihil non sentiant, cum dives ille in inferno se flamma cruciari clamat 5. Unde probatur animas defunctorum non solum suis sensibus non privari, sed nec istis affectibus, scilicet spe, tristitia, gaudio ac metu, carere, et ex his quae sibi in illo generali examine reservantur, quiddam eas iam incipere praegustare ».

Cap. 8 (258).

1. **De abortivis fetibus et monstris.** Illud etiam investigari oportet, si abortivi fetus et monstra resurgent, et qualia.

6 ut2] et LOTX, corr. *in* **et A. 0 Augustinus super Genesim** *om.* **MORTVW. 18 sint] sunt MOTW. 23 eas] eis BCM. 26 abortivi] abortivus MN.**

1 Resp. Luc. 16, 22. z Luc. 16, 24. 3 Lib. XII, c. 33, n. 62 (PL 34, 481; CSEL 28-1, 428). « Iulianus, ibid., c. 15 (PL 96, 481 A-B; CCL 115, 52); ex Ioan. Cassiani *Conlationibus,* coni. I, c. 14 (PL 49, 500-503 B; CSEL 13, 22ss). 5 Luc. 16, 24.

Cap. 8: Influxus Iuliani, III, cc. 27-28 (PL 96, 509 C-510 B; CCL 115, 100-102)?ex rubricis Magistri apparet; verba autem Augustini ex originali sumuntur.

2. **Augustinus in Enchiridion.** De quo Augustinus ita ait i; « Occurrit de abortivis fetibus quaestio, qui iam nati sunt in uteris matrum, sed non ita ut iam possint renasci. Si enim resurrecturos eos dixerimus, de his qui iam formati sunt tolerari potest utcumque quod dicitur; informes vero quis non proclivius perire arbitretur, sicut semina quae concepta non fuerunt?» — **Attende!** * «Scrupulose1 quidem inter doctores quaeri ac disputari potest quando incipit homo in utero vivere, an sit quaedam vita occulta quae nondum motibus viventis appareat. Negare enim vixisse puerperia, quae ideo membratim exsecantur, ut eiciantur ex uteris praegnantium, ne matres etiam, si mortua ibi relinquantur, occidant, impudentia nimia videtur. Ex quo autem incipit homo vivere, ex illo utique iam mori potest. Mortuus vero, ubicumque illi mors potuit evenire, quomodo ad resurrectionem non pertineat, reperire nequeo ».

3. **Hic de monstris.** « Neque 3 enim et monstra quae nascuntur et vivunt, quamlibet cito moriantur, aut resurrectura negabuntur, aut ita resurrectura credenda sunt, sed potius correcta emendataque natura. — **(De bimembre.)** Absit enim ut illum bimembrem, quem nuper natum in Oriente fratres fidelissimi, qui eum viderunt, retulerunt et sanctus Hieronymus scriptum reliquit4, ut unum hominem duplicem, ac non potius duos, quod futurum erat si gemini nascerentur, resurrecturos aestimemus. Ita et cetera, quae nimia deformitate monstra dicuntur, ad humanae naturae figuram resurrectione revocabuntur ».

1 quo] hoc **ABCLT.** 6 fuerunt] fuerint **BCRVX** *Aug., in corr.* **N.** ‖ **Attende** *om.* **RTVW.** 2 doctores] doctos **LNTX,** doctissimos *Aug., Hugo.* 7-8 sit **quaedam** vita] sint **quedam** vitia **M.** 8 vita *corr. ex* vitia **O.** 14 Rubrica *om.* **RVW.** 17 De] **quodam** *add,* **LR.** ‖ **De bimembre** *om.* **MVW.** 18 fidelissimi] dilectissimi **LRX.** 21 aestimemus] existimemus **TW.** 22 figuram] in *add.* **N** *lui., add. interi.* **RV.**

1 Cap. 85 (PL 40, 272; CCL 46, 95). 2 ibid., c. 86 (272; 96). * Ibid., c. 87 (272s; 96). 4 *Epist. 72 (ad Vitalem),* n. 2 (PL 22 [1859], 674; CSEL 55, 9s).

DISTINCTIO XLV

Cap. 1 (259).

1. **De diversis animarum receptaculis. — Augustinus, super Ioannem.** Praeterea sciendum est quod « omnes animae, ut ait **Augustinus**, cum de saeculo exierint, diversas habent receptiones: bonae habent gaudium, malae tormenta. Sed cum facta fuerit resurrectio, et bonorum gaudium amplius erit, et malorum tormenta graviora, quando cum corpore torquebuntur ». — Ex his ostenditur quod maius erit gaudium sanctorum in resurrectione et post quam fuerit ante, et quod diversa receptacula habebunt animae sanctorum.

2. **Augustinus in Enchiridion.** De quibus idem **Augustinus ait**[2]: « Tempus quod inter hominis mortem et ultimam resurrectionem interpositum est, animas abditis receptaculis continet, sicut unaquaeque digna est vel requie vel aerumna, pro eo quod sortita est in carne cum viveret ».

Cap. 2 (260).

1. **De suffragiis defunctorum. — Augustinus in Enchiridion.** «Neque negandum est, ut ait **Augustinus**[3], defunctorum animas pietate suorum viventium relevari, cum pro illis sacrificium Mediatori offertur, vel eleemosynae fiunt in Ecclesia ».

2. **Quibus prosint orationes et eleemosynae et sacrificium, et quomodo.** « Sed haec eis prosunt, qui cum viverent, haec sibi ut postea possent prodesse meruerunt. Est enim quidam vivendi modus, nec tam bo-

3 receptaculis] post mortem *add.* **BLNR** *elenchus capp.* ‖ **Augustinus super Ioannem** *om.* **RVW.** **5 de] hoc** *add.* **MNTV.** **13 continet] tenet ALOTW.** **14 cum] dum BCNVWX.** **17 Augustinus in Enchiridion** *om.* **NVW.** **21-22 et quomodo** *om.* **BCX.**

1 Tract. 49, n. 10 (PL 35, 1751; CCL 36, 425). 2 Cap. 109 (PL 40, 283; CCL 46, 108). 3 Cap. 110 (283s; 108).

Dist. XLV: De doctrina Augustini, cf. F. Bonnin Aguilô, *i Vision beatifica en el Antigua Testamento o limbo de los padres?,* in *Burgense* 9 (1968), 65-175, praesertim 165ss. — Cap. 1, n. 1: Ex *Glossa* Magistri in I Thess. 4, 15 (PL 192, 305 B), ex Floro in h.L (678). — Num. 2: textus Augustini iam in *Prognosticon,* II, 9 (PL 96, 479 A; CCL 115, 49), sed hic sumitur ex originali, sicut et in cap. sequenti, nn. 1-2.

nus ut non requirat ista post mortem, nec tam malus ut ei non prosint ista post mortem. Est vero talis in bono ut ista non requirat, et est rursus talis in malo ut nec his valeat, cum haec vita transierit, adiuvari. Quocirca hic omne meritum comparatur, quo possit post hanc vitam quispiam gravari vel relevari. Nemo autem speret quod hic neglexit, cum obierit apud Deum promereri. Non igitur ista, quae pro defunctis commendandis frequentat Ecclesia, illi apostolicae sunt adversa sententiae, qua dictum est 1; *Omnes* adstabimus *ante tribunal Christi, ut referat unusquisque secundum ea quae per corpus gessit,* scilicet bona vel mala: quia etiam hoc meritum sibi quisque cum in corpore viveret comparavit, ut possent ei ista prodesse. Non enim omnibus prosunt. Et quare non, nisi propter differentiam vitae quam quisque gessit in corpore? Cum ergo sacrificia, sive altaris, sive quarumcumque eleemosynarum, pro baptizatis omnibus offeruntur, pro valde bonis gratiarum actiones sunt; pro non valde malis, propitiationes; sed pro valde malis, etiam si nulla sunt adiumenta mortuorum, tamen qualescumque vivorum consolationes sunt. Quibus vero prosunt, vel ad hoc prosunt ut sit plena remissio, vel certe ut tolerabilior sit ipsa damnatio ».

3. **Augustinus in sermone De verbis Apostoli** «Orationibus2 ergo sanctae Ecclesiae, et sacrificio salutari et eleemosynis quae pro eorum spiritibus offeruntur, non est dubium mortuos adiuvari, ut cum eis misericordius agatur a Domino quam eorum peccata meruerint. Hoc enim a Patribus traditum tota observat Ecclesia: ut pro eis qui in communione Corporis et Sanguinis defuncti sunt, cum ad ipsum sacrificium loco suo commemorentur, oretur; ac pro illis quoque id offerri commemoretur. Non est igitur ambigendum ista prodesse defunctis, sed talibus qui ita vixerunt ante mortem, ut possint eis haec utilia esse post mortem. Nam qui sine fide operante per dilectionem 3 eiusque sacramentis de corpore exierunt, frustra illis a suis huiusmodi pietatis officia impenduntur, cuius dum hic essent pignore caruerunt, non misericordiam sibi thesaurizantes,

9 etiam hoc *trp.* BCNX. 15 sed] sunt BCL *Aug., lui., Lomb.* (PL 192, 40A), sunt sed WX. 23 observat] servat OX. 29 exierunt] exierint BCLW. ‖ impenduntur] impendentur AW, *corr. ex* inpediuntur M, *ex* inpendiuntur R. ‖ cuius] cum AOW *om.* MN, *corr. marg, in* cuius W2, pietatis *add. interi.* V2, scii, pietatis *add. marg.* W2. 30 dum] cum BN.

1 II Cor. 5, 10. 2 *Semo 172,* c. 2, n. 2 (PL 38, 936s). 3 ReSp. Gal. 5, 6: *sed fides quae per caritatem operatur.*

Cap. 2, num. 3: Ex *Glossa* in I Thess. 4, 12 (PL 192, 302 A-B), ex Floro in h.l. (678-679).

sed iram 1. Non ergo mortuis nova merita comparantur, cum pro eis aliquid boni operantur sui, sed eorum praecedentibus consequentia ista redduntur. Nam istam quisque finiens vitam, nisi quod in ea meruerit non poterit habere post eam ».

4. Ecce quibus et qualiter prosint illa quae pro defunctis frequentat Ecclesia: mediocriter malis suffragantur ad poenae mitigationem; mediocriter bonis ad plenam absolutionem, qui non habent tantae perfectionis merita ut non indigeant iuvari per *pauperes* quorum *est regnum caelorum* 2, quos sibi fecerunt *amicos de mammona iniquitatis* 3. Quorum tanta est perfectio ut his adiutoriis non indigeant, quales sunt Apostoli et martyres. — **Augustinus, De verbis Apostoli** *:* Ut enim ait **Augustinus** 4, « iniuria est pro martyre in Ecclesia orare, cuius debemus orationibus commendari; pro aliis autem defunctis oratur ».

Cap. 3 (261).

1. **De officiis sepulturae. — Augustinus in sermone De verbis Apostoli** *:* De pompis vero exsequiarum idem **Augustinus** ita dicit 5; « Pompa funeris, agmina exsequiarum, sumptuosa diligentia sepulturae vivorum sunt qualiacumque solatia, non adiutoria mortuorum ». « Si 6 aliquid prodest impio sepultura pretiosa, oberit pio vilis vel nulla. Praeclaras exsequias in conspectu hominum purpurato illi diviti *i* exhibuit turba famulorum, sed multo clariores in conspectu Domini ulceroso illi pauperi ministerium exhibuit angelorum, qui eum extulerunt non in marmoreum tumulum, sed in Abrahae gremium ».

2. **Augustinus in eodem** « Sit 8 tamen cura mortuos sepeliendi et sepulcra construendi, quia haec in Scripturis sanctis inter bona opera de-

11 Rubrica *om.* **AVW. 15 Augustinus... Apostoli** *om.* **VWX. 16 idem** *om.* **BCV. 24 Rubrica** *om.* **ALNW.**

1 Rom. 2, 5: *thesaurizas tibi iram in die irae.* 2 Resp. Matth. 5, 3. 3 Resp. Luc. 16, 9. " *Sermo 159,* c. 1, n. 1 (PL 38, 868). *3 Sermo 172,* c. 2, n. 2 (PL 38, 936). 3 Reapse *De civit. Dei,* I, c. 12, n. 1 (PL 41, 26; CSEL 40-1, 24; CCL 47, 14). 7 Resp. Luc. 16, 19-22. 3 Scii, in *Sermone 172,* c. 2, n. 3 (PL 38, 937).

Num. 4: Verba Augustini in fine, ex *Glossa* in Hebr. 12,4 (PL 192, 501 D); ex Floro in h.l. (840).

Cap. 3, n. 1: Prima auctoritas iam in *Glossa* in I Thess. 4, 12 (PL 192, 301 D-302 A), ex Floro in h.l. (678). — Altera, ut videtur, ex Hugone, *De sacram.* II, 16, c. 8 (PL 176, 595 B), vel ex tonte ignoto. — Num. 2: Ex eadem *Glossa* (302 C); ex Floro, ut videtur (679).

putata sunt. Non solum in corporibus Patriarcharum aliorumque sanctorum, sed etiam in ipsius Domini corpore qui ista fecerunt, laudati sunt 1. Impleant igitur haec homines erga suos officia postremi muneris et sui humani lenimenta moeroris. Verum illa quae adiuvant spiritus defunctorum, scilicet oblationes, orationes, multo observantius procurent ».

Cap. 4 (262).

1. **De duobus aeque bonis, quorum alter plura post mortem habet auxilia.** Solet moveri quaestio de duobus, uno divite, altero paupere, pariter sed mediocriter bonis, qui praedictis suffragiis indigent, et meruerunt pariter post mortem iuvari. Pro altero vero, id est pro divite, speciales et communes fiunt orationes multaeque eleemosynarum largitates; pro paupere vero non fiunt nisi communes orationes. Quaeritur ergo an tantum iuvetur pauper paucioribus subsidiis, quantum dives amplioribus. — Si non pariter iuvatur, non ei redditur secundum merita: meruit enim pariter iuvari, quia pariter boni exstiterunt. Si vero tantum suffragii consequitur quantum dives, quid contulerunt diviti illa specialiter pro eo facta?

2. **Responsio** [1]. Sane dici potest non ei magis valuisse generalia et specialia, quam pauperi sola generalia suffragia. Et tamen profuerunt diviti specialia: non quidem ad aliud vel maius aliquid, sed ad idem ad quod generalia, ut ex pluribus et diversis causis unum perciperetur emolumentum. — **Aliter** [1]. Potest tamen dici illa plura subsidia contulisse diviti celeriorem absolutionem, non pleniorem.

Cap. 5 (263).

1. **Quibus suffragiis iuvabuntur mediocriter boni qui in fine reperientur.** Sed iterum quaeritur de aliquo mediocriter bono, qui talibus indigens suffragiis, in ipso consummationis saeculi articulo cum reliquis migrabit, si salvus fuerit. Pro eo non offertur ulterius sacrificium vel oratio vel

1 **Non] Nec ABCLRV** *Aug., Glossa.* 3 **Impleant] Implent AMNORTX,** *quod corr.* **NT.** 7 **post mortem** *trp. post* **auxilia BCV.** 11 **largitates] largitiones AL2NRTVX.** 16 **specialiter] spiritaliter R, specialia LT.** 18 **Responsio** *om.* **MRVW.** 22 **Aliter** *om.* **AMORTVW.** 28 **offertur] offeretur ARVWX.**

i Resp. Matth. 26, 10-13.

eleemosyna, nec habebat tantae perfectionis merita quae his suffragiis non egerent: numquid ergo salvabitur?

2. Aestimo eum, *quasi per ignem* transeuntem 1, salvari meritis et intercessionibus caelestis Ecclesiae, quae pro fidelibus semper intercedit voto et merito, donec impleatur Christus.

Cap. 6 (264).

1. **Quomodo sancti glorificati audiunt preces supplicantium et quomodo intercedunt pro nobis ad Deum.** Sed forte quaeris: Numquid preces supplicantium audiunt, et vota postulantium in eorum notitiam perveniunt?

2. Non est incredibile animas sanctorum, quae *in abscondito faciei* Dei 2 veri luminis illustratione laetantur, in ipsius contemplatione ea quae foris aguntur intelligere, quantum illis vel ad gaudium, vel nobis ad auxilium pertinet. Sicut enim angelis, ita et sanctis qui Deo assistunt, petitiones nostrae innotescunt 3 in Verbo Dei quod contemplantur. Unde et dicuntur angeli orationes et vota nostra offerre Deo4, non quia eum doceant, sed quia eius voluntatem super eis consulunt.

3. **Augustinus in libro De orando Deum.** Unde Augustinus 5; « Angelis qui sunt apud Deum innotescunt petitiones nostrae, ut quodam modo eas offerant Deo et de his consulant, et quod Deo iubente implendum esse cognoverint, hoc nobis vel evidenter vel latenter reportent. Unde et angelus hominibus ait 6; *Cum oraretis, orationem vestram obtuli Deo* ».

1 **habebat] habebit AWX.** 8 **intercedunt] intercedant ARX.** ‖ **Deum] dominum LWX.** 21 **cognoverint] cognoverunt BMORTVWX,** *quod corr.* **T.**

1 Resp. I Cor. 3, 15: *Ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem.* 2 Resp. Ps. 30, 21: *Abscondes eos in abscondito faciei tuae.* 3 Cf. Phil. 4, 6: *petitiones vestrae innotescant apud Deum.* » Tob. 3, 25; et 12, 12. 5 *Epistola 130 (ad Probam),* c. 9, n. 18 (PL 33, 501; CSEL 44, 61). « Tob. 12, 12.

Cap. 6, nn. 1-2: Quaestio iam proponitur quasi eisdem verbis ab Hugone, *De sacram.* II, 16, 11: «Multi in quaestione adducunt an preces supplicantium audiunt, et... utrum vota postulantium usque ad ipsorum cognitionem perveniunt... Hoc unum certum est, sanctorum animas in secreto divinae contemplationis constitutas, eorum quae foris aguntur tantum scire quantum illis vel ad gaudium, vel nobis ad auxilium prodesse constat» (PL 176,596 A-B). Vide etiam quaestionem affinem in schola Anselmi Laudunensis (ed. O. Lottin, in *Psych, et morale,* V, n. 504, p. 323). — Num. 3: Iam in *Glossa* in Phil. 4,6 (PL 192, 253 D - 254 A); ex ploro in h.l. (642s).

4. **Augustinus in libro De Trinitate XV** *: « Ad omnia 1 quidem scienda sufficit Deo sua perfectio. Habet tamen nuntios, id est angelos, non qui ei quae nescit annuntient: non enim sunt ulla quae nesciat, sed bonum eorum est de operibus suis eius consulere veritatem. Et hoc est quod ei dicuntur nonnulla 'nuntiare': non ut ipse ab eis discat, sed ut ab eo ipsi, per Verbum eius sine corporali sono. Nuntiant etiam quod voluerit, ab eo missi ad quos voluerit: totum ab illo per illud Verbum eius audientes, id est in eius veritate invenientes quid sibi faciendum, quid, quibus et quando nuntiandum sit. Nam et nos orantes eum, non eum docemus, quia *novit,* ait Verbum eius2, *Pater vester quid vobis necessarium sit priusquam petatis ab eo.* Nec ista ex tempore cognovit, sed futura omnia temporalia, atque in eis etiam quid et quando ab illo petituri fueramus, et quos et de quibus rebus vel exauditurus vel non exauditurus esset, sine initio ante praescivit ».

5. **Augustinus in libro De gratia novi Testamenti** *: « Non 3 ergo dicitur angelus orationes nostras offerre Deo, quasi Deus tunc noverit quid velimus et quo indigeamus », qui omnia antequam fiant, sicut et postea quam facta sunt novit 4; « sed quia necesse habet rationalis creatura temporales causas ad aeternam veritatem referre, sive petendo quid erga se fiat, sive consulendo quid faciat ».

6. **Quod dictum est de angelis attribuit sanctorum animabus.** Si autem angeli a Deo per Verbum eius discunt petitiones nostras, et quid de eis implendum sit vel non, cur non credamus et animas sanctorum, Dei faciem contemplantium, in eius veritate intelligere preces hominum et quae implendae sint vel non? — Inde est quod Deus dicitur exaudire preces

1 Rubrica *om.* VW. ‖ Aug.] Idem AL. ‖ XV *om.* CLN, *trp. post* in A, *post* iibro TX. 4 veritatem] voluntatem CX *Florus, Glossa.* 6 voluerit] voluerint OTX, *quod corr.* OT. 10 eius] scit *add.* BC, *add. marg.* L2, *add. interi.* T2, scit namque *add. interi.* R2. 16 tunc] non *add.* LTW, *add. interi.* R2. 17-18 postea quam] postquam BCLNRVX, *corr. in* postquam T. 21 Rubrica *om.* AMOVW. 25 dicitur *trp. post* quorundam BC, *add. interi.* T, *om.* ALO.

1 Cap. 13 (PL 42, 1075s; CCL 50 A, 494s). 2 Matth. 6, 8. 3 Seu *Epist. 140 (ad Honoratum),* c. 29, n. 69 (PL 33, 568; CSEL 44, 216s). » Resp. Eccli. 23, 29: *Deo antequam crearentur, omnia sunt agnita; sic et post perfectum respicit omnia.*

Num. 4: Prima pars («Ad omnia... nuntiandum sit»), in eadem *Glossa* (254 A-B) et apud Florum. Ultima vero pars («Nam et nos... praescivit») deest in utraque forma *Glossae* (254 B; x, 1 lOd; z, 190d). Ultima phrasis (« Nec ista... ») iam supra, lib. I, d. 38, c. 1, n. 2 (I, 276, 6-10). — Num. 5: ex eadem *Glossa* (254 B), ex Floro in h.l. (643), non sine quadam paraphrasi originalis.

quorundam non solum quando effectui mancipat, sed etiam quando innotescit curiae angelorum et sanctarum animarum quid inde futurum sit vel non. Et quod cognoscunt in Dei voluntate esse, volunt et ipsi. Adeo enim supernae Veritati addicti sunt, ut nihil praeter eius voluntatem queant velle. — Intercedunt igitur ad Deum pro nobis sancti, et merito: dum eorum merita suffragantur nobis, et affectu: dum vota nostra cupiunt impleri; quod tamen non faciunt nisi in voluntate Dei implenda didicerint. Oramus ergo ut intercedant pro nobis, id est ut merita eorum nobis suffragentur; et ut ipsi velint bonum nostrum, quia eis volentibus, Deus vult, et ita fiet.

7. Ex praemissis constat quod cum quibusdam misericordius agit Deus quam aliqua eorum peccata meruerint, scilicet cum mediocriter malis i, qui suffragiis Ecclesiae iuvantur.

DISTINCTIO XLVI

Cap. 1 (265).

1. **Si valde malis detur mitigatio poenae.** Sed quaeritur hic de valde malis, utrum et ipsi in aliqua poenarum mitigatione Dei misericordiam sentiant, ut minus quam meruerint puniantur.

2. Quidam autumant eos nullam relevationem poenae habituros. Quod confirmant Iacobi auctoritate dicentis 2; *Iudicium sine misericordia* fiet *illi qui non fecit misericordiam.* **Augustinus** etiam ait 3; « Mi-

7 impleri] implere MOWX. 16 detur] prestatur BC *elenchus capp.,* **prestetur RT.**

1 Cf. supra, Dist. 45, c. 2, n. 4. 2 Iac. 2, 13. 3 *Enarr. in Ps. 100,* 1: *Misericordiam et iudicium,* n. 1: « Si ergo per tempora distinguamus haec duo, forte invenimus modo tempus esse misericordiae, futurum autem tempus iudicii » (PL 37, 1282; CCL 39, 1405); « iudicium in futuro » potius invenitur in *Glossa ordin.* in h.l. (apud Lyran., III, 234c; cod. Laurent. XVII.4, f. 134b).

Dist. XLVI. Cf. A. Michel, *Mitigation des peines de la vie future,* in DThC X, 1998-2209, ubi parum vel nihil de doctrina Magistri; et A. M. Landgraf, *Die Linderung der Höllenstrafen nach der Lettre der Frühscholastik,* in ZfKTh 60 (1936) 299-370; in *Dogmengesch.* IV-2, 255-320, ubi de Magistro agitur, 268-70. — Cap. 1, ŋ. 2: Cf. Magister in Ps. 100, 1 (PL 191, 901 A-B), ubi prima auctoritas Augustini; altera invenitur in *Glossa* in Ps. 118, 151 (1120 D).

sericordia hic, iudicium in futuro ». — **Augustinus, super Octonarium XIX** ⁋ Idem i, distinguens quomodo *omnes viae* Dei sint *misericordia et veritas*2, ait: « Erga sanctos omnes viae Dei misericordia, omnes veritas; quia et in iudicando subvenit, et ita non deest misericordia; et in miserando id exhibet quod promisit, ne desit veritas. Erga omnes autem, quos liberat et damnat, omnes viae sunt misericordia et veritas, quia ubi non miseretur, vindictae veritas datur ». Dicens 'ubi non miseretur', dat intelligi aliquid a Deo fieri ubi ipse non miseretur.

3. **Cassiodorus** ⁋ Sed his occurrit quod ait **Cassiodorus** super Psalmum L 3, loquens de misericordia et pietate Dei: « Hae duae, inquit, res iudicio Dei semper adiunctae sunt ». Ergo et in punitione malorum non est iustitia sine misericordia. — **Cassiodorus, in Psalmo C** ⁋ Idem de misericordia et iudicio ait 4; « Haec duo mutua societate sibi iunguntur. In his breviter omnia opera Dei includit».

4. **Augustinus contra illos qui asserunt malorum cruciatus terminandos** ⁋ **Augustinus** quoque, respondens illis qui reproborum supplicia finem habitura contendunt, ita illorum repellit opinionem, asserens reprobos perpetuo puniendos, ut eorum supplicia aliquatenus mitigari non neget. — **Augustinus in Enchiridion** ⁋ « Frustra, inquit 5, nonnulli aeternam damnandorum poenam et cruciatus sine intermissione perpetuos humano miserantur affectu, atque ita futurum esse non credunt: non quidem Scripturis adversando divinis, sed pro suo motu dura quaeque molliendo et in leniorem flectendo sententiam, quae putant in eis terribilius esse dicta quam verius. *Non enim,* inquiunt, *obliviscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas.* Hoc quidem in Psalmo legi-

1-2 Rubrica *om.* **RVW.** ‖ **xix] xviii BCX. 2 Dei] domini LRT. 3 Dei] domini LT, sunt** *add.* **ANV. 7 Dicens] Cassiodorus** *rubr. mg.* **BCX, Aug. super ps. C** *rubrica M.* **9 Cassiodorus** *(rubrica) om.* **RVW. 12 in Psalmo] super psalmum NR. 15 Rubrica** *om.* **MRVW. 17 illorum] eorum BCR. 19 Augustinus** *(rubrica) om.* **ABCVWX.** ⁋ **in Enchiridion** *trp. post* **Augustinus** *(tin. 15)* **ABCX,** *om.* **VW.**

1 *Enarr. in Ps. 118,* 151: *Et omnes viae tuae veritas,* Sermo 29, n. 8 (PL 37, 1588; CCL 40, 1766s), mediante *Glossa ordin.* in h.l. (apud Lyranum III, 272c; cod. cit. 173c). 2 Ps. 24, 10. 3 *Expos, in Ps. 50,* 16: *Et exsultabit lingua mea iustitiam tuam* (PL 70, 368 D; CCL 97, 466), mediante *Glossa ordin.* in h.l. (ap. Lyranum, III, 158a; cod. Laurent. XVII.4, f. 65c). 4 In versum 1: *Misericordiam et iudicium* (PL 70, 700 B; CSEL 98, 891), mediante *Glossa ordin.* in h.l. (ap. Lyranum, III, 234c; cod. cit., f. 134a, sine nomine); cf. *Glossa* Magistri in h.l. (PL 191, 901 B). 3 Cap. 112 (PL 40, 284s; CCL 46, 109s).

Num. 3: Cf. *Glossa* in Ps. 50, 16 (491 B); dein eadem in Ps. 100, 1 (901 B).

tur i. Sed de his intelligitur qui sunt *vasa misericordiae* 2, quia et ipsi non pro meritis suis, sed Deo miserante de miseria liberantur. Aut si hoc ad omnes aestimant pertinere, non ideo necesse est ut damnationem opinentur finiri posse eorum de quibus dictum est 3: *Ibunt hi in supplicium aeternum,* ne hoc modo putetur habitura finem felicitas illorum de quibus e contrario dictum est 4: *Iusti autem in vitam aeternam.* — Sed poenas damnatorum certis temporibus aestiment, si hoc eis placet, aliquatenus mitigari. Etiam sic quippe intelligi potest manere *ira Dei* in illis 5, id est ipsa damnatio. Haec enim vocatur *ira Dei,* non divini animi perturbatio. Ut *in ira sua* 6, id est manente ira sua, non contineat miserationes suas: non aeterno supplicio finem dando, sed levamen adhibendo vel interponendo cruciatibus; quia nec Psalmus ait 'ad finiendam iram suam' vel 'post iram suam', sed *in ira sua.* (**Intellige!**) Quae si sola esset alienari a regno Dei, carere magna multitudine dulcedinis Dei 7, tam grandis tamen est poena, ut ei possint nulla tormenta quae novimus comparari, si illa sit aeterna, ista autem sit quamlibet multis saeculis longa ». « Manebit 8 ergo sine fine mors perpetua damnatorum et omnibus erit ipsa communis, sicut manebit communiter omnium vita aeterna sanctorum ».

5. Ecce ita asserit hic poenas reproborum non esse finiendas, quod non improbat si dicatur eorum supplicio aliquod levamen adhiberi. Unde non incongrue dici potest Deum, etsi iuste id possit, non omnino tantum punire malos in futuro quantum meruerunt, sed aliquid eis, quantumcumque mali sint, de poena relaxare.

6. **Determinat praemissas auctoritates** 9. Quod ergo dictum est: *Judicium sine misericordia fiet illi qui non fecit misericordiam,* ita intelligi potest: quod iudicium damnationis fiet illi qui non fecit misericordiam, pro eo quod fuit sine misericordia; vel fiet ei iudicium sine misericordia liberante et salvante, qui tamen in aliqua poenae alleviatione misericordiam Dei sentiet. — Ita cum dicitur: «Misericordia hic, iudicium in futuro», non negatur quin in futuro sit misericordiae effectus, et in electis, qui per misericordiam ab omni miseria liberabuntur; et in reprobis, qui minus quam meruerint cruciabuntur. Sed hic non sine causa dicitur fieri miseri-

8 ira] iram OR. 13 Intellige LMNO, *om. alii.* 25 fiet] fieri MVW, fi. NO. 32 meruerint] meruerunt ABCV.

1 Ps. 76, 10. 2 Resp. Rom. 9, 23. 3 Matth. 25, 46. 4 Ibid. 3 Resp.. Ioan. 3, 36: *Sed ira Dei manet super eum.* 6 Resp. Ps. 76, 10, de quo parum supra in hoc numero. 7 8Resp. Ps, 30, 20: *Quam magna multitudo dulcedinis tuae, Domine.* 8 *Enchiridion,* c. 113 (285; 110). 9 Scii, in num. 2.

cordia, et iudicium in futuro, quia et hic multis modis miseretur Deus, quibus non miserebitur tunc: vocat enim nunc peccatores et iustificat, quod tunc non faciet; et tunc reddens singulis secundum merita, manifeste •iudicabit, qui nunc occulte iudicat.

Cap. 2 (266).

1. **De occulto iudicio. — Augustinus, super IX Psalmum** Cuius « occultum iudicium, ut ait Augustinus 1, intelligitur poena qua quisque vel exercetur ad purgationem, vel monetur ad conversionem, vel, si contemnit, excaecatur ad damnationem ». Occultum igitur Dei iudicium dicitur poena qua iudicat purgando, convertendo, excaecando. — Judicia quoque Dei interdum appellantur « dispositiones eius de omnibus rebus »; unde 2; *Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius!* et *iudicio* eius *abyssus multa* 3.

2. **De sententia iudicis.** Indicium autem quo in futuro iudicabit, intelligitur sententia qua ventilabitur area 4, id est dividentur localiter boni a malis ministerio angelorum 5; et illi *in vitam* ducentur, illi *in supplicium* mittentur 6, qui nunc simul mixti sunt.

Cap. 3 (267).

1. **De iustitia et misericordia Dei.** Sed quomodo iustitiam Dei et pietatem, id est misericordiam, supra *1* **Cassiodorus** « duas res » esse

6 occulto] dei *add.* BCR *elenchus capp.* ‖ Augustinus... Psalmum *om.* CMVW. 8 monetur] movetur BCLVW. 14 Rubrica *om.* NRW.

1 *Enarr. in Ps. 9,* n. 1 (PL 36, 117; CCL 38, 58). 2 Rom. 11, 33. 3 ps. 35, 7. 4 Resp. Matth. 3, 12: *Ventilabrum in manu sua, et permundabit aream suam.* 5 Resp. Matth. 13, 39: *Messores autem angeli sunt·,* et 13, 49: *Exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum.* 6 Matth. 25, 46: *Et ibunt hi in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam.* *r* In Cap. 1, n. 3.

Cap. 2, n. 1: Verba Augustini in Ps. 9, ex *Glossa* Magistri in titulum Ps. 9 (PL 191,129 D), *ex Glossa ordin.* hic (ap. Lyranum, III, 98c; cod. Laur. XVII. 4, f.8b); dein, *Glossa* in Rom. 11, 33 (PL 191, 1492 C), ex *Glossa ordin.* hic (apud Lyranum, VI, 26r; ı 26r; m 27v). — Num. 2: Cf. *Glossa* Lombardi in Ps. 49, 3-5: *Deus manifeste veniet,... tempestas valida:* «Tempestas haec, iudicatio Dei est, quae non ventis fiet, sed potentia Dei, per quam fiet ut eius sententia area ventiletur, et grana a paleis secernantur;... et angeli messores bonos a malis separabunt » (PL 191, 476 B-C); remote ex Cassiodoro in h.l. (PL 70, 350 A et C; CCL 97, 442s).

Cap. 3: Cf. Ch. Lefebvre, *La notion d'équité chez Pierre Lombard,* in *Miscellanea Lombardiana,* 223-29.

dixit, quae « semper adiunctae sunt Dei iudicio? » Iustitia enim Dei et misericordia non duae res, sed una res, id est divina essentia est, sicut supra [1] pluribus auctoritatibus ostensum est. Quia non est Deo aliud esse misericordem quam misericordiam, nec iustum quam iustitiam, sed idem prorsus. Nec aliud est esse misericordem quam iustum, vel misericordiam quam iustitiam, sed omnino idem, quia non denominative, sed essentialiter haec de Deo dicuntur.

2. **De operibus iustitiae, misericordiae et bonitatis.** Cur igitur dicit Scriptura de operibus Dei, quaedam esse misericordiae, quaedam iustitiae? Si enim iustitia Dei misericordia est, quaecumque sunt opera misericordiae, esse videntur iustitiae et e converso.

3. **Responsio.** His responderi potest sic: Illis locutionibus, quibus huiusmodi operum fiunt distinctiones, ut alia misericordiae, alia iustitiae, alia bonitati tribuantur, non diversitas subiacentis, id est rei his vocabulis significatae exprimitur, sed varietas sensuum et effectuum in creaturis monstratur. **(Da memoriae!)** Cum enim dicitur Deus iustus vel iustitia, essentia divina praedicatur; et etiam quod ipse sit distributor et iudex meritorum intelligi datur. Ita et cum dicitur misericors, essentia divina praedicatur; et insuper quod ipse sit miserorum liberator intelligi datur. Similiter cum dicitur bonus, essentia divina praedicatur, ut cum dicitur Deus; et insuper auctor omnium bonorum ostenditur. Ita et cum dicitur Deus, essentia divina praedicatur, et ipse timendus ostenditur. — Inde ergo quaedam opera misericordiae, quaedam iustitiae dicuntur: non quin essentia divina haec et illa operetur, et quin haec et illa sint opera divinae essentiae, quae dicitur misericordia et iustitia; sed quia quaedam sunt quibus ostenditur iudex et aequus distributor, quaedam quibus ostenditur miserator. Misericors enim dicitur in natura, miserator in exhibitione [2]. Et in quibusdam operibus dicitur effectus esse misericordiae, in quibusdam effectus iustitiae: non quod aliud efficiat iusti-

6 idem] est *add.* **BCL.** ‖ **denominative] determinate BC.** **8 Rubrica** *om.* **RVW,** *trp. supra ad* **Quia non** *(lin. 3)* **NOTX.** **10 enim] ergo LMO,** *om.* **W.** **12 Responsio** *om.* **BCVWX.** **16 Da memoriae** *om.* **MRVW.**

[1] Lib. I, dist. 8, cc. 4-8; et Dist. 19, c. 2 (tom. I, 98-103; 160). [2] Cf. Cassiodorus, *Exposit. in Ps. 102,* 8: «*Misericors et miserator Dominus*.... *Misericors* est qui natura sua clementissimus approbatur. *Miserator,* quando misericordiae suae dona largitur » (PL 70, 721 B; CCL 98, 916); unde Magister in h.l.: «*Dominus* est *miserator* actu, et *misericors* natura» (PL 191, 922 A); et infra, in Ps. 111, 4: *misericors et miserator et iustus:* «Dominus *misericors* natura et dum exspectat, et *miserator* exhibitione, dum iustificat, et *iustus* remunerando » (1013 A).

tia, aliud misericordia Dei, si ad essentiam referas; sed quia ex quibusdam effectibus intelligitur iudex, ex quibusdam miserator, vel, ut quibusdam placet, iustus et misericors.

4. Sed secundum hoc occurrit quaestio, quomodo ex aliis ostendatur iustus et ex aliis misericors, cum sit ei idem esse iustum et esse misericordem. Si enim secundum eandem rationem dicitur iustus et misericors, ex eo opere quo intelligitur iustus, intelligitur misericors, et e converso.

5. Sed dixi supra 1 quia cum dicitur Deus iustus et misericors, ita eadem divina essentia significatur et secundum eam idem praedicatur, ut etiam quaedam diversa intelligantur. Intelligimus enim per hoc eum miseratorem et iustum indicem, — **Origenes, super Ieremiam** *: Quod evidenter Origenes ostendit dicens 2; « Omnia quae Dei sunt, Christus est: ipse sapientia eius, ipse fortitudo, iustitia, sanctitas, ipse prudentia. Sed cum unum sit in subiacenti, pro varietate sensuum diversis nuncupatur vocabulis. Aliud enim significat sapientia, aliud iustitia. Quando enim sapientia dicitur, disciplinis te divinarum humanarumque rerum instruere intelligitur; quando iustitia, distributor vel iudex meritorum insinuatur. Ita et prudentia cum dicitur, doctor et demonstrator bonarum et malarum rerum vel neutrarum intelligitur ».

Cap. 4 (268).

1. **Auctoritatibus probat quaedam iustitiae, alia misericordiae, alia bonitati tribui.** Quod autem quaedam opera misericordiae, quaedam iustitiae, quaedam bonitati attribuantur, in Scripturis facile est reperire. Et de misericordia quidem et iustitia manifestum est; de bonitate vero et misericordia amplius latet.

2. **Augustinus, super Psalmum CXXXV** *: Sed Augustinus docet 3 illa opera proprie ad misericordiam pertinere, quibus aliqui a miseria liberantur; ad bonitatem vero non solum illa, sed facturam et gubernationem naturalium, ita dicens: « Ad misericordiam pertinet quod a

4 Sed] Questio *rubr. marg. add.* **BCX. 5 esse misericordem** *trp.* **BCT. 11 Rubrica** *om.* **VW. ‖ Origenes** *(marg.) om.* **BCX. 22 tribui] attribui BCRVX.**

1 In num. 3. 2 *Horn. 8,* ŋ. 2 (PG 13, 338 C); mediante *Glossa ordin.* in 1er. 10, 12 (apud Lyranum, IV, 126c) vel forsitan ex Glossa ignota Magistri in h.l.; cf. etiam tom. I, p. 101, nota ad Dist. 8, c. 8. 3 *Enarr. in Ps. 135,* 4, n. 4 (PL 37, 1758; CCL 40, 1960).

Cap. 4, n. 2: Ex *Glossa* in Ps. 135, 4 (PL 191, 1196 A).

peccatis mundat et de miseria liberat; ad bonitatem vero quod caelum et terram et omnia *valde bona creavit ut essent»1.*

3. **Idem, super Psalmum XXXII** Idem 2; «Caeli non indigent misericordia, ubi nulla est miseria; in terra hominis abundat miseria, et superabundat Domini misericordia. Miseria igitur hominis et *misericordia* Dei *plena est terra1;* non caeli, qui non indigent misericordia. Indigent tamen regente Domino. Omnia enim indigent Domino, et misera et felicia, quia sine illo miser non sublevatur, felix non regitur ».

4. Item alibi 4: « Misericordia est erga miseros, bonitas erga quoslibet ». Interdum tamen misericordia large accipitur ut bonitas.

Cap. 5 (269).

1. Quomodo universae viae Domini dicantur misericordia et veritas. Post haec considerari oportet ex quo sensu *universae viae Domini* dicantur *misericordia et veritas* 5.

2. Hoc multiplicem recipit expositionem. *Universae* enim *viae Domini* quibus ad nos venit, ut ait **Augustinus** super Psalmum 6, intelliguntur duo adventus: primus, in quo manifestam et multiplicem misericordiam nobis exhibuit; et secundus, in quo requirendo merita iustitiam exhibebit. — *Universae* etiam *viae Domini,* id est quibus ad Dominum ascendimus, sunt iustitia qua a malo declinamus, et misericordia qua bonum facimus. In his enim duobus omne bonum meritum includitur.

6 Dei] domini BCLTW *Aug., Glossa.* **7 misera] miseria (A)BLMNRTV,** *quod corr.* **NR. 7-8 misera et felicia] in miseria et in felicitate A,** *trp.* **BCLT. 19 Dominum] deum NRTV.**

1 Resp. Gen. 1, 31: *valde bona-,* et Sap. 1, 14: *Creavit enim, ut essent omnia.* 2 *Enarr. in Ps. 32,* 5, sermo 2, n. 4 (PL 36, 287; CCL 38, 259). 3 Resp. Ps. 32, 5. *4 Glossa ordin.* in Ps. 24, 7: *Secundum misericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam* (apud Lyran., III, 119c; cod. Laurent. XVII.4, f. 28c); non videtur esse Augustini, cui non attribuitur in *Glossa ordinaria.* 5 Ps. 24, 10. 6 Ambae expositiones Augustini sunt. Prima, in *Enarr. in Ps. 24,* n. 10: « Et ideo *universae viae Domini,* duo adventus Filii Dei, unus miserantis, alter iudicantis » (PL 36, 185; CCL 38, 138s); dein, *In Ps. 60,* 8, n. 9: «nobis Deus exhibuit misericordiam suam...» (PL 36, 728; CCL 39, 771); altera, in *Enarr. in Ps. 137,* 2, n. 5, ubi subditur: « Non sunt aliae viae quibus ad nos veniat; non sunt aliae viae quibus ad illum veniamus» (PL 37, 1776; CCL 40, 1981).

Num. 3: Ex *Glossa* in Ps. 32, 5 (PL 191, 328 D). — Num. 4: Ex eadem *Glossa,* in Ps. :24, 7 (255 C).

Cap. 5, n. 2: Cf. *Glossa* Magistri in Ps. 24, 13 (PL 191, 256 B).

3. Sed cum superius [1] Cassiodorus dixerit in his duobus omnia opera Dei includi, merito quaeri potest an in omni opere Domini haec duo mutuo sibi iungantur.

4. Quibusdam [2] placuit non in omni opere Domini haec duo concurrere: secundum effectum dico. Nam secundum essentiam non dividitur misericordia a iustitia, sed unum est. Verum secundum effectum non in omni opere dicunt esse misericordiam et iustitiam, sed in quibusdam tantum misericordiam, in aliis iustitiam, atque in aliis misericordiam et iustitiam. — Fatentur tamen Deum omnia quae facit, misericorditer agere et iuste, referentes rationem dicti ad Dei voluntatem quae iustitia est et misericordia, non ad effectus misericordiae et iustitiae qui sint in rebus.

11 qui] que AC, quibus B. ‖ sint] sunt ABCWX, *corr. in* **sunt LR.**

[1] Cap. 1, n. 3. [2] In *Glossa in Sent,* olim Petro Pictaviensi attributa hic notat auctor: « *Quibusdam placuit,* ut m. Rto et etiam m. man., *non in omni tempore* (!); nam in puero nuper nato qui dampnatur que misericordia? vel qui salvatur, que iustitia? certe hic latet misericordia, hic latet iustitia. *Aliis autem* [n. 5], non nobis. *Signum.* Magister autem Anselmus Cantuberiensis dicebat: Coniuncte erat [= erant] misericordia et veritas non quantum ad eandem personam, sed ad diversas. Cum enim Deus iustitia aliquem punit et alius corrigitur, ex eo opere apparet misericordia. Quod enim alter corrigitur ex misericordia, sancti etiam letantur quod mali generaliter puniuntur » (cod. Neapoli, BN VII.C.14, f. 68d). Quod Magister Robertus sit Pullanus (fi. Parisius c. 1144), clare apparet ex *Sententiis* suis, I, 13: e Auctoritas super istum versum: *Prope es tu, Domine, et omnes viae veritas,* sic exponit: 'Erga omnes quos Deus liberat et damnat, omnes viae misericordia et veritas, quia nullum immeritum damnat, sed multos immeritos liberat'. Itaque *universae viae Domini misericordia et veritas.* Quia nulla sunt eius opera nisi ab harum **alterutra,** ut fiat hic iniquorum per misericordiam exspectatio, conversorum emendatio, et in futuro per iustitiam utrorumque aequa retributio » (PL 186, 701 B-C). Auctoritas est August., *Enarr. in Ps. 118,*151, sermo29, n. 8 (PL 37, 1588; CCL 40, 1766s); apud Lyran. in h.l. (Ill, 272c). *M. Man.* idem est ac Magister Manegoldus Lautenbachensis (saec. XI) seu pseudo-Beda, *In Psalmorum librum,* Ps. 118, 121: *Prope es tu, Domine, et omnes viae tuae veritas* (PL 93, 1081 C-D); cf. Clavis, n. 1384, et bibliogr. ibidem. Quoad Anselmum, cf. *Proslogion,* c. 11 (PL 158, 233s; ed. F. S. Schmidt, I, 109). - Glossator noster manifeste dependet ab ore ipsius Magistri in scholis eius.

Num. 4-5: Eadem Glossa in h.l. (uti supra) incorporatur in quadam Glossa anon, in cod. Clm 22288 (ff. 96-97), quam ita transcripsit et interpretatus est cl. M. Landgraf: « *Quibusdam placuit,* ut m[agistro] Odoni et etiam m[agistro] Man[ducatori], *non in* omni tempore (!). Nam in puero nuper nato, qui dampnatur, que misericordia, vel, si salvatur, que iustitia? Hic latens misericordia [fol. 97], hic latens iustitia. *Aliis* non nobis sequentibus. M[agister] autem Anselmus Cantuariensis dicebat: coniuncta erant misericordia et veritas non quantum ad eandem personam, sed ad diversas; cum enim Deus ex iustitia aliquem punit et alius corrigitur ex misericordia. Sancti enim letantur, quod mali gehennaliter puniuntur »;... in *Zwei Gelehrte aus der Umgebung des Petrus Lombardus,* in *Divus Thomas* (Fr.) 11 (1933),. 171. En ratio nostrae diatribae.

5. Aliis i autem videtur quod, sicut dicitur Deus omnia opera sua facere iuste et misericorditer, ita concedendum sit in omni opere Dei iustitiam esse et misericordiam, id est clementiam, secundum effectum vel signum; quia nullum opus Dei est, in quo non sit effectus vel signum aequitatis et clementiae, sive occulte, sive aperte. Aliquando enim manifesta est clementia sive benignitas, et occulta aequitas, aliquando e converso.

DISTINCTIO XLVII

Cap. 1 (270).

1. **De sententia iudicii.** Solet etiam quaeri qualiter dabitur iudicii sententia. Sed non est perspicuum id explanare. Non enim Scriptura aperte definit an voce illa proferantur 2; *Venite benedicti* et *Ite maledicti,* an virtute iudicis ita fiat, conscientiis singulorum attestantibus 3, ut modo dicitur futurum: ut iudicis potentiae effectus ipsius dictione significetur.

2. Illa etiam 4: *Esurivi, et non dedistis mihi manducare,* et huiusmodi, magis conscientiis exprimenda plurimi putant quam verbis, quia Apostolus 5 *in momento, in ictu oculi,* mysterium consummandum tradit. — Sed illud ad resurrectionis statum tantum referunt, non ad iudicium, qui iudicii sententiam et malorum increpationes et bonorum praeconia verbis exprimenda asserunt.

Cap. 2 (271).

1. **Quod sancti iudicabunt et quomodo.** Non autem solus Christus iudicabit, sed et sancti cum eo *iudicabunt nationes* 6.

11 explanare] explicare ALNRVX. 12 proferantur] proferatur ACLNVW. ‖ benedicti] patris mei *add.* CNV. 13 fiat] in *add.* NWX, *add. sed del.* V. ‖ singulorum] ita *add.* LT. 17 momento] et *add.* ABCMR2 *(nuirg.)* T.

1 Cf. supra, cap. 1, n. 3, huius Dist., et ipse Magister, *Glossa in Ps. 24,*10 (PL 191,256 B), et *in Ps. 56,*4 (5) (529 C-D). Nihil ultra invenimus. 2 Matth. 25, 34 et 25, 41. 3 Resp. Rom. 2, 15-16: *Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, et inter se invicem cogitationibus accusantibus... in die, cum iudicabit Deus occulta hominum.* Cf. supra, Dist. 43, c. 4, n. 1. 4 Matth. 25, 42. 5 Resp. I Cor. 15, 52. « Sap. 3, 8.

Dist. XLVII, Cap. 2. Cf. lulianus, *Prognosticon,* III, 11-13 (PL 96, 502 B-503 B; CCL 115, 89s).

2. **De duodecim sedibus** [1]. Ipse enim Apostolis ait i; *Sedebitis et vos super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel.* — **Augustinus, super Psalmum XC** «Nec[2] est putandum quod duodecim Apostolis tantum hoc promiserit Christus. Ubi enim sedebit Paulus, qui plus omnibus laboravit[3], si non ibi sedebunt nisi duodecim? Per duodecim igitur sedes perfectio tribunalis », id est « universitas iudicantium intelligitur » 4, scilicet omnes perfecti qui relictis omnibus secuti sunt Christum 5; « per duodecim tribus, universitas indicandorum ».

3. Judicabunt vero eos sancti non modo comparatione 6, sed etiam auctoritate et potestate; unde 7: *Gladii ancipites in manibus eorum,* « id est sententia de bonis et malis in potestate eorum ». — Si vero quaeritur quae erit eorum potestas vel auctoritas in iudicando, puto non ante posse sciri quam videatur, nisi divina revelatione quis didicerit.

Cap. 3 (272).

1. **De ordinibus eorum qui iudicandi erunt.** Erunt autem quatuor ordines in iudicio. — **Gregorius, super Iob** «Duae quippe sunt partes, electorum scilicet et reproborum, ut **Gregorius** ait 8; sed bini ordines eisdem singulis partibus continentur. Alii enim iudicantur et pe-

1 **Rubrica om. RVW.** 2-3 **Rubrica** *om.* **NRVW.** ‖ **xc] xx BMT.** 3 **Nec] Non BWX, Non enim L.** 12-13 **posse sciri** *trp.* **BCNW.** 15 **iudicandi] iudicaturi R, in iudicio BCLTW** *elenchus capp.* 16 **Gregorius] Aug. T.** | **Gregorius super lob** *om.* **RVW.**

1 Matth. 19, 28. 2 *Enarr. in Ps. 90,* n. 9 (PL 37, 1156; CCL 39, 1262). 3 I Cor. 15, 10: *Sed abundantius illis omnibus laboravi.* 4 Resp. *Glossa ordin.* in Matth. 19, 28: « Per duodecim sedes, universitas iudicantium; per duodecim tribus, universitas judicandorum intelligitur. Qui reliquerunt omnia et secuti sunt Dominum, hi iudices erunt » (apud Lyranum, V, 60a); ex Beda, *In Evang.,* II, hom. 17 (PL 94, 225 A) vel hom. 13 (CCL 122, 89). 5 Resp. Matth. 19, 28: *Arnen dico vobis, quia vos qui secuti estis me... sedebitis et vos super sedes duodecim* etc. « *Glossa* Magistri in I Cor. 6, 2: *An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt?:* « comparatione, quia exemplo fidei illorum perfidia huius mundi damnabitur. *Iudicabunt* etiam auctoritate et potestate » (PL 191, 1576 C). 7 Ps. 149, 6; cum *Glossa* in h.l. (PL 191, 1290 B). 8 *Moralia,* XXVI, c. 27, n. 50 (PL 76, 378 C - 379 B).

Cap. 3: Praeter quaedam verba et conclusionem (ad finem n. 4) idem textus unacum alia materia invenitur in *Glossa* Magistri in Ps. 1,5 (PL 191, 65 A - 67 A), ubi introducitur verbis: *Nota quod.* Problema hic indicatum ex inadvertentia non examinavimus in Prolegomenis nostris ad tomum I (pp. 58*ss). Manifestum est autem quod agitur de quodam additamento ad textum originalem *Glossae* occasione lectionis eius publicae. Sed unde sumantur hae auctoritates et quare ultima *In apocalypsi* rubricetur, nescimus.

retint; alii non indicantur et pereunt. Alii iudicantur et regnant; alii non iudicantur et regnant ».

2. «Iudicantur et pereunt quibus dominica inclamatione dicitur 1; *Esurivi, et non dedistis mihi manducare* etc. Non iudicantur et pereunt quibus Dominus ait 2; *Qui non credit, iam indicatus est* ». Eorum enim damnatio toti Ecclesiae nota est et certa; et ideo dicuntur tunc non iudicari (Gregorius Papa:) « quia 3 ad conspectum districti iudicis cum aperta damnatione suae infidelitatis accedent. Qui vero professionem fidei sine operibus habent, iudicabuntur et peribunt, id est redarguentur ut pereant, Qui vero nec fidei sacramenta tenuerunt, increpationem iudicis in se fieri non audient, quia infidelitatis suae tenebris praeiudicati, eius quem despexerant invectione redargui non merentur. Illi saltem verba iudicis audient, qui eius fidem saltem verbo tenuerunt. Illi in damnatione sua aeterni iudicis nec verba percipiunt, qui eius reverentiam nec verbo tenus servare voluerunt ». Et ideo illi iudicandi, isti non indicandi dicuntur.

3. « Ex4 electorum vero parte alii iudicantur et regnant, scilicet qui vitae maculas lacrymis tergunt et eleemosynarum superinductione operiunt; quibus iudex veniens in dextera consistentibus dicet 5; *Esurivi, et dedistis mihi manducare.* Alii autem non iudicantur et regnant, qui etiam praecepta legis perfectionis virtute transcendunt; quia non hoc solum quod lex praecipit implere contenti sunt, sed et quod ad perfectionem consulitur implere student. De quibus Propheta ait 6: *Dominus ad iudicium veniet cum senatoribus populi sui.* Et Salomon de Ecclesiae sponso loquens ait *E Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terris rae.* Et Iob 8; *Non salvat impios, et pauperibus iudicium tribuit».* «Hi ergo recte sub generali iudicio non tenentur, sed iudices veniunt, quia et praecepta generalia vivendo vicerunt, et omnibus relictis Christum secuti sunt ». « Recte *pauperibus iudicium tribuit,* qui quanto huic mundo magna humilitate despecti sunt, tanto tunc maiori culmine potestatis excrescent ».

4. In Apocalypsi : De talibus dicitur : « *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut et ego vici, et sedi cum Patre meo in throno eius.*

7 Gregorius Papa *(rubr.) om.* ARVW. 8 accedent] accedunt LMR, accedant W. 12 saltem] autem BCT. 17 tergunt] tergent MNOW, *quod corr,* N. 21 et] etiam BCLMV. 29 excrescent] exercent BCL, *sed corr.* C2L2.

1 Matth. 25, 42. 2 Ioan. 3, 18. 3 Ibid. (379 A). 4 Gregorius, ibid., n. 51, pluribus intermediis omissis (PL 76, 379 C-380 A, 380 B-C). 5 Matth. 25, 35. 6 Isai. 3, 14. 7 Prov. 31, 23. 8 Iob 36, 6. » Greg., *Moralia,* XXVI, c. 28, n. 53 (PL 76, 381 C-D); qui citat Apoc. 3, 21.

Vincens Dominus cum Patre in throno sedit, quia post passionis certamerr et resurrectionis palmam, quod Patri esset aequalis omnibus claruit. Nobis vero in throno Filii sedere, est ex eiusdem Filii potestate iudicare;. quia enim iudicandi principatum ex eius virtute percipimus, quasi in eius' throno residemus ». — Ex his apparet quod etiam perfectiores sancti cum Christo iudicabunt potestate, et quare quidam dicuntur iudicandi, alii non iudicandi.

Cap. 4 (273).

1. **De ordine iudicii et ministerio angelorum.** Cum autem in Evangelio legatur 1 quod Dominus *mittet angelos suos,* qui *colligent de regno eius omnia scandala et mittent* iniquos *in caminum ignis;* et item 2; *Exibunt angeli, et separabunt malos de medio iustorum et mittent eos in caminum ignis;* et item: *Mittet angelos suos cum tuba, et congregabunt electos a quatuor ventis;* et Propheta dicit 3: *Congregate illi sanctos eius:* ministerio angelorum illa impleri dubitandum non est.

2. Domino enim veniente ad iudicium, *praecedet ante eum ignis4,* « quo comburetur facies mundi huius »; et peribit *caelum et terra* 5; « non secundum substantiam, sed secundum speciem, quae immutabitur »; caelum quidem «aërium, non aetherium». «Tantum 6 enim ascendet ignis in iudicio, quantum ascenderunt aquae in diluvio ».

4–5 eius throno *trp,* **LTNV.** **11 mittent] mittant ALMORTX,** *quod corr.* **02. 14 et] cum** *add.* **L.** ‖ **dicit] dicat LNR** *(rectius, quia post* **Cum).**

1 Matth. 13, 41-42. 2 Matth. 13, 49-50; seq. Matth. 24, 31. 3 Ps. 49, 5. 4 Resp. Ps. 96, 3: *Ignis ante ipsum praecedet,* vel potius Ps. 49, 3: *ignis in conspectu eius exardescet,* ubi *Glossa* Magistri: «Vel secundum aliam litteram: *Ignis ante eum praeibit...* quo comburetur facies mundi huius et mali comburentur; boni vero purgabuntur» (PL 191, 476 B). Quae verba citantur in edit. *Glossa ordin.* hic (apud Lyran, III, 155c), sed desunt in cod. Laurent. XVII.4 in h.l. 5 Matth. 24, 35: *Caelum et terra transibunt,* ubi *Glossa ordin.:* « Innovabuntur, deposita priori forma, permanente autem substantia »; et *interlin.:* « *Caelum,* aereum, non aethereum » (apud Lyranum, V, 75r). Cf. etiam Beda, *In Marcum* 13, 31 (PL 92, 264 D; CCL 120, 602); et *In Lucam* 21, 33 (590 C; 371). 6 *Glossa interlin.* in II Petri 3, 10 (apud Lyranum, VI, 227r); ex August., *De civitate Dei,* XX, c. 18 (PL 41, 684; CSEL 40-11, 469s; CCL 48, 729s).

Cap. 4, n. 1. De ministerio angelorum, cf. Iulianus, *Prognosticon* 111, 35 (PL 96, 514A-B; 514 A-B; CCL 115,108s); et *Glossa* Magistri in Ps. 49, 5 (PL 191, 477 B), ex Augustino in h.l. (PL 36, 573; CCL 38, 585s). — Num. 2: Dictum Augustini in fine, iam in opusculo Iuliani, III, 49 (519 B-C; 117), et apud Hugonis *De sacram.* II, 17, 28 (PL 176, 610 A).

3. Ille autem ignis malis qui reperti fuerint vivi erit consumptio,, bonis vero non. Ut enim ait Augustinus 1, « hoc erit incendium mundi sanctis, quod fuit caminus tribus pueris ». In quibus « aliquid 2 purgandum fuerit, per illum ignem purgabitur»; aliis vero nullam ingeret molestiam.

4. Purgato vero per ignem mundo, et ad iudicium veniente Domino, emittetur vox illa magna 3 qua resurgent omnes mortui. Et tunc ministerio angelorum ventilabitur area 4: quia boni congregabuntur ei de quatuor partibus orbis 5 angelico ministerio; quo et rapientur *obviam Christo in aéra* 6, reprobis in terra quam dilexerunt remanentibus. — Et tunc praeconia illa bonorum ?: *Esurivi, et dedistis mihi manducare,* et increpationes illae malorum: *Esurivi, et non dedistis mihi manducare* etc. proferentur, vel sono vocali vel alio modo 8. — Denique proferetur sententia super utrosque 9; *Venite benedicti* etc., *Ite maledicti* etc.; et ministerio angelorum, virtute Dei coopérante, mittentur mali *in caminum ignis 10,* hoc est in infernum.

Cap. 5 (274).

1. **Si post iudicium daemones praeerunt hominibus ad puniendum.** Et solet quaeri utrum in inferno malis ad puniendum praesint daemones post iudicium, quos carnifices tortoresque animarum Scriptura appellat11.

2. Apostolus dicit!2 quod Christus tunc evacuabit *omnem principatum et potestatem et virtutem.* — **Haymo, super Epistolam ad Corinthios ?** « Dum 13 enim durat mundus, angeli angelis, daemones daemonibus, ho-

2 ait Augustinus *trp.* TVW. 9 orbis] mundi NVW. 13 vocali] vocabuli TW. 16 hoc] id LTX. 22 Rubrica *om.* RVW.

1 *De civitate Dei,* XX, 18 (685; 470; 730). 2 *Glossa ordin.* in II Petri 3, 10: «Caeli, id est sancti, si quid in eis purgandum est, per ignem purgabuntur» (apud Lyranum, VI, 227a). 3 De qua supra, Dist. 43, c. 2. 4 Matth. 3, 12; cf. August., *Enarr. in Ps. 49,* 3, n. 8: *Tempestas valida·.* « ventilatura tam magnam aream... qua separabitur a sanctis omne immundum » etc. (PL 36, 570; CCL 38, 581). Cf. supra, Dist. 46, c. 2, n. 2. 3 Resp. Matth. 24,31; cf. supra, num. 1 huius cap. 6 I Thess. 4, 16. 7 Matth. 25, 35 et 42. 8 Cf. supra, c. 1, n. 1. 9 Matth. 25, 34 et 4L 10 Resp. Matth. 13, 40s. U Resp. Matth. 18, 34: *Tradidit eum tortoribus·,* cum Glossa *interlin.* hic: « in manus romanorum, vel tartareis ministris » (apud Lyran., V, 57v). 12 I Cor. 15, 24. 13 *Glossa ordin.* in 1 Cor. 15, 24 (apud Lyran., VI, 58a; 1 70a; m 67a); ex Haymone, *In I Cor.* 15, 24 (PL 117, 597 A); cf. supra, Lib. II, d. 6, c. 4 (I, 356s).

Num. 3 forsitan dependet a *Glossa* in Hebr. 1, 11 (PL 192, 412 A), ubi invenitur auctoritas Augustini.

mines hominibus praesunt; sed omnibus collectis, iam omnis praelatio cessabit ». — Hinc quidam putant post iudicium daemones non habere potestatem cruciandi homines, sicut modo; sed ut daemones virtute Dei cruciari, sine creaturae ministerio, asserunt, sic reprobos homines ibi non per operationem daemonum, sed virtute divina tantum aeternis subici cruciatibus.

3. Praemissa tamen auctoritas non id cogit sentire, quae, etsi asserat tunc nec daemones daemonibus nec homines hominibus praeesse, non definit tamen an daemones hominibus praesint ad torquendum. — Unde quibusdam videtur eos sic constare hominibus tortores in poena, sicut exstiterunt incentores in culpa.

DISTINCTIO XLVIII

Cap. 1 (275).

1. **De forma iudicis.** Solet etiam quaeri in qua forma Christus indicabit. — In forma utique servi iudicabit 1, quae omnibus in iudicio apparebit, ut videant mali *in quem pupugerunt* 2. Divinitatem vero eius mali non videbunt; unde Isaias 3; *Tollatur impius, ne videat gloriam Dei.* « Humanitatem 4 videbunt, ut timeant; divinitatem vero non, ne gaudeant ». Divinitas enim sine gaudio videri non potest.

8 tunc nec *trp.* **NX.** ‖ **nec1] non TW,** *om.* **O. 10 constare] exstare ABCLTX, stare W. 16 mali2** *trp. post* **videbunt NRVX. 17-18 Humanitatem] vero** *add.* **BCR.**

1 August., *In Ioan.,* tr. 19, n. 16: « *Videbunt in quem pupugerunt...* Forma ergo servi videbitur, occulta erit forma Dei » (PL 35, 1553; CCL 36, 199). Cf. etiam tr. 21, n. 13 (1571; 219s). 2 Resp. Apoc. 1, 7; *Ecce venit cum nubibus, et videbit eum omnis oculus, et qui eum pupugerunt·,* Ioan. 19, 37: *Videbunt in quem transfixerunt.* 3 Isai. 26, 10, magis iuxta LXX (ex luliano). 4 Isidorus, *Sententiae,* I, c. 27, n. 8: «In iudicio reprobi humanitatem Christi in qua iudicatus est videbunt, ut doleant; divinitatem vero eius non videbunt, ne gaudeant. Quibus enim divinitas ostenditur, utique ad gaudium demonstratur» (PL 83, 596; iterum ex luliano).

Dist. XLVIII, c. 1. Cf. Lombardus, *Glossa* in Ps. 20, 6 (PL 191, 222 C), et lulianus, *Prognosticon* III, cc. 8-9 (PL 96, 501 B-D; CCL 115, 87s); qui fontes esse videntur potiusquam Augustinus et Isidorus.

Cap. 2 (276).

1. Qualis apparebit tunc forma servi. Sed cum in forma humana constet eum appariturum, quaeritur an forma illa gloriosa appareat, sicut vere est; an infirma, qualis in passione exstitit.

s 2. Quidam putant a malis talem videri qualem crucifixerunt, id est infirmam, quia dicit Scriptura h ut videant *in quem pupugerunt.* — **Augustinus, super Ioannem** ²: Sed aperte **Augustinus** dicit2 formam servi glorificatam a bonis et a malis tunc videri, sic: « Cum in forma servi glorificata iudicantem viderint boni et mali, *tolletur impius, ut non videat* io *claritatem Dei* 3, qua Deus est, quam soli mundi corde videbunt 4: quod erit eis vita aeterna ».

3. Quare dicitur Christus Judicaturus ⁵: Forma igitur humana in Christo glorificata videbitur a cunctis; unde et Christus dicitur judicaturus quia filius hominis est. Ita enim legitur in Evangelio Ioannis5: *Et* is *potestatem dedit ei indicium facere, quia filius hominis est:* non quod ipse ex virtute hominis sit iudicaturus, vel quod ipse solus, sine Patre et Spiritu Sancto, sit iudicium facturus, sed quia ipse solus in « forma *6* servi

2 tunc *om.* **BCL** *elenchus capp.* **3 an]** in *add.* **NW,** *add. interi.* **A2V2**. **4 infirma]** in **forma AMRTW,** *quod corr.* **RT,** *corr. in* **in forma BC. 6 infirmam] infirmum L, in forma M,** *corr. in* **in formam B. 9 glorificata] clarificata BMTX.** ‖ **ut non] ne LV.. 12 Rubrica** *om.* **NRVW.** ‖ **iudicaturus BCX,** *om. alii.*

1 Cf. supra, Cap. 1. 2 Tract. **III,** η. 3: « Cum viderimus enim claritatem quam dedit Pater Filio, etiamsi eam dici hoc loco inteiligamus, non quam Pater aequali Filio gignens- eum dedit, sed quam facto hominis filio dedit ei post mortem crucis: quando ergo videbimus- illam Filii claritatem profecto tunc fiet iudicium vivorum atque mortuorum, tunc tolletur impius, ne videat claritatem Domini; quam, nisi illam qua Deus est? » (PL 35, 1927; CCL 36,. 630s). 3 Isai. 26,10. 4 Matth. 5, 8: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* s Ioan. 5, 27. 6 Rubr. marginalis: *Aug. super ioan.,* una cum punctis superscriptis in textu ad « in forma... videbitur », qui potius est *Glossae ordin.* in loan. 5, 27 (apud Lyran.,, V, 202c), ex Tract. 19, n. 16 (PL 35, 1553; CCL 36, 199).

Cap. 2, n. 2. *Quidam* forsitan illi sunt qui nimis adhaeserunt cuidam verbo Augustini: «Forma illa erit iudex quae stetit sub iudice; illa iudicabit quae iudicata est» *(In loan.,* tr. 19, n. 6; PL 35,1553; CCL 36,199). Quatenus hic textus solus citatur a luliano, in III, c. 9 (501 C; 88), fortasse hanc opinionem sustinuit. Simili modo in *Libro Pancrisis* (n. 92) Magistri Anselmi Laudunensis legitur: « Sed hoc certum est quod filius hominis in eadem forma in qua indicatus est apparebit » (ed. O. Lottin, in *Psych, et morale, V,* 79). — Textus Augustini, ex *Glossa ordin.* in loan. 17, 24 (apud Lyran., V, 235c), a qua potius dependet Magister quam ab originalibus- Augustini; ita etiam in cap. sequenti.

iudicans bonis et malis videbitur ». Cum ergo dicitur 1; *Pater non indicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio,* non ita est intelligendum quasi Filius solus iudicet, et non Pater, sed quia forma Filii humana cunctis in iudicio apparebit: non infirma, sed gloriosa. Judicabit autem ex virtute divinitatis, non sine Patre et Spiritu Sancto. Et apparebit terribilis impiis et mitis iustis 2: erit enim terror malis et lumen iustis.

Cap. 3 (277).

1. **Quare secundum formam servi dicitur Christus suscitaturus corpora.** Et sicut dicitur Christus secundum formam servi iudicaturus propter causam praemissam, ita etiam dicitur suscitaturus corpora mortuorum secundum humanitatem, cum tamen virtute divinitatis sit suscitaturus, non humanitatis. Sed hac ratione illud dicitur: quia in humanitate suscepit quod est causa nostrae resurrectionis, id est passionem et resurrectionem, ideo ei adscribitur secundum hominem suscitatio mortuorum.

2. **Augustinus, super Ioannem.** Unde Augustinus 3; « Per Verbum filium Dei fit animarum resurrectio; per Verbum factum in carne filium hominis fit corporum resurrectio ». — Item 4: « Iudicat et suscitat corpora non Pater, sed Filius secundum dispensationem humanitatis, in qua est minor Patre ». « Christus 5 in eo quod est Filius Dei, est vita quae vivificat animas; in eo quod filius hominis, iudex ».

3. Ecce secundum formam humanitatis dicitur suscitaturus corpora et iudicaturus. Iudicaturus autem, quia illa forma cunctis in iudicio apparebit; et suscitaturus, quia in eadem forma meritum et causam nostrae resurrectionis suscepit, et quia secundum eandem formam *vocem dabit*

3 Filius solus *trp.* BCLX. 15 Rubrica *om.* MVW. 19 Patre. Christus in] Patre Christus. In BCN. 20 quod] est *add.* BCLV. 24-1 (p. 545) et... procedent om. ANOX, *add. interi.* R2.

1 Ioan. 5, 22. 2 Verba sunt Isidori, *Sent.,* 1, c. 27, n. 9: « Et mitis apparebit... electis, et terribilis reprobis » (PL 83, 596 B); sed hic potius in forma Iuliani, *Prognosticon,* III, c. 7: «et mitis erit iustis, et terribilis erit iniustis » (PL 96, 501 A; CCL 115, 87). 3 Tract. 19, nn. 15-16 (PL 35, 1552s; CCL 36, 198s). 4 Tract. 23, n. 13 (1591; 242). 5 Tract. 19, n. 15, et tr. 22, n. 11 (1552s et 1580; 198s et 229s).

Cap. 3, n. 2: Prima auctoritas Augustini sumitur ex *Glossa ordin.* in Ioan. 5, 27 (in parte apud Lyran. V, 202c; in toto, in PL 114, 379 C, et in ed. Lugdun. [1610], V, 1110)/Secunda, in *Glossa* in Ioan. 5, 21 (202a). Tertia, in *Glossa* in 5, 27 (202c). — Num. 3: Auctoritates Augustini, ex *Glossa* in Ioan. 5, 21 (202a), et in Ioan. 5, 26 (202c).

qua mortui de monumentis surgent *et procedent* L Secundum quod Deus est, vivificat animas; non Pater tantum, quia non tantum Pater vita est, sed et Filius cum eo et Spiritus Sanctus (**Augustinus**:2) «eadem vita» est. Quae « pertinet ad animam, non ad corpus. Corpus enim non sentit vitam sapientiae, sed anima, quae illuminatur a lumine » aeterno. — Licet igitur Christus potentia deitatis vivificet animas et suscitet corpora et iudicet, non otiose tamen et praeter rationem ei secundum formam Dei tribuitur vivificatio animarum, et secundum formam servi iudicium et resuscitatio corporum.

Cap. 4 (278).

1. **De loco iudicii.** Putant quidam Dominum descensurum in vallem Iosaphat in iudicio, eo quod ipse per Ioel prophetam sic loquitur 3; *Congregabo omnes gentes, et deducam eas in vallem Iosaphat, et disceptabo ibi cum eis.*

2. In cuius capituli expositione 4 ita reperi: « Hoc quidam pueriliter intelligunt, quod in valle quae est in latere montis Oliveti, descensurus sit Dominus ad iudicium. Quod frivolum est, quia non in terra, sed in spatio huius aëris sedebit, contra locum montis Oliveti ex quo ascendit 5. Et sicut **Ioannes Chrysostomus** dicit 6, angeli deferent ante eum signum crucis». Unde in Evangelio Veritas ait2; *Et tunc apparebit signum filii hominis* etc. « Iosaphat autem interpretatur 'iudicium Domini' » : *in vallem* ergo *Iosaphat,* id est iudicii Domini, « congregabuntur omnes impii. Iusti vero non descendent in vallem iudicii, id est damnationis, sed *in nubibus* elevabuntur *obviam Christo* 9 ».

1 **procedent] et** *add.* **BCLV2**, **sed** *add.* **T**. **2 tantum Pater** *trp.* **BCLNX**. **3 Augustinus** *om.* **AMRTVWX**. **11 Putant] Et** *praem.* **BCLMX**, **add. N2**, **Imputant R.** ‖ **vallem] valle ALNR,** *quod corr.* **L2**. **22 vallem] valle ALV.** ‖ **iudicii CLNTX** *(subaudi* **vallem** *cum lui.),* **iudicium BOVW, in iudicio AM. 23 vero] autem BCX.**

1 Ps. 67, 34: *Ecce dabit voci suae vocem virtutis;* inde Ioan. 5, 28-29. 2 Tract. 19, η. 14 (1552; 198). » Ioel 3, 2. 4 In *Glossa ordin.* in h.l. (apud Lyranum, IV, 356a). 5 Resp. Act. 1, 9-12. » *De cruce et latrone,* I: « Sic Domino de coelo veniente angelorum cętus et archangelorum multitudo illud signum portant humeris excelsis, et regalem nobis nunciant » (ed. Venetiis 1583, III, 303a in fine; cf. PG 49, 404). 7 Matth. 24, 30. s Ita et Hieron., *In Ioel* 3, 2 (PL 25 [1845], 979 D). » 1 Thess. 4, 16.

Cap. 4, n. 1: *Quidam,* scii. Iulianus, *Prognosticon,* III, 2 (PL 96, 497 C; CCL 115, 82), ubi et textus Ioel; et in c. 4 (499 B - 500 C; 83s), ille Chrysostomi. Unde in toto num. 2Magister se confert ad *Glossam ordin.* in h.l.

Cap. 5 (279).

1. **De qualitate luminarium et temporis post iudicium.** Veniente autem ad iudicium Domino in fortitudine et *potestate magna* 1, sol et luna dicuntur *obscurari* 2; non sui luminis privatione, sed « superveniente maioris luminis claritate ». *Virtutes* quoque *caelorum* 3, id est angeli, dicuntur *moverit* non metu damnationis vel aliqua perturbatione pavoris, « sed quadam admiratione» eorum quae viderint. Unde Iob 4: *Columnae caeli pavent adventum eius.*

2. Ante diem vero iudicii sol et luna eclipsim patientur, sicut Ioel testatur dicens 5: *Sol convertetur in tenebras et luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus et horribilis.* Magnus vero dicitur propter magna quae ibi fient.

3. Cum autem fuerit factum *caelum novum et terra nova* 6, tunc *erit lux lunae sicut lux solis,* testante Isaia 7, *et lux solis septempliciter,* id est *sicut lux septem dierum,* quia quantum luxit sol in prima conditione septem dierum, ante peccatum primi hominis, tantum lucebit post iudicium 8. Minorata enim fuit lux solis et lunae aliorumque siderum per peccatum primi hominis 9; sed tunc recipiet sol mercedem sui laboris 10, quia septempliciter lucebit.

4. Et tunc non erit vicissitudo diei et noctis, sed tantum dies. Unde Zacharias: *Et erit dies una quae nota est Domino, non dies neque nox, et*

9 eclipsim patientur *trp.* **LT.**

1 Resp. Luc. 21, 27; cf. Matth. 24, 30. 2 *Glossa ordin.* in Matth. 24, 29: *Sol obscurabitur:* «Vel sol et luna et stellae ad tempus suo lumine privabuntur... Vel superveniente claritate veri luminis videbuntur obscurari... Iob dixit [26, 11]: *Columnae caeli contremiscunt et pavent adventum eius* » (apud Lyranum, V, 74c); ultima expositio est Ps.-Bedae in h.l. (PL 92, 104 A); ex Hieron. in h.l. (PL 26 [1845], 180 A). 2 Matth. 24, 29, ubi *Glossa interlin.:* « Timebunt angeli, quanto magis homines! » (apud Lyranum, V, 74v). 4 Iob. 26, 11, ubi *Glossa interlin.:* «Non timore poenali, sed admiratione» (apud Lyranum, III, 51r); ex Gregorio, *Moralia,* XVII, c. 29, n. 44 (PL 76, 31 C). 5 Ioel 2, 31. 6 Isai. 65, 17; 66, 22; Apoc. 21, 1. 7 Isai. 30, 26. 8 *Glossa interlin. in* h.l.: *sicut lux septem dierum:* «Scilicet quando creatus est mundus » (apud Lyranum, IV, 57v); ex Isidoro, *De ordine creaturarum,* c. 5, n. 5 (PL 83, 924 A). 9 *Glossa interlin.* in h.l.: *Et erit lux lunae:* « Post iudicium et caelum erit novum et terra nova. Quia enim propter hominem facta, in eius lapsu peiorata sunt sol et luna, suo lumine minorata » (apud Lyranum, IV, 57v); ex Isidoro, ibid., n. 3 (923 C-924A). 10 *Glossa ordin.* in h.l.: *Et erit lux lunae:* «Cum praemium laboris percipient » (57c); cf. num. 6 infra. 11 *Glossa interlin.* in Zach. 14, 7: *Non dies:* « Non vicissitudo diei nec noctis » (apud Lyranum, IV, 421r).

in tempore vesperi erit lux, quia non erit tunc varietas diei et noctis quae modo est, sed continua dies et lux.

5. Isaias tamen videtur dicere quod tunc non luceat sol vel luna, loquens congregationi beatorum 1; *Non erit tibi,* inquit, *amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunae illuminabit te; sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam.* — Sed his verbis non negat solem et lunam tunc lucere, sed significat his qui erunt « in aeterna beatitudine »2 nullum lucis usum praestare; quia ut ait **Hieronymus** super eundem locum 3, « caeli terraeque, solis atque lunae nobis cessabit officium, et erit ipse Dominus lumen suis in perpetuum ».

6. Isidorus in libro Creaturarum ? Potest etiam intelligi istud Isaiae ea ratione dictum, quia sol et luna non tunc habebunt ortum et occasum sicut nunc. Unde **Isidorus**4, illud Isaiae quasi exponens, ait; « Post iudicium sol laboris sui mercedem suscipiet; unde Propheta 5; Lucebit *septempliciter.* Et non veniet ad occasum nec sol nec luna, sed in ordine quo creati sunt, stabunt, ne impii in tormentis sub terra positi fruantur luce eorum. Unde Habacuc 6; *Sol et luna steterunt in ordine suo* ». — Ecce aperte dicit solem et lunam tunc lucere, sed stabiliter permanere; ubi etiam significat infernum esse sub terra.

7. Si vero quaeritur quis sit usus lucis solis et lunae tunc, fateor me ignorare, quia in Scripturis non memini me legisse.

DISTINCTIO XLIX

Cap. 1 (280).

1. **De differentia mansionum in caelo et in inferno. — Augustinus in Enchiridion** «Post? resurrectionem vero, facto universo impletoque

3 vel] et A, neque NVW. 4 beatorum] bonorum LW, sanctorum NV. 9 atque] ac W, et CX. 11 Rubrica *om.* CNRVW. ‖ in libro Creaturarum *om.* BX. ‖ istud] illud ALRTWX. 14 mercedem *trp. post* sol BCLRT. 16 positi *trp. post* impii O, *post* tormentis W *Glossa.* 24 Augustinus in Enchiridion *om.* RVW.

1 Isai. 60, 19. 2 *Glossa interUn.* in h.l. (apud Lyran., IV, 99r). 3 *In Isaiam* 60, 19, (PL 24 [1845], 597 A; CCL 73 A, 704), mediante *Glossa ordin.* in h.l. (99a). 4 £>e *ordine creaturarum,* c. 5, nn. 6-7 (PL 83, 924 B - 925 A); sed verba sunt *Glossae ordin.* in Isai. 60, 19: «Isidorus in libro creaturarum: Post iudicium... in habitaculo suo» (apud Lyran., IV, 99a). 5 Isai. 30, 26: *Et lux solis erit septempliciter.* 6 Habac. 3, 11. 7 Cap. **Ill** (PL 40, 284; CCL 46,109).

iudicio, suos fines habebunt civitates duae: una Christi, altera diaboli; una bonorum, altera malorum, utraque tamen angelorum et hominum. Istis voluntas, illis facultas non poterit esse peccandi, vel ulla conditio moriendi; istis in aeterna vita feliciter viventibus, illis infeliciter in aeterna morte sine moriendi potestate durantibus, quoniam utrique sine fine. Sed in beatitudine isti, alius alio praestabilius; in miseria vero illi, alius alio tolerabilius permanebunt ».

2. Ex his apparet quod sicut boni differenter glorificabuntur, alii magis, alii minus, ita et mali differenter in inferno punientur. — **Chrysostomus** 1 : « Sicut enim *in domo Patris,* id est in regno caelesti, *mansiones multae sunt* 2, id est praemiorum differentiae, ita et in gehenna diversae sunt mansiones, id est suppliciorum differentiae ». Omnes tamen aeternam patientur poenam, sicut omnes electi eundem habebunt *denarium,* quem Paterfamilias dedit omnibus qui operati sunt in vinea A Nomine *denarii* aliquid omnibus electis commune intelligitur, scilicet vita aeterna, Deus ipse quo omnes fruentur, sed impariter. Nam sicut erit differens clarificatio corporum, ita differens erit gloria animarum. *Stella enim a stella,* id est electus ab electo, *differt in claritate* 4 mentis et corporis. Alii

8 glorificabuntur] gloriabuntur LVW. **9–10 Chrysostomus] Cassiodorus BCX, Iohannes** *praem.* **AN,** *om.* **RVW.** **15 omnibus electis** *trp.* **BCL.** **17 enim] differt** *add.* **NVW.**

1 *Ad Theodorum lapsum,* I, versus finem (PG 47, 307-308); uti textus hic profertur, vicinior est versioni quae exstat in cod. Bibi. *Casinensis 152*:. « Sic enim scriptura pronunciat dicens: Ipse reddit unicuique secundum opera eius [cf. Matth. 16, 27]. Non solum enim in gehenna suppliciorum, set in regno celesti [premiorum] multe erunt différencie. Mansiones inquid multe sunt apud patrem meum [Ioan. 14, 2], Et iterum: alia gloria solis et alia lune [I Cor. 15, 41] » *(Bibi. Casinensis* 3, 1877; *Florilegium,* 410a); idem textus, sed hic incompletus, invenitur in Bibliotheca publica Leningrad, cod. lat. F.v.I, N° 4, de quo cf. A. Staerk, *Mitteilungen aus den lateinischen Handschrijten zu St. Petersburg,* in *Studien u. Mitteilungen aus dem Benediktiner- und dem Cistercienser-Orden* 31 (1910) 3-36. Aliae versiones in editione Venet. Chrysostomi (1583), V, 474 D; et PG 47, 307-308. 2 Resp. Ioan. 14, 2. 3 Resp. Matth. 20, 1-16. 4 I Cor. 15, 41.

Dist. XLIX, c. 1, n. 2. Ad hunc numerum enodandum revertere oportet ad *Glossam* Magistri in I Cor. 15, 41: *Stella enim a stella differt* (PL 191, 1686 C-D; x, f. 113b; z, f. 68a), ubi citantur verba Chrysostomi quae in alia nota supra offeruntur. Quod hic sequitur de uno denario synopsis est (quandoque ad verbum) auctoritatum Augustini quae sequuntur in eadem *Glossa* (1686 D): *Super loannem,* tr. 67, n. 2 (PL 35, 1812; CCL 36, 495s); *et De sancta virginitate,* c. 26 (PL 40, 410; CSEL 41, 262); utrobique *denarius* dicitur esse vita aeterna omnibus communis, et tamen alio magis, alio minus; unde *multae mansiones.* Conclusio huius num. nobis evadit.

enim aliis vicinius clariusque Dei speciem contemplabuntur, et ipsa contemplandi differentia diversitas mansionum vocatur. Domus ergo est una, id est denarius est unus; sed diversitas est ibi mansionum, id est differentia claritatis. Quia unum est et summum bonum beatitudo et vita omnium, scilicet Deus ipse. Hoc bono omnes electi perfruentur, sed alii aliis plenius. Perfruentur vero videndo per speciem, non *per speculum in aenigmate* i. Habere ergo vitam, est videre vitam, id est cognoscere Deum in specie. Unde Veritas in Evangelio ait2: *Haec est vita aeterna, ut cognoscant te, et quem misisti Iesum Christum,* esse unum et *solum verum Deum,* hoc est, habere vitam est cognoscere te. Non est ipsa cognitio quod tu es, sed per cognitionem habere bonum quod tu es, id est vita.

3. **Si omnes homines volunt esse beati.** Solet etiam quaeri de beatitudine, utrum omnes eam velint, et sciant quae sit vera beatitudo.

4. **Augustinus in libro XIII De Trinitate.** De hoc Augustinus in libro XIII *De Trinitate* ita disserite «Mirum est, cum capessendae retinendaeque beatitudinis voluntas una sit omnium, unde tanta exsistat de ipsa beatitudine rursus diversitas voluntatum: non quod eam aliquis nolit, sed quod non omnes eam norint. Si enim omnes eam nossent, non ab aliis putaretur esse in virtute animi, ab aliis in voluptate corporis, ab aliis atque aliis alibi atque alibi. Quomodo ergo omnes amant quod non omnes sciunt? Quis potest amare quod nescit? sicut supra disputavi 4. Cur ergo beatitudo amatur ab omnibus, nec tamen scitur ab omnibus? An forte sciunt omnes quae ipsa sit, sed non omnes sciunt ubi sit, et inde contentio est? »

5. **Augustinus** « An 5 forte falsum est quod pro vero posuimus, beate vivere omnes homines velle? Si enim beate vivere est, verbi gratia, secundum animi virtutem vivere, quomodo beate vivere vult, qui hoc non vult? Nonne verius diximus: homo iste non vult beate vivere, quia non vult secundum virtutem vivere, quod solum est beate vivere? Non igitur

10 est'] **enim** *add.* **ABCVX,** *add. interl.* **LT.** 11 **habere ANCHTWX, habetur BCMRW, haberetur L,** *corr. in* **habetur O2T2.** ‖ **vita] vitam AT.** 12 **esse beati] beate vivere BCX.** 14 **Rubrica** *om.* **RVW.** 18 **omnes eami** *trp.* **BLW.** ‖ **omnes eam2** *trp.* **BRW.** 19 **voluptate] voluntate LNTWX,** *quod corr.* **LWX.** 20 **ergo] igitur AMVW.** 25 **posuimus] proposuimus ALT,** *quod corr.* **L, ponimus M.** 26 **beatel] bene LW** *(et sic deinceps, cum quibusdam corr. in* **L.**). 28 **diximus] dicimus LT, dixerimus CNV** *Aug.*

1 I Cor. 13, 12. 2 Ioan. 3. 3 Cap. 4, n. 7 (PL 42, 1018; CCL 50 A, 389s). 4 Citatur supra, Lib. III, d. 24, cc. 4-5 (p. 151s). 5 August., uti supra (1019; 390s).

Num. 4-8 manifeste sumuntur ex originali Augustini.

omnes beate vivere volunt, immo pauci hoc volunt, si non est beate vivere, nisi secundum virtutem animi vivere: quod multi nolunt. Itane falsum erit, unde nec ipse Cicero dubitavit? Ait enim 1: 'Beati certe omnes esse volumus'. Absit ut hoc falsum esse dicamus! Quid igitur? An dicendum est, etiam si nihil sit aliud beate vivere quam secundum virtutem animi vivere, tamen et qui hoc non vult, beate vivere vult? Nimis quidem hoc videtur absurdum. Tale est enim ac si dicamus: Qui non vult beate vivere, beate vult vivere. Istam repugnantiam quis audiat, quis ferat? Et tamen ad hanc contrudit necessitas, si et omnes beate vivere velle verum est, et non omnes sic volunt vivere, quomodo solum vivitur beate ».

6. « An 2 illud ab his angustiis nos poterit eruere, si dicamus nihil esse beate vivere, nisi vivere secundum delectationem suam, et ideo falsum non esse quod omnes beate vivere velint, quia omnes ita volunt ut quemque delectat? — Sed 'id 3 quidem falsum est. Velle enim quod non deceat, est esse miserrimum; nec tam miserum est non adipisci quod velis, quam adipisci velle quod non oportet'. Quis ita sit caecus ut dicat aliquem ideo beatum, quia vivit ut vult, cum profecto etsi miser esset, minus tamen esset, si nihil eorum quae perperam voluisset, habere potuisset? Mala enim voluntate vel sola miser quisque efficitur; sed miserior cum desiderium malae voluntatis impletur ».

7. « Quapropter 4, quoniam verum est quod omnes homines esse beati velint, idque ardentissimo amore appetant, et propter hoc cetera quaecumque appetunt; nec quisquam potest amare quod omnino quid vel quale sit nescit, nec potest nescire quid sit quod se velle scit, sequitur ut omnes beatam vitam sciant. Omnes autem beati habent quod volunt, quamvis non omnes qui habent quod volunt, continuo sint beati. Continuo autem miseri sunt, qui vel non habent quod volunt, vel id habent quod non recte volunt ».

8. **Quid sit beatus ?** « Beatus 5 igitur non est, nisi qui et habet omnia quae vult et nihil vult male ». « Ille 6 quippe beate vivit, qui vivit ut vult, nec male aliquid vult ». « Cum ? igitur ex his duobus constet beata

4 igitur] ergo BCM. 6 virtutem animi *trp.* **BCLOWX. 9–10 vivere velle** *trp.* **BCNV** *Aug.* **17 velis BCX** *Aug. (Cicero),* **vult W, velit** *alii.* **23 propter] prêter N,** *corr. in* **prêter O. 30 Rubrica** *om.* **RVW.**

1 *In Hortensio dialogo* (rubr.), nunc deperdito. 2 August., ibid., c. 5, n. 8 (1019s; 390s). 3 Verba *Hortensii* Ciceronis iterum allegat Augustinus. 4 August., ibid. (1020; 392s). 5 August., loc. cit. 6 Ibid., c. 8, n. 11 (1022; 396). Ibid., c. 6, n. 9 (1020; 393).

vita, licet in malis sit aliquis bonus, non tamen nisi finitis omnibus malis est beatus ». — « Cum 1 vero ex hac vita qui in his miseriis fidelis et bonus est, venerit ad beatam, tunc erit vere quod nunc esse nullo modo potest, ut sic homo vivat quomodo vult. Non enim ibi volet male vivere, aut volet aliquid quod deerit, aut deerit quod voluerit. Quidquid amabitur, aderit; nec desiderabitur quod non aderit. Omne quod ibi erit, bonum erit, et summus Deus summum bonum erit; et quod est omnino beatissimum, ita semper fore certum erit ». — « Beatos 2 autem esse se velle omnium hominum est; beatos esse se velle omnes in corde suo vident; nec tamen omnium est fides, qua ad beatitudinem pervenitur ».

Cap. 2 (281).

1. **Si quid de Deo cognoscet aliquis quod ibi non intelligant omnes.** Solet quaeri utrum aliquid de Deo cognoscat aliquis magis meritus, ut Petrus, quod non cognoscat aliquis minus meritus, ut Linus.

2. Pluribus videtur quod omnia de Deo ad beatitudinem spectantia, omnes communiter electi cognoscant, sed differenter. Nihil enim in Deo noscibile maius digniusque videtur, quam eum intelligere trinum et unum; hoc autem omnes tunc per speciem cognoscent. Unde sequitur ut non sit aliquid beatitudini pertinens incognitum alicui beatorum. Omnes igitur cuncta illa videbunt, quorum cognitio beatitudini servit; sed in modo videndi different. — **Augustinus** : « Alius 3 enim alio magis, alius alio minus fulgebit ».

Cap. 3 (282).

1. **De paritate gaudii.** Solet etiam quaeri an in gaudio dispares sint, sicut in claritate cognitionis differunt.

2. **Augustinus in libro De civitate Dei** : De hoc Augustinus

12 de Deo om. LT. ‖ **cognoscet] cognoscat BCX, cognoscit LT. 21 Augustinus** *om.* **BCNRVWX. 24 paritate] parilitate BCX** *elenchus capp.*

1 Ibid., c. 7, n. 10 (1020s; 394). 2 Ibid., c. 20, n. 25 (1034; 417). 3 *De virginitate,* c. 26, n. 26 (PL 40, 410; CSEL 41, 263).

Cap. 2 invenitur ad litteram inter sententias scholae Anselmi Laudun. attributas, n. 501 (ed. O. Lottin, in *Psych, et morale,* V, 322). Sed sicco pede transeamus. — Num. 2: Auctoritas Augustini, ex *Glossa* in I Cor. 15, 41: *Stella a stella differt* (PL 191, 1686 D).

Cap. 3, n. 2: Auctoritas Augustini iam in *Glossa* in I Cor. 15, 28 (PL 191,1681 D); ex Floro

ait i; «*Multae mansiones*2 in una vita erunt, scilicet variae praemiorum dignitates. Sed ubi Deus erit *omnia in omnibus* 3, erit etiam in dispari claritate per gaudium: ut quod habebunt singuli, commune sit omnibus, quia etiam gloria capitis omnium erit per vinculum caritatis ». — Ex his datur intelligi quod par gaudium omnes habebunt, etsi disparem cognitionis claritatem, quia per caritatem, quae in singulis erit perfecta, tantum quisque gaudebit de bono alterius, quantum gauderet si in se ipso haberet 4.

3. Sed si par erit cunctorum gaudium, videtur quod par sit omnium beatitudo: quod constat omnino non esse. — Ad quod dici potest quod beatitudo par esset, si ita esset par gaudium ut etiam par esset cognitio; sed quia hoc non erit, non faciet paritas gaudii paritatem beatitudinis. — Potest etiam sic accipi 'par gaudium', ut non referatur paritas ad intensionem affectionis gaudentium, sed ad universitatem rerum de quibus gaudebitur: quia de omni re unde gaudebit unus, gaudebunt omnes.

Cap. 4 (283).

1. **Si maior sit beatitudo sanctorum post iudicium.** Post haec quaeri solet si beatitudo sanctorum maior sit futura post iudicium quam interim.

2. Sine omni scrupulo credendum est eos habituros maiorem gloriam post iudicium quam ante, quia et maius erit eorum gaudium, ut supra testatus est Augustinus 5, et amplior erit eorum cognitio. — **Hie-**

7 tantum... quantum] ita... **qualiter LMTX. 15 gaudebitur] gaudebunt BCL. 21-1 (p. 553) Rubrica** *om. AVW.*

1 Rubrica nonobstante, verba sunt Prosperi Aquitani, *Sent, ex operibus Augustini,* n. 362 (PL 45, 1892; 51, 486 C); vel n. 364 (CCL 68 A, 352); ex August., *In Ioan.,* tr. 67, n. 2 (PL 35, 1812; CCL 36, 495s). 2 Resp. Ioan. 14, 2. 3 i Cor. 16, 28. 4 Cf. verba Augustini quae sequuntur in eodem tr. 67, n. 2: « Per caritatem fiat ut quod habent singuli, commune sit omnibus. Sic enim quisque etiam ipse habet, cum amat in altero quod ipse non habet » (PL 35, 1812; CCL 36, 496). 5 In Dist. 45, c. 1.

(427), ubi recte rubricatur. In eodem florilegio, parum supra invenitur alia rubrica: *Ex libro XXII De civ. Dei;* quam ex inadvertentia forsitan hic transtulit Magister. Iam in parte in *Glossa ordin.* in I Cor. 15, 28 (apud Lyran. VI, 58c; cod. l 70c; m 67c), unde Magister sumpsit alteram partem auctoritatis («in dispari... caritatis»).

Cap. 4, n. 3: Auctoritas Augustini, ex opere Iuliani, *Prognosticon,* II, 11 (PL 96, 479 C - 480 A; CCL 115, 50).

nytnus, super Osee [1]. Unde **Hieronymus** 1: «Peracto iudicio, ampliorem gloriam suae claritatis Deus monstrabit electis ».

3. Augustinus [2]: « Si quem 2 movet, quid opus sit spiritibus defunctorum corpora sua in resurrectione recipere, si eis potest sine corporibus summa beatitudo praeberi, difficilis quaestio est, nec potest a nobis perfecte definiri. Sed tamen dubium non est et raptam a carnis sensibus hominis mentem, et post mortem ipsa carne deposita, non sic videre posse incommutabilem substantiam sicut sancti angeli vident, sive alia latentiori causa, sive ideo quia inest ei naturalis quidam appetitus corpus administrandi, quo retardatur quodam modo ne tota intentione pergat in illud summum caelum, donec ille appetitus conquiescat. Porro si tale sit corpus, cuius sit difficilis et gravis administratio, sicut haec caro quae corrumpitur 3, multo magis avertitur mens ab illa visione summi caeli. Proinde cum hoc corpus iam non animale, sed spirituale 4 receperit, angelis aequata 5, perfectum habebit naturae suae modum, obediens et imperans, vivificata et vivificans, tam ineffabili facilitate, ut sit ei gloriae quod fuit sarcinae ».

DISTINCTIO L

Cap. 1 (284).

1. **Si mali in inferno peccabunt.** Hic oritur quaestio ex praemissis ducens originem. Supra enim **Augustinus** 6, loquens de malis in inferno damnatis et bonis in caelo glorificatis, dixit quod nec bonis voluntas, nec malis facultas peccandi esse poterit. Et de bonis quidem constat; sed de malis, a quibus voluntatem malam non removet, quaeritur

3 Augustinus *om.* AVW, *add. mg.* W2, *add. sed del.* R.

1 *Glossa ordin.* in Osee 6, 1 (apud Lyranum, IV, 340a); ceterahuius glossae (non autem verba hic prolata) leguntur apud Hieron. in h.l. (PL 25, [1845] 867 C). 2 August., *De Genesi ad Utt.,* XII, c. 35, n. 68 (PL 34, 483s; CSEL 28-1, 432s). 2 Resp. Sap. 9, 15: *Corpus enim quod corrumpitur aggravat animam.* [b] Cf. I Cor. 15, 44: *Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale.* [s] Resp. Luc. 20, 36: *aequales enim angelis sunt.* « In Dist. 49, c. 1, n. 1.

Dist. L, cap. 1. Cf. quaestionem propositam in *Glossa* Magistri in Rom. 2,5-6: «Postremo quaeritur utrum mala voluntas atque conscientia reproborum in gehenna punitorum sit peccatum vel tantum poena » etc. (PL 191, 1341 B-C).

quomodo verum sit eos non posse peccare, immo quomodo verum sit eos non peccare, cum malam habeant voluntatem.

2. **Solvit secundum diversos.** Quidam autumant illam malam voluntatem non esse peccatum, sed supplicium tantum. Alii vero peccatum esse fatentur, sed per illud eos non mereri aliquam poenam, quia non est ibi locus merendi. Illud ergo peccatum dicunt non esse meritum supplicii, sed supplicium mali meriti quod in hac vita praecessit.

3. **Augustinus in libro De fide ad Petrum.** De hoc autem Augustinus ita dicit E « Tempus acquirendi vitam aeternam in hac tantum vita Deus hominibus dedit, ubi voluit esse etiam poenitentiam fructuosam. Ideo hic poenitentia fructuosa est, quia potest hic homo, deposita malitia, bene vivere; et mutata voluntate, merita simul operaque mutare, et ea gerere quae Deo placeant. Quod qui in hac vita non fecerit, habebit quidem poenitentiam in futuro saeculo de malis suis2, sed indulgentiam in conspectu Dei non inveniet 3; quia etsi erit ibi stimulus poenitudinis, nulla ibi erit correctio voluntatis. A talibus enim ita culpabitur iniquitas sua, ut nullatenus ab eis possit vel diligi vel desiderari iustitia. Voluntas enim eorum talis erit, ut habeat in se semper malignitatis suae supplicium, nunquam tamen recipere possit bonitatis affectum. Quia sicut illi qui cum Christo regnabunt nullas in se malae voluntatis reliquias habebunt, ita illi qui erunt in supplicio ignis aeterni cum diabolo et angelis eius deputati, sicut nullam habebunt ulterius requiem, sic bonam habere nullatenus poterunt voluntatem; et sicut coheredibus Christi dabitur perfectio gratiae ad aeternam gloriam4, ita consortibus diaboli cumulabit ipsa malignitas poenam, quando exterioribus deputati tenebris 5, nullo illustrabuntur interiori lumine veritatis ».

4. Ex his apparet reprobos in inferno sic poenitentiam gesturos, ut per eam pravam voluntatem non deserant; et illa maligna voluntas erit eis ad cumulum poenae: per quam tamen non merebuntur, quia nullus meretur nisi in hac vita.

3 Rubrica om. AMRVW. 4 sed om. MO. 8 autem] etiam M, om. BCLO. 14 saeculo om. ARW. 15 Dei] domini BCLNTV. 16 correctio] correptio BL, corruptio C, prave *add.* BT. ‖ A talibus] Aug. *add. seu rep. marg.* BCLMX. 22 habere nullatenus *trp.* ALNRV.

1 Id est Fulgentius, cap. 3, n. 38 (PL 65, 689 B-D; CCL 91 A, 736s). 2 Resp. Sap. 5, 3: *Poenitentiam agentes et prae angustia spiritus gementes.* 3 Resp. Eccli. 18, 20: *Et in conspectu Dei invenies propitiationem.* 4 Resp. I Petri 5,10: *Deus autem omnis gratiae, qui vocavit nos in aeternam suam gloriam... ipse perficiet.* 5 Cf. Matth. 8, 12; 22,13; 25, 30.

Num. 2: Eaedem opiniones ibidem (1341 C-D).

Cap. 2 (285).

1. **Quare dicuntur tenebrae exteriores.** Hic quaeri potest quare illae *tenebrae,* quibus involventur mali in gehenna, dicuntur *exteriores* 1. — Quia tunc mali penitus extra lucem corporalem et spiritualem, scilicet Deum, erunt. Nunc enim, etsi patiantur tenebras in caecitate mentis, non tamen penitus extra lucem Dei sunt, nec corporali luce privantur.

2. **Augustinus, super Psalmum VI*.** De hoc **Augustinus** sic ait2: « Ira Dei et in iudicio erit, et hic est in caecitate mentis, cum dantur mali *in reprobum sensum* 3. Ibi exteriores tenebrae erunt, quia tunc peccatores penitus erunt extra Deum. Quid est enim penitus esse extra Deum, nisi esse in summa caecitate? Siquidem Deus *habitat lucem inaccessibilem* 4. Hae autem tenebrae hic iam incipiunt in peccante, cum ab interiori Dei luce secluditur, sed non penitus dum in hac vita est ». — Ecce quare peccator ibi dicitur pati exteriores tenebras et non hic: quia ibi secludetur penitus a luce Dei, quod non hic.

3. Sed quomodo intelligenda est illa seclusio? An quia non videbunt Deum per speciem? Sed nec aliquis hic videt Deum per speciem. An per dissimilitudinem quam facit peccatum inter Deum et hominem? Sed et hic multi per gravia peccata elongantur a Deo. An quia Deum odiunt, ita ut velint eum non esse? Sed et hic multi Deum oderunt, de quibus scriptum est 5; *Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper.* Quae est igitur illa elongatio? — Sane *exteriores tenebrae* intelligi possunt quaedam malignitas odii et voluntatis, quae tunc excrescet in mentibus reproborum, et quaedam oblivio Dei, quia tormentorum interiorum et exteriorum doloribus adeo afficientur et turbabuntur, ut ab illis ad cogitandum aliquid de Deo vix et raro vel nunquam mentem revocent: ut qui nimio

5 patiantur) patiuntur LX, patientur T. 9-10 peccatores penitus *trp.* MX. ‖ peccatores *trp. post* erunt BCR. 10 penitus erunt *trp.* T. ‖ erunt *trp. post* Deum M. ‖ enim *om.* BCL. 14 secludetur] secluditur BCMVW. 22 igitur] ergo BMX, *om.* NW. ‖ intelligi] intelligere RT. ‖ possunt) possumus MORT, *unde corrigitur in:* tenebras intelligere possumus quandam malignitatem T.

1 Matth. 8,12: *eiicientur in tenebras exteriores;* ubi *Glossa ordin.:* « Quia a Domino foras expellentur, id est in aeternam noctem, quia hic sponte ceciderunt in exteriores, id est in caecitatem mentis » (apud Lyranum, V, 30c). 2 *Enarr. in Ps.* <5,8, n. 8 (PL 36,94; CCL 38, 32). 3 Resp. Rom. 1, 28. 4 j Tim. 6, 16. 5 ps. 73, 23.

Cap. 2, n. 2. Auctoritas Augustini iam in *Glossa* in Ps. 6, 8 (PL 191, 107 D -108 A). — Num. 3 non dependet, ut videtur, ex *Glossa* in Matth. 8, 12; nec in 22, 13; nec in 25, 30.

pondere premuntur, adeo stupescunt et turbantur, ut interim in alia cogitationem non extendant, sed illuc tendit impetus cogitationis, ubi sentitur vis doloris. Sed in hac vita nullus adeo malus est ut penitus secludatur a cogitatione Dei, qui nec perdit appetitum beatitudinis et quendam boni amorem, quem naturaliter habet rationalis creatura.

4. Illas autem exteriores et profundissimas tenebras reprobos perpessuros post iudicium, dicit **Augustinus** 1, opponens de illo divite qui, in inferno positus, *elevans oculos vidit Abraham, et in sinu eius Lazarum* 2; « Cuius comparatione coactus est confiteri mala sua, usque adeo ut et fratres roget3 ab his praemoneri»; quod ante iudicium factum legitur. « Sed post iudicium in profundioribus tenebris erunt impii, ubi nullam Dei lucem videbunt cui confiteantur ».

Cap. 3 (286).

1. **De animabus damnatorum, si quam habent notitiam eorum quae hic fiunt.** Praeterea quaeri solet si reproborum animae, quae nunc in inferno cruciantur, notitiam habent eorum quae circa suos in hac vita geruntur; et si aliquo modo doleant super infortuniis suorum carorum.

2. **Augustinus, super Psalmum CVIII *** Hanc quaestionem **Augustinus** commemorat4, ex parte eam explicans, ex parte vero insolutam relinquens. Ait enim: « Quaeret aliquis an ullus dolor tangat mortuos de his quae in suis post mortem contingunt, vel quomodo ea quae circa nos aguntur noverint spiritus defunctorum. Cui respondeo magnam esse quaestionem, nec in praesenti disserendam. Verumtamen breviter dici potest quod est cura mortuis de suis caris, ut de divite legitur 5 qui, dum

1 **alia LO, alta NX** *(melius?),* **aliam AMBCTVW,** illa R. **1-2 cogitationem] mentem** *add. interi.* **T2. 4 qui] quia BCLX.**

1 *Enarr. in Ps. 6,* 5: *In inferno quis confitebitur tibi,* n. 6 (PL 36,93; CCL 38, 30s). 2 Resp. Luc. 16, 23. 3 Resp. Luc. 16, 27-28. 4 *Enarr. in Ps. 108,* 15, n. 17 (PL 37, 1437s; CCL 40, 1952). 5 Resp. Luc. 16, 27-28.

Num. 4: Ex *Glossa* in Ps. 6, 6 (PL 191, 106 C-D), quae dependet in parte ab illa Gilbert! Porretani in h.l.; ed. D. Van den Eynde, *L'oeuvre litt. de Géroch de Reichersberg* (Romae 1957), 360.

Cap. 3, n. 1: Quasi eadem quaestio apud Iuliani *Prognosticon* II, 31 (PL 96, 492 B-C; CCL 115, 68s), quod tamen non est fons. Forsitan et hic invenire iuvabit *Glossam* Magistri in Lucaml Quod valet etiam pro capp. sequentibus. — Num. 2: Verba Augustini iam in *Glossa* Magistri in Ps. 108, 9 (PL 191, 990 C-991 A).

tormenta apud inferos pateretur, levavit oculos ad Abraham, et inter alia dixit: *Habeo enim quinque fratres: ut testetur illis, ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* Habent enim mortui curam de vivis: quos sciunt vivere, quia nec in locis poenarum vident eos, ubi dives sine fratribus erat; nec in requie beatorum, ubi Lazarum et Abraham, quamvis *longe,* agnoscebat. Non tamen ideo consequens est eos scire quae circa suos caros aguntur hic, vel laeta, vel tristia ».

Cap. 4 (287).

Quomodo accipienda sunt quae de Lazaro et divite leguntur. — Augustinus, super Genesim [2]. Si quis autem quaerat quomodo intelligatur quod de Lazaro et divite legitur [1], audiat **Augustini** responsum dicentis [2]: « Si quis putat animas corpore exutas locis corporalibus contineri, cum sint sine corpore, non deerunt qui faveant, et divitem sitientem in loco fuisse corporali contendant, ipsamque animam corpoream praeparasse linguam, et stillam de Lazari digito cupisse. Sed melius est dubitare de occultis quam litigare de incertis. Divitem in supplicio, pauperem in refrigerio esse non dubito. Sed quomodo intelligatur lingua divitis, digitus Lazari, flamma inferni, sinus Abrahae et huiusmodi, vix a mansuetis, a contentiosis nunquam invenitur ».

Cap. 5 (288).

1. **Si se vident boni et mali.** Quaeri etiam solet utrum vicissim se videant illi qui sunt in inferno et illi qui sunt in gloria. — Sicut Sancti [3]

5 beatorum] bonorum M, sanctorum NV. ‖ **quamvis] a** *add.* **TX.** **6 suos caros** *trp.* **ACNTV. U suos** *om.* **L.** ‖ **caros,** *om.* **WX.** **9–10 Augustinus super Genesim** *om.* **NRVW.** **17 divitis** *interi.* **OR,** *om.* **ABCMNW.** **17–18 digitus** *add. marg.* **TV2,** *add. interi.* **OR,** *om.* **ABCMNWX.** **18 Lazari] Lazarus A,** *add. marg.* **TV2,** *om.* **X, vel divitis** *add.* **BC.** ‖ **inferni] infernus A.**

1 Luc. 16, 22-31. 2 *De Genesi ad litt.,* VIII, c. 5, n. 9 (PL 34, 376; CSEL 28-1, 237). 3 Ita Gregorius, *In Evang.,* hom. 40, n. 8: «Credendum vero est quod ante retributionem extremi iudicii iniusti in requie quosdam iustos conspiciunt... iusti vero in tormentis semper intuentur iniustos » (PL 76, 1308 D - 1309 A); inde Beda, *In Lucam* 16, 27-28 (PL 92, 536 B-C; CCL 120, 305); et *Glossa ordin.* in Luc. 16, 23: *Vidit Abraham* (apud Lyranum, V, 167c).

Cap. 4. Cf. Iuliani *Prognosticon* II, 4 (PL 96, 477; CCL 115, 45s). Fons autem Magistri est *Glossa ordin.* in Gen. 2, 8 (apud Lyranum, I, f. 36c).

Confessio sacramentalis 342-355; donum Spiritus est (Aug.) 346; ad quid valeat 355; quam necessaria (ps-Chrysost.) 355; an sit conditio remissionis peccatorum 344s; conditio saltem graviorum (Beda) 353; omnia criminalia semel saltem oportet exprimi 384; venialia sufficit generaliter confiteri 384; tutius et perfectius tam venialia quam mortalia sacerdoti confiteri 353; Deus diligit veritatem confitentis (Ps-Aug.) 384; veritas ipsa est, ut quod es dicas (Aug.) 385; Deus tamen ad cor respicit quando peccator nequit ad sacerdotem pervenire (Ps-Aug.) 351s, ita ut si votum sit in corde, praestatur remissio 346.
— Confessio non dividenda per diversos sacerdotes 339; qualis minister quaerendus (Ps-Aug.) 351s, 370, 385; an valeat confessio socio vel proximo facta cum deest sacerdos et urget periculum 351ss.
— Confessio peccatoris non publicetur populi auribus (Leo Magnus) 350.
— Confessio soli Deo fieri sufficit secundum quandam opinionem 346-350.
Confirmatio 276-279; utrum dignior baptismo, et quomodo 278s; forma 276; minister 277; virtus huius sacramenti 278; utrum possit iterari 279.
Coniugium 416-509; tract, primitivus, in I Cor. 7, 1, apud Prolegomena; quaedam infra sub Matrimonium, et Nuptiae.
— Institutum ante peccatum, ad sacramentum et ad officium 240, 416; ante sanis, ad officium; post aegrotis, ad remedium 416; ante peccatum, sub praecepto 418; postea secundum indulgentiam, ut res bona, 418s, 459; sub diversis legibus pro varietate temporum 456s; licet ab exordio inter duos tantum 457s; illis sanctis officiosum erat, non libidinosum (Aug.) 459.
— Inter fideles, sacrum signum coniunctionis Christi et Ecclesiae 420, 440; signum spiritualis coniunctionis et dilectionis animorum 421; ubi plus valet sanctitas quam fecunditas 421; in coniunctione spirituali et corporali 440s; definitur 422; quae ad necessitatem pertinent, quae ad decorum 433s.
— Bonum triplex, fides, proles, sacramentum 440, 442; excusant coitum 446s; bonum prolis 444s; non habetur hoc bonum in coniugio infidelium 490; causa principalis, procreatio prolis 441; secunda, vitatio fornicationis 418, 441; causae minus honestae 441; malus finis vel causae minus honestae non contaminant sacramentum 442.
— Contractus seu consensus liber oportet a coactione 436s; communis consensus verbis de praesenti expressus 441; incipit esse ab ipsa desponsatione 423s; quidam dicunt quod non contrahitur ante copulam 424; quae sunt personae legitimae 462s; idem ius viget inter virum et mulierem 467s; qui clanculo nubunt sunt quasi adulteri et fornicatores 434; impedimentum cultus disparts 484s; utrum adulterium antecedens sit impedimentum 47Is; non dissolvitur coniugium apostasia unius coniugis 490; neque religionis gratia seu ob propositum vitae melioris ex parte unius 425ss; sanctiora tamen sunt pari voto continentiae 440; coniugium negatur illis qui interfecerunt uxores suas 477; usus immoderatus coniugii nostri temporis 457.

— Coniugium Mariae et Joseph 439-441; perfectum in sanctitate 440; ibi triplex bonum (Aug.) 421, 440; et causae speciales 442.
— Coniugium inter infideles esse monstratur 484ss; negatur a quibusdam 490; legitimum tamen est sed non ratum (quia sine fide) 490s.
Coniux vocatur ex prima desponsationis fide (Aug.) 424; quod negatur a quibusdam 424; solutio dependet ab interpretatione et consensu de praesenti 428; interpretatio Augustini 444s; coniugati pares in solvendo debito 451s; neuter habet potestatem sui corporis 452; ita unus continentiam profiteri nequit sine alterius consensu 425ss; quid si de fonte filium suum susciperent 502; nequeunt continentiam profiteri sine alterius consensu 425; reconcilientur post adulterium et poenitentiam 470s.
Connubium, coniugium ubi prolis generatio non quaeritur (Aug.) 444.
Consanguinitas usque ad septimum gradum, impedimentum matrimonii 491-499; diversimode tamen computantur gradus 492s; quid si ignoranter coniuncti sint consanguinei 498s; quibus testificantibus talia coniugia dirimenda sint 499; v. etiam Cognatio carnalis.
Conscientia accusabit vel excusabit hominem in iudicio 513 (Aug.), 537.
Consecratio eucharistica, quae fit Christi sermone (Ambr.), 282, 295, substantias mutat 294s; non fit nisi operante Spiritu Dei (Aug.) 297; post consecrationem non est ibi substantia nisi corpus Christi et sanguis 298; opiniones quaedam reiciendae 298; in multis locis illud corpus consecratur, nec sunt tamen multa corpora Christi (Greg. seu Remig.) 299; consecratio Arianorum sacrilega (Greg. M.) 409.
Consecratio puellarum ab episcopo fit, vel a presbytero episcopo consulto 378.
Consensus coniugalis 431-439; an consensus de futuro faciat coniugium 431s; consensus coactus coniugium non facit (Urb. II) 436; consensus de praesenti, causa efficiens matrimonii 422s; id est voluntarius et maritalis 424; solus sufficit 424, 431, 433, 434, 435; cuius rei sit 434s; quomodo exprimitur 435; consensus occultus validus, sed deest honestus contractus quia non potest testibus probari 434; impeditur errore conditionis vel personae 437s; consentire probatur qui evidenter non contradicit 437; consensus Mariae et loseph 439.
Consilia evangelica, et electorum ordo in iudicio (Greg.) 539.
Consuetudo maritalis ante Legem 460; sub Lege 460s; consuetudo diversa non officit ecclesiae (Greg.) 249.
Contemplatio et actio, uti sapientia et scientia 199.
Contemptus visibilis sacramenti, impedimentum (Aug.) 259.
Continentia coniugalis vinculum non rumpit (Aug.) 443; sed non licet uni continentiam profiteri sine alterius consensu (Greg.) 426, 452s; meritum continentiae vidualis (Aug.) 479; lex continentiae quoad ministros altaris 476.
Contritio, confessio, satisfactio 336; contritio in corde poenitentis (ps-Chrys.) 336; opinio quod in sola contritione peccatum dimittitur 342s; unde quaeritur, cum in contritione iam deletum sit peccatum, ad quid valeat confessio 355; contritiones hominis sacramentis alligantur 23; contritio vicem baptismi implere potest 255.
Controversia frustra habetur in verbis cum de rebus constat 92.
Conversio elementorum in Eucharistia 282, 294-299; qualis sit 296, 301.
Conversio moralis quando supplet baptismum (Aug.) 255; non differenda (Aug.) 349; conversio in fine vix vel raro iusta (ps-Aug.) 372.
Copula carnalis an de essentia matrimonii 420; matrimonium non facit 434; copula spiritualis et corporalis 420; concubitus, quis inculpabilis 448; non fit sine concupiscentia (Aug.) 440; concubitus illicitus prohibetur sexto mandato (Aug.) 210.
Cornelius centurio, eius fides 156ss; sanctificatus ante baptismum 259.

Corona clericorum 395.
Corpus Christi, quot diebus formatum 36s; assumptum mediante anima 29 (cf. *Caro Christi);* clarificatum propter humiliationem et passionem 112; quale dedit Christus in coena, quale nunc 303; immortale et impassibile 304, 305; non per partes discerptum 291; in omni altari et ubicumque celebratur 292, verbo caelesti conficitur de substantia panis 296s; a bonis et a malis sumitur 288.
Corpus humanum, diligendum 168; eius est difficilis et gravis administratio 553; sed quod hic animae fuit sarcinae, post resurrectionem ei erit gloriae (Aug.) 553; quid resurget in iudicio (Aug.), 517, 518s; in qua aetate et statura, 516, 518s; non animale sed spirituale (Aug.) 553; sine defectibus in sanctis 518; sed different in claritate 548s; sicut et mali differenter in inferno punientur 548.
Corrigia calceamenti solvi, quid 29s.
Corruptio homini inolevit tamquam esset naturalis 198; corruptio mentis praecedit corruptionem carnis (Isid.) 462; corruptio omnis in resurrectione communi ab electis abscindetur 238.
Creatura, an Christus sit 77s; est omnis substantia quae Deus non est (Aug.) 77; dicitur quidquid Pater fecit per Filium (Aug.) 78; unde Christus ut homo assumptus 79; creatura in Deo esse non potest 79; in nullo aequatur Creatori (Oualt.) 89; omnis creatura vanitati subiecta 78; omnia autem diligit Deus quae fecit 185.
Credere nihil aliud est quam fidem habere (Aug.) 274s; credimus ut cognoscamus (Aug.) 146; credere et intelligere 151; credere in mysterio 155, 158; credere Deum, credere Deo, credere in Deum 143s, 193s; credere invenitur in beatis, sine fide 160s; credere naturaliter praecedit sperare 147; credentes, maiores et simplices 154s.
Crimina omnia simul eicienda (ps-Aug.) 334; quibusdam semel tantum poenitentiae locus conceditur (Orig.) 322; crimina in baptismo solvuntur, non coniugia 489.
Cultus dispar, impedimentum ad matrimonium 463, 483ss.
Cupiditas rerum saecularium 382.
Cyprianus (S.) nolebat cognoscere baptismum ab haereticis vel schismaticis datum 269s.

Daemones corpora aeria habent (Aug.) 520; utrum post judicium hominibus praesint ad torquendum 541s; iuramentum per daemonia factum, an accipi debeat 224.
Damnati an sentiant misericordiam Dei in aliqua poenarum mitigatione 529ss; an nunc habeant notitiam eorum quae hic fiunt (Aug.) 556; eorum mala omnibus nota erunt in iudicio 514; eorum corpora post resurrectionem non consumentur 519; nullam habebunt requiem, nullam bonam voluntatem (Fulg.) 554; nullum lumen veritatis 554.
David temere iuravit, sed pietate non implevit 226; pluries poenitentiam egit 324; in eo humilitas eminuit 203; quare Christus factus dicitur ex semine eius 41.
Debitum conjugale 417, 441, 446, 449, 451ss; casus ubi homo nunquam poscere debet 483.
Decalogus 206-228; uti decachordum psalterium (Aug.) 206.
Deceptio qualis evacuat consensum coniugalem 438; illa Liae 438.
Decimatio Levi in Abraham, non autem Christi 34s.
Decor et honestas debita coniugii legitimi (ps-Evaristus) 433.
Decus coniugale (Aug.) 449.
Defectus hominis quos assumpsit Christus 92-103; illos suscepit quos ei conveniebat suscipere et nobis expediebat 95; et quidem miserationis voluntate 93, 95; vel ad ostensionem verae humanitatis vel ad impletionem sui operis 95; dolores sensit et timuit 96, 97; error quorundam in hac materia corrigitur 96-100.
Defuncti, qualiter suffragia eis prosint 524s.
Delectatio carnis non omnis peccatum est 450.
Deletio peccatorum, nostra reconciliatio 123.
Denarius operariorum, ut vita aeterna 548.
Desponsatio diversimode intelligitur 428, 430.

Deus, cui nihil accidit (Ambr.) 79; in eo creatura esse non potest (Ambr.) 79; sua perfectione omnia scit (Aug.) 528; scit mensuras omnium rerum, etiam suppliciorum (Hier.) 327; inspector non modo temporis sed et cordis 377; testis conscientiae 227; judicabit sed non apparebit in ultimo iudicio 543s; semper iudicat secundum veritatem 361.

— Dilectio Dei, divina usia 184; exsuperat omnem sensum humanum 185; diligit omnia quae fecit 185; dilectio secundum essentiam, secundum efficientiam 186; quaedam opera pertinent ad misericordiam, alia ad bonitatem eius 534s; clementia in omni opere eius 537; universae viae suae, misericordia et veritas 535ss.

— Omnes creaturas suas diligit 185; in nobis amat quod fecit, odit quod fecimus (Aug.) 185; animam interius purgat et debitum mortis aeternae solvit 363; pietas erga homines (Chrys.) 323; versus peccatores (Cassiod.) 343; nunquam respuit poenitentiam (Chrys.) 323; hominem interius mundat et solvit 358s, 360; hic misericordiam exhibet, illic severitatem 382s; potentiam suam non alligavit sacramentis 235, 258; summum bonum, beatitudo et vita omnium in gloria 549.

— Diligendus Deus, quomodo 165s; propter se et omni homine amplius (Aug.) 164, 172; plus quam nos 170; diligi non potest sine proximo (Aug.) 167.

— Scire Deum, quid et quomodo (Aug.) 152; cognitio Dei in patria an differat in ipsis beatis (Aug.) 551.

— Mirabiliter atque ineffabiliter artifex (Aug.) 518; auctor Christianorum coniugiorum (Ambrosiaster) 489.

Diabolus, quomodo ab eo nos redemit Christus 118ss; iustitia Christi superatur, non potentia 125ss; nunquam meruit potestatem habere super hominem 127; exsufflatur in baptismo 276; te inveniat occupatum (Hier.) 235.

Diaconus 401ss; levita vocatur 401; vestimenta 402; origo apostolica ordinis 402; quando potest baptizare (Isid.) 268; septem diaconi in omni matrice ecclesia 402; diaconatus impedit matrimonium 475s.

Dicta, ex causa assumenda est intelligentia dictorum (Hil.) 99.

Dictiones, *cf.* Locutiones.

Dies Domini, ut adventus Christi ad iudicium 512; quare magnus dicitur 546; erit continua post iudicium 546, quia Deus erit lumen suis in perpetuum (Hier.) 547; sol et luna in ordine stabunt (Isid.) 547.

Digama legitima in Ecclesia (Hier.) 509.

Dignitas vel officium in Ecclesia 368, 405s.

Dilectio, opus fidei (Aug.) 144; dilectio Dei et proximi, plenitudo omnium Scripturarum (Aug.) 206; virtuti mortis comparatur, quia mentem a dilectione mundi occidit (Greg.) 181; una est, in uno Spiritu, et gemina propter duo dilecta 163, 164, et duo praecepta 163, 167; in quibus omne genus rerum diligendarum capiuntur (Aug.) 169.

— Quae sunt diligenda caritate 167; quatuor: Deus, nos, proximus, corpus (Aug.) 168; Christus, secundum quod homo, ut proximus et sicut nos (Aug.) 170; angeli ut proximi benefici 170; haec est caritas ordinata 171.

— Proximus totus diligendus, in anima et corpore 168; in natura et virtute 176; in Deo et propter Deum 164ss; utrum omnes homines pariter diligendi 172ss; dilectio inimicorum 174, 176, est magnae virtutis 179; dilectio mundana non est vera dilectio 167.

Dimissio peccatorum, si fit in sola contritione, ante confessionem 342s; opinio quod non fit sine confessione 344s; dimissio uxoris (mariti) ob quas causas legitima 468s, 484-488.

Disciplina poenitentiae non servatur eodem modo in omnibus ecclesiis 322.

Discretio et scientia requiruntur in sacerdotibus 365s; clavis discretionis in modis ligandi et solvendi (Orig.) 363.

Dispensatio Dei quoad matrimonium, pro varietate temporum 456; Gregorii erga Anglos 494s.

Dissimilitudo in anima ex peccato 364,

Dives mortuus, eius anima in igne tenetur (Iui. Tol.) 521; ante scii, iudicium (Aug.) 556; divitiae quendam carnalem affectum generant 382.

Divinitas sine gaudio videri non potest 542; quomodo plenitudo habitat in Christo 84; an divisa a carne in morte Christi 130ss.

Divortium sub Lege antiqua 460.

Doctores diversa sentiunt de requisitis ad remissionem peccatorum 342; circa ordinatos ab haereticis 408.

Dolor quomodo sentitur 93; dolor carnalis vinculi non est natura sed poena (Aug.) 94 dolor corporis non potest esse sine anima (Aug.) 96; dolor (contritio) et poenitentia vera 320; mensura doloris magis valet quam temporis in poenitentia 376; dolor interior quandoque sufficit ad vindictam peccati, ut apparet in latrone 375.

— Dolor Christi obscure tractatur ab Hilario 100ss.

Dona Spiritus Sancti 190-201; virtutes sunt (Ambr.) 190; sine mensura ea habuit Christus 90; eius sapientia et scientia 198-200; in angelis abundantissime 190; non sunt desitura in futuro 190.

Dubitatio, an Christus dubitaverit affectu humano (Ambr.) 110; dubium Ioan. Baptistae et fides eius 155s; dubium utrum quis fuerit baptizatus 259.

Dulia secundum quosdam duas species vel modos habet 69.

Ecclesia Christo copulatur voluntate et natura 420; personam Ecclesiae gerebat Christus in passione (Aug.) 98; Spiritum Sanctum pignus accepit, sine quo non remittuntur peccata (Aug.) 376; fides Ecclesiae parvulis non sufficit sine sacramento Baptismi 259; eius unitas significata et non contenta in Eucharistia 284s; unitas Ecclesiae succurrit peccatori (ps-Aug.) 352; caritas Ecclesiae peccata dimittit (Aug.) 359; gladium non habet nisi spiritualem 477; eius orationes mortuos adiuvant (Aug.) 524, 525; ecclesia primitiva duos solos ordines habuit 405; sibi constituit subdiaconos et acolythos 405; de ingressu ecclesiae post coitum 450; ecclesia caelestis semper intercedit pro fidelibus 527.

Eclipsis solis et lunae ante iudicium 546.

Electi, an in iudicio habituri memoriam praecedentium malorum 513; an eorum peccata iam deleta tunc omnibus prodeant 514; duo ordines eorum in iudicio 539; liberabuntur ab omni miseria 531; different inter se in gloria 548.

Eleemosyna, quid sit et quis ordo eius 330; diversa genera 329s; dimittere, eleemosyna maior (Aug.) 330; erga animam propriam (Aug.) 330; pondus poenitentiae potest sublevare 376; eleemosynae frustra dantur a sceleratis (Aug.) 329.

Elongatio a Deo, ex peccato 364; in inferno 555.

Emendatio vera et falsa 336.

Emundatio exterior in Vet. Test. 234.

Episcopus nomen dignitatis et officii 406; speculator interpretatur (Isid.) 406; claves in Ecclesia ministrat 348, 349; minister confirmationis 277; consultandus ante reconciliationem poenitentis 378; episcopatus ordo quadripartitus 406; talis discretio a gentilibus introducta (Isid.) 407; episcopatus, impedimentum matrimonii 476.

Error et ignorantia 217s; proprium erroris, pro vero approbare falsum (Aug.) 218; errores quorundam de vera poenitentia 324s; quadruplex in consensu coniugali 437s; quales excludunt consensum 438, 473s; quales non 438s.

Erubescentia partem habet remissionis peccati (ps-Aug.) 349; gravis poena peccati (ps-Chrys.) 355.

Eruditio, ut causa institutionis sacramentorum 235.

Eucharistia 280-315; euch. graece, latine bona gratia 280, 312; excellentius in sacramentis novae Legis 283; mysterium 312; mysterium fidei 292, 297, 310; mysterium unitatis et pacis 284, 285, 286; vinculum unitatis Ecclesiae 285; medicina 310, 349; panis angelorum 280; sacramentum salutis 310;

manna caeleste iam preaefiguratum in Vet. Test. 280; viaticum 281; medicamentum 349.
— Institutio 281s; in memoriam passionis 307; ut mysterium unitatis 285; in augmentum caritatis 310; in medicinam infirmitatis 310; et refectionem spiritualem 280.
— Sacramentum, quia aliud videtur, et aliud intelligitur (Aug.) 306; materia et forma 282; quare sub alia specie 299s; quare sub duplici specie 300s; materia, panis de frumento et vinum 302s; forma, verba Christi 282; in verbo Creatoris et virtute Spiritus Sancti (Alger, sub nomine Aug.) 311; de modo conversionis 290ss, 296ss; quid sacramentum et quid (gemina) res 284; sacramentum tantum, sacramentum et res, et res tantum 285; an proprie dicatur sacrificium vel immolatio 308s; sacrificium, quasi sacrum factum (ps-Greg. seu Isid.) 312; accidentia ubi fundentur 304; duo modi manducandi 286s.
— Virtus, remissio venalium et perfectio virtutis 289 (Lanfr.), 309; in baptismo mundamur, per Eucharistiam in bono consummamur 280; valet ad tuitionem animae et corporis (Ambrosiaster) 300; quas conditiones postulat in celebrante 313s; in fidelibus 339; a ieiunis sumi oportet 283; an post coitum 451 (Greg.?), 455 (Hier.); nemo carnem Christi manducat nisi prius adoret (Gl.) 71.
Eusebia, bonus cultus 69.
Eutychiani unam dicunt in Christo voluntatem 108.
Ex aliquo esse, quomodo intelligitur (Ambr.) 40.
Excommunicatio, modus ligandi et solvendi 362; excommunicat! an conficiant Eucharistiam 311ss.
Exemplum vitae in ministris Christi 407.
Exhibitio operum caritatis: ordo eius 174s.
Exinanitio, formae servilis, id est naturae humanae, susceptio (Fulg.) 58.
Exorcismus ante baptismum, quid 275s; exorcista 398.
Factus, quomodo Christus factus dici potest 78s.
Fallere, intentio fallendi et mendacium 215; non mentitur qui falsum dicit quod putat verum (Aug.) 216.
Fames et sitis in Christo 93.
Feminae, quod remedium contra peccatum originale habuerint ante Christum 237.
Fetus destructio, crimen (Aug.) 445s; abortivus, an resurgat (Aug.) 521s.
Fictio in susceptione baptismi 252s, 262, 331; fictio voti virginitatis 480.
Fides antiquorum in V. Test. 152ss; valebat ut remedium contra peccatum originale 237; quae credere eis sufficiebat 155s; eadem fides Mediatoris ac nostra 154; fides patrum apud inferos 161; fides Cornelii centurionis 156ss.
Fides Christiana 141-159; tribus modis accipitur 142; hic ut virtus operans per dilectionem qua creduntur quae non videntur 141 (Aug.), 142, 145s (Aug.), 148 (Chrys.); haec laus fidei (Aug.) 149, 150; describitur 146s; operatur per dilectionem 142, 143; et iustificat impios 143; ut fundamentum vitae Christianae 142s; et omnium virtutum (praeter caritatem) et bonorum operum 147s; substantia rerum sperandarum 147; argumentum non apparentium 145, 146, 149; non de subiectis exteriori visioni vel auditui 151.
— virtus theologica quae differt a credere 160s; et a spe 160; quam praecedit in actu 147, quia substat sperandis 147; et a caritate, quae fidei causa est 148; quomodo fides praecedit caritatem (Greg.) 148; sine caritate vero informis est 142, 144, 147 (Aug.); et inanis 143; est tamen donum Dei 144; cum caritate virtus est qua non visa creduntur 142, et fundamentum virtutum et operum 147s; quomodo quandoque vicem baptismi implet 255s, in justificatione adulti 257, per fidem mortis Christi 118s; quomodo videtur (Aug.) 145s.
— fides etiam dicitur id quod creditur 142; eius mensura minima 153; quae una est quia idem iubemur credere 144s; fides rerum (Aug.) 149s; fides magna, quid 152s;

non quaerit argumenta (Ambr.) 136; fides simplicium 154s; fides non habet meritum cui ratio praebet experimentum (Greg.) 299; non omnes habent fidem qua ad beatitudinem pervenitur (Aug.) 551; ubi fides et spes evacuabuntur 183.

— fides coniugalis, ut bonum nuptiale 442; sustineat molestias (Aug.) 470; deest coniugio ubi adulterium 443.

Fideles, qui vocantur (Aug.) 145; vocantur propter fidei sacramentum 259; fidelis fidem videt in corde suo (Aug.) 145; fidelis non fit immortalis in baptismo 261; non coniungatur infideli 486; in Vet. Test, non potuerunt infideles ducere uxores 484.

Filius, Sapientia Patris 24; a Patre est 25, non factus nec creatus 77s; Patri homousios (Dam.) 33, eiusdem substantiae cum Patre (Aug.) 77, qui eum misit in mundum 23; quae missio est ipsa incarnatio 24, qua ipse solus accepit hominem in unitatem et singularitatem sui 43, 46; quare 24ss; unde Filius natura Patri aequalis, habitu minor (Aug.) 65; Filius natura, non adoptione 74ss; nullo modo filius Spiritus Sancti 38ss; Filius Virginis natura et gratia 75.

Filii Dei nos sumus adoptione et gratia 75s.

Filii (filiae) spirituales, qui sint 501s.

Finis praecepti, dilectio Dei et proximi (Aug.) 163.

Flagella contingunt quinque modis (ps-Beda) 326.

Flamines, archiflamines... gradus sacerdotum gentilium (Isid.) 407.

Fomes peccati, quomodo purgatur in Maria 32; in nobis debilitatur in baptismo 260.

Forma naturam significat vel naturalem plenitudinem (Fulg.) 44; forma Dei, quid 44, 58 (Hil.); forma servi, natura humana in Christo 42, qua meruit gloriam 112; forma et intentio servandae in sacramentis 273; forma panis in Eucharistia frangitur et in partes dividitur 305.

Fornicatio quid sit 500; crimen (Aug.) 452; fornicatio (adulterium) non dissolvit matrimonium 469; fornicatio in corde infidelis 486, 487, per quam dimitti potest vir vel uxor 488.

Fortitudo, ut virtus cardinalis 187, in perferendis molestiis (Aug.) 188; plenissime in Christo 188; eius usus in futuro 189; ut donum Spiritus 190; in Christo 191.

Fractio et partitio in Eucharistia 304-307; utrum vera sit, opiniones 304s; non in substantia corporis, sed in sacramento, in forma panis 305, in specie visibili 306; ut repraesentatio passionis et mortis Christi 307.

Fratrissa, uxor fratris 500.

Fraus de conditione status alterius, an dirimat matrimonium 473s.

Frigiditas naturae excludit matrimonium 463; an frigidi sint separandi 463s.

Fructus digni poenitentiae (ps-Aug.) 337ss.

Fundamentum virtutum et operum, fides 147s.

Furiosi matrimonium contrahere non valent 465; furor tamen non solvit matrimonium iam initum 465s.

Furtum quomodo intelligitur in septimo mandato 210; an furtum commiserint ludaei spoliando Aegyptios 211.

Gaudium habent bonae animae post mortem et ante resurrectionem (Aug.) 523; maius post resurrectionem et ultimum iudicium 523, 552; an gaudium dispar sit in caelo (Aug.) 551s.

Gehenna, stagnum ignis corporei (Aug.) 520.

Gentiles (pagani) quandam hierarchiam habuerunt (Isid.) 407.

Genus humanum, drachma decima perdita 24; unum est quia totum ab Adam 416.

Gladius Ecclesiae spiritualis tantum (Nie. I) 477.

Gloria caelestis, gradus et diversitas claritatis 548s; non minuitur visione poenae impiorum 559.

Glos, soror viri 500.

Gradus consanguinitatis seu cognationis 492s.

Gratia non sic abundavit in Lege ut in Evangelio 229; hominem liberat a miseria ut possit surgere (Aug.) 94; quibusdam dat; solum in usum (Ambrosiaster) 182: inha-

bitans, qua Christum induimus 254; invisibilis, formam visibilem attinet in sacramentis 232; est virtus eorum (Aug.) 252; homini donari posset etiam absque sacramentis 235; operans et cooperans an detur in baptismo parvulorum 262s; gratia collata in perceptione ordinum 394, 405; gratia dignis transfunditur etiam per ministros indignos (ps-Aug.; Ambrosiaster) 367s.

Gratia in Christo est Spiritus ut Dei Donum 39; gratia unionis 76; gratia illa quodam modo naturalis, qua nullum possit admittere peccatum (Aug.) 39; plenitudo gratiae in Christo 84; quomodo ergo proficiebat 85s; gratia singularis in Maria 33s.

Gutta aquae sicut in camino ignis, ita peccatum absumitur in perfectis 382.

Habitus (Phil. 2, 7), in tertia opinione de Incarnatione 55; habitus quatuor species distinguuntur (Aug.) 56s; see. hominis habitum repertus Christus (Hil.) 58.

Haeresis prima, in discipulis qui abierunt retro (Aug.) 290s; de praesentia Christi in Eucharistia 290ss; haeresis non habet claves, nec veros sacerdotes (Ambr.) 356; haeresis impedimentum matr. christ. (Ambr.) 484.

Haeretici quid sint 314; caput habent vulneratum (Innoc. I) 408; in Ecclesia non sunt (Cyp.) 409; oblationes eorum contaminatae et pollutae (Cyp.; Hier.) 409; testimonia quod non possunt sacramenta valide ministrare 409s; auctoritates quod possunt 410ss; eorum baptismus 268s; qui recedit ab Ecclesia ius dandi baptismum non amittit (Aug.) 410s; qui ab Ecclesia praecisi, maledicti in benedictionibus eorum (Grat.) 369; an conficiant Eucharistiam 311-314, 412; an possint tradere sacros ordines 408-413; quidam eorum unicam poenitentiam admittunt (ps-Aug.) 322; quid eis prodesset pati pro Christo (Aug.) 333.

Hereditas rerum usque ad septimum gradum (ps-Greg.) 496.

Herodes incaute iuravit et scelere implevit 255.

Hircus apopompeius, Christus 131.

Homicidium prohibetur secundum litteram quinti mandati; secundum spiritum etiam voluntas 210; quando sit in puerperio 445s.

Homo ex anima et corpore constituitur 28 (Dam.), 169 (Aug.); eandem rationem naturae omnes suscipiunt (Dam.) 28; nomine regis et imagine insignitus 24; mortalitas seu aptitudo moriendi ei inerat etiam ante peccatum 103; nunc defectus naturalis 104; status quatuor hominis 105; homo reparatur per gratiam Mediatoris 23; curatus a Samaritano 231; gratia fit Christianus (Aug.) 52; homo novus in baptismo 251; an unus alium excellat in virtutibus 203s; quomodo sapiens fit 201; omnis homo proximus noster 170; an omnes pariter diligendi 172ss; an omnes velint esse beati 549s.

Homo Christus Iesus, quomodo intelligitur 48s; homo coepit esse Deus persona Verbi (Hugo) 50s; Christus non debet dici homo deificatus vel homo dominicus 65s; homo assumptus non potest aequari divinae substantiae (Cass.) 90; quare homo dicitur Deus et e converso 136.

Humanatio Dei Verbi (Dam.) 45s; humanatus Deus (Cass.) 64, non homo deificatus 65.

Humanitas quandoque significat unam naturam omnium hominum 28; proprie anima et corpus intelligi debet 27s, seu tota natura hominis 29, 47; non quaedam proprietas tantum 28; totam Christus assumpsit, ut totam curaret et sanctificaret 27; proinde adoranda quia divinitati unita 68-71.

Humilitas eminuit in David 203; humilitas Christi consummatissima 117; humilitas passionis meruit exaltationem Christi 112; humilitas seu humiliatio hominis, ut causa institutionis sacramentorum 234s; humilitas in opere ut pars fructiferae poenitentiae (ps-Chrys.) 336.

Hypocrisis vel superbia peccatoris veniam praecludit 354.

Hypostasis ut persona divina (Dam.) 45; una unita humanae naturae in humanatione Dei Verbi 45; unde duae naturae, una hypostasis ex utrisque composita (Dam.) 53, seu in duabus naturis 54.

lacobus patriarcha, fortasse baptizatus in utero 271; utrum mentitus sit fallendo patrem 218; eius uxores 438, 458.

Janitrices, uxores duorum fratrum 500.

Idiomata corporis et animae in Christo (Dam.) 29.

Idolatria et noxia superstitio fornicatio est (Aug.) 487.

Idolum, nihil est in mundo (Orig., Aug.) 207s.

Ieiunium ante Bapt. et Confirm. 279; ante Eucharistiam 283.

leremias sanctificatus in utero 271.

Ignis purgatorii, qualis 373; emendatorius (Aug.) 381; ignis aeternus qualis et ubi sit, nemo scit (Aug.) 520; animam Divitis tenuit (Iui. Tol.) 521; cruciaturus impios in aeternum (Aug.) 381; ignis in iudicio, quantum ascendet (Aug.) 540; purgabit quidquid purgandum 541.

Ignorantia, poena hominis 94; vincibilis et invincibilis 94; an peccatum 94s; ignorantia, et fides amorque 152; et error (Aug.) 217s; aliquam excusationem praebet de peccato 483; non invenitur in Christo 94.

Immersio baptismalis, quoties fieri debet 249; triplex, ut sacramentum triduanae sepulturae (Greg.) 249s; ubi obligat 250; unus baptismus reputatur (Hier.) 270; immersio pro ludo non videtur esse baptismus 272s.

Immundi corde, qui (Aug.) 330.

Immunitas peccati prout fuit in primo statu hominis, a Christo accepta 105.

Impassibilitas Christi, praemium passionis 112.

Impeccabilitas Christi 82s.

Impedimenta matrimonii 462-507 (quasi passim); an frigidi 463ss; furiosi dum in amentia sunt 465s; an adulteri 471s; conditio legalis, servilis 473ss; ordines 475ss; vota 478ss; cultus dispar 483; consanguinitas seu cognatio 491ss; cognatio spiritualis 501.

Imperfecti, qui aedificant lignum, foenum, stipulam 382.

Impoenitens qui moritur, omnino moritur et aeternaliter cruciatur (ps-Aug.) 374.

Impositio manuum loco Baptismi, quibusdam facta qui credebant in Trinitate [inter loca quae non tenentur] 242; impositio in Confirmatione 264.

Impotentia, v. Frigiditas.

Incarnatio 23-68; sacramentum quod Deus suscepit (Ambr.) 79; operatione Patris et Filii et Spiritus Sancti 26, 27, 38; missio Filii in forma hominis 24; quare Spiritui Sancto attribuitur 37s; quare Filius mittitur et non alia persona 24ss; utrum Pater vel Spiritus potuerit incarnari 26.

— Summa gratia est in rebus per tempus ortis (Aug.) 81; quam Christus homo non meruit (Aug.) 51; quod Verbum totam naturam humanam 27, passibilem 97, seu simul animam et carnem assumpsit 30s; id est proprie in hypostasi Filii divina natura humanam sibi univit 45; non autem personam hominis 47; ita ut una hypostasis sit in Christo (Dam.) 53, 54, *et* unitas personae 63, geminae substantiae (Aug.) 63, ex duabus et in duabus naturis (Dam.) 62; sine augmento numeri personarum (Aug.) 56; unde unum Filium dicimus, non duos neque duos Christos (Gennad.) 25.

— Quaestio perplexa de unione 41-46; unde oriuntur tres opiniones doctorum 49-64.

Incestus, quid sit 500; malum maximum 481s; quid censent canones 466.

Incontinentia, malum eius 448; excipitur honestate nuptiarum (Aug.) 417; an causa excusans concubitus (Aug.) 444s.

Incorruptio resurgentium in iudicio finali 516.

Indignus quis sumat Eucharistiam (Aug.) 308.

Induere Christum, quid 254.

Indulgentia accipitur diversis modis 418s; alia concessionis, alia permissionis 447; maritalis (S. Pauli), quomodo accipienda 447s; remedium habet, non praemium 418.

Inferi, an iusti apud inferos habuerint fidem et spem 161; Christus homo ibi fuit see. animam 137, ubi lumen vitae aeternae fundebat (Ambr.) 138.

Infernus, stagnum ignis et sulphuris 520, sub terra (Isid.) 547; ubi diversae mansiones (Chrys.) 548; et poena tam grandis ut ei possint nulla tormenta quae novimus comparari (Aug.) 531; ibi stimulus poenitudinis,

sed nulla correctio voluntatis (Fuig.) 554; non consumit corpora damnatorum (Aug.) 519; an aliquando poenae mitigentur 529-32; si mali ibi peccant 553s.

Infidelis, qui non habet fidem (Aug.) 145; si conversus ad fidem, an uxorem (maritum) infidelem debeat relinquere (Aug.) 485s; coniugium verum inter illos 485s; quod quidam negant 490; legitimum est, sed non ratum 490s; an omnis actio infidelium sit peccatum 490; infidelitas religiosa, fornicatio mentis (Aug.) 487.

Informatio virtutum per caritatem 142.

Ingratitudo peccatoris qua denuo fit reus 388.

Inimici diligendi see. praeceptum 170, 174,176; quid meriti eos diligere 177-80; inimicus deputandus non est qui veniam rogat (Aug.) 178s.

Iniuria non facienda sacramento, quomodo intelligatur 393.

Iniuste ne alii facias, quod tibi non vis 212.

Innocentia poenitentiae remedio reparari potest 315s.

Intellectus seu intelligentia ut donum Spiritus dist. a scientia et a sapientia 200; et a dono naturali intellectus 201; intellectus spiritualis et carnalis verborum Christi 290ss.

Intentio diversa diversa facta facit (Aug.) 129; intentio celebrandi requiritur in sacramentis 273; intentio recta in baptizante 245ss; intentio baptizandi, ad validitatem 272ss; intentio conficiendi Eucharistiam 313s; intentio fallendi, in mendacio 215.

Intercessio sanctorum 527-529.

Intinctio (euchar.) an liceat 303.

Ioannes Baptista sanctificatus in utero 271; illic exsultavit sed non credidit (Aug.) 271; mysterium incarnationis investigare non erat sufficiens 29s; an dubitasset de morte Christi et descensu ad inferos 155s.

Iob, in eo patientia eminuit 203.

Iocus, genus mendacii 213.

Iosaphat interpretatur Iudicium Domini 545.

Ioseph (S.), consensus eius in coniugium 439, quod perfectum in sanctitate fuit 440; defensor et testis castitatis Mariae 442.

Israelitae an furtum commiserint quando spoliaverunt Aegyptios 21 Is; eorum liberatio, et nostra 281.

Iudaeus utrum loquatur mendacium dicendo Christum esse Deum 216; Iudaeorum opus, passio Christi 128s.

Iudas, nihil ei profuit egisse poenitentiam (Hier.) 335.

Iudex ecclesiasticus et spiritualis qualis esse debeat (ps-Aug.) 369; discretionem habeat 370; non careat munere scientiae 370.

Iudex vivorum et mortuorum, Christus in forma servi 542; an in forma gloriosa an in infirma 543.

Iudicium occultum Dei, in hac vita (Aug.) 532.

Iudicium ultimum 510-516, 532, 537-545; in valle Iosaphat 545; Christus iudex vivorum et mortuorum 515s, 540, quia Pater omne iudicium dedit Filio 544; in forma servi apparebit et iudicabit 542, 543s; forma Dei non videbitur ibi 543.

— Ordines in iudicio (Greg.) 538s; qui iudicabunt cum Christo 539s; Apostoli et omnes perfecti 538; qui judicandi erunt 538ss; libri aperientur 512, et abscondita cordium manifestabuntur 512s; tunc ventilabitur area, quo boni a malis dividentur 532, 541, post sententiam iudicis 532; sine misericordia illi qui non fecit misericordiam 531; an iudicium tolerabilius haeretico qui pro Christo passus sit 333.

— An maior sit beatitude sanctorum post iudicium 552s.

Iuramentum 218-227; tres habet comites (Hier.) 218s; quando faciendum (Aug.) 221; Domino reddendum 222; quod fit per exsecrationem, gravissimum 224; incaute factum, an observandum 225s; coactum 227; dolosum 227; quod fit per falsos deos, an validum 224s.

Iurare, iuratio, iuxta secundum praeceptum 208; an sit malum 221; fortior illa quae fit per Deum 223; utrum liceat iurare per creaturas 222s; non sit iuratio habitualis uti multi faciunt quia sic labitur quis in periurium (Aug.) 221; iurare temere, vehementer peccare 226; an peccet qui cogit alterum iurare 227.

Ius matrimonii idem viget inter virum et mulierem 467s.

Ius ordinandi et consecrandi an detrahatur illis qui praecisi sint et damnati ab Ecclesia 412.

Iustificatio nostra de potestate diaboli, res sacramenti Baptismi 251, humilitatis crucis iustitiâ 127, 201; per fidem in sanguine Christi et passione 119, et per contritionem 260; ut fides incipiat per dilectionem operari (Aug.) 143; ipsa enim dilectio opus fidei dicitur (Aug.) 144; unde non ex operibus Legis 234, 237; exemplum Cornelii centurionis 156ss.

Iustitia Dei, qua ipse iustus est et quam dat homini cum iustificat impium (Aug.) 201; qua distributor vel iudex meritorum insinuatur (Orig.) 534; qua superat diabolum (Aug.) 125ss; eius iustitia et misericordia, non duae res sed una 532s.

Iustitia ut virtus cardinalis 187ss; usus eius 188, 189; in subveniendo miseris (Aug.) 188; erga eos qui, in captivitatem ducti, in patriam revertuntur (Leo M.) 482s.

Lacrymae lavant delictum (Ambr.) 347, 353s; sint spongiae peccatorum tuorum (ps-Chrys.) 347.

Laici fideles, quando baptizare possunt 268; an sufficiat confiteri laico, saltem cum deest sacerdos 351; si deest, confiteatur proximo 351 (ps-Aug.), 353 (Beda); etiam graviora cum deest sacerdos et urget periculum (Lomb.) 353.

Lamina aurea in fronte sacerdotis Vet. Test. 366.

Lapides pretiosi, bona opera 381.

Latria utrum et qualis humanitati Christi exhibeatur 68-71.

Latro in cruce dum passus est, credidit (Aug.) 255; retractatio Aug. de hoc exemplo 256; latro non dedit baptizatis peccandi et perseverandi auctoritatem (ps-Aug.) 373.

Lazarus intus suscitatus antequam foras vivus prodiit, exemplum remissionis pecc. nostrorum 343, 357; Lazarus et Dives, mens Augustini 556, 557.

Lector, lectoratus, secundus gradus cleri 397; quidam miseranter pronuntiant 397.

Legalia, signa et quodammodo sacramenta 233; magis signa quam sacramenta 233; in servitutem, non in iustificationem 234; omnia terminata in Christi morte 250.

Leges coniugii pro varietate temporum 456ss; in novo Test, lex nuptiarum reducitur ad primam institutionem (Aug.) 461; leges poenitentiae, finis earum 375.

Lenocinium, ut causa dimittendi uxorem (Aug.) 488.

Leprosi mundati in via, figurae peccatoris mundati 343, 361.

Levi, quomodo decimatus in Abraham 34s; de eo Levitae exorti sunt 401, et cum eo decimati in Abraham 34; unde Levitae seu diaconi Novi Testamenti 401.

Levir, frater mariti 500.

Lex naturae dilectionis nostrae, qua id quod sumus et quod infra nos est diligimus (Aug.) 169; lex naturalis et scripta (Vet. Test.) neminem iuvat ad salutem 240; lex naturalis « Quod tibi non vis... » 212.

Lex Vetus, licet bona, littera occidens 229; quomodo distat ab Evangelic 228s; signa habuit et non proprie sacramenta 233s; quid mundavit (Aug.) 234.

Liber vitae, ubi quaedam nomina deleta 182; libri in iudicio, conscientiae singulorum 512.

Liberatio nostra per passionem et mortem Christi 116; an alio modo possibilis 125; memoratur in Eucharistia (Ambr.) 307.

Libido mentiendi fallendique (Aug.) 214; libido crudelis (Aug.) 445.

Ligare et solvere, qui possunt (error Abaelardi) 366; sententia Magistri 367.

Lignum, foenum, stipula res saeculares significant 382; quid sit aedificare talia (Aug.) 380, 381.

Littera Legis sensum carnalem, littera Evangelii intelligentiam exprimit spiritualem 210; quomodo distat littera Legis ab illa Evangelii 229.

Locutiones difficiles de Incarnatione et de Christo 42ss, quia quid, secundum quid et propter quid intelligi debent (Aug.) 77, 140;

de Christo assumpto 48s; Deus factus homo, Deus est homo, etc. 49ss; non congrue dicitur homo deificatus (Dam.) 65; nec homo dominicus 65s; Deus passus et mortuus 134, 135; totus ubique 138s; aliae 140; locutiones tropicae non faciunt argumentationem 80.

Luna obscurabitur in iudicio 546; lucebit postea, sed stabiliter permanebit 547.

Macula corporalis non est causa dimittendi uxorem (maritum) 467; macula animae seu dissimilitudo a Deo solo purgatur 364; macula peccati, mala voluntas 364; macula et foetor in corde rei 355.

Maleficium coitum impediens 465.

Mali fidem habere possunt etsi caritate carent (Aug.) 144; Corpus Christi sumunt, sed tantum sacramentaliter 288; in inferno, supplicia aeterna sine mitigatione (Aug.) 530; si in inferno peccare possunt 553s; an videant bonos in gloria 557s; non videbunt divinitatem Christi in iudicio (Isid.) 542; in quali corpore resurgent (Aug.) 519.

Malignitas odii et voluntatis, ut exteriores tenebrae in mentibus reproborum 555.

Malum quomodo sentit anima (Aug.) 93; mala prosunt bonis ad salutem (Aug.) 288s; malum incontinentiae quando fit veniale 448; an electi in iudicio malorum praecedentium memoriam habituri sint 513.

Mandata duo caritatis 162, sed alterum in altero 167; quomodo praecepta decem Decalogi ad duo mandata caritatis referuntur 205, 206; seu ad duas tabulas 206; illa primae tabulae ad Deum pertinent 209; illa, secundae ad dilectionem proximi 209, ubi ad quintum (seu secundum) superadditio fit in Evangelio 210. *V.* Praecepta.

Mandata caerimonialia quare cessaverunt velut umbra 205.

Manducatio eucharistica fit sine fractione Christi 306; spiritualis, in Christo manere et habere ipsum in nobis (Aug) 286, 287.

Manna in deserto, figura Eucharistiae 280; quod solis renatis praestari debet 281.

Mansiones in domo Patris 547ss; in caelo, ut variae praemiorum dignitates (Aug) 552; in gehenna (Chrys.) 548; ut duae civitates (Aug.) 548.

Mansuetudo eminuit in Moyse 203.

Manus (manuum) impositio, in confirmatione 278; in reconciliatione poenitentis 378; in exorcismo 398; in ordinatione diaconorum 402; in ordinatione presbyt. 404 (nota 1); non in reconciliatione presbyteri haeretici (Aug.) 411; alias uti reconciliatio haereticorum 269, 409 (Innoc. I), 411 (Aug.).

Maria Virgo mundata ab omni peccati contagio 32, 33; ex tunc ab omni peccato immunis 33s; et singulari gratia praeventa et repleta 33, 34; in virginitate manere proposuerat et disposuerat (Beda) 434, 435, 439 (Aug.); quam virginitatem commisit divinae dispositioni (Aug.) 439; et sic consensit in coniugalem societatem ex familiari Dei consilio 439; sic et loseph 439; *ita* ut verum fuit coniugium 434; perfectum, in sanctitate, non in significatione 440; perfectum etiam see. triplex bonum coniugii 440; et ob alias causas speciales quas habuit 442; unde coniuges vere fuerunt, mente non carne (Aug.) 440.

— Unde gratia, non concupiscentia Christum concepit 35, novo more generandi 33, credendo, non concumbendo, Christum concepit (Aug.) 82; qui dum conciperetur, veritatem carnis accepit ex Virgine, et cum nasceretur, integritatem virginitatis servavit in Matre (Fulg.) 42.

Martyr, iniuria est pro martyre orare (Aug.) 525; martyrium implet vicem baptismi 255.

Matrimonium 416-509; plurima sub Coniugium, quaedam sub Nuptiae; in Veteri Testamento, non cum alienigenis seu gentilibus 484; quae ad necessitatem et quae ad decorem pertinent 433s; voluntas verbis expressa de praesenti legitimum facit matrimonium 434; aetas contrahentium 475; si sine permixtione sexuum quid figurat de unione Christi et Ecclesiae 421; non est ratum quod sine Dei devotione est (Ambrosiaster) 489; impedimenta votorum 478s; separatio duplex inter coniuges 442s.

Mediator Dei et hominum, solus Christus 122; quia idem Deus, idem homo (Leo M.) 31; nos Deo reconciliat impletione obedientiae 123; per mortem suam 124; nulla salus sub utroque Testamento sine fide mediatoris 153s.

Melchisedech decimas accepit Abrahae, qui sic minor se manifestavit 34; ritum Eucharistiae Melchisedech ostendit, ubi panem et vinum Abrahae obtulit 281.

Mendacium 212-218; quid sit mendacium (Aug.) 215; prohibetur 212; triplex genus (Aug.) 213; octo genera (Aug.) 214; omne genus, peccatum (Aug.) 215, 216; omne genus fugiendum (Isid.) 215; quia non est a Deo 215; etiam si alicui prodest, semper peccatum (Aug.) 217; quando veniale 213, 214; quando damnabile 214; mendacium ioci, an peccatum 217; in Iacob videtur non esse mendacium sed mysterium (Aug.) 218.

Mens humana nunquam sui non meminit, intelligit, diligit (Aug.) 165.

Mentiri, loqui contra quod animo sentit quis (Mag.) 215; non convenit perfectis (Aug.) 213.

Meritum omne hic comparatur quo possit post hanc vitam quispiam gravari vel relevari (Aug.) 524; in hac vita tantum 524 (Aug.), 554 (Fulg.); an augeatur per unam virtutem magis quam per aliam 203; per nullam plenius caritate 203; an maius habeat dilectio inimicorum 177-180; Deus iudex et distributor meritorum 533.

Meritum Christi 111-118; non meruit eius natura humana assumi in unitatem personae Filii (Aug.) 51s; quid sibi meruit, quid membris 112; haec meruit ab ipsa conceptione 113; proficit quotidie in membris 113; quomodo datur ei nomen super omne nomen 114; et omnis potestas 115.

Metropolita praeminet provinciae 406; nunc archiepiscopus vocatur 407.

Ministerium officii, non bonum meritum, gratiam aliis transfundit (Ambrosiaster) 367s; unde- ministri impares non conferunt baptismum imparem (Aug.) 263s; quia potestatem Christus sibi retinuit (Aug.) 265s; substantia panis ministerio sacerdotis fit corpus et substantia vini fit sanguis Christi 296s; minister indignus potest remittere vel retinere peccatum, sed non digne vel recte 367; ministri Ecclesiae reges esse debent, ut se et alios regant 395; praecellere debent sanctitate vitae 407.

Miseria hominis et misericordia Dei plena est terra (Aug.) 535.

Misericordia Dei multiplex (Leo M.) 349; ubique (ps-Aug.) 352; Deus misericors in natura, miserator in exhibitione 533; quae opera Dei pertinent ad misericordiam, quae ad iustitiam 532-537; misericordia hic, iudicium in futuro (Aug.) 529-535.

Misericordia nemini neganda (Aug.) 170; misericordia in poenitentiis imponendis, *praesertim* morientibus 376.

Missa, quid nomen significat 312 (ps-Aug.), 408; an proprie dicitur sacrificium vel immolatio 308.

Missio divina, in Incarnatione 24s; missio Spiritus, sed non in carne 25; bis datur Spiritus 164.

Mitigatio poenarum damnatorum, possibilis (Aug.) 531.

Modus diligendi seipsum, proximum, Deum 164ss; modus vivendi hic, et eius effectus post mortem (Aug.) 523s.

Monstra (humana) resurrectura, sed potius correcta natura (Aug.) 522.

Morientes, non eis abneganda est poenitentia (Leo M.; ps-Iulius) 377.

Mors, separatio animae a carne (Aug.) 130, 132, 134; defectus generalis 103; corpus non solum aptitudinem moriendi, sed etiam necessitatem habet 103s; semper humano affectui odiosa 107.

— Mors spiritualis, separatio animae a Deo (Aug.) 130; triplex in peccato (Aug.) 336s; mors perpetua damnatorum (Aug.) 531.

Mors Christi 130-139; nostra redemptio 118ss; separatio ad tempus carnis et animae, sed neutrius a Verbo 131, 133; an fuerit in Christo necessitas moriendi 103s.

Mortui resurgent 510; mortuus sine fide et sacramentis, an ei prosint suffragia (Aug.)

524s; mortui curam habent de vivis, etsi probabiliter nesciunt quae hic aguntur 557.
Mulier quare de latere viri formata 435; ad quem usum facta 416; quod remedium vel iustificationem habuerunt ante Christum 237; necessitate cogente, potest baptizare 268; in matrimonio, nec ancilla nec domina 435; quaedam viros suos recipere noluerunt post captivitatem (Leo M.) 482s.
Mus quid sumit? 314.
Muscipula, crux Christi (Aug.) 120.
Mysterium fidei in Eucharistia 297 (Lanfr.), 310 (Remig.); mysterium divinum 294; mysterium Christi (Greg. M.) 299; mysterium pacis et unitatis (Aug.) 285.

Nativitas gemina Christi 67s; una ex Patre ante saecula, una in ultimis, propter nos (Dam.) 68; in hac, quomodo dicitur natus Christus de Spiritu Sancto 38ss.
Natura divina utrum assumpserit naturam humanam 41-46; inconverse et inalterabiliter uniuntur in Christo (Dam.) 61s; natura divina qua nihil melius et amabilius (Aug.) 189, incommutabilis manet in incarnatione 44s; an debeat dici caro facta 45, 46, 67; natura humana, anima et corpus 27, vera et incommutabilis humanitas 45, assumitur a Verbo, ut toti mihi salutem gratificet (Dam.) 29, et membra simus Unigeniti (Aug.) 185.
Nazaraei, id est sancti, tonsuram observabant 395.
Neophytus, quis 276; neophyti unguntur in baptismo 390.
Nomen super omne nomen Christo homini datum 114, ut cum ipsa forma servi nominetur unigenitus Filius Dei, 114, 115; nomen, non nomina, in invocatione Trinitatis 247; quaedam nomina scripta in libro vitae et postea deleta 182.
Nox media in iudicio (Aug.) 512; nox cessabit post iudicium 546s.
Nuptiae, bonae in genere suo (Aug.) 449; non celebrandae quibusdam temporibus 456; primae solae benedictione Dei celebrantur 392s; secundae et successivae legitimae sunt 508, sed carent gloria (Ambrosiaster) 509; *v.* Coniugium, et Matrimonium.

Obedientia Christi meruit gloriam corporis et impassibilitatem animae 113.
Oblivio Dei in damnatis, ex doloribus tormentorum 555.
Obstetrices Hebraeorum, qualiter mentitae sunt 213s.
Odium falsum qui habet erga animam suam, non est misericors sed crudelis (Aug.) 330.
Officium precum [oratio fidelium] ad diaconum pertinet (Isid.) 402.
Oleum, in ordinatione presbyteri 404; oleum infirmorum in Unctione extrema 390; *v.* Chrisma.
Opera bona sola quae fiunt per dilectionem Dei (Aug.) 143s; quomodo Deus operatur in eis et nos 267; tria, ieiunium, eleemosynae, orationes, invigilant contra peccatum (Aug.) 341; mortuos sepelire et sepulcra construere (Aug.) 525; illa sine caritate facta, ad quid prosunt 332s; ante peccatum facta, poenitentia reviviscunt et remunerantur 319, 332; opera iusta et peccata non possunt simul fieri 332; opera bona et mala revocabuntur in iudicio (Aug.) 513; illa bona nihil prosunt peccatori nisi ad mitiorem poenam 333s; opera mortua, quae 332.
Opera Dei quomodo quaedam dicuntur misericordiae, quaedam iustitiae 533s.
Opera Legis imposita in servitutem, non in iustificationem (Gl.o.) 234.
Opus iustitiae et opus misericordiae, ex parte sacerdotis in poenitentia 362.
Orarium, id est stola diaconi 402.
Oratio Christi, an semper impleta 105ss; oratio Ecclesiae mortuos adiuvat (Aug.) 524, 525; oratio quotidiana satisfacit peccatis levibus (Aug.) 341.
Ordo 393-416; definitio ordinis 405; quare dicuntur sacramenta 405; duo tantum sacri dicuntur 405; quales impediunt matrimonium 463, 475s; aetas canonica 415s; septem gradus 393, 394, qui exemplo Iesu Christi monstrantur 393s, qui eos observandos Ecclesiae reliquit 394; septem etiam propter

septiformem gratiam Spiritus Sancti 394; qui ordinatione conferuntur 394; ordinatio ostiarii 396; lectoris 397; exorcistae 398; acolythi 399; subdiaconi 400; diaconi 402; sacerdotis 404; qui sunt candidati digni (ps-Clem.) 394; qui indigni 394.

— Ordinatio an valide fiat ab haereticis 408-413; ordinati ab haereticis caput habent vulneratum (Innoc. I) 408s; non iteratur si ordinatus venit ad unitatem (Aug.) 410, 411; non recte dat qui ab unitate recedit, sed tamen dat (Aug.) 411; ordinatio a simoniacis facta, an valida 413s; ordinatio violenta an valeat 415.

